

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

LIBRI
DONATI DAL
DOTTOR ANNIBALE GIULIONI
GIURISTA
Nato a Firenze il 7 Febbraio 1807
e morto il 1° Dicembre 1895 in Firenze.

16 Maggio 1896

6 — 43



6— 43

Digitized by Google

D. MATHIÆ
LAGUNEZ
TRACTATUS
DE
FRUCTIBUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. MATHIÆ LAGUNEZ SIGUNTINI

ANTEA IN SUPREMA HISPANIARUM CURIA Disertissimi Advocati, nunc verò in Regia Quitensi Audientia Peruani Orbis Senatoris;

TRACTATUS DE FRUCTIBUS,

IN QUO SELECTIORA JURA AD REM Fructuariam pertinentia expenduntur, ac difficiliora referantur.

OPUS E SUMMIS THEORICÆ, ET PRACTICÆ Jurisprudentiæ penetralibus eductum; Jure Canonico, Civili, Regio, Feudali, aliorumque Regnorum, & Provinciarum Legibus, Statutis, Constitutionibus, Oppidorumque, ac Civitatum Ordinationibus: Sacris etiam Litteris, profanisque affabrè concinnatum; ideòque omnibus in Utroque Foro versantibus maximè utile, ac necessarium.

PARS PRIMA, ET SECUNDA.

Jurisdictionum, Feudorum, Præsentationum Beneficiorum, Majoratuum, Pascuorum, Piscationum, Venationum, plurimarumque rerum fructus, eorumque jura complectentes.

EDITIO ALTERA A MENDIS DILIGENTER PURGATA; Cum Indicibus Capitum, seu Quæstionum, ac Rerum & Verborum locupletissimis.



VENETIIS, M. DCCI.
Apud Paulum Balleonium.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

AVGVSTISSIMÆ MVNDI,

COELIQUE REGINÆ,

MATRI DEI,

HOMINUM ADVOCATÆ,

In ipſo puncto ſacratiſſimæ ſuæ animationis ab omni ſorde, & umbra maculæ originalis immuni, in ſpeciale obſequium, monumentumque, & pignus amoris erga ſacerrimum ejus ſimulacrum, quod Sancta Cathedralis Eccleſia Siguntina piè ſuſcipit, ſanctè colit, humiliter veneratur ſub titulo Sanctæ MARIÆ MAJORIS.

Licent. D. Mathias Lagunez. O. D. C.



Mnibus hic mos eſt Scriptoribus, ò Mater Dei Admirabilis, & hominum Mater Amabilis, Mater Dei ſumma dignitate, Mater hominum dignatione ſumma, *Omnibus hic mos eſt Scriptoribus*, qui opera ſua luci donant, ut lucubrationibus ſuis magni alicujus Nominis claritate ipſi præluceant, dum eis patronum, & Mecœnatem eligunt, aut opibus præpotentem, aut nobilitate conſpicuum. Huic acceptos referunt ſtudiorum ſuorum fructus, vigiliarumque proventus, imprudenti quidem, ne dicam, impudenti lenocinio, cùm *omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum ſit, deſcendens à Patre luminum*. Hujus favori ſpes ſuas inniti teſtantur, quo autumant; aut Vates, inepti præſagiunt ſtratam volumine laudibus viam, & felicem operi curſum. Ineptè, inquam, hoc & inaniter: *Quia vana ſalus hominis*, ſtultaque fiducia, *in Principibus, in quibus non eſt ſalus.*

Horat. de Arte poet. Jac. 1. 17. Pſ. 59. 13. Pſ. 145. 3.

Quanto ego ſaniore conſilio, Te, ò Beatiſſima Virgo, compellabo ſtudiorum meorum Auſpicem, laboris Adjutricem, operiſque hujus fortunatiſſimum Omen! A te, velut clariſſimo Scientiarum Sole omnes

radii

radii lucis erumpunt, quibus hominum mentes illuminantur. A te, velut universæ sapientiæ pelago rivuli omnes defluunt, quibus humanæ
Eccles. 15. 3. ignorantiæ ariditas recreatur. *Et aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Propterea Tu Te ipsam non minus Matrem pulchræ dilectionis, quàm
Ibidem 24. 24. veræ agnitionis appellas: *Ego Mater pulchræ dilectionis, & agnitionis.* Tu es, quæ velut laureata Magistra scientiarum Encyclopediis præsides, in
Prov. 8. 12. quibus sapientes disputant, & consulunt de rebus dubiis: *Ego sapientia habito in consilio.* Tu es, quæ te abditissimis etiam secessibus insinuas, in quibus eruditi profundiores difficultates examinant, *Et eruditis intersum cogitationibus.*

Et quid ni Mariæ ab hominibus omnis sapientia, scientiæque omnes referantur acceptæ, quæ etiam humanis oculis visibilem reddidit arca-
1. Joan. 1. 5. nam illam, increatam, infinitamque sapientiam? Deus natura sua lux est; at est lux non solùm humanis mentibus, & oculis, sed etiam
1. Timot. 6. 16. Angelicis obtutibus inaccessa. Nam *lucem habitat inaccessabilem.* Et hac ratione intelligitur, quo pacto, cùm Deus sit lux, & habitet in luce, per-
3. Reg. 8. 12. inde sit, ac si in tenebris habitaret, juxta illud, *Dominus dixit, quòd habitaret in nebula.* Nam perinde est, ac tenebræ ea lux, quæ non se exhibet visui tractabilem; imò potius oculorum aciem obtundit. Propterea que, ni fallor, dixit Propheta, esse instar tenebrarum, clarissi-
Psalm. 138. 12. mum ipsum Divinitatis fulgorem: *Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.* Hoc igitur inaccessum lumen, nostrisque oculis, & mentibus planè impervium, sic temperavit Maria, injectoque (ut ita dicam) Incarnatæ humanitatis velo, mitigavit, ut etiam corporeis oculis exposue-
Joann. 1. 14. rit: *Et vidimus gloriam ejus.* Lumenque, quod mens Angeli ferre non poterat, jam patitur oculus hominis. Maria ergo Sapientiam illam arcanam, Verbum illud in mente Patris abditum, hominibus propalavit. Quapropter jure optimo asseri debet, totius humanæ sapientiæ Author, quæ etiam divinitatem communicabilem reddidit, & communicavit hominibus.

Redeat igitur lux ad Solem grata reflexione animorum: ad mare, unde exeunt omnes scientiarum rivuli, & flumina revertantur.

Virg. Eclog. 8.
A te principium, Tibi desinet, Accipe jussis
carmina cœpta tuis.

Te Auspice, ò piissima Mater, studiorum meorum curriculum aggressus sum, Te comite prosecutus, Te consummante peregi. Et denique, Te obstetrice, partus laboris, ingeniique mei, quales illi cùmque successerint, ad lucem evasserunt. Prodeant ergo tuo Nomine, prodeant nomine Mariæ præfixo, quo se totos Marianos esse testentur.

Idem Eclog. 6.
———Mihi nec sit gratior ulla.

Quam sibi, quæ tantum præfixit pagina nomen Regius Psaltes dice-
Psalm. 44. 1. bat, atque dicabat opera sua Regi: Ego, ut ea Regi commendem, summumque Regem ipsum mihi conciliem, Dico, & Dedico omnia opera mea Reginæ. Accipe ergo Regina Mater, accipe, inquam, libenti animo, & gratis oculis aspice, non tàm munus, & manus, quàm animum offerentis. Meque cum eo, atque cum omnibus meis in tuam tutelam admissum pia benignitate fove, perpetuo favore defende.

E R U-



ERUDITUM, BENEVOLUMQUE

LECTOREM

SALUTAT,

Eique omnem felicitatem precatur Authoris nomine, ipſiuſque amicitia devinctiſſimus Licent. D. Didacus Ventura Soberal & Guevara, in Suprema Hiſpaniarum Curia ex antiquioribus, & Sancti Joannis Jeroſolymitani Illuſtriſſimæ Religionis Advocatus; Deque Authore, & Opere nonnulla præloquitur.



On Mathias Lagunez, Author hujus Operis (erudite Lector) Patria Siguntinus, Patritiaque gente prognatus, fuit totus ab ineunti ætate ſtudiis legalibus deditus: Et poſtquam in Salmanticenſi Academia, omnium maxima, ac celeberrima, & cæterarum facilè Principe, primævos theoricæ juriſprudentiæ rores ebibit: ad practicam deindè legalem philoſophiam animum applicuit, electa ad hoc (nec improvidè) celebri litterarum palæſtra nobiliſſimi, pariter, ac doctiſſimi D. D. Ludovici de Cerdeño & Monçon, quem primarium, diſſertiſſimumque Advocatum in hac Regia Curia vidimus: & variis poſtmodum Regiæ Clientelæ muneribus laudabiliter perfunctum, hodie honorarium Caſtellæ Senatus meritiſſimum Conſiliarium; & Indiarum Conſilii integerrimum Senatorem, atque illuſtri Sancti Jacobi teſſera inſignitum alacres intuemur, conſtantes recipimus, officioſi complectimur: Virum ſanè innumeras, ſuaviſſimaſque animi, ingeniique dotes ſingulari humanitate, atque modeſtia contegentem. In tam nobili igitur officina enutritus Author noſter, & advocandi in Supremis Hiſpaniarum Subſelliis Laurea donatus, aſſiduo, vigilique labore; necdum juvenilem prætergreſſus ætatem, optimos eos edidit fructus, quos publicæ utilitati lubens exponeret, Baldi juriſprudentiæ noſtræ inſignis Coryphæi conſilium, ſeù verius præceptum, inſequutus, qui *in proœm. Feudor. in princip.* diſſertè admonet, *eos, qui in aliqua diſciplina diutius laborarunt, adſtringi, ex profeſſionis debito, quæ mente conceperunt, inſtar ſeminis in lucem proferre.* Quod quidem adamuſſim præſtitiſſe Authorem, legenti clarius patebit; dum tractatum ipſum evolverit, in quo ſelectiora jura ad rem fructuariam pertinentia non indiligenter expendit, authoritatibus haud avara manu congeſtis, Sacris etiam, amœnioribuſque litteris exornat; opinionum conflictus latè examinat, eruditè diſ-

ſecat,

secat, earumque plures in concordiam redigit, veriorésque, ac receptiores sententias adstruens amplectitur: pleraque alia non injucunda opportunè cumulat. Sed dum opus prælo committere, parat, & ad ejus editionem se accingit: Ecce quasi repentè è nostro clymate rapitur, & in novum Peruanum Orbem transmittitur Regii Quitensis Prætorii ex Regio decreto Auditor designatus. Quo factum est, ut ipse operi ultimam manum adhibere non potuerit: adhibuit tamen, prout licuit, Indicemque generalem contexuit alter, de quo ipse non nihil confidebat, cuique opus ipsum, & revidendum, & prælo tradendum credidit. Is autem, licèt ea in re non levem curam impenderit, haud tamen effugere, potuit, quin aliquibus erratorum maculis, ex typographorum solita incuria, tractatus hic utilissimus aspergeretur; non verò ejus generis, ut, vel sensum immutent, vel erudito Lectori offendiculo esse, possint; eorum tamen ferè omnium recensus in operis limine conspicitur, ut, eo inspecto, opus in offenso pede, percurrere, liceat. Cæterùm, quamvis tractatus hic *de Fructibus* (quæ materia adeo universalis, valdèque utilis esse, dignoscitur) ex Authoris destinatione tredecim partibus absolvitur: pro nunc tamen duas tantùm, & quidem non contemnendas, tibi offert in duos tomos divisas, reliquas (jam enim ferè omni ex parte paratas habet) quantocitius, vita superstite, luci donaturus. Interim verò te præmonitum velim, quòd in cap. 28. primæ partis hujus tractatus deficiunt quatuor numeri, scilicet ex num. 121. usque ad 124. qui ideo imprimi, desierunt, quoniam in ipso Authographo, sive originali deleti inveniuntur: ne Authoris judicio adversari quodammodo dici, possit. Accipe igitur, Humanissime Lector, laboriosissimi hujus viri, tum Academicas, tum Forenses Lucubrationes ad lucernam Cleantis verè exaratas, Authorique ipsi salutem precare, ut inceptum opus absolvat in Reipublicæ commodum: in studiosorum levamen: in sui nominis amplitudinem. Vive diù felix, & Vale. Ex Musæo nostro Kalendis Januarii Ann. ab Orbe redempto M.DC.LXXXVI.



INDEX

Digitized by Google



INDEX
ARGUMENTORUM QUÆSTIONUM,
Quæ in hoc Opere pertractantur.
PARS PRIMA.



Agitur de Etymologia, & definitione verbi *Fructus*: & quæ emolumenta ejus appellatione comprehendantur? recensentur; plenèque sub pluribus capitibus congeruntur plura, & singularia rerum commoda: & præsertim jurisdictionis fructus, & præeminentiæ, quæ Marchionibus, Comitibus, Baronibus, aliisque oppidorum Dominis inferioribus competunt: Ad Magistratuum electiones: vassallorum donativa, aut munera: Hospitia: Opera obsequialia, sive reverentialia tractamenta: Servitia personalia, Angarias, & Perangarias, & similia: Agiturque sub jurisdictionis, vel dominii territorii fructibus de custodia clavium, aut castrorum: Statutorum faciendi, vel revocandi potestate: De bonis vacantibus, vel naufragii, & similibus emolumentis: Necnon, & de jurispatronatus fructibus, seu præeminentiis, quæ sint? plenè ostenditur: Et de oblationibus, mortuariis, aliisque beneficiorum obventionibus, quando in fructu, ad computationem in congruam, & alia utilia habeantur. Pluraque alia rerum emolumenta, & fructus sub hac Parte notata, & descripta invenies.

censeatur? Et per quod tempus, ad servitutes continuas, vel discontinuas: Et quid si per opus manufactum fluerit? Et si ad æmulationem solitus cursus impediatur? An etiam ex venditione aquæ privatæ, ut alterius fructus, gabella debeatur? Agitur quoque de Balneis, seu Thermis in privatis fundis constructis, vel naturaliter inventis: & quòd ipsorum fructus reputentur? Et quid de Thermis, seu Balneis publicis: multa de eis congeruntur, tam de artificialibus & voluptuosis, quàm de naturalibus, quæ multis morbis expellendis prosunt: & quòd illa ex Republica expellenda, ista vero summa cura conservanda: Et quam magna de utrisque cura apud antiquos (Romanos maximè) fuerit: apud quos balnea innumera miræ structuræ, & magnitudinis recensentur: aliaque multa de eis non injucundè cumulantur.

CAP. VI.

Arbores an in fructu sint, necne? Distinguitur latè inter sylvam cæduam, vel non cæduam: Quæ cædua dicatur? Et quomodo fructuarius, emphyteuta, maritus, possessor majoratus, & alius similis ea uti, debeat: Et quando juxta consuetum modum cædendi testatoris, vel juxta generalem Regionis consuetudinem. Quid denique præfatæ personæ facere possint in sylva non cædua grandium arborum, sive procerum, quæ dumtaxat ob frondositatem, & opacas de ambulationes habentur, vel si fructiferæ sint: Et an saltim pro reparatione Villæ, aut fundi, cui sylva inhæret, ramorum aliquot cæsio permittatur: Et de his grandioribus arboribus viventorum ejectis, vel desiccatis, an tunc, ut fructus sylvæ habeantur, & ad fructuarium, vel proprietarium pertineant.

CAP. VII.

Levatis fructibus, an spicæ, seu vinearum folia, herba naturalis, vel alia spolia in agris privatorum remanentia ipsorum agrorum fructus sint, dominisque privativè competant, ita ut hujusmodi pastum aliis prohibere possint, vel an hæc omnia commoda omnibus de populo communia remaneant, latè distinguitur inter jus commune, & nostrum Regium, quo hæc pascua ad communionem sunt redacta, ad nostras *ll.* 13. & 14. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recopilat.* Et quid etiam, si oppidorum consuetudine, seu expressa incolarum voluntate talis communio sit inducta: Aliqua etiam annotantur circa terminos nostros quos *rotundos* appellamus, in quo consistant. Et an in præjudicium hujusmodi pascuorum communionis lege speciali, consuetudine, vel aliter inductæ prædiorum domini novellare, plantare, aliove modo suarum terrarum culturam mutare prohibeantur. Et si jure servitutis jus pascendi competat? Ultimòque in eodem casu, cum hæc pascua, levato fructu, communia sunt, noviter celebris quæstio discutitur, an exteri in uno territorio prædia habentes, alibi tamen habitantes, in territorio, ubi sita sunt prædia, his pascuis agrorum privatorum post levatas fruges uti possint? Et quid in aliis pascuis publicis? Et quibus animalibus, an solis aratoriis, seu aliter prædiorum culturæ fervientibus? Aliaque singularia de materia pascuorum utiliter ad praxim tractantur.

CAP. VIII.

Ancillarum partus an ipsarum fructus sint? Et an saltim in redditu veniant: Consequenterque tractatur etiam de partuum dotalium acquisitione, an inter alios fructus marito jure communi quærantur, vel uxori restituendi remaneant. Et quid jure nostro Recopilation. quo omnes fructus, & redditus inter conjuges communicantur, an idem in ancillarum partubus dicendum sit? Et quid denique de partuum à bonæ fidei possessore acquisitione, an ejus statim, ut nati sunt, ut alii pecudum fœtus, fiant, vel usucapione aliqua is indigeat, pro intellectu difficilium jurium *in l.* 4. §. 4. & §. *Fructus, ff. de usucapion. leg. si aliena* 10. §*Scævola, ff. eodem, leg. qui vas*, §. *Ancilla*, & §. *Ex furtivis, ff. de furt.*

CAP. IX.

Protocollorum emolumenta, seu commoditates ex eorum exemplationibus redactæ, utrum ipsorum fructus sint, & consequenter ad usufructuarium omnium bonorum, vel officii tabellionatus pertineant: Aliaque de protocollis, seu registris Tabellionum, & à quibus, eis decedentibus, exercenda competant, ad nostram *l.* 24. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopilat.*

CAP. X.

Lapidicinæ, & cætera mineralia, auri, argentivè fodinæ, & similia an sint in fructu? Agitur plenè de materia lapidicinarum feudi dotalis, alteriusvè, cujus usufructus alicui debeatur, ad declarationem textus *in leg. divortio*, §. *Si vir*, & §. *Si fundum, ff. solut. matrimon. leg. si ex lapidicinis* 33. *ff. de jur. dot. leg. æquissimum*, §. *Inde est, ff. de usufruct. l.* 57. *tit.* 11. *part.* 4. & aliorum jurium. Et quid de jure Regio Hispano, aliorumque Regnorum circa mineralia in privatis, vel in publicis locis reperta servetur, an inter Regalia connumerentur, necne.

CAP. XI.

Thesauri an fundi, ubi inveniuntur, fructus reputentur, ut consequenter ad fructuarium, emphyteutam, feudatarium, possessorem majoratus, vel alium, cui fructus competunt pertineant. Plenèque tractatur materia de thesauris: Aliqua etiam specialia adducuntur de pecunia gemmis, aliisque monilibus, vetustissimo tempore, vel recenter reconditis, quando, ut thesauri habeantur: Et si de dominis per singrapha reperta, seu aliter, constet: Et denique de thesaurorum acquisitione tam jure communi, quàm nostro Regio, necnon, & aliorum Europæ Regnorum: quid si in privatis, aut publicis locis casu, vel data opera, per fundi dominum, conductorem, vel extraneum inveniantur.

CAP. XII.

Venatio, piscatio, & aucupium, an prædiorum fructus sint? Et primò, quid in privatis fundis: Secundò, quid in publicis locis, aut nemoribus, vel fluminibus, quæ Regio dominio, & jurisdictioni immediatè subsunt: Tertiò, quid in terris dominorum inferiorum: Ad plura circa facultatem venationes, aut piscationes prohibendi per privatos prædiorum dominos, & per Comites, Mar-

Digitized by Google

Marchiones, aliaſve oppidorum dominos inferiores, necnon, & per Principem ſupromum: ex quibus cauſis, quibuſve temporibus, aut venationis inſtrumentis id fieri poſſit? Quando etiam privilegio, aut præſeriptione, vel de conſenſu populi hæc facultas prohibendi, vel faciendi ſibi privatas defenſas, ſeu foreſtas reſervatas oppidorum dominis inferioribus competat.

C A P. XIII.

UTrùm laudemium emphyteuſis, feudi relevium, & etiam adhoa inter fructus emphyteuſis, aut feudi connumerari debeant? Pluraque annotantur de materia laudemii, relevii, & adhoæ: & etiam aliqua adducuntur de noſtro ſervitio lancearum, quod per hujus Regni Magnates, & Titulatos Regi præſtatur, vulgo *Servicio de Lancas*. Quo jure jura iſta debeantur, & de eorum quota, & alia de materia.

C A P. XIV.

UTrùm dona annua, munera ordinaria, vel extraordinaria, aut alia xenia, ſeu ſimiles annuæ præſtationes tempore paſchatis, aut pro jucundo adventu, vel ex aliis cauſis per vaſſallos oppidorum dominis præſtari ſolita, fructuum appellatione veniant? Et an idem de his muneribus, ſeu annuis præſtationibus, ac de fructibus dicendum ſit? Et an in fructuum reſtitutionem ob nullitatem oppidorum alienationum comprehendantur? Et etiam an in fructuum locatione, ceſſione, vel ſimilibus contractibus, & ad alios plures effectus fructuum appellatione veniant? Tractatur latè, & diſtinguitur inter merè gratioſa liberaliter præſtita: & inter neceſſaria, privilegio, pacto, aut conſuetudine, legeve ſpeciali debita, pro intellectu *leg. Seio*, *§. Medico*, *ff. de ann. legat.* ſimiliumque jurium declaratione: Et quid in Regiis donationibus, vel muneribus officiali ob merita extraordinariè factis, an inter officii emolumenta ad reſtitutionem fructuum imputentur? Et aliqua etiam de donationibus per Principes legatis factis, an legatis ipſis, vel ſuis Principibus mittentibus quærantur.

§. Unic.

QUando munera, ſeu annua donativa, aliæve præſtationes per vaſſallos Dominis præſtari ſolitæ, de quibus in capit. præcedent. egimus, præcisè, aut voluntariè, & ex mera liberalitate de jure communi ſoluta intelligantur, ut, & tunc inter fructus caſtri connumerari debeant, vel non, juxta diſtinctionem ſupra in cap. præcedent. relatam: Diſcutitur plenè an, jure communi attento, de natura feudorum, vel ratione dominii, aut juriſdictionis caſtri, aut oppidi aliqua donativa, ſive adjutoria per vaſſallos Baronibus, aliiſve dominis inferioribus pendi debeant, negativèque reſolvitur: Et ſpecialiter quid in donativis tempore Paſchatis, vel nativitate filiorum, quod apud Italos ſervitium pro facienda *Faſcia* appellatur, apud nos *Mantillas*: vel etiam in ipſorum dominorum nuptiis: Et an his temporibus vaſſalli choreas ducere, vel alias Feſtivitates, pariter equitando, in ſignum lætitiæ facere debeant? Et quid in aliis ſervitiis obſequialibus, ut in vigilia Nativitatis Chriſti Domini lignum groſſum in dominorum focularia adſportare, quod apud Italos *Cippum*, apud nos in aliquibus locis *Nochebueno* idiotiſmus appellat: Et an etiam in primo die Maji arborem, vulgo *Mayo* dictam, gallinis, aliiſque avibus plenam, & compoſitam dominis offerre teneantur? Et an flores in aliquibus anni diebus? Palmas benè compoſitas in Dominica Palmarum? Et ad ſimilia ſervitia vaſſalli compelli poſſint? Incidenterque plura utilia adducuntur circa alia tributa, ſive gabellas, quid juris in earum impoſitione, aut remiſſione Domini inferiores habeant; necnon, & oppida, aut Civitates ſuperiorem recognoſcentes, maximè ad remiſſiones quas frequenter faciunt in favorem Doctorum, Medicorum, ſimiliumve perſonarum, quarum opera Reſpublica adjuvatur: Et quid etiam obiter tractatur de collecta 3U.marapetinorum, quæ noſtris oppidis, vel Civitatibus, etiam ſine Regia licentia ſuis civibus indicere permittitur per jura Regia *in l. 1. 2. & 6. tit. 6. lib. 7. l. 25. tit. 6. lib. 3. Recopilat.* de quarum etiam conciliatione cum *l. 16. tit. 8. lib. 9.* ejuſdem Recopilat.

C A P. XV.

AN, & quando donativa, ſeu adjutoria per vaſſallos in aliquibus caſibus ſpecialibus præcisè præſtari debeant, ut & tunc inter fructus feudi, aut oppidi, juxta dicta in capit. præcedent. computentur. Proponuntur quatuor caſus ſpeciales, in quibus hujuſmodi donativa, aut ſervitia neceſſaria ſunt: ut ſi jure ſpeciali id caveatur: ſi privilegio, aut Regia conceſſione competant: ſi conventio inter dominum, & vaſſallos legitimè inita fuerit: ſi conſuetudine, aut præſeriptione acquiſita: De quibus caſibus quomodo, & quando procedere debeant, ſeparatim in §§. ſequentib. agam.

§. I.

DE Donativis, muneribus, ſeu adjutoriis vaſſallorum neceſſariò Dominis, aut Baronibus ex aliquibus cauſis ratione ſtatuti, aut juris ſpecialis in aliquibus Regnis debitis, maximè apud Feudiſtas, & in Regno Neapolitano ex conſtitutionibus illius Regni *Quamplurimum*, & conſtitutionibus *de Comitibus* necnon, & in aliorum Regnorum Baronibus, quibus propter eorum paupertatem ex conſuetudinibus feudalibus, & ſpecialibus ſtatutis hæc adjutoria, vel donativa pro filiabus maritandis, terra emenda, ipſis Dominis à captivitate redimendis, & ex aliis cauſis per vaſſallos exſolvuntur: Et an ſtante ſtatuto, ut pro filia, vel filiabus maritandis vaſſalli dominum adjuvent, pro prima tantum, vel etiam pro ulterioribus teneantur? Et an pro naturalibus, vel ſpuriis, necnon, & pro ſororibus, & an etiam pro Monachandis. Et quid, ſi filia ita pulchra ſit, ut ob pulchritudinem, non obſtante parentis paupertate, æquè commodè, ac dives, nubere poſſit, vel jam maritum invenerit: an adhuc vaſſalli pro ejus dote ex dictis ſtatutis contribuere debeant? noviter, nec injucundè exagitatur. Et alia plura circa dicta ſtatuta, & cauſas adducuntur: Et quid denique apud nos, an noſtris dominis vaſſallorum hæc adjutoria ex prædictis cauſis per vaſſallos debeantur, fundatur noviter, & reſolvitur pars negativa contra Bobadill. & alios Regnicolas, aliquaque ſpecialia jura noſtra adducuntur: & ad plures inter noſtros vaſſallos Burgenſes, & feudales differentias multa invenies.

§. II.

QUando ob ſpeciale Principis privilegium, vel conceſſionem in feudi inveſtitura, aut oppidi conceſſione prædicta adjutoria, ſeu donativa vaſſallorum Dominis inferioribus neceſſariò competant, ut,

& tunc fundi, aut oppidi fructus, juxta dicta supra in capit. præcedent. reputentur? aliqua etiam notantur de istorum servitiorum Regiis concessionibus, aut privilegiis: Et an apud nos in libris vulgo *de la Salvado* adscribi debeant? Et quid in aliis gratiis, aut Regiis concessionibus.

§. III.

QUando ex pacto, aut transactione, seu alia conventione inter dominum, & vassallos inita, prædicta donativa, vel adjutoria necessaria sint? Plenèque tractatur de vassallorum conventionibus, vel transactionibus, aliisve contractibus circa hæc donativa, vel quæcumque alia servitia cum dominis initis: quando per vim, aut metum facti præsumantur? latèque distinguitur, pro Doctorum concordia, & plurium jurium Regni intellectu, inter pactiones circa hæc servitia celebratas cum vassallis, qui ratione terræ, aut soli accepti subjiciuntur, qui apud Italos, vel Feudistas de *Mansata* nuncupantur, & apud nos *Solariegos*, vel cum vassallis, qui dumtaxat ratione jurisdictionis subditi sunt: & alia plura scitu digna circa hujusmodi vassallorum cum dominis conventiones, seu contractus utiliter ad praxim tractantur.

§. IV.

QUando ratione consuetudinis, aut præscriptionis prædicta donativa, munera, seu vassallorum collectæ necessaria sint? ut, & tunc consequenter inter fructus oppidi, aut castri, seu jurisdictionis haberi debeant? Plenèque tractatur de longi, aut longissimi temporis præscriptione, necnon de quadragenaria cum titulo, centenaria, & immemoriali: qua istarum vassallorum nostra munera, seu impositiones dominis inferioribus necessariò deberi, possint; nullamque, præter immemorialem, pro eis quærendis sufficere, latè resolvitur ad nostram *leg.8. tit.15. lib.4. Recopilat.* pluraque objecta contra immemorialem istam excluduntur, maximè plenè, & forsan noviter discutitur quæstio circa præscriptionem in facultativis admittendam, vel non: Et quare in tributis aliis ordinariis non admittatur ad differentiam nostrarum impositionum, quæ tributorum genus sunt, & eo non obstante, immemoriali præscribuntur: non nulla alia, & quidem specialia ad nostram quæstionem de materia immemorialis, & eius requisitis afferuntur: An spontanea voluntas vassallorum in ea specialiter sit probanda? An titulus, vel causa probari, aut saltim allegari debeat? Quot probanda testibus? An per vassallos? Et de ipsorum testium bonæ famæ speciali probatione? Et quid si omittatur, & testes notæ fidei sint, quia Clerici, seu aliter in dignitate constituti, aut personæ graves, & probatæ opinionis? Et an etiam scripturis immemorialis probetur? Et de interruptione, rumore maximè, aut murmuratione vassallorum: Et si impositiones metu executionis, vel pignorationis cum protestationibus obtulerint: Et de uniformitate præstationum in singulis annis probanda: Et quid si difformitas sit in quantitate, vel in specie? Et an immemorialis hæc locum habeat in impositionibus nimis insolitis, & gravosis, & in servitiis personalibus vassallorum, quæ *Angariæ*, & Patangariæ dicuntur, aliisque oneribus naturalem libertatem vassallorum infringentibus præscribendis, vel non.

C A P. XVI.

MAgistratuum, cæterorumque Officialium, & Ministrorum justitiæ creationes, seu electiones, an jurisdictionis fructus sint? Et per inferiores dominos vassallorum fieri valeant, ubi in creationibus Judicum, Nunciorum, apud nos *Porteros*, Alguacellorum, Ponderatorum, seu Mensuratorum, apud nos *Almotazanes*, seu *Fieles*: vel apud quos vinum, aut oleum privativè metitur, aliqua parva quantitate, seu nummo pro assistentia præstito, apud nos *Fieles Medidores*, *y Mojoneros*, aliqua notabilia de materia ponderum, & mensurarum: necnon de electionibus custodum montium, seu defensarum, quando tales Officiales per dominos inferiores jurisdictionis, vel per ipsa oppida, aut Regem eligi debeant? Et quid stante privilegio, consuetudine, aut præscriptione? Plenèque aut Magistratuum electiones, quando jurisdictio privativè, vel accumulativè concessa intelligatur? latèque distinguitur inter privilegio, vel aliter concessam in dominium, & proprietatem, vel tantum in administrationem, aliaque multa de materia horum officiorum per dominos inferiores electionis: Et postremo agitur de electione, seu missione judicum pro syndicandis justitiæ Officialibus: necnon pro revidendis rationibus oppidorum, an etiam hoc ratione jurisdictionis inferioribus dominis debeatur.

C A P. XVII.

AGitur de Judicum, seu Officialium secundarum causarum appellationis creationibus: quando inter fructus jurisdictionis connumerari debeant, & consequenter ad jurisdictionis dominos inferiores, seu Barones ex vi simplicis jurisdictionis concessionis pertineant? Et quid stante clausula, cum mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, & aliis amplissimis clausulis in concessionibus adjectis? Latè distinguitur inter primam, vel secundam instantiam appellationis: Et ultimum ad Regem recursum à sententiis quibuslibet inferiorum: Et quid jure nostro Regio, attenta lege Regia vulgo *de Guadalaxara*, ubi latè de ejus interpretatione: Et an, omisso medio dominorum, vassalli ad Regias Audientias appellare valeant? declaratur plene materia appellationis, omisso medio, tam in jure Civili, quàm Canonico & Regio in appellationibus à sententiis Episcoporum, suffraganeorum Delegatorum, Subdelegatorum, Archidiaconi, Arbitrorum, & aliorum inferiorum, an ad Papam, ejusve Legatum, seu Nuncium, & ad Patriarchas, Primates, necnon ad Metropolitanum, & ad alios superiores, omisso medio, interponi valeant? Et quid in Neapoli, Germania, Gallia, Sicilia, & aliis Provinciis, & in earum Baronibus circa eamdem materiam servetur? Et in appellationibus à Judicibus Delegatis per Barones, vel Dominos vassallorum apud nos *Iueces de Comission*, *o Pesquisidores*: Et in judicibus extractionum, apud nos *de Sacas*, vel etiam *de Mesta*, *o Canadas*. Et Confraternitatis vulgo *de la Hermandad*, in his omnibus in terris dominorum inferiorum procedentibus, an ad ipsos dominos, vel Regia Tribunalia, tales appellationes sint interponendæ.

§. Unic.

Digitized by Google

Index Argumentorum Quæstionum.

§. Unic.

PRosequitur materia capit. præcedent. circa emolumenta, sive fructus jurisdictionis ad secundas instantias appellationum dominis inferioribus concessæ: Agitur de duobus principalibus hujus jurisdictionis præeminentiis, vel commodis. Primò de facultate avocandi causas primæ instantiæ à Judicibus inferioribus. Secundò de præeminentia illa nobilissima consilium habendi, sive Parlamentum, ubi per plures Judices causæ istæ appellationum terminentur: Plenèque tractatur de materia avocationis causarum à quibus, & ex quibus causis fieri possit, in vassallorum dominis inferioribus suorum judicum primatum causarum respectu: Et quid si ab eis, vel ab ipsis oppidis eligantur? In Episcopis, & suis Vicariis, Correctoribus, & ipsorum locumtenentibus: & quid postquam in Regno per Supremum Cameræ Senatum nominabantur? Aliaque plura de materia avocationis causarum in cæteris superioribus.

C A P. XVIII.

PRosequitur materia capit. præcedent. circa jurisdictionis fructus in Officialium electionibus consistentes, ubi plenè agitur quomodo in his electionibus faciendis, seu fructibus percipiendis domini jurisdictionis se gerere debeant, & quod præcisè electiones facere teneantur, quia ipsi jurisdictionem exercere valeant, latè in examine testium, torturis infligendis, carcerandis, vel excarcerandis reis, & similibus actibus jurisdictionalibus, à quibus omnino domini inferiores abstineto se debent, & liberè suis officialibus jurisdictionem committere, nec jubere facias sic, vel non facias: nec ut summariè, & de plano procedant, aut quod ex processu informativo tortura infligatur; & quid in atrocioribus delictis, & ubi tumultus timetur, & periculum est in mora: & an contra suos officiales ob delicta procedere possint. Et quid circa electiones faciendas servate debeant, maximè cum ad propositionem oppidorum eligunt. Et an majora suffragia habentes eligere, vel confirmate teneantur, vel aliquo casu ultra personas nominatas, eligere possint, & alia circa personas eligendas, earumque capacitatem, vel incapacitatem, & quando secundam, vel tertiam propositionem ob oppidis fieri petere possint: Et an istas electiones, vel alios actus jurisdictionis voluntariæ, aut contentiosæ extra territorium exercere valeant. Et utrum semel electos absque causa, vel cum ea intra annum removere possint; & quid locata oppidorum jurisdictione, an conductor novas electiones statim facere possit, vel factis per locatorem stare teneatur *ad leg. emptorem*, *Cod. locat.* ubi latè de singulari successore, qui per translationem, aut successionem succedit, quando facto antecessoris stare debeat? Et quid decedentibus jurisdictionis dominis in eorum successionibus, an similiter electionibus prædecessorum stare cogantur, vel novas facere valeant; & latè distinguitur inter jurisdictionem liberam, vel majoratui annexam aut quæ feudo ex pacto, & providentia, vel hæreditario cohæret, & quid denique cum electiones, per antecessorem ad beneplacitum fuerunt factæ.

C A P. XIX.

PRosequitur materia capitum præcedentium, & agitur de Tabellionum creatione, an jurisdictionis fructus sit ut consequenter per Duces, Comites, aliosvè dominos inferiores fieri valeat. Pluraque de materia Tabellionum: de ipsorum differentia, & facultate circa exercitium suorum officiorum, tam in terris dominorum inferiorum, quàm in Regiis.

C A P. XX.

UTrùm mulctæ, pœnæ pecuniariæ, & bonorum mobilium, vel immobilium confiscationes, similesque alii proventus fructus jurisdictionis sint, necne discutitur plenè ad plures juris effectus: Ad solutionem relevii, vel adhoæ, vitam militiam, sive alimenta secundogenitis præstanda per primogenitos feudorum, vel majoratuum possessores. Nec non tractantur aliqua de emolumentis ex sigillandi jure, ratione jurisdictionis perceptis, & denique an hæc omnia revocata feudi, vel majoratus, aut jurisdictionis alienatione in fructum restitutione, quoties facienda est veniant, vel non.

C A P. XXI.

PRosequitur materia fructuum jurisdictionis, seu proventuum, & plura cumulantur emolumenta, aut præeminentiæ, quæ ratione jurisdictionis, necnon, & dominii Magistratibus, aut dominis vassallorum, seu Baronibus competunt. Plenè de Armorum, seu insignium in locis, aut operibus publicis appositione: furcarum, aut virgæ erectione, carcerum constructione: pluraque contra carceres privatos, vel tenebrosos, aut subterraneos habentes, & alia de materia carcerum adducuntur: An rei judicatæ derogato, & post eam novas revisiones concedere, jurisdictionis quoque fructus sit. An supremæ jurisdictionis, vel potius ordinariæ inferioribus concessæ? Quomodo hac regalia Princeps uti debeat? An etiam instantias peremptas instaurare; de crimine falsæ monetæ; & de violentiis judicum Ecclesiasticorum cognoscere: chartas tuitivas, maximè in Lusitania concedere; pœnas confiscationum indicere, filios naturales, aut spurios legitimare, vel infantes emancipare: veniam ætatis minoribus, vel moratorias debitoribus, ære alieno gravatis concedere: Hospitia in domibus vassallorum habere, eorumque alia animalia pro iter faciendo accipere? Quæ omnia an jurisdictionis, aut dominii concessi fructus sint, & ad dominos inferiores pertineant, plenè discutitur.

C A P. XXII.

AGitur de tribus principalibus præeminentiis, aut commodis, quæ an inter fructus, aut dominii concessi connumerari debeant? dubitari solet: Et primò de immunitate, quam rei ad domos Magnatum, aliorumve dominorum inferiorum, necnon ad ipsorum personas in suis locis confugientes prætendere solent: an hæc præeminentia jurisdictionis, vel dominii emolumentum, aut fructus sit, dominisque in suis oppidis competat? Et quid in Rego, & Palatio Regio, & domibus Nobilium Aragonum & Infanzonum Navarræ? Secundò de securitate, aut salvocon-

ducto, quæ apud Italos *Salvaguardia*, aut *Guidaticum* appellatur, an id etiam concedendi facultas jurisdictionis, vel dominii fructus sit? Et latè distinguitur inter securitatem, quæ per schedulam Regiam concedi solet, apud nos *Carta de amparo, y Seguro Real*, quæ ob timorem potentiorum expeditur: & quæ cum cautione de non offendendo, vulgariter per quemlibet judicem conceditur ex *leg. denunciamus, Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* Et inter securitatem, quæ delinquentibus absentibus, ante sententiam vel post eam ex causa, vel sine ea ad tempus, vel perpetuò tribuitur, quæ salvusconductus, vel apud Italos *Guidaticum* dicitur. Et quid coram aliis judicibus Regiis inferioribus, & in Tribunalibus superioribus quando, & quomodo per eos ista securitas sit concedenda? Et de salvoconducto legatis concedi solito. Tertiò tractatur de remissione, aut indultu pœnarum, an similiter eum concedere, ut jurisdictionis præeminentia, aut commodum habeatur, & ad Magnates pertineat? Et quid si hæc remittendi facultas speciali privilegio eis sit concessa, quomodo ea uti valeant, an ante, vel post sententiam, vel saltim, pendente appellatione, virtute hujus privilegii indulgere possint? Et pro coronide aliqua notabilia adducuntur circa has remissiones per Regem concedendas, vel non, ex quibus causis, & in quibus delictis: Et quam parcè his remissionibus, ne justitia violetur, sit utendum.

CAP. XXIII.

Nundinarum, seu Mercatuum creatio, an jurisdictionis fructus sit? ejusque ratione Ducibus, Comitibus, aliisve dominis inferioribus competat? Pluraque etiam de materia nundinarum, seu mercatuum: de eorum gabellarum, alteriusve tributi immunitate apud nos *Francos*, quando per dominos inferiores similiter id condi, valeat? Et an de loco ad locum ipsæ nundinæ, aut mercatus transferri possint? Et obiter quid in concessionibus Regiis circa creationem nundinarum, ut in aliquo oppido noviter fiant, an ob id præjudicium oppido convicino inferatur, ex eo, quòd commercium nundinarum, quæ etiam Regia concessione ab antiquitus exercentur? per novam creationem valdè minuatur, ad tentionem gratiæ, tam jure communi attento, quàm ex dispositione nostræ *l.11.tit.4. lib.2. Recopilat.*

CAP. XXIV.

Prosequitur materia capitum præcedentium de jurisdictionis emolumentis, aut fructibus: Agiturque in præsenti de præeminentia claves, vel ipsa oppida custodiendi: An ratione jurisdictionis dominis inferioribus id competat? Et quid etiam in oppidis, vel Civitatibus nulli alii, quam Regi subjectis? Et si plures sint domini castri? Pluresve fratres, an ad majorem spectet? Et si nullus sit minor: ad plura specialia de materia *leg. fin. Cod. de fid. instrument.* Et an tempore belli Princeps privatorum castra, & fortalitia in confinio hostium existentia munire, & custodire valeat? Quid in Ecclesiarum turribus, & in ipsis Ecclesiis? Et de expensis in privatorum Castellis, vel oppidis custodiendis, an cessante bello, & suis dominis restitutis, per eos Regi exsolvi debeant? Et denique incidenter tractatur, quàm necessariò hujusmodi limitanea oppida in Regia Corona propter Regni securitatem conservari, debeant: Et de eorum alienationis prohibitione, & jam factæ revocatio quando liceat, vel fieri debeat?

CAP. XXV.

Angaria, & Perangaria, sive vassallorum personalia servitia, an, & quando jurisdictionis, vel dominii, aut feudi inferioribus concessi fructus sint, ut consequenter ipsis dominis, vel Baronibus debeantur? Plenè de natura horum servitiorum agitur, de eorum origine, gravitate, & compensatione: Et in quibus vassalli Angarii, & Perangarii cum antiquis Romanorum adscriptitiis, & nostris vassallis Burgensibus conveniant, vel different? Resolvitur latè nullo modo de jure hujusmodi servitia oppidorum, vel feudorum dominis deberi, nisi privilegio, aut præscriptione ea habent: Quomodo hæ limitationes procedant? Et quid in judicio possessorio, aut summarissimo? Et stante inter ipsos dominos, & vassallos circa ea exsolvenda aliqua conventione? Postremo quid in Principibus supremis quoad hæc servitia à suis vassallis exigenda, & quod facilius eorum favore admittantur.

§. Unic.

Prosequitur materia capit. præcedent. agiturque de excessu dominorum inferiorum, seu Baronum in exactione Angariarum, & Perangariarum, sive servitiorum personalium vassallorum, casu, quo aliquo jure speciali, vel titulo eis debeantur: Tractatur principaliter de excessibus, qui tripliciter considerantur, ac dividuntur: In qualitate, nempè, servitiorum: In modo exactionis; & in ipsorum mercedis solutione: Ad plura utilia in praxi circa multa vassallorum gravamina removenda, quæ hujusmodi servitiorum prætextu frequenter per Dominos indicuntur.

CAP. XXVI.

Agitur de jure hospitandi, quod Duces, Comites, aliive domini inferiores per sua oppida transeuntes in domibus vassallorum prætendere, solent, an hoc jus jurisdictionis fructus, vel dominii emolumentum sit reputandum? Ut consequenter eis debeatur: negativèque contra plures resolvitur, nisi privilegio, aut legitima præscriptione hoc jus quæsitum habeant: Et quomodo in his casibus absque magno præjudicio vassallorum eo uti debeant? Pluraque etiam de hoc jure hospitandi in Principibus supremis, tam in oppidorum transitu, quàm in Curiis Regiis eis in quarumliber privatorum domibus debito apud nos *Casa da Aposento* nuncupato: An etiam Ecclesiasticarum personarum domus oneri huic subjiciantur? Et quid in transitu militum? De aliisque pluribus personis exemptis: & in parentibus, & fratribus exemptorum, an eorum immunitate in hospitandi onere, aliisve tributis realibus, aut personalibus gaudere debeant? plenè discutitur, ac resolvitur.

CAP. XXVII.

Sub eadem materia fructuum jurisdictionis agitur de bonis vacantibus, vel deperditis, aut incertis apud nos *Mostrencos*, an jurisdictionis, vel dominii & territorii emolumenta, aut fructus sint, & consequenter dominis inferioribus competant? vel an potius supremæ jurisdictionis, vel dignitatis emolumenta, aut regalia reputentur? Quid, stante circa horum bonorum acquisitionem speciali privilegio, aut consuetudine immemoriali in fa-

vorem

Digitized by Google

vorem dominorum inferiorum ? Et quæ bona incerta, seu *Mostrenca* dicantur: an eorum nomine missilia: res habitæ pro derelictis, vel quæ nullius sunt veniant ? Agitur etiam in quibus usibus hæc bona incerta per Principem, vel alium, cui competunt, sint eroganda? Et de speciali apud nos applicatione pio operi Fisci Sanctæ Cruciatæ: Quid etiam de privatis inventoribus, quomodo, & quibus ea sint restituenda ? Et an aliquid sibi ob propriam indigentiam applicare valeant ? Et alia plura de materia horum bonorum incertorum: Quomodo, & per quos terminos præconizari debeant? Et an post præconia, dominis comparentibus, sint restituenda ? Pluraque etiam remissivè de materia bonorum vacantium, quo jure, & quibus oneribus Fiscus, vel ipsius jus habentes succedant, & per quas personas excludantur? Quid in bonis vacantibus Clerici: an Fiscus Ecclesiasticus, vel sæcularis succedere debeat?

§. Unic.

PRosequitur materia capit. præcedent. agiturque similiter, an naufragantium bona jurisdictionis, vel dominii territorii fructus haberi debeant, vel saltim ad Regium Fiscum ratione supremæ jurisdictionis pertineant? Resolvitur plenè, suis privatis dominis hæc bona servanda, quin per Fiscum Regium, vel alios inferiores dominos, ut jurisdictionis fructus, occupari valeant, *ad Authent. Navigia, Cod. de furt.* & nostra jura Regni *in l.7. tit.9. part.5. l.3. & 10. tit.12. lib.6. Ordinament. l.9. & 11. tit.10. lib.7. Recopilat.* nisi infidelium, inimicorum, seu pyratarum sint: vel in defectum dominorum: quo ultimo dumtaxat casu, ut vacantia, aut incerta rectè per Fiscum, vel ejus jus habentes occupari posse, latè fundatur: Plenèque improbantur Gloss. Renat. Choppin. Bodinus, Borrell. & alii Doctores qui contrariam impiam consuetudinem, & generalem horum bonorum acquisitionem nostris Regibus Hispaniæ, & totius Europæ Principibus Christianis tribuunt, & alienigenarum consuetudinibus malè, & contra expressa jura municipalia plurium Regnorum attestantes, & præcipuè contra jura nostra Regia supra adducta, de quibus nec mentionem faciunt.

C A P. XXVIII.

AN Facultas condendi statuta, vel leges municipales, seu ordinationes, easve saltim ab oppidis conditas confirmandi potestas jurisdictionis commodum, aut fructus sit, & oppidorum dominis, vel Baronibus jurisdictionem cum mero, & mixto imperio habentibus competat? Et quid in ipsis oppidis, aut Civitatibus, quibus etiam jurisdictio competit: vel si nullam jurisdictionem habeant, & in aliis quoque Judicibus, aut Magistratibus perpetuis, vel temooralibus: Et quando Principis, vel alterius superioris confirmatio requiratur, latè distinguitur inter jus commune, & Regium Partitarum aut Recopilationibus *ad l. omnes populi, ff. de justit. & jur. l.12. tit.15. part.1. leg. penult. tit.1. part.2. leg.8. tit.1. lib.7. leg.14. tit.6. lib.3. Recopilat.* & inter legem generalem, & statuta municipalia: & si pro principali decisione causarum fiant, vel pro rerum publicarum bona gubernatione, rectaque justitiæ administratione: aut super victualibus, aliisque utensilibus, & si frumenti, similiumque rerum extractionem, aut ingressum ob penuriam, vel abundantiam prohibeant: & de statuto, ne immobilia in exteros à territorio transferantur: vel ipsis vicinis de territorio egredi, & in aliis locis commorari, prohibeant: vel econtra, si exteris noviter ad habitandum venientibus ingressum, aut vicinitatem prohibeant: & in ordinationibus circa pascua per oppida, vel dominos inferiores fieri solitis, quando per ea pascua mutari, vel alterari valeant in præjudicium convicinorum communitatem, vel alterius jus habentium: Plura etiam circa banna, aut edicta dominorum inferiorum, aliorumve Magistratuum, quæ pro recta justitiæ administratione, tam in civilibus, quàm in criminalibus emitti solent: Plenèque materia horum statutorum discutitur.

C A P. XXIX.

PRosequitur materia statutorum, & notabiliter discutitur celebris quæstio, an postquam statuta per Principem, vel alium superiorem sint confirmata, ea revocandi facultas, ut jurisdictionis commodum considerari valeat, & per dominos inferiores, aut populos, non obstante Regia confirmatione, revocari possint ? Et quid si necessariò, vel majoris firmitatis causa sint confirmata. Et si ad bonum publicum, vel statuentium dumtaxat, seu ad commodum quoque convicinorum respiciant: vel si ad jus commune per revocationem statuentes reducantur: aut si per ipsos fundatores Collegiorum statuta sint condita: & quid denique si sint jurata, vel cum clausula irritanti per superiorem confirmata, ad textus *in cap. cum accessissent, de constitut. & cap. dilecto, de præbend.*

C A P. XXX.

AGitur de commodis, sive operibus, aut servitiis vasallorum obsequialibus, vel reverentialibus, an, & quæ ratione jurisdictionis, vel dominii fructus dicantur, ad plures præeminentias, & honores, quæ in tractamentis vasallorum dominis competunt: Et præsertim, quòd per eos in occursu, & cum sternutaverint, salutentur, associenturve: currus, equivè sistantur: Justitiæ insignia in visitationibus ad portas dominorum deponantur: Tempore Paschatis visitentur: & quid circa hæc obsequia in Magistratibus Regis, & personis illustribus: & de osculatione manus, juramento fidelitatis, vel homagio per vasallos dominis exhibendo: quomodo, & qua forma, & alia plura de ejus materia: Et de præeminentia quod Domini vasallos alloquantur de *Vos*, & capite discooperto, eos stare faciant: Et quid erga Nobiles, & Doctores? Et de cognomine *Dominus*, & aliis titulis *[illegible]ria, Excelencia*, & similibus: Et quod, inconsulto Principe, Duces, Comites, & alii Titulati non carcerentur, vel de tutore, aut curatore eis provideatur.

§. I.

PRosequitur materia capit. præcedent. circa præeminentias, quæ dominis inferioribus inter fructus jurisdictionis competunt: Agitur in præsenti de præeminentiis, sive honoribus, qui eis in spiritualibus, maximè in Ecclesiis suorum oppidorum debentur: & præsertim, an cum Cruce per Clerum, maximè, in novo ingressu oppidorum recipiantur ? An sedilia cum genuflexorio, pulvinaribus, baldachino, & similibus ornamentis, necnon, & cum aliorum præcedentia habere debeant? Et an intra Presbyterium, & quid antiquitus in Imperatoribus, & aliis Principibus supremis circa sellas in Presbyterio habendas, vel non ? Ad casum memorabilem Divi Ambrosii cum Imperatore

Theo-

Digitized by Google

Theodosio: Pluraque incidenter non injucundè afferuntur circa Imperatores, & Reges, an personæ Ecclesiasticæ, vel sacræ reputentur, seu aliquem Sacrum Ordinem habere videantur, ex quo aliqui in bracchio, aliavè corporis parte unguntur, & inter canonicos in aliquibus suorum Regnorum Ecclesiis numerantur? Item, ad præeminentias dominorum, agitur de honore illo, ut ois post Clerum ante alios thurificatio, & Pax exhibeatur: & an etiam suis uxoribus, ante alias fœminas, sit exhibenda? Multaque alia circa consuetudinem in hujusmodi præeminentiis omnino servandam: & quid si illicita, vel contra jus sit? seu, ut minor majorem in aliquibus, vel generaliter in omnibus actibus præcedat? Et si minor proprium actum exerceat?

§. II.

PRosequitur materia §. præcedent. circa honorifica emolumenta, sive præeminentias, quæ in spiritualibus dominis inferioribus, ut jurisdictionis fructus competunt: novæque duæ quæstiones tractantur: Prima an etiam in Ecclesiis de jurepatronatus privatorum hujusmodi honores, & specialiter præcedentia competat oppidorum dominis, eorumvè justitiæ Officialibus; nec non, & Correctoribus, aliisque Regiis Magistratibus in oppidis Regi solum immediatè subiectis, ita quod Ecclesiarum Patronis in sessione, & similibus actibus sint præferendi? Secunda quid dicendum quoad dominos inferiores, si Ecclesiæ suarum terrarum de jurepatronatus Regii sint, an in eis adhuc suis præeminentiis: sella, baldachino, & aliis, de quibus supra, uti possint? Et an oppido per Regem concesso, vel alienato jus patronatus in ejus Ecclesia Regi competens datum censeatur? Et quid etiam in aliis privatorum alienationibus, domus vel Palatii, per quod est aditus ad Ecclesiam jurispatronatus? Et incidenter agitur de jurisdictione, an sub oppidi Regia concessione transeat?

§. III.

PRosequitur materia nostrorum fructuum in operibus obsequialibus, aut tractamentis, & in honoribus, ac præeminentiis consistentium, de quibus in capit. & §§. præcedent. Agiturque an opera obsequialia, vel tractamenta per vassallos exhiberi quoque debeant aliis personis, quam dominis, videlicet eorum uxoribus, filiis, fratribus, & similibus? vel de jure substitutis dominorum, seu locumtenentibus hujusmodi honores, & præeminentiæ competant: Pluraque utilia ad praxim annotantur circa patris, & filii personarum identitatem, ad quæ jura, & parentum privilegia extendatur? & an ad possessionem, maximè in possessione nobilitatis trium personarum ad executoriam possessoriam requisitam per nostram legem Regiam, vulgo do *Cordova*; & ad simile Forum Regni Aragonum: Et an præfata patris, & filii personarum identitas incomparibilitatem inducat ob plures majoratus, vel Commendas Indiarum ab utroque possessas, quasi ab uno possessæ dicantur ad incompatibilitatem majoratuum, respectu quantitatis nostræ *l.7.tit.7.lib.5. Recopilat.* & Regias prohibitiones, ne plures Indiarum Commendæ in una persona concurrere possint.

C A P. XXXI.

COllationes, electiones, institutiones, præsentationes, nominationes, & similia facere, an fructus sit Episcopatus, alteriusvè Prælaturæ, jurispatronatus, aut officii, cujus ratione competunt? Plura de istorum actuum utilitate, & præeminentia: & quòd ideo, ex quo hujusmodi collationes, præsentationes, & similia fructus sint Episcopo, Patrono, Possessori majoratus, feudi, & emphytheusis, cui jus patronatus inhæret, competant: Necnon, & marito ratione dotis, conductori, fideicommissario, curatori hæreditatis jacentis, patri in patronatu bonorum adventitiorum, & cuilibet alii fructuario: de quibus omnibus separatim in §§. sequentib. agam.

§. I.

DE Episcopo, aliisve Prælatis, vel beneficiariis, & de capitulo, sede vacante, quoad collationes, electiones, institutiones, & similia, an hæc omnia Episcopo solo, vel cum Capitulo, seu alternis vicibus utrique competant? Et an jurisdictionis Episcopalis, vel ratione dignitatis Episcopatus fructus sint, ut ad Capitulum, sede vacante, pertineant, vel non? Pleneque distinguitur inter beneficia liberæ collationis, vel necessariæ institutionis, aut confirmationis: & quid si electio, aut collatio per Episcopum simul cum Capitulo, vel de ejus consensu fieri debeat: Et si de consilio tantum? An in his casibus, mortuo Episcopo, capitulo competat? Et in beneficiis devolutis, & similibus, quæ jurepatronatus, aliove jure speciali Episcopo competunt: an, eo mortuo, ad capitulum eorum collatio, vel præsentatio spectet? Et remissivè ad plura alia, quæ in capitulum, sede vacante, transeunt, vel non.

§. II.

DE Patronis, & præcipuè de Principibus supremis quoad beneficiorum præsentationes, Episcopatuumvè rationeque jurispatronatus: Agitur principaliter, quibus modis jus patronatus, & consequenter hujusmodi præsentationes, ut ipsius fructus quærantur? maxima de Ecclesiarum constructione, dotatione, fundi datione, nec non, & reædificatione: Et de Episcopi consensu requisito: & quomodo aliàs ex diuturnitate probetur? Quid etiam in Ecclesiis Conventualibus, seu Collegiatis an in earum jurepatronatus quærendo Episcopi consensus sufficiat, vel Apostolicus requiratur, distinguitur inter Prælati electionem, & ipsum jus patronatus, quoad alias præeminentias: Et quid, ut intersit solum Patronus electioni, vel honoris causa, seu de urbanitate eam confirmet? Pleneque agitur de jurepatronatus Regio, in quibus Regni Ecclesiis competat? Et de similibus juribus conferendi beneficia, seu præsentandi, quæ Reges Ungariæ, & quondam Angliæ, & Imperator habent: & in Gallia de jure regaliæ vulgo *Philippina*, qua Reges Christianissimi, sede Episcopali vacante, Episcopatus redditus lucrantur, cunctaque beneficia provident: Postremò nonnulla tractantur de termino, quod Patronis ad præsentandum competit: & quid in Regibus Patronis?

§. III.

§. III.

DE Usufructuario, possessore majoratus, feudi, aut emphytheusis, quoad acquisitionem nostrarum præsentationum, sive fructuum jurispatronatus: distinguitur plenè inter juspatronatus ipsi majoratui, feudo, aut emphyteusi, vel eorum Villæ, aut castro, aliisve rebus cohærens: & inter principaliter per se subsistens, ut cum præfatis præsentationum fructibus transeat, vel non in usumfructuarium; fideicommissarium, maritum, depositarium, sequestrem, conductorem, aliasque personas, de quibus in §§. sequent.

§. IV.

DE Fideicommissario hæreditatis, quoad acquisitionem fructuum præsentationum jurispatronatus hæreditarii, & ipsius patronatus quando in eum transeat, vel non? Defenditur plenè D. Molin. affirmativa sententia contra ferè omnes maximè antiquiores DD. & Peregrin. qui acriter D. Molin. ex hoc increpat, ad veriorem declarationem *leg. quia perinde*, §. *Restituta*, *ff. ad S. C. Trebellian.* aliorumque jurium difficilium.

§. V.

DE Marito, an ei præsentationes ratione jurispatronatus dotalis competant? Et quid si extra dotale sit? vel, constante matrimonio, super lucratum. Et postremo in vidua, cui statuto dimidia pars fructuum bonorum mariti debetur, an præsentare possit cum hæredibus mariti?

§. VI.

DE Tutore, vel curatore minoris, aut hæreditatis jacentis. Et de patroquoad præsentationes jurispatronatus pupilli, minoris, hæreditatis jacentis, aut filii: Et an saltim tutori, vel curatori decimam præsentationem facere apud nos competat ex nostra *l. 2. Fori*, qua minori fructuum decima pro administratione eis tribuitur?

§. VII.

DE Acquisitione, sive exercitio præsentationum ratione jurispatronatus in sequestre, depositario, conductore, & creditore: an præsentare possint ratione jurispatronatus cum Villa, aut castro, cui inhæret, sequestrati, conducti, pignorive dati? Et denique quid in Fisco ratione confiscationis? Pluraque circa depositarium, aut sequestrem voluntarium, vel necessarium, seu mixtum, quando possidere dicatur, vel non? Et in locatione, aut venditione, quid quando juspatronatus principaliter, vel accessoriè locatur, aut venditur? vel tanquam castro, aut Villæ adhærens, ut Apostolica licentia, pro vitanda simonia, requiratur, vel non? Et in confiscatione plenè distinguitur inter juspatronatus accessorium, seu rei cohærens, vel principaliter per se subsistens, familiare, sive gentilitium, vel hæreditarium, aut personale: & inter Judicem laicum vel Ecclesiasticum damnantem, aut confiscationem indicentem.

§. VIII.

DE acquisitione nostrorum fructuum præsentationis, collationis, electionis, & similium ratione quasi possessionis juris præsentandi conferendi, vel eligendi: ad textus *in cap. consultationibus*, *de jure Patronat. cap. querelam*, *de election.* Plenè tractatur de quasi possessione, & quòd præsentatus à quasi possessore, præsentato à proprietario sit præferendus, nec revocetur etiam si in judicio proprietatis evincatur: & quid si notoriè de defectu juris in proprietate constet: & quomodo constare debeat? Aliqua etiam annotantur circa requisita hujus quasi possessionis, maximè circa bonam fidem: Et si unus ex patronis, vel electoribus malam fidem habuerit, an, & quando respectu etiam aliorum, electio in totum vitietur? Quid in hæredibus, vel cessionariis, an eis absque ulla apprehensione ex sola cessione, vel additione hæreditatis, ubi juspatronatus invenitur, ejus quasi possessio quæratur? Et similiter idem tractatur in aliis juribus incorporalibus: & quid in hæredibus suis? Et denique an dispositio *cap. consultationibus*, *de jure Patronat.* sit noviter derogata per Sacrum Concilium Tridentin. *sess. 25. cap. 9.*

C A P. XXXII.

DE aliis emolumentis, sive fructibus jurispatronatus, ut sunt præeminentia in processionibus, ante alios sedendi, offerendi, Pacem, Thurificationem, Palmas, vel Candelas in primo loco recipiendi, & similes prærogativæ: nec non de alimentis Patrono egeno per Ecclesiam debitis. Quorum emolumentorum, sive jurispatronatus præeminentiarum, & honorum tractatio in tribus classibus, vel speciebus, juxta ipsius jurispatronatus diffinitionem, dividitur: In honorificis nempè, onerosis, & utilibus: De quibus in singulis §§. sequentib. separatim tractabitur.

§. I.

DE Emolumentis jurispatronatus, quæ ad primam classem, vel speciem ex tribus in cap. præcedent. propositis spectant, honorificis, videlicet: Agitur de honoribus, & præeminentiis, quæ Patronis in Ecclesiis patronatis debentur: præsertim de eorum præcedentia in processionibus, sessionibus, Thurificatione, Pace, vel Candelis, aut Palmis ante alios recipiendis; necnon & sepulturæ præcedentia, & in similibus actibus. Et an ei accedenti ad Ecclesiam processionaliter per Clerum occurri debeat? De armorum, seu insignium Patroni in Ecclesia collocatione: Pluraque alia de materia insignium, maximè de eis semel in Ecclesiis, vel Capellis appositis per Rectorem Ecclesiæ, Religiosos, vel alios conservandis: De variis actionibus, & remedus pro eorum redintegratione: & de panis contra ea delentes, seu abradentes: quam probationem faciant jurispatronatus: nec non, & dominii, aut jurisdictionis oppidorum, & ultimò plenè discutitur, & resolvitur an Ecclesiarum, vel Capellarum fundatores prudenter, licitèque in conscientia faciant, si sua insignia in eis collocent, vel saltim operis meritum amittant?

§. II.

AGitur de secunda specie fructus, sive præeminentiarum Patronorum, quæ ad secundam partem ipsius diffinitionis jurispatronatus pertinent, & quæ *onerosa* dicuntur: latè discutitur, quæ sint istæ præeminentiæ: Et principaliter de præeminentia, sive onero patronorum tuendi, defendendique Ecclesias patronatas: Quid hujus protectionis ratione patronatus facere possint? aut in quibus se immiscere? Et an rationes à Rectore, vel Beneficiatis exigere?

aut aliqua rerum, ſive redditʋum Eccleſiæ adminiſtratio eis competat, maximè Eccleſia vacante per obitum Rectoris: Quid ſi Patronus laicus, vel Eccleſiaſticus ſit, an etiam in bonorum Eccleſiæ alienatione patroni aſſenſus neceſſariò exigatur? Vel ſaltim in Eccleſiæ ſtatus mutatione: & de ejus prohibitione: Quibus expenſis præfatæ defenſiones per Patronos fieri debeant? Ultimòque de prohibitione ut patroni ex Eccleſiarum rebus, aut redditibus aliquod lucrum, ultra legitimè debitum, ne captent: nevè in eis aliter illicitè ſe immiſceant.

§. III.

AGitur de tertio emolumento principali, aut fructu juriſpatronatus, qui ad tertiam partem ipſius deffinitionis, ſive ad verbum *utile* in ea adjectum ſpectat: quæ prærogativa, ſive emolumentum conſiſtit in cenſu, vel tributo ſpecialiter Patrono reſervato, aut conceſſo: Principaliterque conſiſtit in jure alimentorum, quod Patronis egeſtate laborantibus adverſus Eccleſias competit: plenè de hoc jure: & quid ſi plures patroni ſint? vel oppido juſpatronatus competat, quæ alimenta ei debeantur: Multiſque exemplis hoc jus alimentorum comprobatur: an ſimiliter cuilibet alii donatori inopi per donatarium hoc jus competat: An Magiſtro per diſcipulum, vel econtra? Dominis inferioribus, ſivè Baronibus per vaſſallos, noviter, nec injucundè duæ iſtæ quæſtiones reſolvuntur. Quæ egeſtas in Patrono requiratur: Et quid ſi ſua culpa ludendo, meretricando, vel alio luxu in eam pervenerit: Quando de ſua induſtria, aut arte vivere debeat: Et ſi aliunde alimenta habere poſſit; à parente nempè, fratribus, vel Monaſterio, ſi Religioſus ſit. Item agitur de redditibus, quibus Eccleſia frui debet, ut eo onere teneatur: Et an omnes Eccleſiæ redditus ſint inſpiciendi, vel dotis ſolum à patrono præſtitæ: Et quid dote perempta: Penſionis etiam onus an prius deducendum, vel potius ei alimenta patroni præferantur. Poſtremo de quantitate alimentorum tractatur ad conditionem, ſtatum, dignitatem patronorum, Regionis conſuetudinem, & alia in præſtationem alimentorum arbitrio judicis conſideranda.

C A P. XXXIII.

AN Oblationes, mortuoria, & ſimiles obventiones beneficiorum fructus ſint, necne, & conſequenter de eis uti de aliis beneficiorum fructibus habenda ſit ratio in computatione congruæ, in narrativa valoris beneficii, & ad plures alios juris effectus, ſeu diſpoſitiones, in quibus de fructibus mentio fit: Et etiam in conſequentiam reſolutionis hujus quæſtionis tractabitur quoque quando oblationes iſtæ neceſſariæ ſint, ita ut ad earum præſtationem Parochiani præcisè cogi poſſint, vel voluntariæ cenſeantur: Et quid ſi ex conventione, aut contractu inter Parochum, & Parochianos debeantur: vel ex teſtamento, aliave diſpoſitione: vel ſtante Parochi paupertate, & defectu congruæ, & quid denique ſtante præſcriptione, aut conſuetudine, quia diu per Parochianos oblationes iſtæ præſtitæ fuerunt: Et per quod tempus conſuetudo requiratur: Aliaque plura de materia oblationum, maximè circa dictos caſus, latè expenduntur.

§. Unic.

AGitur plenè juxta materiam capit. præcedent. & pro pleniori ipſius intellectu de eleemoſyna per plures annos Monaſterio, aliive Communitati, ſeu pio loco præſtari ſolita, an etiam in futurum præſtari debeat, necne: ut inter fructus, ſeu proventus Monaſterii, alteriuſve Communitatis juxta dicta in capit. præcedent. computentur, vel non? Et quid ſi privatis pauperibus diu præſtita fuerit? Plenè intelligitur vulgaris regula in facultativis præſcriptionem prohibens, & communis DD. hujus regulæ favore piæ cauſæ limitatio, quando procedere debeat, ad verum, & ſingularem intellectum, *cap. ad Apoſtolicam, de ſimon.*

C A P. XXXIV.

AGitur de fructibus voluptatis, quæ in rebus infructiferis, ex earum tamen viſu propter animi delectationem, aliorumque ſenſuum recreationem capiuntur. Et in primis de ſtatuis, picturis, & Imaginibus, de earumque fructibus ex viſus delectatione ad *leg. ſtatuæ 48. ff. de uſufruct.* Necnon de aliquibus animalibus ad nutum domini, vel ad ſonum turbæ ſaltantibus, aliaque mira hominum diſciplina facientibus: Et de aviculis ad loquelam, vel cantum aſſuefactis, quibus viſus, & auditus maximè delectatur, magnamque fruitionem capit, & etiam multi redditus, ſive fructus pecuniarii ex eo domino rediguntur; & ex viſione aliquorum Monſtruorum, Ermaphroditæ, Fœminæ cum barba ſatis longa, & hyrſuta, Pueruli duo capita, vel quid aliud monſtruoſum habentis: Multaque mira de prædictis animalibus referuntur, & præcipuè de Elephante, ejuſque rarò inſtinctu, & diſciplina: Agiturque de gemmarum, margaritarum, ſimiliumque rerum fructibus, ad *leg. numiſmata 38. ff. de uſufruct. l. Iulianus 9. §. Si tibi decem, ff. ad exhibend.* De fructibus ex floribus, vel hortis, aut jardenis propter eorum voluptatem, & amænitatem, magnamque animi recreationem. De hortis Penſilibus Babiloniæ, Thebarum, & aliis antiquitati celeberrimis: Referunturque Heſperidum horti, eorumque fabula, & veritas: & de Incarum antiquorum Imperatorum in Regno Pervano aureo pretioſiſſimo horto, quem hucuſque abſconditum traditur: Et de omnibus his emolumentis, & voluptatis fructibus æſtimandis, ad *leg. curabit, Cod. de action. empt.* Pluraque de impenſis voluptuariis, quæ redditum pecuniarium non augent, ſed tantum voluptatis præfatos fructus afferunt, quando æſtimari, & per dominum rei exſolvi debeant, pro eiſque competat retentio; & ſi voluntate domini fuerint factæ, & ſi in re promercali, ſive vendi, aut locari ſolita? Et quid ſi in domibus Principum, Magnatum, aliarumque perſonarum illuſtrium? Poſtremòque agitur de officiis, juriſdictionibus, & titulis Comitatus, ſimilibuſve Dignitatibus, quoad redditus pecuniarios infructiferis: De eorum tamen fructibus in honore æſtimatione, & præeminentiis conſiſtentibus, & de ipſorum æſtimatione.

§. Unic.

PRoſequitur materia capit. præcedent. fructuum nempè voluptatis: Agitur de tribus principalioribus, & frequentioribus voluptuoſis fructibus, ſive oblectamentis: Primò de his, quos ex theatralibus repræſentationibus capimus: Secundò de his,

de his, quos ex Musica; plura de ea, quam delectabilis, magnique apud omnes semper habita fuerit? Quando illicita? ut si res turpis, vel cum aliqua inhonestate, aut procaci motu decantetur: Et de cantilenis, quæ de nocte puellis exhibentur ad nostram *l. 5. tit. 10. lib. 8. Recop. lat.* Aliaque plura de Musica cumulantur, de variisque instrumentis musicalibus per aerem, per aquam, & per rotulas sonantibus: & de damni restitutione, & obligatione ad interesse, si hæc instrumenta frangantur, vel aliter quis eis prohibeatur uti. Tertiò de Chorearum delectabili fructu, seu saltationum recreationibus agendum: Et de earum antiquissimo apud Ethnicos laudabili usu, necnon, & in Sacra Pagina, maximè cum in honorem, & laudem Dei honestè fiunt: Et quid econtra, si cum aliqua inhonestate, turpi motu, procaci gesticulatione, amatoriave irritanti cantatione, vel aliter impudenter exerceantur? quæ ideo ex probantur multis Sacræ Paginæ locis, & Sanctorum dictis, quam plurimisque mirabilibus, & jucundis Christianæ hystoriæ exemplis hæc chorearum oblectamenta damnata proponuntur: & quando secus licita sint? referuntur plures circumstantiæ, ex quibus maximè redduntur illicita; veluti ratione loci, temporis, personarum, modi, intentionis, vel ratione provocationis: Quid etiam in gravioribus personis, seu in dignitate positis, an eis aliquando chorizare, vel saltare, liceat? Et denique parentes filias ab his tripudiis, saltationibus, & cantilenis, musicalibusque artibus edifcendis summovere monentur, ob magnum puellarum verecundiæ, & virginalis modestiæ detrimentum, aliaque multa damna, quæ ex his virginum saltationibus, & diversionibus ipsi sæpè sequi contingit.

PARS SECUNDA.

De Aliquibus differentiis inter verbum *Fructus*, & similia verba, aut emolumenta, ut sunt fruges, frumentum, & alia: Necnon inter fructus, & res principales, ex quibus proveniunt; ad alienationes, executiones, confiscationes, & similes voluntarias, vel necessarias dispositiones, quæ, & si multoties in rebus principalibus, quia majoratus, sive feudales sunt, locum non habeant, in earum tamen fructibus rectè procedunt.

CAP. I.

Differentia inter verbum *Fructus*, & alia similia verba, sub quorum appellatione etiam fructus veniunt, ut sunt fruges, triticum, frumentum, bladum, & legumina, & quæ fructuum species sub cujuslibet horum verborum nomine veniat, ad aliqua notabilia in praxi plenè disputatur, & ad pragmaticas, seu banna fructuum extractionis prohibitoria, sub his nominibus loquentia: An, & quando cætera comprehendantur in statuto, maximè tritici, aut frumenti extractionis prohibitorio, an sub eo ordeum, farina, aut panis coctus veniat? necnon aliqua in legatis, & aliis dispositionibus exponuntur, quando, legata materia, materiatum debeatur: ad hypothecam in frumento an hæc in farina duret? Ad privilegia prædiis frumentariis, & agricolis concessa: An etiam leguminibus seminatis, & ea seminantibus competant.

CAP. II.

Quid inter verbum *Glans*, & *Fructus*, & quid glandis appellatione veniat, ad interdictum *leg. unic. tit. de gland. legend.*

CAP. III.

Quid inter fructus, redditus, proventus, introitus, obventiones, & emolumentum intersit? Et qui fructus, aut emolumenta cujuslibet appellatione veniant.

CAP. IV.

Quid inter fructus, & ipsas res principales: ad plures utilissimas in praxi differentias, circa res maximè feudales, emphyteusis, majoratus, Commendatum, minorum, vel quæ aliter absque certis requisitis alienari, prohibentur, an sub hujusmodi tacitis, vel expressis alienationum prohibitionibus istarum rerum fructus comprehendantur, necne? Plenè etiam quoad ipsum feudum, vel emphyteusim, an, & quando, & quibus solemnitatibus per possessores in præjudicium successorum alienari, vel obligari valeat? Et si hæreditarium, vel ex pacto, & providentia sit: In alienatione necessaria, ex confiscationibus maximè, an saltim, pro delicto feudi, aut majoratus possessoris confiscationis pœna inflicta, ejus saltim vita durante, fructus feudi, vel majoratus in fiscum transeat? Ad plures alios juris effectus, & quæstiones circa differentiam inter res principales, & ipsarum fructus.

CAP. V.

Quid inter fructus, & usumfructum, ejusve commoditatem: Ad alienationes, cessiones, aliosve contractus circa usumfructum, vel ejus commoditates, quando per usumfructuarium, feudi dominum, vel majoratus possessorem fieri debeant, vel non? Et an propter hujusmodi fructus cessiones, vel in alium translationes per usumfructuarium celebratas ususfructus amittatur, & cum proprietate consolidetur, ad declarationem textus *in leg. si ususfructus 67. ff. de jur. do.* & alia jura concordantia. Agitur plenè de ususfructus acquisitionis in multis casibus prohibitione, tam à lege, quàm ab homine indicta, an sub ea fructuum quoque, vel commoditatum acquisitio prohibita censeatur: Et postremo de ususfructus adventitiorum remissione, aut renunciatione per patrem in favorem unius ex filiis facta: vel per debitorem in alicujus extranei favorem, an per reliquos filios, vel creditores talis renunciatio, ut fraudolenta, & in præjuditium filiorum, aut creditorum revocanda, vel imputanda saltim in legitima quoad filios. Et quid, si fructus tantum collecti, vel percipiendi remittantur per patrem.

CAP.

Digitized by Google

C A P. VI.

QUando usufructus, vel fructus dumtaxat concessi, aut legati censeantur, ex concessione fructuum, seu legato? ubi latè do legato, promissione, seu alio contractu, in quibus, verbis directis, aut præcativis, vel simpliciter relinquuntur aut conceduntur fructus: Quando usufructus jus, vel fructus tantum relicti, aut concessi intelligantur, ad plenissimam cognitionem illius quæstionis inter Feudistas, necnon in nostris majoratibus, valdè controversæ, circa fructuum venditionem locationem, alteriusve dispositionem, an, & quando ex his dispositionibus usufructus, vel jus aliquod dicatur venditum, seu alienatum in contraventionem prohibitionis, alienationis, rebus feudalibus, aut majoratus inhærentis.

C A P. VII.

DIfferentia inter fructus rerum beneficialium, pensionum, decimarum, & similium rerum Ecclesiasticarum; & ipsas res, aut beneficia Ecclesiastica, necnon, & jus decimandi: Plenè de istarum rerum, aut ipsarum fructuum alienationibus, & aliis, tam inter vivos, quàm in ultimis voluntatibus dispositionibus: & etiam in causis decimarum, aut ipsarum fructuum tam in possessorio, quàm in petitorio ad quem earum cognitio spectet, latè tractabitur: & quid in tertiis Regiis, aut decimis Principibus sæcularibus concessis, quoad ipsarum per Regia Tribunalia cognitionem? Et quid etiam si iterùm per eosdem sæculares Ecclesiis redonentur, an pristinam naturam reassumant, & iterùm quoad forum spiritualizentur.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la fede di revisione, & approvatione del P. Fr. Raimondo Asperti Inquisitore, nel Libro intitolato: *Tractatus de Fructibus D. Mathiæ Lagunez*, non esservi cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per attestato del Segretario nostro niente contro Prencipi, e buoni costumi, concediamo licenza à Paolo Baglioni, che possi esser stampato, osservando gl'ordini in materia di stampe, e presentando le solite copie alle publiche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 3. Giugno 1701.

{ Gio: Lando K.r Proc. Rif.

{ Girolamo Venier K.r Proc. Rif.

{

Agostino Gadaldini Segret.

TRA-



TRACTATUS
DE FRUCTIBUS,

AUTHORE

LIC. D. MATHIA LAGUNEZ
J. C. HISPANO,

Antea in ſuprema Hiſpaniarum Curia Advocato, nunc verò in Regia Quitenſi Audientia Peruani Orbis Senatore.

PARS PRIMA.

Agitur de etymologia, & definitione noſtri verbi *Fructus*, & quæ emolumenta ejus appellatione comprehendantur?

CAPUT I.

De etymologia, ac origine noſtri verbi *Fructus*.

SUMMARIUM.

1 *Rei cujuslibet vera cognitio à prima cauſa, ab origine nempe, ſive etymologia incipere debet.*
2 *In verbi* Fructus *origine variant Doctores.*
3 *Refertur aliquorum prima denominatio à verbo* frumere, *ſeu à* frumine *ex Divo Iſidoro.*
4 *Refertur aliorum ſecunda à* ferendo.
5 *Comprobatur ex* l. item ſi fundi 10. ff. de uſufruct. l. arbores, eodem tit. & l. uſura pecuniæ 121. ff. de verb. ſign. *& num.*6.
7 *Tertia traditur etymologia, à* fruendo *videlicet.*
8 *Refertur quarta Authorum opinio, qui tam à* ferendo, *quàm à* fruendo *verbum* Fructus *denominari volunt.*
9 *Pro vera concordia diſtinguitur inter verbi* Fructus *propriam, & rigoroſam ſignificationem; & interlatam, & generalem juris civilis interpretationem introductam, & num.* 10.
10 *Verbi* Fructus *propria, & rigoroſa ſignificatione inſpecta ea tantùm utilitas, quæ ex ipſa re naſcitur fructus nomine venit: juxta latam autem juris interpretationem ea etiam emolumenta, quæ mediatè ex re proveniunt, comprehenduntur, num.* 11. *cum ſeqq.*
16 *In primo caſu dictæ diſtinctionis procedit rectè quælibet ex dictis denominationibus.*
17 *In ſecundo caſu plenioris ſignificationis verbi* Fructus, *tertia etymologia à* fruendo, *nempè ut latior, verior judicatur, & num.*18.
19 *Iure civili* Fructus *in lata, & generali ſignificatione frequentius accipitur, ideò proximæ à verbo* fruor *denominationi magis inhærendum, & num.* 20.
20 *Sub hac à verbo* fruor *etymologia quæcumque utilitas, vel emolumentum ad fruitionem hominis quomodolibet ſpectans includitur.*
21 *Comprehenditur etiam quælibet fruitio in animo ſolùm, & voluptatis recreatione conſiſtens, ut odoris, viſus, auditus, & ſimiles delectationes.*
22 *Hujuſmodi ſenſuum oblectamenta, licèt à terra non naſcantur, vel ex re immediatè non proveniant, in fructu tamen ſunt, cum ſeqq.*
23 *Similiter in qualibet alia re voluntatem implere, in fructu habendum, quia ſpecies lucri eſt implere voluntatem, & num.*25.
24 *Et liberalitatem exercere, aliumque beneficio debitorem facere, ad Text.* in l. ſi pignore, verſ. Ex quo, ff. de furt.

26 *In his omnibus licèt nullum lucrum pecuniarium considerari possit, valdè æstimabilis fruitio animi datur.*

Refertur pro comprobatione elegans, & notabilis locus Seneca, ibidem.

27 *Sunt etiam fructus, & sub generalitate superioris; magis recepta etymologia comprehenduntur, qui consistunt in gemmis, & in numismatis, si pro gemmis habeantur, ad Text. singularem in re in* l. numismata 38. ff. de usufruct.

28 *Numismatis pro gemmis habendi ususfructus legatus, vel aliter constitutus, verus ususfructus est, quia non ut pecunia, sed ut species numismatum consideratur.*

29 *Dantur etiam fructus ex statuis, vel imaginibus, qui fructus voluptatis erunt, & sic in statuis, & imaginibus ususfructus constitui poterit, ad* l. statuæ 41. ff. de usufruct.

30 *Lucrum etiam pecuniarium ex statuis, & imaginibus redigi potest.*

31 *Referuntur alii voluptatis, & multoties pecuniarii fructus, ut ex visu leonis, catulorum ad nutum domini saltantium, pro videndisque puerulis duo capita, vel alia difformia membra habentibus, & ex similibus monstruis.*

32 *Hæc omnia fructuum genera cum à re non ferantur, nec eis vescamur in prima superioris opinionis* Fructus *denominatione à verbo* frumere, *nec in secunda à* ferendo, *ut strictioribus comprehendi non possent, in nostra tamen etymologia ex verbo* Fruor, *ut latiori, benè includuntur.*

33 *Commendatur hujus capitis materia, & superior resolutio per Authorem tradita, noviterque circa verbi* Fructus *veram originis cognitionem elucidata.*

1 CUm cujuslibet rei vera cognitio à prioribus causis, secundum Philosophum, derivetur, nec rectè eam sciamus, priusquam de prima causa, ac origine sit cognitum, meritò igitur de nostri verbi *Fructus* etymologia in primis agere oportet, ut sic clarius ejus definitio, & tota materia postea elucescat.

2 In nostri ergo verbi *Fructus* origine, non est concors Authorum opinio, inter quos sunt quatuor frequentiores opiniones; nam quidam à veteri verbo *frumere*, vel *frumine*: alii à *ferendo*; alii verò à *fruendo*; & plures denique tam à *ferendo*, quàm à *fruendo* dictum esse asserunt.

3 Primam denominationem nimirum, quod à verbo *frumere*, quia vesci significat, seu à *frumine*, quæ est eminentior gutturis pars seu gulæ, qua vescimur, & quà in alvum alimonia fertur, tradit D. Isidor. *lib. 7. etymolog. c. 3. in princ.* & Servius ad Virgil. *lib. 1. Aeneid. nu. 19. litter. B.* Franc. Connan. *lib. 4. comment. jur. civil. cap. 1. numer. 1. & 2.*

4 Secundam verò etymologiam, quod à *ferendo* videlicet, quia à terra feruntur, tenent idem Serv. & Donat. ad Virgil. *lib. 1. Georgic.* & etiam ex Marc. Varron. *lib. 4. de latin. ling. c. 1.* eam referunt Ryminald. *cons. 36. num. 8.* Cop. *in tract. de fruct. lib. 1. tit. 1. c. 1.* Castill. *de usufruct. c. 36. à nu. 4.* Niger. *de laudem. 1. p. qu. 13. à nu. 5. & 6.* Guzman. *de evict. qu. 21. à nu. 1.* D. Solorzan. *tom. 2. de jur. Indiar. lib. 2. c. 10. n. 19.* licèt, ibi ex alia ratione à *ferendo* dictos esse dicat ex ipso Varron. nimirum, non quia à terra feruntur, sed quia eos Dominus fert.

5 Quam denominationem, ut Castillo, & Guzman referunt approbare videntur Celsus, & Paulus *in l. item si fundi 10. ff. de usufruct. l. arbores, eodem tit.* ibi: *Quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percip. potest, ipsius fructus est.* Ex quibus manifestè probari videtur, fructus esse qui à fundo feruntur.

6 Item meo videri comprobari potest ex Text. *in l. usura pecunia 121. ff. de verb. signif.* ubi dum Pomponius ait, *usuram pecuniæ in fructu non esse*, non ex alia ratione id comprobat, nisi quia non ex ipsa pecunia nascitur, nec ab ea fertur, ibi: *Quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est*: Ergo quia, ut in fructu quid sit, quod ab ipsa referatur, requiritur, & consequenter rectè à ferendo fructum dici videtur.

Tertiam igitur opinionem, quod à *fruendo*, quia illis fruimur, docent eleganter ex ipso Marc. Varron. *in loc. supra citat.* Jacob. Curt. *lib. 2. conject. c. 12.* Rebuff. *in dict. leg. usura 121. de verb. signif. vers. Sed hodie.* Farinac. *decis. 193. nu. 1. tom. 3.* Ryminald. *d. cons. 36. num. 8.* Jacob. Mandel. de Alb. *cons. 275. n. 13.* ubi benè, & etiam Franc. Connan. *lib. 4. comment. c. 1. à n. 2.* Hottoman. *in comment. verb. jur. verb. Fructus 1. & 2. fol. mihi 982.* Cop. *de fruct. lib. 1. c. 2.* Joan. Garc. *de expens. c. 23. à n. 1.* Marin. *in tract. feudal. c. 4. n. 61.* benè Ciarlin. *tom. 1. contr. 47. à n. 11.* Niger. *de laudem. sum. 1. q. 12. à n. 54.* In quibus quod ex eo in fructu sit non solum quæ fundus fert, sed & quæ in fundo feruntur, & quælibet utilitas ex re, vel extra rem occasione tamen ejus proveniens, ut tam naturales, quàm industriales, & civiles fructus, quibus fruimur, comprehendantur. 7

Quartam autem opinionem, quæ superiores duas secundam, & tertiam amplectitur, ut tam à *ferendo*, quàm à *fruendo* denominari possint, quia à fundo feruntur, & illis fruimur, tenent ex Marc. Varron. Castill. *de usufruct. dict. c. 36. à n. 4.* Rebuff. *in l. frugem 77. ff. de verb. signif. vers. 1. in fin.* & ibidem Alciat. *litter. A. in fin.* 8

Inter quorum Authorum varietates, ut majori claritate procedamus, & ad concordiam prædictæ opiniones reducantur, prænotandum existimo, verbum *Fructus* dupliciter considerari, & accipi posse. 9

Primò in propria, stricta, & rigorosa significatione: secundò verò latè, & generaliter, ac civili modo, jurisque civilis interpretatione. 10

In primò casu, fructus tantum dicuntur id quod ex re nascitur, ex eaque immediatè percipitur, ut probatur ex juribus sic intelligendis (juxta etiam latius dicenda infra *in c. sequenti) in d. l. usuram, de verbor. signif. d. l. item 10. l. arbores 59. de usufruct.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 17. verb. Et faire les fruictz siens, fol. 194.* & ex Duaren. Gutiert. & aliis Escobar. *de ratiocin. c. 29. ex n. 1. & 7.* & novissimè Christin. *in constitut. Mechlinens. tit. 11. artic. 29. à nu. 6.* 11

In secundò verò casu, non solum quæ immediatè, sed quæ mediatè ex re proveniunt, comprehenduntur, *l. usufructu legato 7. & §. 1. d. l. item veniunt, §. Et si apes 1. dict. l. arbores, §. 1. ff. de usufruct. l. usuræ, ff. de usur. leg. prædiorum eodem, l. mercedes, ff. de hæreditat. petit.* in quibus usuræ, pensiones, aliæque commoditates non immediatè, sed mediatè occasione rei provenientes in fructu sunt, & eis fructuarius utitur, ac fruitur. 12

Quam distinctionem, & resolutionem docent ex dictis juribus Franc. Connan. *lib. 4. comment. jur. civil. c. 1. nu. 2.* Hottoman. *in comment. verb. jur. verb. Fructus el 1. in fin. & 2. fol. 682.* Chassan. *d. §. 17. in verb. Et faire les,* Joan. Garc. *de expens. c. 23. à nu. 1.* Petr. Barbos. *in l. divortio 8. §. Si vir, n. 39. ff. solut. matrim.* Gizzarel. *dec. 34. ex nu. 15. & 12.* optimè Paul. Christin. *in constitut. Mechlinens. tit. 11. d. artic. 29. ex n. 6.* Jacob. Mandel. de Alb. *cons. 318. n. 11.* 13

Ubi fructus significationem magis strinxit, cum dicat propriè ad naturales, aut industriales tantùm referendum; & quod ad naturales dumtaxat Ciarlin. *tom. 1. contr. 47. à numer. 10.* Niger. supra *à n. 5.* Qui tamen omnes impropriè, & lato modo, ac civili interpretatione omne commodum omnesque utilitates, quibus fruimur fructuum appellatione ex dictis juribus comprehendi dicunt: de qua quidem quæstione, & nostri verbi *Fructus* comprehensione latius infra dicam *c. 3. tot.* 14 15

Quibus prænotatis, ad resolutionem nostræ principalis quæstionis dicendum est, in primo casu, sumpto nimirum verbo *Fructus* in propria & stricta significatione, 16

ut

ut nil aliud in fructu sit, quàm quod fructus fert; quamlibet ex prædictis denominationibus procedere, aut substineri valere; nam tunc non solùm à *ferendo* fructus dici posse verissimum est, quia à terra feruntur, verùm etiam à *fruendo*, seu à veteri verbo *frumine*, quia & illis vescimur, ac fruimur.

27 In secundo verò casu, quando omnis utilitas, qua quovis modo fruimur civili interpretatione in fructu venit, licèt à fundo non feratur, tertiam opinionem, ut à *fruendo* duntaxat denominetur veriorem, ut latiorem existimo, nam ita in ista etymologia non solùm fructus propriè sic nominati, quia immediatè ex re proveniunt, vel à terra feruntur, comprehendentur pensiones, cæteræque supradictæ commoditates, quia etiam istis omnibus fruimur; quare in ista denominatione, ut latiori rectè includuntur, quæ aliàs in superiori secundæ opinionis ob magis strictam verbi *Fero* significationem non comprehenderentur, cùm à terra, vel à re non ferantur.

18 Quæ distinctio, & resolutio ad nostri verbi *Fructus* etymologiam, licèt nullus quem viderim, ad rem eam attulerit, colligitur tamen quamvis non tam clarè, ac distinctè ex suprà dictis juribus, & Authoribus, & præcipuè ex Franc. Connan. *dict. lib. 4. cap. 1. num. 2.* Rymnald. *dict. consf. 36. num. 8.* Cyarlin. *tom. 1. contr. 47. nu. 11. & 12.* Guzman. *dict. quæst. 13. à nu. 5. 54. & 84.* qui quamvis eam expresè non affetant, ex ipsorum tamen doctrinis rectè comprobari potest.

19 Quare cùm jure nostro civili frequentius verbum *Fructus* non strictè, sed latè, & generaliter per Jurisconsultos, & Doctores accipiatur, ita ut ejus nomine in fructuum acquisitionibus, restitutionibus, aliisque juris dispositionibus omnia commoda, interesse, ac emolumenta ex re, vel occasione rei mediatè, vel immediatè provenientia comprehendantur, ut constat ex dictis juribus *in leg. usuræ, ff. de usur. l. usufructu legato 7. & §. 1. dict. l. item veniunt 10. §. Sed si apes. l. arbores, §. 1. ff. de usufruct.* & docent Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 17. glos. faire les, à nu. 1.* Cop. *de fruct. dict. tit. 1. cap. 2.* Mandel. de Alb. *cons. 175. à num. 13.* & DD. superiori *num.* relati,
20 & infrà in *cap. 3.* ideò non est recedendum ab ista secunda opinione, cum in ea ob generalitatem verbi *fruor* omnia quoque emolumenta, & quæcumque utilitas ad fruitionem hominis quomodolibet spectans comprehendatur.

21 Et præcipuè in hac à verbo *fruere* etymologia comprehenditur quoque quælibet fruitio in animo solum, & voluptatis recreatione consistens, quæ pro fructu habetur,
22 ut odoris, visus, & auditus delectationes. Quæ omnia licèt à terra non nascantur, vel ex re immediatè non proveniant, fructus tamen esse rectè, & quidem singulariter docet Zassius *in l. numismatum 28. ff. de usufruct.* ubi animi voluptatem, delectationem, & recreationem pro fructu haberi ait, quia & si nil diligentia, aut industria percipiatur, si tamen rem possidendo animi recreationem quis habuit, voluptatemque explevit, fructum ex
23 eo percepisse intelligitur; nam species lucri est implere voluntatem, Felic. *de societat. cap. 27. nu. 28.* Merlin. *tom. 2. contr. 54. num. 19.* & amicitiam, Niger. *de laudem. tom. 1. quæst. 13. nu. 59.* ex quo singulariter dixit Consultus *in l. 1. ff. qui satisdar. cogant. Satisfacere dicimus ei, cujus desiderium adimplemus.*

24 Et similiter voluntatem in exercenda liberalitate explere, fructus, & lucrum dicitur *in l. si pignore 54. vers. Ex quo, ff. de furt.* ibi: *Species enim lucri est ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere:* optimè Ant. Pichard. *in §. 10. num. 37. institut. ad leg. Aquil.* Hieron.
25 Gonzal. *in regul. 8. Cancell. §. 3. proœm. nu. 157.* unde satis etiam lucrari dicitur, qui voluntatem suam adimplet, ut notabiliter ait Gloss. singularis in *l. penult. ff. de condit. caus. dat.* & ibidem Bart. & Angel. qui glossam singularem dicunt, Aretin. & Bald. *in l. 1. C. de furt.* idem Bald. *in sua margarit. verb. Lucrum, vers. 3.* ubi dictum glossæ valdè extollit, & laudat, quia in his omnibus licèt nullum lu- 26
crum pecuniarium considerari possit non minima, imò valdè æstimabilis fruitio animi datur, ut mirabiliter, & singulariter concludit ad rem Senec. *de consolat. ad Marc. cap. 12.* ibi: *Licèt tibi nihil industria ejus contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia quæsierit; ipsum quod habuisti, quod amasti, fructus est.* De quibus omnibus plenius dicam suo loco infrà in hac *p. c. fin. ex n.*

Et ex eisdem rationibus in superiori magis per nos re- 27
cepta etymologia comprehenduntur fructus, qui consistunt in gemmis, & in numismatis, si pro gemmis habeantur, in quibus rebus fructus quoque dari ad animi, & voluptatis recreationem manifestè constat, cùm, & eorum usus fructus legetur, *in l. numismatum 28. ff. de usufruct.* ibi: *Numismatum aureorum, vel argentorum veterum, quibus pro gemmis uti solent, usufructus legari potest.* Et fructus in eo consistet, quod ad pectus ornatus causa, ut monilia portentur, ut benè animadvertit *gloss. ibidem*, ubi optimè ultra alios Zassius, quòd sit verus usufructus ex gloss. *in leg. Julianus 9. §. Si tibi decem, ff. ad exhibend.* 28
quia non ut pecunia, sed ut species numismata tunc considerantur. De quibus etiam voluptatis, & recreationis fructibus videndi ad *d. l. numismatum*, Forner. *2. select. 2.* Cujac. *9. observat. 37.*

Ex quibus singulariter lucem accipit Marciani locus *in l. statuæ 41. ff. de usufruct.* ubi in statuis quoque, & imaginibus usumfructum consistere ait, ibi: *Statuæ, & imaginis usumfructum posse relinqui, magis est, quia, & ipsa habent aliquam utilitatem, si loco opportuno ponantur:* nimirum animi voluptatem, & delectationem, quæ maximus fructus est, licèt nullum commodum pecuniarium inde sequatur, ut singulariter notant Zassius *in d. l. numismatum*, & ibidem Gothofr. *litt. T.* & ut animadvertit Gloss. *in d. l. statuæ, verb. Statuæ*, posset etiam ex eis fructus, & 30
utilitas percipi, si in aliquo opportuno loco collocentur, ut pro visu aliquos nummis ab ingredientibus solvatur, & tradit Gloss. exemplum de Leone, quem Florentinæ servari ait, quem, ut alicui videre liceret, numum solvebat, 31
quod & refert Cavalcan. *de usufruct. mulier. relict. nu. 84.* & nostris temporibus alia innumerabilia referri possent, veluti, ut quod percipitur ob catulos ad nutum domini saltantes, & Elephantes ad sonum citharæ, Puerulis duo capita, aut alia deformia membra habentibus, & ex aviculæ auditu ad loquelam, vel cantum assuefactæ, pro videndisque similibus monstris, quorum visu, & auditu non parum sensus delectantur, & ita fructus voluptatis capiunt: de quibus omnibus, & eorum, aliisque voluptatis, & recreationis fructibus plenius suo loco dicam infrà hac *p. cap. fin. per tot.*

Quæ quidem omnia fructuum genera licèt à re non fe- 32
rantur, nec immediatè ex ea proveniant, & consequenter in superius relata secundæ opinionis etymologia, quæ à *ferendo* fructus dictos esse tenet, nec in denominatione primæ opinionis, quæ à veteri verbo *frumere*, quod vesci significat, non comprehendatur, cum prædictis commodis, ac delectationibus, non vescamur, in nostra tamen quam magis recipimus etymologia ex verbo *fruor* ob ejus generalitatem absque dubio omnia ista emolumenta comprehenduntur, quia omnibus etiam fruimur, ut supra dictum remanet.

Et hæc circa nostri verbi *Fructus* originem ad prædicto- 33
rum Doctorum concordiam dixisse sufficiat, qui dum quilibet suam etymologiam absque ulla distinctione, & indagatione nimis breviter afferre conantur, rem magis obscuram, & indecisam relinquunt; ut videri potest ex dictis supra *à n. 1.*

Digitized by Google

CAPUT II.

De Definitione.

SVMMARIVM.

1 *Definitio rei naturam, & substantiam explicat.*
Cujuslibet rei expositio à definitione proficisci debet, ibidem.

2 *Verbum* Fructus *hic, & in discursu nostri tractatus, non in stricta & rigorosa significatione, sed in lata & generali juxta juris civilis interpretationem accipimus.*
Juxta hanc latam juris interpretationem sub verbo Fructus, *quacumque utilitas ex re, vel occasione rei proveniens comprehenditur, d.n.2.*

3 *Refertur* Ryminald. Castill. *& aliorum Doctorum ex Marc. Varron. definitio.*

4 *Rejicitur, ut diminuta, naturales tantùm fructus, & industriales comprehendens.*

5 *Ex eadem ratione reprobatur alia, quam ex* Bald. & Rip. tradit Giurb.

6 *Proponitur alia ejusdem* Giurbæ, & nostri Guzm. ex l. in fructu, ff. de usufruct. legat.

7 *Rejicitur quoque ob defectum differentia.*

8 *Consultus in* d. l. in fructu, *definiendi fructus animum non habuit, sed dumtaxat explicandi fructuum maturitatem non spectandum, ut colligi possent.*

9 *Refertur alia ex* Oldrad. Alberic. Ryminald. *& aliis antiquioribus, qui fructum esse voluerunt;* Quamcumque utilitatem ex re, vel propter rem quomodocumque provenientem.

10 *Rejicitur, ut nimis generalis, & differentia, ut superior proxima, carens.*

11 *Comprehendit hac antiquorum definitio, omnia rerum emolumenta, & utilitates, & tamen omnia in fructu non sunt.*

12 *Ancillarum partus magnum commodum continet, fructus tamen non reputantur, & n.13.*

14 *Partes substantiales rei, ut ædificiorum columnæ, portæ, & similia, dirutis ædificiis, fructus non sunt, nec ad usumfructuarium spectant.*

15 *Nec animalium demortuorum pelles, licet hac omnia emolumenta occasione rerum proveniant.*

16 *Similiter, nec incrementum latens per alluvionem fundo adauctum, quamvis emolumentum sit, & occasione rei proveniens, ipsius tamen fructus non reputatur.*

17 *Nec ex hac ratione decima de eo, ut de aliis fructibus rerum minoris, jure nostro, curatori debetur.*

18 *Portio, quæ per alluvionem fundo accrevit, ipsius augmentum, & fundi pars substantialis reputatur, & ad dominum proprietatis, non ad fructuarium pertinet.*

19 *Insula etiam juxta prædiorum in flumine nata, licet ipsius augmentum, vel emolumentum sit, ut res principalis, non ut fructus consideratur.*

20 *Idem in portione, quæ ratione rei jure accrescendi domino obvenit.*

21 *Et in servitute reali, quæ propter ipsam rem competit, nam accessio, non fructus dicitur.*

22 *Similiter lapidicina sive lapides ex eis scissi fundi emolumentum sunt, & tamen in fructu non habentur, nisi renascantur, & ex eorum inscissione fructuosior fundus reddatur.*

23 *Hac omnia lapidicinarum, & superiora emolumenta, & si fructus non sint, in prædictis* Oldradi, Ryminald. *& aliorum definitionibus comprehenduntur.*

24 *Arbores quoque ex sylva non cadua, & si evellantur, vel vetustate deficentur, ad sylvæ dominum, ut rei emolumentum principale, non ad fructuarium, ut fructus pertinent.*

25 *Concluditur ex dictis* Oldradi, Ryminaldi, *& aliorum præfatas definitiones convinci, ut nimis generales, & sine aliqua differentia ad discernendas commoditates, de quibus suprà, quæ fructus non sunt.*
Proponit Author novam Fructus definitionem, ex n.26. cum seqq.
Ostenditur Authoris definitionem integram, & ex omni parte perfectam genere, & differentia constare, n.29. cum seqq.

30 *Genus quod sit in hac definitione, & quæ rerum emolumenta sub eo comprehendantur, & n.31. & 32.*
Quod sit alterum Authoris definitionis requisitum: differentia nempe, n.33. cum seqq.
Emolumenta, ut fructus sint, quod salva rei substantia, & ad usum hominis proveniant, *loco differentia requirit Author. d.n.33. & 34.*

35 *Ex dictis verbis loco differentia adjectis, cessant argumenta contra superiores definitiones* Oldradi, Ryminaldi, *& aliorum objecta, & n.36. cum seqq.*
Excluduntur per dictam differentiam quacumque rerum commoda, quæ ipsarum rerum partes substantiales sint, d.n.35.

36 *Ex eadem ratione, & differentia excluditur incrementum latens alluvionis, ut ipsius rei pars principalis.*

37 *Pertinet tamen incrementum alluvionis ad fructuarium, ex eo fructus percipiat.*
Intelligo si sit latens, contra si patens, aut separatum, quia tunc pleno jure ad proprietarium spectat, & numer.43.

38 *Similiter ex dicta differentia à superiori definitione excluditur, si quæ rei portio defecta portioni non defecta accrescat, nam tunc hujusmodi utilitas, ut pars principalis ad dominum portionis non defecta, non ad fructuarium, ut fructus pertinet, & n.42.*

39 *Portio jure accrescendi proveniens, idem cum re principali reputatur.*

40 *Idem in alluvionis incremento.*

41 *Incremento alluvionis, simile est jus accrescendi.*

43 *Portio defecta portioni, cujus usumfructum quis habet, accrescens, nec quod fructum ad fructuarium pertinere debet.*

44 *Servitutes quoque prædiorum à superiori definitione ex dicta differentia excluduntur, & n.45. & 46.*

45 *Sunt partes principales prædiorum, ipsorumque quantitas reputantur.*

46 *Debentur tamen fructuario cum ipsis prædiis, quibus cum suis qualitatibus uti debet.*

47 *Excluduntur quoque à superiori definitione ex tradita differentia, arborum sylvæ non cadua emolumenta, & lapidicina non renascentes, quia ex hujusmodi arborum, lapidumve excissione perimeretur substantia rei.*

48 *Partus etiam ancillarum à superiori definitione manet exclusus per ejus ultima verba* ad usum hominis inductum.

49 *Ancillarum partus, ideò non computantur in fructu, ne homo ad cujus usum inducta sunt omnia ad alterius usum pertineat.*

50 *Commendatur hujus capitis materia, & superior noviter elucidata definitio.*

Postquam igitur de nostri verbi *Fructus* origine in *cap. præcedent.* egimus, recto ordine de ejus definitione in præsenti agere proponimus, ut plenius, & perfectius ejus natura cognoscatur; est enim proprium definitionis rei naturam, & substantiam explicare juxta Aristotel. *2. metaph.* Bald. *in proœm. Decret.* ideò omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, à definitione proficisci debet, ut frequenter omnes notant ex Marc. Tull. *lib. 1. in princip. officior.* & Bald. *in prælud. feudor.* 1

Sed antequam eam proponamus advertendum est verbum *Fructus* nos hic, & in discursu nostri tractatus accipere non in stricta, & rigorosa significatione, ut tantum 2

tum

tum fructus naturales, aut industriales, quos fundus fert, significet, sed in lata, & generali, prout de jure civili, & omnes practici interpretantur, ita ut omnia emolumenta, & utilitates ex re vel occasione rei provenientia comprehendat, juxta dicta supra *in capit. precedent. à n. 12. ex d. l. usura, ff. de usur.* & ex aliis juribus, & ex Castill. Cyarlin. Nigro. & ibi relat. & latius infra *capit. sequent. tot.*

3 Quo supposito, ut ad nostram quæstionem accedamus, definitionem nostri verbi *Fructus* primo tradit ex Marc. Varron. *lib. 4. de ling. latin. c. 2.* Ryminald. *cons. 36. n. 8. tom. 1.* qui ait: *Fructum fundi esse eum, qui ex eo nascitur, utilis ad aliquam rem natus, aut ortus, sive naturæ vi, sive hominum opera:* quam definitionem sequuntur Castill. *de usufruct. cap. 36. n. 4.* Franc. Connan. *lib. 4. comment. Iur. Civil. cap. 1. à nu. 1.* Cop. *de fruct. lib. 1. tit. 1. c. 1.* qui eam comprobant ex Text. *in leg. item si fundi* 10. *l. arbores* 59. *ff. de usufruct.* ibi: *Quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipitur, ipsius fructus est.*

4 Quæ definitio, tantorum virorum pace, mihi non placet, nec placere debet, ut nimis diminuta, cum tantum fructus naturales, & industriales ex fundo natos comprehendat, non verò cæterarum rerum commoditates, ut domorum pensiones, vecturas navium, operas servorum, pecorum fœtus, & alias utilitates, quæ in fructu sunt, licet in fundo non ferantur, ut supra dixi *n. 2.* & latius infra *capit. sequent. tot.*

5 Et ex eadem etiam ratione rejicienda est alia, quam ex Bald. & Rip. refert Giurb. *dec. 72. num. 2.* ubi ait: *Fructus esse, qui beneficio roris infusi, & labore hominis adhibito, ad ortum, & maturitatem perveniunt*, quam etiam definitionem non est dubium eodem modo fructibus naturalibus, aut industrialibus, dumtaxat convenire; vel potius dic verbi *Fructus* descriptionem, quam definitionem esse.

6 Nec magis fortunatè sunt locutus idem Giurb. *in observat. 39. num. 34.* ubi dixit: *Fructum esse quod ad usum hominis inductum est*, ex Text. *in leg. in fructu, ff. de usufructu legat.* quam definitionem sequitur Guzman. *de eviction. quæst. 21. numer. 6.* licet nullus eam disputet, aut explicet.

7 Quæ tamen secunda Giurb. definitio, nec magis quam prima substineri potest, quia licet genus in se includat, nimirum in verbis *quod ad usum hominis inductum est*, quæ omni rei conveniunt, cum omnia gratia hominis creata sint, *leg. in pecudum 18. §. Partus verò 1. ff. de usur.* & ibi DD. potissimo tamen alio definitionis requisito caret, differentia, videlicet, quia in ea fructus non discernuntur ab ipsis rebus principalibus, ex quibus ipsi fructus producuntur, quæ similiter ad usum hominis inductæ, ac creatæ sunt, ut dixi, & tamen fructus dici non posse, nemo est qui dubitet.

8 Ultra quod nec Jur. Consult. *in dict. l. in fructu*, animum definiendi fructus habuit, sed dumtaxat explicandi fructum maturitatem spectari non deberi, ut colligi possint, sed potius etiam immaturè id fieri licere, si major utilitas ex eo fructuario, aut colono sequatur, ut docent licet non ad istam rem Tiraquel. *de retract. §. 5. gloss. 4. à nu. 18.* benè à D. Valent. *illustr. tract. 1. cap. 3. à nu. 5. & 12.* ad cujus probationem rectè, & accuratè Consultus dixit, *in fructu esse intelligi, quod ad usum hominis inductum est*; ut denotaret etiam immaturos fructus colligere in fructu esse, si id in pleniorem, & utiliorem fructuarii usum redundet; quare per dicta verba potius quid in fructu veniat, & quomodo fructuarius uti debeat, explicare Consultum quam verbum *Fructus* definire, dicendum est, ad cujus legis explicationem, & conciliationem cum *l. 27. §. 25. & 26. ff. ad leg. Aquil. l. 7. §. Notavimus, ff. quod vi, aut clam.* dicam latius infra *par. cap.* ubi plenè de his fructibus immaturis, & eorum collectione.

9 Aliam verò definitionem breviter nobis insinuat Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 3. num. 3.* qui, & si per transitum, *fructum esse*, ait, *omne, & quidquid ad nos ex re, vel propter rem pervenit*; quam etiam definitionem apud aliquos ex antiquioribus inveni; eam namque tradidit Oldrad. *cons. 24.* ubi ait: *Fructus rei est utilitas ex re, vel propter rem quomodocumque proveniens:* quem sequitur Guizzatel. *dec. 34. n. 1. & 5.* & comprobant *ex l. item si fundi, & §. Aucupiorum, l. arbores, §. 1. ff. de usufruct. l. usura, l. prædiorum, ff. de usur.* & hanc eâdem definitionem refert ex Franc. de Arecio, Alberic. & aliis antiquioribus Arnulphus Ruzæus *de jure Regal. Franc. Reg. in privileg. 30. n. 7. in tractat. DD. tom. 12. pag. 376. col. 1.* & comprobari videtur ex juribus, & authoritatibus supra *n. 2.* relatis, quibus fructus esse non solum quod immediatè, sed & quod mediatè ex re percipitur probavimus.

Quam certè definitionem, licet magis naturam verbi *Fructus* insectari libenter fatear, adhuc tamen ei non assentior, eum similiter, ut superior refutata, potissima definitionis parte careat, nimirum differentia, ideòque notoriè peccat in regula, quæ vulgariter apud logicos jactatur, perfectam nempè definitionem cum suo definito converti debere, ita ut alteri, quam rei definitæ, non conveniat, ut ex multis tenet Sebast. de Medic. *de definit. in proœm. num. 7.* 10

De defectu igitur hoc in prædicta definitione clarè constat, nam nimis generaliter in ea dicitur, omne commodum, quomodocumque ex re, vel propter rem proveniens fructum esse: Plura enim sunt commoda, quæ licet ex re proveniant, in fructu tamen non sunt, ut ancillarum partus, qui quamvis magnum commodum, & augmentum contineant Baeza *de decim. tutor. c. 23. à num. 10.* Gutierrez. *de tutel. & cur. 3. part. cap. 30. à num. 11.* & ideò in redditu sint, juxta veriorem, ut ex gloss. *in l. deducta, §. Hæreditatem, ff. ad S. C. Trebellian.* Baez. & Gutierrez. ubi proximè, *à n. 1. & 2.* Petr. Barbos. *in l. divortio 8. §. Non solum, nu. 20. ff. solut. matrim.* Gasp. Rodrig. *de ann. reddit. lib. 1. quæst. 1. à num. 3.* Cyarlin. *tom. 1. controvers. cap. 47. à n. 7.* attamen in fructu non esse manifestum est, *l. in pecudum 18. §. Partus, vers. 1. ff. de usur. l. ancillarum 27. ff. de hæreditat. petit. l. vetus erat quæstio, ff. de usufruct. l. 23. tit. 21. par. 3.* ut ultra Baez. Gutier. Barbos. & supra relat. resolvunt Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 17.* fol. mihi 184. *à n. 5.* Matienz. *in leg. 5. tit. 19. gloss. 5. à num. 1.* Azebed. *in l. 3. & 4. à num. 17. tit. 19. lib. 5.* Recopilat. & aliis congestis Mar. Giurb. *ad consuetud. Messanens. cap. 1. gloss. 3. nu. 15.* Doct. Amay. *lib. 3. observat. c. 1. §. 1. nu. 45.* Oñat. *de contract. tom. 1. disp. 8. sect. 4. nu. 77.* & latius infra dicam in hac part. cap. tot. 11 12 13

Item partes substantiales reis; ut domus, aut ædificiorum columnæ, portæ, & similia, quæ sunt commoda, & utilitates ad dominum pertinentia, nec tamen, eis dirutis, fructus sunt, nec ad usumfructuarium spectant, Oñat. *de contract. tract. 3. disput. 8. sect. 4. n. 88. & 89.* ut nec animalium demortuorum pelles, quæ utilitas ex ipsis absque dubio censentur, & nihilominus inter fructus non reputantur, ut ex aliis resolvit Pat. Leand. *quæst. moral. tom. 1. tract. 6. disp. 5. qu. 10.* quia partes principales ipsorum animalium esse censentur, ut docent ad Text. *in l. mortuo bove 49. ff. de legat. 2.* Ant. Gomez. *1. var. cap. 12. n. 16. & 41.* & congesti per Aillon. ibi, qui alia plura de simili augmento cumulat. 14 15

Item incrementum latens molliter per alluvionem fundo adauctum, licet emolumentum rei sit, & occasione ejus proveniat, fructus tamen non est, nec ad fructuarium, quoad dominium, sed potius ad ipsius rei dominum pertinet, Text. *in l. item si fundo 10. §. Huic vicinus, ff. de usufruct.* D. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 26. num. 17. & 18.* Franc. Connan. *lib. 4. comment. jur. cap. 1. numer. 31. vers. Quod alluvione*, Jul. Clar. *lib. 5. receptar. sentent. §. Feudum, q. 88.* Gutierez. *de tutel. & cur. p. 3. cap. 3. à n. 11.* ubi quod, nec ideò decima alias de aliis fructibus rerum minoris jure nostro *fori*, tutori debita, ex eo solvenda sit, quia fructus non est; Baez. *de decim. tutor. cap. 24. n. 10.* sed augmentum, aut pars substantialis rei, ut ad rem docent aliis congestis Joan. Garcia *de expensis*, cap. 22. *numer. 39.* Castill. 16 17 18

ftill. *de usufr. cap.* 37. *à num.* 11. & ex Peralt. Mier. Tiraq. & alus Giurb. *decis.* 92. *num.* 15. ubi, & in quolibet alio augmento à natura proveniente, & ex Text. *in leg. item si fundum*, §. *Sed si insula*, *ff. de usufr.* idem in quolibet augmento Baez. *de decim. tut. cap.* 24. *nu.* 10. Guttier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 30. *nu.* 12. in quo, & in nostro incremento novissi. Ant. Nig. *de laudem. tom.* 1. *qu.* 13. *à num.* 79. Oñat. *de contract. tom.* 1. *tract.* 3. *d. disp.* 8. *sect.* 4. *n.* 88.

19 Item similiter insula juxta prædium in flumine nata, licet ei accrescat, &, ut quoddam augmentum adhæreat, non tamen in fructu esse, & ad fructuarium pertinere dicitur, tanquam res principalis, ut benè notat Anton. Perez. *super C. ad tit. de thesaur. n.* 7.

20 Et qua ratione jus accrescendi similiter etiam Domino ob rem competit, & tamen fructus non est, Oñat. *de contract. d. disp.* 8. *sect.* 4. *n.* 89.

21 Item servitus realis propter ipsam rem pertinet, nec ideò ipsius fructus dicitur, cum tantum accessio rei sit, & ut talis ejus domino competat, & in rei restitutione venit, Oñat. *d. n.* 89.

22 Item lapidicinæ, seu lapides ei scissi, licet fundi emolumentum sint, attamen in fructu non habentur, si nec renascantur, nec ex eorum inscissione fructuosior fundus reddatur, Text. *in l. divortio* 8. §. *Si vir*, *ff. solut. matrim.* & ibidem Paul. de Castr. & Duaren. Zass. *lib.* 2. *singul. intellect. c.* 34. Dom. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 23. *à numer.* 9. Joan. Guttier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 23. *num.* 11. & *cap.* 24. *tot.* Garc. *de expens. cap.* 22. *numer.* 48. Castill. *de usufr. c.* 37. *à n.* 15. vel saltem salva substantia prædii excindantur, ut latius dicam infr. *cap.* *à nu.* *& n.*

23 Quæ quidem lapidicinarum emolumenta, & similia, quæ non salva rei substantia, sed imò perempta, proveniunt, licet fructus non sint, in prædictis Oldrad. Ryminaldi, & Barbati definitionibus comprehenduntur, cum ex nulla earum differentia excludi dici possint.

24 Et similiter ex eadem ratione arbores ex sylva non ceduæ ipsius fructus non sunt, & ideò si vi ventorum evellantur, vel vetustate desiccentur, ad sylvæ dominum, ut rei emolumentum, non ad fructuarium ut fructus pertinent, nisi ut dicam suo loco infr. hac part. cap. ex num. & interim probant Text. *in l. item si fundi* 9. §. *fin. cum ll. seq. ff. de usufr.* docent Baez. *de decim. tut. c.* 26. *num.* 19. Guttierr. *de tut.* 3. *part. cap.* 27. Dom. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 22. *numer.* 5. ubi addentes Petrus Barbos. *solut. matrim. in leg.* 8. §. *Si fund.* Castill. *de usufr. cap.* 28. Christin. *decis. Mechlin. tit.* 15. *art.* 4. de quibus, & aliis rerum emolumentis, & augmentis latius infr. in suis locis dicam.

25 Ex quibus manifestè convincuntur prædictæ definitiones Oldrad. Ryminal. & Barbat. ut nimis generales, & sine aliqua differentia, qua fructus à dictis, & aliis commoditatibus, quæ fructus non sunt, discernantur.

26 Quibus rejectis quousque alius meliorem attulerit, liceat ingenioli mei exiguitati, & si cum verecundia in re tam ardua inter tot, peritissimosque viros suum calculum præbere.

27 Inspecta ergo nostri verbi *Fructus* natura, & quam plurimis authoribus de ea tractantibus, & eorum doctrinis plenè discussis jure Civili attento sic definiri posse censeo.

28 *Fructus est, quacumque utilitas ex re mediatè, vel immediatè, salva ejus substantia, ad usum hominis proveniens.*

29 Quæ definitio integra, & ex omni parte perfecta mihi videtur, cùm & genere, & differentia constet.

30 Genus igitur nostræ definitionis in primis ejus verbis manifestè invenitur ibi: *Quacumque utilitas ex re mediatè, vel immediatè*: in quibus non solum fructus naturales aut industriales, qui immediatè percipiuntur, sed etiam, ut in genere omnia lucra, omniaque rerum emolumenta, & omnes denique utilitates, quæ ex re, vel occasione rei percipi possunt, etiam si fructus non sint, comprehenduntur, ut constat ex doctrina plurium DD. de prædictorum verborum amplissima significatione latè tractantium, ut videri potest apud Joan. And. ad Specul. *tit. de locat. seu emphyt.* §. *Nunc aliqua*, *nu.* 116. *vers. Qui tabernas*, Oldrad. *cons.* 24. Guzzar. *decis.* 34. *à num.* 15. & .... Barbos. *in l. divortio* 8. §. *Si vir*, *n.* 39. *ff. sol. matrim.* Alba *cons.* 275. *à num.* 13. Niger. *de laudem. part.* 1. *qu.* 13. *à num.* 5. & 54. Castill. *de usufruct. cap.* 36. *à num.* 5. & 65. noviter Cyarl. *tom.* 1. *contr.* 43. *à n.* 11. Christin. *in constit. Mechlin. tit.* 11. *art.* 29. *à n.* 6.

31 Ut sunt pensiones domorum, & mercedes rusticorum prædiorum, quæ licet immediatè ex re non proveniant, in fructu tamen sunt, *l. ancillarum*, §. *Sed & pensiones*, *l. mercedes*, *ff. de petit. hæredit. l. prædiorum* 36. *de usur.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 4. §. 17. *verbo*, *& faire les fructum siens*, *à nu.* 1. Menoch. *de recup. rem.* 15. *à numer.* 622. & *de arbitr. cas.* 210. *nu.* 29. & *cons.* 66. *à num.* 7. Barbat. *de divis. fruct. p.* 1. *c.* 14. *n.* 17. & *cap.* 17. *n.* 14. Card. Otthobon. *dec.* 193. *n.* 7.

32 In quibus nostræ definitionis verbis comprehenditur etiam usura, aut interesse pecuniæ, quæ quamvis ex ipsa re non nascatur, nec ex ea immediatè proveniat, & ideò propriè fructus non sit, *d. l. usura pecunia* 121. sic intellig. *ff. de verb. sign.* impropriè tamen juris civil. interpretatione in fructu computatur, §. *Constituitur*, *inst. de usufr.* *l.* 2. *de usufr. ear. rer. l. usura* 34. *de usur.* latè Rebuff. *in d. l. usura* 121. Niger. *de laudem. qu.* 13. *num.* 58. Barbos. *in appellat. verb. Pecunia*, *num.* 7. Barbat. *de divis. fruct. p.* 1. *cap.* 17. *nu.* 27. Giurb. *dec.* 72. *num.* 10. & infr. latius dicam *cap. sequent.*

33 Cætera igitur nostræ definitionis verba, nimirum, *salva ejus substantia, & ad usum hominis* ad alterum definitionis requisitum, scilicet, ad differentiam referenda sunt.

34 Quæ quidem verba, *salva ejus substantia* optimè essentiam verbi Fructus, & differentiam, cum aliis emolumentis, quæ fructus non sunt explicant; nam inter alia ad id requisita illud principaliter locum sibi vindicat, ut emolumentum ex re, salva ejus substantia, proveniat, nec eam in aliqua parte consumat, aut perimat, ut ex Text. *in l. divortio*, §. *Si vir*, *ff. solut. matrim.* docent cum aliis, Sarmient. *select. interpret. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 4. Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæst.* 13. *num.* 16. ne aliàs fructuarius proprietati, particeps fiat, quod jure non permittitur, imò aliter quam salva rei substantia uti, ac frui nequit, ut ex princ. *instit. de usufr. tenet.* Gloss. & DD. ibidem, vers. Salva rerum substantia, Franc. Connan. *lib.* 4. *comment. cap.* 3. *à nu.* 1. & multis congestis ad plura resolvunt Cavalcan. *de usufr. mulier. relict. nu.* 158. D. Joan. del Castill. *de usufr. cap.* 33. *à num.* 4. & *tot.*

35 Ex quibus verbis loco differentiæ adjectis cessant in nostra definitione argumenta objecta contra superiores definitiones maximè contra traditas per Oldrad. Ryminal. & Barbat. cum per dictam differentiam à nostra definitione excludantur quæcumque commoda, quæ partes substantiales rei sint, & quidquid ad usum hominis inductum non fuerit.

36 Quare incrementum latens alluvionis, cùm sit pars ipsius rei, & cum ipsa idem censeatur, §. *Præterea* 20. *instit. de rer. divis.* ubi repetentes Joan. Andr. ad Speculat. *tit. de locat.* §. *Nunc aliqua*, *nu.* 116. *vers. Qui tabernas*, *in fin.* Franc. Conn. *lib.* 4. *comm. cap.* 1. *nu.* 31. *vers. Quod alluvione*, Garc. *de expens. cap.* 22. *nu.* 39. & relati *sup. nu.* 18. ideò meritò, non ad fructuarium, ut fructus, sed ad proprietarium, seu dominium rei expectat, *dict. l. item si fundi* 10. *ver. Huic vicinus*, *ff. de usufr. ut supr.* dixi ex Guttierr. Castill. Nigro, Oñat. & aliis;

37 licet ad hoc ut fructuarius fructus ex eo percipiat unà cum re in quo usufructum habet ad ipsum incrementum pertineat, si sit latens, contra si patens, aut separatum, quia tunc pleno jure ad proprietarium spectat, *dict. l.* 10. *ver. Huic vicinus*, Castill. & *sup. relat.* & latius infr. dicam c. à n. & in portione defecta quæ non defectæ accrescit infr. hoc capit. n. 43.

38 Et idem in jure accrescendi dicendum est, ut alicujus

cujus rei proprietas duobus conjunctim re, aut verbis sit
relicta, & ususfructus alteri relinquatur, portio proprieta-
tis defecta portioni non defectæ accrescat, quin, ut ipsius
portionis augmentum, aut ejus causa utilitas proveniens
ad fructuarium pertineat ratione usufructus, quem in
39 ipsa portione non defecta habet; quia hoc augmentum
non accessoriè ab ipsa re provenit, ità ut ipsius emolu-
mentum salva ejus substantia, consideretur, sed principa-
liter ipsi rei accrescit ad differentiam fructus, qui personæ
debentur, Text. singularis, & ad rem notabilis *in l. Ti-
tio 33. §. 1. in fin. ff. de usufruct.* ibi: *Quoniam portio fundi,
velut alluvio portioni, personæ fructus accresceret*, & ità de-
fecta portio, non defectæ injungitur, ut ex duabus portio-
nibus unica res principalis ejusdem qualitatis, & naturæ
efficiatur, ut ad aliud notat eleganter Ant. Gom. *1. var.*
40 *c. 10. nu. 35. vers. Confirmatur*, & in alluvione dicitur *in l.
fin. C. de alluvion. & palud.* & melius *in l. si ego, §. 7. ff. de
public. in rem action.* ibi: *Quod tamen per alluvionem fundo
accessit, simile fit ei, cui accedit*; cui alluvionis incremento,
41 simile quoque est jus accrescendi, *d. l. si Titio, §. 1. in fin.
ff. de usufr.* ita, ut cum ea unica res principalis efficiatur.
42 quare secundum nostram definitionem non potest portio
defecta ab alia segregari, & ad usufructuarium, ut fructus,
& utilitas ejus, cui accrescit transire, salva rei substantia,
cum magnum ejus dispendium, & separatio sequeretur;
43 quæ ita procedunt, ut si usufructus certa portio duntaxat
sit relicta, in hoc casu, nec quoad usumfructum supra di-
ctam proprietatis portionem defectam fructuarius ha-
bear, quia est incrementum patens, & separatum, & ideò
in eo idem dicendum est, ac in simili alluvionis incremen-
to, dictum remanet, *supr. n. 37.*
44 In servitutibus autem prædiorum idem ex duplici ra-
tione dicendum est, nimirum, quod non possit earum jus
ad fructuarium spectare, ut rei utilitas, aut fructus; quia
servitutes prædiales non personis, sed prædiis ipsis deben-
tur, nec sine eis constitui possunt, *l. 1. ff. comm. prædior. l.
ergo, de servit. rustic.* Connan. *lib. 4. c. 8. num. 1.* Morl. *in
empor. jur. 1. part. tit. 6. ff. de servitut. n. 76.* Castill. *de usu-
fruct. cap. 11. num. 15.* & ita eis cohæret, ut eorum quali-
45 tates sint, & prædia ipsa reputentur, adeo, ut ratione
servitutum dicantur, prædia qualiter se habentia, *l. quid
aliud 86. de usufruct.* ibi: *Quid aliud sunt jura prædiorum;
quam prædia qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, am-
plitudo:* & ibi notat Gloss. & Rebuff. Conn. *d. l. 4. c. 7. n. 8.*
Govean. *lib. 1. var. c. 9.* Castill. *d. c. 11. n. 15.*
46 Quare ista prædiorum utilitas ad usufructuarium per-
tinere nequit, sine magno rei dispendio, at verò earum
usum simul, cum prædiis fructuarius habebit, quia eis
cum omnibus suis qualitatibus uti debet.
47 Ex quibus etiam, & ex supradictis nostræ definitionis
verbis, *Salva substantia rei*, loco differentiæ adjectis à
nostra definitione excluduntur arborum sylvæ non cæ-
duæ emolumenta; & lapidicinæ non renascentes, ex qua-
rum lapidum excissione fundus utilior factus non fuerit,
vel saltim, salva ejus substantia, non excidantur, quæ &
similia emolumenta, quæ substantiam rei perimunt, licet
in prædictis Ryminaldi, & aliorum definitionibus minus
rectè comprehenderentur, à nostra quidem per dicta
verba meritò manent exclusa.
48 Item, & à nostra definitione per ultima ejus verba, *ad
usum hominis* loco etiam differentia adjecta, partus an-
cillarum exclusus censetur, quem quamvis certissimum
sit, in fructu non esse, *dict. l. in pecudum 28. §. Partus
verò*, cum sup. relat. *ff. de usur.* adhuc tamen in Ryminaldi
definitione includi supr. diximus; sed certè à nostra de-
finitione manifestè per dicta verba excluditur, quia per
ea, ut quid in fructu sit, ad usum hominis inductum re-
quiritur, ut per Text. *in l. in fruct. 42. ff. de usufruct. legat.*
& post antiquior. docent Pract. Papiens. *in form. libell. in
act. real. vers. Simul cum fructib. numer. 3.* Guzm. *de evict.
49 quæst. 21. num. 6.* Gutierrez. *decis. 34. num. 6.* quare cum non
ex alia ratione in fructu ancillarum partus non compu-
teutur, nisi, quia absurdum esset hominem, cujus gratia,
& ad cujus usum inducta sunt omnia, ad alterius usum
pertinere, ut tenent ex *l. in pecudum 28. §. Partus verò,
ff. de usur.* Barb. *solut. matrim. in d. l. 8. §. Non solum, n. 20.*
Escob. *de ratioc. c. 29. nu. 20.* Fragoso. *de regim. part. 3. lib. 9.
disp. 2. §. 4. n. 8. vers. Sed*, Chassan. *in consuet. Burg. rub. 14.
§. 17. verb. Fuit, à n. 5.* Matienz. *in l. 5. tit. 9. Gloss. 5. à n. 1.*
Oñat. *de contract. tom. 1. disp. 8. sect. 4. num. 77. & à nu. 7.
& 13.* & plenius suo loco dicam infr. hac part. cap. rectè
ergo per dicta nostræ definitionis verba manet exclu-
sus.
Quibus plenè absoluta manet nostri verbi *Fructus* de- 50
finitio, quam non ita apud ullum explicatam inveni,
cum omnes, quos viderim, nimis breviter, & absque
aliqua disputatione rem tractent.

CAPUT III.

Quid fructuum appellatione veniat?

SVMMARIVM.

1 *QVam varii circa hanc quæstionem Doctores, & Jurisconsulti loquantur.*
Juxta aliquorum sententiam id solum fructuum appellatione comprehenditur, quod ex ipsa re nascitur, ex eaque immediatè percipitur: dict. n. 1. cum seqq.
Adducitur pro hac sententia Text. in leg. item si fundi 10. ff. de usufruct. l. arbores 59. §. 1. eodem tit. l. divortio 8. §. Si vir, ff. solut. matrim. *d. n. 1.*
2 *Ponderatur pro eadem sententia Text.* in l. apud Julianum 40. §. Fructus, ff. de legat. 1. *quia urbanorum prædiorum pensiones fructuum appellatione non includi, probari videtur.*
3 *Eadem sententia comprobatur per Text. notabilem, & ad rem singularem* in leg. usura pecuniæ 121. ff. de verb. sign.
Vsura pecuniæ non ex alia ratione in fructu non esse in d. l. dicitur, nisi quia non ex ipsa pecunia nascitur, ibidem.
4 *Ponderatur pro dicta sententia*, l. unic. §. unic. ff. de gland. legend.
Referuntur Doctores, qui pro hac sententia resolvunt, nu. 5. 6. & 7.
8 *Proponitur contraria sententia, imò fructuum appellatione non solum, quod ex re nascitur, sed etiam quidquid occasione rei mediatè, vel immediatè provenit, comprehendi.*
Juxta hanc sententiam fructuum nomine veniunt pensiones rusticorum, vel urbanorum prædiorum, interesse pecuniæ, & similia emolumenta, mediatè ex rebus provenientia, d. n. 8.
9 *Comprobatur hæc sententia ex Text.* in leg. usuræ 34. ff. de usur. *& opponitur dicta* l. usura pecuniæ 121. ff. de verbor. signif.
10 *Adducitur pro pensionibus urbanorum prædiorum, ut fructus reputentur, Text. expressus* in l. prædiorum 36. ff. de usur.
11 *Idem in mercedibus rusticorum, prædiorum, servorum operis, vecturis navium, aut jumentorum, & in similibus emolumentis, quæ rerum occasione proveniunt,* l. mercedes, ff. de petit. hæredit. *optimus Text.* in l. si navis 62. ff. de rei vindicat. *& n. 13.*
12 *Ponderatur ad idem Text.* in l. usufructu legato, ff. de usufruct.
14 *Similiter pignorandi facultas reputatur in fructu, & si ab ipsa re immediatè non proveniat, ad Text.* in l. fin. ff. de usur.
15 *Referuntur remissivè alia plura emolumenta, quæ licèt à terra non nascantur, nec ex re immediatè proveniant, in fructus tamen sunt, ad fructus voluptatis, sive recreationis, jurisdictionis proventus, & similia.*

Digitized by Google

16 *Ponderatur, & subtiliter declaratur pro hac sententia,* Text. in d. l. item si fundi, ff. de usufruct.

17 *Referuntur Doctores, qui pro hac sententia resolvunt.*

Traditur vera hujus quæstionis resolutio, & istorum Doctorum concordia, d. n. 17. cum seqq.

Distinguitur inter verbi Fructus *propriam, & rigorosam significationem: & inter impropriam, latamve juris civilis interpretationem: & quæ emolumenta sub his acceptionibus fructus nomine veniant, n. 18. cum seqq.*

20 *Intelliguntur jura in* d. l. item si fundi, & d. l. usura pecuniæ, *& alia superius pro prima sententia adducta, & num. 24.*

Declarantur etiam d. l. usuræ 34. d. l. prædiorum, & d. l. mercedes, & d. l. apud Julianum, §. Fructus, ff. de legat. 1. *pro secunda sententia relata, & n. 23. & 24.*

21 *Pensiones prædiorum, interesse pecuniæ, & similia emolumenta non ex ipsis rebus, sed mediatè rerum occasione provenientia fructus nomine veniunt, accepto verbo* Fructus *juxta latam, & generalem juris interpretationem, cum seqq.*

Consulti, & DD. magis impropriam, & generalem verbi Fructus *significationem insequuntur in contractibus, ultimis voluntatibus, & in qualibet alia fructuum acquisitione, vel restitutione, num. 25. in fin. & num. 27. & 29.*

30 *Referuntur Doctores, qui, nulla distinctione habita, pro latissima verbi* Fructus *significatione ad cujuslibet emolumenti comprehensionem resolvunt.*

31 *Urbanorum, vel rusticorum prædiorum pensiones, interesse pecuniæ, & similia emolumenta mediatè ex re, vel ex ejus occasione provenientia fructus civiles dicuntur, & quare, & num. 32.*

Declaratur Text. in l. si navis 62. vers. fin. ff. de rei vindic. *d. num. 31.*

33 *Alia duo principalia requisita referuntur, ut quid in fructu dici valeat, cum seqq.*

Requiritur primo quod emolumenta in fructu computanda non perimat substantiam rei, d. n. 33.

34 *Requiritur etiam renascentia, & quomodo hoc intelligendum, cum seqq.*

1 Circa præsentem quæstionem non solum Doctores, sed & ipsi Jurisconsulti varii extare videntur. Quidam enim fructuum appellatione id solum comprehendi asserunt, quod ea re ipsa nascitur, & ex ea immediatè percipitur, ut in expressin notat Ulpianus in *l. item si fundo 10. ff. de usufruct.* ibi: *Quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est:* Et idem docet Paulus in *l. arbores 39. §. 1. ff. eodem tit.* ubi ferè eadem verba referuntur, & Papinianus in *l. divortio, §. Si vir, ff. solut. matrim.*

2 Et etiam probari videtur ex eleganti Text. ad rem tamen per DD. parum ponderato, in *l. apud Julianum 40. §. Fructus, ff. de legat. 1.* ibi: *Quod in fructu dicitur, hoc & in pensionibus urbanorum prædiorum intelligendum est:* Ex quibus verbis manifestè constat pensiones, cum ex terra naturaliter non nascantur, fructuum nomine non comprehendi ex propria verbi *Fructus* significatione; aliàs enim frustra Jurisconsultus legis dispositionem ad eas specialiter extenderet.

3 Et idem in usuris probatur ex Text. in *l. de fructibus, ff. de donat. inter vir. & uxor.* Et in eisdem usuris expressius, & absque ulla tergiversatione idem probare videtur Pomponius in *l. usura pecuniæ 121. ff. de verb. signific.* ubi dum Consultus ait: Usuram pecuniæ in fructu non esse, non ex alia ratione id comprobat, nisi quia non ex ipsa pecunia nascitur, nec ab ea immediatè producitur, ibi: *Usura pecuniæ quam percipimus in fructu non est, quia non ex ipso corpore nascitur, sed ex alia causa est.*

Quæ omnia non in eleganter comprobari etiam pote- 4
runt per Text. singularem, ad rem per DD. non relatum
in *l. unic. §. unic. ff. de gland. legend.* ubi dum Ulpianus ait,
glandis nomine ad effectum hujus Text. & ejus interdicti,
omnes fructus contineri, manifestè fateri videtur, fructuum
nomine, nil aliud comprehendi posse, nisi quod
ex terra coaluerit, veluti poma, segetes, & alii similes
fructus naturales, aut industriales, qui ex terra nascuntur,
inter quos solum illud interdictum locum habere potest.

Et quamvis non ita fundent, plures tamen Doctores 5
superiorem sententiam tenent, fructuum nempè appellatione
duntaxat, quod ex terra nascitur, & ex ea immediatè
percipitur, comprehendi, ut constat ex Bart. in
l. divortio, §. Si vir, ff. solut. matrim. ubi idem docet Bald.
Angel. *in rub. de usur.* & cum aliis Boer. *decis. 224.* & relati
per Jo: Garziam *de expens. & melior. cap. 23. numer. 1. cum
seqq.* & alii per Escob. *de ratioc. cap. 29. num. 5. & 7.* & per
Guzm. *de evictian. quæst. 21. à num. 1.* & idem sentire videtur
Jo: Maria Novar. *ad pragmat. Regn. Neapol. in pragmat.
5. de administr. universit. num. 70. cum seqq.* ubi latè 6
tractat, quid fructuum appellatione veniat, & duntaxat
inter ea connumerat segetes, poma, pyra, glandem, &
similia ex terra coalescentia, quin de aliis rerum utilitatibus
mediatè ab ipsis rebus provenientibus memoretur, ut
sunt pensiones rusticorum, aut urbanorum prædiorum,
vecturæ navium, interesse pecuniæ, & similia, quasi
fructuum nomine non comprehendantur, ex eò quod à
terra immediatè non producantur.

Quod idem docent attenta nostri verbi *Fructus* stricta, 7
& rigorosa significatione Ponte *de potest. Prorex. de regalib.
tit. 4. §. 3. num. 30.* qui eleganter in pecuniæ interesse loquitur
Petr. Barb. *in l. divortio, §. Si vir, num. 36. ff. solut.
matrim.* & noviter Ant. Niger. *de laudem. tom. 1. quæst. 13.
num. 5. cum seqq. & num. 12.* ubi plures refert, & aliis congestis
Cyarlin. *tom. 1. controv. cap. 46. num. 2. cum seqq.* &
novissimè Paul. Christin. *in constitut. Mechlinens. tit. 11
art. 29. num. 6. cum seqq.*

Ex contrario autem sunt alia plura jura, & Doctores, 8
quibus manifestè probatur, fructuum nomine, non solum,
quod immediatè à terra nascitur, venire, sed etiam
quidquid ex re qualibet, vel occasione rei mediatè, vel
immediatè provenit, comprehendi, ut sunt interesse pecuniæ,
pensiones rusticorum, vel urbanorum prædiorum,
mercedes, aut vecturæ navium, & similia emolumenta
mediatè ex qualibet re provenientia.

Et primò expressè probatur ex Text. *in l. usura 34. ff. de* 9
usur. ibi: *Usura vicem fructuum obtinent,* quibus verbis
contrarius stare videtur Ulpianus Pomponio in *d. l. usura
pecuniæ 121. ff. de verb. signif.*

Secundò constat ex *l. prædiorum 36. ff. de usur.* ubi præ- 10
diorum pensiones, licèt ex ipsis rebus non nascantur, in
fructu tamen sunt, ibi: *Prædiorum urbanorum pensiones
pro fructibus accipiuntur:* Et idem in mercedibus rustico- 11
rum prædiorum, operis servorum, vecturis navium, aut
jumentorum, & similibus, quæ, quamvis à terra, vel
ex ipsis rebus immediatè non nascantur, sed potius mediatè
ex eis proveniant, in fructu tamen esse probant expressa
jura in *l. mercedes, ff. de hæredit. petit.* ibi: *Mercedes
planè à colonis acceptæ loco sunt fructuum. Operæ quoque
servorum in eadem erunt causa, qua sunt pensiones. Item
vecturæ navium, & jumentorum.*

Idemque comprobatur ex Text. in *l. usufructu legato 7.* 12
ff. de usufruct. ubi ideò tales pensiones, & utilitates in legato
ususfructus omnium bonorum venire, tamquam
ipsa tum rerum fructus asserit consultus: Et ex eleganti, 13
& mirabili ad rem Text. *in l. si navis 62. ff. de rei vindicat.*
ibi: *Nam, & si maximè vectura, sicut usura, non
natura provenit, sed jure percipitur; tamen ideò vectura
desiderari poterit:* Et idem per Text. *in l. si urbana 55.* 14
ff. de condict. indebit. l. fin. ff. de usur. Ubi, & quod utilitas,
seu facultas pignorandi in fructu sit, cui convenit,
l. fructus 72. ff. de regul. jur.

Et

15 Et similiter alia plura emolumenta, quæ neque à terra nascuntur, nec ex re immediatè provenium, in fructu sunt; maximè voluptatis, vel recreationis fructus, de quibus, ut dictum remanere supra cap. 1. à num. & latius infra dicam hac part. cap. fin. Multaque alia rerum emolumenta, quæ in fructu reputantur, & si ab ipsa terra, vel ex alia re immediatè non proveniant, ut jurisdictionis proventus, & similia congeram infra in capitib. seqq.

16 Ultra quæ jura, & fundamenta ultimo pro hac sententia ponderari potest textus vulgaris pro contraria prima opinione superius adductus, sed certè hanc secundam in expresso comprobat, si benè, & subtiliter perpendatur, in *d. l. item si fundi* 10. *ff. de usufruct.* quatenus in hac lege Consultus Paulus ait, in fructu esse non solùm *quidquid in fundo nascitur*, sed etiam *quidquid inde percipi possit*, quasi quid ultra è renatum in fructu considerari valeat: videlicet, si occasione rei utilitas aliqua proveniat; aliàs namque frustra Consultus sepeteret verba *quidquid inde percipi possit*, si nil aliud præter in fundo natum significase voluisset. Quæ ad rem notabilis consideratio manifestè comprobatur per §§. sequentes ipsius d. l. 10. in quibus Consultus prosequendo materiam circa significationem verbi *Fructus* ait apium emolumenta, & aucupiorum, seu venationum redditus, & similia commoda ex ipsius corpore fundi immediatè non provenientia fructuum appellatione venire; & clarius idem resolvit Consultus Paulus *in d. l. arbores* 59. §. 1. *eodem tit.* ubi potest eadem dicta verba: *Quidquid inde percipi possit*, relata id in pensionibus quasi exemplificat, quas ad fructuarium quoque pertinere asserit.

17 Quare ex prædictis, & aliis juribus hanc opinionem, & quod hæc emolumenta in rerum restitutionibus, in contractibus, & ultimis voluntatibus veniant, quoties ipsarum rerum fructus restitui debeant, docent Castrens. *cons.* 114. *in princ. lib.* 2. Anchar. *cons.* 3. *in princ.* Jo. Copp. *de fructib. tit.* 1. *cap.* 1. *ex n.* 1. *in tract. DD. tom.* 17. *fol.* 236. optimè Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 17. *verb. Et faire les fruictz num.* 7. Jacob. Cujac. *in parat. ad tit. de usur. & fruct.* Cæpol. *de servit. urban. cap.* 4. *nu.* 9. Carroc. *de locat. & conduct. sext. grad. accident. quæst.* 10. *à num.* 50. *fol. mihi* 233. optimè Jacob. Mandel. de Alba *cons.* 318. *num.* 11. *& cons.* 619. *nu.* 3. Schrader. *de feud. part.* 9. *sect.* 3. *quæst.* 6. Avendañ. *resp.* 6. *n.* 6. Baez. *de decim. tutor. cap.* 22. *num.* 3. *&* 5. *& cap.* 23. *numer.* 29. Giton. *de gabel.* 2. *part.* §. 2. *num.* 22. *fol. mihi* 49. August. Barbos. *tract. var. in appellat. verb. Fructus num.* 5. Cyriac. *controv. jur. cap.* 397. *num.* 6. *cum sequent.* ubi plures alios refert, & quod fructus sint qualibet emolumenta, etiam extra rem, occasione tamen ejus provenientia: & alii magis specialiter infr. pro concordia illarum opinionum referendi.

18 Ex quorum Jurisconsultorum, & Doctorum varietatibus difficilis admodum, & intricata redditur nostra quæstio: sed ut clarissima ejus resolutio appareat, & quid fructuum appellatione veniat indubitabiliter cognoscatur, dicendum existimo, verbum *Fructus*, tam apud Consultos, quàm apud Doctores dupliciter accipi: Primò propriè, & strictè in sua rigorosa significatione: Secundò impropriè, & abusivè juxtà Juris civilis latam, & generalem interpretationem, ut ex juribus, & Doctoribus proximè referendis patebit.

19 Primò igitur modo, si strictè, ac propriè verbum *Fructus* accipiatur, verissimum est ejus nomine duntaxat comprehendi, quod immediatè ex corpore rei nascitur, & percipitur, ità ut alia emolumenta, quæ non immediatè ex re proveniunt, sed extra rem, vel occasione rei
20 ab ejus significatione excludantur. Et in hoc casu procedere, ac intelligi debet prima opinio, & supradicta pro ea allata in *dict. l. item si fundi* 10. *l. arbores* 59. §. 1. *ff. de usufruct. l. divortio*, §. *Si vir*, *ff. solut. matrim. l. usura pecunia* 121. *ff. de verbor. signif.* & cætera omnia, quæ supra adduxi, in quibus consulti asserunt in fructu id solum esse, quod in fundo nascitur, & ex ea immediatè percipitur, ob idque pecuniæ usuram, interesse, & similia excludentes, quia non ex ipsa se, sed ex alia causa mediatè provenit, imò in *d. l. item si fundi*, non solùm in fructu dicitur quidquid in fundo nascitur, sed etiam quidquid ex eo percipi potest, ut pensiones quoque, vel quid aliud occasione fundi mediatè proveniens comprehenderet Consultus, licèt in ipso fundo non nascatur, ut diximus supra pro ultimo fundamento superioris secundæ sententiæ.

In secundo verò casu, nimirum si *fructus* vocabulum 21
impropriè, & abusivè in generali significatione accipiatur, juxta Juris civilis latam interpretationem, ut plerumque ex communi usu loquendi accipi solet; tunc absque dubio dicendum est in eo comprehendi omnia emolumenta, & quascumque obventiones, atque utilitates ex re, aut extra rem, vel occasione rei mediatè, vel immediatè provenientes.

Et in hoc sensu intelligenda sunt posteriora jura pro se- 22
cunda opinione allata sup. num. 17. ex quibus manifestè hæc nostra intelligentia comprobatur; nam in eis dum Consulti asserunt pecuniæ usuram, pensiones, & similia emolumenta fructuum appellatione comprehendi, loquuntur impropriè, & per extensionem, ac interpretationem verbi *Fructibus*, ut ex ipsis juribus apertè constat, & præcipuè, ex *dict. l. usura* 34. *ff. de usur.* ibi: *Usura vice fructuum obtinent*; & cum eadem proprietate loquitur cætera omnia jura, ut patet ex *d. l. Prædiorum* 36. *ff. de usur.* ibi: *Pensiones pro fructibus accipiuntur*; & in *dict. l. mercedes* 29. *ff. de petit. hæredit.* ibi: *Mercedes loco fructuum sunt*: & in *d. l. apud Iulianum*, §. *Fructus*, *ff. de legat.* 1. ibi: *Quod in fructibus dicitur, idem in pensionibus urbanorum prædiorum intelligendum est.*

Quæ omnia verba, & similia, quibus Consulti in aliis 23
juribus utuntur absque dubio improprietatem significant, & per interpretationem, ac extensionem procedere manifestè demonstrant, ut docent cum aliis Tiraquel. *de jur. marit. glos.* 7. *num.* 174. *& in tract. le mort' lai sit le vif. part.* 2. *declarat.* 10. *num.* 7. *cum seqq.* August. Barbos. *tract. var. in diction. usu frequent. dict.* 169. *n.* 3.

Nec mirum, quod in *d. l. usura pecunia* 121. *ff. de verb.* 24
sign. Et in aliis juribus pro prima opinione adductis tam strictam, ac propriam verbi *Fructus* significationem assecuti fuissent Consulti, & in *d. l. usura* 34. & similibus, tam ampliè, & impropriè loquantur: nam in *d. l. usura pecunia*. Et aliis de definitione tantum, & naturali verbi *Fructus* significatione tractarunt, & ideò meritò naturaliter, & nimis propriè loquuti fuere: contra vero in *d. l. usura* 34. Et similibus, in quibus, cùm de fructuum restitutione, & acquisitione ex juris dispositione agerent, rectè ejus significationem interpretati sunt, & ex juris ratione, ex comunique usu loquendi ad prædicta emolumenta extenderunt, in quibus eadem ratio ad prædictos, & omnes juris effectus, ac in fructibus naturalibus, & industrialibus invenitur.

Et istam distinctionem inter nostri verbi *Fructus* pro- 25
priam, & impropriam acceptionem ad prædictorum jurium concordiam, & ad nostræ quæstionis resolutionem docent, licèt non tam latè, & explicitè, nec ex prædictis rationibus, Franc. Conan. *commentar. jur. civil. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 2. Hothoman. *in commentar. verbor. jur. verb. Fructus*, *&* 1. *in fin. &* 2. *fol.* 832. Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 17. *verb. Et faire les fructum fiens*, *fol.* 184. qui loquens in pensionibus, aliisque rerum emolumentis ex eis immediatè non provenientibus, ea tamen in statuto de fructibus loquente comprehendi ait attenta verbi *Fructus* impropria generali juris interpretatione, cui semper Juris consulti, magis quàm rigorosæ inhærent, ut ex dictis juribus constat.

Et eandem sententiam, ac distinctionem prosequitur 26
eleganter Joan. Garc. *de expens. cap.* 23. *à num.* 1. qui benè loquitur, & rectè notant verbum *Fructus*, apud Jurisconsulto

Digitized by Google

sultos latissimè, & ultra suam propriam significationem in prædictis juribus civilis modo interpretari, ità ut ejus nomine emolumenta omnia superius relata comprehendantur, quam doctrinam sequitur quoque Escobar *de ratioc. cap. 29. à num. 1. & 7.* ubi Duaren. Guttier. & alios pro ea refert, & Bart. meritò reprehendit, quia in dict. *l. divortio*, §. *Si vir.* voluit fructuum appellatione, quod ex terra nascitur dumtaxat contineri, & prosequuntur latè Petr. Barbos. (licèt pro contraria opinione ab aliis referatur) in *d. l. divortio*, §. *Si vir. solut. matrimon. à num.* 37. qui loquitur in obventionibus, quæ immediatè è re non proveniunt: *& num.* 38. ait, quòd licèt propriè fructus naturales dici non possunt ob *d. l. usura pecuniæ, de verb. signif.* ut & nos fatemur, nihilominus tamen fructus civiles appellentur, ex *d. l. si navis 62. §. fin. ff. de rei vindicat.* & idem tenent Jacob. Mandel. de Alva *cons. 275. à num. 13. & cons. 619. num. 3.* qui doctè, & eleganter ad nostram distinctionem, & resolutionem loquitur, & *in cons. 318. num. 11.* Joan. Copp. *in tract. de fructib. lib. 1. tit. 1. cap. 2.* idque subtiliter innuit ad *d. l. usura pecuniæ*, Alciat. in ea, *vers. Eam in fructu.* Et cum aliis noster Castillo *de usufruct. cap. 36. num. 7. cum seqq.* ubi Cæpol. Carroc. Avend. Baez. Girond. & alios refert, *& à n. 65.*
27 ait: Fructus nomen in jure nostro non strictè, & propriè accipi, sed potiùs frequenter tam per Consultos, quàm per Scribentes in lata, & generali significatione pro omni commodo, & utilitate usurpari.

28 Et ex novioribus hanc resolutionem tenent post Castil. & supr. relat. cum Lorior. & aliis Guzman *de evictionibus, quæst. 21. à num. 1.* Guizarel. *decis. 34. à numer. 15. & 22.* benè Ciarlin. *tom. 1. controvers. 47. à num. 8.* ubi plures DD. cum hac nostra distinctione inter propriam, & generalem verbi *Fructus* significationem ad concordiam redigit, idemque prosequitur ex nostro Garcia, Chassan. Soto, & aliis Paul. Christin. *in consuet. Mechlinensis tit. 11. art. 29. à num. 6.*

29 Ex quibus animadvertendum est præfatos omnes Doctores dum hanc quæstionem cum dicta distinctione resolvunt, communiter etiam asserere, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, aliisque juris dispositionibus verbum *Fructus* intelligi debere, juxta prædictam latam, & generalem significationem, tanquam ex juris civilis interpretatione, & communi usu loquendi provenientem: & sic quoque servari debere in praxi docent, maximè, si de fructuum restitutione agatur, & quid eorum appellatione venire debeat, & præcipuè de hac praxi universali testantur Castil. Guizarel. Niger. Barbat. Christin. *in locis citatis*, id apertè constat in fructuum, seu ususfructus legato, ex *d. l. item si fundi 10. l. arbores 59. ff. de usufruct. d. l. apud Julianum 40. §. Fructus, ff. de legat. 1.* Et idem in legatis, fideicommissis, tutelæ actione, & omnibus bonæ fidei judiciis, in quibus usuram, & aliàs obventiones in fructuum restitutione venire docet Ulpianus *d. l. usura 34. ff. de usur.* ubi ideò ad bonæ fidei judicia se restringere videtur, quia de usuræ restitutione agebat, quæ magis quam cæterorum fructuum, jure civili odiosa erat, ut latius dicam infr. part... cap... ubi plenè de fructuum restitutione, tam in bonæ fidei, quàm stricti juris contractibus, & judiciis agam.

30 Et generaliter quamvis dictæ distinctionis immemores hanc latissimam significationem nostro verbo *Fructus* tribuunt in omni dispositione de fructuum restitutione, seu acquisitione, vel ad alios juris effectus agentes, Oldrad. *cons. 24.* Menoch. *cons. 66. num. 4. cum seqq. & de recuperand. remed. 15. à num. 622. & de arbitrar. cas. 210. num. 29.* benè Bero. *cons. 143. num. 5.* Card. Tusch. *practic. conclus. lit. F. conclus. 484. per tot.* Amad. de Pont. *in quæst. laudemial. quæst. 20.* Marc. Burg. *de laudem. part. 1. q. 4. n. 8. cum sequentib.* Rovit. *decis. 9. à num. 32.* Cyriac. *tom. 2. controvers. 397. num. 7. cum sequentib.* Oñat. *de contract. tom. 1. disput. 8. sect. 4.* Bay. *in prax. Ecclesiast. in Alphabet. hoc verbo Fructus, num. 35. & 36.* in quibus de latissima, & ampla verbi *Fructus* significatione plenè tractatur, maximè in praxi, quoties de fructuum acquisitione, & restitutione, ob alienationum, seu contractuum revocationem, vel aliter agitur.

Quare ex supradictis, nimirum, quod pensiones, 31
mercedes, usuræ, & similia emolumenta mediatè ex re, vel ejus occasione provenientia fructus quoque dicantur ex communi usu loquendi, & juris civilis interpretatione meritò Doctores utilitates istas fructus civiles appellant, quia non à terra ex ipsa natura, vel hominis industria, natura etiam juvante nascuntur, sed potius ex mera hominis industria proveniunt, & ex juris civilis ratione, legum quoque, ac prudentum interpretatione nomen merentur; ut latius suo loco dicam infr. part. 3. cap. 1. 2. & 3. tot. ubi plenè de horum fructuum civilium materia, & differentia cum naturalibus, & industrialibus agam, & interim hæc fructuum civilium, à jure civili denominatio expressè comprobari potest, ex Text. singulari in *l. si navis 62. vers. fin. ff. de rei vindicatione.* Ubi Papinianus mirabiliter ad rem loquitur, ibi: *Nam & si maximè vectura, sicut usura, non natura provenit, sed jure percipitur.* Et ex juribus sup. à num. 77. relatis docent Paul. Castrens. *in d. versic. fin.* Alexand. *consil. 181.* Bartol. & Doctores *in l. Fructus, Cod. de rei vindic.* Menoch. *de recuperand. possession. remed. 15. à num. 623.* Alva *cons. 441. num. 12.* Arias Pinel. *in l. 2. Cod. de rescind. vend. part. 2. à num. 52.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. numer. 55.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 49. à numer. 128.* Joan. Gutier. *de tutel. 3. part. cap. 23. num. 16. & 17.* Pater Sanchez *in summ. lib. 2. cap. 26. à num. 48.* Augustin. Barbos. *in collect. ad cap. grandi. de supplend. neglig. Prælat.* Carpzov. *in indice jurisprudent. Roman. verb. Fructus*, & novissimè Franc. Mar. Prat. *discept. forens. p. 1. cap. 23. num. 39.*

Et in terminis nostræ principalis quæstionis de verbi 32
Fructus significatione agentes, & prædictam fructuum civilium denominationem comprobantes, Joan. Garc. *de expens. cap. 23. à num. 1. & 7.* noviter, Niger. *de laudem. tom. 1. quæst. 13. à num. 60. & 64.* qui emolumenta superius relata, tanquam ex juris civilis interpretatione fructuum nomen habentes, fructus civiles appellant.

Post quæ omnia ad pleniorem, & absolutam verbi 33
Fructus significationis cognitionem duo adhuc notabiliter animadvertenda sunt, videlicet; Primò quælibet emolumenta, ut fructus esse dici valeant, necessario requiri, quod de substantia ipsius rei principalis non sint, nec in aliqua parte eam perimant, Sarmient. *lib. 3. selectar. interpretat. cap. 10. numer. 4.* D. Joan. del Castil. *de usufruct. cap. 33. à num. 4. & tot.* Niger. *de laudem. tom. 1. quæst. 13. num. 16.* sed potiùs quid omninò ab ipsius substantia separata esse debent postquam ab ea producuntur, vel immediatè ejus occasione proveniunt; aliàs enim in fructu esse non poterunt, ut colligitur ex doctrina Sarmient. & Castil. *superius relat.* & docet optimè, & eleganter Sesse *decis. 63. à num. 1.* & comprobatur ex verbi *Fructus* definitione, quam superius retuli in cap. præcedent. num. 28. & seqq. cui ideò ad fructus essentiam, & differentiam aliorum emolumentorum verba, *salva substantia rei*, adjeci, & plura rerum emolumenta ibi adduxi, quæ ob hæc verba, & requisitum fructus dici non possunt: ut incrementum alluvionis, jus accrescendi, demortuorum animalium pelles, & similia, de quibus singulis dicam infr. in cap. sequent. à numer. 85. & à num. 173. & ex eadem ratione idem in emphyteusi resolvam, quæ ob caducitatem in commisso incidit, ut similiter fructus directi dominii appellari non valeat infr. cap... à num...

Secundò etiam ad dubiam illam, & inter Doctores 34
satis ventilatam quæstionem, quæ circa aliud juxtà aliquos, non minus principale requisitum, ut quid in fructu sit, versatur; nimirum an renasci debeat, vel non? animadvertendum est sumpto verbo *Fructus* in lata, & gene-

generali significatione, prout de jure sumi diximus, nullo modo id requiri, imò quodlibet rei emolumentum, licèt quotannis non renascatur; sed pòniis variè percipi contingat, fructum rei esse, ut optimè docent Aretin. *in l. divortio, §. Si vir, ff. solut. matr. column. 2. post princ.* Zas. *lib. 2. singul. intellect. cap.* 3. Paul. de Castr. *in d. §. Si vir*, & contra Gloss. Alexand. Boer. Chassan. Baez. & alios quos latè refert, & sequitur Petr. Barbos. *in d. §. Si vir, tot.* qui omnes Aretin. videlicet, Barbos. & proximè citati contrarium, imò renascentiam, ut quid in fructu sit, expostulant doctè, & eleganter Glossam, Boertum, & alios improbantes Joan. Garc. *de expens. cap. 22. num. 47. & 48. & cap. 23. à num.* 1. Joan. Gutier. *de tutel. 3. part. cap. 24. à num.* 11. & cum aliis D. Joan. del Castil. *de usufruct. cap. 36. num. 12. cum seqq.* & latius dicam infr. cap. 10. à num. 5. & 10. ubi idem in lapidicinis non renascentibus latè resolvi.

35 Quod quidem dupliciter meo videri intelligi debet. Primò concurrente supradicto requisito supr. num. 33. relato, videlicet, quòd semper rei substantia salva permaneat.

36 Secundò, etiam intellige, si hæc emolumenta non renascentia principaliter ab ipsa re, vel ejus occasione proveniant, quo casu, quotiescumque, licet raro, aliquod emolumentum, seu utilitatem percipi, contingat inter rei fructus, juxta dicta, computari debet: secus verò si licet ejus occasione, hoc tamen principaliter non fiat, sed potius res horum emolumentorum causa dumtaxat sit remota, non verò proxima, quia ex alia proximiori magis principaliter proveniunt; ut accidit in muneribus, seu donativis Dominis Vassallorum, aut Baronibus per vassallos præstari solitis, in casu, quo præcisè, & perpetuò solvi non debent, & consequenter perpetuam renascentiam non habent, sed ex mera vassallorum voluntate, ac liberalitate dependent; quo casu talia munera, & emolumenta feudi, aut oppidi fructus non erunt; quia tunc quamvis horum munerum præstationis aliqualis causa sit feudum, seu oppidum, per Dominos, aut Barones possessum, ex hac tamen causa, ut proxima non perveniunt, sed ex mera vassallorum voluntate, in qua dumtaxat nituntur: quare meritò fructus feudi, aut oppidi dici non poterunt, licèt secus sit quando præcisè, & necessariò hæc donativa solvi debeant, veluti, si jure municipali in aliquibus casibus ad ea vassalli adstringantur, vel etiam ex privilegio, pacto, seu transactione legitimè inter Dominum, & Vassallos inita, aut consuetudine, vel præscriptione immemoriali debeantur, in quibus casibus absque dubio fructus erunt, ut latiùs resolvam, & ad omnia dicta muneta dicam infrà cap. 33. cum suis §§. Ubi plenè, quando in dictis casibus præcisè solvi debeat, vel non? ut & tunc inter fructus feudi, aut oppidi computentur, vel ab eorum significatione excludantur.

37 Hæc igitur sunt requisita, principaliter necessaria, ut rerum emolumenta fructuum appellatione comprehendantur, quæ generaliter ita tractasse pro nunc sufficiat; de quibus, & aliis pluribus dicam infrà in cap. sequentib. ubi materiam prosequendo de aliquibus emolumentis, an fructuum appellatione veniant specialiter tractabo.



CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Fructus nomine quid veniat, tractatur specialiter circa plura rerum emolumenta, aut commoda: ad fruges, legumina, herbam, glandem, & aliam pasturam, hortos, olitorios, flores, arborum folia, & alias earum utilitates: Ad aromata, seu unguenta, myrrham, balsamum, similiaque odoramenta: & de frequentissimo Antiquioribus, Romanis maximè, hujusmodi odoramentorum, & unguentorum usu: Ad sericum, paleam, arundines, ceram, mel, examina, interesse, vel aliud commodum ratione pecuniæ, vel quod ex nominibus debitorum redigi potest; ad servorum operas, & aliqua de earum materia: ad nivem, de ejus usu, antiquitate, & utilitate; ad salinarum redditus, & cui hodie tam in privatis, quàm in publicis locis debeantur: ad incrementum alluvionis, an fundi fructus habendum sit, necne? Idemque in aliis prædiorum, vel rerum accessionibus: & postremò quid in lucris, aut commodis illicitè quæsitis ex quæstu meretricio lupanari, vel alio turpi, aut injusto modo: ad decimam tutoris, vel Ecclesiæ, necnon & oblationes ex eis solvendas, aut recipiendas, vel non; & ad divisionem inter socios; virum, & uxorem, & alios juris effectus, an in eis de his lucris ratio habenda sit necne?

SUMMARIUM.

1 *Proponitur materia hujus capitis circa plura, videlicet, emolumenta, quæ an fructus nomine veniat? specialiter discutitur.*

2 *Segetes omnes, fruges, & legumina propriè fructus sunt.*

3 *Item herba, fœnum, & similia pascua.*

4 *Pertinet ideo ad agri, vel prati dominum, sive usumfructuarium.*

5 *Quemlibet alium ab hujusmodi rerum pastura dominus arcere potest.*

6 *Ex fœno, herba, & aliis pascuis, uti ex cæteris fructibus decima Ecclesiastica solvenda.*

7 *Referuntur plura emolumenta, quæ ex pascuis mediatè percipiuntur, ad agnos, lanam, lac, aliosque ovium, pecudumve proventu, & ipsius pastura redditus pecuniarios.*

8 *In Regno Neapol. magni redditus quotannis ex pascuis publicis percipiuntur.*

9 *Excedunt tamen omnes, qui in nostra Hispania, propter ipsius fertilissimos pastus, Regi, multisque Regni Magnatibus competunt.*

10 *Depascuorum materia ad ipsorum fructuum divisionem, & acquisitionem inter dominos oppidorum, & alios privatos remissivè.*

11 *Spica, & alia spolia, aut herba, secatis, aut levatis fructibus, in agris privatorum remanentia, an in fructu sint, dominisque privativè competant? plura de materia remissivè.*

12 *Fructus appellatione* glans *quoque venit.*
Imò ejus nomine omnes fructus comprehenduntur, ibidem.

13 *Verbum* Glans, *quid generaliter, aut specialiter significet?*

14 *Ex ea, ut ex cæteris fructibus rerum minoris, decima apud nos tuteri debetur.*

15 *Idem*

15 *Idem dicendum de alia glandis specie, quæ ex fago percipitur.*

16 *Concesso in aliquo oppido jure pascendi, aut etiam immemoriali præscriptione quæsito, glandium pastura an comprehendatur?*

17 *An prata privatorum?*

18 *An jus aquandi?*

19 *Non venit alia superior glandis species, fructus videlicet fagi?*

20 *Intellige hæc, nisi specialiter hæc jura, aut emolomenta concessa quoque, aut præscripta sint.*

21 *Item fructus nomine comprehenduntur, nuces, avellana, castanea, pyra, poma, & similia.*

22 *Veniuntque in restitutione, quoties ob moram, vel aliter facienda est fructuum restitutio.*

23 *Et in liqoidatione fructuum feodalium, pro solutione relevii ex fructibus feudi.*

24 *Solvitur quoque ex eisdem decima Ecclesiastica.*

25 *Referuntor aliqoa remissivè de præfata fructuum specie, nucibus, avellanis, & similibus relatis.*

26 *Interest etiam Reipublicæ istorum fructuum copiam magnam in Provincia haberi, & de hujusmodi frugiferarom arborum cura, in conservatione, & novis plantationibus.*

27 *De utilissimo uvarum, & olivarum fructu, & num.28.*

29 *Quid si uva, & oliva à terra tantùm separata sint, nondum vino, aut oleo facto.*

30 *Et si immaturè sint collecta, an adhuc fructus reputentor?*

31 *Oliva, seu olea non solùm pro fructu, sed & pru arbore accipitur.*

Antiquitus apod ethnicus cui dicata, & cujus symbolom olea fuerit, ibid.

32 *Noclei etiam olivarum in fructu sunt.*

33 *Baroni, sive Domino oppidi, si aliqoa pars, sive vulgò macinatiu, ex ulivis debeatur, soluta prius, aot facta macinatione, ex ulivis remacinatio ex nucleis fieri debet.*

34 *Faba, lentes, cicer, & alia legumina in fructu sunt.*

35 *Ex eis decima sulvitur.*

36 *Habentor quoqoe in fructu, quæ ex hortis olitoriis colliguntur, ut herba, caules, lactoca, & alia olera.*

37 *Solvitur ex eis decima.*

38 *Flores similiter sunt in fructu.*

39 *Et linom, & canape.*

40 *Ex eis decima sulvenda.*

41 *Idem in crocu.*

42 *In milio, & ad decimam.*

43 *In lopino.*

44 *Ligna quoque arborum sunt in fructu, & ad decimam Ecclesiasticam, & num.45.*

46 *Et ad restitutionem de fructibus faciendam.*

47 *Stramentum quid sit, & quod in fructu habeantur?*

48 *Sunt quoque fructus arborum folia sycomororum, mororum, & aliorum, quorumlibet arborum foliis pro alendo, maximè pecure, hiberno præsertim tempore aptis, & cui pertineant, usorario, vel proprietario? cum num seqq.*

Declaratur Text. in l. plenum 12. §. 1. vers. Idem herbas, ff. de usu, & habitat. *d. num. 48. cum seqq.*

51 *Rejicitur emendatiu Cujacii ad hunc Text.*

52 *Rejicitur etiam, & rejicitur aliorum ejosdem Text. interpretatio, eum de Barbaricis foliis, seu odoriferie intelligentium.*

53 *Aromata omnia, seu unguenta ex arboribus distillantia; seu aliter ex foliis cortice, aut radicibus confecta ipsorum arborum, vel prædiorum fructus sunt ad cinamomum, myrrham, balsamum, & alia odoramenta.*

54 *Magna ex eis vectigalia, & redditos in aliquibus Provinciis percipiuntur, ad Text.* in l. ultima, §. Species, ff. de public. & vectigal. *& d. n. 53.*

55 *Frequentissimus antiquioribos Nationibus ungoentorum osu refertur.*

56 *Inter omnes, Romani maximè, his odoramentis, seu unguentis pro ungoendo capite, corpore in balneis abluendo, & similibos usibos deditis fuere.*

Plura de aromatom, & ungoentorum osu, bonitate, & speciebos apud antiquas, & hodiernas nationes, ibid.

57 *De Christianorum more, ungoendi, condendive ejusdem mortuorum corpora, & quare.*

58 *Cadavera ita cundita, à potredine præservantur.*

De eodem antiqoissimo more apud Ethnicos, Ægyptios, Persas, Romanos, Iudæus, & alias Nationes, d. nom. 58. cum seqq.

61 *De eorum ungoentorum usu in conviviis, pru cibis variis onguentibos condendis, miscendisqoe potui delibutis, & pru capitibus præparandis, seo præservandis à vino.*

62 *Referuntor plures sacræ, & profana reprehensiones contra istiusmodi voluptuosa unguentorum oblectamenta, aut immoderatum luxum.*

63 *Odor, viris maximè, nullus melior, qoàm probitas.*

Vnguentorum odor in viris vitæ mollitiem, & corruptelam arguit, ibid.

64 *Vnguentorum venditio Atheniensium, & Lacedamoniorum legibus prohibita.*

65 *In fructo etiam habetur sericum, ex vermibus productum, & ex eo decima solvitur.*

65 *Et palea: & ad decimam ex ea solvendam, & nom.67.*

68 *Et arundines.*

Fundo venditu, arundinetu excepto, arundines, ut ejos fructus excepta videntur, ad Text. in l. qui fundum 40. §. Cum fundum 4. ff. de contrah. empt. l. item si fundi 10. §. Cæsæ fin. ff. de usufruct. *ibid.*

69 *Arundinetum æquiparatur silva cædue, arboribus consita, & arundines arbores dicuntor.*

70 *Saccarum etiam ex canis mellis confectum, fructus dicitur.*

71 *Decima ex eis solvenda.*

72 *An etiam Laudemium?*

73 *Idem in ipsis canis ad decimam, & relevium, & num.74.*

75 *Item manna in arborum fructu habetur, ad relevii feudalis solutionem.*

76 *Et cera, mel, examina, & quidquid ex apibus provenit, ad decima solutionem, & alia.*

78 *Examen, quod ex alveo alicujos evolavit, quousqoe ejus censeatur?*

79 *Refertur notabilis casos examinis, quod consederat in ipsius domini apum arboris ramo, qoem in vicini fondum arbor porrexerat, an stante statuto, ut fructus similium ramorum in fundum alienum pendentium non ad duminum arboris, sed ad fundi vicinum dominum spectent, examen relatum ad dominum arboris, sive apum, vel potius ad fundi vicini dominom pertineat?*

De hoc statuto in Saxonia, ibidem.

80 *Lac etiam, caseus, & butyrum animalium fructus sunt, ad decimam, & alia, & num.81.*

82 *Decima ex his emolumentis, in qua Parochia solvi debeat, an ubi animalia depascuntur, vel ubi dormiunt, remissivè.*

83 *Idem in pecorum fœtibus, & similiter in fructu sint, in fructuum acquisitione, sive restitutione.*

84 *Mo-*

Digitized by Google

84 Mobilium nomine animalia, & se moventia continentur.

85 Agni, hœdi, vituli, & similes fructus, statim ut nascun-

86 Idem in fœtibus fœtuum.
tur, bonæ fidei possessoris fiunt: remissivè.

87 Pelles animalium demortuorum, an in fructu habeantur? ad materiam l. mortuo bove 49. ff. de legat. 2. & num. 88.

89 Referuntur alia plura emolumenta, quæ licèt immediatè, & rerum occasione proveniant, impropriè tamen, & abusivè in fructu habentur, cum num. seqq.

90 Interesse lucrativum pecuniæ, jure civili Romanorum in fructu habebatur, veniebatque, ut pecuniæ fructus in ejus restitutione ob moram, & num. 91.

92 Idem hodie dicendum in interesse recompensativo, veluti lucri cessantis, & damni emergentis, & ex num. 97.

93 Venit in condemnatione fructuum.

94 Et in ipsorum restitutione revocata sententia condemnatione facta ad rei restitutionem, nulla fructuum facta mentione, an in alia instantia peti possint, si prius fuerint petiti, & quid, è contra si petiti non fuerint.

96 Quid in eodem casu circa interesse? & n. 97.

98 E contra nomine interesse, an fructus veniant?

99 Interesse tantum petito, an libellum fructus quoque comprehendat, & an etiam percipiendos?

100 Pecunia in fructu, sive fructifera dicitur, cum num. seqq.

102 In legato ususfructus omnium bonorum, vel mobilium tantum, pecunia usufructuanda comprehenditur, & num. 103.

104 Idem in Kalendario, seu nominibus debitorum, quæ in legato ususfructus omnium bonorum veniunt.
In his casibus interesse pecuniæ, loco fructuum fructuario cedunt, num. 105.

106 Quid si mobilium tantum, seu immobilium ususfructus relinquatur, an tunc nomina veniant?

107 Debitorum nomina tertiam bonorum speciem constituunt.

108 Habitatio quoque in fructu habetur,

109 Et pro habitatione pensiones, seu mercedes ex locationibus urbanorum, aut rusticorum prædiorum.

110 Debetur ex eis, ut ex aliis fructibus decima tutori.

111 Idem in aliis annuis præstationibus pupillo debitis.

112 Veniunt in fructum restitutione ob moram rei facienda.

113 Idem in mercedibus magistrorum fabrorum, vecturis navium, aut jumentorum.

114 Et in pensionibus padagiorum, pascuorum, apothecarum.

115 Et in redditibus vectigalium, ut etiam loco fructuum sint, ut in legato usufructus veniant.

116 Decima ex eis tutori solvenda.

117 Rejicitur opinio Boerii hos vectigalium, aut padagiorum redditus, fructus nomine non comprehendi asserentis.

118 Item servorum opera in fructu sunt.

119 An, & quando operibus servi legatis, aut promissis ususfructus datus censeatur, cum numer. sequentibus.

121 Differentia inter servorum, alterisve operas legatas, aut promissas: & inter usufructus constitutionem, cum num. seqq. & num. 127.
Declarantur jura in l. 1. 3. & 4. ff. de oper. servor. §. Constituitur, instit. de usufruct. l. 5. §. Ususfructus, vers. Sed operis, ff. ad leg. Falcid. l. 5. §. ultim. ff. de usufruct. dict. numer. 120. & ex num. 123.

124 Servorum opera, seu fructus, capitis diminutione non amittuntur, secus in usufructu.

125 Servorum, aut libertorum opera quando in adrogatorem transeant, vel extinguantur potius?
Declaratur Text. in §. 1. Instit. de acquisit. per adrogat. ibid.
Differentia inter operas officiales à liberto patrono exhibendas, & inter artificiales, ibid.

126 Intelligitur Text. in l. 5. ff. de oper. servor.

128 Quid hodie inter operas servorum, & usumfructum intersit, & earum differentia sublata an sit per nostram l. 23. tit. 31. part. 3.
An quæsita per tales servos, quorum opera, aut ususfructus legatus est, legatarie acquirantur? ibid. & num. 129.

130 Nix an sit in fructu, & fructus fundi, aut feudi augeat, cum num. seq.

132 Gabella ex nive suo tempore coacervata, & vendita, an debeatur?

133 An in solutione relevii directo domino facienda in fructuum feudalium liquidatione computetur.

134 Hodie nix, & jus eam coacervandi inter regalia habetur, sed declaratur.

135 Plura remissivè de nivis usu, & utilitate.

136 Rejicitur, seu declaratur Tiraquel. aquam nivalem admodum in salubrem esse asserentis.
Antiquiores aquæ, & potui nivem miscere solebant, ibid.

137 De antiquitate usus nivis.

138 Constat de ejus antiquissimo usu apud Romanos in leg. in argento potorio 21. ff. de aur. & argent. legat.

139 In nostra Hispania nivis recentior, usus, & quare.

140 Salinæ in fructu, ipsarumque sal fructus dicitur, æquiparantur lapicidinis argentive fodinis, ibidem.

141 In concessione feudi, cum omnibus suis redditibus, ac fructibus salinarum utilitas venit.

142 Salinarum redditus, seu fructus ad quem dominum pertineat: an ad Principem, quasi de regalibus, vel potiùs ad inferiorem dominum, cui concessa est jurisdictio territorii, aut dominii?
Distinguitur inter jus commune, & Regium, & inter privata, & publica loca, ibid. & ex num. 143.
Iure communi salinæ in publicis locis extructæ inter regalia annumerantur; in privatis verò locis apertæ privatorum fiunt, d. num. 142. cum seqq.

144 Eandem distinctionem inter publicorum, vel privatorum locorum salinas, jure Lusitano servari.

145 Rejicitur D. Larrea privatorum locorum salinas inter regalia esse, juri etiam communi attento asserens.

146 De jure municipali ferè omnium Regnorum, & Provinciarum omnes salinæ tam in privatis, quàm in publicis locis existentes, Fisco Regio incorporatæ inveniuntur, cum seqq.

149 Quid in Regnis Indiarum servetur?

150 De jure nostro Regio salinæ omnes, earumque redditus, aut fructus Regiæ Coronæ sunt incorporata, ad jura in l. 11. tit. 28. part. 3. l. 2. tit. 13. lib. 6. Recopilat. l. 18. tit. 8. lib. 9. cum numer. sequentibus.

151 An, & quando aliquod cambium pro salinis privatorum locorum Regiæ Coronæ incorporandis per Regem privatis locorum dominis sit præstandum: & quid si privatis ipsis Regia concessione, aut privilegio competant? & num. sequentibus.

153 Salem vendere inter regalia habetur,

154 Am-

Digitized by Google

154 *Ampliatur etiam, si salinæ, earumve redditus privatis debeantur, & num. 155.*

156 *Salinæ Regia concessione, aut venditione, seu etiam præscriptione immemoriali, privatis quæri possunt.*

157 *Hujusmodi salinas privatis quæsitas, apud nos Regiæ Coronæ incomparari jubentur in nostra* l. 19. tit. 8. lib. 9. Recop.

Justum cambium, in hac incorporatione à Rege privatis præstandum, ibid.

158 *Referuntur plura remissivè circa salis emolumenta, de ejus excellentia, utilitate, & necessitate, cum num. seqq.*

159 *Apud Græcos fuit symbolum amicitiæ sal.*

160 *Sale in conviviis ethinici utebantur, & quare?*

161 *Pulchritudinis quoque signum, apud Poetas habebatur, & ratio.*

162 *Perpetuitatem, & æternitatem significat.*

In fœderis pacto antiquiores salem adhibebant, ibid.

163 *Pro moneta sale aliquæ nationes usæ fuere.*

165 *Pluribus differentiis, & magna copia salis Indiarum Regna abundant.*

167 *Item rem pignori dare licere, in fructu habetur, & locare, aut vendere ipsius rei commoditatem.*

168 *Incrementum latens per alluvionem fundo adauctum, an & quando ipsius fundi fructus reputetur, fructuariove in proprietate etiam competat: vel potius quoad proprietatem proprietario debeatur, fructuario verò quoad usumfructum tantum? cum num. sequent.*

172 *Quid si incrementum alluvionis latens, vel patens sit.*

173 *Quid in aliis rerum incrementis, seu accessionibus ipsis rebus connexis, an & quando ipsarum rerum fructus reputentur in jure accrescendi, hæreditate servo relicta, in columnis statuis, hortibus, aquæductu, & similibus augmentis, quæ rebus noviter accedunt, & d. num. 171. & 174.*

175 *De hujusmodi accessionum, seu augmentorum materia, quando idem de eis, ac de ipsarum rerum fructibus sit dicendum ad legatum usumfructum cum re majoratus consolidatum censum redemptum, servitutem, vel alia augmenta rebus majoratus accedentia, cum num. seqq.*

176 *Incrementum per alluvionem rei pignoratæ accedens, an pignori etiam subiiciatur.*

177 *Augmentum quod rei venditæ tempore retractus pendente supervenerit, an ad retrahentem pertineat?*

178 *Rescissio contractus ob læsionem enormissimam, an per incrementum alluvionis superveniens impediatur.*

179 *Hujusmodi per alluvionem augmentum rei hæreditariæ accedens, an ad fideicommissarium, vel ad hæredem pertineat.*

181 *Agitur de fructibus, aut lucris illicitè quæsitis ex usura, quæstu meretricio, aut lupanari, vel aliter turpi, seu injusto modo quæsitis.*

182 *Hujusmodi fructus an in petitione hæreditatis in rei vindicatione, in acquisitione per servos in favorem dominorum, & ad alios plures juris effectus, & dispositiones, ut fructus sint considerandi, cum num. seqq.*

185 *Decima tutori ex fructibus rerum minoris de jure nostro Regio debita, an ex his lucris injustè quæsitis sit solvenda.*

186 *Decima Ecclesiastica an similiter ex eis per Parochianos solvi, & per Parochum recipi debeat.*

187 *In oblationibus an ex eis aliquid recipiendum.*

188 *Illicitè quæsitum per filium familias, an patri acquiratur, seu aliis filiis communicetur.*

189 *An inter socios communicanda, seu dividenda ejusmodi lucra.*

190 *An inter virum, & uxorem, ut cætera constante matrimonio lucrata?*

191 *An veniant in alia qualibet divisione ex dispositione legis, vel hominis facienda.*

193 *Referuntur alia plura rerum emolumenta, ut sunt relevium ad ancillarum partus, venationes, piscationes, jurisdictiones multæ, officialium electiones, oblationes Ecclesiasticæ, & alia multa rerum commoda, quæ an in fructu habenda sint, necne? Separata in cap. sequent. tractanda relinquuntur.*

PRædictis igitur generaliter cognitis circa nostri verbi *Fructus* significationem, non abs re erit specialiter agere circa res, aut emolumenta, quæ ejus nomine veniunt, quorum plura cummulem, & veluti per indicem breviter demonstrem, ut penitùs absque dubio, quid fructuum appellatione contineatur in posterum specificè cognoscatur. 1

Primò ergo, ut à naturalibus exordiar, veniunt, imò juxta supra dicta propriè fructus sunt, segetes omnes, *fruges*, *& legumina*, de quibus supr. latè dixi in cap. 3. 2

Item *herba*, *fænum*, & similia pascua in agro cujuslibet, vel prato, sponte absque aliqua cultura nata, ipsius fructus dicitur, & ad ejus dominum, & fructuarium pertinet, ut probant jura in *l. si absente 48. in fin. ff. de usufruct.* ubi satis expresè tradit Paulos, fœnum adhuc immaturè cæsum, idemque constat ex *l. si usufructuarius messem 13. ff. quemadmod. usufruct. amittat.* ideò pratum quasi ad fructus capiendos paratum dicitur, *l. pratum 31. ff. de verbor. significat.* Et ibidem notant Alciat. & Petr. Rebuff. docent D. Covar. *practic. quæst. 37. numer. 2. versic. 1. cum seqq. & numer.* 3. Petr. de Antibol. *in tract. de munerib. §. 4. numer.* 194. Rebuff. *de decim. quæst.* 8. *numer.* 22. Pacian. *de rer. justoque Princip. cap. 3. pag.* 57. Carol. de Tapp. *de constit. Princ. in rubr. cap. 4. ex num.* 97. Gasp. Klok. *de ærar. lib. 2. cap. 1. num. 64. & cap. 2. ex num. 21.* 3

Ideò ad agri, vel prati dominum, sive usumfructuarium pertinere, ex dictis juribus notant eleganter D. Covar. *ubi proximè*, Marin. Frecc. *de subfeud. lib. 2. authoritat.* 46. Capyc. Latr. *consultat.* 83. *ex num.* 3. ex vulgari regula per Doctores frequenter deducta ex Text. *in l. qua ratione*, & in *l. adeò, §. ultim. de acquirend. rer. dom.* ex quibus omnes concludunt, herbam, aut quid aliud naturaliter in agro alicujus nascens ipsius esse, quia, ut inquit Consultus in *l. solùm 49. §. 1. ff. de rei vindicat. quod ex re mea superest, meum est.* 4

Ideò etiam quemlibet alium ab hujusmodi rerum pastura dominum arcere posse, passim notant DD. per Text. in *l. Quintus, ff. ad l. Aquil. & in l. quid servandum, ff. de præscript. verb.* 5

Juxta quæ ex fœno, herba, vel aliis pascuis, uti ex cæteris fructibus, decimam deberi præcipit Summus Pontifex, *in cap. commissum 4. extra de decim.* notant ex hac ratione Rebuff. *dict. quæst. 8. num.* 22. ubi frequenter alii Canonistæ. 6

Ad alia autem de pascuorum fructibus quam magna emolumenta sint, cum ex eis compendia lacticiniorum, lactis nempè, casæi, buthyri proveniant: necnon agni lanæ, cæterique proventus ovium, & pascuorum etiam, sive census, aut vectigal, quod ingens quidem Romæ antiquitus pendebatur, videndi Plinius *lib. 18. natural. histor. cap. 3. pag. 57.* Gasp. Klok. *de ærar. lib. 2. cap. 2. numer.* 22. Carol. de Tapp. *de constit. Princip. in rubrica, dict. cap. 4. num. 97. cum seqq.* 7

Ubi

Digitized by Google

8 Ubi de magnis redditibus, qui quotannis in Regno Neapolitano ex pascuis publicis exolvuntur.

9 Quos tamen omnes excedunt, qui in nostra Hispania propter ipsius pastus fertilissimos, pretiosissimaque pecora, merito, quondam aurea dicta, Regi nostro Catholico multisque hujus Regni Magnatibus competunt.

10 Ad alia autem de eorumdem pascuorum fructibus, eorumque divisione, & acquisitione, per dominos oppidorum, & alios privatos, plenè dicam infra *in 2. tom. hujus operis, part. 4. cap.* *& part. 5. cap.*

11 Item spicæ, & alia spolia, aut herbæ, quæ secatis, aut levatis fructibus, in agris privatorum remanent, in fructu sunt, & ad agrorum dominos privativè jure communi spectant, licèt secus de jure nostro Regio, ut latè dicam, & ad plura resolvam infra *hac p. cap. 7. tot.*

12 Item fructus appellatione venit *glans*, quia & ejus nomine omnis fructus continetur, *leg. qui venenum*, *§. Glandis appellatione*, *leg. Sylva cadua*, *§. Glans caduca*, *ff. de verbor. significat. l. unic. in fin. ff. de gland. legend.* docent Rebuff. *de verbor. signif. in dict. §. Glandis*.

13 Ubi plura eleganter de ejus generali, speciali significatione: Et in *vers. Communis*, quod in Gallia, ex communi usu loquendi, pro fructu tantum quercus, vulgo *vellotas*, accipiatur, quod & apud nos servari constat ad primum Boer. *decis. 31. num. 6.* Cardin. Tusch. *practic. concl. litt. F. conclus. 484. num. 2.* Joan. Maria Novar. *in pragmat. Regn. Neapol. pragmat. 3. de administrat. univer. num. 71. fol. 57.* Barbos. *in appellat. verb. Fructus, n. 2.* Gasp. Baez. *de decim. tutor. cap. 24. num. 14.*

14 Ubi, & quod ex ea tamquam ex fructu decima apud nos tutori debeatur, sequitur Joan. Gutierr. *de tutel. p. 3. cap. 33. num. 16.*

15 Idem dicendum est (quod similiter in fructu habeatur) de alia glandis specie, quæ ex *fago* legitur, quæ gliribus, ac muribus gratissimus cibus est, & etiam merulis, & aliis compluribus volatilibus, ut constat ex Dioscorid. *lib. 1. de animantib. cap. 121.* ubi Mathiolus Senensi eleganter loquitur: *Fagus quoque glandiferis arboribus annumeratur, tametsi fructus effigies glandibus prorsus reclamet.* Et prosequitur inferius de hujus arboris fructu, & natura.

16 Ex quibus non inutiliter colligi potest, quod sicuti concessio in aliquo oppido jure pascendi, vel etiam immemoriali præscriptione quæsito, glandum pastura non comprehenditur, ut infra suo loco dicam *in 2. tom.* hujus operis *part.* *cap.* & interim notant benè Paris de Puteo *de redintegr. feud. cap. reperitur concessio, num. 10.* Rovit. *in pragmat. Regni Neapol. sub rubr. de pascuis, numer. 16.* ubi pluries decisum testatur Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 6. num. 33.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragm. 11. num. 121. & 122.*

17 Ubi, quod nec prata privatorum, pro quibus est optima Gloss. *in leg. Sylva in fin. de verbor. signific.* Nec
18 jus aquandi, ut quid diversum, Rovit. & Capiblanc. in *locis citat.*

19 Ideo nec alia superior glandis species, fructus videlicet fagi in pastus generali concessione aut præscriptione comprehendentur, quia glandibus simillimus est, ut & ipsa fagus, quæ glandiferis arboribus annumeratur. Et in specie ad istam extensionem idem Barbat. *de divis. fruct. p. 1. cap. 17. nu. 96. & 97.*

20 Quæ tamen semper intellige, nisi specialiter hæc jura, aut emolumenta concessa, aut præscripta sint.

21 Item Nuces, Avellanæ, Castaneæ, Amygdalæ, Persica, Pyra, Poma, Cerasa, cæteraque similia absque controversia in fructu sunt, *leg. fructus 45. ff. de usur. & fruct.* Glos. & Bart. *in leg. ex diverso 36. ff. de rei vindicat.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 4. verb. Et faire les fruictz siens, numer. 3.* Andr. Negusan. *in libr. respons. quæst. 427. numer. 3. cum seqq.* Turamin. *in leg. divortio, cap. 7. num. 7. ff. solut. matrim.* Mastrill. *decis. 31. numer. 41.* & cum aliis Guizar. *decis. 34. nu. 22.* Novar. *in pragm. Regni Neapol. pragm. 5. de administrat. universit. num. 73. fol. 57.*

22 Juxta quæ in fructuum etiam restitutione hæc omnia venient, quoties ob moram, vel aliter facienda est restitutio, rescisso nempè, vel annullato contractu. Pat. Oñat. *de contract. tom. 1. tractat. 3. disp. 8. sect. 4. nu. 79.*

23 Et relevium, seu servitium feudale ea fructibus feudi solvi solitum, ex eis etiam erit solvendum, & in fructuum liquidatione ad quo tam pro relevio deducendam emolumenta, ista computanda, Andr. Capan. *de jur. relevii, part. 2. quæst. 1. num. 7.*

24 Ex quibus similiter quod ex eis quoque decima Ecclesiastica, ut de aliis fructibus, solvi debeat notant, *ex capit. decima 16. quæst. 1. cap. non est*, *cap. cum homines*, *de decim.* Ripp. *respons. 11. tit. de decim.* Bertrand. *cons. 247. vol. 3.* Rebuff. *de decim. quæst. 3. num. 5.* Monet. *eod. tractat. cap. 4. numer. 3.* Ricc. *in prax. resolut. 109. sub numer. 1.* Mar. Giurb. *observat. 39. numer. 47. &* 10. August. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 26. §. 1. num. 6. & in dict. cap. non est de decim. num. 5.* Suarez, Azor. Filuc. Fagundez, Ægid. Trullench. & alii per Castr. Palao, *tom. 3. tract. 10. disp. unic. punct. 7. num. 1.* Pat. Leand. *qu. moral. tom. 3. tract. 6. disp. 4. quæst. 6.* & novissimè Joan. Baptist. Ventrigl. *in prax. rer. Ecclesiastic. annotat. 27. §. 1. num. 7.*

25 Ad alia autem circa prædictas res, & fructuum species, plura vide de nucibus, & avellanis, apud Hieronym. Cardan. *de tuend. sanit. lib. 2. cap. 62.* & de castaneis, *c. 61.* & de Amygdalis pistaceis, & pineis, *cap. 63.* Donat. Anton. Ferrus *in comment. de podag. tract. 3. tit. de Amygdalis, avellaneis, nucibus, & castaneis, sub cap. 32.* Plin. *lib. 1. natur. hist. c. 22.* Columell. *de arboribus c. 21.* Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 3. tit. 1. à nu. 516.*

26 De quorum arborum emolumentorum, seu fructuum magna utilitate, & quam multum Reipublicæ intersit eorum copiam in Provincia abundantissimam esse; de hujusmodique frugiferarum arborum summa cura in conservatione, & novis plantationibus habenda ultra alios est, elegans locus Aristot. 2. *œconom.* ibi: *Quinam fructus, aut non proveniant, cum possint provenire, aut cum exigui sint, an augmentum admittant; sic maximè, ut puto, commodum, & utile esset, si subditi cogerentur, ut in fundis suis pomos, pyros, prunos, cerasus, persicos, aliasque sererent arbores fructiferas, idque in publicis etiam locis non negligerentur; ita ut nulla pars foret Regionis, qua non arboribus pro soli genio opacaretur.*

27 Eodem modo uva, & oliva inter fructus, & quidem præcæteris utilissimos habenda, ut constat ex Labeone *in leg. si ejus fundi 77. ff. de rei vindicat. leg. si usufructuarius messem fecerit 13. ff. quib. mod. ususfruct. amittat*, & notant Cyn. *in leg. certum*, *Cod. de rei vindicat. num. 1. cum seqq.* Oldrad. *cons. 37. num. 27.* Practic. Ferrariens. *tom. 1. gloss. 1. n. 9.* & cum aliis Guizar. *decis. 34. num. 7.*

28 Et ex Theologis, & Canonistis ad plura Pater Suarez *tom. 1. de Religion. lib. 1. cap. 34. numer. 1.* Rebuff. *de decim. quæst. 8. numer. 8.* Monet. *eod. tract. cap. 4. nu. 10.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcept. lib. 1. cap. 4. num. 2.* Augustin. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 26. §. 1. nu. 4. & 7.* Pater Leander. *quæst. moral. tom. 3. tract. 6. disp. 4. quæst. 4. & 5.*

29 Quod intellige non solum si perfectè uva, aut olivæ sint collectæ, veluti si vinum, aut oleum factum ex eis sit; verum etiam si à terra tantum sint separatæ nondum vino, vel oleo facto; nam statim, ut quis ex vite, aut oliva eas decerpsit, fructum percepisse existimandus est, *dict. leg. si ejus fundi 77.* docet Gutierr. *de tutel. par. 3. cap. 23. numer. 10.* Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 17. num. 90.* Ubi etsi immaturè sint collectæ, *ex leg. si absente 55. ff. de usufr.* de quo tamen, & de aliis fructibus immaturè collectis dicam *in 2. tom. hujus operis, part.* *cap.* *tot.*

Quj-

31 Quibus etiam adde verbum Oliva, & olea pro fructu,
& pro arbore promiscuè ab Authorib. accipi, ut constat
ex Virgil. 1. Georgic. ubi pro arbore oleam sumens ait ad
ejus originem: oleaque Minervæ inventrix: & ideo
per antiquos olea sacrata, & Minervæ dicata diceba-
tur, ut refert Plin. de natural. histor. lib. 12. cap. 1. vel ab
Hercule plantata Rhodigin. cap. 19. 12. quare Athenien-
sium Duces ad bellum profecturos frondc ex olea sacra
sumpta coronari solitos, escribit Alexand. ab Alexand.
cap. 33. Plin. dict. lib. 15. cap. 4. qui etiam in duobus capi-
tibus seqq. & in cap. 3. verbum Olea, & oliva pro fructu,
& pro arbore sumit, Collumel. lib. 11. de rei vindicat.
cap. 2.

32 Item nuclei olivarum fructus sunt, quos, & fructus
fructuum appellat, Joseph. Mell. in addit. ad d. decis. 34.
Guizarel. n. 30.

33 Unde si Baroni aliqua pars, sive ut vulgo dicitur, ma-
cinatio in castro ex olivis debeatur, soluta prius, aut
facta macinatione ex olivis, remacinationem ex nucleis
fieri debere nisi in contrarium stante consuetudine, no-
tabiliter inferunt Borrell. decis. 3. Thor. in compend. decis.
part. 1. verbo Ius seu emolumentum Tapperorum.

34 Item in fructu sunt fabæ, lentes, cicer, & alia le-
gumina, ut constat ex cap. ex multiplici 3. de decim. dum
35 Summus Pontifex præcipit ex eis decimam solvendam,
ibi: De Blado, & universis leguminibus, quod non
fieret, si in fructu non essent, eo quod de fructibus tan-
tum ea solvi debet, cap. ex parte el secundo, cap. Nuntios,
eod. tit. de decim. ubi Barbos. & repetentes, & ita docent
ad alia plura Rebuff. de decim. quæst. 5. num. 4. Monet. eod.
tit. cap. 2. à num. 4. Ricc. in prax. 2. part. resolut. 109. sub
num. 1. Idem Augustin. Barbos. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 26.
§. 1. n. 5. Fagundez in quinque Eccles. præcept. prac. 5. lib. 1.
cap. 4. num. 3. Pater Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 7. cap. 35.
quæst. 9. Ægid. Trullench. lib. 3. in Decalog. cap. 3. dub. 2.
nu. 4. Castro Palao tom. 2. tractat. 10. disputat. unic. punct. 7.
num. 1. & ex Moneta, Abulense, Torrebasæo, Graff. &
aliis Pater Leander. qu. moral. tom. 3. tractat. 6. disputat. 4.
quæst. 8. & idem docet novissimè Joan. Baptist. Ventrigl.
in prax. rer. Ecclesiastic. annotat. 27. §. 1. nu. 5.

36 Idem in hortis olitoriis, in quibus herbæ tantum, ut
caules, lactucæ, & alia olera colliguntur, quæ eodem
modo in fructu habentur, leg. plenum 12. ff. de us. & ha-
bit. & ad plura Rebuff. de decim. quæst. 8. num. 8. Monet.
eod. tractat. cap. 4. numer. 4. Pater Azor. dict. quæst. 9. Man-
tic. decis. 341. August. Barbos. de jur. Ecclesiast. d. cap. 26.
§. 3. nu. 4. & ...

37 Pater Leander. dict. disputat. 4. quæst. 10. in quibus, &
quod de eis decima solvatur, de qua latius infra suo loco
agam; & ad alia quod absque dubio fructus sint, cum
aliis Guizar. d. dec. 34. n. 4.

38 Item & flores in fructu sunt, l. plenum, ff. de usu, &
habitation. ut plenius dicam infra hac part. cap. ex nu.

39 Linum, & canape, Rebuff. de decim. quæst. 8. num. 8.
Monet. eod. tractat. cap. 4. num. 8. Barbos. de jur. Ecclesiast.
d. cap. 26. §. 1. num. 117. & nu. 115. Joan. Baptist. Ventrigl.
d. annot. 27. §. 1. numer. 6. Pat. Leander quæst. moral. tom. 3.
tractat. 6. disp. 4. qu. 19.

40 Et consequenter decimam ex eis solvi debere, docent
ex dict. cap. Nuncios 6. de decim. in quo de omnibus fructi-
bus solvendam esse statuitur, & ibi Barbos. num. 6. & di-
cam infr. suo loco.

41 Idem de Croco notant Rebuff. sup. quæst. 13. numer. 141.
Mantic. decis. 341. numer. 1. Barbos. dict. cap. 26. §. 1. nu-
mer. 5. & 17. & in dict. cap. Nuncios, numer. 6. Monet.
supr. nu. 8.

42 Item milium fructuum appellatione venit, quia & ex
eo decima solvitur, Ricc. in prax. 2. part. resol. 109. sub
43 numer. 1. Ubi & idem de lupino, & ad omne Ventrigl.
numer. 6.

44 Item ligna arborum fructus sunt, leg. plenum 12. versic.
Sabinus, de usu, & habitat. & ex eis decima solvitur, Re-
buff. de decim. quæst. 8. numer. 26. Azor. instit. moral. par. 1.
lib. 7. cap. 35. quæst. 9. & in lignis cedrinis, Ricc. dict. re-
sol. 109. numer. 2. Ventrigl. d. §. 1. numer. 7. Monet. de de-
cim. d. cap. 4. num. 13. Ubi quod de decem fasciculis deci- 45
mus Rectori Parochiæ solvatur, Barbos. d. §. 1. num. 15.
Et quod in fructuum restitutione veniant, Oñat. de con- 46
tract. tom. 1. tract. 3. disp. 8. sect. 4. nu. 84.

Item & stramentum, ut probat Ulpian. in l. plenum, 47
§. 1. versic. Idem Nerva 12. ff. de usu, & habitat. Guizar.
decis. 34. sub num. 4. ubi & quid sit, benè explicat Barbat.
d. 1. p. de divis. fruct. cap. 17. nu. 187.

Item arborum folia fructus sunt, ut constat ex dict. 48
leg. plenum 12. §. 1. versic. Idem Nerva, de usu, & ha-
bitat. Ubi folia non ad usuarium pertinere, ait Nerva,
sed ad proprietarium, cui & alii fructus debentur, ut
in princip. legis dixit Ulpian. & ibi notat Glos. verb. fo-
lia, & in foliis sycomorum, quod in fructu habean-
tur, & ideò ex eis decima solvi debeat, Seraphin. de-
cis. 827. Barbos. in collect. ad cap. non est 22. num. 3. de de-
cim. & de jur. Ecclesiast. dict. §. 1. numer. 9. Ventrigl. sup.
num. 7. nec audiendus est Giurb. in observat. 39. num. 8. 24.
& 26. fructus non esse, nec ex eis decimam solvi debe-
re asserens, ex eo quod in fructu tantum esse putet,
quod ad usum hominis inductum sit, hunc usum minus
rectè intelligens, ita ut immediatè, & præcisè ad homi-
nis personam usus dirigatur, & sic in tritico, & simili-
bus, quorum usus ad hominis alimoniam dirigitur, sed
apertè fallitur, ut latius supra dixi cap. 2. num. 6. ubi istam
definitionem confutavi, & casu quo vera esset, ita ut
nil aliud in fructu comprehenderetur, quàm quòd ad
usum hominis inductum sit, non ideo minus folia, seu
frondes sycomororum fructus essent, quia licet ad pro-
prium, & immediatum hominis usum non sint destina-
tæ, utuntur tamen eis ad pascendos vermes, ex qui-
bus sericum conficitur, quod absque dubio, sufficit,
ut in usu hominis, saltim mediatè, dicantur, nec hu-
cusque Giurbæ talem usus restrictionem, ad hominum
personam audivi, aliàs enim nec fructus essent hordeum,
palea, fœnum, & similia, cum eis non ad propriam
alimoniam, sed ad suorum animalium homines utantur,
quod ridiculum esset.

Nec magis suam opinionem firmat Giurb. ubi supra 49
dum ait, folia prædicta ex alia ratione fructus dici non
posse; nimirum, quia nulla hominis industria adhibi-
ta, sed solum natura ipsa cooperante, ex arboribus
producuntur; quod miror à tanto Doctore dictum;
quia si id verum esset continuo omnes fructus naturales
tollerentur, cum hi maximè sint, quos nulla, aut modi-
ca hominis cura adhibita, natura ipsa producit, ut infra
suo loco dicam p. 3. c. 1. & 2. & ipse Giurb. parum constans,
& sibi contrarius aliud generaliter tenet in foliis arborum
in d. loco n. 23. ubi quod in fructu sint, & ex eis decima sol-
vatur; nescio ergo quare hujus dicti immemor absque ali-
qua correctione protinus in num. 24. & 26. contrarium in
foliis mororum asseruit.

Ex quibus generaliter resolvendum est, arborum quæ- 50
libet folia pro alendo pecore apta hyberno præsertim
tempore, vel quibus aliis usibus uti solemus, in fructu
esse, & ita eorum quoque usum, ut superius diximus
inter alios fructus, usuario concedit cum Sabino, Cas-
sio, Labeone, & Proculo, rejecto Nerva contrarium,
sentiente Ulpian. in dict. l. plenum 12. §. 1. ff. de usu, &
habitat. Et rejecto etiam Cujacio qui lib. 9. observat. c. 37. 51
in hoc Text. pro foliis: oleis legendum censet, quia quid-
quid doctissimus vir hanc emendationem fundet, in
vulgatis, & Græcis codicibus expresè foliis legitur, à
qua recepta lectione recedendum non est.

Ex quibus excluditur quoque aliorum ad dictum §. 1. 52
declaratio, dum Text. hunc non de quibuslibet arborum
foliis intelligunt, quasi alicui usui non adaptentur, sed
de Barbaricis foliis, sive Indicis, quæ ex Indiis antiquitus
in Alexandriam advehebantur, & quæ variis odoramen-
torum

torum usibus deserviebant, de quibus Martianus *in leg.*
ult. §. Species, de public. & vectigal. Sed licèt Barba-
rica hæc folia, & unguentum ex eis confectum in Indiis,
& aliis Provinciis, ubicumque sint, in fructu haberi
debeant, & usuario fructuariove inter alios arborum fru-
ctus debeantur; argumento *dict. §. 1.* quia hæc omnia
fundi, vel arboris utilitatem esse negari non possit, *ad sæ-*
pius in hoc tractat. dict. & specialiter ad celebrem doctri-
nam D. Covarr. *practicar. quæst. cap. 37. numer. 3.* & dicam
proximè: attamen cùm *in dict. leg. 12. §. 1.* de prædiorum
Romanorum fructibus ageretur, & forsan de quæstione,
tunc apud consultum contingente, ut in pluribus legibus
accidit, non est cur de exoticis his foliis Indicis, tam
longinquo adsportatis Text. hunc intelligamus; sed po-
tius de frequentioribus, tunc foliis, quæ alendi peco-
ris, & aliis usibus, ut nunc, deserviebant, ut intelligit
Accurs. ibidem.

53 Item in arborum, vel prædiorum fructu sunt aromata
omnia, seu unguenta ex arboribus distillantia, seu ali-
ter ex foliis, cortice, radicibus ad varios hominum usus
confecta, ut Cynamomum, Myrrha, Stacte, Balsa-
mum, Amomum, Costum, Malobathrum, & alia odo-
ramenta in Felici Arabia, Ægypto, Æthiopia, India
Orientali, & aliis remotissimis Provinciis excerpta, de
quibus fit mentio apud J. C. Marcianum *in l. ultim. §. Spe-*
54 *cies, ff. de publican. & vectigal.* Magnaque vectigalia, &
redditus ex hujusmodi unguentorum odoramentis redigi
in Provinciis, quibus habentur, testantur plures ex DD.
referendis, & inter alios Justinus Trog. *epitomator. lib. 3.*
de Opobalsamo, ita scribit Opes *(genti Judæorum) ex vecti-*
galibus Opobalsami crevere, quod in his tantum Regionibus
55 *gignitur*. Frequentissimus namque antiquioribus Natio-
nibus unguentorum usus fuit.

56 De quibus odoramentis apud Romanos maximè usi-
tatissimis constat per tot. *tit. ff. de aur. & argent. legat.*
& in leg. quidquid, de acquirend. rer. domin. quia inter
omnes ethnicos Romani nimis his voluptatibus dediti
unguentis delibutis, coctis, & aliter variè præparatis,
pro ungendo capite, corpore in balneis abluendo, li-
niendoque, tergendis, & tingendis capillis uteban-
tur, ut latè referunt, plura etiam afferentes de hujus-
modi aromatum, & unguentorum usu, bonitate, spe-
ciebus diversis, tam apud Romanos veteres, aliasque
& hodiernas Nationes, Athenæus *lib. 3. cap. 14. & sequent.*
qui latè de hoc disserit Plin. *lib. 3. cap. 2. & lib. 12. cap. 19.*
cum seqq. Cœl. Rhodig. *lib. 27. lect. antiq. cap. 26. & lib. 24.*
cap. 27. Joan. Meurs. *in Mantissa ad lib. de luxu Romanor.*
cap. 21. & passim in aliis capitib. Guilh. Stuckius *lib. 3.*
convin. quæst. cap. 15. & lib. 13. cap. 3. Guid. Pancirol. *rer.*
memorab. tit. 9. cum duob. seqq. Clement. Alexand. *lib. 11.*
pædag. cap. 8. Tertullian. *in apolog. cap. 42. & in lib. Resu-*
57 *rect. carnis*. Apud quos ultimos de Christianorum mo-
re ungendi, condendique mortuorum corpora; quos
ideò, & propter minorem in vita animarum curam re-
prehendit eleganter Minutius Felix in Octavio dicens:
Non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis:
reservatis unguenta funeribus.

58 Qui mos Ethnicorum quoque in funeribus antiquis-
simus fuit, ne cadavera putrescerent, diuque incorru-
pta domi servari possent, ut fecere Ægyptii à quibus in
Persas, Romanos, & alios hæc consuetudo devenit,
ut testatur Cicer. *1. Tuscul.* quos etiam mortuorum suo-
rum corpora, ita linita, & præparata mensis, ut con-
vivas certo tempore adbibere consuevisse refert Sil. Ital.
lib. 12.

ÆGYPTIA TELLUS.

Claudit odorato post funus stantia saxo.
Corpora, & à mensis exanguem haud separat um-
bram.
Lagunez. de Fructib.

Et apud Judæos unctionem hanc cadaverum usitatam, 59
constat Jacob. & Joseph. funerum exemplis, Genes. *cap. 5.*
& laudabili Magdalenæ cum Christo Domino exemplo,
Matthæi *cap. 26.*

Et apud Romanos ex Corippo *lib. 3. de funer. Impera-* 60
tor. Justinian.

Thura Sabæa cremant, fragrantia mella locatis
In fundum pateris, & odoro balsamo suco,
Centum aliæ species, unguentaque mira feruntur.
Tempus in æternum sacrum servantia corpus.

Meminitque Prudentius *in Cathen. hymn. de defunct.*

Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est:
Aspersaque myrrha Sabæo
Corpus medicamine servat.

Et Persius:

Tandemque beatulus alto,
Compositus lecto, crassisque litatus amomis.

Et de eodem unguentorum usu in conviviis, immode- 61
ratoque in eis antiquorum luxu, & voluptate non solum
pro capitibus ungendis, præparandisve, sive præservan-
dis à vino immoderatè ebibendo, abluendisque manibus;
sed etiam pro condiendis cibis variis aromatibus, & un-
guentis, quæ & potui delibuta miscebant, plura inve-
nies apud Athenæum Cœl. Rhodig. & antiquiores proxi-
mè relatos, alia Xenophont. in *convivio*, Pluchar. *de*
Isyd. & Osyrid. Erasmus *lib. 3. apothegmat.* Horat. *lib. 2.*
odd. 3.

Huc vina, & unguenta, & nimium breves
Flores amœnæ ferre jube rosæ.

Cujus tamen moris, & nimis voluptuosi oblectamen- 62
ti extant quamplures sacræ, & profanæ reprehensio-
nes Amos *cap. 16.* Ezech. *cap. 23.* Socrat. *in conviv. Xenoph.*
Qui rogatus quid vir olere doceat? *Probitatem* respondit: 63
unguentum namque in viro, vitæ molliciem, & corru-
ptelam arguit; undè notabile illud Martialis:

Nevole, non benè olet, qui benè semper olet.

Quibus rationibus unguentorum venditionem suis le- 64
gibus Solonem Athenensibus prohibuisse, refert Athe-
næus *lib. 15.* & Lacædemoniis Lycurgum, Plutarch. *in*
Lacon. apothegmata.

Ut igitur, quasi ex voluptuoso odoramentorum diver- 65
ticulo, seu odoriferis fructibus redeundo, nostri capi-
tis materiam quod utiliores fructus prosequamur, in
fructu etiam habetur sericum ex vermibus mororum fo-
liorum victa pastura productum, & ex eo decima sol-
vitur, Giurb. *dict. observat. 39. num. 24. & 25.* licèt *num. 9.*
contrarium fundare nitatur idem docet Put. *decis. 8.*
part. 1.

Item palea est in fructu, *leg. si usufructuarius Mes-* 66
sem 13. quemadm. ususfr. amitt. leg. fin. Cod. de servit. &
aqua, Florian. *in leg. qui scit, in princ. ff. de usur.* Ann.
Sen. *singul. 142. & alleg. 94. num. 4. & seqq.* Natta *cons. 31.*
ad fin. Roman. *singul. 556.* Perus. *decis. 106. num. 10. &*
latius decis. 14. num. 9. Chassan. *in consuetud. Burgund.*
rub. 4. §. 58. vers. Et faire les fruictz siens, numer. 11. Car-
dinal. Tusch. *concl. pract. litt. F. concl. 484. num. 8.* noster
Greg. *in leg. 1. tit. 20. part. 1. verb. De las tierras*, & ex
Bald. Speculat. Bologn. & aliis Guizar. *decis. 34. nu. 4.* ubi
quod hæc sit communis, & ab omnibus recepta opinio
Novat. *in dict. pragm. 5. numer. 72.* & cum aliis Barbat. *de*
divis. fruct. part. 1. cap. 6. num. 4. & cap. 7. num. 53. Barbos.
in appellat. verb. Fructus num. 3. & ex Suarez, Azor, Bas-
sæo, Castro Palao, & aliis Theologis, Pater Leander. *q.*
moral. tom. 3. tract. 6. disp. 4. quæst. 3. Qui latè agunt an de- 67
cima Ecclesiastica ex ea tamquam de fructu solvi debeat
necne, de qua quæstione latius suo loco dicam *infra p. 4.*
c. 28. §. 3. à num.

Item fructum appellatione arundines continentur; ut 68
in specie probat elegans Text. *leg. qui fundum 40. §.*
Cum fundum 4. ff. de contrah. empt. ubi si venditor in
fundi venditione omnem fructum exceperit, arundinem,

B ut

Digitized by Google

ut arundineti fructum, excepisse censetur, & idem probātur per Text. etiam expressum in l. item si fundi 10. §. Instrumenti 7. leg. arbores 19. §. Cæsa fin. ff. de usufr. & docent Cardinal. Tusch. conclus. pract. litt. F. concl. 484. numer. 9. Abbas in cap. salubriter, in fin. de usur. Bertaz. de clausul. instrum. claus. 26. gloss. 13. sub num. 11. Gutzat. dict. dec. 34. numer. 7. Novar. in pragm. 5. de administr. univers. num. 73. Barbos. in appellat. hoc verb. Fructus, num. 4. Barbar. de divis. fruct. part. 1. cap. 17. numer. 110. In quibus ex prædictis juribus arundinetum, quod est locus arundinibus consitus sylvæ cæduæ æquiparatur, cujus fructus, ut infr. cap. 6. dicam in arboribus consistit, quibus, & arundines æquiparari debent, imò & arbores dicuntur per Ulpian. in l. vitem 3. §. Herede quoque, & arundines 1. ff. arbor. furt. Cæsar. & per Barbos. in appellat. verb. Arbor. n. 2. ubi alios refert.

70 Item Saccharum ex cannis mellis confectum fructus
dicitur, Mohed. decis. 1. alias 29. & decis. 2. alias 68. sub
tit. de decim. Put. decis. 80. lib. 1. in correctis, Farinac. de-
cis. 223. part. 1. recent. Ric. collect. 192. part. 1. Barbos. dict.
verb. Fructus, numer. 8. & in cap. Nuntios 6. numer. 5.
de decim. & de offic. & potest. Paroch. cap. 28. §. 1. num. 9.
Barbat. de divis. fruct. dict. cap. 17. nu. 119. Giurb. obs. 39.
num. 10. & 23. Ventrigl. in prax. Eccles. annot. 27. §. 1. nu-
mer. 10. & aliis congestis Pater Leander. qu. moral. tom. 3.
71 tract. 6. disp. 4. qu. 24. In quibus quod ob id decima Eccle-
siastica ex eo solvatur. Quamvis ad relevium inter alios
72 fructus non imputetur, quia & fructus industrialis, ex
quo non solvitur, ut in specie docet Carpan. de jur. relev.
part. 2. quæst. 17. nu. 14. & 15.

73 Et idem dicendum est de ipsis cannis mellis ex quibus
Saccharum conficitur, quòd etiam in fructu computen-
tur, & cum majore ratione, quia naturaliter ex terra
producuntur, semota industria hominum, quæ ut Sac-
charum ex eis conficiatur adhiberi solet; quare in ma-
teria decimarum idem docent Giurb. supr. & numer. 26.
74 Ricc. dict. collectan. 192. & Ventrigl. dict. num. 10. Bar-
bat. dict. loco, num. 118. Ubi & quòd ideò relevium sol-
vatur, quia est fructus naturalis, & idem tenet Carpan.
ubi supr.

75 Item manna, sive super arborum frondibus, sive ex
arborum incisuris colligatur, fructus est, & ex eo re-
levium feudale solvitur, quia est fructus naturalis, ut
testantur Carpan. de jur. relevii, part. 2. quæst. 17. num. 7.
Barbat. dict. cap. 17. num. 120.

76 Item Pix, fructuum appellatione venit, Carpan. dict.
cap. 17. num. 8. & holosericum num. 9. & calx num. 15. vers.
De calce.

77 Item quidquid ex apibus provenit, fructus est, ut cera, mel, examina, & alvearia, cap. Nuntios 6. de decim. ubi quod de eis tanquam de aliis fructibus, decima solvatur, & ibi docent Abb. Felin. & alii repetentes, & probatur per nostram leg. 2. tit. 20. part. 1. ubi similiter ad effectum, & obligationem decimandi hi omnes apum proventus inter cæteros fructus connumerantur, & ex Rebuff. & Monet. in locis supr. citat. Barbos. in dict. cap. Nuntios, numer. 6. Fagundez. in quinque Ecclesiæ precept. 5. lib. 5. cap. 5. numer. 13. Pater Azor. institut. moral. part. 1. lib. 7. cap. 35. quæst. 9. post princip. ubi de examinibus, & alvearus Giurb. observation. 39. numer. 26. & novissimè Ventrigl. in prax. Eccles. dict. annot. 27. §. 1. numer. 4. Filluc. tractat. 27. 1. part. cap. 10. numer. 227. Ægid. Trullench. lib. 3. in Decalog. cap. 3. dub. 2. numer. 4. & ex Castro Palao, Turriano, Raphael. de la Torre, Suarez, & aliis, Pater Leander. quæst. moral. tom. 1. tractat. 6. disput. 5. quæst. 8. Qui tamen in quæst. 9. de consuetudine in examinibus decimam solvi deberi negat; de qua quæstione latius infr. loco dicam; nam quoad nostram quæstionem non est dubitandum, quin prædicta apum emolumenta, & etiam examina seu apes noviter procreatæ ipsarum fructus sint, sicuti & cæterorum animalium fœtus, cum eodem modo apes procreentur, & renascantur.

Et ideò examen, quod ex alveo alicujus evolavit, 78
ejus, ut fructus ipsius rei, intelligitur quousque in
conspectu ejus sit, nec difficilis sit persequutio,
§. Apum 14. Institut. de rerum divis. ubi Pichard. Arnold.
Vinius, & alii instituarii, l. naturalem, §. Examen, ff. de
acquirend. rer. domin. & est bona decis. Carpzov. 394. n. 7. 79
& per totam. In eleganti casu, cum nimirum examen
in ipsius domini apum arboris ramo consederat, quem
in vicini fundum arbor porrexerat, & sic ad ipsum vicini
fundum ramus cum examine pendebat; cum ergo jure
Saxonico extet statutum, ut fructus similium ramorum,
qui in fundum alienum porrexerint, non ad dominum
arboris, sed ad fundi vicinum dominum spectarent, ut
ipse Carpz. ibi refert, & Math. Coler. decis. 25. part. 1.
Ludovic. Fach. differ. 14. dubitabatur an in dicto casu
apum examen ad fundi dominum, vel ad dominum apum
pertineret, & an iste illud colligere, & in suo alveo in-
cludere posset; quia videbatur ad fundi dominum, ut
arboris fructus, ex dicto statuto spectare debere; sed sta-
tuto isto non obstante, pro domino apum fuit decisum,
ut videlicet ad illum examen expectaret, quia non arbo-
ris, sed apum fructus sit; quare statutum de arborum
fructibus loquens ad alios casus expressè non comprehen-
sos contra jus commune extendi non debere rectè puta-
runt.

Item lac, caseus, & butyrum animalium fructus 80
sunt, leg. in pecudum 28. ff. de usur. Bartol. in leg. si ex di-
verso, numer. 2. ff. de rei vindic. Vacnn. declarat. jur.
cap. 75. Pinell. in leg. 2. part. 2. numer. 52. de rescind.
vendit. Menoch. de arbitr. cas. 210. numer. 26. & con-
sil. 189. numer. 30. Barbat. de divis. fruct. dict. part. 1.
cap. 17. numer. 129. & 130. dict. leg. 2. tit. 20. part. 1. Ubi
hæc omnia ad decimæ solutionem inter alios fructus 81
computantur, & ad idem docent Rebuff. de decim. qu. 6.
numer. 27. Monet. eodem tractat. cap. 4. numer. 17. Pater
Suarez. de Religion. tom. 1. tit. 1. cap. 37. num. 37. Augu-
stin. Barbos. in dict. capit. Nuntios 6. num. fin. de decim. &
de jur. Eccles. lib. 3. dict. cap. 26. §. 1. numer. 12. Fagundez
in 5. Eccles. precept. lib. 1. cap. 5. numer. 14. & ex aliis Pa-
ter Leander. quæst. moral. tom. 1. tractat. 6. disput. 5. qu. 13. 82
De qua quæstione circa decimæ solutionem, & in qua
Parochia an ubi animalia depascuntur, vel ubi dormiunt
solvi debet, & ad alia dicam infra suo loco in tom. 2. hujus
operis.

Et idem in pecorum fœtibus, quod similiter fructus 83
fiunt, & in qualibet fructuum restitutione facienda,
seu acquisitione veniant, probatur ex leg. sed & si le-
ge 20. §. fin. ff. de petit. hæredit. §. In pecudum 7. de rer.
divis. in leg. in pecudum 28. de usur. leg. bona fidei,
§. fin. de acquirend. rer. domin. ubi Gloss. & antiquior. &
cum aliis Leotar. de usur. quæst. 49. à numer. Barbos. in
appellation. appellat. 104. numer. 20. Barbat. de divis.
part. 1. cap. 17. numer. 126. & quod appellatione fructuum
mobilium in restitutionibus fructuum veniant, ex aliis
Alexand. cons. 59. num. fin. lib. 6. Oñat. de contract. tom. 1.
tractat. 3. disput. 4. numer. 78. Pereyr. de revis. cap. 19. nu-
mer. 3. Quia & mobilium appellatione animalia, & se- 84
moventia veniunt, idem Pereyr. à num. 2. ubi plura jura,
& Doctores.

Ideoque agni, hœdi, vituli, & similes fructus statim, 85
ut nascuntur bonæ fidei possessoris fiunt, dict. leg. in pe-
cudum, & dict. leg. bona fidei, §. fin. infr. suo loco latius
dicam.

Et idem in fœtus fœtum, leg. quod si oves 26. de petit. 86
hæredit. Rovit. decis. 9. num. 33. & infr. ad plures effectus
dicam part. cap. ubi & de fructib. fructuum, &
de interesse de interesse.

An autem pelles animalium demortuorum fructus 87
sint poterat dubitari ob doctrinam Azor. instit. mo-
ral. tom. 1. lib. 7. cap. 35. quæst. 9. ubi id expressè
affirmat, & ex eis uti de cæteris pecorum fructi-
bus,

Digitized by Google

bus, decimam solvendam docet, & eum sequitur Ra-
phael. de la Torre *in D. Thom. 2.2. q. 87. articul. 2. n. 3.*

88 Sed contrarium est verius, imò quod animalium pel-
les fructus non sint, sed illorum pars, ut ex Rebuff. tenet
contra Azotium Pater Leander. *quæst. moral. tom. 1. tra-
ctat. 6. disput. 5. quæst. 10.* & quod animalium pelles ipso-
rum partes esse censeantur docet ad Text. *in leg. mortuo
bove 49. ff. de legat. 2.* Anton. Gomez. 1. *variar. cap. 12. nu-
mer. 16. & 41.* & congesti per Ayllon. *ibidem*, ubi ad alia
plura.

89 Ultra igitur res supra relatas, quæ absque dubio fru-
ctus propriè sunt, quia immediatè ex ipsis reb. produ-
cuntur, sunt alia plura emolumenta, quæ licèt imme-
diatè ex ipsis rebus non nascantur, & ideò fructus pro-
priè appellari non possint, juxta *supr. tradita in princip.
hujus capit.* mediatè tamen ex re, vel propter rem, aut
occasione rei proveniunt; quare licèt abusivè, & im-
propriè fructus esse, vel vicem fructuum habere asse-
runt jura, & Doctores *supr. in princip. capitis præceden-
tis num. 5. & 6.* de quibus emolumentis, & quæ sint,
ad plenam, & perfectam hujus *capit.* principalis quæ-
stionis resolutionem, nunc agere specificè debere exi-
stimo.

90 Primò igitur usuræ, seu interesse lucrativum jure
civili Romanorum antiquitus permissum, ut docent
Giurb. *cum aliis decis. 72. numer. 16. in fin.* & ex pluribus
juribus Leotard. *de usur. quæst. 2. à numer. 40.* Sot. Na-
varr. & alii per Zevall. *quæst. 555.* (licèt contrarium)
fructuum appellatione comprehenduntur, quia licèt
juxta dicta propriè fructus dici non possent, *ex leg. usu-
ra 121. ff. de verbor. signific.* fructuum tamen vicem ob-
tinebant, Text. expres. *in leg. usura 34. ff. de usur.* ibi:
Usura vicem fructuum obtinent, *leg. si naves 62. ff. de rei
vindic.* & idem de eis, ac de ipsis fructibus judicaba-
tur, *leg. Minor. 41. alias 40. §. 1. de Minor. leg. is cui 5.
§. Quæri poterit, ut in possess. legator. seu fideicomm.* quia li-
cèt impropriè fructus appellantur, ut docent Niger. *de
laudem. tom. 1. quæst. 13. numer. 58.* Barbos. *in leg. divor-*
91 *tio, §. Si vir, num. 38. ex leg. uxori mea 37. ff. de usufr.
legat.* Oñat. *de contract. tom. 1. tract. 3. disp. 8. sect. 4. à nu-
mer. 86.* Ubi quod in restitutione pecuniæ usuræ ob mo-
ram, ut pecuniæ fructus, veniant, ut constat ex *tot. tit.
ff. Cod. de usur.*

92 Et idem dicendum est de interesse recompensativo, ve-
luti lucri cessantis, & damni emergentis, quod simi-
liter fructuum appellatione continentur, ut docent
Glos. per ipsum Text. *in leg. 1. §. Confessoria, ff. si servit.
vendic.* & est Text. *expres. in l. videamus 19. in fin. de usur.*
ubi fructus appellatione venire ait Consultus, quod re lo-
cata mercedis nomine percipi potuisset, Dec. *in rubr.
Cod. de sentent. quæ pro eo, quod interest, in fin.* Menoch.
cons. 181. nu. 12. Franch. *decis. 254. nu. 14.* Guizar. *dec. 34.
n. 6.* Niger. *d. quæst. 13. n. 38.* Barbos. *in appellat. verb. Fru-
ctus, n. 24.* Oñat. *d. disp. 8. à nu. 90.* Franc. Milan. *decis. 8.
num. 354.* Cancer. *lib. 3. var. cap. 16. num. 82.* Ubi quod fa-
93 cta condemnatione fructuum, censeatur etiam facta in
interesse, Franc. Maria Prat. *discept. forens. 1. part. c. 23. à
nu. 3. & 5. cap. 1. num. 26. & 81.* Theodor. *allegat. 40. nu-*
94 *mer. 59.* Qui in revocatione sententiæ, & ob id in restitu-
tione fructuum loquitur, & interesse etiam deberi, ait;
de qua fructuum, & interesse restitutione ob revocatio-
nem sententiæ *dicam infr. suo loco cap. tot.*

95 Et eodem modo sicut condemnatione facta ad rei re-
stitutionem, nulla fructuum facta mentione, alia in-
stantia peti non possunt, si prius fuerunt petiti, quia
ab eis reum absolvisse judex censetur ex eo, quod plu-
ribus rebus petitis, & una tantum concessa, cæteræ
denegatæ videantur, *leg. Tribunus, §. fin. Cod. de te-
stam. milit.* contra verò si non fuerint petiti, tunc enim
postea adhuc post sententiam peti possunt, quia non
petitum, licèt omissum, nec concessum, nec dene-
gatum censetur, *leg. quod in diem, §. Si rationem,*

ff. de compensat. & docent in terminis Guid. *decis. 405.*
Boer. *decis. 18.* Peregrin. *decis. 180. volum. 1.* nisi ex
natura actionis veniant, Cancer. *tom. 3. cap. 16. à nu-
mer. 85.*

Idem ergo in interesse dicendum est, ut docent Surd. 96
dec. 69. tot. Cancer. *supr. à num. 94.* ubi alios refert, *& in-
frà latius dicam, part. cap. tot.*

Et majori cum ratione quam usuras seu interesse lucra- 97
tivum comprehendi antiquitus diximus, interesse re-
compensativum fructuum appellatione venire debet,
quia hoc interesse est recompensativum damni emer-
gentis, aut lucri cessantis, & sic in naturali æquita-
te consistit, & omni jure naturali, Regio, & Cano-
nico permissum, ut resolvunt plura de materia hujus
interesse expendentes infinitis, relatis lariss. Hermos. *in
leg. 10. tit. 10. pag. 5. gloss. 4. n. 2. & per tot.* Noguer. *alleg. 18.
à nu. 108.*

E contrà autem nomine interesse fructus etiam con- 98
tinentur, ut ex Text. *in leg. loci corpus 4. §. 2. ff. si ser-
vitut. vendicetur*, docent Florian. ibi Bald. *in addition.
ad Speculat. tit. de eo, qui mittitur in possess. rei serv. caus.
versic. Item nota, §. 2.* Ubi quod ob id libellum substi- 99
neatur quoad fructus, & salvari possit, ut etiam in
eo comprehensi censeantur, & idem docent Cardinal.
practicar. conclusion. litter. I. conclus. 296. num. fin. Chas-
san. *in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 17. versic. Et fai-
re les fruictz siens, num. 8.* & hanc doctrinam do-
cent Bartol. *in leg. si filium, §. Cum fundum, ff. de ver-
bor. obligation.* ubi & quod fructus, qui percipi potuis-
sent, veniant, & idem docent Bald. *cons. 182. in fin. lib. 1.*
Cardinal. Tusch. *litter. D. conclusion. 206. numer. 10.* Bar-
bos. *in appellat. verb. Interesse, numer. 2.* Oñat. *de
contract. tom. 1. tractat. 3. disputat. 8. section. 4. num. 71.
& 76.*

Ex quibus pecunia etiam licèt impropriè in fructu 100
esse, ad fructificandum apta dicitur, *§. Constituitur,
Institut. de usufruct. leg. 2. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu
consum.* Cajetan. 1. & 2. *quæst. 78. artic. 2. in respons. ad
priorum*, Scacc. *de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 1. num. 69.*
benè Castill. *decis. Sicil. 29. numer. 4. & 5.* Castill. *de
usufruct. cap. 17. à num. 7.* & licèt *ex dict. leg. usura,
ff. de verbor. significat.* teneant Ponte *de potest. Proreg.
de regalib. imposition. tit. 4. §. 3. num. 30.* Nullum fructum
pecuniam parere posse, hoc tamen, *ut in princip. ca-
pitis præcedent. dixi à num. 8.* propriè, & juxta strictam
verbi *Fructus* significationem intelligendum est, secus
verò juxta latam, & generalem juris interpretationem,
qua Jurisconsulti, & DD. plerumque utuntur, quia
tunc etiam ejus interesse ipsius fructus dicitur, & in pe-
cunia, docent Lup. *de usur. comment. 3. §. 2. tot.* Bardell.
cons. 6. numer. 20. & ex aliis tenet ita intelligendus Giurb.
decis. 71. à num. 10. & docet doctè, & eleganter Franc.
Mar. Prat. *part. 1. discept. forens. cap. 23. à num. 32. & 35.
& numer. 41.* ubi declarationem Sacr. Congr. Cardin. &
alios refert.

Quare licèt pecunia secundum esse suum parere fru- 101
ctum, aut aliam pecuniam non possit ob impotentiam
fructificandi, tamen accedente hominis industria fru-
ctifera licèt impropriè redditur, & interesse, aliaque
emolumenta ex ea proveniunt, quæ loco fructuum ha-
bentur, & ideò quamvis per se fructifera dici non possit,
erit tamen accidentaliter.

Ex quibus infertur, quod in legato ususfructus om- 102
nium bonorum, vel mobilium tantum pecunia etiam
usufructuanda comprehendatur, Alex. *cons. 78. n. 7. lib. 3.*
Soccin. *cons. 96. num. 3. lib. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4.
præsumpt. 138. tot. & præsumpt. 142. sub num. 14.* Barbat. *de
divis. fruct. p. 1. c. 17. n. 15. & 16.*

Quod intellige, ut pecunia, tanquam sors principa- 103
lis in legato veniat, & ejus interesse loco fructuum usu-
fructuario cedat, vel aliter ea utatur.

Et idem dicendum est in Kalendario, seu nominibus 104

debitorum, quæ similiter in fructus sunt, & in legato usu-
fructus omnium bonorum continentur, Text. *in l. uxori*
mea 37. ff. de usufr. legat. & ibi docent Bart. *n. 1. & in l. ult.*
n. 5. eod. tit. Rebuff. *in l. moventium, ff. de verb. signif.* Pa-
ris. *cons. 94. n. 10. lib. 2.* Natta *cons. 297. n. 4.* Anchar. *cons. 3.*
num. 2. Menoch. *d. præsumpt. 142. nu. 17. cum seqq.* Barbat.
d. c. 17. à n. 17.

105 Et tunc eodem modo si aliquod interesse ex nominibus
istis debeatur usufructuario loco fructuum cedit, ut ele-
ganter notavit Jass. *in dict. leg. uxori, num. 6.* & Barbos.
in leg. divortio, §. Si vir, num. 38. ff. solut. matrimon. &
expressè comprobatur per Text. notabilem, & ad rem
per relatos non adductum *in leg. post quod omnium, in fin.*
ff. de usufruct. ear. rer. ubi usuræ nominum, quorum usus-
fructus legatus erat, pro fructibus considerantur, & quod
magis est si ipsi debitori sui nominis ususfructus legetur,
ait Ulpianus remittendas ei esse usuras; & hujus Text.
meminit, licet obiter doctissim. Domin. D. Alphons. de
Olea *in suo pleno eruditissimoque tractat. de cession. jur. tit. 3.*
q. 9. num. 10. ubi quod proprii nominis ipsi debitori usus-
fructus relinqui possit.

106 Sed prædicta intellige cum omnium bonorum usufru-
ctus relinquitur, secus verò si mobilium, vel immobi-
lium relinquatur, tunc enim in hoc legato Kalendarium,
seu nomina debitorum non comprehenduntur, ut decla-
rant Bart. *cons. 50. lib. 1.* Jas. *in l. à Divo Pio, §. in vendi-*
tione, ff. de rei judic. Aymon. Cravet. *cons. 300. in fin.* Sil-
van. *cons. 37. n. 1.* Menoch. *d. præsumpt. 142. n. 19.* ubi Soc-
107 cin. Paris. & alios refert. Qui ideò procedere dicunt,
quia debitorum nomina tertiam bonorum speciem con-
stituunt, quæ nec sub nomine mobilium, nec immobi-
lium continentur, D. Olea *de cess. tit. 2. quæst. 1. à nu. 16.*
& idem ad rem docet Rebuff. *in dict. l. moventium, de*
verbor. signif.

108 Item habitatio est in fructu, & ideò qui habitavit do-
mum, fructus percepisse dicitur, *leg. si is qui, §. 1. ff. de pi-*
gnor. & ibi Bart. Pract. Papiens. *in libell. rei vindicat.*
versic. cum fructibus, in fin. Tusc. *pract. conclus. lit. F.*
concl. 484. n. 6. & 18.

109 Item pro habitatione pensiones ex locationibus præ-
diorum urbanorum fructus dicuntur, *l. ancillarum 27.*
§. Sed & pensiones 1. ff. de petit. hæredit. l. prædiorum, ff. de
usufr. & mercedes rusticorum prædiorum, *l. mercedes 29.*
eod. tit. & docent Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 4.*
§. 17. versic. Et faire les fruictz, à num. 1. ubi retenta
semper distinctione in princip. præcedent. relata capit.
tradit, ut hoc intelligatur impropriè, & secundum
juris, & Doctorum latam interpretationem, ut latè,
& ad plures quæstiones circa fructuum restitutionem,
quod & in ea mercedes, & pensiones veniant Chassan.
sup. Tusch. *pract. conclus. litter. I. conclus. 48. à num. 19.*
Parlad. *differ. 79. §. 3. numer. 5.* Joan. Garc. *de expens.*
cap. 23. à num. 1. & 2. Barbos. *solut. matr. in leg. divortio,*
§. Non solum, num. 19. Joan. Guttierr. *de tutel. par. 3. c. 23.*
à n. 15.

110 Apud quem quod ex his pensionibus aut mercedibus,
ut ex aliis ceterum minoris fructibus decima tutori solva-
111 tur. Et idem ait Baeza *de decim. tutor. cap. 22. num. 2.* in
aliis annuis præstationibus pupillo debitis, quod simi-
liter loco fructuum sint, & ex eis dicta decima debea-
tur ex eleganti Cons. Paul. de Castr. 374. *num. 1. lib. 2.* qui
in simili statuto nostræ *legis fori* ex qua decima debetur
loquitur, & Gutierrez. *dict. cap. 23. num. 19. in fin.* &
cum aliis ad nostram quæstionem, quod pensiones,
& mercedes fructuum appellatione veniant, Oñate *de*
112 *contract. tom. 1. tract. 1. disput. 8. section. 4. num. 82.* Ubi
quod in fructuum restitutione, mora in rei restitutio-
ne stante, veniant, in censu emphytheusi, & aliis
rebus suo tempore non restitutis, & idem ad alia plu-
ra noviter resolvunt Guzman. *de eviction. quæst. 21. à nu-*
mer. 1. & 4. Niger. *de laudem. 1. tom. quæst. 13. à numer. 23.*
Cardinal. Otthobon. *decis. 153.* & pluribus ex nostris Re-
gnicolis relatis Christin. *in constitut. Mechlin. tit. 11. ar-*
tic. 29. à num. 6.

Idemque consequenter dicendum est in mercedibus 113
Magistrorum, fabrorum, & in vecturis navium, aut
jumentorum, quod similiter loco fructuum habeantur,
ex dict. l. mercedes 32. de petition. hæredita. dict. leg. si na-
vis 62. ff. de rei vindicat. & idem docent Barbat. *in dict. l.*
fin. §. fin. circ. medium, ff. de jur. Fisc. Bald. *in l. si traditio,*
Cod. de action. empti. numer. 20. Schrader. *de feud. part. 9.*
princ. 2. section. 3. num. 58. Guizarel. *dict. decis. 34. num. 15.*
& ex aliis antiquioribus Niger. *de laudem. part. 1. quæst. 13.*
num. 23. & à num. 57. ubi ad id alia plura adducit, & ad
omne latè, & benè Menoch. *cons. 66. à numer. 7.* Et in 114
pensionibus pędagiorum, pascuorum, apothecarum,
& similium, & quod in fructuum reservatione com-
prehendantur, optimè Menoch. *dict. cons. 66. numer. 9.*
& idem docet Castill. *de usufruct. cap. 36. num. 10.* & ad
id refert Bart. Bald. Castrens. & alios plures, & idem
Castill. *de usufruct. dict. cap. 36. à num. 33.* Cyriac. *contro-*
versiar. tom. 1. cap. 397. nu. 14. Mantic. *de conjectur. ultim.*
volunt. lib. 9. num. 16. Ubi, & quod redditus vectigalium 115
fructuum appellatione veniant, & in legato ususfructus
omnium bonorum per conductorem vectigalium reli-
cto comprehendantur, & eos præstita satisdatione ha-
beat legatarius ususfructus, & idem tenet Paul. de
Montepic. *in leg. Titia cum testamento, §. Titia cum*
nuberet, num. 92. ff. de legat. 2. Achiles Pedroch. *cons. 7.*
nu. 97. lib. 1. & post Bertachin. Gullelm. Benedict. *in cap.*
Raynutius de testam. verb. Cætera bona, nu. 31. Baeza *de de-*
cim. tutor. cap. 22. à n. 21.

Ideò ex his quoque redditibus decima tutoribus solvi 116
deber Baeza *ubi proximè num. 25.* & eum sequitur Joan.
Gutierr. *de tutel. part. 3. cap. 23. num. fin.* Escobar. *de*
ratiocin. cap. 29. numer. 4. cum sequentib. & à numer. 7. 117
Qui benè refutat, vel potius intelligit juxta dictam di-
stinctionem Boerium, qui in *decis. 212. numer. 2.* ab-
solutè, & indistinctè asseruit vectigalia, & pędagia
fructuum nomine non comprehendi; *& numer. 4.* hos
fructus civiles appellat, cum ex juris interpretatione
fructuum nomen habeant, & idem Gutierr. *d. cap. 23. nu-*
mer. 16. Menoch. *de recuper. remed. 15. à num. 623.* Jacob.
Mandell. Alb. *cons. 441. num. 12.* Garc. *de expens. cap. 23. à*
n. 1. & 7. Barbos. *in leg. divortio, ff. solut. matrim. in prin-*
cip. num. 83. & 93. Cardinal. Otthobon. *decis. 193. à nu. 7.*
Paul. Christin. *in constitut. Mechlin. tit. 11. artic. 29. à nu-*
mer. 6. & alii plures *supr. relat. num. 110.* Item operæ ser- 118
vorum fructus sunt, Text. *in leg. fructus 4. ff. de operis*
servor. ibi: *Fructus hominis in operis consistit.* Et idem
antea dixerat, ibi: *In fructu hominis operæ sunt; &*
leg. 3. eod. tit. ubi quod in servi usufructu ipsius operæ, ut
fructus veniant, *leg. mercedes, ff. de petit. hæreditat.* &
idem in nostra *lege Regia 23. tit. 31. part. 3.* ubi Gregor.
docent ex antiquior. in dictis juribus Govean. *lection. jur.*
variar. lib. 2. cap. 7. à numer. 1. Connan. *lib. 4. comment.*
jur. civil. cap. 2. Cujac. *in paratit. ad dict. tit. de oper.*
servor. fol. 44. Augustin. Morla *in empor. jur. 1. part.*
tit. 6. ff. de servit. numer. 17. Castillo *de usufruct. cap. 50.*
à numer. 1. Barbos. *solut. matrimon. in leg. divortio 8.*
in princ. numer. 93. & in §. non solum, ejusd. leg. ubi
eas aliis fructibus civilibus pensionum, & similibus
æquiparat quoad ipsarum, vel mercedis servi dotalis
divisionem inter maritum, & uxorem soluto matrimo-
nio faciendam, & inter emptorem, & venditorem ser-
vo vendito, *ex §. In servo 10. dict. leg. divortio;* de qua di-
visione latius *infr. suo loco dicam.*

Ex quibus in servis rectè usumfructum constitui pos- 119
se, ait Justinian. *in §. Constituitur, Instit. de usufruct. l.*
si servi 25. cum vulgatis, ff. de usufruct. d. l. 23. tit. 31. p. 3.
& docent Cujac. Govean. & supra relati.

Sed non statim ac servi operæ legatæ, aut promissæ 120
sunt, usumfructum relictum, aut usum censeri, dicen-
dum est, imò servorum operis relictis, adhuc ususfructus
da-

Digitized by Google

datus non intelligitur Text. expres. *in l.1.§. Si usufructus, vers. sed operis, ff. ad leg. Falcid.* ibi: *Sed operis servi legatis, cum neque usus, nec usufructus in eo legato esse videatur, necessaria est veteram sententia, ut sciamus quantum est in legato*, & idem *in l.2. ff. de usufruct. l.5.§. ult. ff. usufruct. quemad. caveat.*

121 Differentia enim magna est nimirum, quod usufructus sit servitus personalis respectu personæ, cui debetur, & jus reale respectu rei in qua constituitur, ex operarum autem legato nulla servitus personalis, aut jus reale in servo constituitur, sed tantum quædam obligatio personalis, ut servi dominus legatarium eis uti patiatur, & ideò usufructus cum sit servitus personalis, morte usufructuarii extinguitur, nec ad hæredes transit, *§. Finitur, cum vulgat. instit. de usufr.* operæ autem cum ex earum legato obligatio dumtaxat personalis constituatur, ad hæredes transmittuntur, *leg. 2. ff. de usufr. legat.* ibi: *Et quia legatarius fructuarius non est, ad hæredem suum operarum legatum transmittit*; ut docent Corras. *in rubr. ff. de servitut. num. 26. & 27.* Donell. *lib. 10. comment. cap. 25.* ubi Osuald. *litt. D. & C.* & Castill. Govean. & alii ibi relat.

122 Quare rectè Donell. & Osuald. ex Castill. & aliis asserunt, servorum operas in facto consistere, neque vindicari, ut usufructus, posse.

123 Nec ex eo quod in *dict. leg. 4. ff. de oper. servor.* dicatur fructus hominis in operis consistere, sequitur quod operæ usufructus sint, sed solum quod ut materia usufructus reputentur, ut in fructib. apertè patet, in quibus usufructus etiam consistit, & tamen usumfructum non esse manifestum est, sed potius ex fructuum legato, donatione, venditione, vel alia alienatione non aliquod jus usufructus, sed tantum obligatio personalis constituta censetur, qua venditor, aut donator adstrictus remanet, ut emptorem, vel donatarium uti frui patiatur, de quo videndi, & consulendi Menoch. *lib. 4. præsumpt. 136. per tot. & cons. 330. ex nu. 6.* Pinell. *in l. 1. Cod. de bon. matern. 2. part. num. 51. & 52.* Castill. *de usufr. cap. 29. per tot.* & ex aliis latius diximus *supr. cap. 3.* & ad rem tenent Govean. *d. cap. 7. à num. 1.* & Connan. *d. cap. 2.* Castill. *dict. cap. 50. num. 5.*

124 Ex quibus servorum operæ seu fructus ab usufructu differunt in eo, quod usufructus capitis diminutione, aut non utendo amittatur, *§. Finitur, cum vulgat. instit. de usufructu, l. corruptionem, Cod. eod. tit.* operarum autem servi legatum prædictis modis non amittitur, *l. operæ 2. ff. de oper. servorum, l. 2. ff. de usufr. legat.* & ibi notant Batt. & DD.

125 Nec in contrarium urget, *§. 5. instit. de acquisit. per adrogat.* ubi operæ capitis diminutione amitti dicuntur, videlicet, per adrogationem patroni, cui operæ debebantur quin ad personam adrogatoris transire valeant; quia ibi loquitur Imperator de operibus officialibus à liberto patrono ob manumissionem debitis, quæ cum patrono, ut tali debeantur, absque dubio personales sunt, & personæ patroni cohærent, ideoque capitis diminutione amittuntur, nec ad extraneum adrogatorem transeunt, cui nullo officii genere, seu ad nullum obsequium libertus adstrictus est; secus verò in operibus artificialibus ratione legati, aut alterius obligationis, de quibus agimus, ubi prædictæ rationes omnino cessant, ut docent Gloss. *in dict. §. 1.* benè Cuj. *lib. 2. quæst. Papinian. in dict. leg. 2. de usufr. leg.* Castill. *dict. cap. 50. numer 3. cum seqq.* & novissimè Arnold. Vinius *in dict. §. Finitur, num. instit. de usufruct.*

126 Nec obstat Text. *in leg. 5. ff. de oper. serv.* ubi servorum operas saltim usum esse probari videtur, sed hoc intellige impropriè, ut ex ipsis verbis patet, ibi: *Intelligi*, & notat Cuj. ad Affrican. *in l. 37. ff. de usufruct.* qua autem ratione, & ad quem effectum legatum operarum per consultum legato usus ibi assimilaretur, potest noviter, & subtiliter deduci ex ipsius Text. inscriptione, quæ est *ad leg. Jul. & Papiam*, nimirum ad hoc ut legatum operarum orbo, aut cælibi relictum non caderet in fiscum, ut nec usus legatum cadebat, *l. si ab eo 9. ff. de usufr. l. si Titio 33. ff. de usufr. l. Titio 96. ff. de cond. & demonst.* ex quibus, & aliis juribus id docet reddens rationem D. D. Francisc. Ramos del Manzano *in comment. ad l. Jul. & Pap. lib. 2. cap. 16. ex nu. 3.* Ideoque operarum legatum usus legato ratione individuitatis Consulti assimilarunt: quam prædictæ *leges Julia, & Papia*, uti odiosæ faciliter, & cum aliqua, licèt parva excusatione, à Consultis corrigebantur.

De aliis verò, quamplurimis differentiis inter operas servorum, & usufructum vid. latè Govean. *d. lib. 1. variar. lect. 7. c. 7.* Connan. *d. lib. 4. comment. c. 2.* Cujac. *in paratit. ad tit. ff. de oper. servor.* & ad Affrican. *in leg. 37. de usufr. & q. Papin. in d. l. 2. ff. de usufr. legat.* Augustin. Morla *in empor. jur. tit. 6. ff. de servitut. à n. 11.* Castill. *de usufr. d. c. 50.* Donell. *d. lib. 10. comment. c. 28.* ubi pluribus congestis Osuald. 127

Sed hodie per *d. l. 23. tit. 31. p. 3.* omninò operæ servorum cum usufructu, & usu æquiparantur, ita ut nullum aliud commodum ex usufructu, quam ex operis quæratur, & quòd magis est jus etiam operæ vocantur, quare nullam hodie inter operas, & usumfructum differentiam remanere videtur; ut doctè notat Castill. *ubi supr. n. 15.* & ex ipsius legis verbis patet, ibi: *Usufructo, ò las obras aviende ome en algun siervo, ò sierva de otri, gana por ellas todo quanto aquel siervo, ò la sierva ganaren por obra de sus manos, ò con dineros, ò con caudal de aquel, à quiens es otorgado alguno de estos derechos. Mas la ganancia, que fiziesse alguno de estos siervos de cosas, que le fueren dadas, ò dexadas en testamento, deben ser solamente del sennor del siervo, ò de la sierva. Fueras ende, si la donacion, ò la manda fuisse hecha à los siervos con tal intencion, que la ganassen aquellos, que avian el usufructo, ò el uso, cà estonces ellos lo ganarian, è non el dueno de la cosa.* 128

Quæ tamen *lex Partit.* (ut correctio juris civilis vitetur) non ineleganter intelligi posset quoad commoditatem, & emolumentum ex legato usufructus, vel operarum resultans, ut ex quolibet æquale commodum legatario quæratur; nec in hoc jure communi aliqua erit differentia, non verò quoad jus personale, quod ex legato usufructus deducitur, & quoad obligationem personalem, quam in legato, aut alienatione operarum oriri supra diximus, circa quod nec aliquid directè *d. l. p.* dixit, aut disposuit, sed dumtaxat de emolumentis legati usufructus, aut operarum, & de eorum acquisitione principaliter egit. 129

Item fructuum appellatione venit nix è Cœlo cadens, & auget fundi, vel feudi redditus; quia licèt ex terra non nascatur, occasione tamen rei, vel propter rem percipitur, quod sufficit, ut in fructu esse debeat, ut *in l. item si fundi 10. ff. de usufr.* ubi non solum in fructu esse asserit Consultus quidquid ex eo, vel ejus occasione percipi possit, ut in fundi venationibus, piscationibus, quod similiter in ipsius fructu sint, licèt ex eo ista emolumenta non nascantur probat *§. Aucupiorum, dict. leg. 10.* & dicam *infrà cap.* juxta latè *in princ. hujus capit. relata.* 130

Quod & præcipuè verissimum in nive efficitur, quia suo tempore coacervata, & conservata in puteis magni redditus ex ea producuntur: & in nostris terminis est elegans decis. Anton. Guizar. 34. *ubi per tot.* hunc articulum examinat, & cum aliis pluribus rationibus nivem in fructu esse, & redditus feudi augere determinant, & pro hac parte refert decisum, & idem resolvit Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 17. numer. 142.* & post eum noviter docent Guzman. *de evictión. quæst. 25. num. 48.* Capic. Galeot. *respons. Fisc. 50. n. 16. & tot.* 131

Hincque inferunt Doctores gabellam ex nive sic coacervata, vendita, ut de aliis fructibus solvi debere, docent Parlador. *lib. 5. rer. quot. cap. 3. §. 2. nu. 13.* Girond. *de gabell. 7. part. §. 2. numer. 13.* Gutierr. *eod. tract. quæst. 35. num. 34. & quæst. 78. num. 73.* Lassart. *eod. tractat. c. 2. n. 3.* 132

Digitized by Google

Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 10. Guzman. *d. quæst.* 21. *num.* 48. Capyc. Galeot. *respons. Fisc.* 10. *à n.* 12.

133 Et quod in solutinne relevii domino directo facienda in liquidatione fructuum feudalium, ex quibus solvitur, computetur, idem Guzar. *dict. decis.* 34. *tot.* In quo tamen contrarium tenet Barbat. *dict. cap.* 17. *nu.* 125. ex eo quod non naturalem, sed potius industrialem fructum esse dicit, quod & asseruit Guzm. *d. num.* 48. quia non aliter redditus de nive redigi possent, quam hominis cura, & industria accedente.

134 Unum tamen est, quod hodie nix, & jus eam coacervandi inter regalia habetur, & ad solum Principem pertinet, vel ad eum, qui ad id à Principe licentiam, seu privilegium habuerit, quod ut verissimum praxis in hoc nostro Regno ostendit, & docet Guzm. *dict. numer.* 48. Quod declara quoad jus in hieme coacervandi, & in æstate vendendi: secus si unusquisque sibi tantum in privatis nivalibus puteis nivem includat, ut ex Parlador. Gutiet. & Lassart. firmat Rot. apud Dianam *part.* 11. *resol. moral. in una Toletan. nivis* die 13. Februarii 1651. coram Celso.

135 De nivis autem usu, & utilitate, & quam necessaria saluti sit pro infirmitatibus vitandis, curandisve, latè tractant Medici, & præcipuè Galen. *lib. de cib. bon. & mal. success. in fin. & lib.* 7. *Meth. cap.* 4. *& lib.* 9. *cap.* 5. Avicen. *lib.* 2. *cap.* 2. *fen.* 2. *doctrin.* 7. *cap.* 16. Valesiux *lib.* 5. *epidem. cap.* 19. ubi non solum aquam, sed &
136 fructus nive refrigerari jubet. Et licèt Andr. Tiraq. in Alexand. ab Alexand. *lib.* 5. *dier. genial. cap.* 21. *litt. H. in fin.* ex Aristot. *probl. sect.* 24. *quæst.* 19. asserat, aquam nivalem admodum insalubrem esse, illum tamen intelligerem non de aqua, seu potu frigido tantùm, sed de eo, cui etiam nix ad frigescendum admiscetur, quomodo antiqui potum frigescere solebant, ut ex authoritatibus ab ipso Tiraq. relatis colligi potest, & ex Plin. sic meo videri intelligendo *lib.* 19. *c.* 4. ibi: *Hi nives, illi glaciem potant, pœnasque montium in voluptatem gulæ vertunt*, qui Plinii locus intelligi etiam potest de potu nivis vi, & artificio congelato, ut in nostris temporibus fit, quod saluti probandum non est.

137 De antiquitate autem usus nivis ex dictis quoque Doctoribus constat, nam Galen. vixit tempore Christi Domini, & Avicen. sexcentis ab hinc annis floruit, & etiam Græci ea usi fuerunt; ut ex Aristot. refert Aul. Gell. *lib.* 19. *noct. attic. cap.* 5. Alexand. ab Alexand. *lib.* 5. *dier. genial. c.* 21. ibi: *Si quando tamen vinum aqua admiscerent, illud tepefactis nivibus diluebant*, Plin. *d. lib.* 19. *cap.* 4. ibi: *Servatur algor æstibus, excogitaturque, ut alienis mensibus nix algeat*, & aliter Plin. Junior, qui floruit tempore Vespasiani Augusti *epistolarum lib.* 1. *epist.* 15. de quodam suo convivio ita loquitur: *Parata erant lactucæ frigida, cochlæ, ternæ, ovabina, alica cum mulso, & nive*; & etiam de antiquitate usus nivis plura loca Martialis extant, qui *lib.* 5. *epig.* 65. ita canit:

Sextantes Calliste duos infunde falerni.
Tu super æstivas Alcine funde nives.

Et lib. 12. epigr. 17.

Ebria setino sit sæpè, & sæpè falerno.
Non nisi post niveam cæcuba potat aquam.

Et lib. 14. epigr. 117.

Non potare nivem, sed aquam potare rigentem.
De nive commenta est ingeniosa satis.

138 Et quod, & apud Romanos in usu fuisse colligitur ex Text. singulari *in leg. in argento potorio* 21. *ff. de aur. & argent. legat.* ubi in legato argenti potorii non solum vasa ad bibendum parata, sed & instrumenta ad potus præparationem comprehendi, ait *Consultus*, ibi: *Veluti colum nivarium, in quo potus frigescebat*: de quo Alciat. 8. *parerg.* 8. Martial. *lib.* 18. *epigr.* 111. & alia plura vide apud
139 Bobad. *d. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 9. Ubi miratur quod tam à paucis annis in nostra Hispania ejus usus incœperit ut omnibus constat, sed non miror cum usque ad ea tempora nostram Hispaniam à Mauris, & Saracenis Divino judicio captam magis nostri Reges fortissimi, & antiquiores fortiter expugnando liberare, quam niveas, & alias delitias quærere curarunt.

Item, ut ad nostram rem quasi ex diverticulo redea- 140
mus, in fructu sunt salinæ, & ipsarum sal fructus dicitur, ut argum. Text. *in l. divortio*, §. *Si vir*, *solut. matr.* tenent Petr. Barbos. *ibi à num.* 28. qui lapidicinis, argenti fodinis, & similibus mineralibus eas æquiparat, idemque vult Gloss. ibidem *verb. Alterius cum nam*, *cons.* 162. Barbat. *de divis. fruct. p.* 1. *c.* 17. *à num.* 51.

Qua ratione, ut notavit rectè Castrens. *cons.* 63. in con- 141
cessione feudi cum omnibus suis fructibus, redditib. & proventibus salinæ, tamquam feudi utilitas, concessæ censeantur, sequitur Cardin. Tusch. *pract. concl. litt. F. concl.* 484. *num.* 15. *&* 24.

Ad quem autem redditus, seu fructus salinarum per- 142
tineant? an ad solum Principem quasi de regalibus sint, vel ad eum in cujus fundo extructæ inveniuntur, apud plures anxiè dubitatur, pro cujus articuli verissima resolutione distinguendum censeo interius commune, & Regium: attento igitur jure communi subdistinguendum est inter salinas, quæ in prædiis Fiscalibus, aut publicis sunt, vel quæ in privatis inveniuntur: In publico existentes de regalibus absque controversia esse omnes Doctores asserunt *ex leg.* 1. *ff. de verb. sign. leg. liber. homo*, §. 1. *ff. de hered. instit. leg. sed*, *& si*, *ff. de publican. & vectig. cap. super quibusdam*, §. *Præterea*, *de verb. sign.* & alia plura jura per D. Larr. & Doctores *infr.* referendos adducta, docent Afflict. *in cap.* 1. per Text. ibi *quæ sint Regal. in usib. feud. numer.* 2. *& decis.* 321. *num.* 4. Azor. *instit. moral.* 3. *part. lib.* 11. *cap.* 4. Petr. Gregor. *de republic. lib.* 9. *cap.* 17. *numer.* 27. Sebastian. Nevius. *ad tit. quæ sint Regalia numer.* 258. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 25. *numer.* 7. Suarez. *alleg.* 17. *numer.* 11. Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 12. Cuj. *lib.* 2. *obs. c.* 31. Franc. Marc. 2. *part. decis.* 39. *num.* 2. Calixt. Ramirez *de leg. Reg.* §. 26. *nu.* 28. Alexand. *in leg. divortio* 8. §. *Si vir*, *ff. solut. matr. num.* 4. & idem ex aliis antiquior. docet Horat. Mont. *de Regalib. verb. Piscationum redditus*, *& salinarum*, *num.* 2. *pag.* 253. Cabed. 2. *part. decis.* 53. *num.* 3. Petr. Barbos. *in l. divortio* 8. §. *Si vir*, *num.* 28. *ff. solut. matr.* D. Joann. del Castill. *de tertiis*, *c.* 42. *nu.* 116. ubi plures refert, & infrà proximè referendi.

Salinas verò in privatorum loco extructas ad dominum 143
loci expectare probant jura *in leg. forma*, §. *Salinæ*, *ff. de censibus*, ubi tales salinas ad dominos locorum, ubi sunt pertinere, expresè ait Consultus, ibi: *Salinæ si quæ sunt in prædiis, & ipsæ in censum deferendæ sunt*, tamquam ad prædiorum dominum pertinentes, *leg. magis puto*, §. 1. *ff. de reb. eor. l. generali*, §. *Uxori*, *&* §. *Idem quæsivit*, *ff. de usufr. l. sed*, *& si*, *in princ. ff. de publican. & vectig.* & facit Text. *in l. divortio*, §. *Si vir*, *ff. solut. matr.* ubi idem in auri, seu argenti fodinis statuitur, & ex eo idem docet ibi Alexand. *n.* 4. Roman. *in* §. *Præcedenti*, *n.* 10. & ex aliis antiquioribus docet Pet. Barbos. *in dict.* §. *Si vir*, *num.* 28. ubi hanc distinctionem jure communi approbat, Gregor. Lop. *in l.* 11. *tit.* 28. *p.* 3. *verb. De las Salinas*, Franc. Marc. *dict. decis.* 39. *num.* 2. Sixtin. *dict. cap.* 19. *num.* 1. ubi quòd nullum jus in his privatis salinis Princeps habeat, Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *concl.* 89. *n.* 2. ubi additio *litt. A.* Schencid. *de feud. part.* 2. *num.* 106. *&* 108. Laudens. *in cap. unic. num.* 2. *quæ sint Regal. in usibus feud.* ubi Præposit. Alvalrot. *& alii feudistæ*, & doctè Andr. de Isern. hanc distinctionem refert, *in dict. rubric. quæ sint Regal. verb. Flumina navigabilia*, *num.* 8. *vers. Quædam sunt*, & eam verissimam esse asserit Rebuff. *in dict.* §. *Publica*, *vers. Salinæ*, *de verb. sign.* Ripol. *de regalibus*, *cap.* 16. *à n.* 61. Horat. Barbat. *de divis. fruct. dict. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 56. Cæpol. *in dict. leg. inter publica* 17. §. 1. *ff. de verb. sign.* Horat. Montan. *ubi supr. num.* 2. & eam sequuntur, jure communi attento, Alfar. *de offic. Fiscal. gloss.* 20. §. 4. *n.* 86.

& cum

& cum aliis pluribus D. Joan. Castill. *tom.7. controv. dict. c.41.n.116.* Balmased. *d. collect. q. 123.*

144 Eandem distinctionem inter publicorum, vel privatorum locorum salinas: & quod privatæ ad locorum dominos pertineant, certò dumtaxat vectigali ex earum redditibus Regi solutio de jure Lusuano servari testantur juxta suam legem Regiam ordinament. *lib. 2. tit. 26. §. 25. & cap. 237.* in regimine Regii patrimonii, de qoibus Barbos. *in dict. §. Si vir, num. 29.* Cabed. *decis. 3. numer. 7. part. 2.* Dominic. Antunex de Portug. *de donat. Reg. par. 3. cap. 11. num. 7. & 8. & àn. 5.*

145 Quibus ita stantibus rejiciendus est D. Lattea *allegat. 77. à num. 7. & 20.* dum probare nititur, & solito affectu Fiscali defeodere voluit loci privati salinas, etiam jore communi de regalibus esse, Castill. Solorz. & alios ad id referendo, quorum plures contrarium asserunt, & alii juxta plurium Regnorum leges speciales, & receptam consuetudinem, non verò jure communi, loquuntur.

146 Quàm licèt, jure cnmmuni attento, verissimam reputem ob jura expressa, & authoritate supr. adduct. de commuoi tamen ferè omnium Regnorum, jure municipali, & consuetudine indistinctè omoes salinæ tam in locis privatis, quàm in publicis existentes Regiis patrimoniis sunt incorporatæ, ut docent Gloss. communiter ab omnibus recepta, *in Auth. de Sanctissimis Episcopis, §. 1. collat. 9.* Coccin. Jun. *cons. 80. num. 40. vol. 1.* Decius *cons. 163. post princ.* & cum aliis antiquior. Montan. *de regal. verb. Piscationum redditus, & salinarum*, Boerius *in tractat. de regalibus, verb. Salina*, Bernard. Gomez. *in tractat. de sale, lib. 2. pag. 73.* & ex aliis Ripol. *de regalibus, cap. 16. num. 60. & 61.* Barbos. *in dict. l. divortio, §. Si vir, num. 28. solut. matrim.* & pluribus aliis congestis incorporationem istam salinarum inter regalia Priocipum refert D. Solorz. *in Politic. Indian. lib. 6. cap. 3. fol. mihi 944. vers. Y el ser, & de jur. Indiar. tom. 2. lib. 5. cap. unic. num. 35.* ubi Sixtin. Azebed. Calixt. Ramirez, Peregrin. Escalon. in Gazophil. & alios refert: & idem docent ferè omoes, *ex supr. relat.* Cujac. *lib. 3. ob-*
147 *serv. cap. 35.* Ubi quod ita servatur in Gallia, & de eadem consuetudine Carolus de Grassalis *de regalibus Francia*,
148 *lib. 1. inst. 20.* Et in Regno Neapolitano testantur Rovit. *in pragmatic. in rubric. de sale vend. nu. 1.* Ponte *de potestat. Proreg. tit. 4. §. 8. nu. 36.* Afflict. *ad constit. Neapolit. lib. 1. rubric. 68. nu. 7.* & in Sicilia, Capic. *in investit. feud. verb. Feudorum clausula, vers. Cum salinis, fol. 114.*

149 Et in Indis etiam salinarum administratio per Regios Ministros io otilitatem Regii Patrimonii exercebatur ex pluribus Schedulis Regiis ad id expeditis ab anno 1582. usque ad 1603. quas ad litteram refert D. D. Joan. de Solorz. *dict. cap. 3. fol. 945. cum sequentibus, & de jur. Ind. tom. 2. lib. 5. cap. unic. numer. 35.* & aliam expeditam in anno 1609. ad instantiam D. Marchionis de Montesclaros Proregis tunc Peruani, per qoam prædictæ Schedulæ derogantur, & salis usus omnibus communis, & liber redditur ob urgentissimas rationes ibi relatas, quas & dictam Schedulam refert, & meritò extollit Scalon. in Gazophilac. *lib. 2. part. 2. cap. 24. à num. 1.* Alfar. *dict. gloss. 20. nu. 85.*

150 Jure verò oostro Regio nulla est dubitatio, quin omnes salinæ, earumque redditus, & fructus indistinctè ad Regium Patrimonium spectent; quia id expresè cavetur per *leg. 11. tit. 28. part. 3. l. 2. tit. 13. lib. 6. Recop.* ubi postquam de omnibus metallis auri, argenti, plumbi, & similibus egit, & ad Regem pertinere constituit, in salinis prosequitur: *Y assimismo las fuentes, y pilas, pozos salades, que son para fazer sal, nos pertenecen.* Et *in l. 18. tit. 8. lib. 9. Recop.* ibi: *Avemos mandado tornar, è incorporar, è tornamos, è incorporamos en nuestro Patrimonio todas las dichas salinas de guias, y limites, que los dichos Cavalleros, y personas particulares tenian:* & docent Bar-
151 bos. *in dict. §. Si vir, num. 28.* Castill. *d. tom. 7. c. 41. n. 116.*

Lagunez de Fructib.

in fin. Ubi quòd pro salinis aliàs privatorum Regiæ Coronæ incorporandis aliquod cambium locis dominis privatis præstetur, quod nullo modo probo, quia nec in dictis legibus de tam notabili compensationis requisito quidquam cavetur, nec apud Doctores supr. relatos notatum inveoio: licèt secus sit cùm salinæ ex Regia concessione, aut privilegia, venditioneve privatis competant, ut dicam infr. *n. 157.*

Et de nostro jore Regio dictam incorporationem docet 152
Larr. *alleg. Fisc. 77. per tot. & numer. 21.* ubi rescriptum
Regium refert expeditum die 3. Jan. ann. 1631. Io quo 153
non solùm Regio patrimonio salinæ applicantur, sed omnibus salem vendere prohibetur præter Regios salinarum administratores, seu conductores, de quo jure prohibitivo venditionis salis, nisi per Regios administratores, quod ad Principem spectet, & inter Regalia connumeretur, *ex leg. 1. ff. quod cujusque univers. leg. liber. homo, §. 1. ff. de hered. instit. l. sed, & hi, in princ. ff. de public. & vectigal. l. 11. Cod. eod. tit.* & notatur *per c. super quibusdam, §. Praterea*, & ibi Innocent. *de verb. sign.* Berotius *cons. 51. nu. 26. lib. 2.* Bertach. *de gabell. 7. p. num. 33.* Alciat. *lib. 5. resp. cons. 158. num. 4.* Cæpola *in l. inter publica, §. Publica, ff. de verb. sign.* Cuj. *lib. 3. obs. c. 31.* Greg. Lop. *in d. l. 11. tit. 28. part. 3. verb. De las salinas*, Alf. *de offic. Fiscal. dict. gloss. 20. à num. 84.* Ripol. *de regal. d. c. 16. à num. 63.* Barbos. *dict. §. Si vir, num. 29. solut. matrim.* ubi quòd idem in terris Ecclesiæ servetur ex motu proprio Pauli III. & quod absque licentia Regia seu conductorum vendentes pœnis gravibus mulctentur, *ex leg. si quis, Cod. de vectigal. & commiss.* ubi notat Bald. *num. 2.* Sirac. *de mercat. 4. part. num. 3. pagin. 122.* Franc. Marc. *decis. 39. n. 5. p. 2.* Barbos. *supr. n. 29.*

Quæ ampliat idem Barbos. ubi proximè quod quam- 154
vis ubi salinæ, & earum redditus ex coocessione, aut privilegio Principis privatis debeantur adhuc in emptione salis ipse Princeps pro justo pretio cæteris præferatur *ex leg. 1. Cod. de metall. lib. 11.* ubi Luc. de Pœn. *ad medium*, & Platea, & in salinis quæ jure communi privatis competebant ex quo in suis fundis inveniebantur, optimè jurib. nostris Regiis relatis Gregor. *in leg. 11. tit. 28. part. 3. glos. 3.* D. Solorz. *de iur. Ind. dict. lib. 5. cap. unic. numer. 33.* Ut aliis postea, juxta gabella indicta, ipse vendat.

Et idem in terris Ecclesiæ ex motu propr. 38. Gre- 155
gor. XIII. & in Regno Neapolitano Afflict. *in cap. 1. vers. & salinarum, num. 2. quæ sint regalia*, & doceni Roxas *in epitom. success. ab intest. cap. 34. num. 31.* Gregor. *in l. 55. tit. 5. part. 5.* Perez. *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordinam. glossa magna, pagin. 434.* Matienz. *in leg. 1. tit. 18. lib. 5. Recopil. gloss. 2. ad fin.* & cum aliis Hermos. *in dict. leg. 55. gloss. 1. num. 11.*

Nota tamen benè posse salinas privatas habendi jus per 156
Principem privilegio, vel aliter concedi, ut notant communiter Regalistæ, & consequenter immemoriali etiam præscriptione quæri, *glossa singularis*, Gregor. relata per Azebed. *in leg. 1. tit. 15. lib. 4. Recop. num. 68. cum seqq.* & præcipuè, *num. 74. & 75.* & claré deciditur apud nos *in leg. 2. tit. 13. lib. 6. Recop.*

Sed jam omnes etiam salinæ, quæ ex privilegio, vel 157
possessione privatis competunt Regio Patrimonio incorporari jubentur, præstito tamen eis à Rege justo cambio, & compensatione, ut expresè constat *in l. 19. tit. 8. lib. 9. Recop.* quæ quotidie in hujus Curiæ Senatu Regii Patrimonii practicatur.

Et hæc sufficiant pro salinarum fructuum seu reddi- 158
tuum, & ad quem pertineant cognitione: ad alias verò circa salem quæstiones, & de ejus excellentia, utilitate, & necessitate videndi sunt ultra Alfar. Ripol. Montan. Sixtin. & alios Regalistas *supr. relatos*, Camill. Borell. *de prastant. Reg. Cathol. cap. 25. num. 5.* ubi Galen. Averroe, Aristotel. & alios refert pluribus laodibus salem extollen-
do, Manutius *in adagio, Ne salem quidem dedit*. Ubi quòd 159

Digitized by Google

fuit symbolum amicitiæ apud Græcos, & ideò hospitibus
apponebatur, Alex. ab Alex. lib.5. dier. genial. cap.21.
Cœl. Rodigin. lect. antiq. lib.12. cap.1. col.3. in princ. Et in
160 connubiis eo antiqui utebantur, ut ad mutuum amorem
mutuamque amicitiam uterque conjux hortaretur, ut te-
stantur Gomez. de sale, lib.4. num.9. fol.284. Gratian.
tom.1. disc. forens. cap.179. à num.50. & à num.32. plura
161 notabilia de sale refert, & numer.60. Quòd & pul-
chritudo salsa per Poetas dicatur, quia ab eis venus è
162 mari orta fingitur, velut è sale nata. Et quod per-
petuitatem, & æternitatem significet, & ideò fœde-
ris pacta, eo adhibito tamquam æternam securitatem
præstante, antiquitus fieri solita, refert ex pluribus
locis Sacræ Paginæ, Tostat. 2. Paralipom. quæst.14. Et
163 tanta salis est æstimatio, ut plures pro moneta eo ute-
rentur, ut de Thracibus refert Cœlius Rodigin. lection.
antiqu. lib.25. cap.19. & apud Tartaros Fr. Hieronym.
164 Roman. in Republic. Aetipiæ, cap.7. & apud Æthiopes,
cap.13. Et alia plura, & plures de sale tractantes, &
de variis salis generibus vide apud Claudium Bartho-
lom. Morisot. in orbe maritimo, lib.2. cap.43. pa-
gin.668. Stephan. Gratian. in dict. cap.179. & tom.2.
cap.217. latiss. Pater Cæsius de mineralibus, lib.3.
cap.2. ex pagin.293. ad 312. Mieres in tract. de sale,
Delrio in adagiis sacris, 1. tom. pag.26. D. Solorz.
de jur. Ind. dict. tom.1. lib.5. cap. unic. numer.34. ubi
innumeros refert, & in Polit. Indian. lib.6. cap.3.
165 Ubi de pluribus differentiis, & de magna copia,
qua Indiarum Regna abundant, Beyerlinck. in Theatr.
vitæ humanæ, verb. Sal, tom.7. in noviss. editione,
latè D. Larr. alleg.77. à num.1. & novissimè Dominic.
Antunez. Portugal. de donation. Regiis, part.3. cap.18.
à num.1.

166 Prosequendo ergo nostram principalem quæstionem
circa nostri verbi Fructus, comprehensionem seu quid
ejus nomine veniat; In fructu etiam est rem pignora-
re licere, Text. in leg. fructus 49. de usur. & fruct. ibi:
Fructus rei est, vel pignori dari licere, Merlin. 2. centur.
167 controv. cap.43. numer.17. Et locare, aut vendere rei
commoditatem, leg. non utitur, leg. arboribus 12. §. Usu-
fructuarius, ff. de usufruct. leg. si is qui, §.1. ff. de pigno-
ribus, & aliis pluribus juribus, & Authoribus relatis
D. Solorz. de jur. Ind. lib.2. cap.3. à numer.14. D. Olea de
cession. jur. tit.3. quæst.1. à numer.8. in quibus quòd ideò
usufructuarius, maritus, vel alius similis ad quem rei
fructus pertinent, eos vendere, locare, vel aliter
alienare possit, ut suprà latè diximus, cap.3. tot.

168 Incrementum autem latens molliter per alluvionem
fundo adauctum, an fructus sit tanquam emolumentum
occasione rei proveniens, & ut talis ad fructuarium ex-
pectet? solet per Doctores dubitari.

169 In qua quæstione breviter resolvendum est, hoc
incrementum nullo modo pro fructu haberi, sed
accessionem ipsius rei reputari, & ad dominum pro-
prietatis, ut ejus partem pertinere, quia non ex
ipsa re nascitur, aut provenit, sed ei accedit, ideò-
que meritò eam quoad omnes suas qualitates, &
conditiones, ut ipsius pars, & accessio sequi debet, ex
regula vulgari, leg. cum principalis, ff. de regul. jur.
cap.44. eod. tit. & idem cùm ea quoad omnes juris
effectus censetur, leg. in rem 24. §. Item quacumque,
ff. de rei vindic. l.4. ff. de jur. dot. l. si ego, §. Idem ait, ff. de
publician. in rem act. Connan. lib.4. comment. cap.1. Me-
noch. cons.26. lib.1. latè Peregr. de fideicomm. art.10. nu-
mer.25. & 18. ubi cum aliis Censal. fol.11. Mantic. de ta-
cit. & ambig. convent. lib.4. tit.32. numer.121. Messa var.
resol. lib.2. cap.41. numer.5. & docent ad plura
Molin. Garcia, Castill. & aliis infr. proximè referendi.

170 Ex quibus consequenter ad dominum rei principalis
non verò ad fructuarium pertinere dicendum est,
præterquam quod hujus incrementi fructus ad fru-
ctuarium spectare debent, ita ut incremento simul
cùm tota re in posterum utatur, & fruatur, ut om-
nes expressè probatur ex Text. in leg. item si fundi 10.
§. Huic vicinus, ff. de usufruct. ibi: Huic vicinus tra-
ctatus est, qui solet in eo, quod accrescit tractari, &
placuit, alluvionis quoque usumfructum ad fructuarium per-
tinere, & docent D. Molin. de primog. lib.1. cap.26.
num.17. & 18. ubi Addentes, Joan. Garcia de expens.
cap.22. num.39. Franc. Connan. lib.4. comment. jur. cap.1.
numer.31. vers. Quod alluvione, Oldrad. cons.229. ad fin.
Jul. Clar. in §. Feudum, quæst.88. Niger. de laudem.
tom.1. quæst.13. à numer.79. Castill. de usufr. cap.37. à nu-
mer.22. & cum D. Covarr. Peralt. Mieres, Tiraq. & aliis
infinitis docet Giurb. dec.92. n.15.

Apud quem idem procedere in quolibet rei augmen- 171
to à natura proveniente, quod similiter quoad proprie-
tatem ad proprietarium, quoad verò ipsius fructus ad fru-
ctuarium expectet, Baez. de decim. tutor. cap.42. nu-
mer.10. ubi quòd ideò hujus incrementi decima tutori
non debeatur, nisi tantum de fructibus ex eo prove-
nientibus, quem sequitur Gutier. de tutel. 3. part. qu.30.
num.11. Oñate de contract. tom.1. tractat.3. disp.8. sect.4.
à num.83.

Quod intellige si incrementum, ut dixi, sit la- 172
tens, contra verò si patens sit, ut Insula in flumine
juxta fundum nata, quæ ad fructuarium nec quoad
fructus pertinet, sed eam pleno jure fundi dominus ha-
bebit, quia licèt ad proprietarium expectet, non ta-
men est pars, seu accessio fundo connexa, sed potius
quid ab eo separatum, ità ut agrum distinctum, & ap-
parenter natum sit, ut constat ex dict. leg. item si fundi,
§. Huic vicinus, verb. Sed si Insula, ibi: Sed si Insu-
la juxta fundum in flumine nata sit, ad fructuarium non
pertinere Pegasus ait, licet proprietati accedat; est enim
veluti proprium fundum, cujus ususfructus ad te non perti-
net: quæ sententia non est sine ratione, nam ubi latet incre-
mentum, & usufructus augetur; ubi autem apparet separa-
tum fructuario non accedit, & docent Joan. And. ad Spe-
culat. in tit. de locat. §. Nunc aliqua, n.136. vers. Qui ta-
bernas, in fin. Garc. d. n.39. Connan. d. lib.4. cap.1. ad fin.
Gutier. Baez. & Castill. ubi sup. & noviter benè Niger. d.
q.13. à n.77.

Hæc autem, quæ diximus de alluvionis incremen- 173
to similiter intelligenda sunt in aliis augmentis, & si-
milibus accessionibus, quæ non ære principali oriun-
tur; sed ei accedunt, & cum ipsa connexa sunt, ideò
nec fructus rei dici poterunt, nec eorum appellatione
in ipsorum restitutione veniunt, licèt nomine interes-
se, ut rei accessiones amoroso debitore restitui de-
beant, ut ex Bald. cons.292. numer.3. vol.1. Jas. in leg.
nummis, ff. de in litem jurand. Rimunald. cons.166. lib.2.
num.19. & seqq. benè ad rem Oñat. dict. disp.8. sect.4. nu-
mer.88. & num.89. Ubi in jure accrescendi, hæreditate 174
tempore moræ servo relicta, & in columnis, statuis,
hortibus, aquæductu, & aliis similibus augmentis, &
servitutibus, quæ urbanis prædiis aut rusticis noviter ac-
cedunt, & quoad proprietatem ad proprietarium abs-
que dubio pertinere debent, & ad fructuarium quoad
fructus juxta sup. relatam distinctionem, si connexa cum
ipsa re principali sint: secus si separatim se habeant.

De istis verò, & aliis augmentis an, & quando 175
idem de eis, ac de re principali, cui accedunt dicen-
dum sit necne? & ejus naturam sequantur? ad plu-
res quæstiones latè materiam tractant Joan. Garcia de
expens. dict. cap.22. Aviles in cap. Prætor, in proœm.
gloss. Islas. per tot. Menoch. cons.101. numer.143. cum se-
quentibus, lib.1. & eleganter cons.110. n.20. cum sequen-
tibus, lib.2. ubi in legato quando dicatur augmentum di-
viduum, aut separatum D. Molin. d. cap.26. per tot. ubi
de usufructu cum re majoratus consolidato, censu re-
dempto, servitute, vel aliis augmentis rebus majoratus
accedentibus, & ibi plures congerunt Addentes, Castill.
dec. Sicil.10. nu.8.

Apud

Digitized by Google

176 Apud quem quod incrementum per alluvionem, vel
alter rei pignoratæ accedens pignori etiam subjiciatur,
l. si convenerit 18. §. Si nuda proprietas, ff. de pignorat.
act. l. Grege 13. ff. de pignor. & idem docent Aym. de allu-
vion. lib. 2. cap. 5. num. 8. & cap. 10. num. 14. Medic. de ac-
quir. rer. domin. numer. 168. & 172. Garcia dict. cap. 22.
numer. 35. Neguf. de pignor. part. 4. memb. 1. numer. 18. latè
Merlin. eodem tract. lib. 2. tit. 1. quæst. 43. per tot. & ad alias
quæstiones latissimè Hippolyt. Riminald. cons. 573. à n. 1.
usque ad 12. lib. 5. Cæphal. cons. 773. à num. 31. usque ad 48.
lib. 5. & cons. 458. à numer. 143. cum multis sequentibus,
Franc. Ponte cons. 4. in princip. Tiraquel. de retract. con-
vention. ad fin. tit. num. 92. & à num. 96. qui plures leges
circa hoc augmentum loquentes congerit.
177 Et quòd augmentum rei venditæ tempore retractus
pendente, superveniens ad retrahentem pertineat, idem
Tiraquel. & Paul. de Castr. cons. 388. Carpan. in Statut.
Mediolan. 417. numer. 346. Pantal. in repetit. l. 2. Cod. de
rescind. vendit. column. 20. versic. Vigesimo secundo exten-
178 do. Ubi an legis 2. remedium per incrementum alluvionis
179 superveniens impediatur. Et de materia ad alia Mieres
de majorat. dict. 1. part. quæst. 10. ubi latissimè per tot. &
num. 49. & 50. quod tale augmentum per alluvionem,
vel sua natura rei hæreditariæ accedens ad fideicommissa-
rium, non ad hæredem spectet, & idem ex Covar. Gar-
cia, Mantic. & aliis Giurb. dict. decis. 92. num. 15. Peregr.
180 dict. art. 10. num. 18. ubi Censal. in observ. Et de eodem in-
cremento per alluvionem, & quid si per inundationem,
non paulatim, sed uno impetu proveniat, latissimè, & in-
finitis congestis D. Ferdinand. Arias de Mesa var. resolut.
lib. 2. cap. 42. cum seqq. usque ad 50. ubi & de incremento
alvei à flumine derelicti, & cui acquiratur, & quid si
naturaliter, vel hominis industria flumen, ad antiquum
alveum redierit.
181 Ultra præfata lucra, aut fructus, qui licito modo, &
honestè percipiuntur, sunt alii quæstus, & emolumen-
ta, quæ quæruntur illicitè, nec minus fructus repu-
tantur, licèt ad plures juris effectus non habeantur in
consideratione: Hi quidem sunt redditus, aut lucra ea
usura, quæstu meretricio, aut ea lupanari, seu aliter
turpi, vel modo injusto quæsita, de quibus quod in
182 fructu habeantur. Et in judicio petitionis hæreditatis,
cum cæteris fructibus veniant, sunt jura in l. ancillarum
27. §. 1. l. 52. & 56. juncto ibi Gothofred. ff. de hæreditat.
183 petit. Et ad illicitè quæsita per servum, an domino acqui-
rantur? l. quod servus, ff. de acquirend. possess. Et an in rei
184 vindicatione, l. fructus 33. juncta ibi Gloss. verb. Hone-
185 stè, ff. de rei vindicat. Ad quas quæstiones, necnon an
ea hujusmodi fructibus, aut lucris illicitè quæsitis deci-
ma tutori, jure nostro attento, sit solvenda, videndi Baez.
de decim. tutor. cap. 26. per tot. Gutierrez de tutel. 3. part.
cap. 31. Joan. Cop. de natural. fruct. tit. 3. cap. 8. numer. 3.
ubi an in fructuum facienda restitutione veniant, de qui-
bus quæstionibus plenius dicam in 2. tom. hujus operis in
suis locis.
186 In decima Ecclesiastica an similiter ex eisdem fructi-
bus illicitè quæsitis per Parochianos solvi, & per Paro-
chum recipi debeat? est Text. in cap. ex transmissa 23. de
decim. & nostra l. 12. tit. 10. part. 1. tractatque plenè ex
Gloss. in dict. cap. ex transmissa, verb. Licitè, & ibidem
Abbas, num. 3. Innocent. & alii antiquiores, Angelicus
Doctor 2. 2. quæst. 87. art. 2. ad 2. & ibi Cajetan. Magister
Torre, & alii Addentes, noster Gregor. in dict. l. 12. partit.
Petr. Rebuff. de decim. quæst. 5. num. 19. Dom. Covar. in
regul. peccatum, part. 3. §. 11. num. 1. cum seqq. Domi-
nic. Sot. de justit. & jur. lib. 9. quæst. 4. artic. 2. column. 5.
Monet. de decim. cap. 4. num. 49. Pater Suarez de Religion.
tom. 1. lib. 1. cap. 32. num. 9. & cap. 6. per tot. Ricciul. de
jur. personar. lib. 2. cap. 26. num. 3. Mori. in empor. jur. tit. 7.
quæst. 2. ex num. 13. August. Barbos. de univers. jur. Eccle-
siast. lib. 3. cap. 26. §. 1. ex num. 29. Pater Leander quæst. mo-
ral. part. 3. tract. 6. disp. 10. quæst. 14. & 15. & novissimè
Joan. Bapt. Ventrigl. in prax. rer. Ecclesiast. annot. 26. §. 2.
num. 47.
Et in oblationibus an ex eisdem lucris, seu turpiter 187
quæsitis, recipi debeant ad illud Deuteronom. cap. 23. in
illis verbis: Non offeres mercedem prostibuli, tractant
Angelicus Doctor 2. 2. quæst. 86. art. 3. ad 1. & quæst. 32.
art. 7. ad 2. in quibus locis Cajetan. Torre, & alii, Suarez
de Religion. dict. cap. 6. ex num. 8. Azebed. in l. 2. tit. 1. nu-
mer. 106. lib. 2. Recop. Ægid. Trullench. in decalog. lib. 3.
cap. 3. dub. 13. num. 11. Castr. Palao tom. 2. oper. moral. tra-
ctat. 10. punct. 18. Pater Leand. quæst. moral. part. 3. tract. 6.
disp. 10. quæst. 14. & 15. Joan. Bapt. Ventrigl. dict. §. 2. n. 8.
cum seqq.
Et in illicitè quæsitis per filium familias, an patri ac- 188
quiratur, seu quæsita ea pecunia patris, aliis filiis com-
municentur, Bart. in dict. l. quod servus, per illum Text.
ff. de acquirend. possess. & in l. cum oportet, num. 3. & ibi
Bald. column. 2. C. de bon. quæ liber. Alexand. in dict. l. quod
servus, Jas. in l. illud, num. 8. in fin. vers. Tertio limita,
& ibi Decius column. fin. ad fin. Cod. de collat. Joan. Orosc.
in l. si tibi decem, §. Si pactus, numer. 5. ff. de pact. Joan.
Andr. ad Speculat. tit. de judic. §. Sequitur, in addition.
incipiente, vidisti, Bald. in Authent. ex testamento, C. de
collat. Lupus in repetit. rubr. de donat. §. 65. num. 5.
Et an inter socios communicentur ad l. quod autem, 189
ff. pro socio, & alia jura supra relata, Barbat. in cap. conque-
stus, col. 4. de for. compet. l. nec permittendum, l. quod au-
tem ex furto, ff. pro socio, & nostra l. 2. & 8. tit. 10. part. 5.
ubi Montal. & Gregor. Bart. in l. si unus, §. si unus ex so-
ciis, ff. pro socio, ubi ait, quòd acquisita per unum ea so-
ciis ex usuraria pravitate, non sunt communicanda.
An communicentur inter virum, & uxorem, ut cæ- 190
tera, constante matrimonio, lucrata, vel potiùs maritus
talia illicitè quæsita antequam ea in communionem ad-
ducat, restituere valeat, ad Text. in cap. sicut non suo 46.
dist. & ad dicta jura in aliis sociis loquentia, Alexand. in
l. quod servus, in fin. ff. de acquirend. possess. Lupus in ru-
bric. de donat. §. 65. col. 2. num. 20. Challao. in consuet. Bur-
gund. rubric. 4. §. 2. vers. Et hac quæst. num. 16. & vers. Octa-
vo limita, Rebuff. in compend. alienat. rer. Eccles. nu. 19.
Roderic. Suarez in tit. de las ganancias, 4. limitat. Didac.
Perez in l. 2. tit. 4. lib. 5. ordinament. pag. 162. vers. Quæri-
tur, Azebed. in l. 2. num. 6. tit. 9. lib. 5. Recopilat. Garc. de
conjugal. quæst. num. 75.
Et an hæc lucra dividenda veniant in alia qualibet di- 191
visione ex dispositione legis, vel hominis facienda, Paul.
de Castr. in l. 3. ff. ad leg. Falcid. & ibidem Alexand. &
cons. 77. lib. 5.
Ex quibus rerum emolumentis, & quando in fructu 192
sint, hæc sufficiant, quæ maximè ad plures juris quæ-
stiones in praxi proderunt, veluti, si de eorum restitu-
tione, aut acquisitione in contractibus, ultimis volun-
tatibus, seu in sententiis agatur, & quid fructuum appel-
latione veniat, dubitetur.
De aliis autem rerum proventibus, ut sunt lapidicinæ, 193
laudemium, relevium, adhoa, partus ancillarum, ve-
nationes, piscationes, Ecclesiasticæ oblationes, & cæ-
tera rerum emolumenta, quæ in hoc capite deficiunt, in
capitibus sequentibus latius videbis, quia hic ista emolu-
menta, ut difficilioris, & longioris indaginis consultò omi-
si, & per singula capita ea tractare decrevi.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

Aqua in aliquo fundo nascens, vel per eum decurrens, an ipsius fructus sit, necne? pluraque obiter annotantur de ejus magna utilitate, & necessitate, necnon & de magna cura circa ipsius bonitatem, & copiam à Magistratibus habenda: & an fundi dominus, in quo nascitur, vel per quem decurrit, ea, ut cæteris fundi fructibus pro suo libitu, etiam in præjudicium inferiorum uti possit, vel cui velit concedere? Et quid si per longissimum tempus in fundum inferiorem decurrit? Et si aqua publica, vel privata sit? & si naturaliter, vel jure servitutis? Quando servitus inducta censeatur? Et per quod tempus? ad servitutes continuas, vel discontinuas: & quid si per opus manufactum fluerit? Et si ad æmulationem solitus cursus impediatur? An etiam ex venditione aquæ privatæ, ut alterius fructus gabella debeatur? Agitur quoque de Balneis, seu Thermis in privatis fundis constructis, vel naturaliter inventis: & quod ipsorum fructus reputentur: & quid de Thermis, seu Balneis publicis? multa de eis congeruntur, tam de artificialibus, & voluptuosis, quàm de naturalibus, quæ multis morbis expellendis prosunt: & quòd illa ex Republica expellenda: ista verò summa cura conservanda. Et quàm magna de utrisque circa apud antiquos maximè penes Romanos fuerit: apud quos innumera miræ structuræ, & magnitudinis recensetur: aliaque multa de eis non injucundè cumulantur.

SUMMARIUM.

1 *AQua nil utilius, nec magis ad vitam humanam necessarium inter cætera rerum emolumenta.*

2 *Dicitur ideò à propositione* A, *& relativo* Qua, *hoc est, à qua juvemur, sive à qua vivimus.*

3 *Vel à dictione Græca* A, *Latinè* Sine, *idest, sine qua, &c.*

4 *Similiter salutatio* Ave, *dicitur, à dictione* A, *&* ve, *hoc est,* sine ve.

5 *Qui aqua privatur, sine gladiu occidi dicitur.*

6 *Apud Romanos ideò exulibus, aliisve criminosis aqua & ignis interdicebatur.*

7 *Referuntur plura de hujus aquæ nobilissimi elementi, magna utilitate, æstimatione, & aliis præferentia.*

8 *Aquæ bonitas, quàm valdè ad salutem tuendam, morbosque expellendos conferat.*

9 *Aquarum publicarum cura, ut optimæ, & limpidissimæ sint, Civitatum Gubernatoribus commendatur.*

10 *Aquarum copia deficiente, quomodo defectum supplendus.*

11 *Quam magna Romanis fuisset solicitudo, & cura, ut copiosis aquarum fontibus Civitas abundaret.*

Referuntur Agrippa, & Claudii Imperatorum aquæductus, miræ magnitudinis, & structura ad id maximis sumptibus facti, d. n. 11.

12 *Refertur ingeniosissimus aquæductus Ioaneli nostræ Imperialis Civitatis Toleti, quàm utilissimus huic Civitati anteà fuisset, maximè opificiis sericis, & lanificis.*

Plurima opificia serica, & lanifica in nostra Civitate Toleti, & aliis pluribus Regni oppidi anteà exercebantur, hodie non ita, & ratio dict. num. 12. & 13.

14 *Plura alia referuntur de aqua, ejus qualitate, & bonitate, quomodo cognoscatur, & quæ aqua melior, pluvialis, fontana, aut fluvialis ad plures bonæ aquæ qualitates, & conditiones.*

15 *Aquæ vitium, sive mala qualitas quomodo purgetur, vel emendetur: ad lapideam distillationem, coctionem, & alios modos, & qui melior: & num. 16.*

17 *Ab onere residendi, vel commorandi in certo loco propter aquæ pravitatem excusare se quis non valet, cùm facilis sit purgatio.*

18 *Quid ob aeris intemperiem.*

19 *Moniales ob aeris intemperiem de uno Monasterio ad aliud transferri possunt.*

20 *Proponitur principalis hujus capitis quæstio, an aqua in fundo nascens, vel per eum decurrens, ipsius fructus habenda sit, necne?*

21 *Aquam in privato fundo nascentem ipsius fructum esse, pluribus rationibus, & juribus comprobatur, & num. 22. & 23.*

Emolumenta naturaliter ex rebus provenientia ipsarum fructus propriè sunt: d. num. 21. in fin. & 23.

24 *Aqua etiam per fundum privatum decurrens, postquam in eum ingressa est, ipsius fructus, vel emolumentum reputari debet.*

25 *Maximè attenta verbi* Fructus *lata, & generali interpretatione, qua omnia emolumenta occasione rerum provenientia, etiam si ex eis non nascantur, fructus dicuntur.*

Aqua, juxta superius dicta, in fundo privato nascens, vel per eum decurrens, ad fundi dominum pertinet, qui ea tanquam re propria, vel ejus fructu, prout sibi placuerit, uti poterit, num. 26. cum seqq.

27 *Etiam in præjudicium prædiorum, vel dominorum inferiorum.*

29 *Referuntur plures Doctores ad multas quæstiones remissivè circa liberum usum aquæ in fundo privato nascentis, vel decurrentis.*

30 *Dominus fundi superioris ipsius aqua subterranea, quæ per secretas venas ad fundum inferiorem defluit, in ejus præjudicium uti potest, ad jura singularia in* l. si in meo 21. l. 1. §. Denique, ff. de aqua pluv. arcend.

31 *Puteum in domo sua aperiens, non tenetur, etiam si ex hoc putei convicini aquarum venæ præcidantur, juxta Text. notabilem in* l. fluminum 24. §. Item videamus fin. ff. de damn. infect.

32 *Similiter dominus fundi inferioris, in quem aquarum venæ ex superiori protenduntur, eas fodiendo aperire poterit, etiam si ex hoc tota aqua propter novum naturalem cursum ad suum prædium dilabatur.*

33 *Dominus fundi, an aqua per eum decurrenti, quæ in origine publica fuerit, ad suum libitum uti possit.*

34 *Dominus fundi, an aqua, quæ in eo nascitur, vel defluit, in præjudicium inferiorum aliis concedere possit?*

35 *Præjudicium tertii per accidens non est attendendum, quando quis jure suo utitur.*

36 *Princeps, vel oppidum, an dominum fundi superioris cogere possit.*

37 *Gratia circa hoc, si qua per Principem concedantur, retinenda, juxta nostram* l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopilat.

Prædicta principalis regula, & conclusio, ut dominus fundi aqua in eo nascenti, vel decurrenti pro suo

suo libitu etiam in præjudicium inferioris uti possit, procedit etiam si per longissimum tempus, putà immemoriale in fundum inferiorem profluerit: nu. 58. cum seqq.

39 *Aqua in inferiora loca descendens, præsumitur potius per cursum naturalem, quàm jure servitutis decurrisse.*

40 *Hujusmodi aqua dominum fundi superioris uti, vel non uti, est quid facultativum, in quo non cadit præscriptio.*

42 *Objiciuntur difficillimi Text. in* l. hoc jure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æstiv. & l. si quis diuturno, ff. si servit. vindic. *& alia jura, quibus probari videtur solitum cursum aquæ in præiudicium fundi inferioris mutari non licere.*

Referuntur aliqua superioris principalis regulæ limitationes, quibus hæc iura procedere, & intelligi debent, num. 43. cum seqq.

44 *Primò præfatum liberum usum aquæ in favorem domini fundi superioris intellige, si aqua privata sit, secus si publica, in qua consuetus usus est servandus.*

Intelliguntur in hoc casu iura in dict. l. hoc jure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiv. & in dict. l. usum, Cod. de aquæduct. lib. 11. *& plurium Doctorum authoritates, numer. 45. cum sequentibus.*

48 *Aquarum publicarum solitum cursum privatis mutare non licet.*

49 *Aquam ex flumine publico, non navigabili, cuilibet pro suo usu, sive prædiis, irrigandis, sine Principis licentia deducere licet, nisi usus consuetus impediatur, ad Text. in* l. Imperatores, ff. de servit. rustic. præd. l. quominus, ff. de flumin.

50 *Aqua publica publico usui deservienti, ut putà pro lavandis pannis, locis publicis irrigandis, vel si aliis usibus publicis fuerit destinata, privatus uti non potest.*

51 *Aqua publica, vel privata quando dicatur?*

52 *Ante omnia circa id inspici debet vicinorum sive circumcolentium opinio, aut æstimatio.*

Secundò dictam principalem regulam, ut fundi superioris dominus in præiudicium inferioris aqua liberè uti possit, limita, si iure servitutis in fundo inferiorem per longissimum tempus, puta immemoriale defluere, num. 53. cum seqq.

54 *Intelliguntur etiam in hoc casu* dict. l. hoc jure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiv. & l. si quis diuturno, ff. si servit. vindicet.

55 *Pro hac præscriptione, & necessaria possessione formanda, non sufficit diuturnus naturalis cursus aquæ in fundum inferiorem: requiritur enim etiam prohibitio domini inferioris, ne divertatur per superiorem, & istius acquiescentia.*

56 *Ex simplici patientia, semota prohibitione, & acquiescentia nulla possessio, nec præscriptio formari potest, ut nec in aliis iuribus facultativis: & num. 57. & 58.*

Etiam si per mille annorum cursum aqua defluerit, ibid.

59 *Tertiò dictam principalem regulam limita, nisi servitus non divertendi conventione fuerit constituta.*

Intelliguntur in hoc casu iura in l. 1. §. Si quis hoc concessit, ff. de aqua quot. & æstiv. l. aquam, C. de servitut. & aqua, *ibid.*

60 *Aquæ concessio de exuberanti, & proprio usui non necessaria intelligi debet, ad Text.* in l. Præses, C. de servit. & aqua.

61 *Charitas benè ordinata, incipit à seipso.*

62 *Similiter juris pascendi in alieno territorio concessio de superfluo pastu, & superabundanti, non de necessario concedenti, intelligenda.*

63 *Eodem modo juris pascendi, præscriptio declaranda.*

64 *Et oppidorum communio, seu pascuorum societas pacto, vel consuetudine, etiam immemoriali introducta, ideo si unius oppidi vicinitas ità creverit, quod integra sua pascua sibi necessaria sint, dissolvenda erit, communio in pascuis.*

65 *Idem si privilegio jus pascendi debeatur.*

66 *Et in jure lignandi consuetudine, vel aliter quæsito.*

67 *Circa usum servitutis aquæductus ante omnia consuetudo est servanda.*

68 *Qui per unam partem fundi aquam ducere incepit, per aliam variande id facere non potest.*

In initio constitutionis servitutis testamento, vel aliter debita, cui competat electio partis, qua ducenda sit aqua? d. num. 68. in fin.

69 *Si quis per fistulas, vel canales aquam per fundum vicini ducere consuevit, an rivium, vel fossam pro magis commodè derivanda ei facere liceat?*

70 *Non potest quis dilatare, tollere, vel extendere rivum, vel per alium locum, quam consuetum, aquam ducere.*

71 *E contrà, qui per rivum aquam duxit, an per canales, vel fistulas id facere valeat?*

72 *An subterranei, vel lapidei conductus fieri possint?*

73 *Quando tacitè servitus aquam non divertendi in favorem fundi inferioris constituta censeatur, ut putà si opus manufactum pro ducenda aqua in fundo superiori, inferior dominus habuerit, vel si fossam, aut rivum purgaverit.*

74 *Quid si hujusmodi opus manufactum per dominum superiorem fuerit constructum?*

75 *An in ejus constructione per dominum inferiorem superioris scientia, & patientia requiratur?*

76 *Scientia ista, & acquiescentia quomodo probanda? & an per colonos ipsius fundi superioris.*

77 *Intelliguntur in hoc casu Text.* in l. 2. §. Idem Labeo ait si in agro, ff. de aqua pluv. arcend. l. 1. Cod. de servitut. & aqua, l. Proculus, ff. de damn. infect. *& num. 78.*

79 *Quod tempus requiratur in aqua ducenda servitute præscribenda ex flumine publico, vel privato, & quid si servitus continua, vel discontinua sit, & num. 80.*

Approbatur communis Doctorum quoad præscriptionem distinctio, sive differentia inter servitutes continuas, vel discontinuas in nostra servitute aquæductus, juris pascendi, aquandi, lignandi, & similium jurium, ibid.

81 *Reprobantur Parlador. & alii contrarium sentientes.*

82 *Statuta oppidorum, an prohibere possint, ne per dominos prædiorum superiorum ultrà proprium usum aqua divertatur?*

83 *Dominus fundi superioris in præjudicium inferioris aquam divertere nequit, si ad æmulationem faciat.*

84 *Nec novum molendinum in præjudicium inferioris ad æmulationem construere.*

85 *Similiter nec ædificare, vel quid aliud in præjudicium alterius facere.*

86 *Aemulatio in dubio non præsumitur, nisi clarè de ea constet, sed potiùs quem pro sua utilitate, & jure facere.*

87 *Aemulatio excluditur, ex quo quis principaliter pro sua utilitate aqua utatur, vel aliud opus faciat, & si secundariò præjudicium vicino inferat.*

88 *Aemulatio non præsumitur, nec præjudicium attenditur, ex quo per novi molendini constructionem concursus molentium prioris molendini minuatur.*

89 Ex fortalitiorum constructione æmulatio facilius præsumitur, nisi ex causa necessaria fiant.

90 Stante privilegio, aut legitima præscriptione, ne cursus aquæ in fundum inferiorem impediatur, nulla tunc æmulationis præsumptio probari requiritur, ne per superiorem dominum aqua divertatur.

91 Aquæ publicæ similiter in fructu sunt, sed earum usus omnibus communis est, ut aeris, alteriusve elementi.

92 Plura remissivè de aquarum publicarum inter convicinos divisione ad prædiorum irrigationes, molendina, & similia.

Ex venditione aquæ, ut ex aliorum fructuum, an gabella jure nostro debeatur, & quid si aqua publica, vel privata vendatur? num. 93. cum seqq.

96 Ex venditione nivis gabella, an sit solvenda? & n. 97. & 99.

100 Ex aqua privata venditione, an laudemium debeatur?

101 Aqua in computatione, sive liquidatione fructuum feudalium ad relevii, vel adhoa solutionem, an veniat?

102 Apud Italos territorii feudalis aqua ad Barones regulariter pertinent.

103 Rei, vel feudi fructum aqua auget, fructus naturales, sive industriales terram germinare faciens.

104 Referuntur alia plura emolumenta provenientia ex usu aquæ ad molendina, similiaque artificia, necnon & aquarum salientium voluptates.

105 Fontium hæc artificiosa emolumenta, magis voluptuosa, quàm utilia, eorumque sumptus plerumque dominum ad paupertatem redigunt.

106 Plura remissivè de his aquis salientibus, earumque ingeniosis, ac secretis artificiis, quibus aqua in altum mirabiliter erumpunt.

107 De voluptuoso, & multoties pecuniario, & salutari aquarum fructu, si Balnea nempè, in prædiis privatis fiant, aut thermæ naturaliter ibi nascantur, & num. 109. cum sequent.

108 Differentia inter Balnea, & Thermas, & quid unaquæque sit?

109 Balnea, sive Thermæ in prædiis privatis dominorum industria disposita, vel naturaliter inventa, & quidquid ab ea ingredientibus redigi possit, in prædiorum fructu sunt.

110 Referuntur plurima Balnea, ex quibus locatis ingens pensio quotannis redigebatur.

111 In Thermis, quæ in loco publico sunt, cuilibet aditus, sive usus patet.

Princeps statuere potest, ut quid in Thermis publicis abluendus solvat, sed melius facit, si earum usum liberum omnibus relinquat, dict. num. 111.

112 Plures Thermæ, sive salutifera Balnea iniquo vectigali eis indicto, divinitus exaruere, & eo sublato, liberoque usu omnibus concesso ut antea emanare cœperunt.

113 In nostra Hispania, quamplurima sunt Thermæ, vel salutaria Balnea, pro diversis morbis expellendis, sed eorum usus liber omnibus patet.

114 Plura remissivè de balneis, sive thermis artificiosis, naturalibus, salutiferis, voluptuosis, frigidis, calidis, sudatoriis, sulphureis, & similibus, eorumque usu, & voluptatibus apud Græcos, Romanos, & alias nationes, & n. 115, & 116.

Apud Romanos maximè, quam multa balneorum, sive thermarum differentia fuerint, quam varius usus inter Patricios, Nobiles, plebeios, & alias personas, num. 117. cum seqq.

De magno Romanorum circa balnea luxu, & voluptate, dict. num. 117. cum seqq.

Romanorum thermæ, & balnea mira cultura, & arte profusoque sumptu fuerunt, dict. numer. 118.

119 Romani Imperatores, ut placerent populo multa voluptuosa balnea gratuito ei præbuere.

120 Abusus aliquorum Imperatorum circa balneorum immoderatum usum.

121 In ultimis Romanorum temporibus balneorum numerus DCCCLVI. fuit, & quam plurima elegantissima structura, & sumptu.

122 Thermæ Diocletianæ stupendæ magnitudinis, & artis referuntur.

123 Increpatur hic balneorum Romanorum immoderatus luxus ex eleganti loco Senecæ.

124 De prisca Romanorum verecundia, quæ in balneis servabatur.

125 Viris cum mulieribus balnea frequentare non licet.

126 Apud Africæ Barbaros, & Turcas fœminæ suum lavacrum secretum habent, vel saltim diversis temporibus, & horis viri, & mulieres se abluunt.

Linteum apud Turcas ad balneorum ostia suspenditur, in signum viris, mulieres adesse, ne se temerè, aut ignoranter ad eas ingerant, dict. numer. 126.

127 Qui mulieres in balneis virorum ad vestimenta servanda conductas habent, notantur infamia.

128 Maritis repudia uxoribus mittere licebat, ex quo cum alienis viris se abluerint, dotesque etiam, & ante nuptiales donationes lucrabantur.

129 Maritus quoque cum alienis se lavans fœminis donationem propter nuptias amittebat.

130 Mulieribus ipsis lavacra in publicis balneis inhonesta reputat D. Hieronymus.

131 Increpantur propter earum inhonestatem celebratissimæ Badenses in Campania thermæ.

132 De horum balneorum voluptate, & propter fœminarum, virorumque concursum turpitudinem, & num. 133.

134 Balnea, an, & quando in Republica, maximè Christiana sunt permittenda?

135 Sunt valde utilia pro juvanda valetudine, si eorum usus moderatus sit?

136 Maximè hominibus litteratis.

137 Thermæ, sive balnea naturaliter calda, sulphurea, vitrosa, & similia salutaria pro expellendis morbis, magni in Republica habenda, & curanda.

138 Plura mirabilia in nostra Hispania pro expellendis variis, & inveteratis morbis inveniuntur.

139 Voluptuosis balneis sumptuosè structis ad delitias, & nimiam corporum recreationem Hispani parum curamus.

140 Nullis aliis balneis pro abstergendis corporibus, vel pro sanguinis calore in æstate temperando, quam naturalibus in fluminibus Hispani utimur.

Fluminum balnea, currente aqua, & natandi exercitio, salubriora, robustioraque corpora reddunt, d. num. 140.

141 Artificiosis balneis, aquis odoriferis, aliisque delitiis, & voluptatibus affluentibus homines effœminantur, multaque in eis conscientiarum pericula insunt.

142 Laudatur noster Rex Christianissimus Alfonsus VI. qui Toleti Imperiali Civitate a Mauris capta, Barbarorum balnea, quibus ad voluptatem utebantur, destrui fecit,

Re-

Refertur contrarium factum Magni Alexandri, victo Dario, d. num. 142.

143 *Propter balneorum, similiumque delitiarum voluptatem fortissimi, aliàs Romani, & Imperatores roborem antiquum, & Imperium amissere.*

144 *Eadem delitiarum causa aliorum Imperiorum potentiam perdidit.*

145 *In nostra Hispania, & si balneorum voluptates desint, sunt alia plures delitia, & luxus, quibus Hispani nostri Imperii lapsum timere debemus.*

146 *Quàm amplissima, potentissimaque nostro Catholico Hispaniarum Regi dominatio sit, & quod aliorum, qui fuerunt, & nunc sunt potentissimi Imperatores, & Reges Imperia antecellat.*

1 INter omnia quippe rerum naturæ emolumenta nul-
lum utilius, nullum ad vitæ humanæ sustentationem
necessarium magis, quàm *Aqua*. Necessarium quidem
præ aliis ad vitam hoc nobilissimum elementum esse fate-
tur Aristotel. *4. de generat. anim. cap. 2.* & ex Vitruv. *lib. 8.*
cap. 4. noster Ripa *in tract. de pest. part. 3. partic. 1. num. 6.*
& fatetur Divus Isidorus 13. *orig. cap. 12. & 20.* Qui ideò,
2 à propositione *A*, & relativo *Qua*, Aquam dicit, ait,
hoc est à qua juvamur, sive à qua vivimus, sequitur
3 Galeot. Matt. *de doctrin. promisc. cap. 28.* Vel juxta Fastum
à dictione Græca *A*, Latinè *sine*, hoc est, *sine qua*, eò
quòd sine ea tanquam necessario elemento satis difficilè,
& tardò vita ducitur, Masin. *de gelid. potat. abus. lib. 1.*
4 *cap. 13.* Sicuti etiam salutatio *Ave*, à dictione *A*, sive
sine, hoc est, *sine vo* interpretatur. Nam, ut in Sacra
Pagina habetur Ecclesiast. *cap. 29. Initium vitæ hominis est*
aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens tur-
pitudinem; idemque repetitur *in cap. 39.* ibi: *Initium ne-*
5 *cessariæ vitæ hominum, aqua, ignis, &c.* Unde qui aqua
privatur, sine gladio interfici, dicitur apud Judith *cap. 7.*
& similiter in *cap. 11. Qui patitur ex ariditate ipsius, inter*
mortuos computatur: & habetur in nostra *l. fin. ff. de rivis*,
juncta *l. de pupillo*, §. *Si quis rivos*, & ibidem Glos. *in*
6 *verb. Securitatis, ff. de nov. oper. nuntiat.* Qua ratione an-
tiquitus apud Romanos exulibus, vel aliis criminosis
aqua, & ignis interdici solebat, ut ita his elementis ne-
cessariis carentes, sine gladio perirent, ut ultra alios
benè Lactanc. Firmian. *lib. 2. Divinar. institut. cap. 10.* de
qua aquarum mortalibus summa necessitate plenè Bacc.
de therm. lib. 1. cap. 1. & de Tyber. aqua, lib. 1. in præ-
fation.
7 De utilitate autem aquarum, quàm magna sit, &
plura commoda hominibus afferat, de ejusque æstima-
tione, disputat latè Ludovic. Septalius, doctissimus Me-
dicus, *in suo commentar. ad Hippocrat. de aere, & aqua,*
& loc. commun. 1. text. 3. estque tanta utilitas, & commo-
dum aquæ, tanta ejus æstimatio, ut omnibus rebus præ-
ferant, cæterisque elementis imperet, Cœlum tempe-
ret; inidque per vapores Solis juvamine migret, ut post-
ea terram fœcundet, vitalemque animam herbis afferat;
quas enim fruges, arbores aliosve naturales, vel indu-
striales fructus, absque hujus nobilissimi elementi rore,
& beneficio terra germinaret: quæ animantia ariditate
non perirent, si ejus vivificante humiditate non frueren-
tur? est ergo omnium mater, cunctorum conservatrix;
hinc Thales dicebat, *aquam esse à qua nata sunt omnia*,
Lactanc. 1. *instit. 6.* fuit antiqua substantia, & Dei sedes,
seu vehiculum, juxta illud Genes. *Spiritus Domini fere-*
batur super aquas. Meruit primum præceptum, ut segre-
gata cuncta in esse producerentur Tertullian. *in lib. de ba-*
ptism. congeruntque alia singularia de ejus utilitate Di-
vus Isidor. 13. *origin. cap. 12.* Divus Augustinus in Genes.
lib. 5. Tertullian. *in loc. citat.* Senec. 3. *natural. quæst. 3.*
cap. 19. & sequent.
8 Sed inter omnia aquæ bonitas valdè ad salutem con-
fert, & juvat, Hippocrat. *de aere, & aqua, & loc. com-*
mun. 1. text. 1. Cai. Ametin. *in lib. 1. de aquaduct.* Petr.
Gregor. *lib. 3. syntagm. jur. cap. 12. num. 1.* Cardan. doctis-
simus Medicus, *in suo tract. de aqua*, qui tantò eam pro
tuenda salute extollit, ut omnem morbum solo aquæ usu
curari posse asserat, & latè probare nititur; ad alia utilia
noviter Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib. 1. tit. 4. quæst. 2.*
num. 6.
Quapropter aquarum publicarum curam, ut optimæ, 9
copiosæ, & limpidissimæ sint Civitatum Gubernatoribus
valdè, & primu locu commendant Politici. Plato *lib. 1.*
de legib. cap. 69. ibi: *Curam aquarum Ædiles habeant, ut*
in fontes, quàm limpidissimæ, sufficientesque ducantur, ac
Civitatem juvent, pariter & exornent. Aristotel. *lib. 7.*
Politicor. cap. 11. illic: *Primum est, ut aquarum suppetat*
intima copia. Ubi & quod aquarum copia deficiente, 10
huic incommodu per cisternas medeatur, idemque dixit
Plato *in loc. citat.* & prosequuntur de hac cura, & aqua-
rum solicitudine Rip. *de pest. tit. de remed. ad præser. salut.*
num. 6. Constant. Cæsar *en su agricultura, lib. 2. cap. 6.*
noster Bobadil. *lib. 3. cap. 5. num. 53. & cap. 6. num. 17.*
Sed inter omnes magna fuit Romanorum solicitudo, 11
& cura, ut copiosis aquarum fontibus Civitas abunda-
ret, quod cum maximis sumptibus in aquæductibus
Agrippa ita perfecit, ut præ aquarum ubertate, & per
ipsas cloacas amnes inundari viderentur: nullaque pro-
pemodum esset domus, quæ subterraneos meatus, &
fistulas non haberet, referunt Strabon. *lib. 5.* Plin. *natu-*
ral. histor. lib. 36. cap. 15. Dion. in August. & Julius Cæsar,
teste Sueton. *in ejus vit.* opus incohavit, quod peractum
à Claudio ferè omnis terrarum Orbis miracula superabat,
quippè aquæductus tantæ altitudinis fuerunt extructi, ut
in omnes urbis montes levarentur, montibus ad id per-
fossis, vallibus æquatis, necnon & cum arcubus miræ
magnitudinis, ut ita aquæ abundarent in publico, in pi-
scinis, in balneis, domibus, hortis suburbanis, & vil-
lis, Rosin. *de antiquit. Roman. lib. 1. cap. 15.*
Inter quæ tamen producendis aquis mirabilia opera 12
meritò, & fortè ante omnia numerari debet, qui est
apud nos in Imperiali Civitate Toleti ingeniosissimus
aquæductus, nobile Juaneli opus, quod hydraulica
machina, magna versatili rota, aquas ex Tago, inge n-
ti impetu, per tubos ductiles in editissimam urbis par-
tem pertraxit, unde in multos rivulos magno civium
commodo affluere in tanta copia, ut cùm hoc mirabile
artificium continuò volveretur, satis illi magnæ Civita-
ti aquas suppeteret, ejusque opificiis sericis, & lanificis,
in quibus decemmillia anteà exercebantur. Sed jam ho- 13
die utrumque ferè cessavit, quia nec volvuntur aquædu-
ctus rotæ, nec opificia illa nostro Regno utilissima, ut
anteà, frequentantur; & hoc ultimum non ob defectum
aquæ, sed ob abundantiam serici, & lanæ mercium,
quæ in aliis exteris Provinciis elaborantur, & nobis in-
troducuntur in notabile Reipublicæ damnum, vel potiùs
in totalem desolationem; ex hac enim sola causa non so-
lùm aurum, & argentum in alienigenas translatum vi-
demus; sed quod magis plorandum, aliæ hujus Regni,
cùm fabricarent, proprio commercio populatissimæ
Civitates, & oppida, cessantibus opificiis, & fabricis,
hominum eremæ, & penè desolatæ nostris temporibus
remansere, deficiente ita prima Regnorum substantia
hominibus, & divitiis: de remedio non est meum nunc
tractare, nullus tamen ignorat.
Ad alia autem generalia de aqua, ut hujus capitis præ- 14
fationem finiamus, maximè de ejus qualitate, & boni-
tate, quomodo cognoscatur; & quæ aqua melior,
pluvialis, vel fontanea, aut fluvialis? tractant plenissi-
mè Medici Hippocrat. *in tract. de aere, & aqua*, ubi bo-
næ aquæ conditiones epilogat, ut levissima, dulcissima,
tenuissima, & limpidissima sit, quæ in pluviali inveni-
ri ait, ex quo eam omnium optimam testatur: & sequun-
tur ex Avicen. Averr. & aliis Medicis multa etiam enco-
mia aquæ cœlestis afferentes, Cœl. Rodigin. *lib. 14. lect.*
antiquar. cap. 35. & 36. Chassaneus *in Catalog. glor. mund.*
part. 12.

Digitized by Google

part. 12.*considerat.*18.*&* 12. ubi in ultum quoque eatollit aquas fontanas, & fluviales, quamplurimos fontes, & fluvios referens, quorum aquarum mirabiles sunt effe-ctus, ultra quos plures bonæ aquæ qualitates, & conditiones diligentissimè percurrunt Galen. 1. *de sanitat. tuend. in lib. de bon. aqua*, Avicen. 2. 1. *tract.* 5. Vitruvius
14 integro, *lib.*8. ex recentioribus Andr. Thut. *in libell. de bon. aqua*, Cardan. *integr. tract. de aqua*, Pamphil. Herilac. *in lib.* 2. *de aqua*, Couvert. *decad.* 1. *paradox.* 1. Langius *lib.* 1. *epist.* 44. Georg. Agric. *lib.* 1. *de his, quæ fluunt ex terr.* Franc. Sckae. *de sal. potat. cap.* 12. & præter Medicos Rip. *de pest. part.* 3. *partic.* 1. *num.* 5. *cum pluribus sequentib.* Plin. *natural. histor. lib.* 31. *cap.* 3. Dioscorides *lib.* 1. *cap.* 14. Actius *lib.* 3. *cap.* 165. Constant. Cæsar. *in sua agricultur. lib.* 2. *cap.* 6. Simanc. *de Republic. lib.* 8. *cap.*8.

15 Quomodo autem aquæ vitium, sive mala qualitas emendetur, vel purgetur, videndi Plinius *dict. cap.* 3. Ludovic. Mercat. *de retract. præsid. usu, lib.* 1. *cap.* 2. *circ. fin.* Jouvent. *paradox.* 1. *decad.* 5. Mercurial. *variar. lect. lib.* 1. *cap.*8. & alia apud Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 2. *ex numer.* 62. Cardan. *in dict. lib. de aqua*, Septat. in Hippocrat. *de aere, & aqua, comment.* 3. *part.* 33. & noviter Zacut. *de Princip. Medic. hist. lib.* 1. *quæst.* 6. *histor.* 7. in quibus de lapidea distillatione, decoctione, & aliis modis. Et quòd decoctio sit omnium optimus,
16 ut non solùm omne aquæ vitium ignis virtute exaletur, & emendetur, sed etiam, ut ipsæ salubres aquæ salubriores reddantur.

17 Quæ ad praxim nota, ne quis ab onere residendi, vel commorandi in certo loco, propter aquæ pravitatem se excuset, quia facilis est purgatio, Zacch. *dict. quæst.* 2.
18 *num.* 7. *& ultim.* Licèt contra, ob aeris intemperiem, quia istius nulla emendatio, ideò justam causam non residendi præstat; & in aliis pluribus Hostiens. *in summ. tit. de conjug. servor. num.* 5. *in fin.* Henrich. Bouchic. *in cap. de illis, num.* 1. *vers. Et dico, de sponsalib.* Cappel. Tholos. *decis.* 87. *num.* 1. *vers. Nisi aliud*, Thom. Actus *de infirmit. cap.* 41. *num.* 2. *cum seqq. part.* 1. Farinac. *de delict. carn. quæst.* 14. *num.* 181. Pater Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disputat.* 40. *num.* 3. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 5. *tit.* 4.
19 *quæst.* 2. *ex num.* 3. Ubi idem in monialibus, quod ob aeris intemperiem de uno Monasterio ad aliud transferri possint.

20 Quibus generaliter cognitis de aquæ magna utilitate, æstimatione, & necessitate subingreditur jam hujus capitis nostra principalis tractatio: an, videlicet, aqua in fundo nascens, vel per eum decurrens ipsius fructus habenda sit, necne?

21 In qua quæstione, quoad aquam in fundo privato nascentem, omissa longiori disputatione, affirmativè respondendum est, eo firmissimo, & principali fundamento, quia inter omnia rerum emolumenta, nullum tam naturaliter ea re nostra provenit, ut aqua spontè in fundo nascens, ideò etiam verbo *Fructus* in sua naturali, & rigorosa significatione accepto, ita ut ejus nomine nil aliud comprehendatur, quàm quod ex ipsa re immediatè nascitur, juxta aliquorum doctrinam, de qua supra in cap. 3. adhuc tamen aquam inter fundi fructus connumerandam, ipsiusque Domino usui, & lucro cedere sine dubio est concludendum, juxta regulam generalem Text. *in l. item si fundi* 10. *ff. de usufruct.* ibi: *Quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est*, Hothoman. *in comment. verb. Iur. verb. Fructus, el* 1. *in fin.* Franc. Connan. *lib.* 4. *comment. Iur. Civil. cap.* 1. *num.* 2. Jacob. Mandel. de Alba *cons.* 619. *num.* 3. Petr. Barbos. *in l. divortio*, §. *Si vir, ex num.* 17. *ff. solut. matrim.* Escobar. *de ratiocin. cap.* 29. *ex num.* 1. Joan. Garcia *de expens. cap.* 23. *ex num.* 1. & aliis congestis Ciarlin. *tom.* 1. *contr.* 47. *ex numer.* 8. doctè Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæst.* 13. *ex num.* 11. 54. *&* 71. elegans decisio Guizarel. 34. ubi per tot. plura alia similia emolumenta connumerat. Paul. Christin. *in consuetud. Mechlinens. tit.* 11. *art.* 29. *ex num.*6. qui omnes præcipuè emolumenta naturaliter ex rebus provenientia fructus propriè esse etiam juxta rigorosam, nimisque strictam verbi *Fructus* significationem resolvunt.

Et in ipsa aqua notat D. Covar. *practicar. quæst. cap.* 37. 22
num. 3. & est Text. *in l. plenum* 12. §. 1. *vers. Sabinus, ff. de usu, & habitat.* ubi inter alios fructus, quibus usuarius uti debet, aqua annumeratur: similiterque etiam probatur per jura in *l. aquam, & in l. præses, C. de servit. & aqua*, in quibus aquæ usum, & cæterorum fructuum fundi, ad ipsius dominum pertinere dicitur, de quo etiam proximè.

Item hæc conclusio, ut aqua in fundo privato nascens, 23
ipsius fructus sit, ejusque Domino competat, fundari potest ex vulgari regula Text. *in l. qua ratione, & in l. adeò*, §. *ultim. ff. de acquir. rer. domin.* ex quibus frequenter DD. notant, quolibet emolumentum in fundo alicujus nascens, vel ea alia re proveniens, ipsius rei fructum esse, ad ejusque dominum pertinere: & clarius *in l. solum* 49. §. 1. *ff. de rei vindicat.* in illis vulgaribus verbis: *Meum est, quod ex re mea superest.* Quod in aqua in fundis privatorum nascente principaliter locum habere, nemo negavit.

Quæ omnia, ut aqua in fundo alicujus nascens ipsius 24
fructus sit, non solùm procedunt in aqua, quæ ibidem nascitur, sed etiam in ea quæ per illum decurrit; nam postquam in fundo privato fuerit ingressa, ejus fructus, vel emolumentum reputari debet, quia non tantùm emolumentum ex ipsa re nascens, ejus fructus propriè dicitur, sed magis latè, quæcumque utilitas occasione rei, vel propter rem proveniens: ideò Consultus Paulus *in dict. l. si fundi* 10. *ff. de usufruct.* in fructu esse dixit, non solùm, *quidquid in fundo nascitur*, sed etiam, *quidquid inde percipi possit*, quasi quid ultra ex re natum in fructu esse posse considerans, videlicet, si occasione rei utilitas aliqua proveniat, Joan. Garc. *de expens. cap.* 25. *num.* 1. & aliis congestis Guizarel. *decis.* 34. *ex num.* 1. *&* 15. Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæst.* 15. *num.* 71. *cum anteced.*

Quæ ampliatio maximè, & sine dubio procedit inspe- 25
cta verbi *Fructus* lata, & generali juris interpretatione, qua omnia emolumenta, sive utilitas, quæ occasione rei, vel propter rem mediatè, vel immediatè proveniunt, inter fructus annumerantur, licèt secùs esset, si propria, & rigorosa verbi *Fructus* significatio inspiceretur, juxta quam dumtaxat emolumentum ex re nascens, ejus fructus erit, ut benè declarant DD. proximè relati, Chassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 4. §. 17. *verb. Et faire les fruictz siens, fol.* 184. Franc. Connan. *lib.* 4. *commentar. cap.* 1. *n.* 2. Petr. Barbos. *in l. divortio*, §. *Si vir, ex num.* 37. *ff. solut. matrim.* Guaman. *de evict. quæst.* 21. *ex nu.* 1. *&* 3. Ciarlin. *tom.* 1. *dict. contr.* 47. *ex num.*8. & plenius pro plurium jurium declaratione vide per nos resoluta supra part. 1. c. 5. per tot.

Ex qua principali hujus capitis resolutione, ut aqua 26
in alicujus fundo nascens, vel per eum decurrens ipsius fructus sit, plura utilia ad praxim inferri possunt: & primò Dominum fundi privati, in quo aqua nascitur, tanquam re propria, vel ejus fructu, prout sibi placuerit uti posse probant in specie vulgaria jura in *l. Proculus, ff. de damn. infect. l. aquam, l. Præses, Cod. de servitut.*
& aqua. Et ad libitum pro suis agris irrigandis eam con- 27
vertere, etiam in præjudicium prædiorum, vel Dominorum inferiorum, ultra dicta jura Text. in *l.* 1. §. *Denique, ff. de aqua quotid. & æstiv. l. fluminum*, §. *Item videamus, ff. de damn. infect.* & ibidem Bart. & Paul. de Castr. gloss. *in dict.* §. *Denique, in verb. Habere*, Mascard. *de probat. concl.* 123. *ex num.* 1. Bursat. *cons.* 41. *numer.* 12. *&* 19. *lib.* 1. Vivius *decis.* 411. *num.* 8.

Idemque est resolvendum in aqua, quæ per fundum 28
alicujus transit, sive decurrit, nam statim, ac in fundo ingressa est, illius domini efficitur, eamque similiter in pro-

proprium fundum, vel quo voluerit, divertere poterit,
juxta Text. notabilem (licèt vulgarem) in l. 1. §. Illud
labeo, ff. de aqua quotid. & æstiv. quin ab eis, qui inferio-
ra prædia habent impediri possit, elegans doctrina Bart.
in l. quamvis, num. 25. in quæst. 12. ff. de fluminib. & ibidem
Jas. num. 88. & 91. Ripa num. 83. & 95. Bald. in l. aquam,
C. de servitut. & aqua, idem Bald. cons. 72. incipit, ad
evidentiam, lib. 1. Paris. cons. 112. 116. & 129. lib. 1. Cæ-
pol. de servitut. rusticor. prædior. cap. 4. idem Bald. in cap.
cum omnes, column. 11. de constitut. vers. Penè ex publico,
ubi eleganter format casum in rivulo qui ex flumine pu-
blico per prædium Titii ad prædium, vel molendina Seji
transibat, resolvitque benè Titium posse, si ei libuerit,
totam aquam in suis prædiis absolvere, & desiccata prata,
vel molendina Seji relinquere.
29 Et tam in aqua nascente, quàm quæ à superiori loco
per fundum alicujus in inferiorem dilabitur, latè de hu-
jusmodi aquæ libero usu ad plures quæstiones tractantes,
& complectentes plenissimè Thesaur. in eleganti dec. 245.
ubi ita semper per Senatum Pedemontanum decisum te-
statur Menoch. de retinend. remed. 6. num. 89. Boer. de-
cis. 362. num. 2. Bortel. cons. 1. num. 90. lib. 1. Card. Tusch.
practic. lit. A. conclus. 404. ex num. 20. & conclus. 405. ex
num. 27. Cancer. tom. 3. variar. cap. 4. num. 230. Surd. con-
sil. 388. num. 10. & cons. 447. num. 2. Francisc. Marc. de-
cis. 174. elegans consil. Lofred. 13. & Matth. de Afflict.
decis. 388. Cost. in tract. de jur. & fact. ignoram. distinct. 1.
num. 10. Jacob. Marquil. de usatic. strat. quæst. 2. & 3. Petr.
Gregor. lib. 4. syntagm. jur. cap. 5. num. 2. Amendol. in ad-
dit. ad Franch. decis. 183. num. 4. August. Barbos. in l. si ti-
bi num. 2. C. de servit. & aqua, aliqua Staiban. cons. 22. &
resolut. forens. 65. Franc. Tondut. Sanleger. lib. 2. resolut. ci-
vil. cap. 48. ex num. 1. Cyriac. controv. 310. numer. 20. cum
seqq. & controv. 462. num. 3. Xammar. rer. judicat. part. 2.
definit. 68. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. super pragm. 1.
cap. 6. num. 8. & 9. & super pragm. 8. cap. 74. num. 24. & 25.
Joan. Maria Novar. de gravam. vassallor. tract. 1. gra-
vam. 68. ex num. 6. idem in quæst. forens. quæst. 87. Clem.
Merlin. decis. 361. num. 18. cum seqq. & decis. 425. num. 4.
cum seqq. part. 4. recent. tom. 2. Roxas decis. 460. & novissi-
mè Franc. Maria Prat. discept. forens. tom. 1. cap. 47. nu. 29.
cum seqq. Dominic. Antunez de Portugal. de donation. Reg.
3. part. cap. 4. ex num. 25. Joan. Bapt. Luca in theatr. veri-
tat. & just. tract. de servitut. discur. 25. num. 2. & passim ad
plures casus in discursib. seqq. apud quos plures, & ele-
gantes quæstiones invenies circa liberam facultatem di-
vertendi, aut impediendi cursum aquæ per dominum
fundi superioris, in quo nascitur, vel decurrit.
30 Sed ultra alia illud, ut singulare nota, non solùm Do-
minum fundi aqua patenti, sive decurrenti super ipsum
fundum pro sua voluntate in præjudicium inferioris uti
posse, sed etiam aqua subterranea, quæ per secretas ve-
nas ad fundum inferiorem defluit, quia benè poterit Do-
minus superior venas istas in suo fundo fodiendo excide-
re, novum fontem, vel rivum faciendo, vel aliter, im-
pedire, ne aqua ad inferiorem fundum discurrat, nisi
servitus debita fuerit, vel animo nocendi id faciat (de
quibus limitationibus proximè dicam) pro quo sunt jura
singularia, & expressa in l. si in meo 21. ff. de aqua pluv.
arcend. ubi clarè id deciditur, ibi: Si in meo aqua erum-
pat, quæ ex tuo fundo venas habeat, si eas venas incideris,
& ob id desierit ad me aqua pervenire, tu non videris vi
fecisse, si nulla servitus, mihi eo nomine debita fuerit: nec
interdicto, quod vi, aut clam teneris, idemque fermè re-
petitur in l. 1. §. Denique, eodem tit. Et in aperiente pu-
31 teum in domo sua, præcidenteque venas putei convici-
ni, quòd non teneatur, est text. notabilis in l. fluminum
24. §. Item videamus, fin. ff. de damn. infect. ex quo, ut
ait ibidem Trebacius, jure suo utitur.
32 Ex quibus idem resolverem circa aquam fundi supe-
rioris, cujus aquarum venæ in inferiorem fundum pro-
tenduntur, quo casu licebit etiam Domino inferiori in
suo fundo fodere, venasque aperire, quamvis ex hinc tota
aqua ad suum prædium dilabatur, propter novum natu-
ralem cursum ad inferiorem; nam & in hoc casu suo ju-
re, & aquæ fructu utitur, quidquid contrarium sentiat
Cæpol. de servit. rustic. prædior. cap. 4. num. 66. & 67.
Item pro ampliatione prædictæ principalis conclusio- 33
nis eam intellige, ut procedat etiam si aqua, quæ per
prædium privatum decurrere incœpit in origine publica
fuerit, quia fortè de flumine publico jure est deducta,
nam postquam in fistulam, seu canalem alicujus privati
fuerit ingressa, desinit esse publica, & privata efficitur,
de eaque ad placitum fundi Dominus disponere, suis uti
poterit, ut in specie animadvertunt Boer. decis. 352. n. 5.
Petr. Surd. cons. 130. num. 2. Giurb. observat. 61. num. 81.
Domin. Valenzuel. cons. 81. num. 4. Dominic. Antunez de
Portug. de donation. Reg. 3. part. cap. 4. num. 24.
Item eandem principalem conclusionem amplia, ut 34
non solùm Dominus prædii superioris in præjudicium in-
feriorum aqua decurrenti, sive nascenti pro suo usu di-
vertere, sed etiam ad libitum aliis concedere possit, non
obstante præjudicio inferiorum quod tanquam per acci-
dens non attenditur, cum jure suo utatur, Xammar. rer.
judicat. part. 2. definit. 68. ex num. 1. Facit enim, quod si- 35
bi principaliter prodest, & jure suo utitur, licèt per ac-
cidens vicino noceat, Gloss. in dict. l. fluminum, §. fin.
ff. de damn. infect. Bald. in l. item lapilli, column. 2. ff. de
rer. divis. Franc. Tondut. lib. 2. resol. civil. d. cap. 48. n. 2.
optimè, & novissimè Franc. Maria Prat. discept. forens.
tom. 1. cap. 47. ex numer. 23. & 27. ubi plenè rem tra-
ctat.
Quæ ita procedunt, ut nec Princeps, vel oppidum, 36
sive communitas, eidem Domino fundi superioris, hu-
jusmodi liberum usum aquæ prohibere valeat, eum, ut
aliis aquam concedat, cogendo, tradit Matt. decis. 174.
per tot. Xammar. dict. definit. 68. per tot. ubi in ejus prin-
cipio, sive argumento ita decisum testatur, ne videlicet
dominus fundi aliter aquam inferioribus concedere tene-
retur, quam post ipsius fundi commodam irrigationem,
& in eodem casu resolvit Horat. Barbat. de divis. fruct.
1. part. cap. 3. num. 26. Quæ nota pro retentione gratia- 37
rum ob tertii præjudicium virtute nostræ l. 11. tit. 4. lib. 2.
Recopilat. si fortè in dicto casu privilegia, vel gratiæ per
Principem, vel suam Regiam Cameram concedantur.
Item nota præfatam principalem quæstionem, ut aqua 38
in fundo privato nascens, vel per eum profluens ipsius
fructus sit, & tanquam rei propriæ emolumento domi-
nus, prout sibi placuerit, uti possit, in præjudicium
prædii, vel Domini inferioris, procedere etiam si per
longissimum tempus, putà immemoriale, vel etiam per
mille annos ad inferiora prædia decurrerit, ut commu-
niter resolvunt DD. per Text. in dict. l. Proculus, ff. de
damn. infect. l. aquam, l. Præses, Cod. de servitut. &
aqua, Gloss. communiter recepta in l. 1. Cod. de servit. &
aqua, Bart. in l. si prius in t. opposit. ff. de nov. oper. nuntiat.
doctè cum aliis antiquioribus Cassan. in consuet. Burgund.
tit. des forestz pasturages, rubr. 13. in vers. Lonne peult,
§. 2. numer. 8. cum seqq. ubi casum elegantem disputat, &
resolvit inferiori domino ex tali cursu aquæ ad sua prædia,
vel molendina nullum jus, nec in petitorio, vel possessorio
acquiri. Et est ratio communiter per DD. approbata, quia 39
cum aqua semper ad inferiora loca descendat, præsumi-
tur ideò per cursum naturalem potiùs, quàm jure servi-
tutis decurrisse, optimè Jas. in dict. l. quominùs, quæst. 28.
num. 170. cum seqq. ff. de fluminib. Bursat. cons. 87. num. 10.
vol. 2. & ex Cæpol. Bald. & aliis antiquioribus Mascard.
de probat. concl. 123. num. 14. cum seqq. benè post alios Vi-
vius decis. 411. num. 3. Et quia jure facultatis aqua decur- 40
rit (est enim, ut dictum remanet domini superioris in li-
bera voluntate aquam tollere, eamque pro suis agris ir-
rigandis, seu aliter divertere) ideò, licèt per mille an-
nos non fecerit, non tamen ex eo accidisse præsumitur,
quia non potuit, sed quia noluit, & consequenter nulla
con-

consuetudo, aut præscriptio etiam per tempus immemoriale, tanquam in re merè facultativa, aut jure negativo induci poterit, Paul. de Castr. *cons.* 307. *lib.* 2. Decius *consil.* 373. *ex num.* 2.

41 Et in specie ex Gloss. Bart. & aliis antiquioribus ultrà relatos resolvunt ad plura Cæpol. *de servitut. rustic. prædior. cap.* 4. aliàs 86. *ex num.* 80. Balb. *de præscript. in* 2. *part.* 4. *part. princip. quæst.* 5. *num.* 3. Ricc. *collect.* 3430. & 3697. Anton. Gabriel. *lib.* 5. *commun. conclus. tit. de præscript. conclus.* 10. *num.* 13. optimè Chassan. *in loc. citat.* Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 4. *num.* 147. Xammar. *rer. judicat. part.* 2. *dict. definit.* 68. *num.* 3. Joan. Maria Novar. *quæst. forens. quæst.* 87. Donat. Anton. Marin. *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 16. *ex num.* 3. & 7. & novissimè Francisc. Maria Prat. *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 47. *ex num.* 33. Joan. Bapt. Luca *in theatr. veritat. & justit. lib.* 4. *part.* 1. *de servitut. discurs.* 25. *num.* 2. & passim in discursib. seqq.

42 Sed quia huic licèt verissimæ, & communissimæ resolutioni obstare videntur jura *in l. hoc jure*, §. *Ductus aquæ*, *ff. de aqua quotid. & æstiv. l. si quis diuturno*, *ff. si servit. vindicet.* quibus manifestè probari videtur solitum cursum aquæ, cujus origo hominum memoriam excedit, vel saltim, per longissimum tempus observatum in præjudicio fundi inferioris mutari non licere, pro quo etiam sunt jura singularia *in l. manifestè*, *Cod. de servitutib. l.* 2. §. *Idem labeo ait*, *si in agro*, *ff. de aqua pluv. arcend. leg. usum*, *Cod. de aquæduct. lib.* 11. & resolvunt Castrens. *in dict. l. si manifestè*, Bart. *in l. quo minus*, *ff. de fluminib. quæst.* 2. & clarius in *quæst.* 8. & ibidem Jason. *num.* 69. qui Bart. sententiam *in dict.* 2. *quæst.* comprobat, idem Jason. *cons.* 150. *lib.* 2. ubi benè defendit, quòd in aquæductibus à vetustate non sit recedendum, Vincent. de Franch. *decis.* 183. *num.* 17. Posth. *de manutent. post tract. decis.* 213. *num.* 7. Cravet. *cons.* 124. *num.* 8. Connan. *lib.* 4. *comment. cap.* 11. Caballin. *in tract. de divid. & indiv. numer.* 358. *cum seqq.* Morot. *cons.* 8. *num.* 25. & 26. & hoc amplius addit in *num.* 28. inferiores contra superiores agere posse, ut aquæductus veteres restituant, curentque, ut aquæ solitum usum retineant, Posth. *de manutent. post tract. dec.* 213. *num.* 7. & cum aliis latè fundat D. D. Joan. Bapt. Valenz. *cons.* 20. *num.* 23. *cum seqq.*

43 His ergo contra præfatam conclusionem juribus, & Doctoribus stantibus, pro omnium declaratione aliquas utilissimas, & frequentiores ad praxim limitationes superiori resolutioni subjiciam, in quibus non tam liberè hoc aquæ emolumento, sive fructu Dominus fundi superioris uti debet.

44 Primo igitur præfatam resolutionem limita, & intellige quando aqua est privata, secus si publica sit, & publico usui destinata, nam tunc licèt per fundos privatorum decurrat, non poterit per Dominos superiores impediri, aut diverti in præjudicium inferiorum, contra consuetum, & diuturnum usum, etiam si nullæ prohibitiones ex parte inferiorum Dominorum, & acquiescentia ex parte superiorum processerit. In quo casu apertè
45 loquitur *dict. l. hoc jure*, §. *Ductus aquæ*, *ff. de aqua quotid. & æstiv.* ut constat ex §§. præcedentib. in quibus, & in seqq. de flumine publico loquitur, & ita hunc Text. intelligunt eum cum communi opinione, & resolutione relata concordando Bald. & Salicet. *in l.* 2. *Cod. ad leg. Aquil.* Calcan. *cons.* 56. *num.* 13. Cæpol. *de servit. rusticor. prædior. tit. de aquæduct. num.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 123. *num.* 8. benè Ryminald. Senior. *cons.* 624. *num.* 5. *cum seqq. lib.* 4. Gasp. Anton. Thesaur. in addit. ad decis. sui Patr. Anton. Thesaur. *in dict. decis.* 245. *lit. A.* Franc.
46 Marc. *decis.* 111. *part.* 2. Et in eodem casu satis expressè loquitur Text. *in dict. l. usum*, *Cod. de aquæduct. lib.* 11. prout intelligit, licèt ad aliud doctissimus Dominus omni eruditione præcellens D. Joseph. Fernandez de Retes ad *leg. Scribon. num.* 13. eodemque sensu accipi debet Text. *in dict. l. si manifestè*, *Cod. de servitut. & aqua*, ex quo in eo fisci procuratori per Imperatores commendatur, ne quid contra veterem formam, aut solitum modum ducendi aquam fiat, quasi in illo casu procuratori fisci esset cognitio, ex eo quod agebatur de publica aqua, aliàs enim nulla pars fisci esset.

In quo etiam casu cum de aqua publica, ejusque soli- 47
to cursu mutando tractatur, loquuntur quidem plerique ex Doctoribus, quos pro contraria sententia adduximus supra num. 42. ut videri potest apud Bald. Jason. Cravet.
Franch. Posth. & alios ex ibi relatis. Nam cum de flumi- 48
ne publico, ejusve aqua distribuenda tractatur, est concors Doctorum placitum, antiquum, & solitum aquæ cursum immutare privatis non licere, ut ultra DD. relatos *supra dict. num.* 4. resolvunt per Text. *in l. hoc jure*, §. *Ex flumine*, *ff. de aqua quotid. & æstiv. l.* 1. §. *Sed labeo*, *ff. de fluminib.* Bart. *in l. quo minus*, *in* 1. & 2. *opposit. dict. tit. de flumin.* Bald. *cons.* 241. & *cons.* 463. *num.* 6. *volum.* 4. Paris. *cons.* 105. *lib.* 1. Berojus *cons.* 140. *num.* 4. *lib.* 3. Natt. *cons.* 55. *num.* 3. *lib.* 1. Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 4. *nu.* 245.
Petr. Surd. *cons.* 447. *num.* 34. Ideò quamvis ex flumine pu- 49
blico non navigabili cuilibet pro suo usu, sive prædiis irrigandis aquam deducere liceat, etiam sine Principis licentia, *l. Imperatores*, *ff. de servit. rusticor. l. quo minus*, ubi communiter notant Bart. & alii antiquiores, *ff. de fluminib.* Alexand. *cons.* 203. *lib.* 6. Roland. à Vall. *cons.* 97. *num.* 3. Forcatul. *dialog.* 85. *num.* 45. & conveniunt Regalistæ, Arias de Mes. *lib.* 2. *variar. cap.* 49. *num.* 11. hoc tamen rectè intelligit doctissimus Arias de Mesa in *num.* 13. nisi à solito cursu aqua divertatur, quia tunc licentia Principis necessario exigitur, quod, & declarant Joseph. de Sesse *decis.* 418. *num.* 29. Amendol. in addit. ad Franch.
dict. decis. 183. *num.* 5. Sicuti nec divertere licet aliam 50
quamlibet aquam publico usui deservientem, ut si pro lavandis pannis, locis publicis irrigandis, aut purgandis, aliisve usibus publicis sit destinata, Riminald. sen. *cons.* 624. *num.* 5. *cum seqq. lib.* 4. Gasp. Thesaur. in addit. ad Anton. Thesaur. *in decis.* 245. *lit. A.* Amendol. ubi proximè, Arias de Mes. *dict. cap.* 49. *num.* 12. & novissimè Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. quod maximè apud Romanos rerum publicarum communisque boni observantissimos servabatur, ut constat ex *l.* 2. *ff. de flumin. l.* 1. §. *Permittitur*, *ff. de aqua quotid. & æstiv. l.* 2. *ff. ne quid in loc. public. l. sed Celsus* 6. *in princ. ff. de contrah. empt.*

Quando autem ad prædicta, & alia plura aqua priva- 51
ta, vel publica dicatur, sunt jura *l.* 1. §. *fluminum*, *cum seq. ff. de flumin.* §. *fluminum*, *instit. de rer. divis.* in quibus publicum flumen dicitur, quod perenne est, & tam hyeme, quàm æstate decurrit: privatum, quod hyeme tantùm non æstate defluit, quod torrens proprius dicitur; Bart. autem in *tract. Tyberiad.* 2. *part. de insul.* non solum perennitatem, seu perpetuam fluxionem, sed etiam magnitudinem inspiciendam esse ait, ut publicum dicatur, secus, si non in tam magna quantitate decurrat, quia tunc rivum solum constituet. quasi in primo casu aqua illa publicæ utilitati prodesse possit: contra in secundo; pro quo est elegans, & singularis locus Bald. parum per DD. citat. animadvers. *in l. item lapilli*, *num.* 55. *ff. de rer. divis.* quibus convenit optimè explicans Ripa in *l. quo minus*, *num.* 1. *ff. de flumin.* qui eleganter flumina ex eo privata dici posse ait, vel quia perpetuò non fluant, vel ex quo publico usui apta non sint. De quo tamen articulo videndi DD. in *dict.* §. *flumina*, *instit. de rer. divis.* idem Bart. *in dict. l.* 1. §. *Fluminum*, *ff. de flumin. & in l. quo minus*, *ff. eodem*, in quibus juribus passim antiquiores, & ultra alios plura cummulantes Cæpol. *de servitut. rustic. prædior. cap.* 31. *ex num.* 1. & *cap.* 32. *num.* 1. Franc. Marc. *decis.* 344. *num.* 2. *part.* 2. Card. Tusch. *pract. concl. litt. F. concl.* 404. *numer.* 12. & 19. Marc. Anton. Eugen. *cons.* 41. *num.* 9. Hering. *de molend. quæst.* 15. *numer.* 8. *cum multis seqq.* Cancer. *part.* 3. *variar. cap.* 4. *numer.* 234. *cum seqq.* Arnisæus *de jur. Majest. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. Camil. Borel. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 8. *num.* 10. Cyriac.

contr.

Digitized by Google

contr.462.num.3. aliqua Maximil. Fust. in consil. pro arar. claus.6. ord.556. Sixtin. de regal. lib.2. cap.3. numer.3. & 4. & plenissimè ac frequenter tractant Ripol. Peregr. Alfar. Montan. & alii Regalistæ.

52 Nota tamen, ante omnia inspiciendam esse opinionem, aut æstimationem vicinorum, sive circumcolentium, eorumve usum, an aquam pro privata, vel publica habuerint, ut benè animadverit Cæpol. d. cap.31. num.3.

53 Secundò dictam regulam, & principalem nostram illationem, ut cuilibet aqua in suo fundo nascenti, vel quæ per eum ad inferiora loca defluit pro suo libitu, etiam in præjudicium inferiorum, uti valeat, limita, & intellige nisi jure servitutis aqua per longissimum tempus, puta
54 immemoriale in vicinum prædium profluerit. Quo casu intelligunt etiam Doctores referendi d. l. hoc jure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æst. dict. l. si quis diuturno, ff. si servit. vendicet.

55 In quo tamen nota, ultra temporis cursum requirit pro possessione, sive præscriptione, quod superioris fundi dominus aquam divertere volens per dominum inferioris fuerit prohibitus, & prohibitioni acquieverit; nam tunc, & non aliter ex hac prohibitione, & acquiescentia incipit juris negativi possessio, ut in cujuslibet actus facultativi, sive juris negativi præscriptione frequenter notant DD. & in nostra specie resolvunt benè explicantes Gloss. celebris in l.1. gloss. magna, C. de servit. & aqua, & in l. qui luminib. in princip. ff. de servitut. urbanor. prædior. Bart. in l. si prius in 7. oppos. ff. de nov. oper. nunciat. Jas. in l. quominus, in 6. vers. Ibi secundò confirmatur, Paris. consil.12. num.30. cum seqq. lib.1. Paul. de Castr. d. cons.307. lib.2. Cæpol. in tract. de servitut. rustic. prædior. d. cap.4.
56 ex num.5. Ubi etiam plenissimè ultra alios per tot. cap. de aquæductus servitute, quando realis, vel personalis dicatur, & alia plura, & ad nostram limitationem præscriptionis optimè ultra alios Chassan. dict. rubr.13. versic. lon ne peult, §.2. num.6. Mascard. de probation. dict. concl.123.
57 ex num.17. Ex simplici enim patientia, semota prohibitione, & acquiescentia, nulla possessio, nec consequenter præscriptio formari potest, quia sumus in facultativis juxta superius notata singulariter Bald. in cap.1. §. Si quis de manso, numer.14. vers. Sed nunquid aqua per se ipsa defluens, de controvers. investit. Vivius dict. decis.411. num.3. plenè etiam in mille annorum cursu aquæ, Calcan. cons.32. num.5. & cons.13. 54. & 55. Ricc. d. collect.3430. & 3697.

58 Et resolvunt optimè in specie ad hanc limitationem ex recentioribus Paul. Staiban cons.21. num.7. cum seqq. optimè pro intelligentia d. l. hoc jure, §. Ductus aquæ, & d. l. si quis diuturno, Marin. d. cap.16. num.6. & 7. Jo: Maria Novar. de gravam. vassallor. tract.1. gravam.68. ex n.1.7. & 8. & novissimè Franc. Maria Prat. discept. for. cap.37. nu.33. cum seqq.

59 Tertiò similiter limita, nisi ex conventione hæc servitus non divertendi aquam fuerit constituta, juxta Text. in l.1. §. Si quis hoc concesserit, ff. de aqua quotid. & æstiv. Bart. in l. quominus, quæst.14. vers. In contrarium videtur, ff. de fluminib. Thesaur. dict. decis.245. num.6. & constat etiam in d. l. aquam, ibi: Sine voluntate ejus, C. de servit. & aqua.

60 Quam tamen tertiam limitationem declara, ut aquæ concessio in dubio de exuberanti, & proprio usui non necessaria intelligatur, non autem de ea, quæ ipsi concedenti necessaria sit, juxta vulgarem Text. & elegantem, & in specie loquentem in l. Præses, C. de servitut. & aqua: Dum enim est, ut inquit Imperator: Et crudelitati proximum ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum usum propagari, optimè l. si quis per divinam, C. de aquæduct. lib.11. optimè in specie Cardin. Jo: Bapt. Luca in theatr. verit. & justit. lib.4. part.1.
61 de servitut. discurs.29. ex num.9. Et convenit vulgata regula per Legistas firmata ex dict. l. Præses, & per Canonistas ex cap. dilecti, de arbitr. quod prima, benèque ordinata charitas à se ipso incipiat; unde præsumendum non est, ad alterius oblectamentum, & abundantiorem commoditatem quem concessisse, quod proprio usui necessarium habebat.

Quæ etiam eleganter comprobantur, quia similiter 62
juris pascendi in alieno territorio concessio, juxta mentem concedentis intelligi, seu interpretari debet de superfluo pastu, & super abundanti domino concedenti, non de necessario, ut optimè resolvunt D. Covarruv. lib.1. variar. cap.17. num.11. versic. His verò, Petr. Surd. de aliment. tit.7. quæst.8. num.6. Rovit. super pragmat. Neap. in rubr. de pasc. num.17. Capiblanc. singul.191. extat in tract. de Baron. post tom.1. Cardin. de Luca dict. discurs.29. num.10.

Et eodem modo juris pascendi præscriptionem juxta 63
hunc modum in exuberanti pastu declarandam, notat originaliter Abbas in dict. cap. dilecti, de arbitr. quem communiter omnes sequuntur, & ultra Canonistas in dict. Text. Isern. in constitut. Neapolit. rubr.37. lib.3. n.2. & ibidem Matth. de Afflict. num.8. & decis.290. Chassan. in consuetud. Burgund. rubr.13. §.5. in vers. si non par cours, nu.3. Ant. Gabr. commun. conclus. tit. de præscript. concl.1. num.12. Hieronym. Portol. ad Molin. in §. Ganatum, numer.14. & 70. Morl. in empor. jur. part.1. tit.6. de servitut. quæst.4. num.29. Azebed. in l.1. tit.15. num.67. lib.4. Recop. Cancer. 3. tom. variar. cap.4. ex nu.52. optimè D. Covar. & Capiblanc. in loc. cit.

Quinimò plurium oppidorum communio, seu pascuo- 64
rum societas pacto inita, vel consuetudine etiam immemoriali inducta dissolvi poterit, si unius oppidi vicinitas ita creverit, ut integra sua pascua ei necessaria sint, ut per Abbat. in dict. cap. dilect. resolvunt Isern. Afflict. & D. Covar. supr. citati, ultra quos optimè Avendan. de exequend. part.1. cap.4. num.21. Cæpol. de servitut. rusticor. prædior. tit. de jur. pascend. Montal. in l.7. tit.2. lib.2. For. leg. Chassan. in consuetud. Burgund. rubr.13. §.2. num.27. & §.5. num.1. & 2. Franch. decis.301. benè stante immemoriali Ursil. ad Afflict. ad dict. decis.290. & ad decis.254. num.2. sequitur Capiblanc. dict. sing.191. & in eodem tract. de Baronib. tom.2. cap.8. num.15. & 16.
Et idem si privilegio jus pascendi debeatur, D. Covarruv. 65
ubi supra, Capiblanc. dict. singul.191. in princ. Avendan.
dict. cap.4. numer.27. Et idem in jure lignandi consue- 66
tudine, vel aliter quæsito in numer.21. in quo, & in jure aquandi, Azebed. in dict. l.1. tit.15. numer.67. lib.4. Recop. & cum alii Cancer. dict. cap.4. num.52. cum seqq.

Quibus tamen, ut frequentiora ad praxim adde cir- 67
ca usum hujus servitutis aquæductus, quoties præscriptione, conventione, vel aliter competat, quod in ejus
usu ante omnia consuetudo servetur. Ita ut si quis per 68
unam partem fundi aquam ducere incœpit, per aliam variando id facere nequeat, l. fin. & ibidem Bart. ff. de aqua quotid. & æstiv. Cæpol. de servit. rustic. prædior. dict. cap.4. num.22. ubi quid in initio constitutionis servitutis testamento, vel aliter debitæ, cui competat electio partis, qua aqua ducenda sit?

Quapropter si per fistulas, aut canales quis per fun- 69
dum vicini aquam duxit, rivum sive fossam pro ea magis commodè derivanda, facere non licebit, quia deterioraretur fundus serviens in eo defodiendo, argument.
Text. in l. servus, §. Si quis novum, ff. de rivis. Ubi 70
quòd non possit quis dilatare, vel attollere, aut extendere rivum, vel per alium locum ducere; & probatur etiam in l.2. §. Ait Prætor 3. vers. Quod autem ait, ff. ne quid in flumin. public. & in l.1. §. Restituas, ff. ne quid in loc. public. Cæpol. d. cap.4. num.63.

Contrarium tamen resolvendum est in eo, qui per ri- 71
vum aquam duxit, quem benè per canales, aut fistulas id facere posse ait, ex quo nullum ex hoc majus præjudicium prædio servienti infertur, optimè Cæpol. in dict.

cap.4.nu.62. & ad alia plura singularia videndus ipse Cæpol. *per tot. cap.* Ubi *ex n.59. & 62.* quando subterranei, vel lapidei conductus fieri valeant.

73 Quartò superiorem principalem resolutionem circa liberum usum aquæ, & divertendi facultatem, quam in suis prædiis quilibet habet, limita cum non solum expressè servitus non divertendi in favorem domini inferioris fuerit constituta, sed etiam cum ex facto aliquo ipsius Domini inferioris pro ducenda aqua in fundo superiori adhibito, & acquiescentia, aut patientia domini fundi superioris istius voluntas induci poterit; quod tunc continget, si dominus fundi inferioris, superiorem pro ducenda aqua fuerit ingressus; vel pro aqua derivanda fossam in eo fecerit, rivumque purgaverit; vel etiam si aliquod opus manu, seu aquæductum fecerit, quo casu jus ducendi aquam tacitè constitutum, & permissum censetur, quin aliqua immutatio per superiorem Dominum postea fieri valeat, ut per Text. *in leg. cui fundum, ff. quemadmod. servit. amittant*, resolvunt, maximè, si pro ducenda aqua opus manu factum inveniatur, quod tunc jure servitutis, pacto, vel aliter constitutæ ducta præsumitur, Bald. *in tit. de controvers. investit. §. Si quis de manso, num.14. in usib. feudor.* idem Bald. *in l.2. C. ad leg. Aquil.* & ibidem Salicet. Cæpol. *de servitut. rusticor. prædior. cap.4. de aquæduct. num.57. cum seqq.* ubi plenissimè rem explicat, Aymon. Cravet. *consil.124.* Calcan. *cons.53. per tot.* Mascard. *de probation. dict. concl.123. num.17.* optimè declarans Paris. *cons.112. n.30. cum seqq. lib.1.* Steph. Grat. *discept. forens. cap.615. numer.14.* Staiban. *cons.21.* Capiblanc. *de Baron. tom.2. super pragmat.8. cap.46. numer.25.* Posth. *de manuten. observat.34. numer.8.* August. Barbos. *in collect. super Cod. in leg. si tibi, num.4. Cod. de servitut. & aqua*, Cyriac. *controvers. jur. contr.310. num.60.* ubi quod probetur servitus per opus manufactum intra prædium illius contra quem præscriptio prætenditur, sequitur Tondut. *resolut. civil. lib.2. cap.48. num.8.* Roxas *decis.460.* optimè Giurb. *observat.60. nu.11. & 12.* qui benè fundat, & etiam DD. relati tunc aquàm jure servitutis fluxisse censeri: & novissimè Cardinal. de Luca *in theatr. verit. & justit. part.4. de servitut. discurs.25. numer.3.* & passim *in discursib. sequentib.*

74 In quo tamen nota, opus manufactum constructum esse debere, non ab ipso domino fundi superioris pro ejus usu, & commoditate, sed à domino fundi inferioris, & quod ad istius usum, sive ducendam aquam principaliter sit ordinatum, ut benè animadvertunt Cyriac. *dict. controv.310. num.159. cum seqq.* & ex pluribus Rotæ decisionibus, de Luca *in dict. tract. de servitutib. discurs.31. nu.4. & discurs.27. nu.2.*

75 Item nota non sufficere opus ministerio, vel manu domini inferioris factum, sed necessariam esse scientiam, & patientiam domini superioris per acquiescentiam, vel ingressu in Domini inferioris producenda aqua, benè Paris. *in loc. citat.* & Mascard. *numer.18.* Vivius *decis.411. num.4.* Bursat. *cons.156. num.36. vol.2.*

76 Qui hujusmodi scientiam, & patientiam domini superioris per ipsius acquiescentiam testibus probari, debere, ait nec sufficere patientiam colonorum probari, sed ipsius domini acquiescentiam requiri, notant Balb. *de præscript.3. quæst.4. partis principal. quæst.1. numer.12. vers. nota quod scientiam, & patientiam conductoris*, Tondut. *dict. cap.48. numer.5. cum seqq.* & novissimè Domin. Antunez de Portugal. in suo docto, & pleno *tractat. de donation. Reg. part.3. cap.4. num.27.* coloni enim, vel conductores dominis præjudicare non possunt, ut notant DD. *ad leg. fin. Cod. de acquirend. possess.* cum pluribus Posth. *de manutent. observat.35. num.58. & seqq.* & in simili Joan. Bapt. Luca *in theatro justit. d. tractat. de servitut. discurs.25. num.4.*

77 Quo casu, & limitatione ultra superiores intellectus, apertè meo judicio procedunt, & intelligi debent jura contra principalem nostram conclusionem superius allegata *in dict. leg.1. §. Idem labeo ait, si in agro, ff. de aqua pluv. arcend. & dict. leg.1. Cod. de servitut. & aqua*, quibus probare nitebamur, & DD. superius *dict. n.42.* citati pro certo sibi adstruunt, superius fundi domino solitum cursum aquæ in præjudicium inferioris mutare non licere; sed certè jura hæc licèt de eorum declaratione Doctores superius circa hanc materiam relati nullam mentionem faciant, in casu dictæ limitationis intelligi debent, imò per has leges hæc proxima limitatio apertè comprobatur, quia ex ipsarum verbis constat, juxta hanc limitationem loqui, videlicet, cum non solum diuturnus cursus aquæ intervenerat, sed cum simul aliquod opus erat factum, ut patet *in dict. §. Idem Labeo*,
ibi: *Planè, si fossam jure factam, aut cujus memoria non* 78
extat. Et *in dict. leg.1.* non agitur de aquæductu, sed de servitute, quæ in mero facto, sive ædificio in præjudicium luminum aderat: quo casu ordinariam præscriptionem propter manifestam adversarii patientiam procedere nemo dubitat, & in hoc etiam casu loquitur, quasi id supponens Text. *in l. Proculus, ff. de damn. infect.*

De tempore autem necessario huic præscriptioni, de 79
qua in superioribus limitationibus, videndus ante alios Cæpol. *de servitut. rusticor. prædior. dict. cap.4. de aquæduct. ex numer.55. & 59. in fin.* qui pro aquæductu ex flumine publico præscriptione quærendo immemorialem requiri resolvit: ex privato verò, si sit continua, vel quasi continua servitus, tempus ordinarium 10. annorum inter præsentes, aut 20. inter absentes; si verò discontinua sit, immemorialem quoque, ut in flumine publico necessariam esse ait: quæ resolutio circa aquæductum ex flumine publico oritur *in leg. hoc jure, §. Ductus aquæ*, quæ ita intelligi debet, *ff. de aqua quotidian. & æstiv.* in aquæductu verò ex privato rivo extat Text. ita intelligendus *in leg. si quis diuturn. similis, ff. si servit. vindicet.* quæ rectè in servitute continua aquæductus ex privato rivo procedit, & intelligi debet, si quidem nulla immemorialis temporis in ea mentio fit, sed solum diuturna præscriptio, ordinaria, nempè, ibi exigitur.

Pro qua distinctione, quoad secundam partem, & 80
differentiam servitutis continuæ, vel discontinuæ, ut in ista immemorialis præscriptio exigatur, in illa verò ordinaria sufficiat, extat etiam expressa nostra *leg.15. tit.31. part.3.* & communiter pro ea resolvunt DD. tam Regnicolæ, quam exteri, in juris pascendi, aquandi, vel aquam ex puteo, aut fonte hauriendi, lignandi, venandi, & similium jurium præscriptione, quæ causam continuam, aut quasi continuam, vel discontinuam habent, per jura sub hac distinctione intelligenda *in leg. si quis diuturno, ff. si servit. vindic. leg. foramen, de servit. urbanor. prædior. leg.2. Cod. de servit. & aqua*, quæ causam continuam, vel quasi continuam habent, Gloss. & alii antiquiores *in d. l.2. C. de servit. & aqua*, optimè Gregor. *in d. l. part.* D. Covarruv. *1. variar. cap.17. n.10. cum seqq.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr.13. §.5. gloss.3. n.1.* Mysinger. *singul. observat. centur.4. observat.53.* Anton. Gomez *2. variar. c.51. nu.26.* benè Practic. Papiens. *in form. libell. in action. confessor. in verb. servitus aquæductus, n.19. & 20.* Bald. *in tractat. de præscript.2. p.4. partis principal. quæst.1. per tot.* D. Padill. *in leg.2. Cod. de servitut.* Cevall. *comm. contr. commun. quæst.47.* Mol. *in empor. jur. tit.6. quæst.4. nu.14. cum seqq.* Fachin. *lib.8. contr. cap.22.* ubi latè rem disputat Cancer. *tom.3. variar. cap.4. numer.46.* & cum aliis Anton. Pichard. *in §. Æquè si agat, nu.11. instit. de action.* August. Barbos. *super Cod. in leg.14. de servitut.* D. Joan. del Castill. *de usufruct. cap.68. ex numer.13.* latè tractat. Otter. *de pasc. cap.18. numer.21.* D. Valenzuel. *cons.20. per tot.* D. Crespi *observat.63. nu.18.* doctissimus Dominus, & Præceptor venerandus D. Joseph. Fernandez de Retes *ad leg. Scribon. nu.14.* ubi alios laudat, & ut magis communem, & veriorem hanc inter continuam, & discontinuam servitutem distinctionem, quoad præscriptio-

ptionem Rotam frequenter sequi novissimè testatur Joan. Bapt. Luca *in theatr. verit. & justit. lib. 4. part. 1. de servitut. discurs. 32. numer. 7. & discurs. 33. numer. 4.* Quidquid differentiam hanc servitutis continuæ, vel discontinuæ improbent. Parlador. *lib. 1. quotid. cap. 1. §. 8. numer. 9.* Suarez *in annotat.* ad Anton. Gomez *in dict. cap. 15. litt. P.* Otter. *de pasc. cap. 18. num.* sed malè, quia contra rationem, & communem DD. placitum maximè, apud nos approbatum *in dict. leg. 15. tit. 31. part. 3.*

82 Quintò dictam principalem resolutionem limita, stante legitimo statuto, vel consuetudine oppidorum, ne cursus aquæ ad inferiora prædia per superiorum dominos ultra proprium usum divertatur, Calcan. *dec. 56.* Thesaur. *dict. dec. 245. num. 5.*

83 Sextò limita, ut non procedat dicta regula, ad æmulationem, hoc est, si principaliter præjudicium inferendi causa inferioribus dominis cursum aquæ superiores impediant, ut resolvunt ultra plures ex relatis per jura *in leg. 1. §. Denique, l. si in meo fundo, ff. de aqua pluv. arcend. l. fluminum, §. fin. ff. de damn. infect.* (bonus Text. *in l. Provincias*, juncta ibi Gloss. *Cod. de ædific. privat.*) magistraliter Bart. *in leg. quominus in 1. quæst. ff. de flumin.* & ibidem Jason. *num. 21. & 22.* Ripa, & alii DD. *in d. l. 1. §. Denique*, Capyc. *in sua investit. feudal. verb. flumin. vers. Limita tertio*, Alexand. *cons. 194. num. 3. & 4. lib. 2.* Bald. *in l. item lapilli, nu. 7. ff. de rer. divis.* optimè Andr. Gail. *observat. 63. num. 27.* Practic. Ferrariens. *in form. libell. in action. confess. verb. Servitus aquæductus, num. 7.* Siatin. *de regal. lib. 2. cap. 3. nu. 43. cum seqq.* Joan. Hering. *de molendin. q. 25. n. 57.* Joann. Maria Novar. *lib. 1. q. forens. qu. 82.*
Joan. Bapt. Thor. *in compend. dec. part. 2. verb. Aqua.* Qui
84 maximè loquuntur in impedientibus usum aquæ, propter
constructionem novi molendini, vel ex alia causa, si id
ad æmulationem faciant.

85 Et contra quemlibet alium, qui similiter ædificat, vel quid simile facit ad æmulationem, notant ultra relatos idem Bart. *in leg. 1. in princip. ff. quod cujusq. universit. nomin. & in leg. ex hoc jure, numer. 7. ff. de instit. & jur.* & ibidem Paul. de Castr. & Jason. Innocent. & Abbas *in cap. Pisanis, de restitut. spoliat.* Guid. Pap. *singul. 427.* optimè Roman. *in consil. 52.* Gail. plures casus adducens, *lib. 2. dict. observat. 69. numer. 27.* Aviles *in cap. Prætor. 23. ex numer. 4.* Pont. *dict. tit. 10. de mercat. & nundin. numer. 6. cum seqq.* Sixtin. *de regal. dict. cap. 3. numer. 48. cum seqq.* Gabriel. Pereyr. *decis. 33.* Carpzov. *decis. 108* Anton. Perez. super *Cod. ad tit. de ædif. privat. numer. 6.*

86 In quo tamen nota æmulationem in dubio non præsumi, nisi clarè de ea constet, quia in dubio potius, quis pro sua utilitate, & jure ædificare, vel quid aliud facere præsumitur, quam ad æmulationem, & alterius injuriam, *gloss. in leg. fluminum, §. fin. ff. de damn. infect.* Bald. *in dict. leg. item lapilli, col. 2. num. 4. ff. de rer. divis.* Jason. *in dict. leg. ex hoc jure, num. 11. ff. de instit. & jur.* plenè Paris. *cons. 112. num. 11. lib. 2.* ubi multa allegat. Mascard. *de probation. conclus. 123. numer. 21.* & cum aliis pluribus Anna *alleg. 95. num. 5. vers. In dubio autem*, Siatin. *de regalib. dict. cap. 3. ex numer. 68.* Capyc. Galeot. *tom. 2. contr. 53. ex numer. 48.* Carpzov. *dict. decis. 108.* Staiban. *resolut. forens. 65.* & novissimè Franc. Rocc. *respons. legal. respons. 93. per tot.* Franc. Maria Prat. *discept. forens. tom. 1. cap. 47. numer. 27.* & plenius plura cumulans pro æmulatione excludenda, *tom. 2. cap. 30. ex num. 20.* Gail. Aviles, Ponte, & alii ex proximè relatis.

87 Pro cujus tamen limitationis, & ejus proximæ declarationis pleniori intellectu nota, ex eo rectè æmulationem excludi, vel præsumi posse, ex quo principaliter quis pro sua utilitate, & commodo aqua utatur, vel aliud opus faciat: nam tunc, licet secundario vicino damnum inferat, hoc præjudicium tanquam per accidens, & in consequentiam non est attendendum, quominus alius suo jure utatur: secus verò quando sine aliquo proprio commodo aquam quis divertere vult, vel ædificium facere, quo casu æmulatio præsumitur, & ita in effectu resolvunt Bart. *in dict. leg. quominus, numer. 2.* & ibidem Jason. *numer. 21. & 22. ff. de flumin.* idem Jason. *in dict. leg. ex hoc jure, num. 11. ff. de instit. & iur.* Bald. *in leg. item si lapilli, col. 2. num. 2. ff. de rer. divis.* Ripa *in dict. leg. quominus, num. 27.* Alexand. *cons. 194. numer. 3. & 4. lib. 2.* optimè Andr. Gail. *lib. 2. dict. observat. 69. num. 27.* Jacob. Cancer. *tom. 3. variar. cap. 4. num. 250.* & ita ferè conveniunt Siatin. *de regal. lib. 2. cap. 3. num. 48. cum seqq.* Franc. Maria Prat. *discept. forens. tom. 1. cap. 47. ex num. 27. & tom. 2. cap. 30. ex num. 20.* Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg. part. 3. cap. 4. nu. 51.*

Benè Pont. *de potest. Proreg. in rubr. de divers. provision. tit. 10. de mercat. seu nundin. numer. 6. cum seqq.* 88
qui in bono casu loquitur, quod videlicet non dicatur præjudicium formatum ad æmulationem contra vicinum præsumendam, quando per constructionem novi molendini tantummodo tolleretur concursu molentium, idemque tenuit Alberic. *in leg. si manifestè, in fin.*
Cod. de servitut. & aqua. Et notabiliter in eo, qui nova 89
castra, vel fortalitia construit, quod ad æmulationem, & injuriam alterius præsumatur, si nulla ea causa necessaria id faciat, per Text. *in dict. leg. Provincias, ff. de ædific. privat.* idemque docet noster Aviles *in capit. Prætor. 23. gloss. Torres, num. 4. & 5.* ubi quod facilius in his fortalitiis, aut Castellis æmulatio præsumitur, ex quo non tam necessaria, ut alia domorum, & similium ædificia.

Quibus semper adde, & intellige tunc nullam æmulationis præsumptionem requiri in superiori Domino, qui aqua in præjudicium inferioris utitur, vel molendinum ædificat, ut in tali usu, vel constructione cesset, quando secundo ea privilegio, aut consuetudine legitimè præscripta competeret, ut ipse solus aqua juxta aliquem modum uteretur, vel molendinum haberet, in hoc enim casu nullo modo superior solitum cursum aquæ, etiam citra ullam æmulationem impedire posset, vel aliud molendinum construere, juxta superius resoluta *à numer. 53.* ad secundam, & sequentes limitationes, Jason. *in dict. leg. quominus, num. 85. ff. de flumin.* & ibidem Ripa, *num. 82. vers. Tertiò intellige*, Bald. *in cons. 463. col. 1. vers. Sed si tu haberes, lib. 4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 89. num. 11.* 90

Hæc de aquis privatis, & de earum usu, aut fructu: aquæ verò publicæ licèt similiter in fructu hominibus sint, earum tamen usus omnibus communis est, ut aeris, alteriusve elementi, *§. Flumina*, ubi DD. *Instit. de rer. divis.* & frequenter Regalistæ. Ad alia de 91
aquarum publicarum divisione inter convicinos, ad constructiones molendinorum, prædiorum irrigationes, molendina, & similia: & quid quoad Dominos inferiores territoriorum, quando eis hujusmodi aquarum emolumenta competant, dicam plenius infrà in suis locis *in 2. tom.* hujus operis. 92

Prosequendo ergo hujus capitis materiam, & principalem conclusionem superius fundatam, ut videlicet, aqua privata inter fructus fundi connumerari debeat, notabiliter ex eo ad praxim infertur, quod sicuti ex aliorum fructuum venditione gabella apud nos solvitur, ita etiam, si quis aquam ex suo fundo privato manentem, vendat, vel ex stagno, puteo, aut fonte, tenebitur ad gabellam, quia verè propriam rem, aut 93
fructum distrahit; licet secus sit in aquatoribus, qui 94
ex fonte, aut flumine publico aquam privatis certa mercede portant; quia isti non aquam vendunt, cujus usus cum publicus, & communis sit, omnibus patet, sed laborem, & operam, pro illa adsportanda locant, ita nostri Regnicolæ Lasart. *de decim. vendit. cap. 2. numer. 30.* Girond. *de gabell. part. 2. §. 2. num. 13.* Joan. Gu-

tierrez *eodem tractat. cap.* 35. *num.* 33. & in secundo casu notant Humad. in Schol. ad Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 13. *gloss.* 3. *num.* 8. *part.* 1. Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 2. §. 2. *num.* 12.

95 Quod tamen limita quoad publicam aquam, si quis eam hyemali tempore doliis, vel privatis cisternis ex publico recondat, ut in æstate vendat, propter ejus forte in Provincia penuriam, quo casu idem, ac in primo resolverem, quia tunc ipsa aqua privata jam
96 effecta venditur. Quæ comprobantur exemplo nivis hyemali tempore reconditæ, & postea in æstate venditæ, de qua venditione cum res propria, licèt antea publica, & communis vendatur, gabellam deberi, docent Parlador. *dict.* §. 2. *numer.* 14. & 15. Lasart. *dict. cap.* 2. *num.* 30. Girond. *dict. nu.* 13. Gutierrez *dict. cap.* 35. *num.* 34. ubi quid si de loco publico statim vendenda adsporteiur.

97 Sed superiori resolutioni, ne aquam ex publico certa mercede adsportantes gabellam solvant, & rationi quam ex nostris Regnicolis superius consideravimus, quod non aqua, quia publica, & omnibus communis venditur, sed opera tantum locatur; obstat, quod verius videtur, ut in nive diximus, aquam ex fonte, vel flumine publico captam statim privatam, & capientis fieri, unde ipsam aquam privatam jam effectam vendi videtur, & consequenter gabellam solvendam, ut in nive dictum remanet: quod, & aliarum rerum alias publicarum venditione comprobari posset, ut sunt pisces, cuniculi, & similia, quæ similiter, ut aqua, antequam ex flumine, vel leporario communi capiantur, publica, & omnibus communia habentur, & tamen de eis captis, & venditis, gabella debetur, ex quo hujusmodi res alias publicæ semel captæ privatæ efficiuntur, ipsasque vendi nullus dubitat.

98 Sed adhuc, his non obstantibus, à prædicta Regnicolarum communi, & in praxi servata resolutione, ne ex aqua ex publico, certa mercede, adsportata gabella solvatur, non est recedendum: nec obstant proximè considerata, quia licet verum fatear, aquam ex publico captam privatam capientis fieri, quidquid circa hoc nostri Regnicolæ contrarium sentiant, nullam enim inter aquam, & nivem, aliasque publicas res differentiæ assignari rationem posse videtur: in eo tamen discrimen meo videri considerari posset, ne ex aqua, ut ex cæteris superioribus rebus gabella debeatur, quod videlicet, aqua per aquatores adsportata, & si postquam in suis vasis ex publico fonte fuerit infusa, privata sit effecta, non tamen ipsa venditur, nec pretium aliquod ejus respectu solvitur, quia cum non solum aqua publica sit, sed ut magis omnibus, & facilius communis pateat, quam cæteræ respublicæ in fontibus publicis, & fluminibus, ideò ad hoc aqua ferè nullius æstimationis est, ut pro ea aliquod pretium solvi, vel venditionem contrahi dici possit; restat ergo dicendum mercedem, quam pro aquæ adsportatione frequenter solvimus, solum aquatorum operam, & laborem respicere, istiusque opera contractum locationis celebrari, ex quo gabella non debetur, quia duntaxat ex venditionibus, de jure nostro Regio solvitur.
99 Quod contrarium invenitur in nive ex publico recondita, & ad æstatem servata, & in piscibus, aliisque publicis rebus quæ semel captæ majoris æstimationis habentur, quia non ita faciliter, ut aqua, cuilibet capiendæ patent, ideò ipsæ principaliter æstimantur, & venduntur, & non tantum capientium opera, & labor consequenter rectè ex earum venditionibus gabella est solvenda.

100 Item ex prædictis infertur ex aquæ privatæ venditione laudemia deberi, Peguer. *de feud. vers.* 1. *numer.* 84.
101 Ex similiter cum apud Feudistas de fructibus feudi domino directo ad hoc, aut relevium, aliave onera respectiva ad fructus solvantur, in fructuum, vel redditium feudi computatione, aqua, ut ipsius fructus veniet, notat in specie Horat. Barbat. *de divis. fruct. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 65. & 66. Ex quo apud Italos, maximè in Regno Neapolita- 102
no territorii feudalis aquæ ad Barones pertinent, cum declarationibus tamen, de quibus plenè illius Regni DD.

Et meritò quidem rei fructum, vel feudi aquam au- 103
gere dicendum est, quia non solum ipsa, ut fructus considerari debet, sed imò, ut omnium fructuum causa, & mater est consideranda; fecundat enim terram; fruges, arbores, aliosve naturales, vel industriales fructus eam germinare faciens, ut plenius dictum remanet *supra à n.* 7.

Deinde præter ipsos naturales, vel industriales fru- 104
ctus, sunt & alia non contemnenda emolumenta, quæ ex usu aquæ capiuntur, aut ex industriis, & artificiis, quæ ex ea formantur, ut sunt molendina, & similia artificia, quæ non minimum lucrum pecuniarum reddunt, aliaque voluptati, sensuum delectationi deservientia, ut pro fontibus mira arte ingeniosè, & sumptuosè extructis, unde aquæ salientes per eratelas, automata, similiaque artificiosa instrumenta, & hydraulicas machinas parata, de quibus fit mentio *in leg. impensæ* 79. §. *Voluptariæ*, *ff. de verb. signif. leg.* 11. *ff. supellect. legat. leg.* 12. §. 24. *ff. de fund. instruct. leg.* 41. §. 10. & 11. *ff. de legat.* 1. *leg.* 2. *Cod. de excusat. artific.* 105
lib. 10. Quæ licèt, ut dicitur in ipsa *leg.* 79. rei fructum non augeant, sed speciem tantum ornent, imò ingentes sumptus, & impensæ propter hæc paranda artificia, domino excrescant, & multoties eum ad paupertatem redigant: hoc intellige, quoad pecuniaria emolumenta, nam certè magnos voluptatis, & recreationis fructus esse ex hujusmodi aquarum salientium artificiis nemo negabit, de quibus plenius dicam infrà hac *part. cap. fin. per tot.* Et interim vide de his aquis 106
salientibus, sive fontibus, ingeniosis instrumentis, & artificiis secretis aquam in altum, vel aliter mirabiliter, ac voluptuosè erumpentibus Vvecker. *de secret. lib.* 12. *cap.* 4. Robert. *de fluctib. tractat.* 2. *pag.* 2. *lib.* 2. *de variis machin. & in tractat. de mot.* Ramell. *in tractat. de machin.* Plin. *Histor. natural. lib.* 31. *cap.* 6. Langium *lib.* 1. *epistol.* 44. Bonajutu. Sorinum *in tractat. de fortificat.* Vitruv. Salomon. Chaus *in tractat. de machin. armonic. font.* Polician. *miscellanear. cap.* 97. Zeisius *in theatr. machinar.*

Item ex aquis alius voluptuosius, & multoties pe- 107
cuniarius, necnon & salutaris fructus redigi solet, ut si balnea in prædiis privatis fiant, aut thermæ ibi naturaliter inveniantur. Balnea quippe sunt, quæ 108
magis hominis industria, & opera pro corporis immunditie abstergenda, sanitate conservanda, necnon & capienda voluptate comparantur; ex aquis nimirum nullam caliditatis, vel sulphuream, aliamve habentibus qualitatem, quæ morbosis se abluentibus ad expellendam infirmitatem proficiat: Thermæ verò, quæ & sub generalitate balneorum comprehenduntur, sunt salutaria balnea, quæ ob aquarum naturalem caliditatem, quia per sulphureas venas, aliaque mineralia effluunt, gravissimos, inveteratosque morbos juxta aquarum qualitatem profligant.

Hæc igitur balnea, sive thermæ in prædiis priva- 109
tis Dominorum industria disposita, aut confecta, vel naturaliter inventa, in prædiorum fructu esse, non dubitatur, ut de ipsa aqua superius diximus, & de aliis quoque rerum vulgaribus emolumentis, necnon in solitis commodis, ut sunt herbæ odoriferæ, medicinales, vel aliter pretiosæ, lapidicinæ mineralia jure communi inspecto, de quibus singulariter D. Covarruv. *pract. quæst. cap.* 37. *nu.* 3. Dionys. Gotofr. *in l. Numismata* 28. *litter. T. ff. de usufruct. & quemadmod. quis utat.* & in suis locis plenius dicam.

Unde si ex his balneis, aut thermis aliquod compen- 110
dium

dium ab ingredientibus tedigi possit, ut in multis Provinciis fit, id totum fundi fructus reputabitur, & lucro domini cedet; fuerunt enim Romæ quam plurima baloea, necnon, & in Africâ ex quibus locatis ingens pensio quotannis redigebatur, & ex nonnullis centum, & quinquata aurei, refert Leo African. *in descript. Afric. pag.* 290. *&* 291.

111 In thermis autem, quæ in locn pnblico sunt, cuilibet liber aditus sive usus patebit, nisi aliter per Principem, ut quid abluendus solvat, sit cautum, quod tamen quamvis hoc ei liceat, rit in republica, meliùs tamen faciet, si hujusmodi balnea omnibus libera relinquat; minus enim justum, imò nimis ambitiosum videtur, & Regiæ Majestatis indignum, hæc naturalia remedia, quæ natura alma parens Dei misericordia hominum infirmitatibus, satis providè, & liberaliter parat, pretio vendere; pro quo multa exempla fa-
112 ciunt. Thermarum plurium salutarium, quæ, dum non omnibus volentibus, nec gratis permittetentur, sed pretio exacto, divinitus exaruere, & quæ, sublato illo iniquo vectigali, liberoque usu omnibus concesso, uti antea emanare cœperunt, refert Camerar. *lib.* 2.
113 *horar. successivar. cap.* 29. In nostra Hispania quam plurimæ sunt thermæ, sive acidula balnea miræ operationis pro diversis morbis expellendis, quorum usus liber omnibus patet.

114 De his autem balneis, sive thermis eorumque usu, & voluptatibus apud Græcos, Romanos, Carthaginenses, & alias natioues: & quòd alia fuerint uaturalia, alia artificialia, & utraque tum frigida, tum calida: necnon quædam lavatoria tantum, sudatoria alia, multa medicinalia, sulphurea, picea, vitrea, prout aquæ transeunt per meatus, aut venas hujusmodi mineralium, aut fosilium, quorum qualitatibus imbuuntur, latè tractant Alexand. ab Alexand. *lib. 2. dier. genial. cap.* 20. Guid. Pancirol. *lib. 1. rer. memorab. tit. de thermis, aut balneis*, Cœl. Rhodig. *lib. 30. antiqu. Romanor. cap.* 17. Guarinon. *lib. 5. cap.* 13. *&* 26. Paul. Kegelin. *part.* 1. *sui operis, cap.* 19. Hieronym. Roman. *in sua Republic. mund. lib. 9. cap. 23. de Republic. Gentilic.* Hieronym. Mercurial. *in Gymnasticis*, Vviticlius *in libel. de valetud. curand. vitru. 5. cap.* 10. apud quem plena, diligeosque thermarum Romanorum descriptio, & quæ nomina singulæ fuerint sortitæ, Langius *lib. 1. epistol.* 50. *&* 51. Magister Perez *in lib. de Religion. & Disciplin. Militar. cap. fin. De los Barios*, quem traduxit Guilielm. Chout. Gallus, Petr. Ciacconius de Trichnio, *fol.* 56. *&* 57. & ibidem Fulvius Ursinus *in appendic.* Camerar. *lib. 1. successi-*
115 *var. cap.* 31. Et præcipuè de thermis, seu balneis salutaribus, de earum vi minerali, ut plurimum sulphurea, vitrosa, aluminosa Spirituali, & Corporali, plenissimè tractat. Thunheus *lib. 1. de aquis mineralib. in Pisson. cap.* 13. *& cap.* 8. *&* 9. & quomodo talia mineralia probanda, & examinanda, latè agit in *lib.* 2. vide etiam de thermis Vviticlium *in libel. de valetudin. curand.* Georg. Agricol. *lib. 1. de metallis, cap.* 12. *cum seqq.* Guarinon. *lib. 5. cap.* 14. Langius *in epistol. lib. 1. epistol.* 50. *&* 51. Andr. Thunbeus *in tract. de aquis mineralib.* Hortius *in dissertat. de natur. thermar.* Joann. Balucinus *de aquis medicat.* Vvecker. *in antidotar.* Simanc. *lib. 8. de Republic. cap.* 17. *pag.* 455. *numer.* 10. Bobadil. *in politic. lib. 3. cap. 5. numer.* 55. Anonim. *in dissertat. Hungar. de aquis*. Ubi quam
116 singulares thermæ in Hungaria sint: & inter Puteolos variis generis medicamini s efficacissimi adversus morbos quoscumque ultra quadraginta thermarum nomina reperiri, refert Stephan. Binana Pighius *in Hercul. proditor. fol.* 362.

117 De balneorum usu apud Romanos, de ipsisque balneis, aut thermis multa refert Plinius *natural. histor. lib. 35. cap. 4. & lib. 36. cap. 25. & epist.* 5. Marc. Donat. *pag.* 923. Alexand. ab Alexand. *dict. cap.* 20. Cœl. Rhodigin. & Pancirol. *in loc. citat.* qui ideò antiquiores Romanos balneis frequenter usos fuisse ait, ex quo absque tibialibus incæderent, viæque admodum pulvurulentæ erant, crebraque ideò indigebant lotione.

Et de differentia in balneis apud eosdem Romanos 118
inter Patricios, Nobiles plebeios, aliasque personas, Alexand. *dict. cap.* 20. qui & refert magnum Romanorum circa balnea luxum, & quam varia fuerint, magna mole, & sumptu constructa, Alexandrino, & Numidico marmore, specularibus lapideis, & vitreis mira cœlatura, & arte; & inter alia balnea, celebratissimæ fuerunt, ut refert idem Alexand. ab Alexand. thermæ Neronianæ, Domitianæ, Alexandrinæ, Gordianæ, Severianæ, & Constantinianę solidissima structura, & sumptu profuso. Idemque refert Marcum Agrippam, ut populo placeret centum septuaginta bal- 119
nea Romæ gratuita præbuisse, & cùm posteà pro singulis abluendis solveretur quadrans, Imperator Antoninus ob popularem gratiam ea iterum gratuita reddidit.

Fuitque tanta Romanorum in thermis voluptas, ut 120
Commodus Imperator septies, atque octoties diebus singulis lavaretur, Gordianus, & Gallienus æstate quinquies, hyeme verò bis in die se lavasse, legitur apud Alexand. *dict. cap.* 20. pluraque alia invenies apud Suetonium, Cœl. Rhodigin. & alios ex proximè relatis, & præsertim Guid. Pancirol. *in dict. tit. de thermis, aut balneis*.
Qui ita balneorum voluptatibus Romanos deditos tra- 121
dit, ut eorum numerum ad DCCC.LVI. in ultimis Imperii temporibus pervenisse, asserat, & quam plurima elegantissima arte, & sumptu. Sed inter omnia stupendæ magnitudinis fuere thermæ Diocletianæ, in quarum 122
mira, & sumptuosa structura centum, & quadraginta millia hominum multis annis per Diocletianum conducta laborasse, refert Andr. Paladius *de antiquitat Vrb. Roma.*

In quorum tamen immoderatum Romanorum bal- 123
neorum luxum graviter invehitur noster celebrantissimus Hispanus Seneca lib. 13. epist. 87. ad Lucillum: *Quis est*, inquit, *qui sic (ut Scipio ille Carthaginis horror) lavari sustineat, ut pauper sibi videatur, ac sordidus, nisi parietes magnis, & pretiosis orbibus refulserint: nisi Alexandrina marmora, Numidicis crustis distincta sint, nisi illis undique operosa, & in picture modum variata circum litio prætexatur: nisi vitro condatur Camera: nisi Thasius lapis, quondam rarus in templo, piscinas nostras circumdederit: in quas multa sudatione corpora exinanita dimittimus: nisi aquam argentea epistomia fuderint: quid cum ad balnea libertinorum pervenero, quantum statuarum, quantum columnarum est substinentium; sed in ornamentum positarum impensa causa? Quantum aquarum per gradus cum fragore labentium eo dilitiarum pervenimus, ut nisi gemmas, calcare nolimus, &c.*

De prisca autem Romanorum verecundia, quæ in illis 124
primitivis Romani Imperii temporibus in balneis servabatur, ut non solùm mulieres à balneis virorum arcerentur, sed nec puberes filii cum parentibus se lavarent: multaque alia circa verecundiam, & honestatem in balneis servanda, plura exempla, aliarum etiam Gentilium nationum refereus Camerar. *horar. successivar. lib. 1. d. cap.* 31.
Benè ne viris cum mulieribus balnea frequentare liceat, 125
plura ob id Reipublicæ offendicula tradens Guarinon. *lib. 1. dict. cap.* 13. *&* 26. Leo African. *in descript. Africæ,*
lib. 2. fol. 290. *&* 291. Ubi quòd apud illos Africæ Barba- 126
ros, & Turcas fœminæ suum lavacrum à viris secretum habeant, & licèt quædam balnea viris simul, & mulieribus serviant, diversis tamen temporibus, vel horis: & quod interea, dum fœminæ se abluunt, funem, vel linteum ad balneorum ostia suspendunt, in signum viris, mulieres adesse, ne se temerè, aut ignoranter ad eas ingerant, idem Leo Africanus *in loc. cit.*

Habemusque Text. *in l. Athletas 4. §. Ait Prætor, ff. de* 127
his, qui notant. infam. qua lege infamia notari statuitur, qui

mancipia sive mulieres in balneis (virorum intellige)
ad vestimenta servanda habuerint conductas, quasi oc-
casioni prostitutas eas babeat ; quantò ergo magis mul-
ctari debent, qui communia lavacra cum mulieribus
128 ingredi audent. Unde etiam uxores, si voluptatis oc-
casione, vel potius præ maxima luxuria cum viris com-
mune lavacrum habere audeant, licentia erat maritis
mittere eis repudia, & lucrari dotes, atque ante nu-
ptiales donationes, *l. jubemus* 11. *§. Inter culpas, Cod.*
de repud. authent. de nuptiis, cap. si vero etiam 16. *Novell.*
22. *& authent. ut liceat matr. & avia, cap. quia vero plu-*
129 *rimas* 8. *circa fin. Novel.* 117. Ut è contra maritus cum
alienis se lavans fœminis donatione propter nuptias pri-
vatur, ut colligitur ex dict. *l. jubemus* 11. *§. Inter culpas,*
verf. Et in his.

130 Quinimò, nec ipsis mulieribus lavacta hæc in publi-
cis balneis honesta sunt, eaque maximè in adulta virgi-
ne reprobat D. Hieronym. quia etiam sola seipsam inspi-
ciendo debet erubescere, & quia juxta illam gravissimam
Gigis apud Herodotum sententiam : *Mulier exuta tuni-*
ca ipsum simul pudorem exuit.

131 Qua propter merito Poggius Florentinus in epistol. ad
Leonardum Aretinum tractans, de illis celebratissimis
Campaniæ Thermis Badensibus, sed impudicissimis
quidem, earumque turpitudinem, ac inhonestatem
describens, ita de eis jocatur : *Nulla in orbe terrarum*
balnea ad fecunditatem mulierum magis accommodat ef-
se : innumerabilem multitudinem Nobilium, & igno-
bilium ducenta millia passuum eo venire : non tam valetu-
dinis, quàm voluptatis causa : omnes amatores, omnes
procos, quibus in delitiis vita est posita eo concurrere, ut
fruantur rebus concupitis, & paulo post idem Florenti-
nus referens fœminarum simulationes ægritudinum cor-
porum, ut thermas istas occasionem adeundi habeant,
ita eleganter, & juxta plurimarum mentem loquitur :
Multas fœminas corporum simulare ægritudines, cum ani-
mo laborent : omnibus unam mentem esse, tristitiam fu-
gare, quærere hilaritatem, non de communi dividundo
agere, sed de communicando divisa.

132 De quibus etiam Balneis, sive Bajis vulgariter nuncu-
patis, ex quo sita in districtu Bajæ Civitatis Campaniæ,
agens Martial. *lib.* 1. *epigram.* 63. falsè lusit in castam
mulierem, quamdum ad Bajas venissent, in flammas
amatorias incidisse ait, ex quo relicto conjuge abiit He-
lena, quæ venerat Penelope: est enim Bajarum istarum,
sive thermarum locus per se voluptuosissimus, ut cecinit
Horat. *lib.* 1. *epistol.*

Nullus in orbe sinus Bajis prælucet amœnis.

133 Quid mirum, quod & venereis delicits diversorium,
juncto fœminarum, juvenumque appelletur concursu.
Quapropter jamdiu pro signo libidinis Bajas vidisse, in
Italia dicitur, cui etiam loco convenit illud vulgare: *In*
cujus aquis quicumque natavit, amavit.

134 Sed hæc de balneis artificialibus, quæ delectatio-
nis, & voluptatis tantum causa parantur, quæ à Re-
publica maximè Christiana sunt expellenda, si immo-
deratus eorum usus sit, contra bonos mores, verecun-
diamve corrumpant ; sin autem hujusmodi balneorum
temperatus usus habeatur, non omninò ad recreatio-
nem, sed ad salutem conservandam substineri, & per-
mitti poterunt, dummodò omnis inhonestas, & luxus
135 absit. Sunt enim hæc balnea valde utilia Reipublicæ,
seu hominibus ad juvandam valetudinem, laxitudinem
solvendam, & pro humorum repletione maximè in
balneis calidis digerendam, & in frigidis pro sangui-
nis calore in æstate corrigendo, ut benè hæc, & alia
balneorum commoda, de calidis, & artificialibus
loquens cumulat Paulus Egìnet. *lib.* 1. *cap.* 51. ibi :
Balneum calidum optimum tutissimum est, lassitudinem
solvit, humorum repletionem per halitum digerit, item
ex calefacit, mitigat, emollit, flatus ubicumque de-
cubuerint, diffundit, somnum conciliat, carne replet :
est autem aptissimum omnibus, & viro, & mulieri,
& puero, & privato, eaque utenda consulit Hippo-
crat. *de vict. ration. in morb. acut.* qui balnea multis mor-
bis opem tulisse ait, eo benè utentibus, item Galen. *lib.*
de conservat. salut. Ea maximè hominibus litteratis pro 136
optimo remedio habenda dixit, multum extollit usum,
vel remedium balneorum artificialium: meliusque esse,
& securius certè, quam medici parum forsan periti me-
della, ait Plato *in lib.* 6. *de legib.* aliaque plura circa eo-
rum commoda invenies apud plures ex DD. superius *ci-*
tat. ex num. 135.

Quapropter hujusmodi Thermæ, seu Balnea natura- 137
liter calida, quia sulphurea, vitrosa, aluminosa, & si-
milia in Republica magni habenda sunt, & curanda,
veteraque reficienda, Simanc. *lib.* 8. *de Republic. cap.* 17.
pag. 455. *numer.* 10. noster Politicus Bobadil. *lib.* 3. *cap.* 5.
numer. 55. qui multum civitatum Correctoribus, aut
Gubernatoribus istam salutarium balneorum Curam, &
reparationem commendant propter eorum magna com-
moda, & utilitatem in curandis variis morbis, quæ
refert Kegelin. *part.* 1. *cap.* 19. Philipp. Camer. *lib.* 2.
horar. subcessivar. cap. 89. Hieronym. Roman. *in Repu-*
blic. Mund. lib. 9. *cap.* 23. *de Republic. Gentil.* latè Thun-
heus *lib.* 2. *de aquis mineral. in Pisson. cap.* 18. *& cap.* 8.
& 9. Horscius *in dissertat. de natur. thermar.* Joan. Bahui-
nus *de aquis medicat.* Vveker. *in antidotat.*

De quibus thermis, seu salutaribus balneis plura mi- 138
rabilia in nostra Hispania reperiuntur, eisque pro expel-
lendis variis, & inveteratis morbis utimur.

De aliis autem voluptuosis Balneis sumptuosè extru- 139
ctis, & mirificè ornatis, quæ magis ad delicias, &
nimiam corporum recreationem, & luxum deserviunt
Hispani parum curamus, imò nullus eorum apud nos
usus est. Sed pro abstergendis corporibus, valetudi- 140
ne conservanda, & temperando in æstate sanguinis ca-
lore, nulla alia balnea, præter naturalia in flumini-
bus, desideramus, & habemus, quæ fortasse, ma-
gis currente aqua, & natandi exercitio, salubriora
sunt, robustioraque corpora reddunt. Ad quid nam- 141
que balnea illa marmorea eleganti forma, & magnifi-
centia extructa, picturis, & statuis circumornata,
aquis oduriferis, aliisque delitiis, & voluptatibus af-
fluentia, quibus antiquiores, maximè Romani, hu-
jusmodi, & similium deliciarum valde cupidi uteban-
tur, & nostris etiam temporibus in pluribus Europæ
Provinciis in usu habentur. Ad quid ergo hujusmodi
deliciosæ lotiones, nisi ut hominis effœminentur,
concitetur luxuria, multæque libidini occasiones offe-
rantur.

Juxta quæ meritò, & plusquam magnus Alexander, 142
laudandus est noster Rex Alfonsus VI. ille enim, victo
Dario, potentissimo Persarum Monarcha protinus in
prima nocte Darii portatile balneum ingreditur, quod
ornatissimum habebat, pretiosum nimis, multis odo-
ribus instructum, & omni voluptati paratum, quo vi-
ctor ingressus deliciarum magna delectatione, quasi tunc
victoriæ cummulo plenissimè frueretur, ad stantibus
amicis dicebat ; è contra autem noster Christianissi-
mus Rex Alfonsus Toleti fortissima Imperiali Civita-
te longa obsidione, à Mauris capta, balnea, quibus
Barbari ad recreationem, & voluptatem utebantur, de-
strui fecit, ne semperari, & ita fortissimi sui, vel potius
tunc Christi milites, Catholicæ Religionis recuperato-
res, balneorum recreatione, & lenitate effœminaren-
tur, & Hispanum roborem amitterent, referunt Franc.
Tarapha *in tract. de Regib. Hispan. in Alfons. VI.* Petr.
Gregor. *syntagmat. jur. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 18. *numer.* 7.
& noster Pater Marian. *in Histor. Hispan. tom.* 1. *lib.* 5.
cap. 10. Ruit certè ex hoc potentissimum Imperium Ro- 143
manorum, quia his, & similibus voluptatibus, ac deli-
ciis fortissimi aliàs Romani, & Imperatores dediti ro-
borem antiquum, & Imperium amisere : fortitudo
Sci-

Scipionum defuit: marcescuit Catonum virtus; & temperantia, Curtiorum audacia in servilem timorem se transtulit: & denique magno, & impudicissimo deliciarum luxu effœminati, quia antea omnes gentes dominabantur, in omnium contemptum, & dominatio-
144 nem cecidere. Nec mirandum, cum nil magis in cæteris antiquioribus Imperiis, & Monarchiis expertum videamus: Quid aliud Medorum Monarchiam perdidit, Assiriorum Imperium diruit, & Persarum dominationem destruit, si Historiographis communiter attestantibus credimus, nisi illius primitivæ temperantiæ, qua fortissimi primi bellatores imperia condidere, in delicias, & otium transmutatio, juxta illud vulgare: *Otium prius Regna, & beata perdidit urbes:* & quid denique strenuum illum Carthaginensium Ducem, Romanorum terrorem, ejusque invincibiles legiones devastavit, quam deliciæ Capuæ?

145 Timeamus ergo nos Hispani, ne major lapsus nobis quoque sequatur, postquam nostrum Imperium in altissimo gradu majorum virtute, & fortitudine collocavimus, ita ut ejus mira magnitudine, & amplitudine, in omni parte orbis, & abundantia divitiarum noster potentissimus, & Catholicus Monarcha Alexandros Trajanos, Carolos Magnos barbaram Turcarum amplissimam dominationem, omnesque alios potentissimos Monarchas longè antecellat, cum nullum majus Imperium à condito mundo, ulli Imperatorum, Regum, vel Principum, quam nostro Catholichissimo Hispaniarum, Indiarumque Regi, & in omni parte orbis dominatori obtigerit, ut refert, claréque ostendit Joan. Boter. *in relat. mund. part.* 2. *lib.* 4. Bodin. *in sua republic. lib.* 2. *cap.* 2. Vasquius Menchac. *in præfat. ad contr. illustr.* Valdes *de dignit. Hispan. cap.* 12. *fol.* 43a. & fatetur Gasp. Klock. licet ipse alias contra Hispanos mordicus invehitur in *tractat. de ærar. lib.* 1. *cap.* 6. *ex numer.* 1. comprobat latè, & eruditè noster doctissimus dominus omnis litteraturæ eruditione splendor Dom. Joann. de Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *& sequentib.* Lipsius *de magnitudin. Romanor. lib.* 2. *cap.* 3. qui Imperium Romanum, quando, vel maximum fuit, Hispanico Imperio minus fuisse ostendit: Complectitur namque ultra amplissimas, & nobilissimas Europæ Provincias novum Orbem, qui Europa, & Aphrica latius patet, Boter. *loc. citat.* & ita quocumque sol se nocte, dieque vertit numquam Hispanum Imperium ejus occasum cernit nullo Cæsarum, aut Regum præsentis, aut præteriti ævi exemplo, tradit Joano. Baptist. Villalpand. *in Ezechiel. part.* 7. Timeamus ergo Hispani, ne tanta magnitudo fortitudine, & majorum virtute parta, nimia præsentium deliciarum voluptate, majorem etiam, & solitum Imperiorum lapsum experiatur; nam quamvis à Balneorum voluptatibus immunes simus, non tamen desunt aliæ quam plurimæ deliciæ, & luxus in vestimentorum, nempè, profuso ornatu, immoderata cultura, & varietate; in delicato cibo, extraordinariisque potionibus, quibus fortissima alias Hispanica nobilior juventus jam effœminari, suumque antiquum roborem amittere cœpit.



CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Arbores an in fructu sint, necne? Distinguitur latè inter sylvam cæduam, vel non cæduam: Quæ cædua dicatur? Et quomodo fructuarius, emphyteuta, maritus, possessor majoratus, & alius similis, ea uti debeant? Et quando juxta consuetum modum cædendi testatoris, vel juxta generalem Regionis consuetudinem? Quid denique præfatæ personæ facere possint, in sylva non cædua grandium arborum, sive procerum, quæ dumtaxat ob frondositatem, & opacas deambulationes habentur, vel fructiferæ sint? Et an saltim pro reparatione villæ, aut fundi, cui sylva inhæret necessitate ramorum aliquot cæsio permittatur? Et de his grandioribus arboribus vi ventorum ejectis, vel desiccatis, an tunc, ut fructus sylvæ habeantur, & ad fructuarium, vel proprietarium pertineant?

SUMMARIUM.

1 *NOn agitur in præsenti de frequentioribus arborum fructibus, ut sunt glandes, poma, pyra, & similia; sed de ipsis arboribus, an, & quando sylvarum fructus reputentur, ut consequenter per fructuarios excidi valeant?*

2 *Succisæ arbores, quam utilissimi fructus sint, quam multa emolumenta variis hominum usibus afferant, quibusdam elegantibus carminibus describitur, & num.* 4.

3 *Magna cura circa sylvarum, forestarum, aut montium conservationem habenda.*

4 *Montes, & foresta sunt oppidorum securissima æraria, maximè pro rei agrestis necessitatis succursu.*

5 *Tria principalissima commoda aliquando mundo de futura quidam politicus vaticinavit, & quæ sint?*

Ligna inter ea connumerantur, ibid.

6 *Veretur Author, ne in Hispania vaticinii tria commoda jam deficiant.*

7 *Proponitur hujus capitis principalis quæstio: an arbores in sylvarum fructu computari debeant, & consequenter per fructuarios excidi valeat?*

8 *Redditur ratio, cur etiam in præsenti de acquisitione hujusmodi fructuum, sive arborum agatur, cum acquisitionis fructuum expositio in* 5. *Part. hujus operis sit collocata.*

9 *Distinguitur ad nostram principalem quæstionem inter sylvas cæduas, vel non cæduas: ut illæ in fructu sint, secus verò istæ cum num. seqq.*

12 *Arbores cæduas, gremiales aliqui, alii cremiales, & nonnulli germinales appellant, & num.* 13. *& num.* 14.

15 *Sylva cædua, quæ sit, ad aliqua singularia pro vero intellectu, Text.* in l. sylva cædua ff. de verb. signif. *cum num. seqq.*

An copulativè requiratur, ut sylva cædua dici possit, quòd in hoc habeatur, ut cædatur, & quod scissa iterata vice germinet: vel ex his requisitis unum tantum necessarium sit, ibid.

18 *Destinatio ad cæsionem requiritur, ut sylva cædua sit.*

Quid si pastura pecorum sylva glandifera, & simul lignorum cæssioni deserviat, quid attendendum? dict. num. 18.

19 *An ad renascentiam, ut sylva cadua aliqua appelletur, necessarium sit, quod brevi tempore germinet, vel sufficiat tardè, vel post longum tempus renasci?*

20 *An requiratur renascentia ex ipsis radicibus, vel stipibus fieri, vel aliter arbores germinare sufficiant?*

21 *Pinetum, an caduum dicatur, ut pini ad fabricas, tanquam fructus, cadi possint, vel non? & quid si ad id sit destinatum?*

22 *Arbores ex sylva cadua per fructuarium, possessorem majoratus, & similes non solum pro ipsorum usu, sed ut aliis vendant, an cadi possint?*

23 *In his casionibus fructuarius, ut bonus pater familias procedere debet.*

24 *Usufructu sylvae caduae relicto, an in cessione attendi debeat consuetudo generalis, quoad cessionem in Provincia servata, vel specialis testatoris?*

25 *Quid si ususfructus ipsius sylvae principaliter sit relictus, vel fundi, cui sylva accedit?*

26 *Et si de consuetudine testatoris, nil eum cadere solere, constitit?*

27 *Emphyteuta, maritus, aut possessor majoratus in sylva dotali, emphyteusis, aut majoratus, majus jus, quoad casionem, quam alii fructuarii habent.*

28 *Maritus, emphyteuta, possessor majoratus, & alii fructuarii, arbitrio boni viri, & juxta rei naturam, Regionisque consuetudinem in his fructibus ex sylva cadua percipiendis se gerere debent.*

29 *Casio ad fructum, non ad destructionem, est facienda.*

30 *Emphyteuta, maritus, possessor majoratus, vel alii fructuarii sylvam caduam, vel non caduam stirpare non possunt, nec in aliud genus fructuum ejus statum mutare.*

31 *Fructuariis, & praedictis personis formam rei, etiam in melius mutare non licet, sed salva ejus substantia, uti debent.*

32 *Aliter utentes proprium jus amittunt, & ad interesse tenentur.*

33 *Prosequitur secunda pars principalis superioris relatae distinctionis, quoad sylvam, non caduam, cum n. seqq.*

34 *Sylvae non caduae arbores in fructu non imputantur.*

35 *Sylva non cadua est, quae non ad cadendum, sed ad alios usus habetur, ad Text.* in d. l. sylva caedua 30. ff. de verbor. signif.

36 *Procerae arbores, sive grandes, quae, ut cadantur, non sunt destinatae, in fructu non erunt, nec per fructuarium emphyteutam, colonum, & similes excidi poterunt.*

37 *Maximè hoc procedunt in grandioribus arboribus, quae ob frondositatem habentur, ut deambulationes opacas, & amoenas reddant, ad Text.* in l. aequissimum 17. §. Fructuarius, ff. de usufruct. l. sed si grandes, ff. eodem tit.

38 *Hujusmodi arbores caesae non renascuntur.*

39 *Fugiferae arbores in fructu non sunt, ut per fructuarios cadantur, quia ad id non habentur.*

40 *Fructuarii, emphyteuta, & similes arbores istas caedendo jus suum amittunt, & ad interesse deteriorationis tenentur.*

41 *An saltim ad usum lignandi, fabricandis grandiores arbores, & frugiferae, de quibus supra, excidi valeant?*

42 *Destinatio circa hoc, & Regionis, testatorisque consuetudo attendatur, & num. 43.*

44 *Quid si ex hujusmodi arborum incissione fundi fructus utilior reddatur, an ex hoc cadi possint? cum num. seqq.*

46 *Quid si ipsarum arborum causa rami putentur? Grandiores arbores, & frugiferas vetustiores fructuarius excidere potest, ut alias substituat, ad Text.* in l. fraudem, §. Conductor, ff. de jur. Fisc. *& num. 47. & 48.*

49 *Ex grandioribus arboribus, sive frugiferis, an saltim rami pro refectione villae, vel aliis pedamentis excidi possint? Pro vero intellectu Text.* in l. arboribus, in princip. ff. de usufruct. l. ex sylva, ff. eodem, *& num. 50. & 51.*

52 *Arbores grandes, ac frugiferae vetustate desiccatae, vel vi ventorum evulsae, an in fructu sint, & ad fructuarium, colonum, vel similes, vel potius ad proprietarium pertineant? ad Text.* in l. divortio 8. §. Si fundum, ff. solut. matrim. & l. arboribus, ff. de usufruct. *cum num. seqq.*

54 *Arbores procerae, sive frugiferae ex sylva dotali non cedua per tertium furtim caesae uxori, non marito debentur.*

Item in vetustate desiccatis, d. num. 54.

55 *Ex grandioribus arboribus sylvae minoris, alias non caeduis vi ventorum evulsis, vel aliter desiccatis decima jure nostro Regio tutori non debetur.*

56 *Fructuarius hujusmodi arboribus vi ventorum evulsis, vel aliter ejectis, an saltim ad reparationem villae, uti possit?*

57 *Arbores istas an fructuarius lucretur, si alias ipsarum loco substituat, ad Text,* in l. agri 12. ff. de usufruct.

58 *Quid si proprietarius, arbores, de quibus supra, evulsas non auferat, quando pro derelictis habeantur, ut per fructuarium capi possint.*

59 *Possessor majoratus grandiores arbores desiccatas, vel vi ventorum ejectas lucratur, ad differentiam mariti, alteriusve fructuarii, & ratio discriminis.*

60 *Intellige, nisi totius majoratus substantia in his arboribus consistat.*

POstquam igitur supra in cap. 4. in princip. latè disseruimus de arborum fructibus, ut sunt poma, pyra, & similia, nobis in praesenti se offert illa celebris, & difficilis, ac diffusa quaestio de ipsis arboribus, an, & quando in fructu computari debeant, vel non? Ut consequenter per fructuarios excidi valeant, vel ab earum incissione arceantur? † Ultra enim relata arborum emolumenta, ipsae etiam arbores succissae utilissimi Sylvarum fructus esse solent, multisque hominum usibus deserviunt; suppeditant, namque ad tecta, & aedificia materiam, ligna ad comburendum, ad navigandum naves, carbones ad coquendum, atque ferreriarum usum, similiave ignea artificia; quae omnia emolumenta, & arborum utilitates eleganter quidam his carminibus congessit.

1 (margin, beside line 1 of the paragraph) · 2 (margin, beside the line "cissione arceantur? † Ultra enim relata arborum emolu-")

Cedua sylva parit domibus ligna apta locandis.
Arbore sulcamus mare; terram vertimus: aedes
Aedificamus, & arbore vasa paramus in usus:
Sculpimus, & statuas, abacosque, gradusque, cathedrasque.
Atque pavimentum, telonem, pegma, totasque
Obbas cum vannis, mactras, mensasque triquetas.
Queis subigit madidam pultem coquus, inde triremes.
Vel claves, teretes, vel condos inde trinotes.
Et clavum puppis regimen, basin organi, & haustum.
Arbor dat malos, antennas, transtra, trapetum:
Artificiisque manus calathis cum sculpit, & ornat
Arte cadum, Rhombum, fusum, triteria, & urnam,
Colaque cum capulo, cadesque ciconiam aduncam.
Porro cibus crudis lixandis lignea prodest
Materies: Bruma fornax urgente calescit:
Inde frutex animantibus, inde volucribus arbos
Suppeditat victum communem: viniter ipsum
Atque olitor testantur hoc, impigrique coloni,
Et frondatores, vel carbonarius ater.

Ex

Google

3 Ex quibus meritò magna semper circa sylvarum, fo-
restarum, aut montium conservationem, cutam apud
omnes Provincias, & Regna habetur, ut apud nos ple-
nissimè in *tit. 7. lib. 7. Recopilat.* & frequenter in nostro
Supremo Senatu plura Regia decreta, & jussiones
hujus Regni oppidis, & Civitatibus in Aula guberna-
tionis expediuntur, ut in montium conservatione, no-
visque plantationibus diligenter summa cura, & opere
intendant; & in Gallia extant etiam circa idem Regiæ
Constitutiones sub *tit. des caus, & foresta*, cefert Petr.
Gregor. *lw. 3. syntagmat. jur. univers. cap. 16. numer. 3.*
& 4. & omni Provincia, valdè de eo curatur ad id spe-
cialibus custodibus constitutis, de quibus, & eorum
jurisdictione dicam infra in hac part. cap.. . ea num....
4 † Multum enim publicè interest hujusmodi sylvarum, &
montium conservationem curare, sunt enim oppidorum
securissima ærana cujuslibet rei agrestis necessitatis suc-
cursus, animalibus grossa pabula liberaliter nulla ferè
hominum industria, seu cura adhibita exhibentes, nec-
non & hominibus cultæ arbores dulciores, & gratissi-
5 mos fructus præstantes; † Unde inter illa tria principa-
lissima commoda, quæ aliquando mundo de futura
quidam Politicus quasi vaticinans prædixit, meritò li-
gna primo connumerat; postquæ, monetam probam,
6 & bonos amicos subjungit: † Utinam in nostra Hispania
in magnos ejus dispendio vaticinii hujus veritatem præ-
oculis tam patenter non haberemus: lignorum defe-
ctum, & montium devastationem ob eorum abusum,
seu inordinatam incissionem Civitates sentiunt, & in hac
Regia Curia maximè pauperiores deplorant: Monetæ
probitas diu defecit in exterorum nobis malam indu-
centium, simulque & bonam eattrahentium ingen-
tem utilitatem, & in Hispanicæ Monarchiæ tota-
lem subversionem: Amicorum hujus sæculi qualita-
tem, vel imò pravitatem quilibet pauper, aut verax ex-
peritur.

7 His igitur de arborum, sylvarumque magna utilitate, & multiplici commodo in genere præhabitis, descendimus jam ad specialem, & magis vulgarem hujus capitis quæstionem, an, & quando ipsæ arbores ad incisionem in sylvarum fructu computari debeant? Ut consequenter per fructuarios excidi valeant, vel ab earum incisione arceantur? In qua quæstione ità fusè loquuntur Doctores, & aliqui tam indistinctè, ut satis confusa, & intricata reddatur, & difficulter veritas inveniri possit, quare principalis noster labor in hac materia in eo versabitur, Doctorum nempè dicta, & doctrinas digerere, & per certas, ac distinctas conclusiones resolvere.

8 Quorum etiam fructuum, sive arborum acquisitionem, vel incisionem per fructuarios faciendam, vel non, necessariò in præsenti tangam, propter ejus connexitatem cum principali nostra quæstione; nam plena indagatio, & resolutio quæstionis, an arbores in fructu sint, necne? Præcisè dependet à cognitione, an per fructuarios acquirir, aut eacidi debeant, seu nullum in hoc jus eis competat? Et ità duæ istæ quæstiones promiscuè per Juris consultos, & Doctores explicantur, atque resolvuntur: libuit hæc adnotare, ne præmaturè agere arguamur, de materia fructuum acquisitionis in hac prima nostri operis parte, in qua solum de significatione, & comprehensione verbi *Fructus:* cum acquisitionis expositio ad 5. part. pertineat, ibique per nos sit collocata: quam etiam præposterationem in multis etiam aliis quæstionibus, & capitibus hujus primæ partis necessariò admisimus propter dictam materiarum connexitatem.

9 Ut igitur hujus capitis materia clariùs resolvatur, & quando arbores in fructu haberi debeant, & per fructuarios excidi valeant, cognoscatur plenissimè, omissa disputatione, referam in primis verissimam illam celebrem, & frequenter per Juris consultos, & DD. admissam distinctionem inter arborum sylvas cæduas, vel non cæduas, ut illæ in fructu fundi sint, secùs verò istæ; quæ communis, & frequens distinctio plurium jurium nititur comprobatione, ut in *l. ex sylva 10. l. arbores 59. ff. de usufruct. l. fructus 7. §. Si fundum, ff. solut. matrim. l. denique 13. in princip. & l. competit 16. §. Si quis vi, ff. quod vi, aut clam, & l. ex sylva, ff. de verb. signif.* & per alia plura jura ad casus speciales proximè per nos referenda.

Quam distinctionem latè comprobant, & explicant 10
ultra antiquiores D. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 22. ex num. 1.* Arias Pinel. *de bon. matern. in l. 1. part. 2. numer. 59.* Tiraquel. *de retract. conventional. §. 3. gloss. unic. ex numer. 22.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 17. gloss. & faire les fruictz siens, num. 9.* Franc. Connan. *lib. 4. commentar. cap. 1.* Petr. Barbos. *in l. divortio, §. Si fundum, ex num. 1. ff. solut. matrim.* Pater Lugo *de just. & jur. tit. 1. disputat. 6. sect. 9.* Franc. Marc. *decis. 871. part. 1.* Joan. Garcia *de expens. cap. 11. numer. 31.* Joan. Gutierrez *de tutel. part. 3. cap. 27. ex numer. 1.* D. Valent. *lib. 2. illustr. jur. tract. 1. cap. 3. numer. 4.* Joan. Bapt. Costa *de ration. rat. quæst. 78. ex numer. 1.* Garz. *in tractat. de bon. matern. ex numer. 1.* D. Joan. del Castil. *de usufruct. cap. 25. ex num. 1. & 28.* Christin. *ad consuet. Mechlinens. tit. 15. art. 4. ex num. 1.*

Ex qua quidem verissima, & communi distinctione, ejusque explicatione totius nostri capitis materiæ cognitio dependet; quare ad partes eam distinctè cum aliquibus ampliationibus, & limitationibus exponam. 11

Primò ergo, quoad primam ejus partem, ut nimi- 12
rum arborea cæduæ in fructu sint, notandum est,
arbores cæduas *gremiales* appellari *in l. divorio, §. Si*
fundum, ff. solut. matrim. juxta lecturam Pandectarum
Florentinorum, quia rustici gremio ad comburendum
eas deferunt, Anton. August. *lib. 3. emendat. cap. 7.* Bolo-
gnin. *in dict. l. divortio, §. fin.* † Vel juxta lecturam 13
Olondrinam, *cremiales*, quasi ad eumdem effectum, vi-
delicet ad cremandum sint destinatæ, Franc. Connan.
lib. 4. commentar. jur. cap. 7. Duaren. *in dict. §. Si fundum.*
† Vel etiam *germinales*, quia ferulas quasdam, & surcu- 14
los germinent, quæ etiam ad cremandum principaliter
destinantur, Alciat. *in l. sylva cædua, num. 9. ff. de ver-*
bor. signif. & est Gloss. singularis in *dict. l. divortio, §. Si*
fundum, in verb. Gremiales, ff. solut. matrimon. quæ
omnes has dictiones amplectitur, eamdemque significa-
tionem habere notant, & idem animadvertunt Petr. Bar-
bos. *in dict. §. Si fundum, num. 1.* Joan. Guttierez *de tutel.*
3. part. cap. 27. num. 7.

Secundò notandum est hujusmodi arbores cæduas, vel sylvam cæduam dici juxta Franc. Connan. *lib. 4. comment. cap. 1. num. 5.* & post eum D. Molin. *de primogen. lib. 1. dict. cap. 22. num. 1.* quæ in hoc habetur, ut cædatur, vel quæ succissa rursus ea stirpibus, aut radicibus renascitur, ut habetur in dict. *l. sylva cædua, de verb. signif.* ubi Paulus sic scribit: *Sylva cædua est, ut quidam putant, quæ in hoc habetur, ut cædatur servius eam esse, quæ succissa rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur*, quem Pauli locum disjunctivè fore legendum docent Connan. & Molin. ubi proximè, quasi affirment sylvam cæduam, tam eam dici, quæ in hoc habetur, ut cædatur, quam illa, quæ succissa rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. 15

Cæterum hac doctissimorum virorum opinione, & intelligentia non obstante, contrariam sententiam veriorem, & communiorem censeo, imò ad essentiam sylvæ cæduæ præfata apud Paulum copulativè requiri, ut scilicet in hoc habeatur, ut cædatur, & quod scisa iterata vice germinet, & ita explicant, & magis communiter resolvuntur Alciat. & Brechæus in *dict. l. sylva cædua*, Alexand. *cons. 118. num. 3. lib. 5.* quos sequitur Petr. Barbos. *in l. divortio, §. Si fundum, num. 2. ff. solut. matrim.* Arias 16

Digitized by Google

Pinel. *de bon. matern. in leg. 2. part. 2. num. 59. numer. 59. in fin.* Joan. Garcia *de expens. cap. 11. num. 35.* Joan. Gutierrez *de tutel. part. 3. cap. 27. ex num. 3.* & idem licet non satis expressè, sentit D. Valent. *lib. 2. illustr. jur. tract. 1. cap. 3. num. 4.*

17 Quibus adde, ni fallor præfata verba servii apud Paulum *in dict. leg. sylva cadua*, pro ipsius verissima intelligentia, potius explicativa, quam augmentativa præcedentium adesse videri, nihilque per ea addi primæ definitioni, vel descriptioni Pauli, qui dum ait: *Sylvam esse, quæ in hoc habetur, ut cædatur*, in his verbis manifestè meo videri etiam renascentiam, quam postea magis declaravit ex servio includit, nam hæc verba, *quæ in hoc habetur, ut cædatur*, non de prima cessione sunt intelligenda, sed de pluribus cessionibus, quasi eis sit destinata sylva, ut frequenter cædatur, quæ certè plures cessiones non aliter dari, vel considerari per Paulum potuerunt, quam supposita renascentia: undè per secundam definitionem servii nil in substantia Paulus primæ addidit, sed eam solum magis declaravit per aliam frasim, vel modum eam referendo.

18 Unum tamen nota, quod ut arbor, vel sylva cædua dicatur non sufficit, ut cæssa renasci possit, sed etiam, quod ad id habeatur, ut cædatur, quare sylva glandes ferens, & ita principaliter pro pastura pecorum, non ut cædatur, destinata, cædua dici non potest, licet cęssa renasci posset, ut *ex d. leg. sylva, §. fin. ff. de verb. signif.* & ibidem Rebuff. paulo post *princ. vers. Sylva alia est glandaria*, Barbos. *in dict. §. Si fundum, num. 2. in fin.* è contra autem, si ut cædatur principaliter sylva est destinata, licet glandes ferat, & pasturæ quoque deserviat, in fructu erit, & per fructuarium cædi poterit, ut colligitur ex Barbos. ubi proximè per Text. quem ita intelligit *in leg. cum manu sata, §. 1. ff. de contrahen. empt.* & sequitur Gutierrez *de tutel. dict. cap. 27. num. 4.* quia semper attenditur, id ad quod principaliter destinatur, ut cædua dicatur, vel non, Alciat. *in dict. leg. sylva cædua, nu. 3.* & ibidem Brechæus *in fin.*

19 An autem requiratur ad renascentiam istam, quòd statim brevi tempore sylva renasci debeat, vel sufficiat tardè, vel post longum tempus renasci; & quòd non aliter, nisi in brevi renascatur, tenuerunt ex aliquibus antiquioribus Pinel. *in dict. leg. 1. Cod. de bon. matern. part. 2. n. 59. in fin.* Rochus *de jure patronat. verb. Ipse, vel is*, Lambertin. *eodem tract. art. 2. secundæ quæstionis principalis, p. 2. lib. 1. num. 22.* sed contrarium est verius, imò satis esse, quod post longum tempus renascatur, ut resolvunt Alexand. *in dict. §. Si fundum*, & ibidem Castrens. idem Alexand. *cons. 118. num. 3. & 7. lib. 5.* Paris. *cons. 81. numer. 32. lib. 1.* Menoch. *cons. 13. nu. 15. lib. 5.* Franc. Connan. *lib. 4. commentar. cap. 1. nu. 5.* Petr. Barbos. *in dict. §. Si fundum, num. 2.* Bechius *cons. 33. num. 6. cum seqq.* Franc. Marc. *decis. 871. part. 1.* licèt pro sententia Pinelli per Castill. referatur *dict. cap. 25. numer. 22.* benè Joan. Garcia *de expens. cap. 11. numer. 35.* Joan. Gutierrez *de tutel. dict. cap. 27. numer. 3. in fin.* Joan. Bapt. Cost. *de ration. rat. quæst. 68. numer. 2.*

20 Item circa hujusmodi renascentiam dubitari potest, an necessarium sit, quòd ex ipsis radicibus, vel stirpibus, sive ex trunco renascantur juxta *leg. 3. §. 2. ff. arbor. furt. cæsar.* vel sufficiat, quod aliter arbores germinent, seu virgultas efferant: & quod ex radicibus renasci debeant, ut in fructu sint, tradit Anton. Gamm. *decis. 104.*
21 *numer. 2.* † Qui ex eo Pinetum excludit, & eum sequitur Barbos. *in dict. §. Si fundum, numer. 2. 3. & 10.* contrarium tamen in Pineto pro constanti tenet Mieres *de majorat. 4. part. quæst. 39. numer. 5.* maximè, si ad cędendum Pinetum sit destinatum, quo casu suam etiam limitat sententiam Gamm. ubi proximè asserens benè tunc per fructuarium cædi posse, dummodo arbitrio boni viri id faciat, cujus sententiam adversus Barbos. sequitur Joan. Gutierrez *de tutel. dict. cap. 27. num. 6.* noviter Horat. Barbat. *de divis. fruct. 1. part. cap. 17. num. 107.* quia Pinetum ad hoc solum regulariter destinatum est, ut ad fabricandas domos, & ad alia necessaria cædatur, in eoque semper alii pini renascuntur, & licèt non ex radicibus fiat, sed ex semine, quod in terram decidit, ut experientia quotidie docet, hæc renascentia sufficere in proposito debet, non obstante, quòd eam ex radicibus requirere videatur Paulus *in dict. leg. sylva cadua, de verb. signif.* quia ibi non taxativè, sed exemplificativè in casu frequentiori fuit loquutus.

Tertiò, quoad usum sylvæ cæduæ notandum est fru- 22
ctuarios, ut sunt emphyteuta, possessor majoratus, & similes non solum pro ipsorum usu posse arbores cæduas incidere, sed etiam, ut aliis vendant, & pro suo libitu de eis quidquid voluerint agere possint, ut per Text. *in l. ex sylva, & in l. item si fundi, in fin. ff. de usufruct. leg. in sylva, de usucapionib.* tradunt Alciat. & Rebuff. *in l. sylva cadua, ff. de verb. signif.* Franc. Connan. *lib. 4. comment. cap. 1. num. 4. & 5.* Mieres *de majorat. 4. part. quæst. 39. numer. 5.* & ex Pinel. Baeza, Garcia, & aliis Castill. *de usufruct. cap. 15. num. 26.* † Quod intellige dummodo id faciat, 23
vel ea utatur, sicut bonus pater familias uti ait D. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 22. num. 3.* Joan. Gutierrez. *de tutel. part. 3. cap. 27. nu. 9.*

An autem inspiciendus sit modus consuetus in incisio- 24
ne, seu consuetudo specialis testatoris, qui usumfructum reliquit, vel potius generalis consuetudo Regionis? dubitat Gutierrez. *de tutel. lib. 1. dict. cap. 27. num. 9.* qui ait in triennio, vel quinquennio pro consuetudine domini prædecessoris, seu testatoris, & non aliter fructuarium uti debere; † Sed hoc intellige, si non ususfructus ipsius 25
sylvæ principaliter sit relictus, sed fundi, cui sylva accedit; in hoc enim secundo casu, bene procedit doctrina Gutierrez, ut dumtaxat ad modum, & consuetudinem testatoris fructuarius utatur: secus verò in primo casu, cum principaliter sylvæ ususfructus non per obliquum sit relictus, nam tunc benè totam sylvam, etiam usque ad truncos, vel radices (intellige more generali Regionis consueto) suo tempore fructuarius cędere poterit, non attento modo, aut consuetudine testatoris, plura enim ei licent, cui jus principaliter, & directò competit, quam cui competit in consequentiam, sive per obliquum, pro qua distinctione est Text. formalis *in l. item si fundi, §. fin. ff. de usufruct.* & pro intellectu etiam *l. ex sylva, eodem tit.* docet optimè doctissimus Arias Pinel. *in l. 1. Cod. de bon. matern. 2. part. num. 59.* Castill. *de usufruct. dict. cap. 25. ex num. 28. & 29.* doctè Petr. Barbos. *in d. l. divortio, ff. solut. matrim. ex num. 4.* † Qui *in* 26
num. 6. hoc addit, quod si de consuetudine testatoris non constet, vel nihil etiam cędere solebat, servetur tunc modus præscriptus *in dict. l. ex sylva*, ut saltim ramos, & pedamenta legatario cędere liceat, ne alias legatum inutile reddatur, & ita in effectu tenent Alciat. *in dict. l. sylva cadua, num. 6. ff. de verbor. signific.* Franc. Connan. *lib. 4. commentar. dict. cap. 1. numer. 4.* Castill. *dict. cap. 25. num. 36.*

Quæ proximè dicta in fructuariis solum intellige, non 27
verò in marito, emphyteuta, aut possessore majoratus, qui majus habent, quam fructuarius, videlicet dominium ex quo eos indistinctè sylvam cæduam, quæ fundo accedit cædere posse notant D. Molin. *lib. 1. de primog. cap. 22. num. 3.* Valasc. *de jur. emphyteut. quæst. 16. num. 3.* Petr. Barbos. *in dict. §. Si fundum, num. 7.* Pelaez *de majorat. d. quæst. 39. n. 5.*

Sed id omnes præ oculis habeant, quòd arbitrio boni 28
viri in his fructibus percipiendis se gerere debent, & ad rei naturam, & consuetudinem Regionis, uti Gutierrez *dict. cap. 27. num. 6. 9. & 14.* D. Molin. *dict. cap. 22. ex numer. 3.* Pelaez *de majorat. d. quæst. 39. n. 5.* plenè Castill. *de usufruct. c. 21. per tot.* Christin. *in consuet. Mechlinens. tit. 15. art. 4. num. 10.* † Ita ut cæsio ad fructum, non ad destru- 29
ctionem pertineat, *dict. l. ex sylva, de usufruct.* Garcia de

expens.

Digitized by Google

expens. cap. 11. *num.* 35. Cost. *de portion. rat. quæst.* 78. *n.* 2. Christin. *numer.* 4. *ubi supra.*

30 Unde nec sylvam cæduam, vel non cæduam poterit fructuarius, colonus, emphyteuta, maritus, possessor majoratus, vel similes extirpare, & in totum genus fructuum mutare, ut inde pratum, vinea, aut olivetum fiat, benè Bald. *in l.* 1. *num.* 11. *C. de jur. emphyteut.* Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. matern. part.* 2. *num.* 52. qui & in patre loquitur Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 17. *vers. Et faire les fruictz*, *num.* 9. D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 7. Cost. *de portion. rat. quæst.* 78. *num.* 4. & contra plures Castill. *de usufruct. dict. cap.* 25. *num.* 9. *cum seqq.*
31 Christin. *in constit. Mechlinens. tit.* 15. *art.* 4. *nu.* 4. † Quoniam usufructuario, emphyteutæ, possessori majoratus, marito, & similibus, dominium temporale habentibus non licet mutare formam rei, etiam si exinde fundus pretiosior, vel fructuosior reddatur, sed ita uti frui debent, ut substantiam rei, neque immutent, neque corrumpant, sed salvam potius, illæsam, atque integram conservent, juxta *princip. Institut. de usufruct.* illic: *Salva rerum substantia*, & probatur manifestè *in l. æquissimum* 17. §. *Fructuarius*, *cum seqq.* & §. *Sed si ædium* 7. *l. hactenus*, ibi: *Neque autem ampliare, neque inutile detrahere posse, quamvis melius repositurus sit*, *ff. de usufruct.* & Text. singularis *in l. usufructuarius* 51. *ff. eod.* & notant, lateque explicant ultra D. Molin. Pinel. & proximè relatos doctè Petr. Barbos. *in l. divortio*, §. *Si vir*, *nu.* 31. *cum seqq. ff. solut. matrimon.* Castill. *de usufruct. c.* 33. *per tot.*

32 Aliàs enim substantiam, vel formam rei mutantes, vel aliter contra jus utentes proprium jus amittent, & ad interesse, & damnum deteriorationis adstricti manebunt, ut ex pluribus plenè resolvit Castill. *dict. cap.* 21. *tot.* & *d. cap.* 27. *ex num.* 1. doctè, & eruditè Anton. Galeatius Malvasia, quem omnes commendant, *cons.* 38. *ex num.* 1. & *per tot. vol.* 2.

33 His igitur de prima parte nostri capitis, sive præfatæ distinctionis circa sylvam cæduam, ipsiusque usum annotatis, restat nunc, ut secundam partem absolvamus, quæ circa sylvam non cæduam, & ejus fructus versabi-
34 tur: † Pro cujus clariori declaratione, in primis repetenda est superior conclusio supra fundata in principali inter sylvam cæduam, vel non cæduam distinctione, quam supra tradidimus in principio hujus capitis, ubi plenè fundavimus sylvam non cæduam in fructu non imputari ad effectum, ut ipsius arbores per fructuarios excidi non possint.

35 Qua verissima conclusione stante pro ipsius plena, & absoluta declaratione, primo notandum est, sylvam non cæduam eam esse, quæ non habetur ad cædendum, sed ad alios usus, & quæ cæsa non renascitur ex stirpibus, vel radicibus *d. l. sylva cædua* 30. *de verb. signif.* ubi Alciat. & Rebuff. *l.* 27. *tit.* 11. *part.* 4. ubi noster Gregor. D. Molin. Petr. Barbos. Garcia, & alii proximè referendi.

36 Unde arbores proceræ, sive grandes, quæ ut cædantur, non sunt destinatæ, in fructu non erunt, nec per fructuarium, emphyteutam, colonum, maritum, & similes excidi poterunt, *l. sed si grandes* 11. *ff. de usufruct. l.* 27. *tit.* 11. *part.* 4. ubi noster Gregor. Cæpol. *de servitut. rusticor. prædior. cap.* 22. *num.* 9. Tiraquell. *de retract. conventional.* §. 3. *gloss.* 1. *num.* 22. qui plenè in fructuario, marito, emphyteuta, vassallo, patre usufructuario adventitiorum, creditore in re pignorata, colono, & in similibus loquitur Jul. Clar. *lib.* 4. *receptar. sentent.* §. *Feudum*, *quæst.* 47. & §. *Emphyteusis*, *quæst.* 26. D. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 5. Petr. Barbos. *in d. l. divortio*, §. *Si fundum*, *num.* 8. Ludovic. Charond. *lib.* 2. *pandectar. cap.* 20. *per med. vers. Les vois*, Garcia *de expens. cap.* 11. *num.* 35. & aliis relatis Christin. *in constit. Mechlin. tit.* 15. *art.* 4. *nu.* 3.

37 Et de arboribus grandibus, quæ ob frondositatem habentur, ut deambulationes opacas, & amœnas reddant, quòd in fructu non sint, nec per fructuarios, vel dictas personas excidi possint, est Text. notabilis *in l. æquissimum* 17. §. *Fructuarius*, *vers. Et si*, *ff. de usufruct.* ibi: *Et si forte voluptarium fuit prædium, viridaria, vel gestationes, deambulationes arboribus infructuosis opacas, atque amœnas habens, non debebit dejicere*, notant Alciat. *in l. sylva cædua*, *num.* 5. & 6. *de verb. signif.* quem Text. & *d. leg. sed si grandes*, *ff. de usufruct.* de arboribus grandibus frondosis causa voluptatis, vel recreationis intelligunt, Cæpol. *de servit. urban. prædior. cap.* 81. *nu. fin.* Alciat. ubi proximè, & convenit doctrina D. Valent. *lib.* 2. *illustr. jur. tractat.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. & *fin.* Paul. de Montepic. *in l. Titia cum testamento*, §. *fin. num.* 115. *ff. de legat.* 2. qui loquitur in platanis, & aliis arboribus grandibus: & in sylva consistente in cupressis, *num.* 116. Aretin. *in d. l. divortio* 8. §. *Si fundum*, *post princip. ff. solut. matrim.* Rebuff. *in d. l. sylva cædua*, *col.* 5. *ante med. ff. de verb. signif.* Petr. Barbos. *in d.* §. *Si fundum*, *n.* 10. † Quia hæ arbores ejus 38
naturæ sunt, ut cæsæ non renascantur, ut notant DD. citat. & ex Plinio, Cæsar. Cost. *lib.* 1. *ambiguit. jur. cap.* 5. *in fin. ad l.* 1. *C. de cupress. lib.* 11.

Secundò etiam *d. l. sed si grandes*, intelligunt Doctores 39
de arboribus frugiferis, quæ similiter in fructu non sunt, nec per fructuarios, colonum, emphyteutam, maritum, possessorem majoratus, & similes cædi possunt, cum ad id non habeantur, & est Text. *in l. divortio*, §. *Si fundum*, *ff. solut. matrim.* & *in d. l. æquissimum* 17. §. *Fructuarius*, *ff. de usufruct.* latè notant Arias Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bon. matern.* 2. *part. n.* 59. *vers. Ex his*, Tiraquel. *lib.* 2. *de retract. convention.* §. 3. *glos. unic. nu.* 24. D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 5. Petr. Barbos. *in d. l. divortio*, §. *Si fundum*, *n.* 8. Garcia *de expens. c.* 11. *n.* 35. *in fin.* Gutierrez *de tutel. p.* 3. *c.* 27. *n.* 11. Cost. *de ration. rat. q.* 78. *n.* 3. Christin. *in constit. Mechlinens. tit.* 15. *art.* 4. *nu.* 3. & 4. † Quod ita 40
procedit, ut propter hujusmodi arborum, quæ in fructu non sunt, incisionem emphyteuta in commissum cadat, & fructuarius, & similes jus suum amittant, & ad damnum, & interesse deteriorationis teneantur, ut ex pluribus notat Castill. *de usufruct. cap.* 25. *ex n.* 1. & *cap.* 33. *per tot.* Petr. Barbos. *in dict. l. divortio*, §. *Si vir*, *ex num.* 35. & *in dict.* §. *Si fundum*, *num.* 15. *cum seqq.*

Quæ circa arbores grandes, & proceras, aliasque non 41
cædendas per fructuarium, & similes personas, primò limita, & intellige, nisi hujusmodi arbores soleant excidi ad usum lignandi, ædificandi, vel ad quempiam alium usum, quo hujusmodi arbores fuerint destinatæ, ut tradunt Bald. *in dict. l. divortio*, §. *Si fundum*, *ff. solut. matrim.* Alexand. *cons.* 118. *lib.* 5. benè Paul. à Montepic. *in repetit. l. Titia*, §. *Titia*, *quæst.* 36. *n.* 93. *ff. de legat.* 2. ubi benè id declarat, & cum aliis antiquioribus Tiraquell. *de retract. convention.* §. 3. *gloss.* 1. *n.* 23. D. Molin. *lib.* 1. *de primogen. c.* 22. *num.* 5. Cavalcan. *de usufruct. mulier. relict. n.* 146. & *dec.* 44. *n.* 52. Vincent. Caroc. *de locat. & conduct. grad.* 4. *accident. q.* 7. *n.* 20. & 21. *fol.* 191. † Qui omnes lo- 42
quuntur etiam in arboribus frugiferis: in quo Regionis consuetudinem attendi debere, seu modum, quo in Provincia tales sylvæ cædi solent, notat Joan. Gutierrez *de tutel. p.* 3. *c.* 27. *n.* 6. † Et etiam testatoris consuetudinem jux- 43
ta Castill. *de usufruct. c.* 25. *n.* 40. & 41.

Secundò intellige, ut prædicta non procedant, si ex 44
incisione hujusmodi arborum fundus fructuosior reddatur, ut per Text. *in d. l. divortio*, §. *Si fundum*, *solut. matrim.* & ibidem Gloss. *in verb. Fructuosiorem*, tenent Cæpol. *de servitut. tit. de montib. q.* 5. & 7. Tiraquell. *d. gloss. unica*, *n.* 25. D. Molin. *d. c.* 22. *n.* 5. noviter Horat. Barbat. *de divis. fruct.* 1. *p. c.* 17. *nu.* 108. † Contra quam limitatio- 45
nem insurgit Castill. *de usufruct. d. c.* 25. *nu.* 16. ex eo quod fructuarius non possit sylvam non cæduam exscindere, etiam si utilior reddatur, quia mutaretur forma rei, quod fructuario prohibetur, ut supra fundavi *ex num.* 31. † Sed 46
prædictam limitationem meo videri intellige, si aliquæ duntaxat arbores excidantur, vel earum rami putentur, ut fœcundiores alii reddantur, secus verò, si omnes devasten-

Digitized by Google

vastentur, & ita forma, & substantia rei mutetur, quia tunc potius destructio, & extirpatio esset, quod non licet, juxta superius tradita *num. 31. & 45.*

47 Ex quo alia infertur singularis, & communiter recepta limitatio, ut nimirum, si fructuarius excidendo arbores grandes, maximè frugiferas, alias in eorum loco substituat, benè possit efficere, cum deterioratio non sequatur, imò sylva ob renovationem utilior reddatur, pro qua limitatione facit Text. notabilis *in l. in fraudem, §. Conductor, ff. de jur. fisc.* dum ibi dicitur, *non substitutis aliis*, & ita voluerunt Angel. Paul. de Castr. Alexand. *in dict. §. Si fundum*, Cæpol. *de servitut. rusticor. prædior. cap. 22. num. 3.* D. Molin. *de primogen. dict. cap. 22. num. 5.* Tiraquell. *dict. gloss. unic. num. 24.* Gamm. *decis. 147. num. fin.* quidquid aliter intelligat Petr. Barbos. *in d. §. Si fundum, n. 16.*

48 Sed hanc limitationem notabiliter intellige, non quidem simpliciter, & in omnibus arboribus, sed in vetustioribus, aut corruptis, vel parum fructuosis, ut singulariter declarant Paul. de Castr. & Alexand. *in d. §. Si fundum*, Angel. *in l. si colonus, ff. arbor. furt. cæsar.* Tiraquell. *dict. gloss. unic. numer. 24.* & cum aliis antiquioribus benè resolvit Vincent. Caroc. *de locat. & conduct. grad. 4. accident. quæst. 7. num. 24. cum seqq.*

49 Tertiò prædicta intellige, nisi his grandibus arboribus opus esset ad villæ, cujus sunt, refectionem, quia tunc benè ramos, & alia pedamenta excidi posse constat, ut per Text. *in l. arboribus, in princip. ff. de usufruct.* tradunt in usufructuario, marito, & aliis Bald. *in dict. l. divortio, §. Si fundum, ff. solut. matrim.* & ibidem notant in arboribus frugiferis, & aliis non cæduis, Alexand. & Aretin. Menoch. *cons. 13. num. ult.* Joseph. Ludovic. *dec. 8. n. 9.*

50 Sed in hoc articulo in arboribus frugiferis contrarium resolvit Castill. *dict. cap. 25. num. 21.* & etiam in quibuslibet aliis magnis arboribus non cæduis, ut nec in eis prædicta limitatio procedat, voluit quoque Petr. Barbos. *in dict. §. Si fundum, num. 13.* ex aliquibus antiquioribus ibi relatis, qui & Castill. rectè intelligunt *dict. l. arboribus, de usufruct.* juxta Gloss. ibidem *in verb. Materia*, & Alexand. *in dict. §. Si fundum, num. 3. in fin.* de arboribus evulsis: vel vi ventorum ejectis, quibus tantum *in d. leg. arboribus*, fructuario ad reparationem villæ uti conceditur, quare ad incisionem ramorum, sive pedamentorum arborum stantium illam legem extendi non debere di-
51 cunt; † quod pro concordia in arboribus fructiferis verissimum censeo ob magnum præjudicium, quod ex earum incisione, vel etiam solum ramorum sequeretur: secus verò in aliis arboribus infructiferis, licèt non cæduis, ex quorum aliqua ramorum incisione pro reparatione villæ, aut fundi ubi sunt, parum, vel minimum præjudicium sequi posset, & ita hoc præjudicio, vel deterioratione cessante pro fructuario resolvunt, ut ei aliqua pedamenta, vel ramos ex sylva non cædua excidere licet, juxta singularem decisionem, *l. ex sylva, ff. de usufruct. gloss. in d. §. Si fundum, in verb. Tenebitur*, & ibidem Alexand. *col. 1.* Tiraquell. *de retract. d. §. 3. gloss. unic. num. 27.* Caroc. *de locat. & conduct. grad. 4. quæst. 7. nu. 28. fol. 191.*

52 An verò grandes, sive proceræ, aut frugiferæ arbores vetustate, vel aliter desiccatæ, vel vi ventorum evulsæ in fructu sint, & ad fructuarium, colonum, vel similes spectent, vel potius ad proprietarium? Vel aliquo modo eis uti possint? Magna est inter DD. altercatio.

53 In quo articulo breviter respondendum censo hujusmodi arbores nullo modo inter fructus imputari, sed imò ad proprietarium pertinere, ut expressè deciditur *in l. divortio 8. §. Si fundum, ff. solut. matrim.* quæ loquens, in sylva dotali, tales arbores in fructu non esse, statuit, sed earum pretium uxori restitui debere, cui convenit
54 nostra *leg. 27. tit. 11. part. 4.* † Quæ loquitur etiam in arboribus per tertium furtim, vel aliter injustè cæsis, notat ibidem noster Gregor. *gloss. 1.* qui idem affirmat in arboribus desiccatis, *l. arboribus, ff. de usufruct.* Alexand. *in d. §. Si fundum, nu. 5.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 17. vers. Et faire les fructiz siens, n. 6.* D. Molin. *de primogen. lib. 1. d. c. 22. nu. 6.* Cæpol. *de servitut. rusticor. prædior. tit. de montib. nu. 9.* Alban. *cons. 55. nu. 7.* latè comprobant Petr. Barbos. *in d. §. Si fundum, n. 20. in fin. cum seqq.* Borgn. Cavalcan. *de usufruct. mulier. relict. ex n. 157. & decis. 44. n. 72. p. 1.* Vincent. Carroc. *de locat. 4. grad. accident. q. 7. num. 16. fol. 192.* Joan. Gutierrez *de tutel. 3. par. cap. 27. n. 21.* † Ubi quod nec ex his arboribus decima tu- 55
tori debeatur, quæ aliàs de fructibus rerum minoris jure nostro ei competit; & probant nostram conclusionem Gratian. *decis. March. 208. n. 16. & in discept. forens. c. 21. nu. 1.* Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 17. nu. 109.*

Quæ superior conclusio, ut arbores desiccatæ, vel vi ventorum ejectæ ad fructuarius, maritum, colonum, vel alium similem non expectent pro concordia aliquorum jurium, quæ infra referam, cum *d. l. divortio, §. Si fundum, ff. solut. matrim. d. l. arboribus, ff. de usufruct.* tripliciter limitabo: primò, si pro ipsius tantum usu, vel ad reparationem villæ his arboribus evulsis, vel desiccatis fructuarius uti velit, quia tunc quatenus eis ad istos usus indigeant, in fructu erunt, ut comprobatur per Text. *in dict. l. arboribus, ff. de usufruct.* ubi notant antiquiores D. Molin. *dict. cap. 22. num. 6.* Petr. Barbos. *in d. §. Si fundum, num. 22.* & alii ex DD. relatis. 56

Secundò limita, si fructuarius loco arborum, quæ vi ventorum fuerint dejectæ, vel desiccatæ alias substituerit, quia, & tunc desiccatæ, vel dejectæ in fructu erunt, ut probatur ex Text. *in leg. agri 22. ff. de usufruct.* & notat noster Gregorius *in d. l. 27. gloss. 1.* optimè Paul. de Montepic. *in l. Titia cum testamento, §. fin. nu. 118. ff. de legat. 2.* Petr. Barbos. *in d. §. Si fundum, nu. 21.* Castill. *de usufruct. d. cap. 25. nu. 23.* 57

Tertiò limita, nisi tales arbores vi ventorum dejectas proprietarius non auferat, quo casu tanquam pro derelicto habitas fructuarius eas occupando suas faciet, juxta *l. 1. ff. de usucap. pro derelict.* Paul. de Montepic. *dict. §. fin. nu. 118.* sed hoc declara juxta Gloss. *l. fin. in l. Proculus 23. §. fin. ff. de usufruct.* si specialiter fructuarius adversus proprietarium egerit, ut arbores auferat, vel habeat pro derelicto, & hanc declarationem sequuntur Joseph. Ludovic. *decis. Perusin. 5. num. 3.* Petr. Barbos. *in d. §. Si fundum, solut. matrim. nu. 21. in fin.* 58

Unum tamen nota, quòd prædicta principalis conclusio, ut arbores desiccatæ, vel vi ventorum ejectæ ad fructuarios non spectent, nisi in casibus proximè relatis; limitari debet in possessore majoratus, cui indistinctè hujusmodi arbores competere resolvit D. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 22. n. 6.* quia verè est dominus rerum majoratus, potentiusque jus, quam maritus, & alii fructuarii habet, & licèt contrarium adversus D. Molin. tenuerit Petr. Barbos. *in d. §. Si fundum, num. 22. & 23.* à sententia tamen Molin. non est recedendum, quia clara est differentiæ ratio inter maritum, & possessorem majoratus, & ita tanquam veriorem sequuntur Horat. Barbat. *de divis. fruct. 1. p. c. 17. num. 109.* Gutierrez *de tutel d. cap. 27. n. 21.* 59
† Qui id optimè declarat, nisi tota substantia majoratus consisteret in arboribus dejectis, nec aliæ facilè substitui possint, nec fundus ad aliud utilis sit juxta declarationem ipsius Molinæ *d. nu. 6. in fin.* 60



CA-

Digitized by Google

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Levatis fructibus, an spicæ, seu vinearum folia, herba naturalis, vel alia spolia in agris privatorum remanentia, ipsorum agrorum fructus sint, dominisque privativè competant? Ita ut hujusmodi pastum aliis prohibere possint, vel an hæc omnia commoda omnibus de populo communia remaneant? Latè distinguitur inter jus commune, & nostrum Regium, quo hæc pascua ad communionem sunt redacta ad nostram *leg.13. & 14. tit.7. lib.7. Recopilat.* Et quid etiam, si oppidorum consuetudine, seu expressa incolarum voluntate talis communio sit inducta? Aliqua etiam annotantur circa terminos nostros, quos *rotundos* appellamus, in quo consistant? Et an in præjudicium hujusmodi pascuorum communionis lege speciali, consuetudine, vel aliter inductæ, prædiorum domini novellare, plantare, aliove modo suarum terrarum culturam mutare prohibeantur? Et si jure servitutis jus pascendi competant? Ultimoque in eodem casu, cum hæc pascua, levato fructu, communia sunt, noviter celebris quæstio discutitur, an exteri in uno territorio prædia habentes, alibi tamen habitantes, in territorio ubi sita sunt prædia his pascuis agrorum privatorum post levatas fruges uti debeant? Et quid in aliis pascuis publicis? Et quibus animalibus, an solis aratoriis, seu aliter prædiorum culturæ servientibus? Aliaque singularia de materia pascuorum utiliter ad praxim tractantur.

SVMMARIVM.

1 *PRoponitur hujus capitis questio, an collectis fructibus spica, vinearum folia, aut herba naturaliter in fundis privatis nascens in fructu sint, necne? ad prædiorumque dominos privativè pertineant, vel potius communia remaneant?*

2 *Distinguitur inter jus commune, & nostrum Regium, & quid prius jure communi dicendum? tractatur.*

3 *Refertur negativa sententia, quam ex* Joann. Fabr. & Chassan. *aliqui defendunt.*

4 *Doctores qui pro ea resolvunt.*

5 *Refertur istius sententiæ Doctorum principale fundamentum ex vulgari regula*, quod tibi non nocet, & alteri prodest, *ad Text.* in l.2. §.1. ff. de aqua pluv. arcend.

6 *Aliud fundamentum ex modernioribus Doctoribus, quia nempè solum, seu territorium universitatis sit, ex quo herbam naturaliter, ut ex spicis, vel absque cultura nascentem communem esse volunt.*

Ampliatur hoc fundamentum; quia spica ad finem colligendi frumentum projecta non fuerint, sed casu ceciderint, d. n.6. in fin.

7 *Rejiciuntur hæc duo fundamenta, & n.8.*

In nostro casu magni interest prædiorum dominorum spicas, & alia, collectis fructibus, remanentia per alios non depasci, sed ei privativè relinqui, dict. numer.7.

8 *Quando spica, vel herba post collectas fruges naturaliter nascens ratione soli, quia universitatis sit, communia remaneant?*

Fundatur noviter hæc negativa sententia, numer.9. cum seqq.

Prædiorum domini, principalibus fructibus collectis, contenti esse debent, & remanentes spicas, vel vinearum spolia viduis, peregrinis, & aliis pauperibus relinquere, d. n.9.

10 *Convenit hoc etiam publicæ utilitatis, ut communia pascua ampliora sint.*

11 *Comprobatur hæc ratio ex Sacra Paginæ locis.*

12 *Spica, & alia post collectos fructus remanentia ex dominorum voluntate derelicta censentur.*

13 *Herba in privatis agris, secatis fructibus industrialibus, nascens, tanquam quid naturale, communis esse debet, juxta Avendan.*

14 *Vassallorum dominis in propriis, aut privatis fundis defensas facere non licet, sive herbam, post collectas fruges, spontè nascentem, vassallis prohibere, juxta eundem Avendan.*

15 *Fundatur affirmativa sententia, & pro ea, ut veriori, jure communi inspecto, resolvitur, & nu.16. cum seqq.*

16 *Fructus nomine quacumque utilitas, sive naturaliter, sive adhibita industria, ex re proveniens comprehenditur, & n.17.*

18 *Inspecta verbi* Fructus *rigorosa, & propria significatione, magis herba, & quodlibet aliud naturaliter nascens, inter fructus prædii est computandum, & nu.19.*

Excluditur ex hoc secunda ratio superioris negativa sententia, maximè per Avendan. considerata, d. num.19.

20 *Herba, aut quid aliud in privato agro nascens ipsius domini est, quin aliis eo invito, eam depascere liceat.*

21 *Prata habere, propriaque prædia frumentaria, sublata cultura, ad ea reducere, cuilibet licet.*

22 *Extera animalia in proprio territorio pascentia dominus expellere potest.*

23 *Competit ei contra immittentem legis Aquiliæ actio.*

24 *Adducitur pro superiori de jure communi affirmativa sententia, ut jure nostro quoque Partitarum procedat*, l.10. tit.15. part.7. *qua prædiorum dominis post levatos fructus paleas terris frumentariis inhærentes cremari permittitur.*

Intellige hoc dummodo die ventoso non fiat, vel circa paleas, aut ligna, sive alio modo, quo damnum vicino inferatur, ibidem.

25 *Concluditur spicas post levatas segetes, vel herbam sua sponte in privatis agris nascentes, inter eorum fructus de jure communi connumerari debere.*

26 *Referuntur DD. pro hac sententia, & n.27.*

Contrarium de praxi in Regno Aragonum servatur, d. nu.26. in fin.

Respondetur fundamentis superioris negativa sententia, n.28. cum seqq.

30 *Spica, & alia spolia, quæ post levatos fructus, vel vindemiam remanent, casu potius, & in curia messorum, in terram cadere, quam per dominum derelinqui, dicendum.*

31 *Hoc sine dubio procedit cum constat de animo domini agri tales spicas cum suis pecoribus depascere volentis.*

32 *Respondetur rationi superius considerata, & locis Sacra Pagina adductis, ut spica, racemi, & similia spolia, sublato principali fructu, remanentia, viduis, & aliis egenis relinquatur.*

33 *Legis antiquæ præcepta quædam judicialia, alia cæremonialia, alia moralia: & quæ post novam legem Euangelicam obligent.*

34 *Veteris legis præcepta, de quibus supra, non obligare concluditur, & n.36.*

35 *Iure naturali non aliter pauperibus necessario subvenire adstringimur, quàm si summa inopia, extremaque necessitate premantur.*

37 *Respondetur, & declaratur doctrina* Joan. Fabr. & Chas-

Chaslan. *quibus Doctores negativa sententia nituntur.*

Loquuntur in terris vacuis, quarum pastu eorum domini non utuntur, ibidem.

Declaratur, ut procedat in hoc casu regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, d.l.2.§.1.ff.de aqua pluv. arcend. *de qua supra ad comprobationem negativa sententia: secus quando agrorum domini hoc pastu, uti velint,* ibidem.

Respondetur exemplo per Avendan. pro negativa sententia adducto, in vassallorum dominis, quibus in suis terris defensas facere, vel aliter pastum prohibere, prohibitum esse ait, n.38.cum seqq.

Domini inferiores, quando hujusmodi defensas, sive pastum prohibitiones facere prohibeantur? & quid in propriis agris, & in pascuis publicis plenè resolvitur, n.39.cum seqq.

42 *Vassallorum dominis inferioribus nullum aliud jus in pascuis publicis competit, quam cateris civibus vassallis, cum quibus socii ad pascua reputantur.*

43 *Habent tamen vicem duorum vicinorum. Nil tamen in pascuis publicis, cateris vicinis prajudicare possunt, exteros ad ea admittendo, vel ea locando, aut vendendo, n.44.cum antecedentib.*

45 *Domini inferiores, vel ipsa oppida nil in prajudicium vicinorum, aliorumve oppidorum communitatem in pascuis habentium circa pascua facere possunt.*

46 *In Regno Neapolis publicorum pascuorum mutationes Regia pragmatica Baronibus prohibentur.*

47 *Idem servatur in Dominis Regni Valentia, ipsiusque Rectoribus, aut Magistratibus.*

48 *Diversa est jurisdictio, vel dominium oppidorum à jure pascendi, sive dominio terminorum, nec hoc sub illo comprehenditur.*

49 *Domini inferiores an facultatem pascua publica defendendi, vel forestas, sive privatas defensas sibi faciendi per tempus immemoriale quarere possint, & n.50.& 51.*

Principis privilegio hujusmodi facultas, an quari valeat, ibidem.

Quid in pascuis privatis ipsorum oppidorum privilegio, vel prascriptione quasitis, an per secundum privilegium in favorem dominorum inferiorum derogari, vel immutari liceat? ad hujusmodi gratiarum in nostro Supremo Senatu retentionem, d.n.51.

52 *Plura de acquisitione, sive divisione pascuorum inter dominos, & vicinos Clericos, Monachos, & similes remissivè.*

53 *Quid in propriis agris circa eorum pascua, levatis fructibus, inferiores domini de jure communi facere possint? an herbam, & spicas exteris prohibere?*

54 *Quid in pascuis publicis oppidorum, quorum soli dominium ad dominos pertinet? & n.55.*

In Principatu Cathalonia, quid circa hoc servetur? d.n.55.

56 *Concluditur ad omnia hucusque in hoc capit. tradita privatorum agrorum dominis collectis fructibus, spicarum, & similium pasculationem de jure communi privativè competere.*

Referuntur nonnulla hujus principalis conclusionis ampliationes, n.57.cum seqq.

58 *An procedat etiam, si universitas, vel oppidum gregem macelli publicis in his privatorum terris, levatis fructibus, immittere velit?*

69 *Oppidorum Domini, vel Barones, an in privatorum agris, sublato fructu, propria pecora, vel aliena immittere valeant?*

60 *An circa hoc in prajudicium agrorum Dominorum privilegium aliquod Princeps concedere possit? & n.61.*

Hujusmodi privilegia, ut tertio prajudicialia, in nostro Supremo Senatu retinenda, ibidem.

De consuetudine oppidorum est, ut spica, & alia pascua levatis fructibus, communia relinquantur, & etiam de statuto speciali, n.62.cum seqq.

65 *Quodlibet jus pascendi in alieno territorio prascriptione quari potest.*

66 *Communio ista, ut in agrorum privatorum pascuis inter vicinos prascripta censeatur, requiritur, quod omnes in eorum terris promiscuè usi fuerint.*

67 *An servitus tunc, vel communio prascripta censeatur?*

68 *An de consensu vicinorum pascua hac, levatis fructibus, ad communionem redigi possint?*

69 *Servitus juris pascendi obligatione personali tacitâ, vel expressa acquiri valet.*

70 *Servitutis prascriptio, nil aliud est, quam ipsius constitutio ex tacita, sive prasumpta eorum voluntate, contra quos prascribitur.*

71 *Juris pascendi servitus obligatione personali, quando realis, vel personalis censeatur?*

72 *Quid in servitute venandi, lignandi, aquam hauriendi, & similibus?*

73 *Stante statuto municipali, vel statuto oppidorum, agrorum privatorum pascua, levatis fructibus, ad communionem reduci possunt.*

74 *Communio hac in aliquibus locis ex certo dumtaxat tempore statuta invenitur.*

75 *In his conventionibus, sive ordinationibus oppidorum, quibus privata pascua communia efficiuntur, nulla Regia facultas requiritur, & n.76.*

77 *Iure nostro Regio agrorum privatorum pascua, levatis fructibus, ad communitatem sunt redacta per* l.13. & 14.tit.7.lib.2.Recopil.

78 *Nostra leges opinionem* Joan. Fabr. *secuta fuere, & ratio earum decisionis, & n.79.cum seqq.*

80 *Terminos rotundos facere nostra leges prohibere, & in quo hujusmodi termini consistant.*

82 *Dicta legis 13. dispositio, & si localis in Regno Granatensi; in omni Regno ob generalitatem rationis servanda.*

83 *Princeps uni Prasidi rescribens, cateris quoque rescripsisse videtur.*

84 *Legis dispositio, qua alias ratione generali nititur, & si certa persona, vel locus ei adjiciatur propter frequentiam actus in illo loco, adhuc universalis reputanda.*

85 *Limitatur pradictorum jurium Regalium dispositio, quoties agrorum privatorum domini privilegio, vel legitima prascriptione ipsorum pradiorum pascua, collectis fructibus, privativè habeant.*

86 *Domini inferiores, vel alii privati, apud nos sua pradia frumentaria, vel alias terras privilegio, vel consuetudine immemoriali, sublato frumento, vel quocumque alio tempore, ab aliorum pastura defendere possunt.*

87 *Terminos* rotundos *facere apud nos quid sit? & quando privatis id liceat, & d.n.87.*

88 *Et si* ad terminos rotundos *prascriptione probandos, juris aquandi, pascendi, venandi, & similium prohibitio prascripta requiratur, in aliquo tamen ex his emolumentis separata prascripta possessio, sive prohibitio servanda.*

89 *Circa* terminum rotundum, *privilegio probandum traditur singularis differentia inter territorii Regiam concessionem, antequam in eo aliquod oppidum esset, vel post oppidi erectionem, & consequenter terminorum assignationem ei à Rege factam.*

90 *Oppidi, seu vicinorum consensu, an facultas prohibendi pascua, levatis fructibus, dominis agrorum, vel etiam domino oppidi concedi valeat, vel Regia ad id licentia requiratur.*

91 *An omnium incolarum consensus ad id sufficiat, ut saltim pro ipsorum vita, suorumque haredum talea*

pro-

Digitized by Google

probibitiones substineantur, & num.92.cum seqq. & nu.98.

93 *Pascua publica probibere est de Regalibus.*

94 *Pascua publica quoad usum incolarum, & qua jure nostro Regio, levatis fructibus, communia remanent, sine Regia licentia, etiam de consensu omnium vicinorum locari non possunt.*

95 *Nostri Regni oppida probibentur in pascuis publicis, sine Regia facultate defensas facere, apud nos* Deessas, y acotar.

96 *Conceditur id frequenter pro arbitrio hujus Regni oppidis in nostro Supremo Consilio, ut tributa Regia sublevare possint.*

97 *In pascuis, vel terris propriis de concilio, quorum plenum dominium oppida habens, rectè locationes in favorem cujuslibet privati, sine Regia licentia procedunt.*

99 *Agrorum privatorum domini (inspecto jure nostro Regio, ut pascua, levatis fructibus communia sint) an ipsorum prædiorum culturam mutare probibeantur, si ex tali mutatione pascuorum communitas in aliquo diminuatur, & n.101.cum seqq.*

100 *In præjudicium communitatis juris pascendi, alterisve servitutis, dominus territorii quidquam facere nequit.*

Distinguitur inter jus pascendi, quod servitute, vel alio speciali titulo competit; vel si ratione incolatus, aut habitationis, d.n.101.

102 *Nostrarum legum permissio, ut sublato fructu, pastus agrorum privatorum communis remaneret, nititur in parvo præjudicio ex hoc dominis illato, quod magnum foret, si agrorum cultura mutatio eis probiberetur.*

103 *Item probibitio nostrarum legum intelligi debet supposito statu prædiorum, si post amotas fruges aliquis pastus remaneat.*

104 *In nostro tamen Regio Senatu vinearum, olivarumque novæ plantationes in agris frumentariis frequenter fieri probibentur, & quando propter majorem frumenti ubertatem?*

105 *In Italia quoque tempore Imperatoris Domitiani probibita fuere.*

Qui terras aliquas frumentarias, vel vinearias in unius oppidi territorio habet, & colit, alibique habitat, an pascuo, levatis fructibus, ipse solus jure communi uti possit? vel jure nostro Regio cum cæteris illius oppidi incolis, ubi sita sunt prædia? & n.106.cum seqq.

107 *Commendatur quæstio hæc, noviterque in pascuo privatorum, levatis fructibus, exagitatur, & resolvitur.*

Distinguitur inter pascua montium, aliorumve terrarum publicarum, & inter pascua agrorum privatorum post amotas fruges, n.108.cum seqq.

109 *Pascua publica incolis dumtaxat cujuslibet territorii competunt.*

110 *Incola unius territorii in alio prædia habens, & pro eorum cultura boves, similiaque animalia, cum eis in territorio, ubi sita sunt prædia, depascere debet, & n.111.*

112 *An hoc procedat eo dumtaxat tempore, quo in alieno territorio, quis propria prædia colit, vel potius anni tempore?*

113 *Pascuis agrorum privatorum post levatas fruges, an prædiorum domini alibi habitantes, ut cæteri incolæ uti possint, vel ea sibi privata habere? distinguitur inter jus commune, & Regium, & nu.114. cum seqq.*

117 *Assignatur ad hujus quæstionis resolutionem differentia inter pascua in origine publica, & inter pascua agrorum privatorum, post sublatum fructum jure nostro Regio ad communionem redacta, & n.118.cum seqq.*

Pascua in origine publica ratione incolatus competunt: Ad pascua verò agrorum privatorum jure Regio communia effecta, nulla ratio habitationis consideranda, sed dumtaxat reciproca communitas inter dominos agrorum inducta, d.n.118.

119 *Nostrarum legum, & ipsarum communionis in pascuis agrorum privatorum, levatis fructibus, ratio est parum, vel nullum præjudicium dominorum, cum eorum pascua promiscuè inter eos communicentur.*

120 *Domini, qui in uno territorio prædia habent, & in alio tamen habitant, magni præjudicarentur, si, sublato fructu, non admitterentur ad pascua illius territorii, ubi sua prædia sunt.*

121 *Prædiorum domini alienum territorium, ubi sita sunt prædia pro eis, levatis fructibus, depascendis, cum suis pecoribus ingredientes, prout de jure communi privativè ipsis competere diximus, ab aliis pascuis publicis illius territorii se abstinere debent: & de remedio ad vitandas fraudes.*

Circa præsentem quæstionem plurimum, & frequenter in praxi dubitant DD. an videlicet, frugibus collectis, spicæ, aut vinearum folia, vel alia in fundis privatis remanentia, sive herba naturaliter ibidem nascens inter ipsius fundi fructus connumerentur, ad ejusque Dominum, ut cæteri industriales, aut naturales fructus hæc omnia pertineant, vel potius communia remanere debeant? 1

In cujus quæstionis resolutione, ut clarius me expediam, inter jus commune, & nostrum Regium distinguendum censeo: Et quid prius de jure communi apud omnes servetur: & deinde, quid apud nos jure Regio sit innovatum, tractabo. 2

Quoad primam igitur nostræ quæstionis partem, jure videlicet communi attento, negativam sententiam hujusmodi, nempè, spicas, sive spolia, vel herbam naturaliter nascentem, sublato fructu, in terris privatis inter fructus fundi, qui Domino competunt, computanda non esse, sed imò omnibus depascenda communia remanere, docuit ex Joan. Fabr. *in princ. Inst. de leg. Fus. Canin. tollen.* noster Avendan. *de exequend. part. 1. cap. 4. num. 32. vers. Item nota*, qui pro hac sententia adducit etiam Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 2. *in vers. Quelque laps temps*, *num.* 2. in quo loco, *& in* §. 3. *vers. Embois*, *num.* 3. eumdem Chassan. D. Covarruv. & alii DD. referendi pro eadem sententia adducunt, sed certè malè, quia nec Chassan. nec Joan. Fab. in hoc casu loquuntur, sed in longè diverso, ut infrà dicam. 3

Sequitur tamen hanc Avendan. sententiam Azeved. *in leg. 14. num. 5. tit. 7. lib. 7. Recopilat.* & in expresso eamdem opinionem de jure communi tenet Montan. *de regalib. in verb. Argentaria*, *sub num.* 11. quem novissimè sequitur Dominic. Antunez. de Portug. *de donation. Reg. part. 3. cap. 43. num.* 91. cujus extat etiam alius locus in eadem 3. *part. cap. 9. num.* 80. *&* 82. ubi quid jure nostro Hispano, & Lusitano servetur; de quo infrà, quia hic solum quid, jure civili inspecto, servari debeat, agimus. 4

Pro ista ergo negativa sententia diversas rationes DD. relati constituunt, nam primò illud ex Joan. Fabr. Chassan. & per alios DD. pro unico fundamento profertur, quòd hæc communis pasculatio domino fundi, sublato jam fructu, non noceat, ideò cuilibet alii, cui prosit, licere debere, dicunt ex vulgari Text. *in leg. 1. §. 1. ff. de aqua pluv. arcend.* 5

Secundò Montan. & Portug. id ex eo procedere asserunt, quia solum, seu territorium sit universitatis, vel oppidi, & consequenter herbam silvestrem naturaliter, vel ex spicis absque cultura nascentem ad universitatem, & sic ad communem pastum spectare dicunt; maximè cum spicæ ad finem colligendi frumentum projectæ non fuerint, sed casu ceciderint, quare in consideratione non habendas videtur. 6

Sed

7 Sed certè rationes istæ veræ non sunt, nec saltim aliquem colorem habent: Non prima quia licèt veram fateamur regulam *dict. leg.2. in §.1. ff. de aqua pluv. arcend.* quemlibet quod ei non nocet, & alteri prodest, permittere teneri, non est verum in nostro casu fundi domino cæteros privatos cum hujusmodi pasculationibus non nocere, imò magnum ei præjudicium infertur; potuisset enim cum suis pecoribus hoc pastu privanvè uti, vel alteri vendere, aut locate, & ita magnum lucrum capere.

8 Non secunda Montan. & Portug. quia quidquid dicendum esset in casu, quem tractat Portug. *in dict. cap.43. num.91.* cum terras incultas oppida vicinis excolendas concedunt, quoad dominium utile superficiei cultæ, quod consequenter solum durat, durante cultura, ut in his concessionibus notat Bald. *in leg.1. in 1. lectur. numer.10. vers. Unde commune Perusii, ff. de rer. divis.* & notat ex *leg. in tantum, in princ. ff. eodem*, Horat. Montan. *de regalib. verb. Argentaria, num.11.* & idem Portug. supra *num.89.* qua ratione non mirum, si in hoc casu, collectis principalibus fructibus es cultura, herba naturalis extra culturam, & alia remanentia tamquam in solo universitatis concedentis pascuo publico cedant: secus verò in nostro casu in prædiis privatorum, quorum utrumque dominium utile, & directum ad ipsos Dominos pertinere, nemo dubitat, quin aliquod jus in eis universitas habeat; & consequenter quidquid in eis adhibita industria, vel etiam absque cultura naturaliter nascatur, ut fructus naturalis ad ipsos quoque pertinebit, ut plenius dicam infrà pro primo fundamento contrariæ sententiæ.

9 Quare his rationibus rejectis, alia meo videri non inelegantet, imò pietati Christianæ multum conveniens superiori sententiæ assignari posset: quod videlicet, prædiorum Domini, fructibus principalibus collectis, contenti esse debent, & remanentes spicas, vel vinearum racemos, aut similia spolia pauperibus, peregrinis, vi-
10 duis, & aliis egenis relinquere; † Et hoc etiam propter publicam utilitatem, quæ in eo versatur, ut communia pascua ampliora sint, ut *infra* dicam.

11 Quam rationem deduco, & eamdem etiam negativam sententiam confirmo ex expressis locis Sacræ Paginæ, de quibus miror DD. hanc quæstionem tractantes non meminisse: nam in *Levitic. cap.19.* id expresè præcipiebatur, ut constat ex verbis, ibi: *Cumque messueris segetes terræ tuæ, non tondebis usque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges. Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes.* Et idem habetur in *Deuteronom. c.24.* ibi: *Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reverteris, ut tollas eum, sed advenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum.* Quod & in olivis, & vineis in eodem loco jubetur, illic: *Si fruges collegeris olivarum, quidquid remanserit in arboribus, non reverteris, ut colligas, sed relinques advenæ, pupillo, ac viduæ: Si vindemiaveris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus advenæ, pupilli, ac viduæ.* Ex quo in eadem Sacra Pagina legitur Ruth. spicas post levatas segetes in terra cadentes collegisse, ut constat in ipsius vita *cap.2.* quod non fecisset, si ei juxta prædicta non liceret.

12 Item pro hac negativa sententia facit, quod spicæ, & alia post collectos fructus remanentia ex dominorum voluntate derelicta, ut minus principalia remansisse videantur, & consequenter tamquam in nullius bonis cuilibet occupanti quærenda dicendum videtur, juxta Text. *in §. Feræ* cum vulgatis, *Instit. de rer. divis.*

13 Item pro eadem opinione adduci solet Avendan. alius insignis locus ultra relatum in *dict. cap.4. num.32. & in cap.13. num.8. ejusdem 1. par. de exequend.* ubi ex Alexand. Joan. Fabro, & Cassanæo *in dictis locis*, singulariter animadvertit, herbam in privatis agris sua spontè, secatis fructibus industrialibus, nascentem, tanquam quid naturale, & sine industria domini proveniens, communem esse debere.

Ultimò hæc sententia fundari potest es eodem Aven- 14
dan. *in dict. cap.4. num.32. vers. Ideo*, dum expresè ex Matth. de Afflict. *in constit. Regn. Sicil. lib.1. rubr.85. numer.8.* resolvit, non licere Dominis vassallorum in proprius, seu privatis fundis defensas facere, quod apud nos *acotados*, maximè levatis fructibus, dicitur, ne vicini communi pastu priventur. Ergo multò minus ipsius vassallis, vel cæteris privatis in suis fundis licebit.

Pro contraria autem affirmativa sententia, cui, ut 15
veriori jure communi inspecto, adhærendum censeo, faciunt sequentia.

Primò, quia fructus nomine quæcumque utilitas, si- 16
ve emolumentum ex re proveniens comprehenditur, ut constat ex singulari ad rem Text. *in leg. item si fundi 10. ff. de usufruct.* ibi: *Quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est.* Idemque repetitur
in leg. arbores 59. vers. Quidquid, eodem tit. † Et hoc sive 17
naturaliter, sive adhibita industria proveniant, ut latè tractant ad plura prædiorum, & similia rerum emolumenta Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.4. §.17. gloss. faire les, ex nu.1.* Petr. Barbos. *in leg. divortio 8. §. si vir. numer.39. ff. solut. matrim.* Joan. Garcia *de expens. cap.23. ex num.1.* Franc. Connan. *lib.4. commentar. cap.1. num.2.* Niger. *de laudem. tom.1. quæst.13. ex num.5. 54. & 84.* & plenius constat ex definitione, & etymologia *verb. Fructus* supra per nos tradita *in cap.1. & 2.* hujus part.

Imò, inspecta verbi *Fructus* rigorosa, & propria si- 18
gnificatione, magis herba, & quodlibet aliud, ut in nostro casu naturaliter nascens inter fructus prædii est computandum, ut notant singulariter Jacob. Mandel. de Alb. *cons.619. numer.3.* Ciarlin. *tom.1. contr.47. ex numer.10.* Niger. *ubi proximè ex num.5.* de quo latius egimus
in dict. cap.1. & 2. hujus primæ partis, *& in cap.3.* † Ex 19
quo manifestè confutatur ratio per Montan. & Portug. in suo casu considerata, & per Avendan. *supr. numer.13.* magis specialiter ad nostrum casum animadversa, quod nimirum, sublato fructu, herba naturaliter, vel ex cadentibus spicis, sine cultura nascens, ideò ad communem usum non ad dominum pertineat: quia imò justa hæc cum sit emolumentum naturaliter proveniens magis secundùm propriam verbi *Fructus* significationem inter fundi fructus est connumerandum juxta proximè dicta: si enim quod hominis dumtaxat industria, & cura ex fundo provenit ipsius fructus ad lucrum domini diceretur, nullus quidem fructus naturalis ad eum spectaret, nec alia plura emolumenta nulla domini adhibita industria, vel cura ex ipso fundo provenientia, ut sunt lapidicinæ, venationes, piscationes, herbæ odoriferæ, vel medicinales, seu aliter pretiosæ, & similia emolumenta, quæ omnia prædiorum fructus esse constat, ut plenè in suis locis infra dicam, & declarabo.

Secundò pro hac sententia facit generalis Doctorum 20
regula deducta ex Text. *in leg. qua ratio, & leg. adeo, §. ult. ff. de acquirend. rer. domin.* ex quibus omnes concludunt, herbam, aut quid aliud, quod in agro alicujus nascitur, ipsius esse; quare nullus, eo invito, eam depascere poterit, ut optimè ad rem notat Stephan. Bertrand. *cons.1. num.6. lib.3.* & pro spicis, quæ levatis fructibus supersunt est bonus Text. *in leg. solum 41. ff. de rei vindicat.* ubi illud vulgare, sed singulare ad rem: *Meum est, quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo.* Ergo nemo poterit invito domino colligere tales spicas, casu potius, vel incuria messorum cadentes, quam de voluntate domini derelictas.

Tertiò facit *leg.1. 2. & 3. Cod. de pascuis public.* quibus 21
probatur privatos jure communi prata habere posse, quorum herbam conductoribus eis vendere liceat, secundùm doctrinam Gloss. *in dict. leg.1. verb. Privatæ*, juxta

quæ

Digitized by Google

quæ poterunt etiam Domini proprios agros frumentarios, sublata antiqua cultura, & eorum qualitate in totum mutata, ad prata in perpetuum reducere, ut notat Otet. *de pascuis*, *cap.* 16. *numer.* 4. ita ut nemini liceat sua animalia, domino invito, in his pratis immittere, juxta Text. *in l. pratum*, *ff. de verb. signif.* ergo id quoque per tempus agrorum domini facere poterunt, prohibendo, ne quis, post collectas fruges, usque quo ager iterum seminetur, animalia depascenda immittat, & ita ad tempus pratum efficere.

22 Quartò eadem sententia optimè comprobari potest per Text. *in l. quintus*, *ff. ad leg. Aquil.* optimum Text. *in l. qui servandarum*, §. *ultim. ff. de præscript. verb.* quibus frequenter comprobant DD. extera animalia in proprio
23 territorio pascentia dominum expellere posse; † Unde ei etiam contra immittentem legis Aquiliæ actionem competere vulgariter notatur *ex l. ultim. Cod. ad leg. Aquil.* alias enim ad quid juris pascendi servitutes tam frequenter pretio, vel aliter constituerentur, si herbam naturaliter nascentem cuilibet invito domino depascere liceret.

24 Quintò huic tamquam de jure communi veriori affirmativæ sententiæ adhærere, eamque manifestè comprobare videtur Text. ad rem notabilis, & singularis à nostris Regnicolis in hac quæstione omissis in nostra *l.* 1. *tit.* 15. *part.* 7. quæ post levatos fructus paleas terris frumentariis inhærentes apud nos *rastrojos* per quemlibet prædiorum dominum cremari posse ait, vel supponit, ut terra pinguior, & utilior reddatur, dummodò id die ventoso non fiat, vel circa paleas, ligna, aut oliveta aliena, sive alio modo, quo damnum vicino inferatur: ex cujus legis eleganti decisione, notat etiam doctissimus Gregor. *ibidem in verb. Rastrojo*, adhuc secato frumento agrorum dominos jus habere ad grana illa, sive spicas, quæ ibi manserunt, ut possint in eis ad comedenda illa, suo pecora, vel pecudes immittere, ex quo adhuc prædia ipsorum sunt, & consequenter spicæ, sive illa spolia juxtà ipsam legem Partit. ibi: *En alguno de su rastrojo*.

25 Ergo juxtà hanc affirmativam sententiam, jure communi attento resolvendum est, spicas post levatas segetes, vel herbam suam spontè, vel ex ipsis spicis naturaliter nascentem inter fructus fundi connumerari debere, ad ipsiusque dominum spectare.

26 Et pro hac sententia, jure communi inspecto, quælibet pascua post levatas fruges in privatorum agris remanentia, sive herbam, quæ naturaliter ibidem nascitur, ipsorum prædiorum fructum esse, & consequenter eorum dominis privativè cum aliorum prohibitione competere, resolvunt in specie, licèt multis ex prædictis fundamentis non adductis, Petr. de Antibol. *in tractat. de muneribus*, §. 4. *numer.* 193. Stephan. Bertrand. *cons.* 1. *num.* 6. *lib.* 1. Marin. Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *author.* 46. optimè doctissimus Dom. Covarruv. *pract. quæst. cap.* 37. *ex numer.* 2. Vincent. de Franch. *decis.* 301. ubi Addent. Cabed. *decis.* 151. *num.* 4. *part.* 1. Portol. ad Molin. *verb. Ganatum*, *ex num.* 36. licèt contrarium de praxi in Regno Aragonum servari dicat: Et huic sententiæ assentitur Gregor. *in dict. l.* 10. *tit.* 15. *part.* 7. *verb. Rastrojo*.

27 Et ex modernioribus (licèt non ità fundent, nec disputent) tenent in expresso Otet. *de pascuis*, *cap.* 16. *numer.* 4. Jacob. Cancer. 3. *tom. variar. cap.* 4. *ex num.* 71. (qui contrariam opinionem Joan. Fabr. falsissimam ait) Joan. Maria Novar. *quæst. forens. part.* 1. *quæst.* 109. *ex num.* 1. Xamar. *rer. judicat. part.* 1. *definit.* 84. *ex numer.* 6. Joan. Anton. de Nigris Neapolit. *in cap. Regni gravamina*, *numer.* 72. *versic. Quæro juxta prædicta*, Joan. Koppen. *in suis jur. quæst.* 123. *num.* 12. *cum sequentib.* Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *super pragmat.* 11. *ex num.* 28. Joan. Maria Novar. *quæst. forens. part.* 1. *quæst.* 109. *ex num.* 1. Capyc. Latr. *consultat.* 83. *num.* 1. *cum sequentib.* & novissimè licèt his non relatis D. Laurent. Matthæu in suo docto tract. *de regim. Reg. Valent. cap.* 3. §. 2. *num.* 14. Cardinal. Joan. Bapt. Luca *in theatr. verit. & justit. lib.* 4. *part.* 1. *de servit. discurs.* 35. *num.* 4.

Qua verissima resolutione ex jure communi stante, 28
non obstant, quæ superius pro contraria opinione adduximus; nam rationibus, quibus ex Joan. Fabr. Chassan. Montan. & Portug. eam fundare nituntur jam satisfactum remanet supra ex num. 23.

Nec quòd ex Alexand. & ex eodem Joan. Fabro consi- 29
derat Avendan. superiùs relatus in dict. cap. 13. num. 8. quod hujusmodi herba naturaliter, sine cultura nascens ex eo ad quemlibet pertinere debeat, quia imò ex hoc magis quàm cæteri industriales ipsius fundi fructus censebitur, & ad ejus dominium spectabit, juxtà superiùs dicta ex num. 22.

Nec etiam obstabit, quod superius etiam dicebamus, 30
spicas, & alia spolia post levatos fructus remanentia, quasi pro derelictis à domino habita considerari posse, quia imò casu potiùs, & incuria messorum in terram cadere, quàm per dominum derelinqui dicendum est.
† Ultrà quòd sumus extra dubium, cum Dominus tales 31
spicas cum suis pecoribus depascere vult, vel aliis locare, aut vendere, exteros ab ista pastura prohibendo, ex quo manifestè suum animum declarat eas pro derelictis non habere.

Nec obstat ratio per nos superius, numer. 9. & 32
num. 11. considerata, nec loca Sacræ Paginæ ibidem adducta, quibus Lege Divina contraria sententia approbata invenitur; † nam præhabita Theologorum distin- 33
ctione inter antiquæ legis præcepta, ut alia sint judicialia, quæ ad justitiam hominibus exhibendam, jusque unicuique tribuendum pertinebant; alia cæremonialia, quæ ad cultum Divinum, reverentiam, & honorem erga Deum statuebantur: alia moralia, quæ ex juris naturalis ratione dimanabant, ne quis aliquid à lege naturali alienum ageret, ut constat ex Divo Thoma 1. 2. *quæst.* 99. *artic.* 4. & communiter distinguunt DD. *in cap.* 1. *de decim. in* 6. *& in cap. ultim.* 6. *distinct.* dicendum, est præcepta judicialia, & cæremonialia, nova Lege Euangelica omninò cessasse, vimque præceptorum amisisse, quinimò, nec moralia veteris legis præcepta aliquam vim habent ex ipsius antiquæ legia authoritate, sed ex eo solùm, quòd sint à natura ipsa constituta, & ità à Christo Domino Lege Euangelica eadem ratione naturali confirmata, ut optimè explicant ex Divo Paul. 3. *ad Galat.* & ex Divo Thoma *dict. quæst.* 99. Dominic. Sot. *lib.* 2. *de justit. & jur. quæst.* 5. *artic.* 4. *conclus.* 2. Alfons. de Castr. *de hæresibus*, *verb. Præceptum hæresi* 1. *pagin. mihi* 852. *in magnis lit. C.*

Juxta quæ cum antiquæ legis præcepta de quibus su- 34
pra, ne; agrorum domini spicas, & vinearum racemos principali fructu sublato, remanentes aliis colligere prohiberent, sed imò hæc spolia in usum viduarum, peregrinorum, & similium pauperum relinquerent, ad jus naturale non pertineant, sed solum in voto liberæ charitatis consistant; † Quia non aliter jure na- 35
turali necessariò pauperibus subvenire adstringimur, quàm si eos in extrema necessitate constitutos inspiciamus, ut communiter notant, cum aliis ex Theologis, Dian. *tom.* 4. *oper. moral. tractat.* 7. *per tot.* Bellarm. *tom.* 3. *lib.* 3. *Eleemosyn. cap.* 6. 7. & 8. Vasqu. *in opuscul. de Eleemosyn. à princip.* & ex jurisperitis Dom. Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. *num.* 5. Augustin. Barbos. *voto* 126. *à numer.* 125. Hermosil. *in princip. tit.* 1. *part.* 5. *gloss.* 1. *à num.* 30.

Quare remanet dicendum, illud veteris legis præ- 36
ceptum, nec in vim legis antiquæ, utpotè jam nova lege sublatæ, nec in vim rationis naturalis nos adstringere.

Nec obstant Joannis Fabri, & Chassanæi authoritates, 37
quos pro sua sententia adducunt Avendan. & Azeved. & alii DD. quia horum Doctorum doctrina benè per-

pensa, in longè à nostro diverso casu versatur, imò ex
ea magis nostra affirmativa opinio adstrui potest: lo-
quuntur quippè, cum aliquis habet terram vacuam,
quæ nil ei ad pastum prodest, nec aliquid de ea fa-
cit, aut emolumentum capit, ideò in ea vicinum pro-
pria animalia immittere posse resolvunt, idque per-
mittere teneri dominum, cum nullum ei ex hoc præju-
dicium generetur ad regulam jam relatam *l. 2. §. 1. ff. de
aqua pluv. arcend.* quasi tunc ex hujusmodi pastus per-
missione nihil domino noceat, cùm nullum lucrum
aliàs ex prohibitione reportaret, quia tali terra non
utebatur, sed imò incultam eam habebat; contrarium
ergo ex mente horum Doctorum erit dicendum, si do-
minus terræ ea pro suis animalibus depascendis uti velit,
vel etiam pro alienis pastum vendere, aut locare inten-
dat, ut in nostro casu supponitur: nam tunc ma-
gnum commodum, & lucrum domino ex prohibitione
sequi, quis non videt? Et consequenter regulam *dict.
l. 2. §. 1.* omninò cessare, quia hujusmodi lucro do-
minus privaretur, si hunc pastum prohibere non pos-
set, sed potiùs cuilibet eum permittere adstringeretur;
quod in effectu voluit, & apertè sentit Chassan. *in loc.
citat.*

38 Nec etiam quidquam facit exemplum adductum per
Avendan. *dict. cap. 4. numer. 32. versic. Et ideò*, in Baro-
nibus, sive Dominis inferioribus, quos in propriis fun-
dis defensas facere non posse, sive pascua exteris, vas-
sallis invitis, permittere, ait Avendan. pro cujus com-
probatione refert Matth. de Afflict. *in Constitut. Regn.
Sicil. lib. 1. rubr. 85. numer. 8.* quod verum non est, nec
39 Matth. de Afflict. id probat: † Pro cujus tamen articuli
vera declaratione, quoad hanc facultatem, vel prohi-
bitionem Dominorum inferiorum, seu Baronum suas
terras claudendi, vel pascua defendendi, juxtà veram
sententiam, distinguendum censeo inter terras incul-
tas, quæ communi oppidorum pasculationi deserviunt:
& inter agros proprios, seu privatos ipsorum domino-
rum, in quibus ultrà jurisdictionem plenum dominium,
ut cæteri privati in suis habent: In primo casu rectè
procedit doctrina Matth. de Afflict. pro ut expressè ipse
videndus loquitur, ne domini inferiores in terminis,
vel pascuis publicis suorum oppidorum defensas fa-
cere, vel aliter pascua prohibere possint, quia non
ipsis solùm, sed cæteris quoque civibus hæc pascua com-
petunt.

40 Et ita in primo casu in pascuis publicis hanc prohibi-
tionem Dominos, aut Barones facere non posse, defen-
dunt, & resolvunt Burg. de Paz *in l. 3. Taur. numer. 478.*
Hondedeus *consil. 34. numer. 6. 31. & 32.* benè Bertrand.
consil. 1. & 37. D. Covarruv. *pract. cap. 37. numer. 2.* (qui
ità optimè declarat Matth. de Afflict. contrarium intel-
lectum Avendan. reprobans) Menoch. *de præsumpt. lib. 3.
præsumpt. 10. numer. 8.* optimè prosequitur contra Domi-
nos inferiores D. Joseph. de Sesse *1. part. decis. 74. per tot.*
ubi in *numer. 47.* quod nec Reges facultatem faciendi de-
fensas, sive dehesas in pascuis, aut terminis publicis
oppidorum de jure concedere possint, propter ipsorum
oppidorum præjudicium; sequitur alia plura cumulans
D. Larrea *allegat. 110. numer. 16.* quod tamen intelliges,
prout dicam infrà in 2. tom. hujus operis part... cap... ex
num...

41 Ultra quos dictam resolutionem Matthæi de Afflict.
contra Dominos vassallorum, sive Barones optimè et-
iam in pascuis publicis prosequuntur, plenè Camil. Bor-
rel. *de Magistrat. lib. 4. cap. 6. ex numer. 16. & consil. 9.
numer. 15.* Rendil. *de pascuis, defens. & forest. tit. de Ba-
ron. pasc. pag. 65. versic. Ex quibus*, qui ait violentiam à
dominis vassallis inferri, quando prohibent in his ter-
minis publicis pascuorum usum, ex quo ad cives, &
oppida hoc jus pertineat, in eoque fundatam habeant
42 intentionem, † Nullumque aliud jus in his pascuis Baro-
nibus, sive dominis inferioribus competit, quam quod
cum cæteris civibus vassallis, ut socius propria animalia
depasculentur, Ponte *cons. 97. num. 4. volum. 1.* Marin.
Frecc. *de subfeud. anthorit. 46. num. 4. lib. 2.* † Ita tamen, 43
ut duorum vicinorum vicem in pascuis habeant, ut cum
pluribus notat Oter. *de pascuis, cap. 6. ex nu. 1.* & frequen-
ter alii.

Ex quibus generaliter nihil Dominos inferiores in præ- 44
judicium subditorum facere posse exteris pascuos publi-
cos vendendo, aut locando, vel aliter de eis disponen-
do, aut prohibendo, ut neque id alicui ex sociis, ad
quorum instar habentur, in re communi licere, notant
in specie ex modernioribus Marin. *quotidian. resolut.
cap. 120. numer. 4. & 5.* ubi ita contra Barones Regni Nea-
pol. in Regia Camera Summariæ decisum refert Reg. de
Ponte *in tract. de potest. Prorez. tit. de elect. official. §. 2.* Jo.
Maria Novar. *de gravamin. vassall. tom. 1. gravam. 31.* &
alia cumulans, licèt præfatis non relatis, D. Larrea *alle-
gat. 110. ex numer. 8.* † Qui loquitur in favorem vicorum, 45
vel aliorum oppidorum communitatem in pascuis cum
Civitate habentibus, ne in eorum, aut vassallorum, si-
ve aliorum sociorum præjudicium pascua communia per
Civitatem, vel Dominum aliquo modo immutari va-
leant.

Benè Capiblanc. *de Baron. tom. 2. super pragmat. 11.* 46
cap. 73. ex num. 1. ubi de Regia ad id novissima pragmati-
ca in Regno Neapol. has defensas, vel pascuorum publi-
corum mutationes Baronibus prohibentes, & de alia
antiquiori pragmatica in eodem Regno, Rovit. *super
pragmat. Regn. Neapol. in pragmat. 1. tit. de salar. cor. ex
numer. 1.* idemque in Regno Valentiæ servari, ait D. Lau-
rent. Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap. 5. §. 2. num. 12.
& 13.* † Ubi quod nec Dominus, nec Rectores, sive 47
Magistratus Civitatis pascua alienare, vel eorum usum
defendere possint: latè Oter. *de pascuis, cap. 11. num. 4.
cum sequentib.* † Quia diversa est jurisdictio, vel domi- 48
nium directum oppidorum à jure pascendi, vel domi-
nio terminorum, nec hoc sub illa quoad dispositionem
comprehenditur, sed tantum quoad usum cum cæ-
teris Civibus, idem Oter. *cap. 9. ex numer. 13.* Mexia *su-
per leg. Tolet. 9. fundament. part. 2. numer. 75. & 77.* & ex
Avendan. & aliis, benè Bobadil. *in politic. lib. 2. cap. 16.
num. 153.*

Imò quòd nec in hujusmodi publicis pascuis Barones, 49
vel Domini inferiores defensas, vel privatas forestas,
sive alias prohibitiones facere possint, etiam si id per
tempus immemoriale habuerint, resolvit D. Larrea
allegat. 110. numer. 32. cum sequentib. ex quo, ut voluit
pro ratione ipse D. Larrea, nec ista facultas, aut de-
fensas privilegio Principis concedi possint, tanquam
in signum jurisdictionis hoc sit Principis reservatum, &
ex aliis rationibus non tamen magis concludentibus,
quas ipse D. Larrea congerit; † Sed certè doctissimus 50
alioquin vir in hoc, ut in aliis quoque pluribus locis
suarum allegationum affectu fortè Fiscali fuit loquu-
tus, quia imò verius est in pascuis publicis, ut sunt
montes, terræ incultæ, & similia apud nos *valdios*,
quæ non sunt propria conciliorum benè procedere præ-
scriptionem immemorialem Dominorum inferiorum,
ut in eis prædictas defensas facere valeant, quia & pri-
vilegio concedi possunt, nam licet hoc de regalibus sit,
non tamen ex illis supremis, & omninò reservatis, ut
per Principem concedi non possit; quare hanc senten-
tiam, ut privilegio, aut consuetudine immemoriali
hoc jus dominis acquiratur tenent in expresso ex nostris
optimè Bobadil. *in polit. lib. 2. cap. 16. numer. 153.* Mexia
in leg. Tolet. 9. fundament. 2. part. ex numer. 75. Azeved.
in l. 13. numer. 1. in fin. tit. 7. lib. 7. Recopilat. D. Co-
varruv. *pract. quæst. cap. 37. num. 3. versic. Quidquid sit*,
Hermosil. *in l. 15. glos. 2. ex numer. 52. tit. 5. part. 5.*
Mieres *de Majorat. 4. part. quæst. 20. ex numer. 26.* idem-
que ex exteris resolvunt Aymon. Cravet. *cons. 154.* Ursil.
ad Afflict. *decis. 190. num. 12.* Camer. Imperial. *decis. 36.
numer. 4.* Flamin. de Rubeis *cons. 69. numer. 153. volum. 2.*
Joan. Bessian. *in Consuetud. Alvern. tit. de pasturage, art. 2.*

Menoch.

Digitized by Google

Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 100. *num.* 8. Camill. Botrel. *de Magistrat. lib. 4. cap. 6. num.* 16. Horat. Barbat. *de divis. fruct.* 1. *part. cap. 6. ex num.* 77. Jo: Maria Novar. *de gravam. vassallor. tom. 1. grav. 32. num. 4.* & in immemoriali loquens benè Avendan. *de exequend. 1. part. cap.* 12.
51 *num.* 30. & 32. † Qui tamen dum in *num.* 31. hoc Principis privilegio concedi non posse dicat, intelligi debet in pascuis privatis ipsorum oppidorum, quæ eis præscriptione, vel speciali privilegio competunt, à quorum concessione Princeps abstinere debet, & ita procedit etiam doctrina Capiblanc. *in tract. de Baron. super pragmat.* 11. *cap. 73. ex num.* 13. nam aliàs apud nos talia privilegia, & gratiæ, ut tertio præjudicialia in Supremo nostro Senatu in Aula justitiæ retineri poterunt, *ex l. 11. tit. 4. lib. 2. Recop.*

52 De quo articulo pleniùs dicam infrà in 2. tom. hujus operis part... cap... ex numer... ubi latè de acquisitione pascuorum, vel eorum fructus, sivs emolumenti per Dominos, vicinos, Clericos, Monachos, Episcopum, vel alios, & quomodo in eis ad divisionem, & alia se gerere debeant, & quando etiam per Reges facultas, vel privilegium faciendi in pascuis publicis hujusmodi defensas, vel forestas concedi valeat?

53 Prosequendo igitur superiorem principalem distinctionem circa facultatem Dominorum inferiorum in pascuis publicis, vel suorum privatorum agrorum pro intellectu ultimi fundamenti ex sententia Avendan. superiùs pro negativa sententia adducti, in secundo casu superioris distinctionis, quando non de pratis, terminis publicis agitur, sed de fundis privatis, quoad utrumque dominium ipsorum Baronum, vel dominorum inferiorum benè poterunt, juxtà resolutionem superiùs ex *numer.* 15. de jure communi relatam, ut quilibet alius privatus herbam naturaliter in eis nascentem, vel secatis fructibus remanentes spicas ab aliis, ne depascantur defendere, nam hoc non ex vi jurisdictionis, sed ratione privati dominii facient, ut benè contra Avendan. explicat D. Covarruv. *practicar. dict. cap. 37. num.* 2. quem novissimè sequitur Dom. Laurent. Matthæu. *de regimin. Regn. Valent. dict. cap. 5. §. 2. ex numer. 12. & 14. in versic. Vnde infertur*, idemque tenet latè explicans Capiblanc. *de Baron. tom. 2. super pragmat. 11. cap. 74. ex n. 1. & per tot.*

54 Et faciunt etiam quæ pro ipsis dominis vassallorum, quoties oppida solatia sunt, apud nos *solariegos*, notant Avendan. *de censib. cap.* 12. Mieres *de majorat. 4. part. quæst.* 20. *num.* 48. qui hujusmodi dominos pascua publica suorum oppidorum, etiam sine Regia facultate immutare posse, & ad culturam reducere asserunt, ex quo non solùm quoad jurisdictionem, sed & quoad dominium loca ista, & eorum solum ad eos pertinent:
55 † Idemque in Cathalonia servari tradit Cancer. *lib. 3. variar. cap. 4. num.* 6. Ubi quod in illo Principatu ex his mutationibus, sive terminorum concessionibus privativè per Dominos factis dominium soli ad ipsos spectare, optimè probetur, contra quos tamen extat optimus locus D. Larrea *allegat.* 110. *num.* 30. & 31. de quo tamen articulo plenius dicam infrà 3. to. hujus operis part... cap... ex num...

56 Ex quibus superior principalis conclusio jure communi firmissima remanet, ut ipsis privatorum agrorum dominis collectis fructibus, spicarum, & similium pasculatio cum aliorum prohibitione competat.

57 Quam resolutionem adhuc pro pleniori expositione nonnullis ampliationibus, & limitationibus declarabo, quas semper intellige, ut de principali resolutione diximus, in locis ubi jus commune servatur, nec aliqua le-
58 ge municipali est immutatum. † Primò igitur præfatam principalem de jure communi resolutionem, amplia, ut nec universitas, vel oppidum, ubi jus commune servatur, gregem macelli publici in his privatorum terris, levatis fructibus, propter publicam utilitatem immittere possit, ut nec aliud jus privatorum tollere, ita in specie Xammar. *rer. judicat. part. 2. definit. 94. per tot.*

Secundò amplia, ut procedat etiam contra Barones, 59
vel dominos oppidorum, qui ex eadem ratione in hujusmodi terris eis vassallorum propria pecora, vel aliena immittere non valent: ut in specie contra Barones, & Dominos inferiores, qui maximè in Italia hanc naturalem pasturam, sive fructum in agris privatorum post collectos fructus prætendere solent, dominis industrialibus fructibus dumtaxat relictis, resolvunt, & quod non aliter hoc jus obtinere valeant, nisi immemoriali consuetudine id quæsitum ostendant, Honded. *cons.* 86. *lib.* 1. Capiblanc. *de Baron. tom. 1. super pragmat.* 11. *num.* 194. *cum sequent.* optimè doctissimus Joann. Baptist. Luc. *in theatr. veritat. & justit. lib. 4. part. 1. de servitut.*
discurs. 36. num. 4. & 5. † Imò cùm hæc pascua de jure 60
communi privativa dominorum agrorum sint, nullum privilegium circa ea dominis inferioribus suffragari, aut per Principem concedi poterit, tanquam in præjudicium juris tertii, quod Princeps auferre non debet, ut plenius in aliis pascuis publicis, propriis tamen ipsorum oppidorum dicam infrà 2. tom. hujus operis part... cap... ex num...

Et faciunt ad hanc secundam ampliationem elegan- 61
ter notata per Alexand. *in consil. 35. incipit viso processu numer. 5. & sequent. versic. Item quod pascua, lib. 4.* ubi in specie pascuorum privatorum aliqua contra has Regias concessiones, ne ad ea etiam propter amplissimas causas extendantur; quæ nota ad causas, quæ frequenter in nostro Supremo Senatu exoriri solent circa hujusmodi gratias, sive privilegia propter tertii præjudicium sub eis contentum in Aula Justitiæ retinenda.

Item hucusque dicta circa principalis hujus capitis 62
quæstionis resolutionem, quòd agrorum privatorum domini, levatis fructibus, spicas, vel alia remanentia defendere possint, ut privativè eis utantur, primò limita, & intellige, nisi consuetudine contrarium servetur, ut nimirum hujusmodi pascua post recollectionem frugum omnium vicinorum communia sint: de lege speciali, ut apud nos id cavetur dicam infrà in secunda parte hujus capit. notant in specie Franc. Marc. *decis. 222. in fin.* Marin. Frecc. *de subfeud. dict. authorit. 46. numer. 12. lib.* 2. Capiblanc. *de Baron. tom. 1. super pragmat. 11. numer.* 22. Capyc. Latr. *consult. 83. numer. 4. cum seqq.*

Benè noster Oter. *de pasc. cap. 16. numer. 4.* ubi quod 63
in aliquibus oppidis vigeat consuetudo, ut dominus agri collectis fructibus sua animalia tantum aliquibus diebus immittere possit ad grana, vel spicas depascendas, & hoc aliquibus certis diebus, quibus elapsis, pascua communia remaneant juxta singularem locum, Gregor. Lopez *in l. 10. tit. 15. part. 7. in verb. Rastrojo.*

De consuetudine in Regno Aragonum, ut hujusmo- 64
di pascua communia sint, testatur Portoles ad Molin. *verb. Ganatum, ex num. 36. cum seqq.* idem affirmant Cancer. *3. tom. variar. cap. 4. num.* 74. & novissimè de hac consuetudine in pluribus Italiæ locis testans Joan. Bapt. Luca *in theatr. veritat. & justit. lib. 4. p. 1. de servit. discurs. 37. num. 4. cum seqq.*

Et ratio est, quia similiter quodlibet aliud jus pascen- 65
di in alieno territorio præscriptione, aut consuetudine quæri potest, ut plenè tractant, & quod tempus ad id desideretur, Decius *cons.* 550. Balb. *de præscript. 2. part. quæst.* 4. Surd. *decis.* 236. & pluribus congestis Oter. *de pasc. cap. 18. per tot.* ubi ad nostra jura Regia, Capyc. Latr. *d. consult. 83. ex num.* 15. & dicam infrà de tempore huic præscriptioni requisito.

Circa quod nota tunc in nostro casu jus pascendi in 66
terris privatorum, sublato fructu, omnibus commune præscriptione, aut consuetudine censeri, cùm communiter omnes absque alicujus defensione in ipsorum

67 tertis hoc pastu promiscuè usi fuerint: † Nec aliquis dicat tali casu servitutem quem contra se ipsum acquisisse, sed quemlibet contra cæteros, & contra eum omnes: vel proprius dic non servitutem, sed communionem inter eos inductam; differt enim servitutis jus à communione, quia in illius præscriptione strictiùs, quàm in istius proceditur, & ad alia in communione inter plura oppida inducta, notant differentiam ex Cæpol. & aliis Ursil. ad Afflict. in decis. 290. num. 8. Capiblanc. de Baron. tom. 1. super pragmat. 11. num. 120.

68 Secundò jure communi præfatam resolutionem limita, nisi de communi omnium consensu vicinorum pascua hæc levatis fructibus, ad communitatem sint redacta, quia tunc rectè etiam inter eos pascendi communitas, vel servitus constituta censebitur, quo casu quilibet quoad suum prædium consensisse, sive servitutem in favorem aliorum constituisse censebitur, quod rectè
69 fieri potest; † nam & quælibet alia juris pascendi servitus obligatione personali acquiritur, Gloss. in leg. ut pomum, ff. de servitut. & in leg. pecoris, ff. de servitut. rusticor. prædior. & passim notant DD. & extat nostra l. 4. tit. 28. part. 3. imò non solum expressa, sed etiam tacita voluntate juris pascendi servitus acquiri poterit, Alexand. consil. 34. volum. 4. Balb. in tractat. de præscript. 4. part. 5. part. princip. numer. 10. Luc. de Penn. in l. diligenter, Cod. de aquaduct. Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 14. §. 5. in gloss. si non par. Cæpol. de servitut. rusticor. prædior. cap. 9. de jur. pascend. numer. 46. Avendan. de exequend. cap. 4. num. 22. & cap. 12. num. 10.
70 † Quia juris pascendi, vel alterius servituris præscriptio nihil aliud est, quàm ipsius constitutio ex tacita sive præsumpta eorum voluntate, contra quos præscribitur.

71 Nota tamen, quòd in præsenti, licèt voluntate, sive personali obligatione jus pascendi, vel servitus debeatur, non ideò personalis, sed realis erit, quia non intuitu personarum, sed pecorum, ut in his agris pascantur, tales servitutes constituuntur, ut per jura in l. pecoris, ff. de servitut. rusticor. prædior. l. 3. eodem tit. l. testatrix, §. Plures ex municipibus, ff. si servit. vindicet. l. 6. tit. 31. part. 3. resolvunt Joan. Fab. in §. Æquè si agat, instit. de action. Cæpol. lib. 1. de servitut. cap. 2. & cap. de servitut. juris pascendi, D. Covarruv. pract. lib. 1. cap. 17. numer. 10. versic. Sed quia, qui tunc maximè loquuntur, quando juris pascendi servitus competit, & respectum habet ad utilitatem alicujus prædii, videlicet, ut animalia, quibus prædium colitur, in agro vicino depascantur: sed quod indistinctè pascendi servitus realis sit, & ad successores transeat, etiam si, in nullius prædii, sed in pecorum solum utilitatem sit concessa, resolvit Oter.
72 de pasc. cap. 18. numer. 9. † Et ità indistinctè docent, ut juris pascendi, lignandi, aquam hauriendi, venandi, & similium servitutes reales sint, Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 13. §. 5. numer. 26. Mysinger. centur. 4. observ. 53. Zassius in tit. de servitut. rusticor. prædior. columm. 3. & lib. 1. singul. respons. cap. 11. Paris. consil. 27. lib. 1. Meneses in lib. 2. numer. 32. Cod. de servitut. Hondedeus cons. 79. lib. 1. Longoval. in repetit. l. Imperium, part. 4. ff. de jurisdict. omn. judic. Ludovic. Lanat. cons. 35. num. 2. & cum multis contra alios resolvunt Jacob. Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 4. num. 50. & 51. Cassanat. cons. 43. num. 12. Rendel. de pasc. part. 3. cap. 1. D. Juan del Castil. de usufruct. cap. 68. num. 18. & ad plura alia plenius dicam infrà in 2. tom. hujus operis part. . . cap. . . ex num...

73 Tertiò præfatam principalem resolutionem, ut levato fructu, adhuc spicæ, vel herbæ sponte nascentis pastura ipsius prædii fructus sit, ejusque domino privativè competat, limita, & quidem singulariter quoad nos juxta infrà dicenda intellige, ut de jure communi procedat, secùs verò stante oppidorum aliquo statuto municipali, vel ordinatione, ut hujusmodi pascua omnibus oppidi incolis communia sint, quia si id tacita ex præscriptione, vel si aliter inducta voluntate effici potest, ut dictum remanet, quantò magis ex expressa, & solemni, quæ in his ordinationibus continetur, docet in specie noster Gregor. in l. 10. tit. 15. part. 7. in Gloss. rastrojo, Oter. de pasc. cap. 16. num. 4.
† Quæ ordinatione in aliquibus locis non ita indistinctè, 74
& absolutè conditæ inveniuntur, ut statim, sublatis fructibus, spicæ, & alia communia remaneant, sed ut prius certis diebus agri dominus dumtaxat propria sua animalia ad depascenda grana ibi immittat, & quod elapso hoc tempore, pascua communia sint, ut animadvertit Gregor. ubi proximè, eumque sequitur Oter. dict. num. 4.

Circa quæ statuta, sive ordinationes oppidorum, 75
necnon & consuetudines, aut conventiones, unum singulariter animadvertere, nullam in eis Regiam facultatem, sive licentiam requiri, sed sufficere incolarum voluntatem, quia licèt multum inter DD. controvertatur, an ad hujusmodi circa pascua publica conventiones, & statuta, licentia Regia necessaria sit, in nostro tamen casu extra dubium sine ea procedunt, quia non agitur de pascuo publico minuendo, sed potiùs de augendo, siquidem per ea jus illud, sive pasculatio privata, quæ jure communi dominis in suis agris, sublato fructu, cum aliorum prohibitione competit, ad communem pasturam reducitur, quod etiam nota ad consuetudinem, vel præscriptionem, ut faciliùs circa hoc procedat, quam si aliàs contra pascua publica præscriberetur, ad quæ facit doctrina Ursillis ad Afflict. in decis. 290. numer. 8. & Capiblanc. de Baron. tom. 1. super pragmat. 11. num. 120. de quibus supra.

Hæc quoad primam partem hujus capitis, quando ju- 76
re communi levatis fructibus, spicæ, vel alia remanentia in prædiis privatis, adhuc ipsorum prædiorum, seu dominorum fructus sint, vel potiùs communia cuilibet ea depascere volenti remaneant.

Quoad secundam verò partem nostri capitis, quid, 77
nempè, de jure nostro Regio circa hanc quæstionem servandum sit, habemus expressa jura Regia in l. 13. & meliùs in l. 14. tit. 7. lib. 7. Recopilat. quibus hæc agrorum privatorum pascua post levatos fructus omnibus illius territorii communia remanere statuitur: corrigiturque per dicta l. 14. antiqua illa ordinatio Abulensis civibus in suis agris defensas facere, & pascua post amotas fruges prohibere permittens.

Quæ nostra jura Regia magna ratione à jure commu- 78
ni recesserunt, vel sequuta fuere opinionem Joan. Fabr. de quo supra in princip. hujus capit. eam generaliter in omni casu intelligendo, publica utilitate, videlicet, id expostulante, ut ita communia pascua inter oppidanos magis augerentur, ne aliàs per privatos dominos exteris vendantur, sive locentur: † Et quia domini, 79
fructu principali sublato, contenti esse debent, & spicas, vinearumque racemos, aliaque remanentia pauperibus, viduis, & communi usui, in quo omnes includuntur relinquere, ut superius ex locis Sacræ Paginæ pro opinione Joan. Fabr. & Avendan. notavimus; quorum jure communi nempè sententiæ, ut hæc spolia communia essent, adhæserunt nostræ leges, † quæ id 80
principaliter corrigere voluerunt dominorum nempè inferiorum, aliorumque potentiorum abusum circa suas terras claudendas, earum pasturam, levato frumento, vel herbam naturaliter nascentem, aliis omninò prohibendo, quod apud nos terminos rotundes facere dicitur, qui in nihilo alio, quam in his prohibitionibus hujusmodi termini constituuntur, licèt nullus ex nostris Regnicolis hujus verbi significationem, vel comprehensionem explicet, facit tamen de his terminis rotundis mentionem Avendan. de exequend. part. 1. cap. 4. numer. 6. versic. Et hoc est summè notandum, & cap. 12. numer. 19. vers. Nam si.

Et hanc jure nostro Regio sententiam, ut eo inspecto 81
agro-

Digitized by Google

agrorum privatorum paſtura, ſecato frumento, communis remaneat, optimè reſolvit D. Covatruv. *pract. d. c.* 37. *n.* 3. *verſ. Quidquid ſit jure communi*, qui dictam noſtram Legem Regiam multum laudat, valdeque Reipublicæ convenire ait, idemque docent Avendan. *de exequend. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 30. *& cap.* 4. *num.* 32. *verſ. Et ideò*, Azeved. *in dict. l.* 13. *num.* 5. *&* 6. Oter. *de paſcuis*, *cap.* 16. *numer.* 5.

82 *cum ſeqq.* † Qui benè ad *dict. l.* 13. animadvertit in *num.* 8. generaliter quoad omnia oppida, & incolas hujus Regni ſervari debere, licèt localis videatur io terminis nempè Regni Granatenſis, & privativè, ac ſingulariter ſancita eirca eos, quibus ab invictiſſimis Regibus dominis Ferdinando, & Eliſabeth, aliqui agri, ſeu termini in illo Regno fuerant donati; quia potiùs ratio, quæ in in illa lege univerſalis fuit, quàm ipſius legis verba, attendi debet, ut notavit quoque Azeved. ubi proximè, & paſſim comprobant noſtri Regnicolæ ex vulgari doctrina Batt. *in l. relegatorum*, *§. fin. numer.* 3. *ff. de inter-*

83 *dict. & relegat.* † Et communi DD. dicto, quod Imperator uni Præſidi reſcribens, cæteris quoque reſcripſiſſe

84 videatur: † Et quia quotieſcumque legis diſpoſitioni, quæ alias ratione generali nititur, certa perſona, vel locus adjicitur, propter frequentiam forſan actus in illo loco diſpoſitio univerſalis remanet, nec reſtricta videtur, ſed exemplificata tantum, ut in ſimili notat Petr. Rebuff. *in tract. de nominat. quæſt.* 5. *numer.* 31.

85 Quam de jure noſtro Regio reſolutionem intellige, & declara, niſi prædiorum domini id ſpeciali privilegio, vel legitima præſcriptione, videlicet, immemoriali habeant, ut hujuſmodi paſcua, fructibus collectis, exteris defendant, D. Covaruv. *dict. cap.* 37. *numer.* 3. *verſic. Quidquid ſit*, Oter. *de paſc. dict. cap.* 16. *num.* 5.

86 & faciunt à contrario DD. ſuperius relati. † Ideò apud nos domini inferiores, vel alii privati ſuas terras frumentarias, vel alias, non obſtantibus prædictarum legum Regiarum deciſionibus, privilegio, vel conſuetudine immemoriali, quæ idem importat, ab aliorum paſtura, quoad ſpicas, ſecato frumento, vel herbam naturaliter naſcentem defendere poterunt,

87 & ita eos *terminos rotundos* facere, † qui in his prohibitionibus principaliter conſiſtunt, necnon, ut conjicio (quia nullus, quem viderim ex noſtris, quid ſit apud nos *terminos rotundos* explicavit) in prohibitione etiam venationis, piſcationis, aucupii, juris aquandi, & ſimilium terrarum emolumentorum defenſione, quæ jura, vel prohibitiones rectè privilegio, aut præſcriptione immemoriali acquiri poterunt, ut in ſuo loco dicam infrà in hac part. . . . cap. . . . num. . . .

88 † Quæ tamen jura ſpicas, nempè, venationem, & cætera prohibendi, cum inter ſe ſeparata, & diverſa ſint, poterunt etiam aliqua, ſine aliis privilegio, vel præſcriptione haberi, imò in eis ſemper locum habet, & ſervanda erit vulgaris regula, tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum; quod animadvertere volui, quia in aliqua lite eirca *terminum rotundum* probandum dubitati vidi, an ex quo aliquid ex prædictis non eſſet probatum in totum probatio, etiam quoad alia plenè probata, corrueret.

89 Nota etiam, quod ex privilegio tunc ſine dubio probatur terminus rotundus, cum aliquod territorium, ſive pars terræ alicui fuit conceſſa, antequam in eo aliquod oppidum eſſet, & conſequenter antequam ipſi oppido per Principem aſſignarentur termini, intra quos inveniretur terra conceſſa, quia tunc cum tempore conceſſionis nullum jus in paſcuis eſſet quæſitum, pleniſſimè ex hac conceſſione ejus terra eum omni ejus paſtura, & facultate eam prohibendi tranſlata cenſetur, quin aliquod jus in ea populus poſtea erectus prætendere valeat; licèt ſecùs, ſi fieret conceſſio poſt oppidi erectionem, & aſſignationem terminorum à Rege factam, vel ex conſuetudine immemoriali obſervatam, quo eaſu paſcua intra terminos, & terri-

torium cujuſlibet oppidi ipſius cenſentur, juxta noſtram *l.* 4. *tit.* 28. *part.* 3. *& l. Styli* 234. ut ſingulariter animadvertit Avendan. *de exequend. mandat.* 1. *p. cap.* 12. *num.* 19.

An autem vicinorum conſenſus ſufficiat pro no- 90
ſtro paſcuo publico Domino oppidi, vel alii privativè in ſuis agris, vel etiam in aliis reſervando, dubitari poterat; in quo tamen articulo breviter reſolvendum eſt, nullo modo ſufficere, ſed neceſſariò licentiam Regiam ad id etiam requiri, docent generaliter in omni paſcuo publico contra dominos inferiores, ne ex voluntate, vel conſenſu populi hujuſmodi defenſas in aliqua parte abſque Regia licentia facere poſſint, Mexia *in l. Tolet. in* 9. *fundament.* 2. *part. numer.* 69. *&* 70. Azeved. *in dict. l.* 13. *numer.* 4. ſequitur Hermoſil. *in l.* 15. *gloſſ.* 2. *ex numer.* 52. *tit.* 5. *part.* 5.

An autem incolarum omnium conſenſus ad id ſuffi- 91
ciat, ut ſaltim pro ipſorum vita, ſuorumque hæredum in vim pacti dominus loci, vel alius has defenſas facere, ſive privata paſcua efficere poſſit, etiam Regia licentia non interveniente? Affirmativè reſolvit Avendan. *de exequend. mandat.* 1. *part. dict. cap.* 12. *n.* 30. *&* 31. quem cum aliis ſequitur Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *ſuper pragmat.* 11. *cap.* 73. *ex numer.* 10. † Sed cer- 92
tè quidquid hoc de jure communi procedere poſſe videatur, de jure noſtro Regio contrarium verius cenſeo, quia hujuſmodi defenſas facere, vel paſcua communia prohibere tendit in præjudicium publicæ utilitatis, ſive paſtus, ideò per dicta jura Regia prohibitum, quare nec pro vita vicinorum, de ipſorum conſenſu, ſine Regia licentia fieri poſſe judicarem: † Ex qua ratione hujuſmo- 93
di prohibitiones facere, ne in alicujus fundo aliorum animalia paſcantur de regalibus eſſe notat Seſſe *deciſ.* 74. *numer.* 29. Hermoſil. *in dict. l.* 15. *gloſſ.* 2. *numer.* 53. *tit.* 5. *part.* 5. & extat noſtra *l.* 1. *cap.* 3. *& cap.* 8. *tit.* 14. *lib.* 3. *Recopilat.*

Quod etiam apud nos ſingulariter comprobari poteſt, 94
ex quo generaliter paſcua publica, quæ non iu dominium concivium ſunt, ſed in uſum tantum ſingulorum, & maximè, quæ, levatis fructibus remanent, locari non poſſunt, etiam de conſenſu omnium vicinorum, ſine Regia facultate, plenè Bertrand. *conſ.* 1. *tot.* Avendan. *de exequend. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. *verſ. Quod jure Regni*, qui loquitur contra locationes herbarum agrorum privatorum, & foliorum viniearum poſt vindemiam.
† Quia idnihil aliud eſſet, quam defenſas facere apud 95
nos *debeſar*, *y acotar*, quod oppidis ſine Regia facultate eſt prohibitum; † Et ideò frequenter hujus Regni op- 96
pidis in noſtro Supremo Conſilio hoc pro arbitrio conceditur, ut tributa Regia, propriaſque neceſſitates commodè ſublevare poſſint; † Licèt aliud ſit in paſcuis, 97
vel terris propriis de Conſilio, in quibus oppida non ſolum uſum, verum etiam plenum dominium, ut cæteri privati in ſuis bonis, habeot, quæ apud nos *proprios de Concejo* vocantur, quæ liberè per concilia oppidorum locari exteris, vel aliis poterunt, ut inter hæc bona ad locationes diſtinxit Oter. *de paſc. cap.* 31. *in princip.* † Licèt in primo caſu locationes de vicinorum ſo- 98
lum conſenſu procedere poſſe apertè ſentiat, ſed contrarium in praxi ſervatur, ut pleniùs dicam infrà in tom. 2. hujus operis part. . . cap. . . ex num. . . & dixi ſup. ex num. 92.

Item circa præfatam jure Regio reſolutionem, ut 99
collectis frugibus, paſcua in agris privatorum communia remaneant, non in eleganter dubitari poteſt, an ex hoc agrorum domini ipſorum culturam mutare prohibeantur, ſi ex tali mutatione paſcuorum communitas, ſive antiquus ſtatus in aliquo diminuatur, veluti ſi in terris frumentariis olivarum, vel vineatum plantatio fiat, ſive aliarum arborum, ex quibus antiqua ſpicarum pinguis paſculatio extinguitur? In quo articulo prima facie reſolvendum videbatur, nullo modo

modo hujusmodi agrorum culturæ mutationes in præjudicium juris communi pascendi admitti debere, ex vulgati, & communi Doctorum regula deducta ex juribus *in l. Sabinus, ff. commun. divid. l. locus, §. 1. ff. de usufruct. l. si via, l. si Præses, Cod. de servitut.* & aliis vulga-
100 tis juribus, † Quibus passim notant DD. ne quis in præjudicium servitutis, vel alterius juris ad alium spectantis statum rei mutare possit, & in jure communi pascendi, ne dominus territorii possit pascua ad culturam reducere, vites plantare, vel quid aliud communitati juris pascendi præjudiciale facere, tenent Aymon. Cravet. *cons. 4. numer. 6.* Roman. *cons. 47.* Avendan. *1. part. de exequend. cap. 4. numer. 22. vers. Et semel acquisito*, D. Covarruv. *lib. 1. variar. cap. 17. num. 11. vers. Sed & quoties*, ubi alios plures congerit ejus addit. Faria, D. Larrea *allegat.* 110. Balmased. *de collect. quæst.* 120. novissimè, & doctè ad plura D.D. Petr. de Salced. *in l. 4. cap. 24. cum seqq. tit. 14. lib. 3. Recopilat. ex num.* 28. ergo idem similiter in nostro casu dicendum videtur, ne videlicet agrorum domini in præjudicium juris pascendi, quod sublatis fructibus commune remanet prædiorum culturam immutare valeant.

101 Sed adhuc, his non obstantibus contrarium in nostro casu resolvendum est, & pro clariori expositione, & præfati dubii resolutione distinguendum, prout eleganter hac in re distinxit Cæpol. *de servit. rusticor. prædior. cap. de servitute juris pascendi, num.* 26. inter agrum, nimirum, in quo quis habet jus pascendi servitute, vel alio speciali titulo constitutum, vel in quo jus pascendi ei competit ratione incolatus, vel habitationis in illo loco, ut puta in nostro casu, levatis fructibus, eo tempore, quo ager cultura vacat: In primo casu ait Cæpol. rectè procedere communem Doctorum sententiam, de qua supra, ne domino statum agri in præjudicium juris pascendi mutare liceat, sed semper ad pascendum liberum, prout antea erat, habere debeat, secùs verò in secundo casu, in quo omnia prædicta agri domino facere licebit, quia non ita strictè jus pascendi in hoc casu competit, nec propriè ex aliquo jure formali servitutis, sed ex sola naturali, vel legis permissione, & hanc Cæpol. distinctionem sequuntur D. Covarruv. *practic. conclus. cap. 37. numer.* 4. Ibañ. de Bardax. *de offic. Gubernat. gener. quæst. 5. num.* 43. Ludovic. Cassanat. *cons. 44. num.* 10. Cancer. *tom. 3. variar. cap. 4. ex num.* 75. Antonel. *de tempore legal. cap.* 110. *num.* 4. Oter. *de pasc. cap. 16. num.* 11. optimè doctissimus Joann. Baptist. Luc *in theatr. veritat. & justit. lib. 4. part. 1. de servitut. discurs. 37. num. 4. cum seqq. & discurs. 38. per tot.* ubi etiam ad defensas, seu sepes, quibus privati suos agros frequenter claudunt.

102 Quibus pro urgentiori, clariorique ratione adde, permissionem legalem, de qua in nostro casu, ut, sublato fructu, pastus in fundis privatis communis remaneret, originem habuisse ab illa opinione Joann. Fabr. & Cassan. de qua supra in princip. hujus cap. qui id tantùm jure communi voluerunt, ut superius explicavimus, quoties fundi Domino non noceret, ut in ejus agro alius sua animalia depasceret, quo casu dominum talem pastum defendere, non posse, dixerunt ex vulgari regula, ut quis, quod sibi non nocet, & alteri prodest, teneatur facere, juxta dict. *l. 2. §. 1. ff. de aqua pluv. arcend.* ideò nostræ leges Regiæ hanc sententiam Joan. Fabr. sequentes propter parum dominorum præjudicium, magnumque oppidorum, & Reipublicæ interesse privatorum agrorum pascua levatis fructibus communia esse voluerunt, quare nostræ leges non intelligi debent, ut per hoc dominis liberam pro libitu culturam agrorum: sive prioris status mutationem eis omni jure ratione dominii licitam prohibere censeantur; hoc enim in magnum dominorum esset præjudicium si suorum agrorum culturæ mutatio omni jure ratione dominii licita eis prohiberetur, & ita deficeret ratio opinionis Joan. Fab. quam nostræ leges sequutæ fuere.

105 Ultra quæ nostræ leges dum generaliter loquuntur, ut, sublatis fructibus, pastus communis sit intelligi debent, supposito statu prædiorum; si post amotas fruges aliquis pastus remaneat, non verò, si ob justam prædii culturæ mutationem nulla pasculatio, vel saltim sine magno domini præjudicio considerari possit, veluti si prædium claudatur, & hortus pomiferus fiat, quem nemini dominum, collectis fructibus, aperire debere, ut remanentia poma, vel alia spolia communia sint, patet, quia ex hoc magnum damnum domino sequeretur, cum fortè arbores propter poma capienda à non dominis devastarentur.

Sed licèt hoc ex dictis rationibus verissimum sit; ali- 104
quando tamen vinearum, vel olivarum novæ plantationes, etiam in agris privatis apud nos in nostro Regio Senatu fieri prohibentur, si ex eis frumenti copia, necnon & pastus publicus, qui, levatis fructibus, aliàs remaneret, valdè minuatur, ut de hac prohibitione in pago illo Fertilissimo Civitatis Granatensis, vulgo *la Vega* nuncupato, testatur D. Covarruv. *practicar. dict. cap. 37. num. 4.*
versic. Sic denique; † ex qua ratione hujusmodi novas 105
vinearum plantationes in Italia prohibitæ fuere tempore Domitiani Imperatoris ob frumenti majorem ubertatem; nimio enim vinearum studio, & lucro arva negligebantur, ut referunt Suetonius *in Domitiano*, Philostratus *in Apollonii Traian. vita*, Cœlius Rhodigio. *antiquar. lection. lib. 11. cap. 11.* & facit Plato *lib. 2. de legib. in ultim. dialog. parte.*

Pro coronide igitur hujus capitis unam novissimam, 106
& utilissimam, quia, & nimis frequentem ad praxim quæstionem discutere non omittam: an videlicet, qui aliquas terras frumentarias, vel vinearias in unius oppidi territorio habet, ibique eas colit, & seminat, sed alibi in loco convicino habitat, levatis hujusmodi terrarum fructibus, sua pecora pro pascendis spicis, vel aliis remanentibus immittere possit ipse solus, jure communi attento, quo agrorum dominis hæc pascua privativè competere diximus, vel simul cum aliis illius territorii inspecto jure nostro Regio, quo communia hæc pascua remanent?
† Quam quæstionem novissimam diximus, quia nullus ex 107
nostris, quos viderim, eam tangit in nostro casu, cum videlicet, de pastura agrorum privatorum, levatis fructibus, agitur, quæ de jure Regio omnium incolarum communis est; nam licet Burgos de Paz, & Hermosil. proximè referendi rem tractent circa personas prædia in uno territorio habentes, & in alio habitantes, loquuntur tamen circa diversa pascua, ut sunt publica montium, aliarumve terrarum, quæ incultæ sunt, non circa nostra pascua agrorum privatorum, inter quæ licet omnia apud nos jure Regio communia sint, magna tamen quoad nostram quæstionem est differentia, ut proximè vides.

Pro hujus igitur elegantis quæstionis resolutione, pri- 108
mò distinguendum censeo inter communia pascua montium, vel aliarum terrarum publicarum, & inter pascua agrorum privatorum post amotas fruges remanentia, & specialiter eorum prædiorum, quæ in uno territorio, in alio habitans habet, de quibus principaliter loquimur: In primo casu, licèt ab his pascuis arceri debere videatur alterius territorii incola non solùm de jure communi,
† ex quo pascua publica vicinis dumtaxat cujuslibet ter- 109
ritorii patent, ut per Text. *in l. tantum, §. Universitatis, ff. de rer. divis. §. Universitatis instit. eodem, l. testatrix, §. 1. ff. si servitut. vindicet.* tradunt Gloss. & DD. *in l. sicut, ff. quod cujusque universit.* Bald. *in l. si municipes, eodem tit.* Bertrand. *cons.* 51. Cæpol. *de servitut. rusticor. prædior. cap. . . de servitute juris pascendi*, & cum aliis Oter. *de pascuis, cap. 3. ex num.* 5. sed maximè ex nostro jure Partitar. *in l. 4. tit. 18. part.* 3. in qua pascuorum, aliarumque rerum publicarum commoda solùm incolis, & habitantibus in illo tribuuntur, ibi: *Cada ome, que fuere, y morador, puede usar de todas estas cosas sobredichas*, & paulò infrà, *mas los que fuessen moradores en otro lugar, no pueden usar de ellos contra la voluntad de los que morassen, y*; idemque satis expressè probatur *in l. 4. tit. 11. lib. 5. Ordin.*

& no-

Digitized by Google

& notant Avendan. *de exeqaend. part.* 1. *cap.* 4. *numer.* 25.
110 *versic. Terminorum, cum seqq.* † Attamen tam de jure
communi, quam Regio verius distinguendum censeo
cum Burg. de Paz *in l.* 3. *Taur. numer.* 391. *&* 392. inter
animalia, sive pecora, quæ in nihilo ferè prædiis illis
in alio territorio stantibus deserviunt, sive prosunt, ut
sunt oves, & similia, & inter ea, quæ eorum cultu-
ræ sunt destinata, ut boves, mulæ, & alia jumenta
aratoria, ut in primo casu procedant dicta jura commu-
nia, & Regia habitationem pro pascuorum usu exigen-
tia: secùs verò in secundo casu, in quo optimo jure,
& speciali ratione limitari debent, quia jumenta hæc
aratoria, vel quibus aliter coluntur agri, utilitatem
illi oppido afferunt, ex quo ipsius territorii prædia cum
eis culta fructus producunt, ex quibus persolvuntur de-
cimæ in illo loco, & etiam gabellæ cum ibidem tales fru-
ctus venduntur, necnon & ipse populus amplioribus fru-
ctibus abundat.

111 Quam Burg. de Paz distinctionem tam de jure communi, quàm Regio, sequuntur Azeved. *in l.* 12. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recopilat. numer.* 2. Hermosil. *in l.* 15. *glos.* 2. *numer.* 58. *tit.* 5. *part.* 5. quibus adde locum Avendan. *de exequend.* 1. *part. cap.* 1. *numer.* 11. *versic. Aliquando in fin.* ubi pro dominis alibi habitantibus in Regia Cancellaria aliquando judicatum refert, sed non exprimit circa quæ animalia, nec in qua pascuorum specie, præfatam tamen Burg. de Paz distinctionem inter animalia relata in pascuis publicis, tenent Laurent. Calcan. *consil.* 31. *column. penult. versic. Sic quod si non apparet*, optimè Hieronym. Portoles ad Molin. §. *Ganatum*, *n.* 33. *cum seqq.*

112 Qui hoc magis strinxit, ut solùm cum prædictis animalibus aratoriis alterius incola in alieno territorio ob prædia ibi habita pascuis publicis utatur eo dumtaxat tempore, quo prædia colit, sequitur Cancer. 3. *part. variar. resolut. cap.* 4. *numer.* 64. *&* 65. Sed hanc restrictionem, & pastum solum quasi per transitum, non admitterem, quia io hoc nullus quidem extat favor; cuilibet enim transeunti pascuo publico suo equo, aut mulæ uti licere nemo dubitat: uberior ergo pasculatio est concedenda in territorio prædia habenti, eaque in ipsius oppidi utilitatem, ut cæteri incolæ, colenti, & sic per totius anni tempus, quo aliorum oppidi animalia ad pascua admittuntur.

113 In secundo verò casu dictæ principalis nostræ distinctionis de qua principaliter in præsenti, cum nempè non in pascuis publicis montium, aliorumque terrarum publicarum versamur, sed in pastu agrorum privatorum post levatum fructum, distinguendum censeo inter jus commune, quo talem pastum prædiorum dominis, ut suarum terrarum fructus privativè competere supra resolvimus: & inter jus nostum Regium, quo hujusmodi pascua post amotas fruges communia remanere diximus: in primo casu extra dubium resolutio procedit, pascua hujusmodi agrorum, ut ipsorum fructus, ad eorum dominos ubicumque habitantes, ut cæteri quoque fructus, expectare, poteruntque indistinctè sua quæcumque pecora, oves, jumenta, & animalia in his agris, sublatis fructibus, immittere, pro spicis, & herba naturaliter nascente pascendis, & ità singulariter in specie resolvit Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *super pragmat.* 11. *cap.* 74. *numer.* 14. *&* 15. ubi contra quemdam Baronem id repugnantem decisum refert.

114 Nec huic de jore communi resolutioni obstare potest, qnod hujusmodi agrorum domini alibi habitent, ut juxta proximam resolutionem jumenta solum aratoria, vel aliter culturæ prædiorum deservientia in eis depascantur, quia hæc habitatio, vel vicinitas non habetur in consideratione, nisi quoad usum pascuorum publicorum, non verò quoad perceptionem fructuum prædiorum privatorum, nam hi ad eorum dominos quocumque loco habitantes sine dubio pertinent, quare cum de jure communi spicæ, & alia spolia post collectas fruges agrorum privatorum fructus esse, & ad ipsorum dominos spectare superius ex communi DD. resolutione diximus; nulla io eorum perceptione, sive acquisitione habitatio exigenda erit, cum dominii ratio sufficiat.

In secundo verò casu, cum jure municipali, aut consuetudine oppidorum hæc pascua post fructuum collectionem communia remanent inter incolas illius loci, major est dubitatio, an etiam in hoc casu agrorum unius territorii alibi habitantes communitate ista cum cæteris vicinis illius territorii frui debeant, in hujusmodi agrorum privatorum pascuis, jam levatis fructibus, communibus redditis? & an cum animalibus tantum prædiorum culturæ deservientibus, vel etiam indistinctè cum omni pecorum genere? Et an in propriis agris dumtaxat, vel etiam in aliis quoque aliorum vicinorum illius territorii, quoad similem spicarum pastum? 115

In qua difficili quæstione, quam per multos ex nostris tractatam invenio; (loquuntur enim Burg. de Paz, Azeved. Cancer. Hermosil. & alii superius relati in nemoribus, & montibus, & similibus pascuis publicis, non verò in pastu agrorum privatorum noviter per nostras leges post levatum fructum ad communionem redacto.) In hac ergo quæstione prima facie dicendum videbatur habitatores alterius territorii pascuo isto jam communi, & publico indistinctè frui debere in omnibus vicinorum terris, sed hoc cum jumentis solum aratoriis, & similibus culturæ prædiorum destinatis, prout in aliis pascuis montium, aliarumque rerum publicarum resolutum remanet, ex Burg. de Paz, Cancer. Hermosil. & aliis superius relatis: sed tamen, hac in suo casu resolutione non obstante, veriùs in præsenti resolvendum censeo indistinctè in omnibus unius territorii agris alibi habitantes, sed aliqua prædia in illo territorio habentes sua animalia non solum aratoria, sed quæcumqoe alia pecora pro spica, vel herba naturali depascenda cum cæteris illius territorii vicinis immittere debere. 116

Cujus quidem resolutionis veritas, & ratio statim apparebit, si consideremus differentiæ rationem, & originem hujus pastus in agris privatis cum aliis pascuis publicis montium, & similium rerum, inter quæ quidem pascua singularis ad rem differentia optimaque ejus ratio in eo meo videri, constitui potest, quòd pascua universitatum, & oppidorum, semper in suo principio, & origine, publica fuerunt, quin aliquod speciale jus in eis privati habuerint, eisque solum ratione vicinitatis, & incolatus competunt, ut superiùs probatum remanet; & ideò non mirum, quod alibi habitantes eis frui non debeant, etiam si aliqua prædia in illo territorio possideant, nisi cum jumentis ad hujusmodi prædiorum culturam deservientibus. 117

At verò agrorum privatorum post collectos fructus pasculatio, ejusque communitas in nostro casu aliunde provenit, aliamque causam longè favorabiliorem ipsis dominis habet: provenit etiam ratione communitatis à lege, vel consuetudine inductæ; nam cum spicæ, & pasturæ istæ, levatis fructibus, cuilibet agrorum privatorum domino, ut ipsius agri fructibus, privativè iure communi competeret, inducta fuit à lege hujusmodi pasturæ inter omnes agrorum dominos communitas, ut promiscuè, & reciprocè quilibet in aliorum prædiis indistinctè sua quæcumque pecora depasceret inducta sic inter eos quadam generali, & reciproca servitute, sive communione, cuilibet etiam lex compensando, quod ei de sua alias privativa pastura abstulit, communem eam aliis efficiendo, cum communitate, quam ei quoque io aliorum agris præstat: Juxta quæ in nostro casu nulla habitationis ratio ad pascua ista considerari debet, sed dumtaxat reciproca 118

Digitized by Google

communitas inter ipsos agrorum dominus inducta; quare cum pastura prædiorum illius, qui in alio territorio habitat, incolis illius territorii quo ad omnia pecora commuois sit, necessario sequi videtur, & æquitatis, sive æqualitatis ratio expostulat, ut horum quoque incolarum, vel potiùs sociorum agrorum pastus ei, licet in alio loco habitanti, indistinctè, quoad omnia pecora communicentur, aliàs enim societas leonina esset.

159 Quibus addendum est, quòd superius ad aliud notavimus circa originem, & rationem nostrarum legum, vel alterius municipalis statuti hanc communionem inducentis, quòd videlicet nostrarum legum decisionis ratio, & origo fuerit opinio Joao. Fabr. & Chassanæi, quos supra in princip. hujus capit. retuli, qui jure communi voluerint, agrorum privatorum pascua, aliis communia esse debere, quoties ex eo nullum præjudicium dominis sequitur, ex vulgar. regula *l. 2. §. 1. ff. de aqua pluv. arcend.* ideò juxta hanc Fabr. & Chassan. doctrinam Avendan. & alii, de quibus supra, voluerunt quoque jure etiam communi pascua agrorum privatorum communia esse, quorum DD. sententiam nostræ leges sequutæ fuere pascua hæc, aliàs cujuslibet domini privata ad communitatem reducendo, non solum propter publicam utilitatem, sed etiam, quia nullum, vel parum præjudicium ea hac communitate domiois infertur, ex quo licèt quis ad pasturam sui prædii alios admittat, ipse ad aliorum quoque pasculationem in communione generali admittitur, & ita quodammodò cessat præjudicium in contrarium ea hac communitate consideratum per DD. jure communi eam impu-
160 gnantes. † Ergo juxta hæc considerata pro ratione nostrarum, vel aliarum legum municipalium communitatem in agrorum privatorum pastu inducentium habitanti in uno territorio in alio tamen sua prædia habenti, non est deneganda quoad omnia animalia, & tempus, communitas pascuorum in agris illius territorii, ubi sua prædia sunt, ut ità ei compensetur præjudicium, quod patitur ex aliena pastura, & locum habere possit regula: *Quod tibi non nocet, &c. dict. l. 2. §. 1. ff. de aqua pluv. arcend.* in qua principaliter Avendan. & alii DD. hanc communitatem fundant, & etiam nostræ leges superius relatæ; alias quidem societas, sive communitas per nostras leges inter agrorum dominos inducta satis injusta, & leonina in hoc casu redderetur.

161 Sed ut nihil intactum relinquamus, unum quidem singulariter nota, quod quoties de jure communi in uoo territorio habitans, & in alio prædia habens eorum pastura post collectas fruges frui vult, sua pecora in eis depascenda immittendo, prout de jure communi privativè hoc ei in isto etiam casu competere diximus supra ex numer. 153. id eum ita facere debere, ut in ingressu pecora, dum ad privata prædia ducuntur, in aliis locis publicis alieni territorii depasci non debeant, ut benè notat Capiblanc. *de Baron. tom. 2. super pragmat. 11. cap. 74. numer. final. in fin.* ubi notabiliter, & singulariter animadvertit, quòd ad vitandas fraudes animalia in via musserolam in ore portare debeant, ut in hoc casu ibi decisum testatur.



CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Ancillarum partus, an ipsarum fructus sint? Et an saltim in redditu veniant? Consequenterque tractatur etiam de partuum ancillarum dotalium acquisitione, an inter alios fructus marito jure communi quærantur, vel uxori restituendi remaneant? Et quid jure nostro *Recopilation.* quo omnes fructus, & redditus inter conjuges communicantur, an idem in ancillarum partubus dicendum sit? Et quid denique de partuum per bonæ fidei possessorem acqusitione, an ejus statim, ut nati sunt, ut alii pecudum fœtus fiant, vel usucapione aliqua indigeat? pro intellectu difficilium jurium in *l. 4. §. 4. & §. Fructus, ff. de usucapion. l. si aliena 10. §. Scævola, ff. eodem, l. qui vas, §. Ancillæ, & §. Ex furtivis, ff. de furt.*

SUMMARIUM.

1 *QVæstio, de qua in præsenti, an ancillarum partus in fructu sint? antiquissima, & nobilissima inter Consultos, refertur controversia.*

2 *Proponitur sententia affirmativa, & fundamenta cum num. seqq.*

3 *Harede gravato post mortem hereditatem sine reditu restituere, ancillarum partus redditus nomine excepti censentur, ad Text.* in l. respondit 14. §. Hæres, ff. de usur. leg. Falcidiæ 24. §. Idem respondit 1. ff. ad leg. Falcid. & dict. numer. 2.

4 *Ancillarum partus in quartam Falcidia pendente conditione, aut die, ut cæteri fructus computantur, & dict. num. 3.*

Ponderatur magis specialiter ad rem, dict. l. 24. §. 1. *dict. num. 4.*

5 *Partus ancillarum dotalium inter virum, & uxorem, ut cæteri quoque rerum dotalium fructus, jure nostro Regio communicantur.*

6 *Fructus juxta Oldrad. & alios sunt emolumenta ex re, propter rem provenientia.*

Ancillarum partus magnam utilitatem in se continent, ibid.

7 *Refertur contraria negativa Bruti sententia, & ut veriori, pro ea resolvitur.*

8 *Referuntur aliqua jura pro ea.*

9 *Adducitur, & ponderatur difficilis Text.* in l. deducta 58. §. Hæreditatem, & in l. mulier 22. §. Sed enim 3. versic. Præterea, ff. ad Senat. Consult. Trebellian. *in quibus, harede gravato hereditatem sine reditu, vel simpliciter restituere, ancillarum partus non comprehenduntur, & numer. 10.*

11 *Contrariantur hæc jura cum* dict. l. respondit 14. §. Hęres, ff. de usur. & cum dict. l. 24. §. Idem respondit, ff. ad leg. Falcid. *de eorum declaratione infra num. 22. cum seqq.*

12 *Posteriores Consulti Bruti sententiam sequuti fuere, & referuntur jura, in quibus de hac controversia.*

13 *Redditur ratio huius negativa sententia.*

14 *Fructus omnes, & omnia hominis causa in mundo creata exornantur variis Ethnicorum authoritatibus, & dict. num. 13.*

15 *Extollitur hominis dignitas: magnum miraculum, & omnium creaturarum dignissimus dicitur.*

16 *Unde*

26 *Unde originem habuisse Ethnici antiquiores dixerint, & alia hominis laudes.*

17 *Absurdum visum fuit, & dignitati humanæ naturæ contrarium, ut homo in accessionem fructuum veniret, aliique cederet.*

18 *Redditur alia ratio ex Ulpiano.*

Ancilla in id non habentur, nec comparentur, ut pariant, ibidem.

19 *Referuntur Doctores pro hac sententia, & plura remissivè de materia.*

20 *Ancillarum partus, & si in fructu non sint, in redditu tamen computantur ad plura remissivè.*

21 *Gravato hærede restituere hæreditatem, exceptis redditibus, partus ancillarum in fideicommisso non continentur: secus si deductis fructibus.*

22 *Contrariantur circa hanc conclusionem difficillima jura in d.* l. respondit 14. §. Hæreditatem 1. ff. de usur. *cum dict.* l. deducta 58. §. Hæreditatem 4. ff. ad Senat. Consult. Trebellian. *& dict.* l. Falcidiæ 24. §. 1. ff. ad leg. Falcid. *cum dict.* l. mulier 22. §. 3. vers. Præterea, ff. ad Trebellian. *& de eorum conciliatione cum n. seqq.*

25 *Solvuntur argumenta pro affirmativa sententia objecta, cum n. seqq.*

Ad primum, & secundum argumentum, dict. nn. 25. & 26. remissivè.

27 *Respondetur ad tertium ex definitione Oldrad. ad verb.* Fructus.

Fructus nomine verius juxta nostram definitionem ancillarum partus non comprehendi, ibidem.

28 *Inferuntur nonnulla ad praxim conclusionee ex principali hujus capitis resolutione, ancillarum nempè partus in fructu non esse, cum n. seqq.*

29 *Ancillarum dotalium partus constante matrimonio editi jure communi dotem augent, nec maritus eos, ut aliarum rerum dotalium fructus, lucratur.*

30 *Idem servatur de jure nostro Regio Partitar. nisi ancillæ emptionis causa æstimatæ in dotem traditæ fuerint.*

31 *Quid noviori jure nostro Regio Recopilationis servetur, quo quarumlibet rerum mariti, & uxoris fructus inter eos apud nos communicantur, & n. 32.*

33 *Tutor, vel curator, quibus de jure nostro Regio Fori decima fructuum rerum minoris pro administratione debetur, ancillarum partus decimare non debent.*

34 *Pecorum fœtus apud bona fidei possessorem editi, statim ipsius fiunt, quin aliqua usucapione indigeat.*

35 *Ancillarum partus non aliter bona fidei possessori acquiruntur, quam si usucapiantur.*

36 *Conciliantur difficillima jura in* l. qui vas 48. §. Ancilla 5. & vers. Idem, & in pecudibus, & §. Ex furtivis, ff. de furtis, l. 4. §. Lana, & §. Fructus, ff. de usucapion. *d. n. 34. cum seqq.*

1 QUæstio illa nobilissima, quam in præsenti discutiendam proponimus, an ancillarum partus in fructu sint, necne? Antiquissima fuit inter celeberrimos illos veteres, J. C. Brutum, Manilium, & Scævolam, teste Cicerone *lib. 1. de fin. bonor. & malor.* illic: *An partus ancillæ in fructu sit habendus disseritur inter Principes Civitatis P. Scævolam, Marcumque Manilium, ab hisque Marcus Brutus dissentit, quod & acutum genus est, & ad usus civium non inutile*, & constat ex Ulpian. in Text. vulgari *leg. vetus fuit quæstio* 68. *ff. de usufruct.* Publicius quidem Scævola, & Marcus Manilius in fructu esse volebant: Brutus autem ab eorum opinione discessit, cujus sententia, licèt jam ex illo tempore obtinuerit, ut testatur Ulpian. *in dict. leg. vetus fuit quæstio*, & apud omnes Jurisconsultos in aliis juribus est recepta, ut infra videbis; attamen utriusque sententiæ fundamenta, & Bruti resolutionem breviter proponam, ut ejus occasione aliqua etiam utilia ad praxim subjiciam.

Primò igitur pro parte affirmativa Publii Scævolæ, & 2
Marci Manilii extat difficilis Text. *in leg. respondit* 14.
§. *Heres*, *ff. de usur.* ubi hæredem gravatum, post mortem suam, restituere hæreditatem sine redditu, partus ancillarum vivo hærede natos fideicommisso non contineri, sed ad hæredes ejus, qui rogatus est, pertinere, Paulus respondit.

Et idem repetit Paulus *in leg. Falcidia* 24. §. *Idem re-* 3
spondit 1. *ff. ad leg. Falcid.* ubi & quod in quartam, ut cæteri fructus partus computentur, si de lege Falcidia
quæstio intercedat: † Quo textu fortius, meo videri; 4
hæc affirmativa sententia comprobari videtur, quia loquitur in simplici fideicommisso prædicta clausula, *sine reddditu* non adjecta: ex quo Pauli responso præcisè fundari videtur vulgaris juris regula, ut videlicet fructus fideicommissi, pendente die, aut tempore restitutionis, ad hæredem gravatum pertineant, ita ut in quartam imputentur, juxta Text. *in leg. mulier* 22. §. *Si hæres* 2. *vers. Alia causa est*, *l. in fideicommissaria* 18. *cum §§. seqq. ff. ad S. C. Trebellian.* ex quibus apertè constare videtur, ideo Paulum in *dict. leg.* 24. §. 1. ancillarum partus, ante diem fideicommissi cedentes in eo non contineri, sed in quartam imputandos esse respondisse, quia eos, ut ancillarum fructus habuit.

Secundò eleganter comprobari potest hæc affirmativa 5
sententia communi nostrorum pragmaticorum resolutione, quæ habet, quod partus ancillarum dotalium, constante matrimonio in lucem editi, ut cæteri fructus rerum dotalium inter virum, & uxorem dividantur, juxta nostra jura Regia, & ita in Regio Granatensi Prætorio post longam controversiam judicatum, testatur Baeza *de decim. tutor. cap.* 23. *num.* 3. Villalobos *in ærar. commun. opinion. litter. D. num.* 236. Azeved. *in leg.* 3. *&* 4. *num.* 17. *cum seqq. tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.*

Tertiò comprobatur per *consilium Oldrad.* 24. in quo 6
notabiliter ad nostram materiam dixit: *Fructum rei esse utilitatem ex re, vel propter rem quomodocumque provenientem*; quam fructus definitionem cum aliis sequitur Guizzatel. *decis.* 34. *num.* 1. *&* 5. juxta quam partus ancillarum in fructu contineri, negari non posse videtur, si quidem magna utilitas, & emolumentum cum eis ex ancillis domino resultat.

Sed his fundamentis minimè obstantibus, prævaluit 7
quidem contraria Bruti sententia, ne ancillarum partus haberetur in fructu, ut expressè refertur *in dict. leg. vetus fuit quæstio* 68. *ff. de usufruct.* à qua, ut veriori, & communiter per alios Jurisconsultos sequuta non est recedendum: † Et ultra Ulpianum *in dict. leg. vetus* 68. hanc opi- 8
nionem fuit sequutus Gajus *in leg. in pecudum* 28. *ff. de usur.* idem Ulpian. *in leg. ancillarum* 27. *ff. de heredit. petit. & per Iustinian. in* §. *In pecudum* 37. *institut. de rer. divis.* & per alios Jurisconsultos in juribus proximè referendis.

Nam ultra dicta jura pro hac negativa sententia est 9
Text. expressus *in leg. deducta* 58. §. *Hæreditatem*, *ff. ad S. C. Trebellian.* ubi Papinianus, rogatum post mortem suam, exceptis reddditibus, hæreditatem restituere, ancillarum partus retinere non posse respondit, de qua resolutione benè Menoch. *de arbitr. cas.* 49. *numer.* 16. & cum aliis latè Catlev. *de leg. part.* 4. *cap.* 3. *numer.* 64. *cum seqq.*

Et ad eumdem effectum idem apertè resolvit Ulpian. 10
in leg. mulier 22. §. *Sed enim* 3. *vers. Præterea*, *dict. tit. ad Trebell.* ubi in hæreditatem restituere simpliciter gravato ita loquitur: *Præterea, si qui partus extant, & partus partuum: quia in fructibus hi non habentur.* † In quo 11
Text. Ulpianus, & Papinianus *in dict. l. deducta*, §. *Hæreditatem*, ex diametro pugnare videntur, cum Paulo *in dict. leg. respondit* 14. §. *Heres*, *ff. de usur. & in d. l.* 24. §. *Idem respondit*, *ff. ad leg. Falcid.* de quorum concordia proximè dicam.

Et insuper hæc Bruti sententia comprobata, & com- 12
muniter fuit sequuta per alios posterioris sæculi Jurisconsultos,

fultos, ut constat ex Text. *in leg. cum post 69. §. fin. ff. de jur. dot. leg. qui vas 48. §. Ancilla, vers. ex furtivis, ff. de furt. leg. mercedes 207. ff. de verb. signif. leg. unic. §. Eumque, vers. Itaque, Cod. de rei uxor. action. leg. 1. Cod. solut. matrim.* & ex nostris juribus Partitarum *in l. 23. tit. 31. part. 3. & in leg. 21. tit. 28. eadem part.* & aliis pluribus latè congestis per DD. pro hac negativa sententia proximè referendos

13 Ratio autem hujus sententiæ, ut principale ipsius fundamentum referamus ea singularis redditur à J.C. Gajo *in dict. leg. in pecudum 28. ff. de usur.* quia nimirum fructus omnes, & in mundo omnia contenta hominis causâ à Deus procreavit, ut observant Cujacius *ad lib. 9. respons. Papinian. super dict. leg. deducta, §. Hereditatem, ff. ad S.C. Trebellian.* Merillus *lib. 1. observat. cap. 12.* & Divinæ litteræ multo excellentius prædicant, ut constat ex Genes. *cap. 1. vers. 28.* & Paul. *cap. 2. ad Hebræos, vers. 8.*

14 Quod, & satis perspicuè agnoverunt quoque antiqui, licet sacræ nostræ Fidei lumine carentes ex Stoicorum schola, ut eleganter animadvertit Lactantius *de ira Dei, cap. 14.* illic: *Intelligi profectò, quam vera sit sententia Stoicorum, qui ajunt, nostra causa Mundum esse constructum, omnia enim, quibus constat, quæque generat ex se mundus ad utilitatem hominis accommodata sunt,* & Cicero *lib. 3. de finib. Præclarè enim Chrysippus inquit, cætera nata esse hominum causa, & Deorum,* & plenius disseruit idem Cicero *lib. 2. de natur. Deor. circa fin.* ibi: *Principio ipse mundus hominum causa factus est, quæque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum, & inventa sunt, terra verò fœta frugibus, & vario leguminum genere cum maxima largitate fundit ea, ferarum ne, an hominum causa gignere videtur? Quid de vitibus, olivetisque dicam, quarum uberrimi, lætissimique fructus nihil omninò ad bestias pertinent?* Et paulo post: *Totam licet animis tanquam oculis lustrare terram, mariaque, & omnia cernere, & spatia frugifera camporum, vestitusque densissimos montium, pecudumque pastus, nec vero tantum supra terram, sed etiam in intimis ejus tenebris, plurimarum rerum latet utilitas, quæ ad usum hominum orta ab hominibus solis invenitur:* & Senec. *lib. 4. de benefic. cap. 5. & 6. & lib. 2. cap. 29.* illic: *Quanto satius est ad contemplationem, tot tantorumque bonorum reverti, & agere gratias, quod nos in hoc pulcherrimo domicilio voluerunt secundas sortiri, quod terrenis præfecerunt,* & Plin. *in proœm. lib. 7. natural. histor.* ubi in omnibus animantibus principatum homini tribuit, cum ejus causa videatur cuncta genuisse natura.

15 Quapropter hominis dignitatem merito extollunt Cassiodor. *de anim. cap. 16.* Senec. *de vit. beat.* ex vulgari partitione, *cap. 32.* & ut inquit Philosophus *lib. 6. Ethicor. cap. 7.* est omnium creaturarum dignissimus, & eorum optimum, quæ sunt in mundo, & ex eodem Senec. *lib. 6. de beneficiis*, & aliis à se congestis latè, & pulchrè prosequitur D. Francisc. De Amaya *in posthumo libello de los Desengannos de los bienes humanos, nuperrime edito, c. 3. per tot.* Ovid. 1. *Metam.* hominem sanctius animal vocat, quod in cætera alia animantia dominatur, & Mercur.

16 Trismegistus magnum miraculum eum appellat; † Et ultra alias dignissimas qualitates hominem cum Deo communem societatem habuisse, à cœlestique arce originem habuisse notarunt Cicero *lib. 1. de legib.* illic: *Homo animal est providum, sagax, acutum, memor, plenum rationis, & consilii præclara quadam conditione generatum, & solum est, è tot animantium generibus particeps rationis, & cognitionis, est igitur homini cum Deo communis societas,* & Juvenal. *satyr. 15. vers. 142.*

Separat hæc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, divinorumque capaces,
Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
Cujus egent prona, & terram spectantia.

17 Quare juxta hæc de hominis dignitate, & principalissima, omnium causa creatione dicta, absurdum visum fuit, & dignitate humanæ naturæ contrarium, ut homo Princeps rerum in accessionem fructuum veniret, aliique cederet, cui omnia cedunt, aliuve creatus diceretur, cui omnia sunt creata, ut eleganter exprimit Gajus *in dict. leg. 28. ff. de usuris*: *Absurdum* (inquit) *videbatur hominem in fructum esse, cum omnes fructus rerum natura hominis causa comparavit*, cui concordat nostra *leg. 23. tit. 31. part. 3.* ibi: *Aquel para cuyo servicio fueron fallados los fructos de las otras cosas, no seria guisado, ni derecho, que él fuesse contado por usufructo de otri.*

Ultra quam principalem rationem, aliam etiam adiecit Ulpianus *in leg. ancillarum 27. ff. de hereditat. petit. Quia* (inquit) *non temere ancillæ ejus rei causa comparantur, ut pariant*, unde dissertè notavit Cujacius *lib. 6. respons. Papinian.* super *dict. leg. deducta, §. Hereditatem, ff. ad Trebellian.* hominis causa factum hominem non fuisse, fructus enim ancillarum sunt operæ, *leg. 4. ff. de oper. servor. leg. servi 21. cum seqq. ff. de usufruct.* cum notatis supra *cap. ex n.* ad differentiam pecudum, quæ ut soboles, & creationem faciant, & propter alios fructus emuntur. 18

Ex quibus in specie pro hac negativa sententia ancillarum partus in fructu non esse ad plures variosque casus, & quæstiones resolvunt ultra antiquiores *in dict. leg. vetus fuit quæstio*, & aliis juribus superius relatis, & ultra Pichard. Balduin. Arnold. Vvinium, & alios repetentes *in dict. §. In pecudum, instit. de rer. divis.* Alexand. ab Alexand. *lib. 1. dier. genial. cap. 10.* Corras. *lib. 5. Miscellan. cap. 8.* Franc. Connan. *commentar. jur. civ. cap. 2. lib. 4. ex cons. 2.* Cujacius *in leg. 4. §. Lana, & §. Heres, ff. de usucap. sub lib. 54. ad edict. Paul. & in leg. 9. ff. ad leg. Falcid. sub lib. 19. quæst. Papinian. & in leg. penult. ff. de option. legat. & in leg. unic. §. Eumque, vers. Itaque, Cod. de rei uxor. action.* Donell. *lib. 4. commentar. c. 25.* ubi alios congerit Osuald. *litt. B. & lib. 8. cap. 25.* Baeza *de decim. tutor. cap. 23. num. 2.* Joan. Gutierrez *de tutel. part. 3. cap. 30. ex num. 1.* Menoch. *de arbitr. centur. 2. cas. 49.* benè Odofred. *in tractat. de curator. bon. dand. tit. 1. cap. 3. ex numer. 2. in tract. DD. tom. 17. fol. 236. col. 2.* Petr. Barbos. *in l. divortio 8. §. Non solum, ff. solut. matrim.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 17. gloss. & faire les fruicts siens, n. 15. fol. mihi 731.* Matienz. *in l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopilat. gloss. 5. ex numer. 1.* Spin. *de testament. gloss. 23. numer. 66. & seqq.* Gasp. Rodriguez *de ann. reddit. lib. 1. quæst. 1. ex numer. 3.* Escobar. *de ratioc. cap. 29. num. 20.* Joan. Garc. *de conjugal. quæst. num. 267.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 5. cap. 9. numer. 168.* Castill. *de usufruct. cap. 27. per tot.* & ex modernioribus D. Amaya *lib. 3. observat. cap. 1. §. 1. ex num. 1. & tot.* Carranz. *de part. cap. 3. num. 19. cum seqq.* Gitizzarel. *decis. 34. num. 14.* Fragos. *de regimin. Reipubl. part. 3. lib. 9. disputat. 20. §. 4. num. 8.* Oñate *de contract. tom. 1. disput. 8. sect. 4. num. 77.* Carval. *de legitim. part. 4. cap. 3. numer. 64. cum seqq.* Giurb. *ad constit. Messanens. cap. 1. gloss. 3. nu. 15.* Crarkn. *tom. 1. controvers. 47. ex num. 7. & 13.* apud quos latè ad partus ancillarum in fructu non esse resolutum invenies. 19

Unum tamen nota, quod licèt partus ancillarum in fructu non sint; sunt tamen in redditu ob latiorem hujus verbi *redditus* significationem, ut dixi supra *cap. 4. ex numer. 89.* & probatur in specie per Text. *in leg. Paulus respondit, §. 1. ff. de usur.* & ita per hunc Text. & per doctrinam Glossæ *in leg. deducta 58. §. Hereditatem, ff. ad Trebellian.* prædictam resolutionem ad plures quæstiones declarant Gasp. Rodriguez *dict. quæst. 1. num. 4.* Chassan. *dict. gloss. & faire les, num. 15.* Matienz. *dict. gloss. 5. num. 1. & 2.* Baez. *de decim. tutor. dict. cap. 23. numer. 2.* & alii plures ex DD. proximè relatis. 20

Ex qua declaratione infertur, si hæres gravatus sit restituere hæreditatem, exceptis redditibus, partus ancillarum in fideicommisso non contineri, *d. l. respondit 14. §. Heres 1. ff. de usur.* secus tamen, si rogaretur, deductis fructibus, Imol. & Alexand. *in l. mulier, §. Heres, & in dict. leg. deducta, §. Hereditatem, ff. ad Trebellian.* Joan. Gutierrez *de tutel. d. c. 30. n. 3.* 21

Sed

22 Sed huic declarationi, & illationi, ex diametro obstare videtur Papiniani responsio *in dict. leg. deducta* 58. §. *Hereditatem* 4. *ff. ad S.C. Trebellian.* in qua expresse gravatum, exceptis redditibus, restituere; partus quoque restituere debere dicitur.

23 Pro cujus difficilis Text. cum *d. leg. respondit* 14. §. *Heres* 1. *de usur.* concordia valde se torquent DD. Necnon & pro conciliatione alterius difficilis Text. *in dict. leg. Falcidiæ* 24. §. 1. *ff. ad leg. Falcid. cum dict. leg. mulier* 22. §. 3. *vers. Præterea, ff. ad Trebell.* nam in illa ancillarum partus inter fructus habentur, eosque per hæredem lucrari, & in quartam imputari dicitur: in ista verò restitui, sive de eis rationem reddi jubetur: Quorum jurium maximè *dict. leg. respondit, & dict. leg. deducta*, conciliationem, ita difficilem putant, maximè Theorici, qui plenè de eis tractant, ut Romanus *in dict. §. Hereditatem*, & ibidem Cujacius *lib. 6. respons. Papin.* indissolubilem antinomiam inter has leges fateantur, & Balduinus magna difficultate oppressus *in §. In pecudum* 28. *vers. Partus, num.* 3. ait, ridiculum esse commentitiis coloribus velle conciliare jura ex diametro pugnantia, cum non possint convenire ajentia, & negantia per Jurisconsultos, quæ adhuc inter ipsos dissensisse circa illam, de qua supra inter Brutum, & Manilium quæstionem, Paulumque sequutum fuisse Manilii partes, qui docebat partus in fructu esse, Bruto autem Papinianum adhæsisse, necnon & Ulpianum *in dict. leg. mulier* 22. *vers. Præterea, ff. ad S.C. Trebellian.* in qua sententia etiam residet postquam plures Accursii, & aliorum antiquorum distinctiones, ac concordias copiosè refert, & doctè confutat Odofred. *d. tract. de curator. bon. dand. tit. 1. cap. 3. per tot. in d. volum. DD. 17. fol. 236.*

24 Sed cum jam Bruti, & Manilii contentio cessasset, utpote quia Bruti sententia obtinuerat, ut animadvertit Charond. *lib. 2. verosim. cap.* 3. & indicat Ulpianus *in dict. leg. vetus*, in illis verbis: *Vetus fuit quæstio, sed Bruti sententia obtinuit*, responsio hæc Balduini, Odofredi, & aliorum DD. ex diametro in his legibus Jurisconsultos pugnare asserentium, substineri non debet; quare ne in aliorum sententiis repetendis immoremur, alias plures concordias, vide apud Franc. Connan. *lib. 4. commentar. jur. Civil. cap. 2. num.* 3. Menoch. *de arbitr. centur. 2. cas. 49. ex num.* 13. Spin. *de testament. gloss. 18. ex numer.* 97. Rodriguez *de ann. reddit. lib. 1. dict. quæst. 1. ex num.* 4. Genua *in antinom. in quæst. an partus sit in fructu*, pag. mihi 180. Carvall. *de legitim. part. 4. cap. 3. numer. 64. cum seqq.* & novissimè de harum legum conciliatione tractat optimè scientissimus Dominus, & litteratus præceptor D. Joseph. Fernandez de Retes in sua celeberrima academica relectione *de fructib. numer.* 10. Fulgos. *in dict. leg. Paulus respondit*, §. *Heres* 1. *in fin.* ubi substinendo præfatam declarationem juxta *dict. §. Heres*, ut videlicet, redditiuum appellatione, ancillarum partus, veniat, *dict. §. Hereditatem*, intelligit de partu, aut fœtu submittendo in locum demortuorum capitum, ut familia, vel grex maneret, ideoque ex hoc capite per hæredem restituendos esse ait Consultus, non quia in verbo, *sine reddita, dict. §. Hereditatem*, partus non comprehendantur. Quam interpretationem, licet aliqua divinatione non careat, magis tamen receptam apud plures ex præcitatis invenio, & cum ea transit D. Franc. de Amaya *lib. 3. observat. cap. 1. §. 1. ex num.* 18.

25 Qua nostræ principalis quæstionis verissima resolutione stante, nihil obstant fundamenta in contrarium superius adducta. Ad primam enim objectionem ex Text. *in d. l. respondit* 14. §. *Heres, ff. de usur.* responsum habes ex dicta declaratione *à nu. 20. & 21.* in quo casu procedit solum Pauli responsio juxta Connan. Donell. Cujacium, Amay. & alios DD. supra relatos, apud quos etiam vide intelligentiam *d. l. Falcidia* 24. §. 1. *cum dict. l. mulier* 22. §. 3. *vers. Præterea, ff. ad Trebellian.*

26 Ad secundam autem objectionem responde *ex proximè dicendis à num.* 29.

Tertium autem fundamentum deductum ex definitione verbi *Fructus* tradita per Oldrad. *in cons.* 124. juxta quam, dum ait: *fructum rei esse utilitatem ex re, vel propter rem quomodocumque provenientem*, juxta quam definitionem, ancillarum partus in fructu computandos videri, & dicebamus, ex quo magna quidem utilitas, & emolumentum ex hujusmodi partubus ancillarum dominis resultet, sed argumentum hoc faciliter dilui potest, ex latè per nos dictis supra *cap. 2. per tot.* & præcipuè *ex numer.* 18. ubi plenè definitionem Oldradi, & aliam Ryminaldi confutavimus, ex quo in eis ancillarum partus comprehendebant, nostramque definitionem ibidem fundavimus, à qua per verba *ad usum hominis* ei adjecta optimè manent exclusi, ut ibi videre poteris. 27

Ex qua præfata nostræ principalis quæstionis resolutione, ut nimirum, ancillarum partus in fructu computari non debeant, aliquas utiles ad praxim conclusiones breviter inseram. 28

Primò ergo infertur maritum, licet constante matrimonio rerum dotalium omnes fructus pro oneribus matrimonii jure communi lucretur, *leg. dotis fructus, ff. de jur. dot. leg. pro oneribus, Cod. eodem tit.* partus tamen ancillarum, cum in fructu non sint, ad eum non pertinent, sed potius ad uxorem dominam, ut jure communi expressè deciditur *in leg. 1. C. solut. matrim. leg. unic. §. Eumque, vers. Itaque, Cod. de rei uxor. action.* sive constante matrimonio, sive post divortium, nascantur, quia semper dotem augent, *leg. si marito* 32. §. *fin. ff. solut. matrim.* ut resolvunt Baeza *de decim. tutor. cap. 23. nu.* 7. Petr. Barbos. *in dict. leg. divortio* 8. §. *Non solum, numer. 20. & 21. ff. solut. matrim.* Joan. Gutierrez *de tutel. & cur. par. 3. c. 30. num. 9. &* 10. Joan. Garcia *in tractat. de conjugal. acquest. num. 167. &* 196. Gaspar. Rodriguez *de ann. reddit. lib. 1. quæst. 1. ex numer.* 1. Muñoz de Escobar *de ratiocin. cap. 29. num.* 20. Giurb. *ad constitut. Messanens. cap. 1. gloss. 1. numer.* 15. 29

Eidem statuitur in nostra Lege Regia 20. *tit.* 11. *par.* 4. quæ distinguit inter ancillas, quæ in dotem inæstimatæ marito fuerunt traditæ, de quibus prædicti DD. intelligi debent, & inter eas, quæ emptionis causa fuerunt æstimatæ, ut omne periculum ad maritum spectaret, & solum ad æstimationem adstrictus maneret, & in illis ait nostra lex juri communi concordans, earum partus ad uxorem pertinere, licet secus in istis, quia propter æstimationem ancillæ in dominium mariti transierunt, ex quo merito earum partus ad eum spectant. 30

An autem hæc juris communis, & Regii Partitarum resolutio procedat etiam noviori jure nostro Regio *Recopilationis* attento, vel potius inter virum, & uxorem ancillarum partus dividi debeant, ut cæteri tam mariti, quam uxoris rerum fructus, & alia constante matrimonio superlucrata dividuntur, juxta nostras Leges Regias 23. *Styli. leg. 1. tit. 3. lib. 3. Fori. leg. 4. tit. 4. lib. 5. Ordinament.* quæ noviter extant *in leg. 2. cum seqq. tit. 9. lib. 5. Recopilat.* magna est altercatio inter nostros Regnicolas, nam his juribus non obstantibus, ancillarum partus adhuc juxta jus commune uxori, vel marito, si ejus ancillæ sint, reservari debere, quin inter eos communicentur, tenent Juan. Garcia *de conjugal. acquest. numer. 167. &* 196. quem sequitur, licet prædictarum legum mentionem non faciat, Muñoz de Escobar. *de ratiocin. cap. 29. num.* 20. alter Garcia *de benefic. 5. part. cap. 9. num.* 168. in qua etiam sententia residet Gaspar. Rodriguez *de ann. reddit. lib. 1. qu. 1. ex nu.* 7. siquidem *ex n.* 8. latè, & pluribus fundamentis adductis eam defendit. 31

Sed quidquid Doctores isti teneant, contrariam tamen sententiam, attento noviori jure nostro Recopilationis, veriorem, & communiorem existimo, imò partus ancillarum, ut cæteros fructus, & quæcumque constante matrimonio superlucrata, inter virum, & uxorem, hodie apud nos dividi debere, ex quo licèt fructus non sint, in redditu tamen veniunt, ut dictum remanet: quare ob generalem prædictarum Legum Re- 32

gia-

Digitized by Google

giarum dispositinnem, m quibus non solum fructus, ut jure communi servabatur, sed & quoscumque redditus, & augmentum, aut lucrum communicari inter virum, & uxorem statuitur, & præcipuè in dict. leg.4. tit.4. lib.5. Ordinament. & in l.5. tit.9. lib.5. Recopilation. ita in specie resolvunt, & consuetudine Hispaniæ servari testantur doctissimus Gregor. Lopez in leg. 20. tit. 11. part.4. Gloss. Otrosi del marido, Villalob. in arar. communion. opinion. litter. D. num.236. Joan. Gutierrez de tutel. par.3. dict. cap.29. numer.13. Spin. de testament. dict. gloss. 13. numer.69. Baeza de decim. tutor. dict. cap.23. nu.15. & 7. ubi Granatensi Prætorio judicatum vidisse testatur, & idem, licèt non satis expresè, tenet Matienz. in dict. leg.5. Recopilat. gloss.5. num.1. & 2. & Azeved. in leg.3. & 4. dict. tit.9. lib.5. Recopilat. num.18. quamtumvis in num.19. in fin. aliqua dubitatione non carere dicat.

33 Secundò ex præfata principali resolutione, ut ancillarum partus in fructu non sint, utiliter ad praxim infertur, tutorem, vel curatorem, quibus de jure Regio per leg.2. tit.7. lib.3. fori, decima fructuum rerum minorum pro administratione competit, ancillarum tamen partus decimare non posse, quia non habentur in fructu, ut plenè resolvunt pluribus objectionibus respondentes Baeza de decim. tuter. dict. cap.23. per tot. Joan. Gutierrez de tutel. dict. cap.29. tot. Escobar. de ratiocin. cap.39. numer.20.

34 Tertiò etiam infertur, quod licèt fœtus pecorum, quia in fructu sunt, dict. leg. vetus fuit quæstio, §.1. ff. de usufruct. leg. in pecudum 28. de usur. statim, ut sunt editi apud bonæ fidei possessorem, ipsius fiunt ex generali regula leg. bona fidei 48. ff. de acquirend. rer. domin. & per jura specialia in §. fin. ejusdem leg. leg.4. §. Lana, ff. de usucapion. l. qui vas 48. §. penult. ff. de furt. quin aliqua usu capione bonæ fidei possessor indigeat, quia juxta vulgarem regulam, quod nostrum est, amplius nostrum fieri non potest, Donell.
35 lib.5. commentar. jur. civil. cap.26. † Partus tamen ancillarum, non aliter bonæ fidei possessori acquiruntur, quam mediante usucapione, ut eleganter respondit Ulpianus hanc differentiam inter fœtus pecorum, & ancillarum partus constituens in dict. leg. qui vas, §. Ex furtivis, ff. de furt. & docent optimè pro conciliatione prædictorum jurium, & conclusionis ex eis deductæ cum §. Ancilla 5. & vers. Idem in pecudibus, dict. leg. qui vas, & cum leg.4. §. Lana, & §. Fructibus, de usucapion. & cum leg. si aliena, §. Scævola, eodem tit. Franc. Connan. lib.3. commentar. cap.15. num.3. Donell. lib.5. commentar. cap.26. ubi alios refert Osuald. litter. Z. Genua in ejus antinom. pag. mihi 300. Benedict. Pinel. lib.2. selectar. cap.1. num.64. cum seqq. Ant. Pichard. in §. In pecudum, num.2. institut. de rer. division. Amay. lib.3. observation. cap.1. §.1. ex num.33. Caranz. de part. cap.3. §.1. ex num.11. etsi aliter sentiat magnus Cujacius in dict. leg.4. §. Lana, qui magna difficultate oppressus, in dict. vers. idem in pecudibus, negationem addit, legens, non idem, quem sequitur Gothofred. in dict. vers. idem, & Anton. Faber. in leg. si ego 11. §.4. ff. de public. in rem action. sed contra fidem omnium Pandectarum; quare merito hanc interpretationem, sive emendationem rejiciunt Joan. Robert. Aurelian. lib.1. receptar. lection. cap.6. & lib.1. animadvers. c.12. Otthoman. lib.6. observation. cap.24. Joan. Gœdeus in leg. partum 26. num.12. ff. de verb. signif.

36 Quinimo, & ipse doctissimus vir Cujacius ab hac opinione, & emendatione destitit lib.15. observat. cap.10. qui substinendo vulgatam lectionem ad verba illa; idem in pecudibus, optimè duos casus proposuisse, ait Ulpianum in d. §. Ancilla. Primum circa partum conceptum, & editum apud bonæ fidei possessorem, ut non sit furtivus; secundum ut possit usucapi: ad quorum primum sequentia verba, idem, & in pecudibus servandum est, quod in partu, referenda esse inquit Cujacius ad effectum, ne sit fœtus furtivus, si apud bonæ fidei possessorem concipiatur, & edatur, uti nec partus, non vero ad secundum casum, ut usucapi possit, quia, si statim, ut natus est pecorum fœtus bonæ fidei possessori acquiritur, juxta eundem Consultum in vers. sequent. ex furtivis, non potuit illa verba: idem, & in pecudibus, ad casum supervacuæ usucapionis referre: & hanc interpretationem tradidit quoque Benedict. Pinel. lib.2. selectar. cap.1. numer.85. & ante eos originaliter Accursius in dict. vers. idem, in fin. sequunturque, & plenè eam defendunt ab impugnationibus Joann. Robert. lib.3. observat. c.1. §.1. ex num.36. Amaya dict. §.1. numer.35. Carranz. in locis citat. num.16.

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

Protocollorum emolumenta, seu commoditates ex eorum exemplationibus redactæ. Utrum ipsorum fructus sint? Et consequenter usufructuario omnium bonorum, vel officii Tabellionatus pertineant? Aliaque de protocollis, seu registris Tabellionum, & à quibus, eis decedentibus, exercenda competant? Juxta nostram *leg. Reg.24. tit.25. lib.4. Recop.*

SUMMARIUM.

1 PRoponitur hujus capitis quæstio utrum protocollorum commoditates, sive sportula pro exemplatione instrumentorum in fructu haberi debeant?
3 Refertur Bartol. negativa sententia: cum duobus seqq.
4 Hujusmodi commoditas renasci non videtur.
Instrumenta, sive exempla semel per tabellionem edita, sive concessa, iterum nisi ex magna causa, quia deperdita fuerint, non concedenda, ibidem.
Uxori, seu alii, cui usufructus omnium bonorum fuerit legatus, commoditates istæ, vel sportula non debentur, juxta Bart. & aliorum sententiam: dict. num.3. & 5.
6 Refertur contraria affirmativa opinio: & n.7.
7 Protocollorum commoditates, licèt non propriè, impropriè tamen latiori verbi Fructus *significatione fructus videntur.*
8 Refertur quædam distinctio, & concordia Bald.
10 Declaratur per aliam notabilem distinctionem Iasonis inter legatum generale usufructus omnium bonorum, & speciale protocollorum tantum.
11 Baldi distinctio nihil à sententia Bart. differt.
Res qualibet, aut pecunia usufructuario omnium bonorum tradenda, ut ea utatur, ac fruatur, ibid.
12 Refellitur in hoc contraria sententia Petr. Barbos. *& num.13.*
14 Resolvitur pro Bart. sive Baldi sententia.
Declaratur, ac intelligitur contraria affirmativa opinio, ibid.
Sportula pro scripturarum exemplatione inter fructus habenda sit alia protocolla sint, ut plures ex eis deducantur scriptura, ibid.
15 Et si durante vita Notarii, vel post ejus mortem per hæredes, aut substitutos tabellionatus officium exerceatur, novaque instrumenta conficiantur, sive renoventur.
16 Ex hic exemplationibus, tanquam ex fructibus, decima tutori debetur.
17 Quid hodie de protocollis fiat jure nostro Regio in leg.24. tit.25. lib.4. Recopilation. *mortuo Notario, sive tabellione alicujus Consilii, oppidi, aut numerario.*
18 Tabellionatus officium emptum, vel à Rege concessum cum protocollis in successores transit per eos exercendum, vel per substitutos ex speciali concessione.
19 Pupillo si in hoc casu propter administrationem, aut loca-

Digitized by Google

locationem officii tabellionatus aliquid pendatur, decima ex hoc tutori debetur.

20 *Tabellionatus officia, sive protocolla, si ad successorem non transeant, in bonis prædefuncti tabellionis non connumeranda.*

21 *Limita, stante consuetudine, ut hæc protocolla æstimentur, & sic æstimata successori in officio tradantur, æstimatione hæredibus defuncti præstita.*

22 *In hoc casu hujus æstimationis medietas uxori defuncti tabellionis debetur.*

Idem si protocolla vendantur, ib.

23 *Et in pecunia ex exemplatione redacta interim quo protocolla successori traduntur.*

24 *Imò pecuniam in hoc medio tempore ex exemplationibus redactam successori potius in officio, quam heredi, vel uxori defuncti deberi videtur.*

25 *Notariatus officio, sive protocollo legato, si hæres antequam id legatario traderet, instrumenta aliqua ediderit, commodum, quod exinde perceperit, legatario reddere tenetur.*

1 PRæcedentis capitis quæstioni aliam subjungimus vi-
delicet an Protocollorum commoditates, sive spor-
tulæ pro exemplatione, aut translatione instrumento-
2 rum ipsorum fructus sint: † Nam similiter hoc ea eadem
ratione ob quam in lapidicinis dubitari *in cap. seq.* dice-
mus, nimirum an renascentiam habeant, vel non? Etiam
in his protocollorum emolumentis per Doctores dubita-
tur.
3 Quam quæstionem disputat Bart. *in leg. divortio, §. Si
vir in fundo, num. 3. solut. matrim. & in l. quadam, §. Ni-
hil, num. 6. ff. de edend. & in consf. 50. num. 6.* in quibus locis
quærit etiam utrum usufructu omnium bonorum uxori,
vel alicui legato protocollorum sportulæ, seu commodi-
tates pro dicta exemplatione tanquam fructus ad uxo-
rem, aliumve legatarium expectent? Et pluribus ratio-
nibus nullo modo commoda hæc inter fructus connume-
randa, nec ad legatarium, vel ad alium fructuarium ex-
4 pectare resolvit: † Et præcipuè quia semel talis commo-
ditas percipitur, nec iterata vice renascitur, cum ex
protocollo unum tantum exemplum deduci possit, nec
aliud nisi ex magna causa concedatur probato nempè in-
strumentum semel editum perditum esse, ut ex *leg. si
quis ex argentariis, §. fin. in fin. ff. de edend.* notat Bart. *in
dict. §. Nihil interest*, quæ instrumentorum perditio cum
non sit verosimilis nec regulariter accidat, non est spe-
ctanda, seu in consideratione habenda, ad Text. vulgarem
in leg. inter stipulantem, §. Sacram, de verb. obligat. ut ejus
spe certa aliqua renascentia spectari valeat.
5 Et opinionem Bart. sequuntur Corras. *in dict. §. Si vir.
in princ. column. 1.* Aretin. *col. 6.* & ibidem Jason. *num. 6.*
Angel. *in rubric. de usur. & in dict. leg. quadam, §. Nihil
interest, ff. de edend.* Paul. de Montepicn *in leg. Titia cum
testamento, §. fin. num. 113. in fin. ff. de legat. 2.* & hanc do-
ctrinam per antiquiores, communiter receptam, tra-
dit Soccin. *consf. 10. num. 4. lib. 1.* Boer. *decis. 19. num. 5. &
decis. 224. nu. 4.* Vincent. Carroc. *de locat. & conduct. sexto
gradu, quæst. 10. numer. 48. fol. 233.* Achilles de Pedroch.
consf. 7. nu. 186. & eam indistinctè sequitur Simon de Præ-
tis *de interpret. ult. volunt. lib. 4. interpr. 2. fol. 334.* Petr.
Barbos. *in dict. l. si vir, num. 37. & 38.* Surd. *consf. 57. n. 23.*
Guizac. *decis. 34. numer. 17.* Niger. *de laudem. tom. 1. q. 13.
nu. 18. & 19.*
6 Alii verò contrariam sententiam, imò quod fructus
sint, & ad uxorem, vel ad alium fructuarium pertineant,
docent Paulo de Castr. *in dict. §. Si vir, à numer. 3.* ibi
Duaren. *in princ. & ad fin.* Guillelm. Benedict. *in cap. Ray-
nutius, de testament. verb. Cætera bona, num. 27. vers.
Sed advertatis*, Franc. Marc. *quæst. 856. part. 1.* Joan.
Garc. *de expens. cap. 23. num. 1. vers. Vnde illud, juncto
num. 3.* Escobar. *de ratiocin. cap. 29. à num. 5. & 7.* Girond.
de gabell. p. 2. §. 1. nu. 1. & nu. 27.
7 Cui opinioni favere illud videtur, quod quamvis di-
ctæ protocollorum utilitates propriè fructus dici non pos-
sint, quia saltim in suo genere non renascuntur, atta-
men impropriè fructuum nomine venire, videntur, quia
& redditum, proventuum, seu obventionum latiori
appellatione comprehendi asserunt, Girond. *de gabell.
p. 2. §. 1. n. 27.* ubi & quod in legato ususfructus omnium
bonorum veniant, idem Gaspar. Roderic. *de annuis red-
dit. lib. 1. quæst. 1. num. 13.* Joan. Garc. *in tract. de conjugal.
acquæst. num. 69. & de expens. cap. 23. num. 1. vers. Vnde il-
lud sic intelligend. junct. num. 3.* Boer. *decis. 224.* Escobar.
de ratiocin. cap. 29. à num. 5. & 7. & idem sensit Baez. *de de-
cim. tutor. cap. 25. à num. 22.* ubi postquam pro opinione
Bart. resolvit *in n. 27. ex gloss. in cap. grandi, verb. De reddi-
tibus*, Angel. *in rubr. de usuris*, asserit contrarium, videri
tenendum ea eo, quod redditum, & obventionum nomi-
ne protocollorum commoditates comprehendantur.
Inter quorum Doctorum varietates Bald. *in leg. divor-* 8
*tio, §. Si fundum, ad medium, ff. solut. matrim. & in
leg. 1. numer. 17. Cod. de fructib. & litium expens.* pro con-
cordia asserit, commoditates istas ad uxorem, seu lega-
tarium ususfructus, tanquam fructus, hoc est irrevo-
cabiliter non pertinere, & ita procedat Bartol. opinio
negativa: at verò pecuniam ea exemplatione protocollo-
rum ad eum pertinere docet, ut ea pro sua vita uti ac frui
possit, sicuti alia pecunia hæreditaria, & sicuti nomi-
nibus debitorum in Kalendario contentis usufructuarius
omnium bonorum uti debet, Text. *in leg. uxori meæ,
ff. de usufruct. legat* sic intelligend. *ex dictis supr. cap. nu.*
& ad rem notat Alexand. *in dict. §. Si vir, numer. 5.* cum
onere tamen post mortem hæredi restituendi, ut sic pro-
cedat Castrens. sententia.
Et istam concordiam sequuntur Jason. *in dict. §. Si* 9
vir, à num. 5. Fulgos. & Angel. *in leg. quadam, §. Nihil,
ff. de edend.* † ubi singulariter limitant, & intelligunt in 10
legato generali ususfructus omnium bonorum, secus si
specialiter protocollorum; quia tunc de mente testatoris
eorum proventus, & utilitates pro exemplatione ad fru-
ctuarium pleno jure, ac irrevocabiliter expectabunt, &
idem docet mirabiliter Alexand. *in dict. §. Si vir, nu. 5.*
& doctrinam Baldi sequuntur Mantica *de conject. ultimar.
volunt. lib. 9. tit. 6. num. 15.* benè Joann. Guttierr. *de tutel.
par. 3. cap. 27. num. 30. & 31.* Cavalcan. *de usufruct. mulier.
relict. num. 88.* Castill. *de usufruct. cap. 36. n. 43.* ubi in pra-
xi omninò servandam asserit.
Sed certè, ut conjicio hæc Baldi, & sequacium opi- 11
nio nihil in effectu differt à sententia Bartoli quoad no-
stram principalem quæstionem, an prædictæ utilitates
fructus sint, vel non? nec amplius addit, quam quod pe-
cunia ex protocollis redacta cum fructus dici non possit,
tanquam bona principalia ad legatarium ususfructus per-
tineat, ut ea, sicut cæteris rebus hæreditariis fructuarius
utatur, ac fruatur, quod nec Bartol. negavit, nec certè
posset, † quidquid dicat Petr. Barbos. *in dict. §. Si vir,* 12
nu. 37. in fin. ubi in id Bald. refutat ea eo quod ait, usum-
fructum uxorem, vel legatarium prætendere non posse in
his rebus, quæ nomen fructuum respuunt.
Sed meo videri manifestè in hoc fallitur Doctissimus 13
alioquin vir, & Magister; quia imò nihil certius est
quam quod in legato ususfructus omnium bonorum om-
nes res hæreditariæ, quæ principaliter, ut substantia
hæreditatis considerantur, comprehendi debeant, &
legatario ad fruendum sint reddendæ, ut docent ex *leg.
quoties, in fin. ff. de usufruct.* & ex aliis juribus Mantic.
dict. tit. 6. nu. 2. nec aliquod medium considerari potest,
ut prædictæ commoditates, nec ut fructus, nec ut res
hæreditariæ considerentur.
Quapropter in hoc opinionum discrimine, retenta, 14
ut veriori Bartol. sive Bald. sententia ex superiori urgen-
tissima ratione pro ea adducta, secunda contraria Paul.
de Castr. Joann. Garcia, Escobar. & aliorum opinio in-
telligi, aut concordari poterit, juxta ejusdem Bartol. *in
dict. §. Nihil interest*, ad suam sententiam notabilem li-
mitationem, cum videlicet talia sint protocolla, ut ex
eis

Digitized by Google

eis pluries scripturæ deducantur, ut sunt libri statutorum, reformationum, & similium, quo casu sine dubio sportulas inter fructus connumerandas, concludit Bartol. quem etiam sequitur Alexand. *in eodem §. Nihil interest*.

15 Ex qua notabili, ac singulari declaratione similiter infertur, quod si durante vita ipsius Notarii, vel post ejus mortem, si tabellionatus officium, cum omnibus suis protocollis ad ejus hæredem, vel filium ex privilegio transeat, ita ut per eos vel eorum substitutos exerceri possit, si igitur (inquam) in his casibus, non solum instrumentorum exempla transcribantur; sed & alia nova instrumenta apud eas iterata vice conficiantur, tunc exemplationes, & aliæ protocollorum utilitates absque dubio fructus erunt, quia & renascuntur, & substantia
16 rei ob renovationem inconsumpta remanet; † ideoque in hoc casu decimam tutori ex talibus exemplationibus, tanquam ex fructibus deberi, doctè docet Baez. ita intelligend. *de decim. tutor. cap.* 16. *num.* 18. quem sequitur Gutierrez *de tutel.* 3. *part. cap.* 27. *nu.* 33.

17 Quod tamen hodie absque controversia procedit cum ex nostra *leg.* 24. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopil.* noviter caveatur: quod mortuo, aut privato, seu renunciante tabellione aliquo Consilii Regii, aut oppidorum, vulgo *de Ayuntamiento*, vel etiam ex Regni numerariis, omnes scripturæ, protocolla, seu registra ad successorem in officio pertineant, ita ut nec amplius in Notarii bonis computari debeant, ut docent ibi Azeved. & Gutierrez *dict. cap.* 27.
18 *num.* 34. *&* 35. † Nisi emptum officium habeatur; nam tunc in hæredem exercendum transit, si Notarius sit, vel in substitutum, si substituendi facultas in alienatione, seu Principis concessione data sit, ut frequenter in hac Curia Regia videmus.

19 Quare, & in hoc casu si pupillus in aliquo tabellionatus officio succedat, & ex decreto, seu privilegio Consilii, ut adsolet, id administret, quidquid ex tali administratione per pupillum percipiatur, in fructu esse, & ex eo decimam ad tutorem expectare certissimum est, ut probant Baeza, & Gutierr. *ubi supr.*

20 Si verò ad alium quam ad pupillum, vel Tabellionis hæredem prædicta officia jure pertineant, veluti Regii Consilii, vel similia, ipsorum utilitates, & protocolla in bonis prædefuncti Tabellionis connumerari non possunt, cum ad successores in ipsis, non verò ad ejus hæredes, ex *dict. leg. Regia* pertineant, ut antea servabatur, ut docent Avendan. *respons.* 38. *vers. fin.* Azeved. *in d. l.* 24. *nu.* 1. Gutierr. *d. c.* 27. *nu.* 34.

21 Quod tamen notabiliter limita, stante consuetudine, ut registra, aut protocolla Tabellionis mortui, aut renunciantis per duos alios Tabelliones æstimentur, & sic æstimata, & prædicta æstimatione hæredibus defuncti relicta, aut præstita, successori in officio, vel alteri tradantur, juxta Text. *in leg.* 31. *tit.* 20. *lib.* 2. *Recopilat.* ut docent Azeved. *in dict. leg.* 24. *num.* 4. *& in leg.* 3. *&* 4. *nu.* 20.
22 *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* † Ubi latè quod medietas illius æstimationis non solum quoad usumfructum, sed & quoad proprietatem ad uxorem defuncti Tabellionis pertineat, tanquam lucrum, constante matrimonio, quæsitum: idemque docent Avendan. *respons.* 8. *vers. fin.* ubi idem in licita venditione protocollorum: Orofcius *in leg. quædam*, *§. Nihil interest*, *ff. de edendo*, *juncto ipso Text.* ubi etiam Bald. ibi, & communiter Doctores: latè, & doctè Avend. *in dict. leg.* 3. *&* 4. *à num.* 20. Gutierrez *dict. cap.* 27. *num.* 36. *&* 37. Morquech. *de division. bonor. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 50. Rebuff. *in leg. bonorum*, *vers.* 4. *ff. de verb. signific.* Giurb. *ad Messan. cap.* 1. *gloss.* 3. *part.* 1.
23 *num.* 21. † Et idem in pecunia ex exemplatione redacta interim quo protocolla successori, juxta *dict. leg.* 24. traduntur, ut docet ex Rebuff. & aliis, Garcia *de conjugal. acquæst. numer.* 69. & ex Cavalcan. & aliis, Giurb. *d. gloss.* 3.
24 *numer.* 22. † Sed quod in hoc medio tempore pecunia ex exemplationibus deducta potius, successori in officio, quam hæredibus, & uxori defuncti Tabellionis debeatur, fundari potest, ex eo quod protocolla successori in eodem statu, quo per Tabellionem fuerunt relicta, tradenda videntur. † Pro quo etiam facit notabilis doctrina Bartol. 25
in dict. leg. quædam, *§. Nihil interest*, *num.* 5. *ff. de edend.* ubi Notariatus officio, seu protocollo legato, si hæres, antequam id legatario traderet, aliqua instrumenta ediderit, commodum, quod exinde perceperit, legatario reddere teneri, resolvit.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Lapidicinæ, & cætera mineralia, auri, argentive fodinæ, & similia an sint in fructu? Agitur plenè de materia lapidicinarum fundi dotalis, alteriusve, cujus ususfructus alicui debeatur, ad declarationem *Text. in l. divortio*, *§. Si vir*, *§. Si fundum*, *ff. solut. matrimon. l. si ex lapidicinis* 33. *ff. de jur. dot. l. æquissimum*, *§. Inde est quæsitum*, *ff. de usufruct. l.* 27. *tit.* 11. *part.* 4. & aliorum jurium: & quid de jure Regio Hispano, aliorumque Regnorum circa mineralia in privatis, vel in publicis locis reperta servetur, an inter regalia connumerentur, necne?

SUMMARIUM.

1 *Quæstio hujus capitis; utrum mineralia, vena marmorea, aut lapidea, aurea, vel argentea, & similia in fructu sint, necne?*
2 *Affirmativa opinio.*
3 *Multorum distinctio inter lapidicinas, seu mineras renascentes, vel non, cum n. seqq.*
5 *Rejicitur hæc distinctio.*
In pluribus juribus lapides, seu metalla ex lapidicinis non renascentibus ad fructuarium pertinere deciditur, ut in leg. item si fundi, §. Sed si metalla, ff. de usufruct. leg. si fundus 9. ff. solut. matrim. l. divortio, §. Si vir, ff. eodem tit. *ibidem.*
6 *Distinguitur pro veriori resolutione inter lapidicinas, seu metallorum venas noviter per fructuarium inventas, & inter antiquas jam apertas, cum prædium fruendum alicui traditur.*
7 *Agitur de primo casu, & subdistinguitur inter verbi* Fructus *propriam, vel impropriam significationem, cum num. seqq.*
9 *Verbo* Fructus *in propria significatione accepto, lapidicinas renascentes propriè in fructu esse.*
10 *Quid si non renascantur?*
11 *Et quid si fundus deterior, vel utilior ex nova lapidinarum apertura reddatur? & infrà ex n.* 44.
12 *Fructuarius arbitrio boni viri in nova lapidum scissiona se gerere debet.*
13 *Declaratur pro comprobatione superioris resolutionis Text.* in l. divortio, §. Si vir, ff. solut. matrim. *cum num. seqq.*
15 *Rejicitur intellectus ad hunc Text. traditus per Glos. Bartol. & communiter DD.*
17 *Rejicitur etiam emendatio Cujacii ad eundem Text.*
19 *Recipitur, ut verior, intelligentia Raphael. Cuman. Fulgos. & Paul. de Castr. de cujus plena expositione, cum nu. seqq.*
22 *Marmor cæsum ex lapidicinis fundi dotalis, an & quando marito pertineat? cum multis n. seqq.*
23 *Expensa per maritum facta in lapidicinis aperiendis, an, & quando ipsi ab uxore solvi debeant? & ex nu.* 25. *cum seqq.*
32 *Rejicitur Alexander ex apertura lapidicinarum non renascentium fundum deteriorem semper, non utiliorem reddi posse, asserens, cum numer. antecedent.*

33 *Re-*

33 *Renascentia qualitas, ut lapidicina, vel quod aliud emolumentum in fructu sit, an necessario requiratur? cum nu. sequentib.*

35 *Ex lapidibus cæsis, quanda tutori, iure nostro, ut de cæteris fructibus rerum minorum, decima debeatur? & num. 38. & 41.*

42 *Declaratur pro superiori nostra resolutione* doctissimus Petr. Barbos.

Metalla, sive lapides ex fundo, cujus usufructus legatus est, expensis, usufructuarii scissa, licèt non renascantur, ipsius fiunt, ibidem.

43 *Declaratur eodem modo* Horat. Barbat.

44 *Qualiter fundum per fructuarium utiliorem reddi, vel non ex nova apertura lapidicinorum sit necesse, ut in fructu dicantur, pro intellectu* dict. l. divortio, §. Si vir, solut. matrim. & supra *ex n. 11.*

45 *Ponderatur, & noviter exponitur ad materiam Text.* in l. Æquissimum, §. Inde est quæsitum, ff. de usufruct.

46 *Declarantur jura* in dict. l. divortio, §. Si fundum, ff. solut. matrim. & in l. si ex lapidicinis 33. ff. de jur. dot. *& n. 47.*

48 L. 27. tit. 11. part. 4.

49 *Quid in secundo casu superioris principalis distinctionis, cum videlicet lapidicinæ antiquæ sunt, & ita cum eis fundus in dotem, vel aliter fructuario traditur? cum nu. seqq.*

Fundo cum lapidicinis jam repertis fruendo tradito indistinctè lapidicinæ renascentes, sive non renascentes in fructu censentur: etiam si fundus ex eis cæsis utilior non reddatur, dict. n. 49.

Ex hujusmodi lapidicinis, sive ex lapidibus ex eis cæsis decima quoque indistinctè tutori debetur, dict. nu. 49. in fin.

50 *Fructus rei, seu usus judicatur juxta antiquam consuetudinem, sive fruitionem dominorum, qui eam fruendam tradiderunt.*

51 *Iure communi lapidicinæ, auri, argentive fodinæ ad fundi dominos spectabant, & n. 54.*

52 *Nec aliter Fisco debebantur, quam si in loco publico essent inventa, & nu. 54.*

53 *Idem in lapidibus pretiosis, margaritis, & similibus.*

55 *De jure Regio, & universali ferè omnium Provinciarum correctum invenitur jus commune circa metallorum mineralium acquisitionem; nam indistinctè sive in privatis, sive in publicis locis inventa Fiscis Regiis sunt applicata, cum nu. seqq.*

56 *Referuntur circa hoc jura municipalia Regnorum Hispaniæ, Lusitaniæ, Galliæ, Neapolis, Aragonum, & aliarum Provinciarum, cum n. seqq.*

63 *In Indiarum Regnis jus commune servatur, & hoc amplius quæcumque auri, argentive mineralia, etiam in locis publicis reperta Regiis schedulis communia sunt effecta.*

64 *Relinquitur tamen quinta per omnium metallorum Fisco Regio sub pœna totius amissionis.*

65 *Præfata omnia, quæ de jure communi diximus circa acquisitione metallorum ex venis fundi dotalis, vel alterius, cujus usufructus fuerit relictus, in Indiarum Regnis omnino servanda.*

66 *Idem si in aliis Regnis, ubi mineralia inter regalia habentur, privatis Regio privilegio concedantur.*

67 *Requiritur tamen specialis concessio.*

68 *Præscribuntur etiam immemoriali mineralia.*

1 Utrum mineralia, venæ marmoreæ, aut lapidea, aurea, vel argentea, cretæ fodinæ, aut arenariæ, vel similia in fructu sint, necne? Est difficilis, admodumque intrincata quæstio apud Doctores; Pro cujus perfecta, & clariori resolutione prænotandum est.

2 Plures indistinctè tenere mineras, seu metallorum venas in fructu esse, ad quod multos refert D. Solorz. *de iur. Ind. tom. 2. lib. 5. cap. unic. num. 27.* & cum aliis novissimè Portugal. *de donation. Regis parc. 3. cap. 12. nu. 5.*

Alii verò præsentem quæstionem resolvere contendunt distinguendo inter istas lapidicinas, seu mineras, quæ ejus naturæ sunt, ut lapides, aut quod ex ipsis ceditur, vel percipitur, renascatur, vel non: Si ergo lapides, aut similia percepta renascantur, in fructu esse dicunt, contra vero si renasci non possint, quia tunc nullo modo pro fructib. haberi asseruot, ut *ex leg. divortio* 8. §. *Si vir, ff. solut. matr.* latissimè docet ibi Petr. Barbos. *à num. 1. & tot.* & ibi etiam docent Alberic. Joan. de Imol. & Bart. Corras. *n. 1.* Jas. *in l. quadam, §. Mulier, ff. de edend.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 17. vers. Et faire les fruicts*, & cum aliis antiquiorib. Baez. *de decim. tutor. c. 25. à nu. 13. & 17.* Morquech. *de divis. bon. lib. 2. cap. 11. numer. 23.* Guizar. *decis. 34. num. 16.* Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 17. à num. 22.* & expressè comprobari videtur ex nostra *leg. 17. tit. 11. part. 4.* 3

Quæ distinctio latè comprobatur per Doctores, & ea quæ diximus *supr. cap. 2. à num. 47.* & latius *cap. 3. ex numer. 34.* ubi plures retuli, qui & similiter generaliter tenent, nil aliud in fructu esse intelligi posse, nisi quod nascitur, & renascitur. 4

Quæ tamen distinctio in hoc admittenda non est, quia in plurib. juribus, in quib. de lapidicinis, & aliis metallorum etiam non renascentium fructibus agitur, indistinctè earum lapides, seu metalla ad fructuarium pertinere videntur, ut constat ex Text. *in leg. item si fundi, §. Sed si metalla, ff. de usufr. leg. si fundus 9. ff. solut. matr. leg. divortio, §. Si vir, eod. tit.* sic intelligendi juxta infra *ex num. 9.* ad harum legum interpretationem dicenda. 5

Quare pro hujus dubiæ quæstionis verissima resolutione verius distinguendum mihi videtur inter lapidicinas, seu metallorum venas noviter inventas, & per fructuarium apertas, & inter antiquas, quæ jam apertæ erant, cum prædium, ubi sunt, alicui fruendum traditur. 6

Qua præmissa distinctione, de unoquoque ejus casu separatim tractabimus: In primo casu videlicet in noviter per fructuarium apertis iterum distinguendum mihi videtur inter nostri verbi *Fructus* propriam, vel impropriam significationem, prout *supr. dict. cap. 3. à num. 34.* distinxi ad cognitionem illius quæstionis (ex qua præsentis resolutio absque dubio dependet) an ut in fructu quid dici possit, præcisè renasci debeat, vel sufficiat, quod semel percipiatur. 7

Quare præmissa ad nostram præsentem quæstionem resolutione ibi tradita, nimirum, ut verbo *Fructus* in sua propria, & stricta significatione accepto, non quælibet emolumenta ejus nomine veniant, nisi ejus naturæ sint, ut renascantur: secus verò si impropriè, & generaliter accipiatur juxta juris civilis latam interpretationem, ut communiter accipi solet, quia tunc omnia emolumenta, & obventiones, etiam non renascentes fructuum appellatione comprehendi diximus ex veriori Doctorum sententia ibi relata. 8

Juxta quam distinctionem similiter in hac nostra quæstione resolvendum censeo, lapidicinas, auri, vel argenti fodinas, & alias similes venas noviter per fructuarium apertas, si ejus naturæ sint, ut renascantur, absque ulla controversia propriè in fructu esse, ut expresse probatur ex Text. *in leg. fin. ff. de fund. dotal. leg. divortio, §. Si vir*, ubi Doctores, *ff. solut. matr.* & docent Molin. *de primog. lib. 1. cap. 23. num. 8.* Paul. de Castr. *in l. divortio, §. Si vir, num. 1. ff. solut. matr.* Joan. Garc. *de expens. cap. 22. num. 47. vers. Alter casus est*, Cujac. *lib. 5. obs. cap. 21.* & cum aliis Castill. *de usufr. c. 36. n. 9.* 9

Si verò non renascantur, licèt ex eis effosum, vel excisum quid sit, propriè fructus dici non possit, attamen impropriè, & lato modo, ut emolumentum ex re proveniens fructuum nomine venit, cum hac tamen limitatione, & intelligentia, videlicet; † Dummodo fructuarius illis lapidicinis utendo fundum deteriorem, non faciat, sed potius utiliorem reddat, quæ conclusio Probatur 10 11

tur ex Text. *in leg. item si fundi* 10. §. *Lapidae*, *cum seqq.*
11 *ff. de usufruct.* † Quod etiam intelligendum est, quando fructuarius in lapidicinarum apertura, & lapidum excisione boni viri arbitratu usus fuerit, utilioremque, ut diximus ex eo fundum fecerit; tunc enim quidquid excisum sit, quamvis propriè fructus non sit, tamen, ut emolumentum, & ipsius fundi utilitas ad ipsum pertinet, ut docent benè Paul. de Castr. *in leg. divortio*, §. *Si vir*, *num. 1. ff. solut. matr.* & ibidem Fulgos. & Duaren. *in princip.* D. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 23. num.* 8. Joan. Garc. *de expens. cap. 22. num. 47. & 48.* Joan. Gutier. *de gabell. quæst. 36. numer. 15. & 16. & de tutel. part. 3. cap. 24. nu. 11.* quidquid contrarium afferat Petr. Barbos. *in dict. §. Si vir*, quem benè confutat Castill. *de usufruct. cap. 36. à numer. 12. & 21. & c. 37. à nu. 15. & à nu. 17.*

13 Quæ conclusio optimè comprobatur ex Text. *in dict. leg. divortio*, §. *Si vir*, *ff. solut. matr.* qui Text. difficillimus est; quia ex eo contraria opinio fundari videtur, imò quod non aliter lapis, vel quid aliud fructus sit, quam si renascatur, ibi: *Quia scilicet marmor non est in fructu, nisi tali sit, ut lapis ibi renascatur*, ut constat ex Petr. Barbos. & DD. *supr. num. 3.* relati, qui expresse suam contrariam opinionem hanc renascentiam, ut necessariam, exigentem hoc Text. expresse comprobari asserunt.

14 Sed si benè litteræ, & omnis contextura *dict. §. Si vir*, perpendatur, non solum prædictæ nostræ resolutioni non adversatur, sed imò firmiter, ac in expresso eam comprobat.

15 Ad cujus veriorem intelligentiam, omissa ei assignata per Gloss. Bart. Bald. Alexand. ibidem, & communiter Doctor. qui omnes dicunt in prima parte Text. loqui Papinianum de lapidicinis renascentibus, ideoque asserere marmor excisum, licèt nondum exportatum, ad maritum pertinere, & quod deinde *in versic. & impensa non est ei præstanda*, mutetur casus, & agat Jurisconsultus de marmore, quod non renascitur, qua de causa negare, asserunt, impensam præstari debere, quia utilior fundus ex eo factus non fuit, cum fructuosior non redderetur, & hoc sub limitatione *vers. ult. Nisi tale sit, ut marmor renascatur*; nam cum tunc fructuosior fundus fiat, & consequenter utilior, absque dubio impensa utilis, & necessaria in inventione, & apertura lapidicinarum marito per uxorem solvi debet, quam opinionem, & intelligentiam ad *dict. §. Si vir*, sequitur cum antiquioribus noster Gregor. *in leg. 27. tit. 2. part. 4.* per Text. ibi quem etiam sic intelligit, & dividit.

16 Qui tamen intellectus substineri nequit, quia ipsius litteræ Textus adversatur, ex cujus contextura nulla ex parte Jurisconsultum mutare casum, constat, sed potius per eandem speciem usque ad finem prosequi, nulla facta mentione in ejus principio, aut medio *in dict. vers. Nec impensa*, quod marmor renascatur, vel non; ideo merito hanc intelligentiam impugnant Aretin. *ibi col. 3.* Zasius *lib. 2. singul. intellect. cap. 3.* D. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 23. n. 8. vers. Sed intellectus iste*, Jo: Garc. *de expens. cap. 22. num. 48.* Jo: Gutierr. *de gabell. q. 36. n. 15.*

17 Et omissa alia Cujac. interpretatione, qui *lib. 15. observat. cap. 22.* pro verbis *fundum fructuosiorem fuisse redditum legit*, *nec fructuosiorem*, quasi alias concludens ratio afferri non possit, quare utiles expensæ repeti non possint per maritum.

18 Quæ quidem emendatio, utpotè contra fidem omnium codicum, & nulla alia quam ipsius Cujac. authoritate fulcita admittenda non est.

19 Quibus omissis, ut verissimum, & clarum intellectum *ad d. §. Si vir*, assequamur, & prædicta nostra distinctio, ac resolutio ex eo majori claritate fulcita maneat, litteram ejus referam: ait igitur Papinianus: *Si vir in fundo mulieris lapidicinas marmoreas invenerit, & fundum fructuosiorem fecerit, marmor, quod cæsum, neque exportatum, est mariti, & impensa non est ei præstanda, quia nec in fructu est marmor, nisi tale sit, ut lapis ibi renascatur, quales sunt in Gallia, sunt, & in Asia.*

20 Qua littera hujus difficilis Text. relata ad prædictæ nostræ distinctionis resolutionem, & ad ejus veriorem explicationem semper mihi verissimus visus fuit intellectus Raphael. Cumm. Fulgos. & Paul. de Castr. ibidem, qui eruditè asserunt Papinianum in hoc Text. tam in principio, quàm in medio, & in tota ipsius contextura de marmore, aut de lapidicinis non renascentibus agere, & ad maritum marmor ex eis excisum expectare Papinianum quoque asserere, cum fundum utiliorem, aut fructuosiorem ex eorum incisione fecerit.

21 Ad cujus verissimæ nostri Text. conclusionis pleniorem cognitionem animadvertendum est, circa duas principales quæstiones Papinianum dubitasse.

22 Primò ad quem marmor cæsum in lapidicinis in fundo dotali per maritum noviter apertis pertineat?

23 Secundò circa expensas à marito in venæ apertura factas, an ipsi marito ab uxore sint exsolvendæ, necne?

24 In prima quæstione Papinianus resolvit, marmor excisum, licèt nondum exportatum, ad maritum pertinere, si ex vena marmorea fundum meliorem redditum fuisse constet, ibi: *Si fundum fructuosiorem fecerit, marmor quod cæsum, ne exportatum, est mariti.*

25 In secunda ait, maritum impensam in aperiendam lapidicina factam ab uxore repetere non posse, ibi: *Et impensa non est ei præstanda*, ad quod elegantem, & subtilem rationem præstitit sub illis verbis: *Quia nec in fructu est marmor, nisi tale sit, ut lapis ibi renascatur*: in quibus non solum rationem immediatam reddidit, videlicet, quia fundus utilior factus non fuit, quod requiritur, ut impensa repeti possit, *leg. fin. ff. de fund. dotal.* sed & remotam, nempè, rationis rationem exprimit, quasi dicat, ideò utiliorem fundum redditum non fuisse, quia marmor in fructu non sit, ex eo quod lapis non renasceretur, & consequenter sentit ibi Papinianus, fundum pretiosiorem non fuisse factum, atque adeò nec impensa pro tali utilitate solvi debeat.

26 Juxta quem intellectum hunc Text. ferè explicant, licèt aliquibus immutatis, & non tam explicitè Aretin. *ibi col. 3.* Vincen. *num. 4.* ubi & Duaren. Zasius *num. 5.* & idem Zasius *lib. 2. singul. intellect. cap. 4.* D. Molin. *lib. 1. cap. 23. à nu. 9.* Garc. *de expens. cap. 22. num. 48.* Gutier. *de gabell. qu. 36. à nu. 15.*

27 Quam tamen intelligentiam dupliciter impugnabo, ut ita ea responsione clarior reddatur, & dicta nostra distinctio ex eo remaneat comprobata.

28 Primò ergo obstat dictum ab ipso Papiniano in resolutione primæ quæstionis; dixit enim ibi marmor ideò mariti fieri, quia ex lapidicinarum inventione fundus pretiosior redditus fuisset; ex quibus ultima pars textus de secunda expensarum quæstione intelligi posse non videtur, fundum scilicet utiliorem, & fructuosiorem non fuisse factum ad effectum solutionis expensarum, cum in eodem casu, nec mutata specie, ut *supr. diximus*, Papinianus loquatur.

29 Cui tamen objectioni, meo videri, satisfieri faciliter potest, si differentiam, & distinctio constituatur, nam inter utilitates, quæ fundo ex lapidicinarum inventione provenire possunt; quædam sunt magnæ æstimationis, & perpetuo duraturæ, veluti si lapidicinæ tales sint, ut lapis ibi renascatur, ex quibus absque dubio fundus perpetuo fructuosior efficitur, & tunc impensa tam utilis, quàm necessaria repeti potest, ut probatur *ex l. fin. ff. de fund. dotal.* & clarè constat *ex eod. Papin. in d. §. Si vir*, *in fin.* ubi expresse hoc genus utilitatis ad expensarum repetitionem requirit, dum lapidum renascentiam expostulat.

30 Aliæ verò sunt utilitates non tantæ æstimationis, & aliquando momentaneæ, nec perpetuo duraturæ, veluti si ex lapidicinarum non renascentium apertura, & lapidum cæsione facilior fundi cultura reddatur, ut & sit, tribulis, aut spinis ex agro evulsis, & ita fundus antea pro aliqua parte sterilis, fertilis, & ad culturam idoneus fiat; de cujus utilitatis genere intelligendus est Papinianus

nus in prima quæstione *d. §. Si vir*, quo casu cum licèt fundus utilior fiat, non tamen commoditas sit tantæ æstimationis, nec tam fructuosior, ut in supra dicto primo casu ex lapidicinis renascentibus; rectè Papinianus expensarum repetitionem denegavit.

31 Quæ *dict. §. Si vir*, ex prædictis ferè rationibus intelligentia, ac resolutio (licèt non tam clarè, & distinctè) comprobatur ex traditis per Paul. de Castr. *in dict. §. Si vir, num. 1.* Zass. *d. lib. 2. singul. intellect. cap. 4.* D. Molin. *d. lib. 1. cap. 23. num. 8. & 9.* Joan. Garc. *de expens. d. c. 22. num. 48.*

32 Ex quibus diluitur altera objectio Alexand. *in d. §. Si vir, num. 1.* ubi negat, utiliorem reddi posse fundum ex apertura lapidicinarum non renascentium, *ex d. leg. fin. ff. de fund. dotal.* ex qua potius semper deteriorem fieri probare intendit; quem tamen benè confutat Barbos. *in d. §. Si vir, nu. 2. & 3.* Horat. Barbat. *de divis. fruct. p. 1. c. 17. à nu. 29. vers. Et tamen*, ubi latissimè de intellectu *d. l. fin. ff. de fundo dotal.*

33 Secundò supra dictæ Paul. de Castr. & nostræ intelligentiæ *ad dict. §. Si vir*, quatenus ex ea diximus, Papinianum ibi de lapidicinis non renascentibus loquutum fuisse, ac intelligi debere, & quod ex eis marmor excisum ad maritum, fundo utilior facto, spectet, objici potest, quod, si lapidicinæ ibi non renascerentur, marmor ex eis cæsum ad maritum, seu ad alium fructuarium pertinere non posset, quia in fructu non essent, ut in ipso Text. *in fin.* clarè probare videtur Papinianus, ibi: *Quia nec in fructu est marmor nisi tale sit, ut lapis ibi renascatur, & ex §. præcedenti*. Ubi idem de arboribus non cæduis, seu non renascentibus asserit idem Papinian.

34 Ex quibus dictum intellectum Paul. de Castr. *ad dict. §. Si vir*, & prædictor. DD. impugnat Alexand. *ibidem n. 1.* & etiam ei opponitur plurium DD. doctrina qui ex *dict. §. Si vir*, communiter docent, non solum lapidicinas, sed nec quid aliud emolumentum in fructu esse, posse, nisi ejus naturæ sit, ut iterata vice renascatur, ut constat ex Gloss. *in leg. si ex lapidicinis 32. ff. de jur. dot.* Nicol. Boer. *decis. 19. num. 5. & decis. 51. num. 2. & decis. 224. numer. 4.* Pat. Molin. *de justit. & jur. tract. 2. disp. 24. ad fin.* & latè defendit Petr. Barbos. *in dict. l. divortio, §. Si vir, nu. 35.* Sarmient. *select. lib. 3. cap. 10. n. 4.* Chassan. *cons. 61. nu. 3. & in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 17. verb. Et faire les fruictz siens, num. 11. & rubric. 6. §. 4. verb. Et factz femme, n. 2. vers. Crede.*

35 Ubi quod ex his emolumentis pars, quæ in Gallia de fructibus rerum pupillarium tutori solvitur, non debeatur, quia in fructu non sunt: & idem apud nos in decima ex nostra lege fori tutori debita, tenet Baeza *de decim. tutor. c. 25. à nu. 15.*

36 Imò in prædictis verbis *dict. §. Si vir*, dum lapides in fructu esse negat Papinianus, manifestè sibi contrariari videtur in prima part. Text. Ubi marmor excisum ad fructuarium pertinere, ait, quasi contrarium ibi sentiens, videlicet in fructu esse lapides; absque quo ad fructuarium expectare dicere Papinianus non potuisset.

37 Quibus tamen objectionibus respondendum est præhabita prius sæpè repetita in princip. hujus *cap. & supr. in cap. 3. à num. 36.* distinctione inter fructus propriè, & strictè sumptos, aut impropriè ex juris civilis lata interpretatione, juxta quam distinctionem dicendum mihi videtur, lapides, aut cætera metalla ex venis, aut ex lapidicinis non renascentibus propriè fructus non esse, sed tamen si ex eorum cæsione fundus utilior sit redditus, & consequenter emolumenta ista lapidicinarum salva rei substantia, imò & meliori reddita ab ipsa re proveniant, tunc absque dubio fructus saltem propriè, seu loco fructuum, aut commoditatum haberi, & ita ad maritum, vel alium quemlibet fructuarium pertinere, quia licet istæ obventiones, & commoditates propriè fructus non sint, ex eo quod non renascantur, eorum tamen nomine ex juris civilis lata interpretatione veniunt, Aretin. *in dict. §. Si vir. col. 2. post princip.* benè Zass. *singular. intel-*
lect. lib. 2. cap. 3. Joann. Garc. *de expens. cap. 22. num. 47. & 48. & cap. 23. à num. 1.* Joann. Gutierr. *de tutel. 3. part. cap. 24. à num. 11.* qui omnes idem, & sub eadem distinctione resolvunt in quibuslibet aliis emolumentis licèt
non renascentibus', † quod semper intellige si ab ipsa re, 38
salva ejus substantia, proveniant, ut ex *l. item si fundi eum suis §§. ff. de usufruct.* & ex aliis juribus, & authoritatibus latè probavi *supr. c. 2. à nu. 47. & aliis in locis*,

Quare rectè dixit Papinianus in prima parte Text. *dict.* 39
§. Si vir, ad maritum, vel alium fructuarium lapides cæsos pertinere, nimirum tanquam emolumenta ex fundo provenientia, quæ vicem fructuum obtinent, quamvis propriè in fructu non sint juxta ipsum Papinian. ita intelligendum in sequentibus verbis: *Quia nec in fructu est lapis, &c.*

Et hanc sententiam, & resolutionem pro interpreta- 40
tione *dict. §. Si vir*, tenent ita fermè Paul. de Castr. &
Duaren. *ibidem*, Zass. *§. Præcedenti*, & optimè *lib. 2. singul.*
intellect. cap. 34. benè Joan. Garc. *dict. cap. 22. numer. 48.*
D. Molin. *de primog. d. lib. 1. cap. 23. num. 9.* Joan. Gutier.
de tutel. part. 3. cap. 23. num. 11. & cap. 24. per tot. & num. 6.
† Ubi quod ex istis lapidibus, seu metallis, ut ex aliis 41
fructibus rerum pupillarium decima tutori debeatur, reprobans contrariam in hoc Baez. sententiam, & melius idem Gutier. *de Gabell. quæst. 36. numer. 11. cum sequentibus*, Escobar. *de ratioc. cap. 29. à nu. 5.* Castill. *de usufruct. cap. 37. à num. 15.* ubi benè Petr. Barbos. refutat, qui *in dict. §. Si vir*, latè fundare intendit, non aliter lapides
excisas in fructu esse, quam si renascantur: † Sed in *n. 8.* 42
in fin. tacitè doctissimus Barbos. nostræ resolutioni assentire videtur; nam dum interpretatur *dict. l. item si fundi, vers. Sed si metalla, ff. de usufruct.* Ait expressè, metalla expensis usufructuarii post legatum usumfructus inventa,
licèt non renascantur, † & ideò propriè fructus non 43
sint, ad fructuarium tamen tanquam fructus pertinere; & in idem indicit Horat. Barbat. *de divis. fruct. 1. part. cap. 17. à numer. 22.* qui postquam resolvit non aliter lapidicinas, aut venas marmoreas in fructu esse, quam si renascantur, & latè egit de interpretatione *dict. §. Si vir*, id eodem modo intelligit in *nu. 37. & 38.* juxta rigorosam, & strictam verbi *Fructus* significationem; secus verò si, ut dictum remanet, impropriè, & lato modo accipiatur, quia tunc lapidicinas, etiam non renascentes, ut cætera fundi emolumenta, vicem fructuum obtinere, & ad fructuarium expectare asserit Barbat.

Quæ omnia intellige, supposito semper requisito su- 44
perius relato, videlicet, quod ex lapidum incisione fundus utilior reddatur, ut dicitur *in dict. §. Si vir*, vel saltim si substantia prædii salva, excidantur, quod & meo videri, ut in cæteris rerum emolumentis sufficiet juxta definitionem nostri verbi *Fructus* superius *in c. 2.* relatam, & ibi ad eam dicta quin obstet huic interpretationi Papinianus *in dict. §. Si vir*, dum ibi fundum utiliorem fieri necessario requirere videtur, ut lapides ad maritum tanquam fructus pertineant; ibi: *Ut fundum fructuosiorem fecerit*; quia respondendum est, non præcisè ex his verbis Papinianum fundum utiliorem, aut fructuosiorem fieri ad id expostulasse, sed tantum retulisse, quia id forte in casu ipsi decidendo proposito contigerat; quare ea verba, *& fundum fructuosiorem fecerit*, exprimit non pro necessaria ratione ad lapidum acquisitionem, sed ut in eis supponeret, ac includeret principalem rationem per nos duntaxat superius huic lapidum acquisitioni requisitam, videlicet, quod fundi substantia salva remaneat, quæ quidem ratio sub dictis Papiniani verbis supposita, & relata censetur, cum fundum fructuosiorem fieri, & ipsius substantiam salvam non stare, accidere nequeat, & ita per suppositionem primæ rationis, dictique requisiti substantiæ rei conservationem respicientis mirabiliter, & sua ingenii solita subtilitate quæstionem in favorem fructuarii Papinianus resolvit, ad maritum lapidum emolumenta pertinere majorem rationem exprimendo sub qua dictum requisitum comprehenderetur, nimirum quod fundus

Digitized by Google

ex lapidum incisione fructuosior fuisset redditus quasi à fortiori, vel à majori, arguendo dixisset, substantiam rei in nihilo peremptam, sed salvam ibi permansisse, & consequenter ad maritum expectare.

45 Quæ intelligentia ad principalem hujus capitis quæstionis resolutionem, ut videlicet, sufficiat, si deterior fundus ex lapidicinarum nova inventione non reddatur, ut lapidicinæ in fructu sint, & lapides ad fructuarium spectent, nec quod utilior, seu fructuosior fiat necessario requiratur, singulariter, & expressè meo videri comprobatur per Text. ad rem notabilem, & unic. *in leg. Aequissimum*, §. *Inde est quæsitum*, *ff. de usufruct.* ubi in quæstione an fructuarius novas lapidicinas, aut metallorum venas instituere, seu aperire possit, ut eis tanquam fundi fructibus uti, ac frui valeat, eleganter resolvit Ulpianus id rectè per eum fieri posse, si nulla fundi pars necessaria ex eo occupetur, ibi: *Ego puto etiam ipsum instituere posse, si non agri partem necessariam huic rei occupaturus est*: vel si id absque aliquo prædii seu agri culturæ nocumento seu deterioratione fiat, ut ipse Consult. infr. ait: *Vel ipse instituere, si nihil agri culturæ nocebit*. Quid ergo ad nostram intellectum apertius? cum nihil aliud in prædictis Consultus requirat, quam quod fundi substantia salva maneat, nec in aliqua parte per lapidicinarum inventionem, vel alium fructuarii usum deterioretur, quin quod fructuosior, seu utilior fundus fiat expostulet: Imò hunc casum, ut novum adjungit idem Ulpianus *in vers. seq. & si fortè*, & tunc omnia supradicta prohibita circa mutationem culturæ, & alia, fructuario ob majorem agri utilitatem permittuntur, ibi: *Et si fortè in hoc quod instituit plus redditus sit, quam in vineis, vel arbustis, vel oliveris, quæ fuerunt forsitan; etiam hæc dejicere poterit: si quidem ei permittitur meliorare proprietatem.*

46 Nec prædictis ad intellectum *dict. §. Si vir*, obstat §. *Si fundum*, *dict. leg. divortio*, & *l. si ex lapidicinis 33. ff. de jur. dot.* in quibus lapides ex lapidicinis dotalibus, vel arbores ex silva non cædua, vel non renascenti, aut (quod idem est) harum rerum pretium ad maritum non pertinere manifestè probatur.

47 Quia responderi potest, hæc jura procedere ex eo, quod nec lapidicinæ renascantur, nec lapides, seu arbores impensis mariti, nec in utilitatem fundi, vel ejus substantia salva excisi sint, quæ omnia per DD. supr. relatos requiruntur, ut ad fructuarium expectent, ut ad prædicta jura docent Garcia *d. cap. 22. num. 48.* & rejecto intellectu Paul. de Castr. Zass. Alexandr. idem docet Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 25. à nu. 9.* Barbat. *d. c. 17. num. 32. vers. Non obstat secunda ratio*, & *seqq.*

48 Et eodem modo interpretatur Gutier. *de gabell. dict. quæst. 36. num. 18. leg. 27. tit. 11. part. 4.* ex qua communis supr. dicta contraria opinio, ac distinctio inter lapides renascentes, necne, probari videtur, ut in fructu sint, vel non, & ad maritum seu usorem spectent; quia non exprimit casum, quo lapidicina per maritum suis impensis inventa fuit, & ex eo fundus alias fructuosior sint effectus; quare non obstante *dicta lege 27. part.* si lapidicinæ impensis mariti apertæ sint, & ex lapidum cæsura fundus fructuosior, vel saltim, ut supra proximè dictum remanet, ejus substantia deterior facta non fuerit, lapides, licet non renascentes ad maritum, vel ad alium fructuarium spectabunt, quia hic casus, ut omissus in *lege* nova juxta antiquiorem decidendus est, *leg. sciendum in princ. ff. qui satisdar. cogant. l. decurionibus, C. de silentiar. lib. 12.* & ad rem benè notat Molin. *d. c. 23. n. 10.* ubi ita *d. l. 27. part.* intelligit.

49 In secundo verò casu nostræ principalis distinctionis *in princ. hujus capit. relata supr. num. 6.* cum videlicet lapidicinæ, aut venæ antiquæ sunt, & ita cum eis fundus in dotem, vel aliter fructuario traditur, breviter ad istius casus resolutionem dicendum est, cessare in hoc casu prædicta omnia de lapidicinis non renascentibus, ut tunc solum lapides in fructu sint, cum mariti, seu fructuarii expensis, & in fundi utilitatem fuerint excisi, nam hæc tantum intelligi debent in lapidicinis, seu aliis venis noviter, per fructuarium inventis, & apertis ut *superius* notavi: secus verò si jam lapidicina aperta esset, & ex ea lapides exciderentur, & ita fundus ad fructuarium transiret; quia tunc indistinctè lapides ex tali lapidicina antiqua, ut fructus ad eum spectant, etiam si non renascantur, nec ex eorum cæsione fundus utilior reddatur, quia ad id cum ipso fundo lapidicina data censetur, ut docent ex Text, (quem sic intelligunt) *in leg. si fundus 9. ff. solut. matr. d. l. 27. tit. 11. part. 4.* ibi: *Hallado pedrera despues que se la huviessen dado*, Lofred. *cons. 28. n. 8.* Cujac. *lib. 15. obs. cap. 21.* Joannes Garc. *de expens. d. cap. 22. numer. 47.* D. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 23. num. 8. in princ.* Petr. Barbos. *in dict. l. divortio*, §. *Si vir*, *num. 4. vers. Præterea*, Morquech. *de divis. bon. lib. 2. c. 11. n. 34.* Castill. *de usufruct. d. c. 36. à nu. 6.* Joan. Gutierr. *de tutel. p. 3. c. 25. nu. 16.* ubi & quod ex eis decima tutori solvatur, ut de cæteris fructibus rerum minorum.

Et ratio est evidens, quia cujuslibet rei fructus, seu 50 usus judicatur juxta antiquam in fruendo consuetudinem dominorum, qui eam fruendam tradiderunt, & qualibet emolumenta antiquitus, ut fructus percipi solita in fructu in posterum reputari debent, licèt alias fructus non esset, ut probat manifestè Text. elegans, & ad rem singularis, *in leg. item si fundi*, §. *fin. ff. de usufruct.* ibi: *Nam & si fundi ususfructus fuerit legatus, & sit ager, unde in fundum, cujus ususfructus legatus est, solebat Pater Familias vel palo, uti, vel salice, vel arundine: puto fructuarium hactenus uti posse*, & docent eleganter Connan. *commentar. jur. civil. lib. 4. c. 1. nu. 4. & 5. fol. mihi 225.* & ex aliis latè D. Joan. del Castill. *de usufruct. cap. 22. tot.* & ad rem in nostris lapidicinis non renascentib. quod solitus, & antiquus earum usus servetur, optimè D. Molin. *dict. lib. 1. c. 23. nu. 10. vers. Quarta*, Joan. Garc. *de expens. d. c. 22. nu. 47.* Castill. *d. c. 36. n. 6.*

Quæ omnia hucusque per totum hoc caput dicta, li- 51 cèt quoad acquisitionem auri, argentive fodinæ, aliarumque venarum, seu mineralium, & ipsorum fructuum jure communi verissima essent, quia, eo attento, auri argentive fodinæ, & similium metallorum venæ in fundo privato repertæ ad fundi dominum tamquam ipsius fundi fructus pertinebant, ut probant communiter DD. *ex d. l. divortio*, §. *Si vir*, *l. si ex lapidicinis 33. ff. de jur. dot. d. l. item si fundi*, §. *Sed si metalla*, *ff. de usufruct. l. 2. & 3. juncta l. magis puto*, *ff. de reb. cor. l. acquisitionum 17.* §. *Proindè*, *ff. de usufruct. l. forma, de censibus*, *l. quosdam, C. de metall. lib. 10.* in quibus & præcipuè *in d. §. Si vir*, docent, & latè jure communi resolvunt communiter antiquior. *gloss. in l. inter publica*, *ff. de verb. sign.* ubi & Rebuff. *column. 8. & in l. cuncti 3. & in d. l. quosdam 6. C. de metall.* Joan. Gutierr. *pract. 4. p. c. 2.* P. Molin. *de justit. & jur. tract. 2. disput. 54. column. 1.* Peregrin. *de jur. Fisc. lib. 4. tit. 2. num. 11.* Alfar. *de offic. Fiscal. gloss. 20. numer. 101.* & plures additio ad Rosenth. *de feud. tom. 1. cap. 5. concl. 91. litt. G.* Petr. Barbos. *in d. §. Si vir*, *num. 18.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 16. n. 34.*

Nec aliter ad Fiscum talia metalla jure communi spe- 52 ctant, quam si in loco publico essent inventa; quia tunc etiam jure communi ad Regium patrimonium pertinebant, arg. Text. *in l. 3. §. fin. ff. de jur. Fisc. Text. in cap. unic. verb. Argentaria, tit. quæ sint regalia*, quem sic intelligent ibi Laudens. *n. 2.* Afflict. *in tract. quæ sint regalia, tit. 3. n. 1. & 2. & dec. 321. tot.* Florianus *in l. sed inter duos*, §. *Quæsitum*, *ff. de usufr.* Rebuff. *in l. inter publica*, §. *fin. ff. de verb. sign.* Bosius *in tit. de metall. & argenti fodin. n. 1.* Jacobin. *de feud. vers. Cum argenti fodinis*, Farin. *in prax. tom. 3. quæst. 104. inspect. 2. nu. 37.* Rosenth. *de feud. cap. 5. concl. 88. num. 5.* ubi Addit. *litt. G.* Horat. Montan. *de regalibus*, *verb. Argentaria*, *num. 16. & num. 3.* † ubi idem 53 asserit in lapidibus pretiosis, ut sunt margaritæ, & similia, de quibus, cum pluribus D. Solorz. Portugal. & alii proximè referendi.

Qui omnes prædicta jura intelligunt, cum dicta di- 54 stin-

ſtinctione inter metalla, ſeu venas in publico, vel privato loco repertas, & communiter jure communi attento aſſerunt, ad Fiſcum, ſi in publico inveniantur, pertinere; ſi verò in privato fundo ad ipſius dominum ſpectare, & idem reſolvunt notabiliter Gregor. Lop. *in d. leg. 1. gloſſ. fin.* Joan. Gutierr. *pract. part. 4. quæſt. 36. à numer. 59.* eruditè Petr. Barboſ. *in dict. §. Si vir, num. 18.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 16. à num. 32. & 34.* Peregrin. *de jur. Fiſc. lib. 4. tit. 2. num. 11. & 12.* Ripol. *eod. tract. cap. 21. à n. 12.* & noviſſimè Portugal. *de donation. Regiis, part. 3. cap. 12. à num. 2.*

55 Hodie tamen jure Regio attento ſupra dicta circa mineralium fructuum acquiſitionem locum habere non poterunt, quia in ferè totius Orbis Provinciis, & Regnis ex communiter recepta conſuetudine diſtinctio proximè relata non eſt admiſſa, imò ſpecialibus legibus in omnibus Regnis caveatur, metallorum omnes venas, & earum fructus, ſive in privatis locis, ſive in publicis inventas de regalibus eſſe, & ad Regia patrimonia pertinere, ut docent per Text. *in d. cap. 1. quæ ſint regal.* communiter omnes feudiſtæ, *& ex d. leg. inter publica, §. fin. ff. de verb. ſign.* Rebuff. ibi, & plura ad praxim adducentes docent Afflict. *dict. deciſ. 331.* Cardinal. Tuſch. *pract. concl. litt. M. concl. 237.* Sixtin. & Henriq. Boccer. *in peculiarib. tract. de regalibus, verb. Argentaria,* optimè Farinac. *in prax. tom. 3. quæſt. 104.* Leſſius *de juſtit. & jur. lib. 2. c. 5. à n. 51.* Rebell. *de obligat. juſt. pag. 884.* Menoch. *conſ. 302. num. 29.* Henriq. Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 99. cum ſequentibus,* ubi plures cumulat, latiſſimè Camil. Borrell. *de præſt. Reg. Catholic. c. 25. & 28.*

56 Et ita noſtra Hiſpania ſervatur *ex leg. 5. tit. 14. part. 2.* ubi Gregor. *leg. 2. & 13. tit. 13. lib. 6. Recop.* ubi Azeved. Gutier. *pract. dict. quæſt. 36. à numer. 62.* Alfar. *de jur. Fiſc. dict. gloſſ. 20. numer. 102.* Caſtill. *tom. 7. contr. cap. 41. per tot.*

57 Et ſimiliter in Luſitania venas metallorum, & earum fructus ad Regium patrimonium pertinere, ſtatuitur *in ſuo Regio ordinament. lib. 2. tit. 26. & §. 16. & tit. 34. in princ.* & docent Cabed. *dec. Luſit. 55. part. 2.* Cald. Pereir. *de extinct. emphyt. cap. 3. à num. 13.* Petr. Barboſ. *in d. §. Si vir, n. 18.* Portugal. *d. c. 2. n. 10.*

58 Et idem in Gallia teſtatur Carol. Graſſal. *lib. 1. regal.*
59 *Franc. cap. fin.* † Et in Regno Neapolitano Afflict. *dict.*
60 *dec. 321.* † Et in Regno Aragonum Calixt. Ramirez *de le-*
61 *ge Reg. §. 26. num. 30.* † Et in Cathalonia Ripol. *d. cap. 16. à*
62 *numer. 28.* † Et in Regno Valentiæ Gutierr. *dict. quæſt. 36.*
num. 63.

63 In Indiarum tamen Regnis auri, argentive fodinæ, & ſimilium metallorum venæ communes diu ſunt declaratæ, omnibuſque permittitur ubicumque metalla quærere, & eruere, quinimo & magnis præmiis, ac privilegiis ad id omnes invitantur per Regiam Schedulam Regum Catholicorum Ferdinandi, & Eliſabeth, & alias plures relatas per eruditiſſimum DD. Joan. de So-
64 lorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 5. cap. unic. à numer. 22.* † Ita tamen ut quintam partem omnium metallorum, quæ extraxerint Regio Fiſco reſervare teneantur, quin aliter auro, vel argento, ſeu aliis metallis extractis uti poſſint, quam facta quinti ſolutione, & Regio ſigno per officiales publicos ad id deputatos eis injuncto, ut de tali ſolutione conſtet, ut docet D. Solorz. *num. 23. ubi ſupra.*

65 Ex quibus, ut ad ſupr. dictam noſtram quæſtionem, redeamus circa metallorum, venarum, & earum fructuum acquiſitionem, cum in Indiarum Regnis mineralia dicta Regio Patrimonio non ſint incorporata, ſed potius libera, & omnibus cum dicto onere quinti obvia ſint, abſque dubio in Indiis locum habebunt omnia ſupr. dicta ad *dict. leg. divortio, §. Si vir, ff. ſolut. matr. & ad dict. leg. item ſi fundi, §. Sed ſi metalla, ff. de uſufruct.* & ad cognitionem principalis noſtræ quæſtionis, quando metalla fructus dicantur, & ad maritum vel alium fructuarium pertineant.

Et etiam locum haberent ſi mineralia hæc particularia efficerentur, ut fieri poteſt Principis conceſſione, vel privilegio, ut conveniunt omnes Regaliſtæ, & deciditur apud nos *in leg. 2. tit. 13. lib. 6. Recopil.* † Unum tamen eſt quod non aliter conceſſa, vel donata intelligentur, quam ſi ſpecificè exprimatur, nec ſufficeret, ſi Caſtrum, aut territorium cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis concederetur, ut in ſpecie tenent Afflict. *deciſ. 220. num. 16.* Azeved. *in dict. leg. 2. ex num. 1.* optimè Horat. Montan. *de regalibus, verb. Argentaria, n. 5. cum ſequentibus,* noviſſimè Portugal. *de donation. Regiis p. 3. d. cap. 12. num. 21. & 22.* † Et conſequenter præſcriptione etiam immemoriali quæri poterunt, Azeved. *in leg. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. num. 75.* ex generali, & vulgati DD. regula, ut quælibet regalia immemoriali acquiri valeant, quæ & privilegio concedi, & nos ſpecialiter in noſtris mineralibus deciſum habemus *in d. leg. 2. tit. 13. lib. 6. Recopil.* 66 67 68

Et hæc ſufficiant pro noſtræ difficilis quæſtionis reſolutione circa lapidicinas, aut metallorum venas, ut in poſterum quando ipſarum lapides, ſeu metalla in fructu ſint, necne? clarè cognoſcatur. 69

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Theſauri an fundi, ubi inveniuntur, fructus reputentur? Ut conſequenter ad fructuarium, Emphyteutam, Feudatarium, Poſſeſſorem majoratus, vel alium, cui fructus competunt, pertineat: Pleneque tractatur materia de theſauris: aliqua etiam ſpecialia adducuntur de pecunia, gemmis, aliiſque monilibus vetuſtiſſimo tempore, vel recenter reconditis: quando, ut theſauri habeantur? Et ſi de dominis per ſyngrapha apud ea reperta, ſeu aliter conſtet: & denique de theſaurorum acquiſitione, tam jure communi, quàm noſtro Regio, nec non, & aliorum Europæ Regnorum: quid ſi in privatis, aut publicis locis caſu, vel data opera, per fundi dominum, conductorem, vel extraneum inveniantur?

SUMMARIUM.

1 *PRænotantur aliqua generalia de theſaurorum materia pro pleniori cognitione hujus capit. ſpecialis quæſtionis an in fructu fundorum, ubi inveniuntur reputentur? & n. ſeqq.*

2 *Quid ſit theſaurus?*

3 *Non ſolum veteris pecuniæ depoſitio, ſed cujuslibet alterius rei pretioſa mobilis theſauri nomine venit: ut viriola, monilia, gemma, lapilli, & hujuſmodi aurea, vel argentea ornamenta: & numer. 4. & nu. 5.*

6 *Dicitur etiam theſaurus fortuna donum, ſive Dei beneficium.*

7 *Cedere ideo ei debere, cui Deus conceſſit, ſeu cujus tempore inveniri voluit, notant aliqui.*

8 *Theſaurus, ut quid dicatur, duo copulativè requirunt DD. Quod ſit vetus ejus depoſitio: & quod dominus ignoretur.*

9 *Recentior pecuniæ depoſitio theſaurus non eſt habenda, ſed per dominum, vel hæredes vindicanda.*

Comprobatur ex notabili caſu leg. à tutore, ff. de rei vindicat. *de qua ibidem, & n. ſeqq.*

10 *De vetuſtiori, ſeu recentiori repoſitione, quomodo, aut quibus ſignis appareat?*

11 *Adducitur elegans exemplum pecuniæ tempore belli in muro domus recenter incluſa, & deindè, vendita domo, ab emptore inventa.*

12 Aliud exemplum de pecunia cera inclusa, & à filio ejus, qui incluserat una cum cera ignoranter vendita.

14 Forma, aut imago pecuniæ inspicienda, an recentior, vel vetustior ædificiu, quo invenitur, sit, ut à venditore ædificii, ejusve antecessoribus vindicari possit, vel emptori cedat.

15 Quid cum thesauro syngrapha, vel alio instrumento reperto, ex quo cujus fuerit, vel quis absconderit, constet.

16 Hæredibus ejus, qui pecuniam abscondit? licèt antiquissimi, repertis, nulla præscriptiu per inventorem dominum fundi, quo thesaurus fuerit inventus, objici potest? quantumvis fundum diu possederit.

Thesaurus in fundo, vel pariete domus absconditus per fundi, vel domus possessorem possessus non censetur, ibid.

17 In dubiu, si de requisitis thesauri nun constet, pecunia semper alicujus certi hominis præsumitur.

18 Thesauri qualitate probata, sive ex præfatis conjecturis præsumpta, alleganti per suos majores pecuniam absconditam incumbit probatiu.

19 Cujus thesaurus de jure communi sit? juxta leg. unic. C. de thesaur. lib. 10.

20 Quid si in loco publicu, Sacro, aut Religiosu inveniatur? remissivè.

21 Proponitur hujus capitis principalis quæstiu: An thesaurus inter fructus fundi, ubi invenitur, connumerandus sit, necne?

22 Distinguitur inter jus commune, & Regium, & quid prius de jure communi dicendum sit tractatur?

23 Fundatur de jure communi sententia affirmativa, & n. seqq.

Fructuum appellatione venit non solum, quod in ipso fundo nascitur, seu immediatè ex eo percipitur; sed quæcumque utilitas ex re, vel occasione rei mediatè, vel immediatè provenit us, ibid. declara infr. n. 45.

24 Procedit hoc maximè in latiori verbi Fructus juris significatione.

25 Thesauri emolumentum fundi occasione provenit.

26 Lapidicinarum, vel auri, argenti vè mineralium utilitas fundi, in quu reperiuntur fructus reputantur, & infr. n. 48.

27 Et si lapides ejus naturæ sint, ut semel scissi non renascantur.

28 Fructus rerum majoratus perpetuù, ac irrevocabiliter absque ullo onere restituendi possessori quæruntur.

29 Similiter thesaurus in fundo majoratus per possessorem repertus ipsi in totum irrevocabiliter competit: & si per tertium inveniatur, quoad dimidiam partem, declaratur infr. n. 49.

30 Idem quoad emphyteutam in thesauro in fundo emphyteusis per ipsum, vel per alium inventu, & n. 32.

31 Idem in feudatariu, & thesauro prædii feudalis, & n. sequent. & 49.

34 Thesaurus feudalis prædii fructus reputatur, declaratur infr. n. 49.

35 Proponitur negativa opinio, & pro ea resolvitur: ne in fructu fundi thesaurus connumeretur: nec fructuario competat, & n. seqq.

36 Thesaurus in fundo dotali inventus ad maritum non pertinet, sed reservandus uxori ad l. divortio, §. Si fundum, ff. solut. matrim. & n. 37.

38 Colunus, si conductam terram desudiens thesaurum inveniat, non totum, ut fundi fructum, sed dimidiam tantum partem, ut inventor, lucratur.

39 Tutor, vel curator apud nos decimam de thesauro in fundo minoris inventu, ut de cæteris fructibus prætendere non potest.

40 Thesaurus est quid penitus diversum, & separatum à fundo, nihil cum eo commune habens, & n. 45.

41 Nec fundi pars dicitur: vel ab eo pendere, ut cæteri fructus.

42 Referuntur Doctores pro hac negativa sententia resolventes.

43 Fructuarius, si thesaurum ipse invenerit, dimidiam partem ratione inventionis lucratur.

44 Respondetur fundamentis in contrarium pro affirmativa sententia adductis, & n. seqq.

45 Fundi fructus dicitur etiam, quod mediatè, vel ejus occasione provenit: intellige nisi quid per se ab eo diversum, & separatum sit.

46 Insula juxta fundum in flumine nata ipsius fructus non sunt, quia separatæ res habentur.

47 Similiter ex eadem ratione nec incrementum latens per alluvionem fundu adauctum.

Incrementum hujusmodi, & insula proprietario, non fructuariu competunt, d. n. 46. & 47.

48 Lapidicinæ ex ipsu fundu, ejusve terra naturaliter producuntur, & substantiam habent: contra in thesauris.

49 Thesaurus cum fundi majoratus, feudi, aut emphyteusis, in fructu non sit, cur possessori majoratus, emphyteutæ, & feudi domino debeatur?

50 Iure nostro Regiu thesauro, sive in privatu fundo, sive publicu, aliove loco repertu, dimidia tantum pars inventori assignatur per leg. 1. tit. 13. lib. 5. Ordinament. l. 1. tit. 13. lib. 6. Recopilat. & n. seqq.

Corriguntur per hæc noviora jura antiqua in l. unic. C. de thesaur. lib. 10. & in l. 45. tit. 28. p. 3. ibidem.

52 Thesauro in fundu alieno per tertium inventu, quarta pars de jure Regio inventori debita inter ipsum inventorem, & fundi dominum dividenda.

53 Reprobatur quorundam Regnicolarum opinio dicta jura Regia dumtaxat in thesauris locorum publicorum, vel Civitatum intelligentium.

54 Thesauri magnæ quantitatis, sive æstimationis reperti non integra quarta pare inventori assignanda, sed dumtaxat justum præmium arbitrio judicis.

55 Similiter si decima, quæ tutoribus, vel curatoribus, nostra lege Regia de fructibus rerum minoris debetur, nimis excrescat, de æquitate moderari debet.

56 Moderatiu hujusmodi non per quemlibet judicem inferiorem facienda, sed per Supremum Senatum, aut Regiam Cancellariam.

57 Idem de generali Regnorum, & Provinciarum consuetudine, aut jure municipali, ac de jure nostro Regiu, circa thesaurorum acquisitionem servatur, ut inter regalia jura habeantur, certa tantum parte inventori relicta, & n. 64.

58 Referuntur plurimorum Regnorum circa hoc jura municipalia, & n. seqq.

In Gallia Fisco Regio, vel dominu inferiori in cujus territorio thesaurus invenitur, adjudicatur, ibid.

59 Quid in Regnu Neapolitano servetur?

60 Iure Saxonicu thesauri subterranei homeris ictu profundiores existentes ad merum, & mixtum Imperium in illu Ducatu habentem pertinent.

61 Idem in Britannia.

62 In aliquibus Britanniæ locis thesaurus de consuetudine inter fundi dominum, & inventorem, necnon & dominum territorii dividitur.

63 In Lusitania servatur jus commune in d. l. unic. C. de thesaur. lib. 10.

65 Quid in Indiarum Regnis in thesaurie, maximè qui in antiquis Indorum adoratoriis, sive sepulchrie reperiuntur?

66 De Indorum, aliarumque nationum superstitiosa consuetudine auri, & argenti ingentia pondera, aliasve res pretiosas cum cadaveribus condendi.

DE Thesauris in præsenti acturi an in fructu fundi, ubi inveniuntur, computari debeant, vel non? Prius 1
quam ad decisionem hujus principalis quæstionis accedamus, generalia aliqua pro thesaurorum materiæ cognitione, prænotare necessarium duximus; quæ etiam nostræ quæstionis plenioti cognitioni multum deservient.

2 Thesaurus ergo in primis dicitur, teste Paul. *in l. nunquam nuda*, §. 1. *ff. de acquir. rer. domin. Vetus pecuniæ depositio, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat*, vel juxta Cassiodor. *lib. 6. variar. epist. 8. Depositiva pecunia, quæ longa vetustate competentes dominos amisit*, quas defi nitiones, sive descriptiones amplectuntur, atque illustrant D. Covarruv. *in regul. peccatum*, 3. *p.* §. 2. *nu.* 1. Petr. Barbos. *in l. divortio* 8. §. *Si fundum*, *n.* 26. *ff. solut. matrim.* Peregrio. *de jur. Fisc. lib.* 2. *tit.* 2. *ex n.* 1. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *c. fin. num.* 3. & eleganter *in cons. Marpur.* 13. *nu.* 23. *vol.* 1. & alii proximè referendi.

3 Sed quod non solum pecuniæ depositio thesaurus dicatur, sed cujuslibet alterius rei mobilis, maximè si monilia, viriolæ, armillæ, lapilli, gemmæ, & similia tam mulierum, quam virorum, aurea, vel argentea ornamenta inveniantur; quæ omnia thesauri appellatione contineri notant Molin. *de justit. & jur. tom.* 1. *disput.* 53. *num.* 2. Joan. Garc. *de expens. cap.* 22. *numer.* 55. Gutierrez *practic. lib.* 4. *quæst.* 36. *num.* 1. *in fin.* Anton. Perez *super C. ad tit. de thesaur. lib.* 10. *nu.* 1. & novissimè Dominic. Antunea de Portugal. *de donation. Reg. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. *in fin.* Joan. Bapt. Luca *in theatr. justit. & veritat. lib.* 2. *de regalib. discurs.* 147. *n.* 4.

4 Et expresè comprobatur per Text. *l. unic. Cod. de thesaur. lib.* 10. dum dicit: *Thesaurum*, idest, *condita ab ignotis dominis* tempore vetustiore mobilia, seu monilia, ut legitur *in l.* 2. *C. Theodos. hoc tit.* quibus ad stipulatur Virgil. *lib.* 1. *Aeneid. vers.* 362.

Auxiliumque via veteres tellure reclusit
Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri.

Et notant Franc. Connan. *lib.* 3. *comment. cap.* 4. Petr. Gregor. *lib.* 3. *cap.* 11. Joan. Pined. *de reb. Saloman. lib.* 4. *c.* 22. Cerda ad Virgil. *ubi supr.* Fornet. *in not. ad Cassiodor. lib.* 6. *in dict. epist.* 8. & ibidem, si reperiantur virgæ auri, seu argenti, vel quælibet alia mobilia pretiosa, Muscatel. *in prax. crim. de cognit. seu probat. delict. in tit. de extract. thesaur. invent. &c. num.* 74. *fol. mihi* 680. & cum aliis D. So-
5 lorz. *in polit. lib.* 6. *c.* 5. *in vers.* 1. † Quidquid contrarium voluerit, imò thesauri appellatione mobilia non contineri, Afflict. *in constit. Reg. Neapol.* incipit, *Dohana Secreti*, *num.* 1. per consilium Oldrad. 163. quem benè confutat Muscatel. *ubi supra*.

6 Aliter etiam thesaurus fortunæ donum appellatur per J. C. Thryphoninum *in leg. fiis, qui in aliena* 63. §. 1. *ff. de acquirend. rer. domin.* & rectius à Leone Imperatore *Dei beneficium*, *in dict. l. unic. Cod. de thesaur.* quasi non humana industria, sed beneficio Dei, & fortunæ offeratur, Barbos. *in d. l. divortio*, §. *Si fundum*, *nu.* 28. & 41. *ff. solut. matrim.* Camill. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 27. *nu.* 32. & 33. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *cap. fin. nu.* 6. Amaya *in l. unic. num.* 7. *Cod. de thesaur. lib.* 10. D. Molin.
7 *de primogen. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 5. † Qui ideo eleganter notat ei cedere debere, cui Deus donum hujusmodi concessit, & cujus tempore, potius quam alio thesaurum inveniri voluit, ex quo idem benè animadvertit Kloch. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 126. *num.* 7. Anton. Perez *in Cod. ad tit. de thesaur. n.* 2.

8 Juxta quas thesauri definitione, sive descriptione, ut thesaurus propriè dicatur, duo copulativè requirunt DD. primum, quod ita sit vetus ejus depositio, ut non sit memoria temporis, quo thesaurus fuerit reconditus. Secundum, quod ignoretur, quis sit illius dominus, ut constat etiam ex nostra *l.* 25. *tit.* 28. *part.* 3. & ibi Gregor. *gloss.* 1. Petr. Barbos. *in dict. leg. divortio*, §. *Si fundum*, *num.* 25. paulo ante fin. *ff. solut. matrim.* Gutierrez *de tutel. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 2. benè Muscatel. *in dict. prax. crimin. tit. de extraction. & thesaur. invent. numer.* 79. & 80. *fol. mihi* 681. Kloch. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 136. *num.* 7. & passim Doctores.

9 Juxta quæ, si pecuniæ depositionem non vetustam, sed recenter factam, appareat, thesaurus non erit, sed is, qui antea dominus fuit, vel ipsius hæredes vindicare eum poterunt, ut singulariter respondit Scævola *in leg. à tutore*, *ff. de rei vindicat.* cujus litteram referam, quia in casu satis frequenti loquitur, ibi: *A tutore pupilli domum, mercatus ad ejus refectionem fabrum induxit, is pecuniam invenit; quæritur ad quem pertineat? respondi: si non thesauri fuerunt, sed pecunia fortè perdita, vel per errorem ab eo, quem pertinebat, non ablata: nihilominus ejus eam esse, cujus fuerat*, idemque dicitur *in l. thesaurus*, *ad exhibend.* & ibi gloss. 1.

De vetustiori autem, seu recentiori repositione apparere poterit, si ea forma pecunia excussa inveniatur, ut 10
ex eadem recentis esse memoriæ constet, ut benè explicant Alciat. *lib.* 7. *parerg. jur. cap.* 1. Andr. Sicul. *cons.* 39. *num.* 1. *lib.* 4. Petr. Barbos. *in d.* §. *Si fundum*, *num.* 25. *in fin.* Garcia *de expens. cap.* 22. *num.* 56. *vers. Postremo*, Gutierrez *de tutel. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 3. & *lib.* 4. *pract. q.* 36. *num.* 4. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *cap. fin. num.* 78. & 79. Camill. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. c.* 27. *ex n.* 45. † Qui 11
bonum exemplum ad *d. l. à tutore*, conveniens, refert cujusdam pecuniæ tempore belli in muro domus postea venditæ recenter inclusæ, & deinde per hæredes ignorantes vendita domo, ab emptore repertæ, quam venditori, vel ejus hæredibus restitui debere, ait Borrell.

Et aliud elegans exemplum de pecunia ceræ inclusa; 12
& à filio ejus, qui incluserat, unà cum cera ignoranter vendita, & tradita, refert Jason. *in l.* 3. §. *Neratius*, *numer.* 7. *ff. de acquirend. possess.* & ex eo Schney de Vvin. *in* §. *Thesaurus*, *num.* 4. *instit. de rer. divis.* Gasp. Kloch. *de ærar. lib.* 2. *c.* 116. *num.* 15. & 16. † Qui omnes concludunt 13
per Text. *in dict. leg. à tutore* 67. hujusmodi pecuniam recenter depositam thesauri nomen assumere non posse; sed domino antiquo, vel ejus hæredibus reservari debe-
re: † Et quod ante omnia observatur qua forma, vel 14
imagine pecunia sit signata; nam si novissimi nummi fuerint, aut postea cusi, quam ædificium esset, non dicetur thesaurus, sed per venditorem vindicari poterunt, in cujus dominio, vel majorum suorum semper fuisse videntur: secus si nummi fuerint vetustiores; nam tunc cogitur venditor probare, suos esse, vel à majoribus suis in tali loco, fuisse reconditos, quo non probato, thesaurus reputabitur, & ad emptorem pertinebit, juxta *d. l. à tutore* 67. optimè explicat Anton. Perez *super Cod. ad tit. de thesaur. nu.* 11. & licet his non relatis novissimè Domin. Antunez de Portugal. *de donation. Reg.* 3. *p. c.* 13. *n.* 4.

Ex quibus rectè quoque infertur, quod si ex syngrapha, 15
vel instrumento simul cum thesauro reperto constet de eo, qui abscondit, etiamsi absconsionis memoria non extet, thesaurus non censebitur, & consequenter inventor is non fiet; sed potius hæredibus abscondentis erit tradendus, & eis non à parentibus, Fisco vindicabitur, ut quæcumque alia bona vacantia, juxta *l.* 1. & *penult. C. de bon. vacant. lib.* 10. & ita optimè concludunt Petr. Barbos. *in dict.* §. *Si fundum*, *num.* 26. Gutierrez *de tutel. p.* 3.
cap. 26. *numer.* 4. & 5. † Quin hæredibus repertis, aliqua 16
præscriptio per inventorem opponi valeat, quamtumvis fundum diu possederit: quia non ob id thesaurum ibi absconditum possedisse intelligentur, *l.* 3. §. *Neratius*, *ff. de acquirend. possess.* ut notant benè in specie Franc. Connan. *lib.* 3. *commentar. jur. civil. c.* 4. *nu.* 3. Forcatul. *dialog.* 56. *n.* 4. Petr. Barbos. ubi proximè.

In dubio denique nisi de prædictis requisitis necessariis 17
ad constituendum thesaurum constet, pecunia inventa semper alicujus certi hominis esse præsumitur, Bald. *in leg.* 1. *post princ. ff. de rer. divis.* Gregor. *in l.* 45. *tit.* 28. *p.* 3. *gloss.* 2. Gutierrez *d. c.* 26. *num.* 6. Valasc. *de jur. emphyteut. qu.* 15. *nu.* 8.

Qualitate autem thesauri probata, sive ex præfatis 18
conjecturis, juxta relata, præsumpta, si aliquis à suis majoribus pecuniam fuisse absconditam allegaverit, ei onus probandi incumbet *leg.* 2. *de probation.* Joan. Fab. *in* §. *Thesauros*, *num.* 1. *instit. de rer. divis.* & ibidem Angel. Joan. Platea, *in d. leg. unic. Cod. de thesaur. lib.* 10. *nu.* 6. *in fin.* Barbos. *dict.* §. *Si fundum*, *num.* 26. Gutierrez ubi

proximè, Dominic. Antunez de Portug. dict. cap. 13. numer. 6.

19 Cujus nostri thesauri emolumentum de jure communi in l. unic. Cod. de thesaur. lib. 10. inventori in proprio fundo in totum acquiritur; in alieno autem casu fortuitu, pars dimidia ei adjudicatur, alia dimidia fundi domino reservata: si verò, data opera, thesaurus reperiatur, integer ad fundi dominium pertinet, sive de ipsius voluntate, sive absque ea fuerit per tertium quæsitus, ut resolvunt plene agentes de intelligentia, & ratione d. leg. unic. Cod. de thesaur. lib. 10. (ut antiquiores omittam) plures noviter congerentes, Sixtin de regalib. lib. 2. cap. fin. n. 21. cum seqq. Camill. Borell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 17. ex num. 5. & 15. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. ex numer. 319. & eum Covarruv. Barbos. Gutierrez, Peregrin. & aliis, Amaya in dict. l. unic. Cod. de thesaur. nu. 36. Castill. de tert. cap. 41. ex n. 108. D. Larrea dec. 44. num. 28. D. Solorzan. in polit. lib. 6. cap. 5. col. 2. plenè ex Theologis Pat. Fragos. de regimin. reipubl. tom. 1. lib. 3. disputat. 5. §. 2. numer. 19. vers. Quæstio tamen implicita, cum seqq. Anton. Perez super C. ad tit. de thesaur. lib. 10. ex nu. 4. Joan. Bapt. Thot. in addit. ad Pont. de potest. Proreg. sub rubr. de thesaur. sub num. 3. Horat. Barbat. de divis. fruct. 1. p. cap. 17. ex num. 71. Kloch. de ærar. lib. 2. cap. 116. ex nu. 33. & 19. Dominic. Antunez de Portug. de donat. Reg. 3. p. cap. 13.
20 num. 10. cum seqq. † Qui etiam omnes plenissimè tractant de thesauro in loco publico, sacro, vel Religioso, aut in Ecclesia, vel in ejus fundo invento, cui acquiri debet; de quo acquisitionis articulo dicam infra suo loco in tom. 2. hujus operis part. 5. cap. ex n.

21 Quibus pro generali cognitione verbi thesauri præhabitis, restat nostri capitis principalem quæstionem discutere: An videlicet, thesaurus inter fructus prædii, ubi invenitur connumerari debeat, vel non?

22 In hac quæstione pro ejus clariori expositione prius inter jus commune, & Regium distinguendum est; sed cum quæstio hæc magis principaliter, jure communi attento, locum habeat, prius eam in hoc casu discutiam; & deinde, quid etiam de jure nostro Regio, & aliorum Regnorum in ea dicendum sit infra in fine hujus capitis subjiciam.

23 De jure igitur communi in nostra principali quæstione pro parte affirmativa primo facit: quod juxta verbi Fructus definitionem per nos traditam supra in hac part. c. 2. ex numer. 5. fructum esse diximus: non solum, quod ex ipsa terra nascitur, vel immediatè percipitur, sed etiam quamcumque utilitatem ea re mediatè, vel immediatè, salva ejus substantia, provenientem, ita ut non solum fructus dicantur naturales, & industriales, qui immediatè ex ipsa re percipiuntur, ut aliqui nimis strictè voluerunt, sed lucra, omniaque rerum emolumenta, & denique omnes utilitates, quæ ea re, vel occasione rei mediatè, & immediatè proveniunt, ut in pluribus rerum emolumentis plenissimè probant elegantes Petr. Barbos. in l. divortio, §. Si vir, ex n. 37. ff. solut. matrim. Jacob. Mandel. de Alb. cons. 275. ex num. 13. & cons. 619. numer. 3. & ex Cæpol. Avendan. Carroc. Gironḍ. & aliis D. Joan. del Castill. de usufruct. cap. 36. numer. 7. cum seqq. Guzman. de eviction. quæst. 21. ex num. 1. Niger de laudem. tom. 1. quæst. 13. ex num. 12. 54. & 71. Gurzzarel. Guzman. Ciarlio. Christin. & alii per nos adducti in dict. cap. 2. nu-
24 mer. 9. & in cap. 3. ex numer. 11. † Qui omnes maximè loquuntur sumpto verbo Fructus impropriè in generali, lataque juris interpretatione, juxta quam J. C. & Doctores magis frequenter loquuntur, & intelligi debent: non verò in stricta, & nimis propria, ac rigorosa significatione, prout latè probavi, & distinxi in dict. cap. 3. per tot.

25 Juxta quæ cum thesauri emolumentum, vel utilitatem fundi occasione proveniat, negari non possit, necessario ipsius quoque fundi fructum reputari debere fatendum videtur, & si ab eo immediatè non producatur.

Secundò hæc affirmativa sententia non in eleganter 26
comprobari potest exemplo lapidicinarum, auri, & argenti, aliarumque rerum pretiosarum, & mineralium, quæ similiter in fundo reperta in fructu esse resolvunt per Text. in l. divortio, §. Si vir, ff. solut. matrim. Paul. de Castr. ibidem, Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 17. vers. Et faire les fruictz, num. 18. Baeza de decim. tutor. cap. 25. ex num. 13. & 17. Cujac. lib. 15. observat. cap. 21.
Gurzzarel. decis. 34. num. 16. † Et quod magis est, etiam 27
si lapides ejus naturæ sint, ut excisi non renascantur, quod adhuc in fructu sint, sumpto verbo Fructus impropriè juxta latam, & generalem juris civilis interpretationem, de qua supra, dummodo fundus ex venarum incisione deterior non reddatur, docent optimè Aretin. in d. §. Si vir, col. 3. & ibidem Zasius numer. 5. idem Zasius lib. 2. singul. intellect. cap. 4. D. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 23. à numer. 9. Garcia de expens. cap. 22. num. 48. Gutierrez de gabell. quæst. 36. ex nu. 15. & plenius dixi supra in hac part. 1. cap. 3. numer. 34. in fin. & cap. 10. à numer. 5. & numer. 10. ubi latè ad plures declarationes, & limitationes, & de intelligentia dict. leg. divortio, §. Si vir, ff. solut. matr. Ergo similiter thesaurum licèt semel percipiatur, nec ullam renascentiam habeat, in fructu esse, videtur dicendum.

Tertiò eadem affirmativa sententia fundari potest ex 28
eo, quod sicuti fructus rerum majoratus ipsius majoratus possessori perpetuo, ac irrevocabiliter, & alienabiles quæruntur absque ullo onere restituendi, ita ut absque Regia facultate liberè per possessorem alienari valeant, ad differentiam rerum principalium ipsius majoratus, quas non ita plenè, & irrevocabiliter habere dicitur, sed inalienabiles, & pro sua tantum vita, ut latè ad plura hanc differentiam resolvunt D. Molin. de primog. lib. 1. cap. 20. ex numer. 11. & cap. 21. numer. 24. benè Gratian. discept. forens. cap. 580. numer. 18. cum seqq. plenè Mieres de majorat. part. 3. quæst. 9. num. 106. cum seqq. & pluribus congestis Dom. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 3. numer. 16. D. Larrea decis. Granatens. 10. numer. 3. doctè D. Salgad. in labyrinth. 3. part. cap. 15. num. 17. cum seqq. & novissimè, & benè tractat Joseph. de Rosa consultat. 18. numer. 12. cum seqq. & plenius dicam infra
part. 2. cap. 1. ex num. ... † Ita similiter, thesauro in fun- 29
do majoratus invento, si per ipsum possessorem majoratus inveniatur, illum in totum lucrabitur: si verò per tertium dimidia pars perpetuo, ac irrevocabiliter absque ullo onere restituendi ei competit, ut resolvunt D. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 23. numer. 3. cum seqq. Petr. Barbos. in dict. leg. divortio, §. Si fundum, num. 30. ff. solut. matrim. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 1. disput. 56. numer. 7. vers. Thesaurus verò, Joann. Garcia de expens. cap. 22. num. 50. Joann. Gutierrez de tutel. part. 3. cap. 26. num. 11. & pract. quæst. lib. 4. quæst. 36. num. 29. D. Amaya in l. unic. num. 27. Cod. de thesaur. Anton. Perez in Cod. ad dict. tit. de thesaur. num. 8. Ergo quia thesaurus inter fructus prædii, non inter principales res majoratus connumerari debet.

Quæ confirmantur ex eo, quod eodem modo emphy- 30
teutæ thesaurus in prædiis emphyteuticis repertus in totum, vel pro parte irrevocabiliter acquiritur, ut ex gloss. communiter recepta in §. Thesaurus, in verb. Suo, instit. de rer. divis. docent optimè D. Molin. dict. cap. 23. num. 7. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 1. ex num. 12. & ita contra Speculator. Navarr. Silvestr. Valasc. & alios, qui contrarium voluerunt, verius resolvunt Petr. Barbos. in dict. §. Si fundum, num. 27. Rossenthal. de feud. cap. 5. conclus. 93. num. 3. & ibi gloss. litter. B. & ex Garcia, Gutierrez, & aliis, D. Amaya in dict. l. unic. Cod. de thesaur. lib. 10. num. 26. Domin. Antunez de Portugal. dict. cap. 7. ex num. 40. & 46.

Idemque in feudatario volunt; quod similiter thesaurus 31
ipsius sit, cui feudi emolumenta competunt, plenè contra plures Rossenthal. de feud. cap. 5. conclus. 93. numer. 1. 2. & 3. & ibi aliis pluribus congestis Gloss. lit-

litter. A. B. & C. Guiliel. Benedict. in cap. Raynutius, de testament. verb. Cætera bona, num. 34. Alvar. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 15. nu. 1. D. Molin. dict. c. 13. num. 7. Petr. Barbos. in dict. §. Si fundum, ex num. 27. Joan. Gutierr. pract. qu. lib. 4. quæst. 36. num. 25. Regner. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. ult. num. 48. Schney de Vvin. in d. §. Thesaurus, nu. 6. instit. de rer. divis. Anton. Perez super C. ad tit. de thesaur. lib. 10. n. 7. & 8. Kloch. de ærar. lib. 2. c. 116. num. 17. & 18. & his non relatis, novissimè Portugal. d. c. 13. nu. 47.

32 Quæ thesauri in favorem emphyteutæ, & feudatarii acquisitio plenissima, & irrevocabilis est absque ullo restitutionis onere, ut ex DD. relatis constat: sicut aliorum emphyteusis, vel feudi fructuum, quos eodem modo emphyteuta, vel feudatarius in perpetuum, & irrevocabiliter sine ullo onere restituendi lucratur: ita ut eos alienare, donare, vel aliter pro ipsorum libitu de illis disponere valeant, ad differentiam rerum principalium emphyteusis, vel feudi, quæ non nisi revocabiliter, & ad vitam emphyteutæ, aut feudatario quæruntur, qualiber de eis alienatione omnino ipsis prohibita; ut optimè resolvunt hanc differentiam inter res emphyteuticas, aut feudales, & ipsarum fructus ad plura constituentes D. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 20. num. 5. Tiraquel. de retract. lignagier. §. 1. gloss. 7. num. 47. cum seqq. & pluribus congestis D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 14. ex numer. 39. D. Salgad. in labyrinth. 3. part. cap. 15. ex num. 4. post quos novissimè, & plenè tractant ex modernioribus Donat. Anton. Marin. lib. 1. variar. resolut. cap. 119. numer. 2. Marc. Mager. de advocat. armat. cap. 9. num. 150. cum seqq. Capic. Galeot. tom. 2. controvers. cap. 6. num. 9. & 10. Franc. Maria Prat. tom. 2. discept. forens. cap. 19. num. 12. cum seqq. Franc. Rocc. in respons. legal. centur. 1. respons. 44. num. 21. & melius respons. 51. ex num. 1. doctè Joseph. de Rosa consultat. 28. numer. 14. cum seqq. & plenius dicam infrà part. cap. ex numer. & ex num.

33 Ergo quia ex eo provenit, quod thesaurus inter fructus, vel emolumentum maximè istarum rerum feudalium, vel emphyteusis connumeratur; alias enim non ita plenè, & irrevocabiliter in perpetuum lucrari diceretur.

34 Et in specie, quod thesaurus in fructu feudi sit, & ad fructuarium potius, quam ad proprietarium pertineat, resolvit Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 27. num. 49. & quod saltim, curante ejus vita, fructuario competat, Guilhelm. Benedict. in cap. Raynutius, de testam. verb. Cætera bona, num. 30. cui subscribit Rebuff. in l. bonorum, col. 3. ff. de verb. signif.

35 Sed, his non obstantibus, contrariam negativam sententiam veriorem, & communiorem censeo: imò thesaurum in prædii fructu non esse connumerandum, nec consequenter fructuario competere.

36 Et primò singulariter probatur per Text. vulgarem in l. divortio, §. Si fundum, ff. solut. matrim. ubi thesaurum in fundo dotali inventum ad maritum non spectare resolvit Ulpianus, non ex alia ratione, nisi quia, ut ipse ait, in fructu non computatur.

37 Et ita contra maritum, quod nullo modo in totum, vel pro parte thesaurum ab ipso, vel ab alio inventum lucretur; sed uxori illum reservare debeat, resolvunt per dict. Text. in §. Si fundum, & antiquiores ibidem, & ex gloss. celebri in l. unic. §. Quidquid, Cod. de rei uxor. action. D. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 23. num. 6. & pluribus congestis Joan. Garcia de expens. cap. 22. numer. 49. Petr. Barbos. in dict. §. Si fundum, num. 23. & 24. Par. Molin. de justit. & jur. lib. 1. disputat. 56. Joan. Gutierrez de tutel. 3. part. cap. 26. num. 13. & 15. & practicar. quæst. lib. 4. quæst. 36. num. 36. & 37. & cum aliis Horat. Barbat. de divis. fruct. 1. part. cap. 17. ex num. 66. Anton. Perez super C. ad tit. de thesaur. numer. 7. Kloch de ærar. lib. 2. cap. 16. numer. 20. & latè disputans Portugal. de donat. Reg. 3. p. c. 13. ex num. 19.

38 Secundò pro hac sententia facit, quod similiter thesauro per colonum terram defodientem, vel aliter laborantem in fundo conducto reperto, non totum thesaurum colonus lucratur, ut cæteros fundi fructus ratione conductionis; sed dimidia tantum pars ei, ut inventori, assignatur, altera dimidia domino fundi reservata, ut argumento Text. in l. si is, qui, §. Si creditor, ff. de acquirend. rer. domin. docent Gloss. in dict. §. Thesaurus, instit. de rer. divis. verb. In suo, quem ibi sequitur Angel. col. penult. vers. In eadem glossa, & ex Par. Molin. Navarr. & aliis, Joan. Gutierrez pract. lib. 4. quæst. 36. n. 33. & 34. Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 27. n. 57. Ergo quia thesaurus in fundi fructu non habetur; alias enim, si ipsius fructus esset, colono, cum cæteris fructibus ratione conductionis competeret.

39 Tertiò hæc negativa sententia firmatur; quia licet tutori, vel curatori omnium fructuum rerum minorum decima pro administratione debeatur jure nostro Regio l. 2. tit. 7. lib. 3. For. attamen de thesauro in fundo minoris invento hujusmodi decimam prætendere non valet, non ex alia ratione, nisi quia inter agri fructus non habetur, benè Baez. de decim. tutor. cap. 24. numer. 4. cum seqq. Joan. Gutierrez de tutel. & cur. part. 3. cap. 28. ex numer. 1. & 7.

40 Quartò facit, quod thesaurus est quid penitus diversum, & separatum à fundo, nihil cum eo commune habens, sed custodiæ tantum causa quondam ibi repositus, ut per Text. in l. 3. §. Neratius, ff. de acquirend. possess. & ex gloss. ibidem, verb. Cœpisse, notant D. Molin. de primogen. lib. 1. dict. c. 23. nu. 4. Petr. Barbos. in d. l. divortio, §. Si fundum, nu. 25. & 37. ff. solut. matrim. Gutierrez de tutel. part. 3. cap. 26. nu. 13. & practic. lib. 4. quæst. 36. n. 22. Amaya in C. ad tit. de thesaur. num. 31. Anton. Perez dict. tit. num. 7. & 8. 41 † Nec fundi pars dicitur, vel ei inhærere, sive ab eo pendere, dum in eo est, ut cæteri fructus pendentes, & fundi partes dicuntur in l. fructus pendentes, ff. de rei vindicat. & notat optimè in specie D. Joan. del Castill. de usufruct. cap. 37. num. 20. D. Larrea decis. 45. num. 36. ex quibus thesaurum fundi fructum appellari non debere videtur.

42 Et ita in terminis nostræ quæstionis, quod thesaurus in fundi fructu non sit: nec consequenter fructuario, sed potius proprietatis domino pro parte, vel in totum competat, resolvunt, licet nulla disputatione habita, nec prædictis fundamentis, aut rationibus animadversis, per Text. tamen expressum in dict. leg. divortio, §. Si fundum, ff. solut. matrim. Baez. de decim. tutor. cap. 24. ex num. 5. Boer. decis. 51. numer. 2. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 15. numer. 1. Cabalin. in millel. quæst. jur. milleloq. 9. num. 1. D. Molin. de primog. lib. 1. cap. 23. nu. 2. alter Molin. de justit. & jur. tract. 1. disputat. 56. Salon. eodem tractat. de justit. & jur. quæst. 66. art. 5. pag. mihi 1299. Petr. Barbos. in dict. l. divortio, §. Si fundum, num. 24. cum seqq. ff. solut. matrim. Joan. Garcia de expens. cap. 22. n. 51. Joan. Gutierrez pract. quæst. lib. 4. quæst. 36. num. 35. & in tractat. de tutel. & cur. 3. part. cap. 26. num. 13. Farinac. in pract. crim. 3. tom. quæst. 104. num. 14. D. Joan. del Castill. de usufruct. cap. 37. num. 20. Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 27. numer. 49. Regner. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. fin. numer. 50. D. Amaya in leg. unic. Cod. de thesaur. num. 23. & ibidem Valenzuel. Piscator. num. 8. & 26. cum seqq. Schney de Vvin. in §. Thesauros, num. 8. vers. Extenditur, instit. de rer. divis. Dan. Moller. ad novell. constit. electoral. Augst. part. 2. constit. ult. num. 6. cum seqq. & lib. 2. semestr. 4. cap. 27. Anton. Perez super Cod. ad tit. de thesaur. ex num. 7. Gasp. Klock. de ærar. lib. 1. dict. cap. 116. num. 19. & novissimè Domin. Antunez de Portug. de donat. Reg. 3. part. cap. 13. numer. 52. & 53. 43 † Quod semper intellige, nisi fructuarius thesauri fuerit inventor; quia tunc dimidiam partem ratione inventionis, ut quilibet alius inventor reportabit, aliaque dimidia domino proprietatis ratione dominii pertinebit, ut notant Barbos. in dict. §. Si fundum, ex numer. 25. Joan.

Gutierrez *dict. cap. 26. nu. 18.* Sixtin. *dict. cap. ult. ex n. 50.* & cum aliis Castill. *dict. cap. 37. nu. 20.* Camill. Borrell. *d. cap. 27. num. 49.* D. Amaya, Valenzuel. Piscat. Kloch. & alii ex proximè relatis, *ubi supra.*

44 Qua nostra verissima resolutione stante, non obstant fundamenta in contrarium superius per nos adducta:
45 † Nam primo argumento quo dicebamus thesaurum saltim, ut emolumentum mediatè, vel occasione fundi provenientis ipsius fructum dici debere, juxta definitionem *Fructus* superius per nos traditam, faciliter respondetur: quia illud intelligi, & procedere debet in emolumento, sive utilitate ex ipso fundo, licet mediatè, proveniente, non verò in re, vel emolumento, quod ex ipso fundo non provenit, sed per se est quid distinctum, & separatum, & penitus ab eo diversum, nihilque cum eo commune habens, sed per se principaliter, non accessoriè, subsistens, ut est thesaurus, ut supra fundavi, ex D. Molin. Barbos. Larrea, & aliis ad quartum nostræ negativæ sententiæ fundamentum relatis.

46 Quod optimè declarari potest exemplo insulæ juxta fundum in flumine natæ, quod augmentum, licet occasione fundi ei accrescat, & inhæreat, tamen fructus non dicitur, nec ad fructuarium, sed ad proprietarium spectat; quia res est planè à fundo separata, ab eo nullam originem trahens, sed casu, vel vi fluminis ei adhærens, benè Anton. Perez *super Cod. in dict. tit. de thesaur.*
47 *numer. 7. in med.* † Et etiam exemplo incrementi per alluvionem molliter, ac latenter fundo adaucti: quod, licet emolumentum rei sit, & ejus occasione proveniat, fructus tamen non dicitur, sed ipsius rei domino non fructuario competit, ut est Text. expresso *in leg. item si fundi 10. §. Huic vicinus, ff. de usufruct.* D. Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 26. num. 17. & 18.* Franc. Connan. *lib. 4. commentar. jur. civil. cap. 1. numer. 38. vers. Quod alluvione*, Joan. Gutierrez *de tutel. part. 3. cap. 3. num. 11. cum seqq.* Anton. Niger. *de laudem. tom. 1. quæst. 13. ex num. 79.* Oñat. *de contract. tom. 1. tractat. 3. disput. 8. sect. 4. ex n. 88.* & plenius ad nostram definitionem dixi *supra in hac part. c. 2. ex n. 36.*

48 Ex quibus similiter diluitur quoque secundum fundamentum pro contraria opinione adductum, exemplo lapidicinarum, & mineralium, quæ non mirum, ut in fructu fundi habeantur; nam ab ipso fundo naturaliter producuntur ex ipsiusque terra ortum, & substantiam habent: ideo ejus partes sunt, *leg. divortio, §. Si vir, vers. Sed si certa fodina, leg. si fundus 9. ff. solut. matrim. l. item si fundi, §. Sed si lapidicina, de usufruct.* docent Petr. Barbos. *in d. §. Si vir, n. 14. & 22.* Garcia *de expens. cap. 22. nu. 47.* eique accedunt, atque cohærent; quare non mirum, si fructus ejus dicantur, D. Amaya *in d. tit. de thesaur. num. 30. & 31.* D. Larrea *decis. 44. nu. 36.* Anton. Perez *super Cod. in dict. tit. de thesaur. num. 13.* qui contrarium in thesauro resolvunt; quia non ita à natura fundo adhæret; sed quid omninò ab eo diversum, & separatum reputatur, custodiæ causa ibi reconditum, & Dei beneficio inventori patefactum.

49 Nec magis obstat tertium fundamentum ex eo deductum, quod possessori majoratus emphyteutæ, ac feudatario thesaurum in fundo majoratus, vel emphyteusis, aut feudali perpetuo, ac irrevocabiliter deberi dicebamus, ut cæteri fructus rerum majoratus, feudi, aut emphyteusis; nam respondendum est, verissimum esse thesaurum prædictis personis deberi; sed hoc non quia fructus sit, sed ex alia penitus diversa, & potentiori quidem ratione; quia, nempè, dominium plenum, vel saltim utile in rebus majoratus, feudi, aut emphyteusis habent, ad differentiam usufructuarii, cui solum jus percipiendi fructus ipsius fundi competit; quare emolumentum thesauri, vel ejus pars dimidia, si à tertio inveniatur, rectè possessori majoratus, emphyteutæ, vel feudatario, & similibus, qui dominium in fundo habeant, tribuitur, cum per *l. unic. C. de thesaur. lib. 10.* hujusmodi emolumentum, non ut fundi fructus, sed quodam separatum emolumentum aliunde proveniens, casu nempè, seu potius beneficio Dei solum dominus prædiorum, ubi invenitur, concessum: non fructuariis, quia domini non sunt, nec aliud jus, quam fructus duntaxat percipiendi habent, inter quos thesaurus non connumeratur; sed ut donum Dei, quid penitus diversum, & à fundo separatum haberur, ut superius probavi in *numer. 40.* pro nostræ sententiæ fundamento ex *dict. leg. 3. §. Neratius, ff. de acquirend. possess.* ex Castill. D. Larrea, Amaya, Ant. Perez, & aliis relatis, & præter omnes, benè D. Molin. *de primogen. dict. cap. 23. numer. 2. cum seqq.* Petr. Barbos. *in dict. §. Si fundum, num. 28.* Gutierrez *de tutel. part. 3. cap. 26. num. 13. & 14.* qui & Barbos. ubi proximè, & Sixtin. *in dict. cap. fin. num. 50.* meritò es hoc confutant Guiliel. Benedict. & Rebuff. contrarium sentientes.

Quæ omnia circa nostram principalem quæstionem, 50
& incidenter circa thesauri acquisitionem, hucusque dicta, ut agrorum dominis, & inventoribus respectivè quæratur; rectè de jure communi procedunt: Jure autem nostro Regio hodie indistinctè thesauri omnes, sive in publico, sive in privato fundo; vel alio quocumque loco inventi Fisco Regio applicantur, quarta parte inventori, sive delatori pro præmio assignata, ut statuit nostra *leg. 1. tit. 13. lib. 6. Ordinament.* quæ extat *in leg. 1. tit. 13. lib. 6. nova Recopilat.* per quæ jura apertè corrigitur jus commune *in leg. unic. Cod. de thesaur. lib. 10.* & Regium antiquum Partitarum *in l. 45. tit. 28. part. 3.* per quæ hujusmodi thesauri inter inventores, & prædiorum dominos dividebantur, vel in totum ad ipsos dominos pertinebant.

Ita observant plenè de hac Regia correctione agentes 51
D. Covarruv. *in regul. peccatum, §. 1. in princ. part. 3.* Petr. Barbos. *in dict. §. Si fundum, num. 50.* Azeved. *in d. leg. 1. tit. 13. lib. 6. Recopilat. numer. 5. & 6.* Anton. Gomez *in l. 45. Taur. n. 51.* & cum multis Ant. Pichard. *in §. Thesauros, instit. de rer. divis. à num. 1.* Gutierrez *pract. qu. lib. 4. quæst. 36. n. 53. vers. Rursus, cum seqq.* Valenzuel. Piscator. *in dict. l. unic. Cod. de thesaur. nu. 69.* D. Juan. del. Castill. *in tract. de tert. cap. 41. nu. 114.* D. Larrea *decis. 44. num. fin.* D. Solorzan. *in polit. Indian. lib. 6. cap. 5. fol. mi-*
hi 954. † Qui benè animadvertit, quod thesauro per tertium in fundo alieno invento, quarta pars inter inventorem, & fundi dominum dividatur, & de eadem nostra *l. 1. Recopilat.* ejusque correctione agit D. Amaya *in dict. l. unic. C. de thesaur. nu. 49.* 52

Qui tamen singulariter per *dict. leg. 1. Recopilat.* non indistinctè jus commune, & Partitarum corrigi, sed tantum intelligi debere de thesauris in locis Civitatum, aut publicis: non verò, qui in fundis privatis estant: circa quos jus commune intactum remanere ait, & idem voluerunt noster Gregor. *in dict. leg. 45. part. gloss. penult.* & Avendan. *lib. 1. in cap. Prætor. 12. conclus. 7. num. 33. vers. Item dicta lex*, quos tamen reprobat ob generalitatem *d. l. 1.* Azeved. ubi proximè, & quidquid hoc de jure esset verum, de consuetudine tamen contrarium est receptum, imò quod indistinctè in omni thesauro ubicumque reperto nostra lex Recopilat. procedat, ut notant D. Covarruv. Castill. Larrea, & proximè citati. 53

Imò hoc amplius satis notabiliter voluit Joan. Gutierrez *dict. quæst. 36. numer. 56.* quod si thesaurus sit magnæ æstimationis, & valoris, ita ut quarta pars, nimis excresceret; quod tunc non integra quarta pars inventori assignetur, sed justum præmium pro qualitate personæ arbitrio judicis ipsi tribuatur: & sequuntur Bobadill. *in polit. lib. 4. cap. 5. nu. 61.* Ant. Perez. *super C. in tit. de thesaur. nu. 61. in fin.* 54

Quæ nostrarum legum notabilis declaratio optimè comprobari potest exemplo decimæ, quæ tutoribus, vel curatoribus de fructibus rerum minorum jure Hispano debetur; quæ similiter, si propter magnos redditus, vel fructus minorum nimis excrescat, arbitrio judicis de æquitate moderari debet, ne pro modico labore tam 55

ingen-

Digitized by Google

ingentem mercedem recipiat, docent Baez. *de decim. tutor. cap.* 9. Parlador. *different.* 2. §. 1. benè Lara *de vit. homin. cap.* 16. *numer.* 16. *cum seqq. & numer.* 20. *& cap.* 10. *numer.* 78. ubi in Regis Coadjutore, vel Episcopi, alteriusve Beneficiari, stantibus magnis redditibus Ecclesiasticis: in quibus etiam, & in Comitibus, ac Magnatibus minoribus, quod justum salarium dumtaxat pro tutela, aut Cura præstetur, resolvit Joan. Gutierrez *de*
56 *tutel. & cur.* 3. *part. cap.* 21. *& num. fin.* † Quibus tamen adde, quòd præfata moderatio non per quemlibet judicem inferiorem fieri debet: sed ad Supremos Regios Consiliarios spectat, ut benè animadvertit Parlador. ubi proximè *numer.* 3. & etiam ad Regias Cancellarias, aliosve superiores Magistratus, quorum Tribunali tutelarum dationes pertinet, & super earum dubia hæc deferuntur.

57 Quæ Superior nostrarum legum juris communis correctio, communiter etiam hodie in aliis Regnis, ac Provinciis juribus, & consuetudinibus municipalibus servatur, ut thesauri omnes inter regalia habeantur, & à Fisco Regio vindicentur, certa aliqua parte, & in aliquibus nulla inventori, vel fundi domino relicta.

58 De consuetudine in Gallia, quod integer thesaurus adjudicetur Fisco Regio, vel domino inferiori merum Imperium in territorio ubi fuerit inventus, habenti, testatur Franc. Connan. *lib.* 3. *commentar. jur. civil. cap.* 4. *in fin.*

59 In Neapolis Regno extant circa idem jura specialia in Constitut. quæ incipit: *Regia Dohana*, & in Constitut. *Pecuniam*, & in cap. Regni quæ incipit: *Prædicti Magistri Procuratores*, ubi refertur praxis Regii Collateralis Consilii illius Regni, ac Regiæ Cameræ Summariæ, quoad partem thesauri pro ejus inventione assignandam, & testantur in illius Regnicolæ Pont. *de potest. Proreg. tit.* 10. *in rubr. de thesaur. n.* 3. Horat. Barbat. *de divis. fruct.* 1. *part. cap.* 17. *num.* 73.

60 De jure autem Saxonico omnes thesauros subterraneos homeris ictu profundiores existentes ad merum, & mixtum Imperium, vel potiùs ad regalia in illo Ducatu habentem pertinere ex jure municipali illius Ducatus, testantur Coler. *decis.* 100. *numer.* 2. Gœden. *cons.* 2. *&* 3. *per tot.* Gasp. Kloch. *de arar. lib.* 2. *cap.* 116. *numer.* 25.

61 Idemque servari in Britannia Gallica, quòd integer thesaurus Fisco Regio applicetur, ex aliis refert Anton.
62 Perez *sup. Cod. dict. tit. de thesaur. num.* 16. † Ubi & quod in aliquibus locis servetur consuetudo, quod thesaurus per tertium inventus inter ipsum, & dominum fundi, necnon & dominum jurisdictionis, vel territorii dividatur: si verò per dominum fundi sit inventus, inter ipsum, & dominum jurisdictionis; ut notant quoque Charond. *lib.* 3. *resp.* 20. & citan per Christin. *super Cod. ad tit. de thesaur. decis.* 17. *num.* 7.

63 In Regno Lusitaniæ extat etiam vetustissima thesaurorum Fisco Regio applicatio ex antiqua lege Regis Dionysii, juris etiam communis derogatoria: sed quòd hæc lex typis non fuit tradita, nec usu recepta, sed potiùs de consuetudine in illo Regno servetur dispositio dictæ *leg. unic. C. de thesaur.* testantur Molin. *de justis. & jur. tom.* 5. *tractat.* 2. *disputat.* 56. *column. penult. in princip.* Petr. Barbos. *in dict. l. divortio*, §. *Si fundum, num. fin. ff. solut. matrimon.* Dom. Antunez de Portugal. *de donat. Reg.* 3. *part. dict. cap.* 13. *num.* 91. de qua etiam Lusitaniæ consuetudine latè agit, sed nimis varians, & in nihilo certus, Fragos. *de regimin. reipublic. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *disputat.* 5. §. 2. *versic. Quæstio tamen implicita, cum seqq.* ubi Rebel. Cabed. & alios Lusitanos refert.

64 Et de generali totius Orbis consuetudine, quod thesauri ubicumque inventi ad Principem, ut regalia, pertineant, quibusdam certis partibus inventoribus, vel prædiorum dominis reservatis, testantur, & plenè hanc consuetudinem validam, & justam defendunt D. Covarruv. *in dict. regul. peccatum*, 3. *part.* §. 2. *num.* 4. Joann. Gutierrez *practicar. lib.* 4. *quæst.* 36. *numer.* 56. & plures congesti per Farinac. *in prax. crimin. tom.* 3. *quæst.* 104. *ex numer.* 32. Pont. *de potest. Proreg. tit.* 10. *rubr. de thesaur. num.* 3. Cabed. *decis.* 56. *part.* 2. Arnisæus *de jur. Majestat. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 23. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *dict. cap. fin.* Mastril. *de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 316. Camil. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 27. *ex numer.* 49. & cum aliis Castil. *de retract. cap.* 41. *ex num.* 113. D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 5. *cap. unic. num.* 36. D. Amaya *in dict. l. unic. Cod. de thesaur. num.* 51. D. Larrea *d. decis.* 44. *numer. fin.* Anton. Perez *super Cod. dict. tit. de thesaur. ex num.* 14. Fragos. *de regimin. reipublic. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *disputat.* 5. §. 2. *num.* 19. *vers. Quæstio tamen*, Kloch. *de arar. lib.* 2. *dict. cap.* 16. *num.* 10. quidquid hanc consuetudinem improbare intendant Silvester *in summ. verb. Inventum*, §. 6. Petr. Barbos. *in dict.* §. *Si fundum, num.* 39. quibus adhærere videtur Antunez de Portug. *dict. cap.* 13. *num.* 90.

In Indiarum tamen Regnis in thesauris, qui reperiuntur in antiquis Adoratoriis, vel Sepulchris Indorum, extant plures Schedulæ Regiæ, quibus hujusmodi thesauros quærere permittitur, & eis repertis, quintum dumtaxat Fisco Regio applicatur; residuo penes inventores remanente, notant Matienz. *in tractat. de modern. Regn. Peru.* 1. *part. cap.* 39. Scalon. *in Gazophilat. Peruvic.* 1. *par. pag.* 88. *&* 2. *part. pag.* 126. D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap. unic. numer.* 37. *& in polit. Indian. lib.* 6. *cap.* 5. *fol.* 954. *vers. Ta esto.* † In quibus locis per tot. cap. 66
latè tractat de pretiosis, & opulentissimis thesauris Indorum, qui juxta ipsorum superstitiosum ritum, & antiquissimam consuetudinem, in suis antiquis Adoratoriis, vel sepulchris, qui in Regno Peruano *Vilcas*, & *Huacas* appellantur, cum cadaveribus reponebantur, quasi eis cadavera in alia vita egerent; de qua Indorum, & apud alias nationes superstitiosa consuetudine, & quomodo hujusmodi thesauros, absque injuria, & violatione cadaverum quærere, & eruere liceat? latè tractant Pater Acosta *de histor. Indian. lib.* 5. *cap.* 5. *cum seqq.* Torquemad. *in Monarch. Indian. lib.* 13. *cap.* 38. *& seqq.* Joao. Botter. *in relation.* 4. *part. lib.* 2. *pagin. mihi* 35. Anton. de Herret. *in histor. general. Indiar. decad.* 5. *lib.* 5. *cap.* 8. *& decad.* 1. *pag.* 85. *&* 254. aliis latè congestis Scalon. & D. Solorzan. ubi proximè.

Et hæc de thesauris dixisse sufficiat, pro nostræ principalis quæstionis, an sint in fructu necne? pleniori resolutione, atque exornatione: ad aliam autem circa ipsorum acquisitionem plenius dicam infrà in tom. 2. hujus operis part. 5. cap. . .

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Venatio, Piscatio, & Aucupium, an prædiorum fructus sit? Et primò, quid in privatis fundis? Secundò, quid in publicis locis, aut nemoribus, vel fluminibus, quæ Regio dominio, & jurisdictioni immediatè subsunt? Tertiò, quid in territoriis Dominorum inferiorum? Ad plura circa facultatem venationes, aut piscationes prohibendi per privatos prædiorum dominos, & per Comites, Marchiones, aliosve oppidorum dominos inferiores; necnon & per Principem supremum: ex quibus causis, quibusve temporibus, aut venationis instrumentis id fieri possit? Quando etiam privilegio, aut præscriptione, vel de consensu populi hæc facultas prohibendi, vel faciendi sibi privatas defensas, seu forestas reservatas, oppidorum dominis inferioribus competat?

S V M-

SVMMARIVM.

1 *PRoponitur hujus capitis quæstio: an venatio, & piscatio in fructu fundi sit, vel territorii, ubi exerceri potest?*

Agitur etiam principaliter in hoc capite de venationis, & piscationis acquisitione, ad dominum fundi, vel territorii, ut ipsius fructos, seo emolomentum spectet, ob istius cum superiori quæstione conjunctionem, ibidem.

2 *Istarum quæstionum tractationem necessariam nostra de Fructibus materia ostenditur, valdéque commendatur.*

Magna lucra, & redditus ex venationibus, & piscationibus rediguntur, ibid. & n. seqq.

3 *Apud Romanos quam magna ob id cura, & studium de piscibus, & piscinis fuerit! Quanta solicitudine, & anxietate in Italicis maribus, & privatis piscinis piscium abundantiam, & varietatem cummulaverunt! cum num. seqq.*

4 *Qui primo ex eisdem Romanis piscinas, sive piscium vivaria haboeriot? ob ingentia locra, & froctus, ques ex eis redigebant: referunturque plures, qoi in eis majores secere sumptus, quàm in Palatiis extruendis, cum num. seqq.*

5 *Ostrearum piscinas quit primus instituerit?*

6 *Lucius Luculus scisso jo xta Neapolin monte, majori impendio, quam villam, piscinam ædificavit.*

7 *Marcus Cato Vticensis ita magnos fructus ex piscinis redegit, ut hæres à Locullo relictus pisces de ejus piscina qoadraginta novem millia vendiderit.*

8 *Idem Cato pluris Romæ piscem quemdam venondedit, quam bovem.*

9 *Molus piscis tanti olim venditus, qoanti hodie centum insignes equi.*

10 *Murenarum vivaria quis primos lucri, sive fructus redigendi causa excogitaverit?*

Quanta istius piscis abundantia in privatis piscinis apud Romanos fuisset? ibid.

11 *Murena apod nos lampreta dicitur, & qoare: & quomodo apud alios nuncupetur.*

Piscem hunc Romani, & aliæ Nationes ob præstantiam saporis quanti æstimaverint? ibidem, & num. seqq.

12 *Morena, sive lampreta diutissimè ad parandos redditus, vel voluptatis causa in privatis piscinis asservantur: contra in cæteris piscibus, qui multoties tædio carceris intereunt.*

13 *Referuntur due notabilia exempla quorundam, qui Murenas vivario inclosas ita adamaverint, ut mortuas, quasi filias loxerint.*

14 *Verios Pollio ob nimium piscinarum studium, seu ob immanissimam crudelitatem, servos piscibos vorandos præbebat, ut hominom cruoris pasco delicatioris saporis, & majoris æstimationis essent.*

15 *Nostris temporibus, qoàm ingentes redditus, aut fructus ex piscationibus percipiantur? & num. seqq.*

Refertor magna piscatio in Bohemia, ibid.

16 *Apud nos in Galleci, & Cantabrin maris littoribus, quàm fructuosæ sint piscationes.*

In Bætica Illostris Dux Metina Sydoniæ ex piscatione thynnorum amplios quadraginta millia docata in singulis annis redigit, ibid.

17 *In censo, seu æstimo bonorum locus piscatorii, & Portos, ut res valde fructoosa, referendi.*

18 *Exponuntur aliqua generalia circa piscationis, & venationis materiam pro majori claritate præsentis de earundem fructibos tractionis.*

19 *Venatio est nomen generale tres species venationis comprehendens: Aucopiom, videlicet, piscationem, & venationem in specie, & quæ unaquæque earum? de ipsarumque differentia.*

20 *De aliis venationis minos principalibus differentiis; & divisionibus inter clamosam, saltuosam, spatiosam, & similia.*

21 *Præfatæ venationis principales species, ferè quoad omnia inter se conveniunt: de unaque ad aliam sumitur argumentum.*

22 *Venatio in specie sumpta terrestrium ferarum nempè, semper ut nobilissima exercitatio apud Principes, & Nobiliores magni habita, & num. seqq.*

23 *Est bellicarum expeditionum verissima meditatio, & imago.*

24 *In ejus exercitio inventus frigori, æstui, & fame, aliisque laboribos assuescunt, belloque robustieres, & aptiores redduntur.*

26 *Plato, Licurgus, & alii antiqoiores Philosophi suis Rebuspoblicis, & legibus adolescentes venationes, ut bellica rudimenta, insectare inter easque educari, jubebant.*

27 *Referuntor quamplurimi Principes, & Insignes Ducos, qui prima, & principalia militiæ suæ documenta à venationis nobilissimo exercitio, & meditatione accipere: & qui frequenter huic exercitio se tradebant.*

28 *Prodest quoqoe corporis sanitati venationis moderatus usos.*

29 *Mentemque, & animom à pravis, otiosisque cogitationibus avocat.*

30 *Venatoris mens ab aliis negotiis alienata, & huic exercitio semper intenta.*

31 *Venationem, ut nimis otio adversantem per deos inventam, aliqui ex ethnicis voluere.*

32 *Venationis exercitium optimum contra inhonestas cogitationes remedium, & num. seqq.*

33 *Monentur tamen uxorati, ne nimis venationis laboribus se implicent.*

34 *Plura alia commoda de temperato usu venationis referuntur, remissivè, & num. seqq.*

35 *Præfata omnia circa venationis usus laudem intelliguntur dum moderatione, & temperantia exerceatur: secus si immodicè, cum numer. seqq.*

36 *Increpantur Principes, & Magnates, qoi immoderato venandi stodio, ejusque voluptatibus traditi publicum gubernium in alienis manibus relinquunt, & d. num. 35.*

37 *Recensentur plura publica mala, qoæ ex hoc Principum inordinato venationis exercitio profluunt, cum num. seqq.*

39 *Hominos venationibus frequenter dediti crudeles, horridi, & sangoinolenti, studierumque destructores plerumque efficiuntur.*

40 *Transformantur in belluas, & num. seqq.*

Refertur in comprobationem Actæonis fabula: ibidem.

41 *Patrimonium omne in hoc exercitio consumunt.*

43 *Venatio præfatis malis cessantibus honesta.*

Principibos, & laudabilis admodom habetur.

44 *Declarantur Sacræ Paginæ loca Genes. 10. vers. 10. Ezechiel. 32. vers. 30. Psalm. 90. vers. Quoniam ipse, in quibus venationis nomine crudelitas, & tyrannis designatur, & num. seqq.*

45 *Intelliguntur similiter jura in* cap. quorumdam 34. distinct. cap. qui venatoribus, & sequentib. 36. distinct. cap. 1. & sequentib. de Cleric. venator.

46 *Proponitur principalis hujus capitis qoæstio: An venatio, piscatio, & aucupium in fructu fundi, vel territoris connumeranda sint?*

47 *Dividitur hæc qoæstio pro majori declaratione in tres principales casus.*

Primò agitur, quid dicendum circa venationem, piscationem, & aucupium in fundis privatorum, an ipso-

rum

rum fructus sint? Secundò, quid in locis communibus? Tertiò, quid in terris dominorum inferiorum, ibid.

48 Quaeritur primò, quid in primo casu circa venationem, piscationem, vel aucupia in privatorum fundis: an ipsorum fructus venationes, & piscationes habeantur?

Fundatur affirmativa opinio, ut ad cujuslibet fundi dominum hac venationis, & piscationis, vel aucupii emolumenta pertineant? dict. num. 48. cum seqq.

Adducitur pro hac sententia Text. in l. item si fundi 9. §. Aucupiorum 5. ff. de usufruct. ibid.

49 Et Text. in l. usumfructuarium venari 62. cum vers. de vivariis, eodem tit.

50 In fructu fundi sunt quaecumque emolumenta, quae ex eo mediatè, vel immediatè proveniunt.

51 Fundi dominus in eum venandi causa ingredientem jure prohibet.

Adducuntur jura in l. 3. §. Nec interest, vers. Planè, ff. de acquirend. rer. domin. l. Divus Pius, ff. de servitut. rustic. praedior. §. Planè, instit. de rer. divis. ibid.

52 Distinguitur pro vera praefata quaestionis resolutione inter fundum venationibus paratum, & inter eum, qui in id non habetur, sed ut alii fructus industriales, vel naturales ex eo percipiantur.

In primo casu venationes in fundi fructu esse resolvitur: contra in secundo, ibid. cum n. seqq.

53 Comprobatur hac distinctio per Text. in l. venationem 26. ff. de usur.

54 Intelliguntur in primo casu istius distinctionis jura pro affirmativa sententia in contrarium adducta in dict. l. item si fundi, §. Aucupiorum 5. l. usumfructuarium venari 62. cum vers. de vivariis, ff. de usufruct.

55 Intelliguntur etiam in hoc casu Doctores pro eadem sententia allegati.

56 Declaratur similiter secundum fundamentum superiùs in eadem sententiam adductum.

Emolumenta ex rebus provenientia, ut ipsarum fructus sint, & ad fructuarium pertineant, hoc semper intelligi debet, dummodo juxta solitum usum percipiantur, ibid.

57 Decimam Ecclesiasticam ex venationibus, & piscationibus deberi declaratur, si fundi fructus ex venationibus, aut piscationibus constet.

58 Decima similiter tutori ex fructibus rerum minoris lege Regia debita ex venationibus, & piscationibus non aliter praestanda, quàm si praediorum, aut fluminum redditus in venationibus, & piscationibus consistant, ad idque principaliter habeantur.

59 Creditor quoque, qui pignoris perceptos fructus in sortem principalem imputare tenetur, non aliter venationes, & piscationes agri sibi pignori traditi imputare est cogendus, quàm si ipsius fructus ex venationibus percipiantur.

60 Injustè alium venari, aut piscari prohibens tenetur ad interesse, si venationis, aut piscationis redditus juxta solitum certi sint: contra si incerti.

Concordantur jura in l. Quemadmodum, §. Planè, & vers. Idem, ff. ad l. Aquil. & l. si jactum retis, ff. de action. empt. ibid.

61 Fluminis, vel stagni pisces ipsorum fructus, & quidem pendentes reputantur ex speciali, & urgentiori ratione, & inf. num. 82.

Cohaerentiae locis, & tamquam immobilia ibi fructificant, ibid.

62 Intellige hoc semper, si in id flumina, vel stagna habeantur, ut in eis pisces redditus causa procreentur.

63 Refertur notabilis ad rem distinctio inter flumina, vel stagna, ubi pisces procreantur: & inter piscinas, in quibus solùm custodiae causa ibi includuntur.

64 Respondetur tertio argumento pro contraria affirmativa sententia supra adducto ex l. 3. §. Planè, ff. de acquir. rer. domin.

Fundi dominus venandi causa in eo ingredientem prohibere potest, non tamen quia indistinctè venationes fundorum fructus sint: sed quia cuilibet in suo fundo ipso invito alium ingredi ex dictis juribus prohibere licet, ibid.

65 Ferae in fundo per maris, & foeminae conjunctionem, non ex ipso fundo generantur.

67 Praediorum domini in ipsorum feris nullum dominium, ut in caeteris fructibus habent, quia in nullius bonis sunt.

68 Praediorum dominos jure saltim dominii ipsorum praediorum ea venandi causa ingredientes prohiberi posse, limitatur de generali contraria consuetudine, si absque praejudicio segetum, vel levatis fructibus ingressus fiant.

Contrarium, esset terminos rotundos facere, quod apud nos prohibetur, ibid.

69 Comprobatur superior ratio in dict. num. 67. pro praefata nostra principali resolutione relata, & num. seqq.

Ferae in fundo alieno captae, non obstante domini prohibitione capientis fiunt, quin ad restitutionem teneatur: ibid. & infrà ex n. 73. cum seqq.

70 Tenetur solum de jure communi actione injuriarum ob domini prohibentis contemptum.

71 Concluditur articulus circa venationis, & piscationis emolumenta praediorum privatorum, cum dicta distinctione inter praedia venationibus destinata: & quae aliis fructibus parandis deserviunt.

72 Adducuntur nonnulla pro hujus articuli venationis, aut piscationis fructus in agris, vel fluminibus privatorum pleniori expositione, & numer. seqq.

73 Declaratur resolutio de jure communi supra ex n. 69. tradita, circa dominium ferarum, quae post domini prohibitionem in alieno capiuntur, ne procedat attento jure Partitarum in l. 17. tit. 28. part. 3. qua in hoc casu venatorem ferarum captarum dominium non acquirere deciditur, & n. seqq.

74 An istius legis Partitae dispositio in foro animae servanda, & latè de ejus declaratione, in num. seqq.

Refertur quorumdam Theologorum negativa sententia, ibid.

Lex poenalis in conscientia ante judicis condemnationem non obligat, ibidem, declaratur proximè num. 76.

75 Resolvitur pro affirmativa, & n. seqq.

Lex humana potest ex causa prohibere acquisitionem dominii illarum rerum, quae in nullius bonis sunt, illudque alteri tribuere.

76 Lex poenalis primam rei dominii acquisitionem prohibens in foro animae, etiam ante judicis condemnationem servanda: secùs cum circa dominium rerum jam quaesitarum versatur, & n. 77.

Faciliùs quid retinetur, quam de novo acquiritur, ibid.

78 Rejicitur distinctio quadam circa hunc articulum, per Amay. tradita, & n. seqq.

79 Nostra lex Partitae loquitur in saltibus, & nemoribus apertis nullo muro circumclusis: non in vallatis, ut voluit Amay.

Ferae ante domini prohibitionem captae in casu nostrae legis Partitae venatoris efficiuntur, ibid.

80 Ferae in privatorum agris circumvallatis captae, etiam nulla domini stante prohibitione venatori non quaeruntur, sed imò ad earum restitutionem tenetur.

81 Hu-

81 *Hujusmodi feræ, quæ in vivariis, sive receptaculis circumvallatis custodiuntur ad fructus fundi pertinent: & in dominio dominorum prædiorum censentur, declara tamen, ut infrà n.84.*

82 *Et fundi partes reputantur.*

Idem in piscibus, qui in stagnis sunt, ut multiplicentur: secus si ut dumtaxat custodiantur, ibid.

83 *Intelligitur in hoc casu Text. in* l. limes, & labra, *alias* Fimes, & labra, ff. de action. empt.

84 *Feras, quæ in agris circumclausis, vel in stagnis sunt, in dominio dominorum prædiorum esse, & majori cum ratione procedit, in feris, aut piscibus, qui parvis privatis vivariis, & piscinis servantur: secus si in magnis, aut nemoribus spatiosis.*

In saltibus spatiosis licèt circumvallatis magis feræ in sua natural. libertate censentur, ibid.

85 *Quando ad hoc sylva magna, vel parva reputetur?*

86 *Resolvitur notabilis quæstio circa unius piscinæ, sive stagni pisces, qui in alterius stagnum, vel fundum vicinum, crescente aqua devenerint, quomodo eos dominus persequi, aut vindicare possit?*

87 *Feræ ex sylva non ampla, & circumvallata, extra septa tamen capta, an capientis efficiantur, vel eas domino restituere debeat?*

Feræ ita reclusæ custodiam domini fugientes suam naturalem libertatem recuperasse, & in nullius bonis censentur, ibid.

88 *Quid si eundi, & redeundi consuetudinem habeant, vel eam amiserint?*

89 *Quid in Falconibus, Accipitribus, similibusque avibus, quibus ad aucupium utimur, an si oculos dominorum effugerint, vel consuetudinem redeundi amiserint, eorum dominium amittatur, vel capientium fiant? & num. seqq.*

Hujusmodi aves suam naturalem libertatem non recuperare, & sic eas ita aberrantes invenientis, sive capientis non fieri, tenent aliqui, ibid.

90 *Rejicitur hæc opinio.*

91 *Resolvitur sub distinctione: inter accipitres, vel falcones deperditos, seu aberrantes, & inter libenter commorantes in sylvis, & num. seqq.*

92 *Quid si accipitrem, seu falconem cum sonalis, vel campanilis, aliisve signis pedibus, vel aliter injunctis quis ceperit? & num. seqq.*

94 *Reus ab officialibus justitiæ captus, si ab eorum manibus, vel carcere evaserit, & ad Ecclesiam licet catenis, aliisve vinculis alligatus confugerit, in sua libertate pervenisse censetur, & immunitate gaudet: & quid si adhuc per satellites apprehensus, cum eis colluctando, Ecclesiam, ingrediatur? & num. seqq.*

96 *Venatores arte, & industria animalia ex nemoribus vetitis ad communia loca, ut ea capiant extrahentes ad restitutionem tenentur.*

Simulantes cum certis instrumentis voces aprorum, hinnula cervorum, aliorumve animalium tempore quo gravidari inhiant, ut extra locum prohibitum exeant, & occidi possint, puniendi, ibid.

98 *Similiter arte, & fraude columbas ab alterius columbario ad proprium attrahentes, quibusdam gratissimis columbis seminibus sparsis, vel alia utentes industria puniri debent, & ad restitutionem damnandi.*

99 *Limita si hoc columbarii dominus faciat pro propriis columbis alliciendis, retinendisve à columbario recedere incipientibus.*

100 *Refertur notabilis lex Regia* 7. tit. 8. lib. 7. Recopilat. *contra fraudulenta instrumenta in columbariis, vel aliis locis habentes ad capiendas alienas columbas.*

Prohibentur quoque in d. leg. Regia in circuitu columbarii intra unius leucæ spatium laqueis, foveis, aliisve fraudalentis instrumentis columbas capi: vel cum ballitis, aut arcabuseis occidi, ibid.

101 *An hujusmodi columbaria haberi ob agricolarum convicinorum, seminumve præjudicium prohiberi debeat?*

102 *Concluditur tractatio primi casus ex tribus supra in principio hujus capitis principaliter disputandis propositis.*

103 *Proponitur secundi casus principalis quæstio circa venationis, piscationis, & aucupii in locis communibus commoda: an Regiæ regalia fructus sint: vel omnibus communia remanere debeant?*

104 *Refertur, & fundatur negativa sententia; venationes, piscationes, & aucupia de jure naturali, aut gentium sunt, & sic omnibus communia, ibidem.*

105 *Tria in mare, proprietas nempè, usus, & jurisdictio considerantur, & cujus sint?*

106 *Referuntur Doctores venationis, & piscationis usum in locis communibus, sive publicis communem resolventes.*

107 *Imò, & jure divino.*

108 *Inter regalia jura venationis, & piscationis fructus, sive emolumenta in locis publicis non connumeranda, Doctorum authoritate comprobatur.*

109 *Communi errore Principes circa venationis, & piscationis prohibitiones procedere, dixerunt aliqui.*

111 *Alii nec per viam legis generalis hujusmodi prohibitiones substinendas voluere.*

112 *Nec consuetudine pro eis stante.*

113 *Resolvitur pro affirmativa sententia: venationis nimirum, & piscationis commoda in publicis locis inter fructus regales habenda, & num. seqq.*

115 *De universali Regnorum, populorumque consuetudine venationes hujusmodi, & piscationes per Principes superiorem non recognoscentes prohibentur, ibid. & d. num. 113.*

116 *De hac consuetudine in Gallia, Sicilia, Neapoli, & Germania.*

117 *Refertur quorumdam arbitrium, qui pro Regio vectigali, sive ærario augendo publicorum locorum venationes, & piscationes Regio nomine locandas, vel vendendas consulunt.*

118 *Reprobatur, ut damnosum, nimis, & Reipublicæ præjudiciale hoc arbitrium.*

119 *Multi ex agricolis maximè, & artificibus ad hujusmodi venationes conducti à suis officiis, & agricultura diverterentur.*

120 *Plura propter agriculturæ favorem privilegia referuntur remissivè.*

121 *Respondetur argumentis superiùs pro contraria negativa sententia adductis.*

Venationis, & piscationis jus omnibus liberum, & commune patere, quomodo intelligendum, ibid. & num. seqq.

Aliud est jure naturali quid permissivè concedi: aliud negativè, & præcipuè juberi, ut lege humana derogari possit, vel non, & referuntur exempla, ibidem.

122 *Non infertur jure naturæ est permissum, ergo lege humana tolli nequit.*

123 *Libertas jure naturali omnibus competit: & tamen justis de causis jure gentium multis fuit sublata.*

124 *Libertas hominibus jure naturæ competit permissivè, non præceptivè.*

125 *Idem in primis naturæ temporibus, quibus rerum dominia omnibus jure naturali communia erant, quousque jure gentium inter privatos fuerunt divisa.*

126 *Concluditur his exemplis superior nostra principalis resolutio, venationes, & piscationes locorum publicorum, ut regalia commoda habendas, rectèque per Principem subditis prohiberi.*

127 *Intelliguntur dupliciter, & limitantur hujusmodi*

Digitized by Google

di Principum venationis, & piscationis prohibitiones.

128 *Primo ne absolutè, & in omni tempore, & loco fiant: sed certis locis, & temporibus publica utilitate id exigente.*

129 *Tempore fœtus, vel nutritionis, necnon & nivium justissimè venationes, piscationes, & aucupia interdicuntur.*

130 *Et in certa parte fluminum ubi pisces omnes aliquibus temporibus se congregare solent, ne aliàs in totum desoletur piscatio.*

131 *Limitatur secundò, & intelligitur venationis, & piscationis in locis publicis Principis interdicendi facultas, ut procedat tantum, si ex justa causa prohibitiones fiant, & num. seqq.*

132 *Intelliguntur in hoc casu plures ex Doctorum sup. in contrarium relati.*

133 *Referuntur plures causæ quas ad hoc Princeps attendere debet, cum num. seqq.*

Nutritionis, vel nivium tempore justè venationes, & piscationes per Principem prohibentur, ut dict. num. 131.

Et ne agricolæ, aliive Reipublicæ officiales à suis officiis avertantur, dict. num. 133.

134 *Et ob metum latrociniorum, quibus nemora armorum usu facilè infestantur.*

135 *Item, ut vitentur jurgia, & contentiones.*

136 *Et ut tempore quo Divina audiri debent, indicatur prohibitio.*

137 *Et ut à majorum animalium aprorum, cervorum, & similium venatione ignobiles, sive populares arceantur, ut nobilius servetur.*

138 *Et ut in aliquibus sylvis, vel nemoribus, necnon & fluminibus, ut Principis recreationi eorum venationes, & piscationes serventur.*

139 *Prohibetur quoque justissimè venatio, & piscatio cum certis instrumentis, restrictioribus retibus, & aliis artificiis fiant, quibus animalia, & pisces destrui solent.*

140 *Venationis, & piscationis emolumenta jure naturæ, aut gentium omnibus communia sunt, omnesque in eorum usu moderatè, ut socii absque ulla desolatione nos gerere debemus.*

141 *Referuntur plura venandi, & piscandi instrumenta, & artificia nostri, & multorum Regnorum legibus municipalibus reprobata, & ex numer. 143.*

Piscatio cum torvisco, taxo, aliisque herbis venenosis prohibetur, ibid.

142 *Perdices habere ad aucupandum tempore, quoad nutriendum campestres separant,. interdicitur nostra lege Regia* 3. tit. 8. lib. 7. Recopil.

Quid requiratur, ut ob id quis in pœnam hujus legis incidat, an in domo perdices habere sufficiat: vel quod quis cum eis in ipsa venatione apprehendatur? ibid.

147 *Hujusmodi venationis prohibitiones ad feras nocivas non extenduntur, ut sunt Ursi, Leones, & alia.*

Exponitur l. unic. C. de venat. ferar. lib. 11. & l. 1. C. Theodos. eodem.

148 *Imò istarum ferarum captiones præmiis excitandæ.*

Apud nos vulpes, luposque capientibus præmia assignantur in l. 5. tit. 8. lib. 7. Recopil.

Et per Concilia oppidorum suis statutis, seu ordinationibus in executionem legis Regiæ, ibid.

149 *Præmio certo pro unoquoque lupo capienti lege assignatu, quid si lupa prægnans, vel lupillos lactans capiatur, an unum, vel præmia sint præstanda?*

150 *De pœnis contra prohibitionem instrumento, aut modo prohibitu venantibus indicendis, ne corporales, vel aliter acerva sint.*

151 *Increpantur, ut tyranni, qui ob feram confectam, hominem morte, vel alia pœna corporali damnant.*

152 *Intelligenisi contra prohibitionem pluries quis in contemptum venari inveniatur.*

153 *Quid si quis feram in loco non prohibito persequi cœperit, & in prohibito occiderit: an pœna teneatur?*

154 *An Ecclesiastica persona comprehendantur his pœnalibus prohibitionibus.*

155 *Laicus judex Clerico contra prohibitionem venanti invento canes, retia, & alia venatoria instrumenta auferre potest.*

156 *Idem in Clerico cum prohibitis armis invento.*

157 *Ad punitionem tamen ad judicem Ecclesiasticum remittendus.*

158 *Clericis quando licita, vel illicita venatio? & num. seqq.*

160 *Piscatio omninò eis licita, & differentia ratio.*

161 *Refertur Div. Augustini severa contra venationem censura.*

162 *Nullus Sanctus in Sacra Pagina venator: Piscatores multi inveniuntur.*

163 *Clericis venatio ferarum, quæ hominibus maximè nocent, ut Luporum, Leonum, & similia quando licita sit?*

164 *Concluditur secundus hujus capitis principalis casus circa venationis, piscationis, & aucupii in locis publicis emolumenta.*

165 *Proponitur tertius casus, vel quæstio circa venationes, piscationes, & aucupia in terris dominorum inferiorum: an inter fructus, sive emolumenta jurisdictionis, vel territorii dominis inferioribus concessi sint connumeranda?*

166 *Resolvitur pro negativa sententia contra Duces, Comites, Feudatarios, Barones, & alios dominos inferiores, ne jus aliquod in suis terris circa venationes, & piscationes eis competat: neve edicta pœnalia, sive proclama prohibitiva emittant, & num. seqq.*

167 *Referuntur Doctores id in Neapoli, Sicilia, Gallia, Germania, & aliis Provinciis asseverantes, & num. seqq.*

Et in nostra Hispania in Castella, Aragonia, & Lusitania, & numer. 171. cum duobus sequentibus.

168 *Inferioribus dominis privatas piscationes, seu venationes, defensas, vel forestas ipsis solis apertas facere non licet.*

169 *Nec suis vassallis tales reservatas venationes, aut piscationes concedere.*

170 *Nec à vassallis venatoribus aliquam partem venationis exigere.*

174 *Intelligitur hæc contra dominos inferiores resolutio, ut procedat tantum in publicis locis: secus in suis privatis fundis.*

175 *An justis de causis Domini inferiores possint in suis terris locorum publicorum venationes, & piscationes prohibere, & circa id edicta pœnalia emittere, ne videlicet nutritionis, vel nivium tempore, neve cum laqueis strictioribus, retibus, aliisve damnosis artificiis, de quibus supra venetur, vel piscetur, cum num. seqq.*

176 *Affirmativa sententia.*

177 *Negativa.*

178 *Declaratur pro affirmativa insignis locus Stephan. Gratian. ab aliquibus pro negativa relatus.*

179 *Resolvitur pro affirmativa.*

180 *Domini inferiores, ut Correctores, & Gubernatores in suis locis venationis, & piscationis conservationem curare tenentur: & è contra prædictis tem-*

temperibus, & fraudulentis venandi, aut piscandi desolationem vitare.

181 Iusta causa publicam utilitatem respiciente rectè venatio, & piscacio per dominos temporales prohibetur, & num. seqq.

Ex hujusmodi venationis, & piscationis prohibitionibus non restringitur vassallis piscandi, aut venandi jus, sed ex eo magis conservatur, & augetur, ibid.

183 Civitates, sive Magistratus præfatas venationes, aut piscationes, & venandi modos, aut instrumenta nociva per sua edicta, & proclamata prohibere possunt.

184 Dominorum inferiorum prohibitiones strictiùs procedere debent, quam si per Principem superiorem fierent.

185 In omnibus ferè Regnis, & Provinciis extant jura municipalia, quibus relatis temporibus, & damnosis instrumentis venationes, & piscationes prohibentur.

Iura hæc municipalia inferiores domini per sua edicta rectè exequuntur, ibid.

186 Limitatur dupliciter, & intelligitur superior contra dominos inferiores principalis resolutio, ne venationes, & piscationes in suis terris prohiberi valeant.

Prima limitatio: nisi Regia concessione hæc prohibendi facultas eis competebat, ibid.

187 De hac concessione, aut privilegio: & num. seqq.

188 Non solùm Principibus, aliisque Magnatibus, sed cuilibet alii privato in privilegio competere potest, & seqq.

Adducitur, & exponitur pro confirmatione notabili, ad rem, Text. in l. venditor, ff. commun. prædior. ibid.

189 Adducitur singulare Decii cons. 170. editum pro defensione antiquissimi privilegii nostri Ducis Methina Sydonia circa suam utilissimam thynnorum piscationem.

190 Quæ Regia concessio requiratur, ut hæc venationem, aut piscationem prohibendi facultas, sive forestas, aut defensas in certis locis reservatas faciendi, transeati, & num. seqq.

Requiritur speciale privilegium, ibid.

191 Non sufficit oppidi cum mero, & mixto Imperio concessio: nec cum alta, & infima jurisdictione, aliisque amplissimis clausulis, & num. seqq.

Nihil commune cum jurisdictione venandi, aut piscandi jus, ibidem.

193 Quid si cum clausula generali: cum venationibus, nempè, & piscationibus territorium concedatur: plenè de hujus clausula intellectu, cum num. sequentibus.

195 Iura hæc venationum, & piscationum, & alia publica semper in his concessionibus, oppidis, quibus pro communi usu fuerant deputata, vel longo tempore Regia assignatione præsumpta possessa, reservata censentur, & num. seqq.

196 Hujusmodi Regia concessiones, salvo jure tertii intelligenda.

197 Limitatur semper, nisi specialiter venandi jus sit concessum.

198 Sublimita, nisi oppidum, vel alius tertius similiter privilegio anteriori, aut præscriptione jus venandi piscandive quæsitum habeat; quia præferendus, & posterior gratia retinenda, juxta nostram l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopil.

199 Limitatur secundo superior principalis contra dominos inferiores conclusio: ne videlicet venationes, aut piscationes prohibere possint: vel in certis locis privativas, sive reservatas facere: si pro eis consuetudo, aut præscriptio extet.

Plura de hac consuetudine, sive præscriptione remissivè, ibid. & num. seqq.

200 Ampliatur, si etiam versetur consuetudo circa partem aliquam venationis, aut piscationis à venatoribus, vel piscatoribus pro jure dominico dominis præstandam.

201 Præscriptiones hujusmodi in favorem dominorum quando, & quomodo legitima habenda, & num. sequentibus.

Requiritur ex parte dominorum per banna, sive proclamata, vel aliter contradictio, aut prohibitio: & ex parte vassallorum his prohibitionibus acquietatio, ibid. & num. seqq.

203 Consulitur vassallis, ne unquam his edictis, aut bannis prohibitoriis acquiescant, ut jus commune venandi, piscandive, quoad possessorium, & petitorium conservent.

204 An necessarium sit vassalli, ne ex parte dominorum, aliquod jus præscriptione quæratur, ab edictis, vel bannis prohibitoriis ad superiorem appellare: vel simplex factum continuationis in venatione sufficiat.

205 An hujusmodi prohibitiones sufficiat, quod in uno ex civibus verificentur, cæteris scientibus, nec contradicentibus.

206 Quod tempus in hac præscriptione, vel consuetudine requiratur?

207 Triginta annos sufficere voluerunt aliqui.

208 Immemorialem necessariam verius.

Iura hæc, & similia contra vassallos à dominis per vim, & tyrannidem vehementer præsumuntur possessa, ibid.

210 Similiter piscandi, aut venandi jus in aliquo diverticulo fluminis, vel in sylvis, aut nemoribus publicis in aliqua earum parte reservatas defensas faciendo, tempore immemoriali, à quolibet cum prohibitione alterius præscribitur, ad l. si quisquam, ff. de divers. & tempore præscript. & numer. seqq.

211 Concordantur jura in dict. l. si quisquam cum l. præscriptio, ff. de usucap.

212 Ius venandi pluribus in eadem sylva præscriptione, aut privilegio competere potest, uni circa minores: alteri circa majores feras.

213 Et generaliter circa omnes cuilibet.

214 Venationes, aut piscationes Principis privilegio, aut jussu privativa, & reservata fieri nequeunt in alterius præjudicium, cui anterior privilegio, aut præscriptione est jus quæsitum: plenè in Regiis concessionibus in favorem Comitum, & Magnatum ad venationes prohibendas, & num. seq.

216 Adducitur notabile, & singulare ad rem cons. Decii 170. in causa Excellentissimi Ducis Methina Sydonia contra Marchionem de Tarifa super piscatione thynnorum prius Duci, & posterius Marchioni concessa.

217 Principis gratia, sive privilegia, salvo jure tertii, intelligi, nec aliter procedere debent, non obstantibus quibuscumque clausulis, plura de hac re ad tertii citationem, & alia remissivè ad gratiarum retentionem nostra l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopilat. & n. seqq. & num. 226.

218 In Regia concessione, ut quis in loco publico ædificet, quod sine alterius damno intelligatur, ne ei lumina obscurentur.

219 In privilegio exemptionis à portagiis, ne in præjudicium inferiorum quibus debentur procedat ad singular. l. 11. tit. 18. part. 3.

220 Nec in præjudicium alterius jurisdictionis.

221 Quid in concessione terræ, collectarum solutione in favorem alterius, vel ipsius concedentis gravatæ, an eis ex concessione præiudicium aliquod generetur? & num. seqq.

224 Quid stante publica causa?

225 Expenduntur aliqua circa praxim, & gratiarum reten-

Digitized by Google

tentionem ex nostra l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopil.

226 *Adducuntur alia jura Regia, quæ* dict. l. 11. *conveniunt.*

228 *Concluditur, privilegia, seu gratias circa publicas venationes, aut piscationes dominis inferioribus concesse in præjudicium alterius, cui anteriori privilegio, vel præscriptione debentur, nullius esse momenti, & apud nos in Supremo Senatu in Aula Justitiæ retinendas.*

229 *Princeps, & alii inferiores an ferarum venationis, aliàs licita, prohibitionem incidere possint, si ex hoc adeo ferarum copia crescat, ut segetibus, vineis, & aliis satis grave damnum inferatur? & an ad restitutionem teneantur, & ad liberam venandi aperiendam facultatem?*

230 *Quid in venatoribus, si fortè dum feras insequuntur, damna aliqua in segetibus causaverint?*

231 *Quid si pro capiendis apris, ursis, & similibus feris, foveas, vel alia paramenta fecerint: & in eis bos, asinus, aliudve animal ceciderit?*

232 *Domini inferiores, an de consensu populorum venationis, & piscationis commoda in locis publicis sibi privativa habere possint: vel forestas aliquas, seu nemora reservatas facere? plenè, & noviter disputatur, ac resolvitur: & num. seqq.*

Refertur affirmativa opinio, ibid.

233 *Resolvitur pro negativa, & n. seqq.*

234 *Nullum jus habent oppida, circa locorum publicorum venationes, & piscationes, quod aliis cedere possint, præter omnibus etiam à loco exteris communem usum, qui eis jure gentium competit, & supra, num. 137.*

De hoc communi usu, eum alicujus privativum faciendo, solus Supremus Princeps disponere potest, & dict. num. 233.

Oppida per sua edicta, aut statuta venationem, & piscationem in locis publicis, nec contra forenses, nisi ex justa causa prohibere possunt: dict. numer. 234.

235 *Flumina, & similia loca publica, quoad venationes, & piscationes, an sint propria oppidorum, & num. seqq.*

236 *Oppidorum, seu Civitatum bona quæ, & eorum species?*

237 *In eis non comprehenduntur venationes, & piscationes.*

Flumina omnibus, etiam exteris à loco communia sunt: ad declarationem, §. Flumina, instit. de rer. divis. *& notabilis* l. 6. tit. 28. part. 3. *ibid.*

238 *Aliud est, quem venationibus, & piscationibus uti posse: aliud verò alios ab usu prohibere.*

239 *Oppida, aut Civitates, & si privilegio, aut præscriptione in venationibus, & piscationibus locorum publicorum jus quæsitum haberent, adhuc id suis dominis inferioribus, absque Regia facultate cedere, vel aliter alienare non possent, cum num. seqq. & concluditur cum aliquibus ampliationibus, infrà num. 246. & 247.*

240 *Bona oppidorum publica, & inter eos quoad usum communia sine Regio assensu alienari nequeunt.*

241 *Comprobatur de jure Regio per Text. in* l. 11. tit. 7. lib. 7. Recopil.

242 *Nec super eis oppida servitutem aliquam, vel obligationem, in consulto Principe imponere possunt.*

243 *Nec transigere, vel alios contractus facere.*

244 *Quin dominorum inferiorum licentia sufficiat.*

246 *Similiter quoad pascua publica, non possunt oppida absque Regia facultate novas defensas facere.*

247 *Quid si privilegio, aut præscriptione jus circa venationes, & piscationes oppidis competat? an jus hoc, ut proprium suis dominis absque Regia licentia cedere possint?*

248 *Concluditur hujus capitis materia circa venationis, piscationis, & aucupii emolumenta, aut fructus.*

249 *Referuntur plura remissivè ad materiam venationis, & piscationis: & ad multa commoda, & incommoda ex eis provenientia: congeruntur que pleaissimè Doctores materiam tractantes: & num. seqq. usque ad finem.*

EGregiam quidem, nec minus necessariam nostræ materiæ quæstionem in præsenti suscipimus, circa *venationem*, videlicet, & *piscationem*, an in fructu fundi, vel territorii, ubi exerceri potest, sit? & consequenter an ad illius dominum spectet? nam in hac, & similibus quæstionibus, necessariò, licèt extra suum locum, de hujusmodi fructuum acquisitione simul nobis erit agendum ob individuitatem istarum quæstionum, ipsarumque resolutionem cum per Juris Consultos, & Doctores quæstio, an venatio, vel ejus emolumenta in fructu sint? promiscuè cum quæstione, an usufructuario, vel similibus personis debeantur? tractetur, ac resolvatur, quia necessariò unaquæque ab altera dependet. 1

Cujus præsentis quæstionis de venatione, & piscatione, an in fructu reputentur? & cui competant? tractationem nostræ de fructibus materiæ omninò necessariam, nemo est, qui non videat; nam cuilibet liquet, magna lucra, & redditus ex venationibus, & piscationibus redigi, ut benè notat Maximil. Faust. *in consil. pro ærar. clas.* 10. *consil.* 40. *ord.* 805. & præcipuè in locis maritimis ubi piscationem Salmonum, Ostreorum, Concharum, & aliorum innumerabilium piscium, qui in variis Provinciis capiuntur, valdè fructuosam indèque ingentem pecuniam redigi refert Gaspar. Kloch. *de ærar. lib. 2. cap. 5. ex numer. 83. & de contribut. cap. 1. num. 342.* 2

Qua ratione propter hoc magnum quæstum, & redditum, magnam quoque fuit semper Romanorum cura, atque studium de piscibus, & piscinis, ita ut incredibile videatur, quanto olim in pretio, & æstimatione pisces apud eos fuerint: quanta solicitudine, & anxietate, voluptate, & luxu, piscium abundantiam, & varietatem tam in Romanæ ditionis maribus, quàm in privatis piscinis, cumulaverint: qui Romanorum luxus, & profusa gula, atque edendi varietas, eo usque pervenit: & piscationum redditus, sive fructus ad commercium ita fuerunt redacti, ut Italis littoribus ignotos pisces, navibus ex remotissimis advectos Provinciis in mare Italicum immiserint, & tanquam fruges in terra seminarint: arbitrantes non modicam in his Republicæ utilitatem versari: piscinas quoque, & vivaria pretiosissimis piscibus referta, magnisque sumptibus instructa haberent; non solùm ob illius sæculi delitias, & luxuriam in epulis, sed etiam propter ingentia lucra, & redditus, sive fructus, quos ex piscinis percipiebant, & quidem minori opera, & impensa, quam qui ex cæteris fundis percipiuntur. 3

Quare ob hujusmodi emolumenta, aut fructus multi privati, & præcipuè Romani in piscinis, ac vivariis majores, quam in frumentariis prædiis, & Palatiis extruendis, sumptus fecerunt. 4

Et primò Sergios Ostrearum piscinas primus omnium 5
habuit: Licinios Mutena reliquorum piscium vivaria
primus quoque instituit; & ut refert Macrob. *lib. 3. Sa-*
turnal. cap. 16. † Luc. Lucul. sciso juxta Neapolim mon- 6
te, majori impendio piscinam, quàm villam, ædifica-
vit: † Marcusque Cato Uticensis, ut testatur Varro, ita 7
magnos fructus ex piscinis redegit, ut ex piscina Lucul-
li, cujus hæres esset relictus, quadraginta novem millia
piscium vendiderit: † Idemque Cato pluris Romæ ven- 8
didisse piscem quemdam, quàm bovem fertur: † Unum- 9
quemque mulum piscem tanti aliquando fuisse venditum,
quanti hodie centum insignes equi, narrat Macrob. *lib. 3.*
Saturnal. cap. 16.

Mu-

10 Murenarum vivaria Cajus Hircius lucri, sive fructus
redigendi causa excogitavit, qui cœnis triumphalibus
Dictatoris Cæsaris sex millia murenarum mutua appen-
dit; tradit Chassan. *in cathal. glor. mund. part. 1. consi-*
der. 51. Sebastian. Medic. *de venat. & piscat. quæst.* 69. *in*
11 *fin.* † Quod piscis genus, sive Murena juxta Paul. Jovium
in *Libell. de Roman. piscib.* seu quæ à Plin. *Mustella*, &
à nobis à *lambendis petris Lampreta* dicitur, fuit apud
Romanos, & alias nationes in maximis delitiis: partim
ob præstantiam sapotis, partim ob insignem vivacita-
12 tem: † Et quia licet reliqui pisces multoties, aut tædio
carceris, aut vitio piscinarum facilè intereant, Murenæ
tamen diutissimè ad parandos redditus, vel voluptatis
13 causa asservantur; † Ex quibus hunc piscem tantopere
per Romanos dilectum fertur, ut Crasus Murenam
in vivario suo mortuam traditur, ut filiam, luxis-
se, & tumulo condidisse: & Antonia Drusi filia Mu-
renæ à se impensè amatæ inaures, hoc est, ornamen-
tum ex aure dependens addidit, refert Chassan. *d. consi-*
derat. 51.

14 Vetius Pollio immanissimus, cum piscinas magno stu-
dio coleret, solebat servos occidere, eosque piscibus vo-
randos præbere, ut hominum cruoris pastu delicatio-
ris, & præstantioris saporis atque æstimationis essent,
Sebast. Medic. *de piscat. dict. quæst.* 69. *in fin.*

15 Quarum Piscinarum usus non solum apud veteres, &
Romanos fuit, verum etiam in nostris temporibus in
multis locis servatur, & ex eis ingentes redditus, sive
fructus capiuntur: In Bohemia refert Dubravius *lib.* 1.
de piscin. cap. 2. *&* 3. Janum à Berensteim illius Regni pro-
cerem ex redditibus piscinarum, quas in Bohemia, Mo-
ravia, atque Silesia possidet, plus in singulis annis duode-
cies sextertium percipere.

16 Apud nos etiam in nostri Regni portubus magni red-
ditus ex piscationibus percipiuntur, maximè in Galleci,
& Cantibrici maris littoribus: necnon, & in Bœtica
per Illust. Ducem Methinæ Sidoniæ ex piscatione thyn-
norum, qua amplius quadraginta millia ducatum in sin-
gulis annis redigit.

17 Ideò quoties bonorum æstimationem, vel in æstimum
publicè describi statutum jubet, lacus piscatorios, &
portus in censum à domino referendos esse ait Herodian.
lib. 4. *de censib.* Maximil. Faust. *in consil. pro ærar. clauf.* 1.
conf. 47. *ord.* 47. *vers. quare.*

18 Quibus de venationis, & piscationis ingenti quæstu,
ac redditu dictis, ne rem inutilem, & extra nostrum de
rerum fructibus, & redditibus tractatum agere notemur,
aliqua adhuc generalia circa materiam, & naturam,
necnon & piscationis, & venationis differentiam præ-
notabo, ut deindè majori claritate nostram principalem
quæstionem circa hujusmodi rerum fructus, & emolu-
menta plenè discutiam.

19 Primò ergo venationis nomen generale tres venatio-
nis species comprehendere dicunt Doctores ex Platone
Aucupium, videlicet circa aves: piscationem circa pisces:
& venationem in specie sumptam circa animalia terrestria:
notant noster Azeved. *in proœm. tit.* 8. *lib.* 7. *Recopilat.*
20 *num.* 1. Gasp. Kloch. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. † Ad alias
autem differentias venationis in specie sumptæ videndi
summistæ in verb. *Venatio*, Menoch. *de arbitr. cas.* 413.
num. 3. *cum seqq.* Chassan, *in cathal. glor. mund. part.* 12.
consider. 49. *cum seqq.* Sebast. Medic. *in tract. de venat. in*
princ. num. 34. *cum seqq.* Franc. Marc. 1. *part. decis.* 529. *ex*
num. 1. Bulenger. & Rader. *in l. venatoribus, C. de excu-*
sat. muner. lib. 10. & ibidem Amay. *ex n.* 1. & latè Cano-
nistæ *in cap.* 1. *de cler. venator.* qui frequenter venationem
in clamosam, saltuosam, spatiosam, oppressivam, areno-
sam, sive amphytheatralem, & in alias species dividunt,
in quibus immorari non licet, quia earum notitia potiùs
curiositatem, quàm aliquam praxis utilitatem respicit.

21 Secundò nota, præfatas venationis tres species, au-
cupium videlicet, piscationem, & venationem ferè in
omnibus, quoad juris effectus inter se convenire, de
unaque ad aliam argumentum sumi posse, ut comproba-
tur per Text. *in l. item si fundi* 9. §. *Aucupiorum, ff. de usu-*
fruct. l. quemadmodum, §. *Item labeo in fin. cum vers. seq.*
juncto ibidem Gothofr. *ff. ad l. Aquil.* & notant Philipp.
Decius *cons.* 270. aliàs 571. incipit, *in casu transmisso ex*
Hispania, noster Gregor. *in l.* 6. *tit.* 28. *part.* 3. *gloss. magna,*
in med. Amay. ubi proximè, *num.* 57. Joann. Gryphian-
der. *in tract. de insul. cap.* 9. *numer.* 44. Maximil. Faust. *in*
consil. pro ærar. clas. 6. *cons.* 18. *ord.* 560. Kloch. *de ærar.*
lib. 2. *cap.* 5. *num.* 69. *&* 70. & per alios plures proximè re-
ferendos, qui promiscuè de venatione, piscatione, &
aucupio loquuntur; quare in uno per nos infrà dicenda,
in aliis quoque intelligentur, nisi differentiæ aliqua ratio
specialiter constituatur.

Venatio autem pro Ferarum terrestrium in specie sum- 22
pta non tam ob quæstum, & lucra, quæ ex ea parari so-
lent, apud omnes magni habita est, sed alia quidem ma-
jori ratione, qua maximè apud Principes, & nobiliores
laudabilis, & ut nobilissima, ac liberalis exercitatio ha-
betur; † quia nimirum, teste Xenophonte, & Oppian. 23
in suis libris de venation. bellicarum expeditionum vetus-
simam meditationem, vivamque imaginem esse existi-
matur: nihilque aliud, quam ipsius militiæ tyrocinia,
vel rudimenta: † In hoc namque honesto, laborioso, 24
& ingenioso exercitio juvenes laboribus robustiores, &
bello, ejusque insidiis aptiores redduntur; venatores
enim feras, ut hostem insectantur: in eis, ut in bello
hostem investigare, persequi, ferire, & insidiis delu-
dere discunt: frigori, æstui, fami, siti resistere, alia-
que pericula contemnere assuescunt; sæpè equidem in
somnes noctes transigere, cubare humi, frigoris ango-
res, solis æstu, pulveremque pati solent: multisque aliis
laboribus exponuntur, qui militaribus, non absimiles
sunt.

Quarè hæc honestissima, & liberalis exercitatio sem- 25
per Principibus, & Nobilioribus digna, ac frequentior
habita fuit, ut tanquam ex militiæ tyrocinio, vel scho-
la vera documenta bellica citiùs agnoscant, vel potiùs
ad eam jam edocti evadant: † unde Plato *lib.* 6. *de legib.* 26
monet, adolescentes alendis canibus, & reliquæ vena-
tioni operam date, *& lib.* 7. *in fin.* Optimam esse dicit
quadrupedum venationem, quæ equis, canibus, cor-
poris viribus, similibusque bellicis exercitiis agitur: &
Lacedæmonii ex Legibus Licurgi studia circa venationes
per omne tempus agebant, nisi veræ militiæ vacarent,
ut refert Plutarch. in vita ipsius Licurgi Diogenes Syno-
peus, teste Laertio in ejus vita, pueros, quos instruen-
dos habebat, in venatione exercitabat, & Heraclides
in politica Cretensium scribit, ex Cretensi lege eum,
qui pueris præerat ex lege eos ad venandum educare de-
bere.

Multique Principes, & insignes Duces primam mili- 27
tiæ suæ documenta in venationis exercitio habuerunt:
Pelopidas Thebanus vir animi virtute, & corporis robo-
re præcellens, primam militiæ suæ institutionem à vena-
tionis meditatione accepit, refert Plutarch. in ipsius vi-
ta. Philopæmenes Achaeon, dux insignis, quoties ab
armis vacabat, venationibus exercitabatur; dicebat enim,
rei militaris venationem comitem esse, tradit idem Plu-
tarch. in vita ipsius: & Alexander Magnus post pran-
dium sæpè diem venatu consumebat, ut memorat idem
Plutarch. in illius vita: & Æneam, Achilem, fortes
Sabellos, Castorem, Pollucem, aliosque celeberrimos
Duces venationem exercuisse fama refert, teste Eliano
lib. 9. *de var. histor.* idemque de Trajano Imperatore,
Adriano, Marco Antonio Philosopho, Alexandro Seve-
ro, de aliisque Imperatoribus Romanis referunt Dion
Cassius, & Julius Capitolinus.

Et generaliter, quod huic honesto, & saluberrimo 28
venationis moderato exercitio omnes, & præcipuè ju-
venes inclinare laudabile sit, facillimè adstruitur: ex
quo in eo operam dantes non solum corporis robur me-
diocri agilitate, & exercitio conservant, atque augent,
salu-

Digitized by Google

salutemque aliàs nimio otio debilem à multis morbis
29 præservant, † verùm etiam, quod dignius, & laudabi-
lius habendum, nobilis hæc exercitatio mentem, ani-
mumque à pravis cogitationibus, quæ ex otio necessa-
30 riò oriuntur, avocat; † venator enim dum retia tendit,
nihil aliud, quàm speratam prædam considerat, sive at-
tendit: nihil ultra spectat, vel respicit: præda namque
capta, ipse magis, ipsiusque animus alacritate captus, &
à variis cogitationibus abstractus remanet: evadente au-
tem fera, tunc etiam majori tristitia possessus, spe tamen,
quæ nunquam venatori aliam capiendi deficit (& si ple-
rumque fallat) magis intentus, & laboriosus laqueos præ-
31 parat, ac primas diligentias repetit: † & ita otium, quo
nihil perniciosum magis, honestè declinat; unde venatio-
nem per Deos inventam dicebat Xenoph. *in suo libro de
venatione*; eamque ex hac ratione magnopere laudat Ci-
cer. *lib. 1. de offic.* Chassan. *in Cathal. glor. mund. par. 11.
considerat.* 50. Plinius Iunior *Epist. 6. ad Cornel.* qui ita
mirabiliter ad prædicta de ea loquitur: *Mirum est* (inquit)
*ut animus hac cogitatione, motuque corporis excitetur; nam
undique, & sylva solitudo, ipsumque silentium, quod vena-
tioni datur, magna cogitationis incitamenta sunt.*

32 Et ex eadem ratione hujusmodi honestam exercitatio-
nem optimum remedium contra inhonestas cogitationes
dixit Ovid. *lib. 1. de remed. amor.* ibi:

Vel tu venandi studium cole: sæpe recessit
Turpiter à Phœbi victa sorore Venus.
Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci
Nunc in frondosis retia tendere jugis.

Et paulò post prosequitur.

Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ,
Excipit, & dulci membra quiete levat.

33 † Quod quidem in juvenibus rectè procedit, ut calo-
res juvenules, alias effrenati, & ad luxuriam dediti com-
pescantur: uxorati tamen ab hoc nimio, & laborioso
exercitio abstinere debent, ne in uxoris jacturam, & con-
temptum vertatur, ut mirabiliter canit Orat. *lib. 1. oda 1.*

Manet sub Iove frigido venator
Teneræ conjugis immemor.

34 † Et ad plura alia commoda ex temperato usu vena-
tionis videndi Xenophon. *de venation. lib. 1. & 8.* Tiraq.
de nobilit. cap. 37. n. 141. Cyropæd. Buchan. *lib. in Dorn.*
Patric. 3. *tit. 6.* Scipio Amirat. *polit. in Cornel. Tacit. di-
sput. 1.* Iun. *part. 2. de illustr. recreat. orat. 8. de venat.*
Schonnuert. *lib. 3. polit. c. 46.*

35 Quas præfatas venationis laudes intellige, dummodo
non immodicè exerceatur, neque omne tempus, vel ma-
jorem ejus partem Principes, vel Magnates in ea consu-
mant: sed recreationis tantum causa cum moderamine,
& temperantia hac venandi voluptate uti debent: non ut
plerique faciunt, qui ita venatici studii amantes sunt, ut
omnium rerum suarum obliti, tam libenter ei, ac jucun-
dè se mancipant, ut nihil hoc exercitio, licet satis labo-
rioso, jucundius putent: & in tantum hæc voluptas, vel
potius vitium aliquorum animos delectat, atque occupat,
ut canum latratus, raucum cornuum sonitum, venato-
rumque confusos clamores lubentius, quam musicum
concentum audiant.

36 Quod quidem maximè à Principibus vitandum, in qui-
bus principaliter immodicum venandi studium omnes
reprehendunt, ut notat Tiraqu. *de nobilit. c. 37. n. 13.* pro-
pter magnum præjudicium, quod exinde Reipublicæ
necessariò sequitur; nam plerumque his voluptatibus
Principes traditi, & multoties mancipati, publicum gu-
bernium viduatum in alieni pastoris manibus relin-
37 quunt; † unde justitia conculcatur: Magistratus impu-
nè corrumpuntur: omnesque sui muneris immemores,
quælibet delicta patrare non timent, dùm Principem im-
memorem quoque Regni gubernii, & his venationum,
38 & similibus diverticulis omninò deditum aspiciunt. † Fri-
gescitque insuper vassallorum erga Principem amor, dum
ipsis vassallis, suisque populatis urbibus belluas, & solita-
ria nemora præferre vident: nihilque aliud ex hoc insa-

no venandi studio, quam populorum quærimoniæ, vidua-
rum maximè, & orphanorum exaudiuntur; omnes enim
in quolibet casu adverso protinus defectum, vel negle-
ctum Regis, ut omnium malorum causam, & radicem
exclamant; abstineant ergo Magnates, & Principes ab
hoc nimio venandi, & conversandi cum feris desiderio,
ne tot mala ex eo in Rempublicam profluant: † & ne ipsi, 39
ut plerumque in venatoribus accidit, homines crudeles,
horridi, sanguinolenti, & artium, studiorumque destru-
ctores efficiantur; † & denique, humanitate abjecta, in 40
belluas transformentur, ut apud Ovid. *lib. 3. Metamor-
phos. fabul. 5.* inspicitur, in fabula illa Actæonis, qui vena-
tionis exercitio admodù deditus in cervum transforma-
tus fingitur à Poetis: & ex eo à propriis canibus laceratus;
† vel quia, ut frequenter moralizatur, omnes patrimonii 41
facultates in hoc exercitio impendit, ac consumpsit: ut
hoc insanum studium, ac immodicam venandi cupidita-
tem reprehendentes notant Tiraquel. *de nobilit. c. 37. nu.*
149. Arnisæus *lib. 3. de jur. Majestat. c. 4. pag.* 532. Here-
suach. *de Republ. Christian. c. ult. pag.* 328. Noe Maurer.
p. 7. tit. venat. servis Dei interdict. pag. 132. † qui multa 42
quoque incommoda referunt, quæ vassalli ex suorum
Principum assiduis venationibus patiuntur, de quibos
etiam Maximil. Faust. *in cons. pro arario, clas. 10. cons. 11.
ord.* 1545. Spangenuerg. *in Matth. hister. polit. 5. n. 4. pag.*
88. & 89. Iun. *p. 2. de illustr. recreat. orat. 8. de venat.*

Quibus superiùs contra immodicam venationem con- 43
sideratis, cessantibus, venatio temperatè, recreationisque
causa sumpta laudabilis admodum, & honesta, tam in
Principibus, quam in aliis inferioribus est reputanda, ut
supra dixi: † Nec obstat, quod in pluribus locis Sacræ Pa- 44
ginæ venationis nomine crudelitas, ac tyrannis frequen-
ter designatur, ut constat ex Genes. 10. *vers.* 10. ubi: *Nem-
brot fortis venator coram Domino* vocatur, hoc est, prępo-
tens tyrannus, sive prędo publicus, & in Psal. 90. *vers.* 3. ibi:
Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, & apud
Ezechiel. 32. *vers.* 30. *Principes Aquilonis omnes, & uni-
versi venatores.* † Et jura *in c. quorundam 34. dist. c. qui* 45
*venatoribus & seqq. 36. dist. & c. 1. & seq. de Cleric. ve-
nat.* ubi ars nequissima venatio dicitur; nam hæc loca in-
telligi debent: primo relata ex Sacra Pagina de venatione
oppressiva hominum, aut Regnorum, qua ille crudelis
Nembrot coram Domino, idest apertè, & palam sine me-
tu exercebatur, ut optimè explicat D. Augustinus *de Civi-
tat. Dei lib. 16. c. 24.* Iura vero superiora canonica intelli-
ge respectu quarundam personarum, quibus venatio præ-
ter recreationem prohibetur, ut dicam *infrà*.

His ergo pro generali materię venationis, piscationis, 46
aut aucupii expositione, atq; exornatione prænotatis, inci-
dimus jā in hujus capitis principalē quæstionē: an, videli-
cet, hęc inter fructus fūdi, vel territorii cōnumerāda sint?

Pro cujus satis difficilis, & intricatæ quęstionis clario- 47
ri resolutione proponam tres casus principales, in quibus
hæc dubitatio frequenter accidere solet: *Primus* casus erit
in fundo privato ipsius domini respectu: an ei venatio,
ejusque contra alios prohibitio, ut fundi fructus, compe-
tat? *Secundus* erit casus circa venationem, piscationem,
vel aucupium: an hæc emolumenta in locis communibus,
sive publicis supremæ regaliæ præcipua, & privativa sint,
ab eisq; per Principem vassalli arceri, sive prohiberi pos-
sint, vel potius omnibus cōmunia sint relinquenda? *Ter-
tius* casus erit circa venationes, & similia in terris Comi-
tu, Marchionū, vel Magnatū, aliorūve Dominorū inferio-
rū: an hę ipsorum territorii, vel Dominii, aut jurisdictionis
fructus reputentur, facultatemq; habeant prohibendi hu-
jusmodi piscationes, aut venationes in suis locis, vel terris?

In primo igitur casu in privatorum fundis indistin- 48
ctè resolvendum videtur, venationem, piscationem,
vel aucupium in cujuslibet fundi fructu esse, ut compro-
bari apertè videtur ex Ulpian. *in l. item si fundi 9. §. Au-
cupiorum 5. ff. de usufruct.* ubi hæc emolumenta fundi
redditus, & ad fructuarium pertinere ex Cassio affirmat
Ulpianus: † idemque resolvit Triphoninus *in l. usum-* 49

fructuarium venari 62. cum vers. de vivariis, eodem tit. ex quo text. ad possessorem quoque majoratus spectare notat D. Molin. *de primogen. lib. 1. c. 22. num. 8.*

50 Quæ conclusio firmari etiam potest ex sæpiùs in hoc tractatu repetitis, ut, videlicet, in fructu fundi connumerari etiam debeant non solum ea emolumenta, quæ in ipso fundo nascuntur, vel ex eo immediatè percipi solent, verum etiam, quæ ab eo mediatè, vel immediatè, aut ejus occasione proveniunt, ut ex dict. *l. item si fundi* 9. & aliis juribus cum Castill. Ciarlin. Guizzarel. Christin. Nigro, & aliis pleniùs resolvi supra in hac *part. cap. 3. per tot.* ubi ex hac ratione similia emolumenta, licèt ex ipsis rebus immediatè nō provenientia, inter ipsius fructus connumeranda latè comprobavimus, maximè attenta juris civilis lata, & generali verbi *Fructus* interpretatione.

31 Item hæc sententia confirmari videtur ex eo, quod fundi dominus in eum venandi causa ingredientem jure prohibere potest, quasi venationis emolumenta, ut ab ipso fundo provenientia privativa sint, ut deciditur *in l. 3. §. Nec interest, vers. Plane, ff. de acquir. rer. domin. §. Planè, instit. de rer. divis. l. Divus Pius, ff. de servit. rusticor. prædior.* & notant Institutarii *ind. §. Planè*, ubi optimè ultra alios Schenneydevvin. *num. 7. cum seqq.* & alii proximè referendi.

52 Sed hac sententia, & rationibus, pro ea traditis, non obstantibus, pro verissima resolutione distinguendum est inter fundum, cujus redditus ex venatione, piscatione, vel aucupio constant; quia ad id est paratus vivariis, ac similibus instructus: & inter fundum, qui ad id non habetur, sed ut alii fructus industriales, vel naturales ex eo percipiantur, licèt in eo quoque aucupia, vel venationes exerceri possint: In primo casu venationes in fructu fundi esse negari non potest: In secundo vero contrarium est dicendum.

53 Quam resolutionem, ac distinctionem tradit expressè Paulus *in l. venationem 26. ff. de usur.* in illis verbis: *Venationem fructum fundi negavit esse, nisi fructus fundi*
54 *ex venatione constet*: † Quo sensu in primo nempè casu dictæ distinctionis intelligi, & procedere debent jura superius pro contraria sententia ponderata, *in dict. l. item si fundi 9. §. Aucupiorum 3. l. usumfructuarium venari 62. cum vers. de vivariis, ff. de usufruct.* prout optimè intel-
55 ligit Gloss. *in d. l. venationem, in verb. Constet.* † Et in hoc etiam sensu satis expressè ferè omnes Doctores loquuntur, ut constat ex Bart. *in l. cum plures, ff. locat.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 17. verb. Et faire, n. 9.* D. Molin. *de primog. lib. 1. c. 22. n. 8.* Baeza *de decim. tutor. c. 24. n. 17.* Joan. Guttierrez *de tutel. & cur. p. 3. c. 27. n. 23.* Azeved. *in proœm. tit. 8. lib. 7. recopil. nu. 16.* Guizzarel. *decis. 34. n. 2. in fin.* Qui omnes, dum venationem, piscationē, vel aucupiū in fructu fundi esse affirmant, id cum dicta declaratione dicunt, si nimirū, ipsius fundi redditus in venationibus consistant, in eoque feræ capi solitæ sint.

36 De quo etiam casu intelligi debet secundum fundamentum pro prima sententia adductum; nam quòd quælibet emolumenta etiam mediatè, vel occasione rei provenientia in fructu sint, & ad fructuarium pertineant, hoc semper intelligi debet, dummodo juxta solitum usum percipiantur; alias enim fructuarium extra consuetudinem, vel solitum usum rei utentem non uti, sed abutitur, Castill. *de usufruct. c. 3. n. 101.*

57 Juxta quam distinctionem similiter intelligi debet commune Doctorum dictum asserentium, decimam Ecclesiasticam ex venationibus, & piscationibus, tanquam ex aliis fructibus deberi, ut docent D. Covarruv. *in regul. peccatum, 2. p. c. 12.* & cum aliis August. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. lib. 3. c. 26. §. 1. n. 13. & in c. non est, n. 5. de decim.* ubi notant cæteri Canonistæ, quod, videlicet, declara cum inter fructus prædiorum, & fluminum venationes, & piscationes habentur.

58 Et in eodem casu procedit, quòd decima tutori, ex his emolumentis rerum minoris sit præstanda, attento nostro jure Regio, ut de aliis fructibus rerum minoris: notant in specie Baeza *de decim. tutor. c. 24. nu. 17.* Joan. Gutierrez *de tutel. 3. p. c. 27. n. 23.*

Ex quibus similiter infertur, quòd si quis in agro sibi 59
pignori dato venatus, vel piscatus fuerit, vel etiam aucupatus, tenebitur venationem, vel piscationem in sortem computare, si fructus fundi ex venatione, vel piscatione constet: secus vero si non, juxta dict. *l. venationem, ff. de usur.* explicat eleganter Sebast. de Medic. *de venat. & pi-*
scat. q. 41. † qui similiter *in q. 18.* interesse venationis, pi- 60
scationis, & aucupii deberi ait, si quis alium piscari, aut venari injustè prohibuerit, si piscationis, vel venationis redditus juxta solitum certi sint; contra si incerti, & animadvertit quoq; D. Covarruv. *in d. §. 2. n. 12.* qui ita intelligit, *l. quemadmodum, §. Planè, cum vers. Idem, ff. ad leg. Aquil. cum l. si jactum retis, ff. de action. empt.* ubi eleganter etiam de horum juriū concordia, Gothofr. *lit. L. & M.*

Unum tamen nota, quod pisces majori cum ratione flu- 61
minis, vel stagni fructus appellantur: & quidem pendentes, & eorum partes censentur, quia magis his locis cohærent, ibiq; aluntur, & tanquam immobilia fructificant, ut per tex. *in l. fines, alias limes, §. Pisces, ff. de act. empt.* & ibidem Gloss. & Bart. notant Zasius *in tract. de feud. p. 4. n. 2.* Guid. Pap. *dec. 91. n. 4. & 5.* Vvesembec. *in paratit. ad tit. ff. acquir. rer. domin. n. 7. vers. Piscari autem in alieno*, de quo dicam etiam *infr. num. 82. & 83.*

Sed hoc semper intellige juxta præfatam nostram di- 62
stinctionem, & resolutionem: si, nimirum, in id flumina, vel stagna habeantur, ut in eis pisces fructificent, redditusque causa piscatio exerceatur.

Juxta quæ in eorum comprobationem extat singula- 63
ris, & elegans distinctio, Chassanæi *in consuet. Burgund. rubr. 4. in gloss. dels droictz &c. §. 2. n. 24.* qui loquens de piscatione, & an in fructu fundi sit? Rectè pro resolutione distinguit inter pisces, qui in flumine, vel stagno sunt, ut ibi fructificent: & inter eos, qui solius custodiæ causa in piscinis asservantur, quorum illos in fructu esse affirmat, secus vero istos; quam etiam distinctionem sequitur Harthman. Pistor *lib. 1. qu. jur. 24. n. 63. & 66.* Maximil. Faust. *in cons. pro ærar. clas. 6. cons. 18. ord. 560. vers. quod autem.* Cujus distinctionis ratio in comperto est; quia nimirum flumina, stagna, vel lacus in id frequenter habentur, ut in eis piscationes exerceantur, ex quibus percipiantur piscium redditus, & hoc perpetuò ob piscium in his locis renascentiam, & procreationem: quod non invenitur in piscinarum piscibus, qui ibi non includuntur, ut quotannis redditus parentur, nec id fieri posset, cum nulla inter tales pisces procreatio, vel renascentia esse soleat, sed custodiæ tantum causa ibi reponantur: & ut res principales, ac mobiles, non ut piscinarum fructus, vel partes, pisces habeantur; ad aliam autem inter hos pisces distinctionē, quoad dominium, & restitutionē pleniùs dicā *infr. ex n.*

Nec prædictæ nostræ principali distinctioni obstat, 64
quòd pro tertio argumento dicebamus, privatum dominum in suo fundo venandi causa ingredientem indistinctè prohibere posse juxta dict. *l. 3. §. Planè, ff. de acquirend. rer. domin. l. Divus Pius, ff. de servit. rustic. præd. §. Plane, instit. de rer. divis.* imò ex hujus dubii declaratione clarior nostra resolutio patebit, nam licèt verissimum sit, & apud omnes Doctores receptum, fundi dominū alium venandi causa ingredientem prohibere posse, hoc tamen non provenit, quia venationes, sive feræ in fundo existentes ipsius fundi fructus reputentur; sed quia cuilibet jure gentium, & ex dictis juribus civilibus prohibitum est, fundum alienum, invito domino ingredi ob ipsius domini injuriam, qui rem suā per alium occupari rectè prohibet, ut benè notant Io. de Medin. *de restit. q. 12. vers. quibus præmissis, cum seq.* & optimè *in vers. Nec obstant*, Domin. Sot. *de justit. & jur. lib. 4. q. 6. art. 4. vers. Sed tertio in med.*
† Qui rectè animadvertunt, hujusmodi feras fundi fructus 65
nō esse, ut arbores, & cæteri fructus in eo nascentes; sed, nulla apposita hominum cultura, hæc animalia spontè per maris, & fœminæ conjunctionem in fundo, non ex fundo generari.

Et

66 Et prædicta *ad dict. l. 3. §. Planè*, sequuntur, licèt non ita ad rem explicent, D. Covarruv. *in regul. peccatum*, 2. *part.* §. 8. *num.* 5. Pat. Molin. *de justit. & jur. tom.* 1. *disput.* 41 *in fin.* Gutierrez *canonic. quæst. lib.* 2. *q.* 28. *numer.* 31. Azor. 3. *part. institut. moral. lib.* 5. *cap.* 16. Donel. *lib.* 4. *comment. cap.* 8. Schenneidevvin. Vinius, & cæteri vulgares Institutarii *in §. Feræ, vers. Planè, Instit. de rer. divis.* Amaya *in l. unic. num.* 52. *Cod. de venat. ferar. lib.* 10.
67 Kloch. *de ærar. lib.* 2. *c.* 5. *ex numer.* 4. † Qui omnes præfatam prohibendi facultatem nulla alia ratione, vel jure procedere affirmant, quam ratione dominii cuilibet in suo fundo competentis, non verò ex quo aliquod ius in feris, ut in cæteris fundi fructibus, dominus habeat; quia imò hujusmodi feræ, non obstante præfata facultate prohibendi eas venari à jure dominis concessa, adhuc jure naturali liberæ, & in nullius bonis manent, ut primò occupantis fiant, ut benè notat D. Covarruv. & alii ex Doctorib. *citat.*

68 Sed licèt hæc omnia de jure procedant, de generali tamen consuetudine maximè apud nos invenio, quemlibet venandi causa ingredi in fundis privatis frumentariis apertis, quæ segetibus principaliter, similibusque fructibus parandis; non venationibus habentur, dum levatis fructibus, id faciat, nec segetibus noceat, quam consuetudinem apud nos semper servandam censeo; aliàs enim si id domini prohibere possent, faciliter etiam quilibet sua prædia faceret *terminos rotundos*, qui principaliter in eo etiam ultra alia, consistunt, ne quis venationis causa alterius prædia, sive terminos, ipso prohibente, ingrediatur, ut diximus, *supra hac part. cap.* 7. esseteque contra nostram *l.* 13. *&* 14. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recop.* terminos hujusmodi rotundos quem facere vetantem, de cujus materia plenius, diximus supr. hac part. *dict. c.* 7.

69 Ultra quæ superior ratio, in dict. *num.* 67. relata, ne videlicet quis feris in proprii fundi dominum aliquod habere videatur: sed imò in nullius bonis esse, & principalis nostra ex hac, & superioribus rationibus resolutione, venationes privatorum prædiorum, quæ in id non habentur, fructus sint, manifestè comprobatur ex alia communi Doctorum resolutione, asserentium feras, sive animalia in fundo alieno captas, non obstante fundi domini prohibitione, ut communia, & in nullius bonis existentia occupantis fieri juxta juris naturalis dispositionem, quin ad aliquam restitutionem capiens teneatur, ut ex Accurs. *in l. Divus, ff. de servit. rustic. prædior.* & ibidem Paul. de Castr. Angel. & alii antiquiores, *& in l. 3. ff. de acquir. rer. domin.* resolvunt Ioan. de Medin. *de restitut. q.* 12. Sot. *de justit. & jur. lib. 4. quæst. 6. artic. 4. vers. Sed tertiò, in med.* Molin. *eodem tract. disputat.* 51. Ioan. Gutierrez *canonic. quæst. lib.* 2. *quæst.* 28. *n.* 18. *&* 19. Donel. *lib.* 4. *comment. dict. c.* 8. ubi Osuald. *litt. F.* Kloch. *de ærar. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 6. Franc. Rocc. *de offic. regimin. rubr.* 16. §. 2. *ex num.* 107. *&* 110. Dominic. Antunez de Portug. *de donat.*
70 *Reg. part.* 3. *c.* 9. *num.* 12. † Sed dumtaxat actione injuriarum ob jacturam, & contemptum domini tenentur, & hoc de jure communi, *in l. injuriarum, §. fin. ff. de injur.* Gloss. *in dict. l. Divus Pius, ff. de servitut. rustic. prædior.* D. Covarruv. & alii proximè citati. Quid autem de nostro jure Regio in superiori casu servetur circa acquisitionem dominii, & restitutionem feræ in alieno fundo ante, vel post domini prohibitionem captæ, dicam infrà *ex num.* 74. Ergo quia feræ istæ, vel venationes, aut aucupia fundi (intellige semper ad aliud habiti seu destinati) fructus non sunt; nam si essent ad dominum dumtaxat fundi pertinerent, eosque contra domini voluntatem percipientes furti actione, & ad restitutionem adstricti manerent, ut in aliis fructibus nullus dubitat.

71 Manet ergo ex dictis verissima præfata principalis nostra distinctio inter prædia principaliter venationibus destinata: & inter ea quæ aliis fructibus segetibus, & similibus parandis habentur, ut in primo casu venationes fructus sint: secus in secundo.

72 Quibus resolutis, adhuc pro pleniori præsentis de venationis, & piscationis in fundis privatorum tractatione, an ipsorum prædiorum fructus sint, & quibus competant? Nonnulla circa eamdem materiam ad praxim utilia, nec injucunda forsan subnectere decrevi.

Primò circa proximè præfatam jure communi conclu- 73
sionem, ut nec domino prohibente, feras in alieno capiens, ad restitutionem teneatur, sed quod imò ipsius fiant, notandum est hoc apud nos hodie in parte correctum manere per nostram *l.* 17. *tit.* 28. *part.* 3. qua expressè statuitur, capta in fundo alieno post domini prohibitionem capientis non effici, sed fundi dominum spectare, eique restitui debere: quæ nostra lex sequuta fuit opinionem Accursii *in §. Feræ, Instit. de rer. divis.* quem ibidem etiam sequuti fuere, Ioan. Faber, & Portius, & Alberic. *in dict. l. Divus, ff. de servit. rustic. prædior.* qui idem jure communi voluerunt. Quam legis partitæ decisionem ne proximè dictis supra *in num.* 68. contrariemur, semper intelligerem in saltibus, & nemoribus privatorum, quæ magis, & frequentiùs venationibus habentur: non verò in agris frumentariis, in quibus de consuetudine, apud nos maximè, quilibet venandi causa ingreditur, ut supra dixi *dict. n.* 68.

Sed adhuc pro nostræ legis partitæ, & hujus articuli 74
pleniori expositione dubitari potest, an ejus dispositio in foro animæ servari debeat? In quo articulo multi ex Theologis in foro interiori minimè hanc legem servandam dicunt, nec obligare, donec per judicem in foro exteriori ad restitutionem quis damnetur; quia eam legem pœnalem esse, volunt in recompensam injuriæ domino illatæ ob ingressum in fundo contra ipsius domini voluntatem; quare ante condemnationem in animæ judicio servandam non fore, resolvunt Medin. *de restitut. dict. quæst.* 12. *v. Quibus præmissis, col.* 3. *in vers. Ad secundum,* Sot. *de justit. & jur. lib.* 4. *quæst.* 6. *artic.* 4. *vers. Sed tertiò, in med.* Petr. Navarr. *lib.* 3. *de restitut. cap.* 1. *numer.* 194. Ioan. Gutierr. *canon. quæst. lib.* 2. *quæst.* 28. *num.* 32. Pat. Molin. *de justit. & jur. tom.* 1. *dict. disput.* 51.

Sed quidquid doctissimi hi viri velint, magis mihi pla- 75
cet doctissimi D. Covarruv. ad dictam legem Regiam expositio *in regul. peccatum*, 2. *part.* §. 8. *num.* 6. qui doctè hanc legem etiam in animi judicio ante judicis condemnationem procedere debere sentit. Primò, quia nostra lex non est pœnalis, sed juris dispositiva, nam cum jure communi apud antiquos non satis expressum esset, cui dominium feræ in fundo alieno captæ acquireretur, prohibente domino ingressum, an capienti, vel ipsi domino fundi ob contrarias Accursii sententias, qui pro domino resolvit, *in dict. §. Feræ, verb. Ingreditur, Instit. de rer. divis. & in dict. l. Divus, ff. de servitut. rustic. prædior.* ubi capienti dominium tribuit, idemque magis frequenter ibidem resolvunt antiquiores, de quibus supra, hanc controversiam nostra lex partitæ resolvere voluit adhærens opinioni Accursii *in dict. §. Feræ*, ubi dominium feræ post dictam prohibitionem in fundo alieno captæ ipsius
fundi domino acquiri voluit; † in qua dominii acquisi- 76
tione benè lex Regia potuit disponere eam capienti prohibendo; nam manifesti juris est, posse legem humanam ex causa impedire acquisitionem rerum, quæ in nullius bonis sunt, easque alteri applicare: quo casu res istas contra legis prohibitionem occupans nequaquam sibi acquirit; sed earum dominium statim ad eum, cui lex tribuit, pertinebit, consequenterque ipsi domino hujusmodi res capiens in foro conscientiæ eas restituere tenebitur; alias quippe posset quis retinere id cujus dominium ad ipsum scit non pertinere, sed potius alii competere, quo nihil absurdius, ut doctè notat Dom. Covarruv. *in dict. regul. peccatum*, 2. *part.* §. 8. *numer.* 6.

Quinimò juxta eumdem D. Covarruv. adhuc etiam 77
si dicta lex Regia pœnalis esset, non posset procedere opinio Medinæ, & Soti in locis citatis asserentium, ante condemnationem non obligare, nec ad restitutionem feras in alieno post domini prohibitionem capientem non teneri, nam hoc quod de lege pœnali vulgariter dici-

tur, non de quacumque lege pœnali est intelligendum,
sed de illa duntaxat, quæ in pœnam criminis sanxit pri-
vationem dominii quarundam rerum, quæ privationis
tempore jam in privatorum dominio quæsitæ inveniun-
tur; in hoc quidem casu benè privatus, non obstante
privatione propter crimen ipso jure incursum hujusmodi
bona usque ad condemnationem retinet: secus verò cum
lex in pœnam, vel ex alia causa impedit dominii alicujus
rei primam acquisitionem, ejusdemque dominii transla-
tionem in eum, qui antea nullum jus in ea habuit; hæc
enim lex etiam in animæ judicio ante sententiæ declara-
tionem servari debet, nec ulla ratione, aut prætextu
quis talem rem retinere poterit, cujus nullum dominium,
vel jus ad se pertinere agnoscat; facilius quidem (pro ra-
tione primi casus) quid jam quæsitum retinetur, juxta
vulgarem regulam: ita optimè inter leges pœnales di-
stinguit, & contra Medinam resolvit D. Covarruv. *in dict.*
regul. peccatum, 2. *part.* §. 8. *num.* 6.

78 Quare hac D. Covarruv. pro nostræ legis Partitæ de-
claratione intelligentia retenta, rejicienda alia venit,
quam tradidit Amay. *in dict. l. unic. C. de venator. numer.*
51. ubi distinxit inter saltus, vel nemora, ita vallata,
aut conclusa, ut animalia libertatem non habeant eundi
quo velint: & inter ea, quæ aperta, & absque ullo mu-
ro, vel pariete septa sunt: In primo casu dispositionem
nostræ legis Partitæ procedere ait Amay. quia in hoc casu
feræ jam captæ, in potestate domini fundi, non verò in
nullius bonis esse videntur: ut in columbariis, stagnis,
vivariis, & aliis locis vallatis, & conclusis proximè di-
cam: contra verò in secundo casu, in quo animalia in
nullius bonis intelliguntur, quia plenius sua naturali li-
bertate, & feritate gaudent.

79 Sed tanti viri pace, licet hæc distinctio de jure com-
muni verissimè procederet, nostræ tamen legi Partitæ
adaptari non potest; nam satis expresse loquitur in saltı-
bus, aut nemoribus privatorum nullo muro, vel vallo
septis: quod notabiliter comprobo ex ipsius legis Partit.
decisione 10 secunda parte 10 vers. *Mas si ante*, ubi ex-
presse nostra lex decidit, feras ante fundi domini prohi-
bitionem captas venatoris effici, ibi: *Mas si ante, que*
se lo defendiesse, oviesse algo cazado, todo quanto prisiesse
debe ser del Cazador, è non á que ver en ello el sennor de
la heredad. Ergo, quia nostra lex in locis, & nemori-
80 bus apertis loquitur; † alias certè, si vallata, & conclu-
sa essent feras ex eis capiens, etiam nulla domini prohi-
bitione interveniente, tanquam res alienas occupans in-
distinctè ad restitutionem, & furti teneretur, ut de ju-
re communi etiam est text. *in l.* 3. §. *Item feras*, *ff. de*
acquirend. possess. l. usumfructuarium, §. *In vivariis*, *l. Pom-*
ponius, §. *Idem Pomponius*, *ff. famil. erciscund.* & loquen-
do in feris, quæ privatim sunt inclusæ, vivariis, lepora-
riis, piscinis, aut stagnis plenè resolvunt D. Covarruv. *in*
dict. regul. peccatum, §. 8. *n.* 14. & 15. Medin. *de restitut. q.*
12. *vers. Quibus præmissis*, *col.* 6. & 7. Natta *cons.* 379. *nu.*
9. *vol.* 2. Sebast. de Medic. *de venat. quæst.* 7. *ex nu.* 19. &
quæst. 34. Andr. Gail. *lib.* 2. *observat.* 68. *num. fin.*
Azeved. *in proœm. tit.* 8. *lib.* 7. *Recopilat. numer. fin.* &
in Regno Neapol. extat Regia *pragmat.* 1. *sub rubr. de au-*
cup. & venat. quæ in his locis circumvallatis, vel clausis
81 venationem prohibet, & notat ibidem Rovit. *num.* 1. †
Quia feræ hujusmodi, quæ in vivariis, sive receptaculis
circumvallatis custodiuntur, ad fructus fundi pertineat,
ut ex *l. item si fundi* 9. §. *Aucupiorum*, *dict. l. usumfructua-*
rium, *ff. de usufruct. l. quæsitum*, §. *si in agro*, *ff. de usufruct.*
Corras. *lib.* 5. *miscell. cap.* 8. *num.* 12. Hening. Arnisæus
de jur. Majestat. lib. 3. *capit.* 4. *num.* 4. *circa fin. pag.* 371.
82 Guid. Pap. *dec.* 91. *num.* 3. † qui benè notant, hujus-
modi pisces, vel feras, quæ in stagnis, vel vivariis sunt,
ut multiplicentur, & crescant, non solùm in fructu,
verum etiam fundi partes, & fructus pendentes reputa-
ri, ut dixi *suprà num.* 61. quamvis contrarium sit, si hæc
animalia in stagno, vel vivariis custodiæ tantùm causa
sint reposita; nam tunc pars fundi esse non censentur,
sed quid ab eo, ipsiusque fructibus diversum, & separa-
tum, † quæ Guid. Pap. distinctio optimè probatur ex 83
text. *in l. limes, & labra*, alias *funes, & labra*, *ff. de*
action. empt. & eam sequuntur Tiraquel. *de retract. ligna-*
gier. §. 1. *gloss.* 7. *numer.* 116. D. Molin. *de primog. lib.* 1.
cap. 22. *numer.* 9. & 10. Ioan. Gutierr. *de tutel. part.* 3. *cap.*
27. *numer.* 26. optimè Maximil. Faust. *in consil. pro ærar.*
clas. 6. *cons.* 18. *ord.* 560. *vers. Observandum*, quidquid
contrarium indistinctè voluerit, *ex dict. l. limes, & la-*
bra. Sixtin. *de regib. lib.* 2. *capit.* 28. *num.* 35. quem se-
quitur licet de prædictis non meminerit Dominic. Antu-
nez de Portug. 3. *part. de donat. Reg. c.* 9. *n.* 22.

Sed prædicta, ut feræ, aut pisces, qui in privatis lo- 84
cis circumseptis sunt, capi non possint, & capientes ad re-
stitutionem adstricti maneant, quia in dominio domini
fundi censentur, intellige in piscibus, qui in piscina ser-
vantur, & in feris, quæ in vivariis privatis custodiuntur:
secus verò in piscibus, qui in magno stagno sunt, & in
feris, quæ in saltibus, & sylvis spatiosis, licet circumse-
ptis evagantur; nam hujusmodi animalia magis in sua li-
bertate naturali, quàm in alicujus dominio, aut posses-
sione, & sic in nullius bonis intelliguntur, ot 10 specie
sub hac distinctione resolvit Consultus *in dict. l.* 3. §. *Item*
feras 14. *ff. de acquirend. possess.* cujus elegantis distinctio-
nis memor extitit noster doctissimus Præses D. Covarruv.
in dict. regul. peccatum, *part.* 2. §. 8. *numer.* 15. quem
sequitur Pat. Fragos. *de regimin. reipubl. tom.* 1. *part.* 1.
lib. 3. *disputat.* 7. *numer.* 30. † qui benè animadvertit, 85
sylvam tunc magnam ad hunc effectum reputandam, si
tantus circuitus sit, quantus communiter extra sylvam
requiritur, ut feræ canes insequentes frequenter evadant:
vel non, nisi magno labore capiantur, & eamdem distin-
ctionem refert nostra *l.* 18. *tit.* 30. *part.* 3. licèt de ea Dom.
Covarruv. & Fragos. non meminerint; aliam verò distin-
ctionem inter pisces, qui in stagno, vel lacu sunt, & in-
ter eos, qui in piscina custodiæ tantum causa, ut illi fru-
ctus fundi sint, secus verò isti; quia nullam renascentiam
habent, vide supra ex *n.* 63.

Quibus circa privatorum stagna, vel piscinas, ipsarum- 86
ve fructus, sive pisces, & quod ad ipsarum dominos per-
tineant, constitutis, pro comprobatione ad notabilem,
& extravagantem quæstionem adde, quòd si aqua tuæ pis-
cinæ, vel stagni, ita crevit, ut plures pisces ex tua pisci-
na ad fundum meum convicinum, vel stagnum meum
devenerint, potest dubitari, an tuos pisces sequi, & in
fundo meo, vel stagno capere possis? In qua quæstione
breviter resolve, quòd sic, si sine meo incommodo pisces
tuos cognoscere possis, argumento *l.* 1. & *tot. tit. de*
gland. legend. quod in loco sicco non est difficiles, secus
verò in stagno, in quo penè impossibilis erit cognitio, &
piscium discretio, notant Odo. de Senon. *in tractat. de in-*
terdict. in tit. de aqua quotid. & æstiv. circa fin. Chassan. *in*
consuetud. Burgund. rubr. 4. *gloss. Des droictz. numer.* 24.
quæ etiam piscium cognitio, ac distinctio, benè in sta-
gno locum habebit, si unius stagni pisces diversi gene-
ris, vel speciei, ac alterius sint; sed tunc difficilis pisca-
tio, aut separatio, sine incommodo, vel magno præju-
dicio piscinæ, in qua fuerunt ingressi; quia & ejus pis-
ces promiscuè capientur, ideo prohibenda.

Item circa proximè notata, ad feras in alieno fun- 87
do, vel sylva non ampla, & circumvallata captas, ut
capiens earum dominium non acquirat: sed ad restitu-
tionem teneatur, dubitari solet: an id procedat, si ex-
tra septa, vel loca, quibus includuntur, capiantur? in
quo dubio resolvendum est, hujusmodi feras, si custo-
diam Domini, & locum, in quo includuntur evadant,
suam pristinam recuperare libertatem, posseque à quo-
cumque tanquam in nullius bonis occupari; tuncque
à potestate domini exire dicentur; quoties conspe-
ctum ejus evaserint, vel quamvis in ejus conspectu
sint, difficilis tamen, vel impossibilis est earum recu-
peratio, juxta text. & notata per DD. *in* §. *Feræ*,
versic. Naturalem, *Institut. de rer. divis. l.* 3. *l. Pom-*
ponius

ponius 44. *versic. Licet*, *ff. de acquirend. rer. domin.* docent D. Covarruv. *in dict.* §. 8. *n.* 14. Donel. *lib.* 4. *comment. c.* 8. Molin. *de justit. & jur. tom.* 1. *disputat.* 48.

88 Quod dupliciter intellige: Primò, nisi hæc animalia illius naturæ sint, ut eundi, & redeundi consuetudinem habeant, prout sunt columbæ, apes, & alia animalia mansueta, quæ ire, & redire solent; quorum dominium, & possessionem domini retinent, quousque consuetudinem redeundi amiserint, ut per jura *in l.* 3. §. *Aves*, & §. *Quidam rectè*, *ff. de acquir. possess. l.* 1. §. *Apes*, & §. *Cervos*, *ff. de acquir. rer. domin. l. Pomponius*, §. 1. *ff. famil. ercifcund. l.* 22. *tit.* 18. *part.* 3. & ibidem Gregor. Sot. *de justit. & jur. lib.* 3. *quæst.* 6. *artic.* 4. Medin. *de restitut. dict. quæst.* 12. *vers. Si tamen absque arte*, D. Covarruv. *dict.* §. 8. *num.* 14. *vers. Secundo tunc colligitur*, Molin. *de justit. & jur. dict. disput.* 48. Navarr. *in manual. cap.* 17. *n.* 128. Donel. *lib.* 4. *commentar. cap.* 8. Vbi alios congerit Osuald.

89 Vndè ob consuetudinem redeundi notabiliter infert, idque ampliat P. Azor. 3. *part. institut. moral. lib.* 1. *cap.* 16. *circa fin. in versic. Tertiò accipitres*, ad Falcones, Accipitres, similesque aves, quibus ad aucupium utimur, quarum dominium non amitti, ait, licèt aberrent, & effugiant oculos dominorum, imò & si consuetudinem redeundi reliquerint: quam ampliationem, & doctrinam noviter sequitur Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg.* 3. *part. capit.* 9. *numer.* 29. qui eam differentiæ rationem assignat inter Accipitres, aut Falcones, & alias feras, quæ redeundi consuetudine amissa, per quemlibet occupari possunt; quia nimirum juxta Antunez cæteræ aves proprio cursu, & impulsu à potestate dominorum exeunt, vel à vivario, ubi erant inclusæ: secùs verò aves, quæ ad aucupium habentur, quæ non proprio facto domini, eas contra alias aves mittentis, ipsius potestate exeunt; quare istas pristinam libertatem non recuperare, ait *Antunez*.

90 Sed certè hæc ratio incongrua videtur; nam quæ catena est factum, vel voluntas domini hujusmodi aves ad usum aucupii, vel ad alium finem mittentis, ut si redire nolint, suam naturalem libertatem obit recuperare impediantur: & si Pat. Azoris resolutio ex hac Antunez ratione indistinctè servanda foret: cur non idem diceremus, si aprorum, vel aliarum ferarum dominus in exiguis locis circumseptis eas habens illas fatuè dimittat eo animo, ut ad certum solum finem, veluti, ut in meliori loco depascantur, exeant, continuoque ad septa redeant; nonne si feræ istæ obtemperare, nec amplius redire velint, suam naturalem libertatem non recuperabunt? nullus quidem negabit: ergo idem in falconibus, & accipitribus erit dicendum, non obstante, quòd de voluntate, & facto domini exierint.

91 Quare pro veriori in hoc casu resolutione, & doctrinæ Patr. Azoris declaratione distinguendom censeo inter accipitres, vel falcones, qui postquam fuerint emissi ita aberraverint, & ad loca remota diverterint, ut amplius ad dominum redire nesciant: non quia nolunt, sed quia deperditi nesciunt redire longiùs forsan solito advolantes, & ita à quolibet mansueti occupari patiuntur: & inter accipitres, qui sua naturali ducti libertate redeundi consuetudinem amiserint, & in sylvis, ac forestis, non aberrantes, sed libenter sua pristina libertate, & naturali feritate fruentes remanserint. In primo casu doctrinam Azoris rectè procedere, & intelligi debere judico; quia potiùs tunc falcones deperditi, & aberrantes, quàm suam pristinam libertatem recuperasse censeri debent: secùs verò in secundo, in quo naturalem libertatem optasse, fruique cepisse sunt dicendi.

92 An autem secundus casus hujus distinctionis, quo accipitrem, consuetudine redeundi libenter amissa, à quolibet occupari posse diximus, procedat etiam si falconem, vel accipitrem cum foetis, vel sonaleis, sive campanilis, vel aliis signis pedibus, aut aliter injunctis quis ceperit, meritò dubitari potest? & quod in hoc casu accipiter ita captus priori domino restitui debeat; quia ita oppressus, sive ligatus suam naturalem libertatem adeptus fuisse non censetur, resolvunt primò notabiliter Bart. *in tractat. de falcon.* vel potiùs inter *consil.* ipsius Bart. 294. & sequuntur Veron. *de servitut. rusticor. cap.* 21. *num.* 7. Sebast. de Medic. *de venat. q.* 66. Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *super pragmat.* 14. *c.* 86. *n.* 15.

93 Sed adhuc hunc casum juxta superiorem per nos traditam distinctionem intelligerem, ut dumtaxat in primo casu procedat, cum nempè accipiter, sive falco fugitivus non solum cum sonaleis, jectis, & aliis signis capitur, sed etiam cum mansuetus fuit inventus redire nesciens, & deperditus: aut ita sonaleis, & similibus ligatus, & oppressus, ut etiam, si velit aufugere non possit, suamve naturalem libertatem recuperare, ut si humi detentus jaceat: Contra verò in secundo superioris distinctionis, cum ita aufugerit, & libenter in sylvas se contulerit, in eisque liber non obstantibus sonaleis, aut signis, manserit, ut suam naturalem libertatem, pristinamque feritatem accipitrem optasse sit præsumendum; nam in hoc casu quamvis cum sonaleis, vel aliis signis per nemora, consuetudine redeundi amissa, advolet, quis suam libertatem adeptum fuisse negabit? hæc enim signa non impediunt falconi facultatem eundi, quo velit, nec eo minus, si consuetudinem redeundi amiserit, libertatem ipsum consequutum, est dicendum; sicuti nec leonem, aut ursum, aliamve feram bestiam, quæ in domo mansuefacta crevit, si in sylvam cum catena torque, vel alio signo fugerit, nec redierit, naturalem feritatem, & libertatem adeptam fuisse negari non potest: sufficit quidem ad id, quod à manibus domini hujusmodi feræ evadant, vel ipsius conspectum effugiant, ita ut difficilis sit earum persecutio juxta superius dicta.

94 Quæ comproba singulari ad eem exemplo rei, seu delinquentis ab officialibus justitiæ capti, qui, si ab eorum manibus, vel à carcere evaserit, & ad Ecclesiam confugerit, licèt catenis, funebus, aliisque vinculis ligatus sit, in sua tamen libertate ad Ecclesiam pervenisse censetur, & consequenter ejus immunitate gaudet, ut communiter resolvunt Azeved. *in l.* 2. *numer.* 11. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilation.* Gutierrez *practic. lib.* 3. *quæst.* 6. *numer.* 3. Farinac. *de immunit. numer.* 203. Mar. Cutell. *eodem tractat. lib.* 1. *quæst.* 30. *numer.* 8. & 9. Giurb. *consil. criminal.* 30. *numer.* 12. & 57. Peguer. *decis. crimin.* 61. *numer.* 4. *versi. Et quod*, *tom.* 1. Iul. Carthar. *decis.* 7. *numer.* 5. Merlin. *controv. forens. lib.* 2. *capit.* 56. *num.* 16. & in pluribus casibus novissimè decisum referens Don Michael Cortiada *decis.* 84. *numer.* 5. *tom.* 2. & *decis.* 82. *nu.* 12. † ad differentiam ejus, qui adhuc 95
per satellites, sive justitiæ familiam aprehensus, cum eis colluctando, vel aliter Ecclesiam intravit, quem immunitate non gaudere, quia liber ad eam non pervenit, solvunt Azeved. Gutierr. Farinac. Carthar. optimè Merlin. & Giurb. *in locis citatis*, D. Covarruv. *lib.* 2. *variar. capit.* 17. *numer.* 13. ubi plures Faria. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. lib.* 2. *capit.* 3. *numer.* 58. *in fin.* Scanarol. *de visitar. Carcer. lib.* 3. *capit.* 9. *numer.* 16. & 17. & cum aliis Ayllon ad Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 10. *num.* 3. *vers. Quod si qui.*

96 Secundò superiorem præfatam conclusionem, ut animalia in locis circumseptis per venatores capi valeant, si extra septa, vel loca, quibus includuntur, inveniantur, modò consuetudinem eundi, & redeundi non habeant, ut dixi supr. *num.* 87. & 88. Limita, & intellige, si feræ sponte egrediantur: secus si venatoe arte aliqua, vel industria eas ad communia loca extraxerit; nam nunc eis ita captis, ad restitutionem, & ratione damni adstrictus manebit, Medin. *de restitution. quæst.* 12. *versic. Corollariè sequitur.* Dom. Covarruv. *in dict. regul. peccatum*, *part.* 2. §. 3. *num.* 14.

97 † Quæ nota contra simulantes cum certis instrumentis voces aprorum, hinnula cervorum, aliorumve animalium, tempore quo gravidari inhiant, ut ex-

tra forestam, vel locum prohibitum exeant, & ita occi-
di possint, ut de aliquis id facientibus testatur hujusmodi
fraudem reprobans Capiblanc. de Baron. tom. 2. super pra-
gmat. 14. cap. 86. num. 10.

98 Iuxta quæ idem est resolvendum, si quis arte, & frau-
de columbas ab alterius columbario deducat, & ad pro-
prium attrahat; veluti si in suo columbario aliqua semina
gratissima columbis, vel scas spargat, aliave industria
utatur, ut columbæ ex aliis columbariis ibidem assuescant;
nam prioris columbarii columbæ fructus sunt; & propte-
rea ad columbarum restitutionem in animæ judicio tene-
bitur, & in foro judiciali, ut fur, erit puniendus juxta
notata per Cæpol. de servitut. rusticor. c. 21. versic. Quar-
to; & cap. de columbario, Veron. in tractat. de servitut. ur-
baner. prædior. cap. 77. Dom. Covarruv. dict. §. 8. numer. 14.
versic. Tertiò, Medin. de restitut. dict. quæst. 14. versic. Coro-
larie sequitur eos qui, Guid. Pap. dec. 217. n. 2. Francisc. Mar.
dec. 530. num. 18. volumin. 1. Navarr. in manual. c. 17. num.
128. Sebastian. de Medic. de venation. q. 65. in fin. Soto de
justit. & jur. lib. 4. quæst. 6. articul. 4. versic. Sed alia sunt
media. Ioann. Gutierrez Canonicar. quæst. lib. 2. quæst. 28.
nu. 53. cum sequentib. Capiblanc. in tractat. de Baron. tom.
2. super pragmatic. 14. c. 86. nu. 12. qui loquitur contra
semina, vel aliqua odorifera in suo columbario apponen-
99 tem, ut ex aliis columbas alliciat: † Quæ semper no-
tabiliter intelligerem nisi hujusmodi odorifera, vel co-
lumbis gratissima semina in suo columbario dominus
spargat, ut proprias columbas alliciat, & à jam cœpto
recessu revocet justè timens, ne aliàs columbarium depo-
puletur, ut frequenter accidit; in quo quidem casu sub-
stinenda præfata, quia de damno principaliter vitando
agitur ad superioris casus differentiam, ubi decaptando
lucro tractatur.

100 Circa quas præfatas fraudes non omittam notabilem
apud nos legem Regiam referre, de qua præfati DD. non
meminerunt, quæ est l. 7. titul. 8. lib. 7. Recopilation.
Vbi alia quoque fraudulenta instrumenta in columbariis,
vel in aliis domibus particularibus ad capiendas, vel attra-
hendas alienas columbas sub pœna ibi relata prohiben-
tur; quinimo lex nostra statuit, nè etiam in circuitu co-
lumbarii intra unius leucæ spatium columbæ cum laqueis,
foveis, retibus, aliisve fraudulentis, ac dolosis instru-
mentis capi possint, nec cum vallistis: & similiter hodie
cum arcabuseis occidi valeant, de quibus etiam casibus
videndi ultra Azeved. in dict. l. 7. Navarr. Sot. Cæpol.
Guid. Pap. & Gutierrez, in loc. citat. Cordub. in summ. de
casos de conciencia, quæst. 121. vers. Lo primero, & in
vers. Lo tercero, Molin. de justit. & jur. tract. 2. dis-
put. 50.

101 An autem hujusmodi columbaria in convicinorum
perniciem habere liceat, si fortè propter multitudinem
magna strages, sive damnum in seminibus fiat? resolve,
quod non, si ingens detrimentum sequatur, nisi domini
sufficiens pabulum pro columbarum numero in colum-
bario suppeditent, ita ex Cajetan. Sot. de justit. & jur. li.
4. dict. quæst. 6. artic. 4. vers. Quin verò. Sed certè apud
nos plura, & numerosa columbaria sunt, nec unquàm
propter ea agricolas quærelari audivi: vel ex dicta ratio-
ne prohiberi; imò multi conveniunt nihil terris frumen-
tariis columbas nocere; quia tempore, quo seminantur,
ubi majus periculum, eas pro deducendo sive patefacien-
do semine non scalpere dicunt: crescentibus autem sege-
tibus eas erucis, aliisque vitiosis herbis purgant, quin
triticum, vel ordeum natum tangant.

102 Quibus dictis pro primi casus principalis nostri capitis
resolutione ad secundum descendam.

103 In secundo igitur casu ex tribus superius pro nostri ca-
pitis principalis quæstionis resolutione: an videlicet,
venationis, piscationis, & aucupii in locis publicis in-
ter commoda, vel fructus Regiæ regaliæ reputari de-
beant? ita ut Principis supremi in potestate sit venationes,
piscationes, & aucupia subditis prohibere: vel potius
omnibus communia remanere debeat?

In qua quæstione pro negativa sententia facit unicum, 104
& quidem fortissimum fundamentum; quòd nimirum,
venationes, piscationes, & aucupia de jure naturalia,
aut gentium sint; nam feræ tanquam in nullius bonis om-
nibus communes reputantur, & jure gentium occupan-
tis fiunt, §. Feræ, Institut. de rer. divis. l. 2. §. fin. l. 3.
l. Pomponius, cum vulgaris, ff. de acquir. rer. domin.
docent ad plura institutarii in dict. §. Feræ, Alciat. lib.
11. parerg. capit. 2. & in l. traditionibus, Cod. de pact.
Dom. Covarruv. in regul. peccatum, 2. part. §. 8. Guil-
lelm. Benedict. in capit. Raynutius, de testament. verb.
Et uxorem nomine Adelasiam, numer. 306. Bossius in
tractat. de Princip. tit. de regalib. numer. 43. Augustin.
Berol. cons. 81. numer. 30. volum. 1. Chassan. in consue-
tudin. Burgund. rubric. 13. §. 7. numer. 4. Iacob. de
Sanct. Georg. in investit. feud. §. Et cum venationibus,
Cravett. cons. 518. numer. 18. & cons. 463. num. 2. vers.
Argumentum, Claud. Bertazzol. ad consil. patr. Bartho-
lom. Bertazzol. cons. criminal. 285. litter. B. Bertrand.
cons. 374. vol. 4. qui ex eo dicit, cuilibet licitum esse,
& de jure permissum Leones venari, apros, cervos,
& alia animalia, tam in suo, quam in publico loco, An-
ton. Petra de potestat. Princip. capit. 6. numer. 7. fol. mi-
hi 147. Cujac. lib. 4. observat. capit. 2. Connan. lib. 3.
comment. capit. 2. Donel. lib. 1. comment. capit. 8. ubi
alios congerit Osuald. Fachin. lib. 1. controvers. capit. 1.
D. D. D. Melchior de Valent. lib. 1. illustr. jur. tract. 2.
capit. 4. numer. 28. Vincent. de Franch. decis. 538. ubi
Addent. Franc. Marc. decis. 529. numer. 14. benè Pon-
te de potestat. Prorog. tit. 11. numer. 27. † Qui optimè 105
de jure piscandi loquens respectu maris tria considerat,
nimirum proprietas, usus, & jurisdictio, sive protectio;
quorum primum in nullius bonis esse constat: secun-
dum omnium est commune: tertium denique Principia
adjacentis, quod & notat Cabed. decis. 48. n. 4. part.
2. juxta quæ piscandi jus omnibus commune reputatur.

Et tam in piscationibus, quam in venationibus lo- 106
quentes ad plures quæstiones, usum communem resol-
vunt, in locis intellige communibus, sive publicis, Ma-
strill. de Magistrat. lib. 4. capit. 18. numer. 45. Tondut.
resolut. civil. capit. 105. numer. 1. Sayson in consuetud.
Turonens. artic. 1. gloss. 2. in princip. Pyrrhus in con-
suetud. Aurelianens. rubr. de stagnis, & cuniculis, cap.
1. plenè Ioann. Bapt. Thor. in supplement. compend. de-
cis. in verb. Piscari an prohiberi possit, Kirchou. centur.
4. commun. opin. capit. 59. Scurph. cons. 1. centur. 1. Ant.
Perez super Cod. ad tit. de venat. ferar. numer. 8. Gasp.
Kloch. de arar. lib. 2. capit. 5. numer. 2. Maximil. Faust.
in consil. pro arar. clas. 4. cons. 93. ord. 245. & clas.
10. cons. 3. ord. 768. vers. Venationem. † Qui & jure di- 107
vino venationem omnibus communem esse ait, ut con-
stat ex Genes. capit. 1. ubi legitur, Dominum Deum
cuncta animantia in usum, & cibum hominis creasse,
ipsiusque dominio subjecisse, & omnibus communia esse
voluit: idemque lege Platonis sancitum erat in libr. 7.
de legib. illic: Sacros hos venatores, ubicumque venari ve-
lint, nemo prohibeat.

Ex qua ratione in specie nostræ quæstionis hujusmodi 108
venationis, & piscationis emolumenta in locis publicis
inter fructus regales connumerari non debere, nec pro-
hiberi per Principem magis specialiter resolvunt Hostien.
& Ioan. Andr. in cap. non est, de decim. plenè defendit
Craver. cons. 643. incipit: Publicè pronunciatum, De-
cius cons. 197. nu. 3. vers. Ex his satis liquet, Iason. cons.
120. per tot. lib. 4. ubi quod nullus in hac sententia discre-
pet. Rebuff. in dict. l. unic. Cod. de venat. ferar. lib. 10.
Guillelm. Benedict. in c. Raynutius, de testament. verb.
Et uxorem nomine Adelasiam, n. 336. cum seqq. † qui & in 109
n. 356. ait communi errore, & de facto venationem à Do-
minis terrarum prohiberi, cùm de jure id facere non pos-
sint, ex quo jure gentium ejus usus omnibus liber sit, Hon-
ded. cons. 100. n. 13. vol. 2. Petr. de potestat. Princip. c. 7.
n. 6. fol. 147.

Et

110 Et hanc contra Principes superiores sententiam plenissimè fundant, & defendunt Tiraquel. de nobilitat. c. 37. n. 149. Grammat. dec. 67. n. 9. Rolland. à Vall. conf. 9. per tot. libr. 2. Ryminald. Iunior. conf. 35. in princip. Vvesembec. in paratitl. ad tit. de acquirend. rer. domin. n. 7. Henric. Rossenthal. de feud. c. 5. concl. 94. n. 7. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 18. nu. 31. & 34. & cum aliis Rodulph. de suprem. Princip. potest. cap. 6. concl. 16. n. 123. & sequent. & communem appellant Ioseph Ludovicus commun. conclus. 71. n. 39. in fin. Camill. Borrell. de Magistr. edict. lib. 4. c. 3. n. 1. ubi plures congerit, Kirchov. commun. opin. litter. V. §. Venationem. Hartmannus Hartmanni practic. observat. lib. 2. tit. 24. observat. 6. n. 5. & de jure veriorem dicunt Grammat. dec. 67. nu. 9. novissimè Dominic. Antunez de Portug. de donat. Reg. part. 3. cap. 9. num. 32.

111 Imò nec per viam legis generalis, vel statuti hanc prohibitionem, ut pote contra jus naturale, & gentium indici posse, docuerunt Hostiens. & Ioan. Andr. dict. cap. non est, de decim. Decius conf. 197. incipit: In causa inquisitionis, col. 1. in fin. & in conf. 270. alias 271. incipit: In casu transmisso ex Hispania, in princ. & resolvit Cardinal. Tusch. pract. conclus. litter. V. conclus. 678. num. 21.

112 † qui id amplias ex aliis antiquioribus, etiam si pro hujus Principis prohibitione stare: consuetudo, ut plenè defendit Cravet. dict. conf. 643. & quòd talis consuetudo sit potius usurpatio, & ut irrationabilis, & iniqua servari non debeat, Roderic. Suar. allegat. 16. n. 4.

113 Sed quidquid hæc opinio de jure procedere posset, contraria tamen sententia receptior est, imò inter Regalia, Principis venationem, piscationem, & aucupia computari, potestatemqoe ea prohibendi (ex justis intellige causis, ut dicam infrà) ad ipsom pertinere, quæ sententia de generali consuetudine omnium Regnorum ferè apud omnes Doctores habetur, ut plenè resolvunt ex Theologis Medin. de restit. q. 12. in princ. Petr. Navarr. eodem tra. de restitut. lib. 3. c. 1. n. 278. & in manual. Latin. c. 17. n. 120. Silvester. in summ. vers. Venatio, & in verb. Restitutio. 2. §. 16. & §. 17. in eodem verb. Restitutio. 3. q. 3. in fin. & q. 4. & verb. Restitutio, 7. q. 2. & restitutio, 8. q. 2. Armill. aurea in summ. verb. Venatio. Dominic. Sot. de justit. & jur. lib. 4. q. 6. artic. 4. pagin. mihi 343. vers. Pari fermè, col. 1. & 2. Cordub. in sua summa de casos de conscientia, q. 119. in 2. dict. Molin. de justit. & jur. tom. 1. disputat. 4. & sequent. Lessius eodem tract. lib. 2. c. 5. dub. 7. n. 33. cum seqq. Dian. 3. part. resolut. moral. tract. 6. resolut. 18. Sayrus in clau. Reg. lib. 11. c. 9. Fragoss. de regimin. Respubl. tom. 1. part. 1. lib. 3. disput. 7. §. 1. num. 24. cum seqq. & ex num. 21. vers. Cæterum.

114 Et ex Iuristis D. Covarruv. in regul. peccatum, part. 2. §. 8. num. 1. Iasson. conf. 120. lib. 4. Andreas Gail. lib. 2. observat. 66. Cujac. lib. 4. observat. c. 2. ad fin. Fachin. lib. 1. controvers. dict. c. 1. vers. Sunt autem, & lib. 11. c. 1. Vincent. de Franch. dec. 158. ubi Addent. Quintil. Mandos. de inhibit. q. 62. n. 3. & 6. vers. Et quia hoc jure. Zoanett. in tract. de empt. & vendit. nu. 138. cum seqq. Laderch. conf. 71. n. 9. lib. 1. Tiraquel. de nobilit. dict. c. 37. n. 141. Grammat. decis. 67. Rebuff. in l. unic. C. de venat. ferar. li. 11. Sebast. de Medic. de venat. & piscat. q. 5. Vvesembec. in paratit. ad tit. ff. de acquirend. rer. domin. n. 7. Henric. Rosenthal. de feud. ca. 5. concl. 94. n. 6. D. D. D. Melch. de Valent. illustr. jur. lib. 1. tract. 4. n. 29. Ioan. Guttier. canonic. q. lib. 2. c. 28. n. 1. Eman. Barbos. in remission. ad Ordinam. Lusitan. lib. 5. tit. 88. nu. 2. Farinac. de furt. q. 174. n. 92. Bobadill. in polit. lib. 2. c. 16. n. 138. Cancer. lib. 2. variar. resolut. c. 2. num. 75. Gasp. Thesaur. lib. 2. forens. q. 22. ex n. 1. Cened. in collect. ad Decret. collect. 56. August. Barbos. in collect. ad c. 1. n. 7. de Cleric. venator. Nicol. Bellus lib. 5. polit. discurs. 50. Mastrill. de Magist. lib. 3. c. 10. ex n. 163. Marr. de jurisdict. 4. part. cas. 57. n. 11. Castill. de tert. c. 51. n. 118. D. Solorzan. lib. 3. de jur. Indicar. c. 3. n. 69. Amaya in l. unic. Cod. de venat. ferar. ex n. 42. Pat. Villaorel in suo gubern. Ecclesiast. part. 1. q. 3. art. 9. ex n. 71. Geor. Mori. in tract. de venat. part. 1. c. 1. num. 43. & sequent.

Quì benè notat, nullum ferè Principatum, aut Rem- 115
publicam existere, quæ hoc jure venandi, vel facultate
prohibendi ex recepta populorum consuetudine, non
gaudeat: & sequuntur Harprecht. in tit. Institut. de rer.
divis. ad rubr. Kinchen. in commentar. ad jus Saxonic. c. 5.
n. 152. Modestin. Pistor. conf. 14. n. 23. vol. 2. Matth. Ste-
phan. lib. 2. de jurisdict. c. 7. n. 4. Bruckman. de regalib. §. Ve-
natio, cap. 1. Heig. lib. 1. quæst. jur. quæst. 15. n. 33. cum seqq.
Maximil. Faust. in consil. pro ærar. clas. 6. conf. 18. ord.
560. Kloch. de ærar. lib. 2. cap. 5. ex n. 11. & ex num. 18.
† qui ita de consuetudine in Gallia, Sicilia, Neapoli, 116
Germania, aliisque Provinciis, & Regnis servari testantur.

Benè Anton. Perez super Cod. in rubr. de venat. ferar. 117
numer. 13. qui Principibus monet, ut locorum publico-
rum venationes, & piscationes locent; ot ita absque ul-
la injuria populorum earum redditus, & emolumenta
percipiant, Regiumque ærarium augeant; vel quod ultra
Principum mensis, & aulæ necessaria, reliqua animalia,
quæ supersint, cæteris civibus venalia exponant æquali
pretio, ut æquè pauperes, ac divites hisce juris gentium
emolumentis, aut fructibus utantur, & fruantur, ut
suadet Maximil. Faust. consil. pro ærar. clas. 10. conf. 3.
ordin. 768. † Sed quod majus gravamen, quam quod re- 118
sultaret, si hæ venationes, aut piscationes generaliter per
Principes locarentur; vel si ex eis animalia redacta per
Regios administratores Regio nomine vendantur? plu-
res enim in his locationibus, vel venditionibus se occu-
parent, magnaque lucra sibi potius captarent, quàm
Fisco; quod omne redundaret in magnum pauperum dis-
pendium, cæterorumque vassallorum ob piscium, alio-
rumqoe animalium necessarium pretii incrementum: † 119
ultra quod aliud non minos grave damnum Reipublicæ
sequeretur, quod videlicèt multi etiam, & præcipuè ex
agricolis, & artificibus, qui manu, & labore sibi victum
quærunt, in venationibus, parva licèt mercede à condu-
ctoribus accepta, libentiùs se occuparent ob gravissimum
venationis exercitium; & ita à suis officiis diverteren-
tur, revocarenturque ab agricultura, qua nihil utilius,
& Reipublicæ necessarium magis: † ut testantur plura 120
ob eam privilegia concessa, & exemptiones, ne tem-
pore messium, vel vindemiarum rustici carcerentur: &
& ad multa similia, ne ab agricultura avocentur, ad
jura in l. executores 7. & 8. C. quæ res pignor. obligar.
poss. & ad nostram Regiam pragmaticam, Agricolarum,
& ad alia vulgaria jura plenissimè tractantes docent no-
ster Collantes in dict. pragmat. latè Parlador. different. 79.
§. 1. cum plurib. sequentib. capit. Valasc. de privileg. pau-
per. quæst. 13. Menoch. de arbitr. cas. 378. Petr. Gregor.
syntagmat. jur. capit. 23. & lib. 27. capit. 1. cum seqq.
Ximenez in concordant. ad tit. Cod. de agricol. & censit.
lib. 11. & ad tit. C. ne rustic. eodem lib. in quibus plura
Anton. Perez, & alii repetentes, Pichard. ad prax. 2.
part. §. 9. ex nu. 75. Narbon. in l. 24. tit. 21. lib. 4. Reco-
pilat. Sylva lib. 2. respons. 16. per tot. ubi latè de magna
agriculturæ utilitate, & de privilegiis ejus causa conces-
sis, D. Salg. de Reg. protect. 2. part. cap. 4. nu. 96. D. So-
lorzan. de jur. Indiar. 2. tom. lib. 1. c. 7. per tot. D. D. Pe-
tr. de Salzed. in l. 1. tit. 14. lib. 3. Recopilat. Balmased. de
collect. quæst. 98. Botter. de polit. illustrat. 7. cap. 4. Larb.
de censib. lib. 3. cap. 5. Renat. Choppin. in tractat. de pri-
vileg. rustic. Revet. in thesaur. jur. tit. de agricult. Gasp.
Kloch. de ærar. lib. 2. capit. 47. Maximil. Faust. in consil.
pro ærar. clas. 5. conf. 32. ord. 493. & clas. 13. ord. 935. &
clas. 20. ordin. 1582.

121 Nec supradictæ verissimæ resolutioni, ut de generali, & apud omnes recepta consuetudine: imò, & quod de jure Princeps venationes, & piscationes vassallis interdicere possit, obstat superius in contrarium adductum fundamentum, quo dicebamus, venationis, vel piscationis jus jure naturali, gentium, & divino, omnibus liberum, & commone patere, & consequenter, per Principem tolli non posse, juxta dict. §. Sed naturalia quidem, Instit. de jur. natural. gent. & civil.

nam huic objectioni eleganter responderi potest ex do-
ctrina D. Thomæ 1. 2. *quæst.* 94. *artic.* 5. & Cajetan. *tract.*
17. *cap.* 12. feras, volucres, & cætera animalia jure na-
turæ non esse communia negativè, & præceptivè, hoc
est, ut omnium propria sint communis dominii ratione:
sed permissivè, ex quo nullius sint, & jure naturæ nulli
applicatæ inveniantur; quare benè lex humana, vel
Princeps poterit uni potius, quàm alii ex causa ea conce-
dere, ut optimè ratiocinatur D. Covarruv. *in dict. reg.*
peccatum, part. 2. *dict.* §. 8. *vers. His accedit.* Fachin.
lib. 1. *controvers. jur. dict. cap.* 1.
122 Qui omnes benè subdunt, non valere argumentatio-
nem: jure naturali aliquid est permissum; ergo non po-
terit illud per legem humanam prohiberi; quia multa
jure naturæ sunt licita, quæ postmodum, attenta Rei-
publicæ utilitate, aut justissima causa, ejusdem Reipu-
blicæ bonum regimen respiciente, lege humana prohi-
123 bentur, † ut accidit in hominum libertate, qua licet ju-
re naturali omnes fruerentur, *Princip. institut. de liber-*
tin. ubi Pichard. & reliqui institutarii, postea tamen fuit
restricta, & obumbrata, §. *Servitus, Instit. de jur. per-*
sonar. l. 4. §. *Libertas, ff. de stat. homin.* ex illa justissima
causa; quia utilius, atque æquius homines, & si in ser-
vitute, conservari, quam necari visum fuit, §. *Servi*
124 4. *Instit. de jur. personar.* † Nam jus naturale affirmativè,
tantùm, & permissivè, non præceptivè, nec negativè
libertatem hominibus concessit; permittit quidem om-
nibus jus naturale libertatem; sed non præcepit necessa-
rio liberos esse, nec negat libertatem ex aliqua causa amit-
ti posse, & in servitutem commutari, ut ultra alios resol-
vunt optime Divus Thomas 1. 2. q. 94. *art.* 5. *ad* 3. & 2. 2.
quæst. 57. *art.* 3. *ad* 2. D. Covarruv. *in regul. peccatum, part.*
2. §. 11. *num.* 3. Franc. Conan. *lib.* 1. *commentar. Iur. Ci-*
vil. cap. 6. *ex num.* 5. Pat. Vazquez 1. 2. *disputat.* 157. *cap.*
3. & 4. Pat. Marquez *in suo Gubernator. Christian. lib.* 1.
cap. 2. §. 2. *col.* 4. & 5. qui rectè libertatem juris naturalis
permissionem, non præceptum, appellant.
125 Et idem videmus in cæteris rebus, quæ in primis tem-
poribus jure naturali omnibus communia erant, nulliusf-
que in bonis habebantur: & tamen lege humana, sive
jure gentium rerum, & dominiorum divisio, ac distin-
ctio inter privatos fuit introducta, licèt secus esset si non
permissivè, sed præceptivè, & negativè ad aliud quid
jure naturali juberetur: nam tunc lege humana mutari
non posset, ut bene animadvertunt D. Covarruv. *dict.* §.
8. *num.* 1. Anton. Perez *in dict. rubric. C. de venat. ferar.*
numer. 7.
126 Ex quibus idem dicendum est in nostra venationis, vel
piscationis quæstione, ut non obstante, quod jure na-
turali, vel gentium venatio, aut piscatio omnibus sit
permissa, possint eam Principes supremi, tamquam in
terra, & in mari jurisdictionem, & protectionem habentes
justa causa expostulante, suis vassallis prohibere regalibus-
que applicare, maximè cum id semper fiat in locis, & ne-
moribus publicis, quę loca, & omnia jura publica, jure quo-
que gentium in Principem fuerunt translata, *l.* 3. *ff. ne quid*
in loc. public. quare cum hæc jura, tam de generali con-
suetudine, quam de jure ad Principes pertineant: rectè
sequitur, posse eos, ut in propriis terris venationes sub-
ditis interdicere, ut benè ratiocinatur Vvesembec. *in*
dict. rubric. ff. de acquir. rer. domin.
127 Sed hæc verissima nostra resolutio, ut venationis,
piscationis, vel aucupii emolumenta in locis publicis in-
ter redditus, vel fructus regales habeantur, possintque
Principes superiores venationes, aut piscationes prohi-
128 bere, dupliciter intelligi, aut limitari debet: † primò,
si non in totum, nec omni tempore, & loco hæc venan-
di, aut piscandi jure naturali omnibus permissa facultas
tollatur; ex hoc enim magnum vassallis gravamen in-
ferretur, si in totum eis hæc de jure naturali libera ve-
nandi facultas, & recreandi, victumque quærendi liber-
tas adimatur; quare duntaxat in aliquibus certis anni
temporibus ob majorem publicam utilitatem, & ob ipsius
venationis, sive ferarum conservationem, Princeps ve-
nationem prohibere debet, ut benè notant, & intelligunt
Soto *de justit. & jur. libr.* 4. *quæst.* 6. *artic.* 4. *vers. Sunt enim.*
Medin. *de restitut. quæst.* 12. *in princ.* Sebast. Medic. *de ve-*
nation. q. 5. *nu.* 6. Azeved. *in proœm. tit.* 8. *lib.* 7. *Recopilat. n.*
10. *in fin.* † veluti si tempore fœtus, vel nutritionis, vel 129
etiam nivium, venationes, piscationes, & aucupia in-
terdicantur, ut ferè apud omnes provincias legibus mu-
nicipalibus prohibetur, ne aliàs venatio consumatur to-
taliter, vel in magna parte minuatur, ut benè exempli-
ficant Medin. *dict. q.* 12. *versic. Est insuper.* Navarr. *in ma-*
nual. Latin. c. 17. *n.* 124. Dom. Covarruv. *in dict. regul. pec-*
catum, part. 2. §. 8. *n.* 3. *vers. Hinc optimè.* Gregor. *in l.* 6. *tit.*
28. *par.* 3. *gloss. fin.* ex bono consil. Decii 197. *col.* 2. Ioan. Gu-
tierrez *canonic. q. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 5. Savro *in clavi Regia, lib.*
15. *c.* 9. *nu.* 8. & 9. Fragoss. *de regimin. Republic. tom.* 1. *part.*
1. *lib.* 3. *disputat.* 7. *dict.* §. 1. *n.* 26. & 27. & apud nos statui-
tur in *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 7. *Recopilat.* & in *l.* 10. *eodem tit.* ubi nec
tempore, quo nutriuntur pisces, vel freant, piscari li-
ceat, in quibus juribus bene Azeved. de quo nostro ju-
re facit quoque mentionem Sebast. de Medic. *de venat.*
dict. quæst. 11.
Ex quibus similiter prohiberi poterit, ne quis pisca- 130
tiones exerceat in certa parte fluminum, vel paludum in
qua hieme, vel aliis certis temporibus omnes pisces
congregare se solent, quæ partes thori appellantur,
qui si aperirentur omnes pisces capi possent, &
destrueretur piscatio; quæ confirmantur ex singulari
in specie doctrina Cæpol. *de servitut.* sub *tit. de piscat.* &
nostri Gregor. *in dict. l.* 6. *tit.* 28. *part.* 3. *gloss. in fin.* qui
loquuntur in conductore fluminis, vel paludis piscatio-
nis, quem in dicto tempore, & loco à piscatione absti-
nere debere ob prædictam piscium desolationem af-
firmant, nam utendi, & fruendi jure conducto abute-
retur; quod ad quemlibet alium usumfructuarium nota.
Secundò hæc Principum venationem, vel piscatio- 131
nem interdicendi facultas intelligi, & procedere debet,
si ex aliqua justa causa id faciant, veluti si tempore nu-
tritionis, vel nivium venatio interdicatur; quod justis-
simum erit, ut proximè dictum remanet, & alias plures
causas allegando, ita declarant Medin. *de restitut. dict.*
quæst. 12. *in princip.* D. Covarruv. *in dict.* §. 8. *num.* 1. *in*
med. Azeved. *in proœm. tit.* 8. *lib.* 7. *Recopil. num.* 9. Vve-
sembec. *ad tit. de acquirend. rer. domin. num.* 7. Gulielm.
Benedict. *in c. Raynutius, verb. Et uxorem nomine Ade-*
lasiam, de testament. n. 899. *in fin.* & sequent. benè Fa-
chin. *lib.* 1. *controvers. c.* 1. Peregr. *de jur. Fisc. lib.* 1. *tit.*
1. *n.* 22. *in fin.* Pat. Villaroel *in suo gubern. Ecclesiast. part.* 1.
q. 3. *artic.* 9. *ex n.* 71. & plures causas referens Mari. *de ju-*
risdict. 4. *part. centur.* 1. *cas.* 57. Schrader. *de jur. incorporal.*
§. 25. *n.* 19. & 20. Zoanett. *de duplic. venat. n.* 93. Petr. Hei-
gius *lib.* 1. *q.* 15. *n.* 28. Hartman. *tit.* 46. *observat.* 3. *num.* 10.
Maurer. *de venat. part.* 7. *fol. mihi* 83. Maximil. Faust. *in*
cons. pro arar. clas. 6. *cons.* 18. *ord.* 560. *vers. Neque verò.*
Et in hoc sensu loquuntur, hanc Principis prohiben- 132
di facultatem ex juris nempe causis intelligentes Navarr.
Silvest. Fragoss. Dian. Gutierr. Bobadill. Cancer. Castill.
Maximil. Faust. Kloch. & ferè omnes DD. relati suprà.
Optimè, & quod ultra vulgares causas justa illa vena- 133
tionem interdicendi habeatur, ne rustici, vel agricolæ,
aliive artifices Reipublicæ necessarii venationis nimio
studio dediti, à suis officiis, vel ab agricultura divertan-
tur, ad proximè tradita Fachin. *lib.* 1. *controvers. dict. c.*
1. *vers. Sexta est causa.* Vvesembec. *ad dict. tit. de acquir.*
rer. domin. n. 7. Pat. Fragoss. *de regimin. Reipubl. tom.* 1. *par.*
1. *lib.* 3. *disputat.* 7. *n.* 26. & 27. Ant. Perez *super Cod. in tit.*
de venat. ferar. lib. 11. *n.* 7. *in princ.* Kloch. *de arar. lib.* 2. *c.*
5. *n.* 25. † Vbi ultra istam, aliam quoque subdit cau- 134
sam, ob metum nimirum latrociniorum, quibus nemo-
rum usu facilè infestantur, de quibus causis benè Gutierr.
lib. 2. *canonic. quæst. c.* 28. *ex num.* 1. & 6. ubi alias causas
refert, † & quod ea etiam justa sit, ut vitentur rixæ, & 135
contentiones, quæ contingere solent, nisi venatio pro-
hibea-

Digitized by Google

hibeatur: & si venatio fit cum periculo personæ, si nimi-
rum inter animalia ferocia, non satis circumspectè exer-
136 ceatur, Medin. *dict. q. 12. in princ.* † Vbi eam, quoque ju-
stissimam causam reputat, si Princeps prohibeat venatio-
nem exerceri eo tempore, quo Divina audiri debent, &
confert doctrina Sebast. de Medic. *de venat. q. 11. nu. fin.*
137 † Vel si majorum animalium, aptorum videlicet, cer-
vorum, & similium ignobilibus, sive plebeis venatio in-
terdicatur, ut nobilibus, atque ingenuis hoc genus ve-
nationis servetur, ut in ea præliorum simulacra mediten-
tur, tradunt hanc causam Gutierrez *dict. c. 28. n. 7.* Sot. *de
justit. & jur. lib. 4. q. 6. artic. 4. col. 5. vers. Praterea,* Ant. Pe-
rez *super Cod. in dict. tit. de venat. ferar. nu. 7.* & novissimè
Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. part. 3. c. 9.
num. 4. in fin.*
138 Item justissima causa erit, ut venandi, vel piscandi
facultas prohibeatur, si in aliquibus dumtaxat sylvis, vel
nemoribus, necnon & fluminibus ob propriam recrea-
tionem Princeps venationem, & piscationem prohibeat,
ut per omnes Principes frequenter fit, quod animadver-
tunt Sot. *de justit. & jur. lib. 4. q. 6. art. 4. col. 5. vers. Se-
cundo Princeps, & vers. Hoc autem,* Antunez *dict. cap.
9. num. 41.*
139 Item generaliter piscatio, & venatio justissimè per
Principem quoad modum restringi potest, ne videlicet
fiat cum aliquibus certis instrumentis ad piscium fera-
rumque depopulationem, & totalem extinctionem aptis:
nam si hoc liceret, brevi tempore hujusmodi animalia
extingui contingeret, Medin. *de restitut. dict. q. 12. vers.
Et insuper,* D. Covarruv. *in dict. regul. peccatum, part. 2. §.
8. in fin.* Steph. Bertrand. *cons. 255. lib. 1.* Matth. de Afflict.
lib. 3. constit. Regn. rubr. 1. n. 13. & ex *Rebuff. Cassan. Plat.* &
aliis comprobat Ioann. Petr. Molignat. *in tractat. de ve-
nat. part. 2. q. 23.* Sebast. de Medic. *eodem tract. q. 10.* Geor.
Mor. *de jur. venand. part. 2. c. 2. n. 59. cum seqq.* Gasp. Kloch.
de ærar. lib. 1. c. 5. n. 24. Ioann. Baptist. Thor. *in supplemen.
compend. verb. Piscari an prohiberi possit;* qui latissimè
improbat, & omninò prohibendam, defendit piscatio-
nem illam, de qua apud eum cum certis retibus, & arti-
ficiis tendentibus usque ad solum maris taliter, quod ni-
dos piscium subvertunt, ac diriment, & indifferenter om-
nes pisces majores, & minores capiunt, ita ut mare ste-
140 rile reddant, † quod etiam magna civilis ratio expostulat,
nam si, ut dictum remanet, venationis, & piscationis
usus jure gentium omnibus commune est, & cuilibet ve-
nari, aut piscari licet, omnes quidem in hujusmodi usu
socii sumus, ex quo nullus poterit hoc jure communi abu-
ti, sed cum moderamine uti ad usum destinatum, non
ad juris communis extinctionem, & in damnum con-
socii, juxta text. *in l. actione, §. Labeo, ff. pro socio.*
141 Vnde frequenter legibus municipalibus plurimum
Regnorum venationes fieri interdicitur cum bombardis,
tona, foveis, laqueis, & similibus instrumentis, qui-
bus plures extinguuntur, & capiuntur feræ; & similiter,
ne quis cum scoplo aucupetur, ne per tonitrua arcabu-
siorum fugentur, & terreantur aves, indeque animalium
sylvestrium, & ferarum sequatur innumera extinctio in
magnum Reipublicæ damnum; eo quod in feræ non so-
lum ornamento Reipublicæ sint, verum etiam pro utili-
tate hominum valde necessaria: & nequis, cum torvisco,
taxo, aliisve herbis venenosis piscetur, quibus ultra quod
pisces in magna quantitate occiduntur, capti insesti re-
manent, hominibusque valdè sunt nocivi: & insuper
aquæ ita venenatæ corrumpuntur in hominum, & bestia-
rum de illis bibentium necem; quare his instrumentis, aut
modis nostris legibus piscationes, & venationes prohi-
bentur ut constat ex *l. 3. cum sequent. & l. 9. tit. 8. lib. 7.
Recopilat.* & ibidem Azeved. & ex nostris notant Aven-
dañ. *in c. 19. Prator. n. 30. illat. 8. lib. 1.* optimè Dom. Præ-
ses Covarruv. *in regul. peccatum, 2. part. §. 8. n. 3. in fin.* Me-
xia *in pragmat. tax. pan. concl. 4. n. 19.* Salzed. *in pract. ad
142 Bernard. Diaz. c. 67. à n. 1.* † Et ex eadem causa perdices
habere ad aucupandum, interdicitur quoque per nostram
l. 3. dict. tit. 8. lib. 7. Recopilat. D. Covarruv. & Salzed. in
locis citat. quia earum concentus tempore quoad nutrien-
dum campestres separant contrariam masculinam, vel
fœmininam speciem inhiantes libentissimè ad laqueos
paratos, vel foveas attrahit, quo aucupii genere facillimè
hanc ferarum speciem cremari continget: circa quam
aucupii prohibitionem nota, non ex eo, quòd quem in
domo perdices habere probetur, in pœnam legis incide-
re, quia eas ad recreationem earum cantu habere potest;
sed requiri quod illis in aucupio usus fuerit, & quod hæc
qualitas probetur, ut singulariter animadvertit Azeved.
in dict. l. 3. nu. 3.
Quas venationis, & piscationis prohibitiones, vel re- 143
strictiones circa præfatos modos, vel instrumenta jure
nostro Regio prohibita, confirmant Doctores de jure
communi ex text. *in l. qui foveas, ff. ad leg. Aquil.* & no-
tant DD. per text. in §. *nemo retia, de pac. tenend.* † Et in 144
Regno Neapoli prædictus modus piscationis inhibetur
per *constitut.* ipsius Regni, quæ incipit: *Quicumque, toxi-
cum,* & ibidem notat Matth. de Afflict. Horat. Barbat. *de
divis. fruct. 1. part. c. 4. n. 3.* † Et in Lusitania idem disponi- 145
tur circa venationem, & piscationem certis temporibus,
& instrumentis prohibendam in Ordinamento illius Re-
gni *lib. 5. tit. 85. per tot.* Cabed. *dec. Lusitan. 89. n. 4. part. 2.*
† Et ad plures aliorum Regnorum leges municipales, & 146
constitutiones de hujusmodi venationum, vel piscatio-
num justissima prohibitione plenè tractant, ultra relatos,
Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 16. §. 6. n. 3.* Ioann. Plat.
& Rebuff. *in l. unic. Cod. de venation. ferar.* Medic. Georg.
Mort. Molignat. Kloch. & alii superius relati.
Vnum tamen nota, præfatas venationis prohibitiones 147
non extendi ad feras nocivas, quæ ipsarum copia, & fe-
ritate hominibus nocere possent: vel quæ damnum fru-
gibus, aut pecudibus inferre solent, ut sunt leones, ursi,
apri, lupi, vulpes, & similis, quorum animalium venatio-
nem permissam constat ex dict. *l. unic. Cod. de venat. ferar.
lib. 11.* quinimò, & si anteà theatralibus antiquis Roma-
norum voluptatibus istorum animalium copia deserviret,
eorum tamen extinctio ex permissa venatione utilior rei-
publicæ reputabatur justa litteram *l. 1. Cod. Theodos. eo-
dem tit.* ibi: *Cum salus nostrorum provincialium voluptati
nostra praponatur,* ex qua dict. lex unica fuit desumpta,
ut notat ibidem Amaya *in n. 27. cum seqq.* & declarat opti-
mè ad rem Cassan. *in Cathal. glor. mund. part. 10. conside-
rat. 50.* Vincent. de Franch. *dec. 158. n. 2.* Sixtin. *de regal. li.
2. c. 18. n. 77.* Ant. Perez *sup. Cod. in dict. tit. de venat. ferar.
n. 14.* † Qui potiùs venationem istam præmiis excitan- 148
dam, quàm cohibendam monet; ut apud nos fit in vul-
pium, luporumve captione, pro qua frequenter in nostro
Regno per populorum concilia, & per personas à Conci-
lio generali apud nos *de la Mesta* deputatas præmia ca-
pientibus assignantur, & jubetur in nostra *l. 5. tit. 8. lib. 7.
Recopilat.* notant ex nostris Avendan. *in c. 2. Prator. nu. 8.
in med. lib. 1. & in n. 9.* ait benè hæc præmia stante nostra
lege Regia per oppidorum concilia absque Regia licentia
constitui posse, sequitur Mexia *in pragmat. tax. pan. con-
cl. 1. fol. 17. n. 34.* Azeved. *in dict. l. 5.*
An autem, stante nostra lege Regia, vel statuto, quo 149
lupum capienti præmium assignantur, si lupam prægnan-
tem quis cœperit, unum præmium, vel plura ei sint præ-
standa? & quod unum dumtaxat; quia non censetur ani-
mal, dum in utero est, resolvit Bald. *in l. fin. ff. de liber.
caus.* Ant. Perez *sup. Cod. in dict. tit. de venat. ferar. nu. 15.*
licèt secùs esset, si caperet lupam lactentem, & lupillas,
Imol. *in l. in lege, ff. ad leg. Falcid.* Felin. *in c. sicut, de ho-
mic.* Sebast. de Medic. *de vena. q. 42.* Azeved. *in dict. l. 5. n. 2.*
Quibus etiam adde, pœnas contra prædictas prohibi- 150
tiones venationibus admodum acerbas infligi non debe-
re, quia illud non æstimatur furtum, aut latrocinium,
perindè, ac cum domus, ac bursæ expilantur; undè cru-
dele reputant DD. pœnam corporali homines ob venatio-
nem affici; satisque erit, si, ablatis venationis instru-
mentis, in duplum, aut simplum mulctentur, benè de

his

his pœnis temperandis Sot. *de justit. & jur. lib. 4. q. 6. art. 4.* circa fin. *verf. Sed Tertio*, Andr. Gail. *lib. 2. obfervat. 68. n. 10.* Sebast. de Medic. *de venat. q. 5. n. 7.* Azeved. *in proœm. dict. tit. 8. lib. 7. Recopilat. n. 11.*

151 † Ex quo Alphonf. de Castr. relatus per Antunez *de donation. Reg. 3. part. c. 9. n. 60.* meritò tyrannos appellat eos, qui ob cervum confectum hominem morte; vel alia pœna corporali puniri jubent, pluris bestiam, quam hominem æstimantes, quæ fumma est impietas, ut benè confiderat Gasp. Kloch. *de ærar. lib. 2. c. 5. n. 42. & 43.* qui elegantia verba ex Episcopo Sarisburenfi refert, ibi: *Quod magis mirere pedicas parare avibus, laqueos texere, allicere nodis, vel fistula, aut quibufcumque infidiis fupplantare, ex edicto fæpè fit criminis, & vel profcriptione bonorum mulctatur, vel membrorum punitur falutis difpendio: volucres cœli, & pifces maris communes effe audiveras. Sed hæ Fifci funt, qui venatica exigit, ubicumque volant; manum contine, abstine, ne & tu in pœnam læ-
152 fæ Majeftatis venantibus cedas in prædam:* † Quæ intelligunt Doctores præcitati, nisi fæpiùs contra hujufmodi prohibitiones, quis venari inveniatur; nam tunc benè propter contumaciam, vel legis contemptum relegari, aut etiam pœnas corporali pro modo contemptus affici poterit, ut declarant *Azeved. Medic.* & Doctores laudati fupr.

153 Quibus circa pœnam contra in loco prohibito venantes notabiliter adde, quod si aliquis cervum, vel aliam feram in loco, ubi est omnibus libera venandi facultas investigare, & venari cœperit, quoufque in vicinam fylvam, vel alium locum prohibitum pervenerit, in hoc prohibito loco feram istam absque incurfu pœnæ occidere, aut capere non poterit; quia jam in loco tuto, & prohibito invenitur; nec quidquam facit, quod in loco libero eam perfequi cœperit; nam illud licuit, quamdiu in eo feræ verfantur: non verò si eo in alium transmigraverit; qualitas namque, quòd in aliquo loco cuilibet venari liceat, ipsi loco cohæret, nec feras comitatur, si ex eo exierint, ut benè refolvit Maximil. Faust. *in confil. pro ærar. claf. 4. confil. 104. ord. 255.* Item nota, quod hujufmodi pœnarum, five delictorum, aut contraventionum denuntiatio apud nos intra tres menfes à die venationis fieri debent, non verò eo tempore lapfo, ut apud nos statuitur in *l. 13. tit. 8. lib. 7. Recopilat.* & ibidem notat Azeved. *& in lib. 10. num. 5.*

154 Quibus adde etiam, his nostrarum legum, & fimilium statutorum prohibitionibus perfonas Ecclefiasticas etiam comprehendi; quia funt leges generales publicam utilitatem refpicientes; nec quidquam per eas Sacris Canonibus derogatur, ut in fpecie refolvunt Sazed. *in pract. ad Bernard. Diaz., c. 67. gloff. 1.* Thom. Valafc. *allegat. 31. nu. 13.* Fragoff. *de regimin. Reipubl. tom. 1. part. 1. lib. 3. difput. 7. n. 27.* Et apud nos fapris aperte colligitur ex *dicta nostra l. 1. dict. tit. 8. lib. 7. Recopilat.* in illis verbis: *So pena, que fi alguna perfona, ò perfonas de qualquier eftado, ò condicion que fea, &c.* per quæ verba ibidem notat Azeved. *n. 2.* quidquid contrarium voluerit Mart. *de jurifdict. 4. part.
155 caf. 57.* † Quæ ita procedunt, quòd si Clericus repertus fuerit, cum instrumentis prohibitis, vel aliter prohibitam venationem exercendo, poterunt à judice laico ab eo auferri aves, canes, retia, aliaque instrumenta tanquam Reipublicæ nociva, Salzed. *dict. glof. 1. verf. Illud autem nove*, Azeved. *in loc. citat.* Tondut. *de prævent. 2. part. cap.
156 29. n. 50.* † Vt in Clerico cum armis prohibitis invento, quòd fimiliter eis à judice fæculari spoliari possit, notat Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. q. 3. n. 158. difputat. 2.* Arias de Mefl. *lib. 3. variar. c. 35. cum feqq.* Tondut. *dict. c. 29. n. 48.*
157 † Sed quoad punitionem, & caufæ cognitionem judici Ecclefiastico erit remittendus, Salzed. *dict. glof. 1. verf. Non tamen*, Thom. Valafc. *dict. allegat. 31. n. 13.* Azeved. *ubi proximè*, Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg. 3. part. c. 9. n. 67.* Et in hoc fenfu rectè procedit doctrina Martæ ubi proximè: & Pat. Villarocl *in fuo guberr. Ecclefiast. part. 1. quæft. 3. artic. 9. ex num. 75.*

Quæ intellige in cafibus, in quibus aliàs de jure canonico Clericis licita est venatio, veluti si fanitatis, vel 158
necessitatis caufa, vel etiam ob recreationem honestam venationem cum moderamine exerceant, dummodò clamofa non fit, ut docent Bernard. Diaz *in prax. dict. c. 67. n. 5. & 6.* Tiraquel. *de Nobilitat. cap. 37. ex n. 48.* Gutierrez *Canonic. q. lib. 2. c. 28. n. 16.* Cened. *collect. 56. ad Decret. n. 8.* Fragoff. *de regimin. Reipubl. dict. difput. 7. n. 28.* Amaya *in dict. l. unic. C. de venat. ferar. n. 71.* † Nam extra hos cafus 159
regulariter Clericis venatio ipfa per fe prohibetur; quia ejus exercitium vitam inquietam reddit, & penitùs à cœlesti contemplatione abesse facit: misericordiam, & manfuetudinem, quæ maximè Clericos decet, destruit: crudelitatem ferinofque, & fanguinolentos mores ad latrocinia, & immanitates aptos venatio, maximè aprorum, & fimilium ferarum ingerit; & quibus, & aliis rationibus venationes jure Canonico Clericis prohibentur *in c. 1. & 2. de Cleric. venator. c. cum Apostolus 6. c. quorundam 34. distinct.* & in aliis juribus Canonicis, & in Concilio Agathenfi *c. 55.* & Lateranenfe fub Alexandro III. *cap. 4. 1. part.* & in nostra *l. 57. tit. 5. part. 1.* lateque refolvunt etiam ad quæstionem circa restitutionem animalium, quæ Clericus in illicita venatione cœperit; & ad aliàs plures circa hujufmodi Clericorum venationis prohibitionem D. Covarruv. *in dict. regul. peccatum, 2. part. §. 8. n. 3.* Medin. *dict. q. 12.* Salzed. ad Bernard. Diaz. *in prax. c. 67.* Silvester. Armil. & alii ex Summistis in *verb. venatio*, Tiraquel. *de nobilitat. c. 37. nu. 148.* Molin. *de justit. & jur. tom. 2. difput. 54.* Petr. Gregor. *lib. 39. fyntagmat. jur. univerf. c. 10. & lib. 13. de Republic. c. 17. ex n. 6.* Sayr. *lib. 11. thefaur. caf. confcient. c. 9. n. 20.* Bobadill. *lib. 2. polit. c. 18. n. 119.* Cened. *collect. 56. ad Decret. n. 8.* Mart. *de jur. 4. part. c. 57.* Filliucius *tom. 1. tractat. 31. cap. 6. n. 142.* Pat. Dian. *3. part. refolut. moral. tract. 6. refolut. 19.* Fragoff. *de regimin. Reipubl. dict. difput. 7. n. 28.* Anton. Perez fuper *Cod. in dict. rubric. de venat. ferar. n. 7.* & alii congestis August. Barbof. & Profper. Fagnan. *in collect. ad dicta jura Canonica*, in quibus doctè, & eruditè fapientiffimus D. D. D. Emanuel. Gonzalez Tellez.

Quas Ecclefiasticorum rei venatoriæ prohibitiones in- 160
tellige in venatione dumtaxat, non verò in piscatione, quæ nullo jure Clericis interdicta invenitur; quia non ita, ut venatio à divinis cogitationibus mentem abstrahit; fed imò magis quietè, & absque ullo impetu, & canum fumptum, & absque ulla crudelitatis fpecie exercetur, ut optimè, ultra omnes plures alias rationes differentiæ, qua congerit, latè explicat Sebast. de Medic. *de venat. q. 8. n. 3. cum feqq.* docent Menoch. *de arbitr. caf. 413. n. fin.* Salzed. *ad Bernard. Diaz. in prax. c. 70. verf. Pifcatio litter. A.*
† Avertit quippè tantùm à Deo mentem venationis dele- 161
ctatio, ut canis post leporem curfum aspicere non auderet, ex talique, & si leviffima diverfiore fcrupulum generaret, Divus Augustinus, ut fatetur ipfe in fuis confeffionibus *lib. 10. cap. 35.* ibi: *Canem currentem post leporem jam non fpecto, cum in circo fit: at verò in agro, si cafu tranfeam, avertit me fortaffis, & ab aliqua magna cogitatione, atque ad fe convertit illa venatio.*

† Ex quo vulgariter dicitur, *nullum Sanctum in Sa-* 162
cris Scripturis venatorem inveniri, pifcatores tamen plures, ut fuerunt Apostoli antè, & post Christi Domini refurrectionem.

Quam etiam præfatam refolutionem, ut Clericis ve- 163
natio, nisi in dictis cafibus, interdicta cenfatur, limita animalibus nocivis, pro ut funt Leones, Vrsi, Lupi, & fimiles pro quorum extinctione, quibuslibet etiam perfonis prohibitis ob publicam utilitatem, licita est venatio, ut ex *l. 1. Cod. de venat. ferar. lib. 10. c. 1. §. Nemo retia*, ubi Alvarot. & Feudistæ *de pac. tenend.* Caffan. Sixtin. Ant. Perez, & alii relati fupra. Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. part. 3. c. 9. n. 71.* quod tamen in Clericis non admitterem, quia magis damnofa, & fanguinolenta, crudelitatique proximior est ista quam cæteræ venationes, & quidem cum periculo vitæ, nisi tamen urgente magna neceſ-

Digitized by Google

necessitate, veluti si fruges, & armenta hisce animalibus devastantibus, cæteri ex Laicis huic periculo, & damno subvenire non sufficiant, quo casu crederem benè Clericis in his venationibus laicos associare licere.

164 Ex quibus vides, quomodo, & quando venationis, piscationis, & aucupii emolumenta in locis publicis inter redditus, vel fructus regales connumerari debeat, vel quando omnibus communia sint, quomodo percipi possint: sive venationes, piscationes, & aucupia exerceri valeant?

165 In tertio igitur, & ultimo casu ex tribus superiùs in principio hujus capitis propositis, cùm, videlicèt, in terris Comitum, Ducum, sive Magnatum, aliorumve Dominorum inferiorum disceptatur: an venationis, vel piscationis nostræ emolumenta fructus jurisdictionis, vel dominii sint, & consequenter Dominis inferioribus concessi; ut hac ratione piscationes, & venationes in locis publicis suarum territoriorum vassallis interdicere possint sibique defensas, & forestas reservatas facere.

166 In qua quæstione omissa longiori disputatione, breviter resolvendum est: nullo modo hujusmodi venationis, vel piscationis emolumenta inter fructus jurisdictionis reputari, nec consequenter ejus ratione Dominis inferioribus competere, imò venationes, & piscationes in suis terris, cessante alia Regia prohibitione, vassallis liberas esse, quin aliquo modo vassalli ab eis per Dominos cohiberi valeant: vel aliqua banna, sive edicta prohibitiva circa eas emittere possint; ex quo venationes de jure naturali, sive gentium omnibus permissæ sunt, ut ex text. *in l. 1. 2. & 3. ff. de acquirend. rer. domin.* latè comprobavimus.

167 Et ita in specie resolvunt contra Duces, Comites, Magnates, & feudatarios, aliosque Dominos inferiores, pleneque ad plures quæstiones tractant Andr. de Isern. & alii feudistæ *in c. nemo retia, de pac. tenend.* Ioann. Fab. *in §. Flumina, instit. de rer. divis.* Matth. de Afflict. *in constit. Regn. Neapol. scire volumus, n. 13.* Iass. *cons. 119. lib. 4.* Rebuff. *in l. unic. Cod. de venation. ferar. lib. 10.* Purpurat. *cons. 535. & cons. 392. lib. 1.* Iacobin. de Sanct. Georg. *in investit. §. Et cum venationibus*, qui pluribus modis respondit *c. 1. de pac. tenend.* Roland. à Vall. *cons. 9. li. 2.* Grammat. *decis. 67.* Tiraquel. *de nobilit. c. 37. n. 150.* Surd. *cons. 390. num. 2.* Henric. Rossental. *de feud. c. 5. concl. 24. n. 2.* Pont. *cons. 74. lib. 1.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 13. §. 2. gloss. 1. nu. 5. & 22.* Vincent. de Franch. *dec. 158.* Gail. *lib. 2. observat. 58.* Vrsil. ad Afflict. *decis. 388.* Vivius *in sylu. commun. opin. concl. 110.* Renat Choppin. *li. 1. de jurisdict. Andegaviens. c. 33. nu. 8.* Aym. Cravet. *cons. 643. lib. 4. & cons. 945. lib. 5.* Natt. *cons. 375.* Cujac. *lib. 4. observ. c. 4. & lib. 5. feudor. ad constitut. Frideric. de pac. tenend. fol. 303.* Anna *singular. 59.* Thesaur. *forens. q. lib. 2. q. 22.* plenè tractat Camill. Borrell. *de Magistrat. lib. 4. c. 4.* Rodolphin. *de suprem. seu absolut. Princip. potestat. n. 123. cum seqq.* & reprobans Fachineum (qui contrarium in favorem Dominorum resolvit) Pat. Villarroel *in suo gubernio Ecclesiast. part. 1. q. 3. artic. 9. nu. 59. cum seqq.* Capiblanc. *de Baron. tom. 2. sup. pragmat. 14. c. 86. ex n. 1.* Hieron. Scurp. *cons. 1.* Kirchou. *commu. opinion. centur. 4. c. 99.* qui ita in Regno Neapol. Siciliæ, Galliæ, & in Germania, Saxonia, aliisque Provinciis, & Regnis contra Dominos inferiores servari testantur; quia non est in eis eadem ratio, quam in Principibus supremis versari superius diximus, ut hujusmodi prohibitiones in suorum territoriorum venationibus, & piscationibus facere possint benè animadverrunt Dominic. Sot. *de justit. & jur. lib. 4. q. 6. artic. 4. vers. Hoc autem*, Ioann. Gutierr. *Canonic. quæst. lib. 2. quæst. 28. n. 2.*

168 Quòd ita procedit, ut nec Domini inferiores ullam habeant facultatem faciendi piscationes pro ipsorum recreatione reservatas in fluminibus, Andr. de Isern. *in tit. quæ sint regal. vers. Redditus piscationis*, Ioann. Fab. *in §. Flumina, Instit. de rer. divis.* Luc. de Penn. *in l. usum aquæ. Cod. de aquæduct. lib. 11.* Ioann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract. 1. gravam. 70. n. 3.* nec forestas, sive defensas, aliasve privatas venationes, ipsis solis Dominis inferioribus apertas, Andr. de Isern. *in dict. c. nemo retia, de pac. tenend.* & loquentes in defensis, tam pro venationibus, quàm pro usu pascuorum prohibendo, sibique reservando absque licentia Principis per inferiores factis, Matth. de Afflict. *super constit. Regn. Neapol. lib. 1. rubr. 85. num. 6.* Bernard. *cons. 1. lib. 3. & cons. 37. lib. 1.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 22. col. 693. vers. Posset etiam, lib. 2. Ordinament. & v. Advertendum, & vers. Negandum*, benè contra Dominos inferiores Lusitaniæ, aliorumque Regnorum Cabed. *dec. 89. n. 1. part. 1.* Valasc. *de jur. emphyteut. q. 8. n. 43. vers. Ex prædictis*, Cald. Pereir. *de empt. & vendit. c. 21. n. 11.* Rebell. *de obligat. just. part. 1. lib. 1. q. 14. sect. 2. n. 7. & 8.* Fragos. *de regimin. Reipubl. tom. 1. part. 1. lib. 3. disputat. 7. n. 21. vers. Ex hac resolutione*, idemque in Regno Neapoli servari, ne illius Regni Barones defensas, & forestas sibi reservatas faciant, Dominic. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 4. n. 199.* Ioann. Maria Novar. *de gravam. vassall. tract. 1. gravam. 71. num. 14.*

Nec ex eadem ratione Domini inferiores facultatem 169
vassallis concedere poterunt faciendi easdem defensas, vel piscationes reservatas, Andr. de Isern. *in tit. quæ sint regal. vers. Redditus*, Ioann. Faber. *in §. Flumina, Instit. de rer. divis.* Luc. de Penn. *in l. usum aquæ, Cod. de aquæduct. lib. 11.*

† Nec aliquam partem venationis, aut piscationis à vassal- 170
lis exigere poterunt, nisi stante ad id privilegio, aut consuetudine, sive immemoriali præscriptione, de quibus infra, Novar. *dict. tract. 1. gravam. 72.* Alias enim violentia, magnumque gravamen ex his venationis, vel piscationis prohibitionibus vassallis inferretur, ut benè fundat Valer. *in differenc. inter utrumq. for. verb. Peccatum, different. 16.* & sequuntur Guid. Pap. *dec. 514.* Marr. *de jurisdict. 4. part. cas. 56.* Franc. Tondut. *resolut. civil. c. 105. n. 1.* Vincent. de Franch. *dict. dec. 158. n. 7.* ubi ita in Sac. Consil. Neapolit. decisum refert. Niger. *sup. c. Regni gravamina 114.* & sup. cap. *Magistri forestarum, num. 15.*

Et apud nos idem jure, & praxi servatur, ut neutiquam 171
nostris Comitibus, Marchionibus, sive Magnatibus, aliisve Dominis inferioribus hujusmodi prohibitiones facere, vel proclamata, sive edicta circa venationes, vel piscationes emittere liceat: nec eas in certis locis reservatas sibi facere, docent ex nostris Dom. Covarruv. *in dict. regul. peccatum, 2. part. §. 8. nu. 1. de regul. jur. in 6.* Gregor. *in l. 6. gloss. 2. tit. 28. part. 3.* Medin. *de restitut. q. 12. vers. Quid in dominis temporalibus*, Dominic. Sot. *de justit. & jur. lib. 4. q. 6. artic. 4. v. Hoc autem*, Anton. à Cordub. *in sua summ. de casos de consciencia, q. 119. n. 2.* Ioan. Gutierr. *Canonic. q. lib. 2. c. 28. n. 6.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 22. col. 693. vers. Posset etiam, & vers. Advertendum, & vers. Negandum lib. 2. Ordinament.* Avendan. *in tr. de venat. fol. 4. q. 5. verb. Empero, & fol. 14. q. 5.* Azeved. *in rubr. tit. 8. lib. 7. Recopilat. n. 6. cum seqq.* Dom. Larr. *allegat. 110. n. 14. & 15.* benè Bobadill. *in polit. lib. 2. c. 16. n. 138.* qui ex hoc meritò increpat Dominos inferiores hanc regaliam sibi adrogantes, gravibusque sub pœnis venationis, & piscationis fructus nullo jure vassallis inhibentes.

Et in Lusitania, & etiam generaliter apud omnes id 172
quoque servari debere, docent illius Regnicolæ, Cald. Pereir. *de empt. & vendit. c. 21. n. 11.* Cabed. *part. 1. dec. 95. n. 1. & 2. & dec. 89. n. 4.* Fragoss. *de regimin. Respubl. tom. 1. part. 1. lib. 3. disputat. 7. §. 1. n. 31.* & novissimè Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. part. 3. c. 9. ex n. 51.* qui ad id jus municipale *Ordinament.* illius Regni refert, ne in eo Domini temporales defensas, vel forestas pro venationibus sibi reservatis faciant. † Item in Regno Aragonum 173
Sess. *decis. 74. nu. 5. & 20.* & apud nos Dom. Larr. *ubi proximè.*

Quæ tamen contra vassallorum Dominos resolutio, ne 174
suis vassallis venationes, & piscationes prohibere valeant, intellige, & declara, ut procedat in locis publicis, & communibus: secus verò in locis privatis ipsorum Dominorum, quoad utrumque dominium propriis, in quibus benè poterunt venationem, seu piscationem interdicere, ut de quolibet alio privato in suo fundo venationibus, aut pisca-

piſcationibus parato ſuperius diximus *ex nn.* 48. *&* 52. & declarant optimè Medin. *de reſtitut. q.* 12. *verſ. Sed quid de Dominis*, Fragoſſ. *de regimin. Reipublic. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 7. *n.* 22. *verſ. Mihi tamen*, quidquid aliud ſatis confuſè reſolvere videatur Azeved. *in rubr. tit.* 8. *l.* 7. *Recopilat. verſ. Tertia ratio eſt, in verb. Quod tamen in Magnatibus.*

175 An verò ſaltim Domini inferiores, licèt non abſolutè venationes, & piſcationes in locis publicis prohibere valeant, poſſint tamen aliqua banna pœnalia, ſive proclamata circa modos piſcandi, vel venandi omittere, ne videlicet immoderatæ nivis, vel nutritionis tempore venetur, vel ne cum inſtrumento tonæ, laqueis, foveis, vel aliis certis inſtrumentis, quibus innumera animalia extinguuntur, & ferè depopulantur, de quibus, eorumque prohibitione ſuperiùs dictum remanet; aut etiam ne cum torviſco, cocà, aliiſque herbis venenoſis piſcatio exerceatur: aut retibus ſtrictioribus, quæ valdè ſunt pernicioſæ, & in deſtructionem piſcationis; nam cum eis piſces parvi, & eorum ova capiuntur?

176 In hac quæſtione affirmativè reſolvit Petr. *de poteſtat. Princip. fol.* 50. *n.* 13. & noviter Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *ſup. prag.* 14. *c.* 86. *ex n.* 4. quem ſequitur Ioann. Bapt. Thor. *in compend. dec. tom.* 1. *verb. Venatio poteſt prohiberi.*

177 Sed in contrarium extant Rendell. *in tractat. de paſc. foreſt. & defenſ. tit. de Baron. paſcuis, pag.* 91. *verſ. Ex quibus*, Ioan. Maria Novar. *de gravamin. vaſſall. tract.* 1. *gravam.* 71. *ex n.* 6. qui aliquibus fundamentis contrariam Capiblanc. ſententiam evertere conantur, latèque reſolvunt, etiam quoad modum liberam, pleniſſimamque vaſſallis venandi, & piſcandi facultatem remanere, & eamdem ſententiam retinet idem Novar. *in gravam.* 422. qui loquitur in piſcationibus cum retibus ſtrictioribus, quibus piſces quoque parvi capiuntur, quem piſcandi modum nec prohibendum per Barones defendit, pro qua ſententia adducit Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *c.* 755. *nu.*
178 38. † Quem tamen licèt ad litteram referat, malè quidem tam abſolutè intelligit; quia imò potiùs Gratian. *in dict. loc.* ſupponit, benè per Dominos piſcationes prohiberi poſſe, ſi cum retibus ſtrictioribus fiant, ita ut parvuli piſces capiantur, & deſtruantur ova; defendit tamen in ſuo caſu piſcatores ex aliis circumſtantiis, quæ in eo accidebant: & pro eis deciſum refert, ex quo retia illa, de quibus ibi, non ita pernicioſa fuiſſe probata, nec piſcium deſtructionem, notabilemve diminutionem; ſed imò piſcationes, & redditus in illo lacu tunc magis auctos inveniri, ut conſtat ex verbis illius deciſionis, ibi: *Et ita ex prædictis fuit deciſum, non conſtare qua ratione iſta retia ſint pernicioſa, & propterea non poſſe prohiberi, ut in deciſione coram R. P. D. Veroſpio in hujuſmodi cauſa Albanen. juriſdict. ſeu lacus* 16. *Iunii* 1614. *cum aliàs ſi conſtaret, quod uſus ſimilium retium eſſet pernicioſus, concederetur facultas Dominis illam prohibere, ut in deciſ. in hac eadem cauſa.*

179 In hac igitur DD. varietate à ſententia iſta affirmativa Capiblanc. & Gratiani non recederem; Primò quia præfati piſcandi, & venandi modi ratione temporis, & inſtrumentorum ſatis per ſe injuſti, & illiciti apparent, dum piſces, volatilia, cæteraque animalia cremant: & ita publicam utilitatem, communemque ſocietatem evertunt, ut plenius dixi ſuprà *ex n.* 131. *&* 140. undè ex eorum prohibitione nullum gravamen Domini ſuis vaſſallis inferre
180 videntur: nec quid injuſtum operare; † imò tanquam Magiſtratus, & Gubernatores, ſive Correctores in ſuis terris id per ſe, aut ſuos Officiales, per quos juriſdictionem exercent, curare, & prohibere debent: nè publica lædatur utilitas, quæ magna in hujuſmodi animalium copia conſideratur; quare eorum pœnalia banna, ſive proclamata prædictos piſcandi, vel venandi modos prohiben-
181 tia omninò ſervanda exiſtimo; † quia non ipſorum dominorum privatam utilitatem, ſed publicum bonum reſpiciunt: nec libertatem venationis, & piſcationis vaſſallis reſtringunt, ſed potius in poſterum ipſius omnibus
communem uſum conſervant, & augent. † Quæ confir- 182
mantur ex doctrina Valer. *in different. inter utrumq. for. in verb. Peccatum, differ.* 16. & Pat. Dian. *reſolut. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *miſcellan. reſolut.* 18. aſſerentium venationem, & piſcationem licitè per dominos temporales prohiberi, aut reſtringi poſſe ex juſta cauſa publicam utilitatẽ reſpiciẽte.

Similiter Civitas, vel ejus Magiſtratus hos piſcandi, 183
& venandi modos per ſua edicta, & proclamata, vel etiam ſtatuta prohibere poſſunt, necnon, & in totum venationes, & piſcationes nivium, nutritioniſve temporibus interdicere, Decius *conſ.* 197. *col.* 1. noſter Gregor. *in l.* 6. *tit.* 28. *part.* 3. *gloſſ. fin. in fin.* Pat. Molin. *de juſtit. & jur. tract.* 2. *diſput.* 45. & ex Covarr. Medic. & aliis, Azeved. *in l.* 1. *n.* 1. *tit.* 8. *lib.* 7. *Recopilat.* & licèt de his non meminerit, Amay. *in l. unic. Cod. de venat. ferar. lib.* 10. *num.* 47.

Quas Dominorum inferiorum prohibitiones intellige, 184
ut ſtrictius procedant, & per eos fieri debeant, quàm ſi per Principem ſupremum fierent, ut animadvertunt Petr. *de poteſtat. Princip. c.* 7. *ex n.* 56. Bern. Græv. *practic. concl. lib.* 1. *concluſ.* 68. *conſider.* 1. Georg. Mor. *de venat. c.* 2. *n.* 21.

Secundò pro ſuperiori in favorem dominorum reſolu- 185
tione facit, quòd ferè in omnibus Regnis, ac Provinciis extant ſtatuta, aut leges municipales, quibus piſcationes, & venationes nivium, vel nutritionis tempore interdicuntur: necnon præfata inſtrumenta, & piſcationum, aut venationum modi, quibus piſces, cæteraque animalia in magna copia capiuntur, prohibentur, ut ſuperius annotavimus, noſtri Regni, aliorumque plurium jura municipalia referendo: quo caſu abſque ulla dubitatione prædicta reſolutio procedet; quia tunc banna, vel edicta dominorum inferiorum inſtrumenta illa, & modos piſcationis, & venationis prohibentia neceſſariò ſubſtinenda, & ſervanda erunt, tanquam in jurium Regni executionem, quam Iudices, vel Magiſtratus inferiores, pro ut ſunt noſtri Domini vaſſallorum curare ſemper debent: conſequenterq; ex eo vaſſalli quærelantes audiendi non erunt.

Sed ut noſtrum tertium caſum circa venationes, & piſ- 186
cationes in terris Dominorum inferiorum proſequamur; præfata principalis reſolutio de qua *ſupr. ex n.* 166. ut venationis, vel piſcationis emolumenta, aut facultas eas prohibendi juriſdictionis fructus non ſint, nec Dominis competant, dupliciter limitari, & intelligi debet: Primò, niſi venationes, aut piſcationes, vel jus eas prohibendi in ſuis territoriis, vel aliquibus certis partibus pro ipſorum recreatione, necnon & pro lucro quærendo, Regia conceſſione, aut privilegio habeant: ſecundò niſi id conſuetudine, aut legitima præſcriptione eis competat: De quibus duabus limitationibus, aut declarationibus quomodo procedere debeant, breviter agam.

Quoad primam igitur limitationem eſt concors Do- 187
ctorum ſententia; vaſſallorum dominis, venationes, & piſcationes, aut jus eas prohibendi in ſuis territoriis rectè competere, ſtante ad id Regia conceſſione, aut privilegio, ut plenè reſolvunt plura de bis Regiis conceſſionibus ad praxim afferentes Natta *conſ.* 522. *nu.* 22. *& ſeqq.* Iacobin. *in tractat. de feud. verſ. Et cum venationes*, Matth. de Afflict. *in dict. c. nemo retia, de pac. tenend.* Boſſius *in prax. tit. de regalib. nu.* 42. Vaſquez Menchac. *controverſ. illuſtr. lib.* 2. *c.* 89. *n.* 37. & ſeqq. & de *ſucceſſion. creat. part.* 1. *lib.* 3. §. 26. *limit.* 31. *n.* 79. Molin. *de juſtit. & jur. tom.* 1. *diſputat.* 45. Sebaſt. de Medic. *de venat. q.* 28. & cum aliis Surd. *conſ.* 313. *n.* 104. *& conſ.* 390. *n.* 24. *& ſeqq.* Cujacius *lib.* 3. *feudor. ad conſtit. Frideric. de pac. tenend. fol.* 303. Cened. *in collect. ad Decret.* 56. *n.* 4. Zoannet. *in l.* 2. *Cod. de pact. inter empt. & vendit. num.* 145. *cum ſeqq.* Fachin. *conſ.* 99. *num.* 12. *& per tot. lib.* 1. Franc. Marc. *in dec. Delphin.* 303. *n.* 1. *& dec.* 529. *n.* 16. *part.* 1. benè noſter politicus Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 138. Sayr. *in clavi Reg. lib.* 11. *c.* 9. *n.* 11. Camill. Boreſſ. *de Magiſtr. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 8. Nicola. Everhard. Iunior *conſ.* 10. *n.* 5. *& ſeqq. volum.* 1. Fragoſ. *de regimin. Reipubl. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *diſput.* 7. *n.* 37. *verſ. Cæterum in med.* Amaya *in dict. l. unic. Cod. de venat. ferar. lib.* 11. *n.* 48. Knichen. *comment. ad jus Saxonic. part.* 4. *q.* 8. *n.* 2. Bruchanm. *de regalib.* §. *Venatio*,

natio,c.4.n.7. Kloch.*de ærar.lib.2.c.5.n.21.& 29.* Maximil. Fauſt.*in conſil.pro ærar.claſ.6.conſ.18.ord.560.verſ.Quod autem*, & noviſſimè benè explicat licèt his non relatis Dominic. Antunez de Portug.*de donat.Reg.3.par.c.9.ex n.53.*

188 Quod privilegium non ſolum vaſſallorum Dominis, ſed cuilibet alii per Principem concedi poteſt, ut ipſe ſolus in aliqua parte maris, vel fluminis publici, ſive agri piſcari, aut venari poſſit, alios, ne id faciant, prohibendo; pro qua concluſione eſt text. ſingularis *in l. venditor, ff. commun.prædior.* ubi Conſultus loquens de piſcatione thynnaria, apud nos *Almadravas*, ſive thynnorum piſcatio, eam in mari imponi non poſſe ait privata authoritate, quaſi ſecus à contrario ſenſu arguendo, ſi publica, aut Regia, ut notat ibidem gloſſ. *litter. S.*

189 Et in ſpecie hujus notabilis text. licet eo non relato, eſt elegans, & ſingulare conſil. Decii 270. *per tot.* incipit: *In caſu tranſmiſſo ex Hiſpania*, ubi plenè, & doctè defendit antiquiſſimum privilegium, quod habet noſter Dux de Methina Sidonia ad thynnorum piſcationem, quam in ſuo Ducatu, & etiam in aliqua parte territorii Marchionatus *de Tarifa*, cum magno lucro, ſeu utiliſſimo redditu exercet, non obſtante ſecundo privilegio ex cauſa remunerationis Marchioni *de Tarifa* conceſſo: *de quo infr. nu.216.*

190 Et per Gloſſ. *in l. ſi quiſquam, ff. de diverſ. & temporal. præſcript.* dictam concluſionem reſolvunt hujuſmodi Regias conceſſiones cuilibet factas approbante, D.Covarruv. *in dict.regul.peccatum, 2.part.§.8.numer.10.* Carol.Ruin. *conſ.28.& 29.n.11.* & tunc maximè ſi ex cauſa remunerationis fiant, Natta *conſ.522.n.23.* Zoannettus *in l.2.n.170. Cod.de pact.inter emptor.& vendit.* Decius *dict.conſ.270.n.2.in fin.* Sebaſt. de Medic. *de venat. q.28.n.1.& 2.*

191 Unum tamen nota, non in quacumque juriſdictionis, vel oppidi, Principis quamtumvis ampla, & generali conceſſione hoc venationem, aut piſcationem prohibendi jus, vel defenſas, aut foreſtas reſervatas faciendi comprehendi: ſed ſpecialem mentionem requiri, notant Schrader. *de feud.3.part.c.4.n.47.* Sebaſt. Medic. *de venat. & piſcat.q.35.* Natta *conſ.522.n.23.* Theſaur.*q.forenſ. lib.2. qu.22.n.4.* & relati Sixtin.*de regalib.lib.2.c.18. nu. 49.* Ioann. Maria Novar. *de gravam.vaſſallor.tract.1.gravam.71.nu.12.*

192 † Nec ſufficit, ſi donatio cum mero, & mixto imperio fiat, Miſinger. *reſponſ.1.n.96.decad.11.* Henric. Roſenthal.*de feud.c.5.concl.94.n.8.* Sixtin.*dict.c.18.n.51.* Dominic. Antunez de Portug.*de donat.Reg.3.part.c.9.nu.53.* quia nihil cum juriſdictione commune habet venandi, aut piſcandi jus; ſed diverſam ſpeciem conſtituit, Miſinger, & Sixtin. ubi proximè.

193 Quare & ſi conceſſio, vel oppidi translatio ex contractu Regio fiat cum mero, & mixto imperio, alta, & infima juriſdictione, aliiſque ampliſſimis clauſulis; adhuc tamen facultas venationem, & piſcationem prohibendi translata non cenſebitur; ſed loca erema, atque inculta communi uſui venationis, uti & paſcuorum libera manebunt, Bertrand.*conſil.37.lib.1.& conſ.49.n.4.lib.3.* optimè Fragoſſ. *de regimin. Reipubl. tom. 1. part. 1. lib. 3. diſputat. 2. num. 23.*

194 Imò etiam ſi in privilegio, vel conceſſione adiiciatur clauſula illa vulgaris, *& cum venationibus, & piſcationibus;* quia hæc clauſula eſt generalis, potiùs de ſtylo, quàm de mente Principis in tam grave præjudicium vaſſallorum adduci, & inſuper intelligi debet, quoad ipſos dominos dumtaxat, ut ſcilicet ipſis non poſſit prohiberi venatio à Principe ſupremo in locis ſibi conceſſis: non autem, quòd ipſi vigore dictæ clauſulæ poſſint vaſſallis, vel aliis venationem prohibere, ut animadvertit Horat. Barbat. *de diviſ. fruct. part. 1. c. 5. ex n. 26.*

195 Vel melius juxta eumdem hæc clauſula intelligi poterit, non ut per eam novæ defenſæ, vel jus prohibendi inducta cenſeantur; ſed ut illæ tantùm, quæ apud ipſum concedentem, vel alios illius loci antecedentes poſſeſſores jam erant conſtituta, conſerventur, quare vigore dictæ clauſulæ illas defenſas, ſive venationes reſervatas, cum jure prohibendi donatarius habebit, quas Princeps ſibi privatas habebat; non verò quid aliud ex locis publicis, & communibus, quoad venationes, & alia, ut in ſimilibus cum eiſdem clauſulis, quoad angarias, & perangarias, furnos, & molendina pleniùs ſuo loco diximus.

196 Hæc enim loca, & jura publica ſemper in his conceſſionibus illibata manere debent, tanquam propria oppidorum, vel Civitatum, quibus fuerunt deputata pro communi uſu, & commodo omnium incolarum, Gregor. Lopez *in l.1.tit.20.part.3.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 9.§.4.n.4.* Avendan.*de exequend.part.1.c.4.n.3.in princ.& n.4.* Bertrand.*conſ.37.& conſ.49.n.4.lib.1. & conſ.1. nu.9.* ideò hæc jura ab oppido immemoriali, vel antiquiſſima, & quidem præſumpta Regia aſſignatione poſſeſſa ex dictis dominorum conceſſionibus ablata intelligi, non poterunt, juxta doctrinam Curtii Iunioris *conſ. 158.n.30.* Hieronym. de Mont. *de finib. c.84. n. 2. cum ſeqq.* & cum aliis Caldas *de empt.& vendit.c.21.n.6.* 197 † Nam ſemper hæ Regiæ donationes, vel conceſſiones, ſalvo jure tertii, ſunt intelligendæ, ut per Bald. *in c.1.de cap. qui cur.vend.* notat ad rem Fragoſſ.*de regim.Reipubl.tom.1.part.1.lib.3.diſput.7.n.23.* & pleniùs dicam infra *ex num.* Sed hæc extra dubium meo videri limitari debent, quando clarè in favorem dominorum inferiorum in Regia conceſſione apparet de ſpeciali facultate conceſſa venationes prohibendi in aliqua certa parte loci publici; nam ſi de hac conceſſione clarè, & ſpecificè conſtaret, abſque dubio ſervanda foret, non obſtante, quòd oppida proprium præjudicium allegarent; nam hoc eſſet per accidens, non ratione alicuius juris quæſiti, quod certè nullum in venationibus, & piſcationibus habent, præterquàmquod eis utuntur tanquam rebus, quæ in nullios bonis ſunt, ut ſuperius diximus: qua ratione hujuſmodi rerum diſpoſitio circa prohibitiones per ſe ipſos faciendas, vel facultatem concedendam, ut alii prohibeant, Principibus ſupremis competit, ut pleniùs dictum remanet ſupra ex *numer.* . 198 † Contrarium tamen dicendum erit, ſi oppidum, vel alius ex Regio anteriori privilegio, aut conſuetudine, ſive præſcriptione (de qua infrà) jura venandi, aut piſcandi in certis locis privativa habuerit; in hoc enim caſu tanquam in juris tertii jam formati præjudicium poſterius dominorum, vel alterius privilegium extendi, ſeu admitti non debet. Quæ nota ad materiam retentionis hujuſmodi gratiarum, ſive conceſſionum juxta noſtram vulgarem *l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopilat.* de qua proximè alia dicam.

199 Quoad ſecundam verò limitationem, cum videlicet pro dominis inferioribus extat conſuetudo, vel legitima præſcriptio circa venationum, vel piſcationum jus, aut facultatem venationes aliquibus in locis prohibendi, ſive foreſtas, vel defenſas pro ipſorum recreatione reſervatas faciendi, eſt etiam communis Doctorum opinio, ut hæc omnia in favorem dominorum procedant, ſtante pro eis conſuetudine, vel legitima præſcriptione: ita plenè reſolvunt, tam in præſcriptione, quam in conſuetudine promiſcuè ad plura agentes Iſern. *in c.1.§. Nemo retia*, & ibidem alii Feudiſtæ *de pac.tenend.* Capyc.*in inveſtit. feudal. in verb. Feudorum cauſa, §. Et cum venationibus*, D. Covarruv.*in regul.peccatum, 2.part.dict.§.8.n.10.* Ioann.Fab. *in §. Fera, inſtit.de rer.diviſ.* qui teſtatur de conſuetudine Franciæ in illius Regni Baronibus, qui prohibent venationes, Sebaſt. de Medic. *in tract.de venat.q.35.* Zoannett. *de public. venat. n. 33.* Iacob. de Sanct.Georg. *in tract. de feud.in verb.Et cum piſcationibus, n.3.* Chaſſan.*in catalog. glor.mund.part.10.conſider.51.* Franc.Marc.*dec.530.n.15.tom.1.* noſter Bobadill. *in ſua polit.lib.2.c.16. n. 138.* Pat. Molin.*de juſtit.& jur.tom.1.diſput.55.* Roderic. Suarez *allegat.16.n.3.in fin.* Menoch.*de arbitr.caſ.160.n.10.centur.1.* Camill.Borrell.*de Magiſtrat.li.4.c.3.n.36.* Hartman. Piſtor.*pract.q.lib.2.tit.de ſervitut.c.fin.* Amaya *in dict.l.unic. Cod.de venat.ferar.lib.10.n.45.* ultra quos plures congerens Maximil. Fauſt. *in conſil.pro ærar.claſ.6.conſ.18.ord.560.v. Quod autem, cum ſeqq.* & alii in ſequentibus hujus regulæ declarationibus proximè referendi.

Quæ

Digitized by Google

200 Quæ consuetudo, vel legitima præscriptio non solùm suffragatur vassallorum dominis circa venationis, & piscationis prohibitionem indicendam; sed etiam si aliquam partem venationis, vel feræ captæ à venatoribus pro jure dominico sibi dari prætendant; nam vigore consuetudinis, vel legitimæ præscriptionis id consequi poterunt; pro quo est singularis in specie decisio Franc. Marc. *tom.* 1. *decis.* 533. qui loquitur in consuetudine, ut pro jure dominico per venatorem afferatur domino caput apri, seu cignalis usque ad spatulas, & de cervo spatula dextra, reliquumque venatoris sit: & de eadem consuetudine testantur noviter Rendell. *de pasc. & forest. tit. de Baronib. pasc. capit.* 8. *vers. Vbi idem*, Ioan. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tract.* 1. *gravam.* 72. qui loquitur in consuetudine, vel etiam privilegio, ut cujuslibet feræ quartum posterius, vel alia certa pars domino offeratur; idemque in piscationibus erit servandum.

201 Quando autem hæc dominorum inferiorum circa venationes, & piscationes consuetudo, aut præscriptio legitima reputetur? solent dubitare Doctores. Sed primò, omissa disputatione, tunc legitima habebitur, si domini venationes, & piscationes per edicta publica, & banna pœnalia, & aliter vassallis prohibuerint, & his prohibitionibus, vassalli acquieverint, & absque aliqua contradictione, sive reclamatione, aut protestatione in casum contraventionis pœnam præstiterint: nam in hoc casu ipsorum juri renuntiasse videntur: prohibendique facultas in favorem dominorum præscripta manebit, ut benè explicant ultra plures ex proximè relatis Anna *singul.* 557. Aymon. Cravet. *cons.* 643. *numer.* 5. *vers. Imò enim, & cons.* 658. *numer.* 6. *vers. Itaque*, Roland. à Vall. *cons.* 9. *numer.* 15. *volum.* 2. Bertazzol. *cons. crimin.* 418. *numer.* 8. *&* 9. & ibidem Claud. Bertazzol. *in addit. litter. B. in fin.* Rodrig. Suarez *dict. allegat.* 16. *numer.* 3. *in fin. & numer.* 5. *versic. Vnde licèt*, Natta *cons.* 325. Menocb. *de arbitr. cas.* 160. *numer.* 10. *&* 11. *centur* 2. Sayxon. *in consuetud. Turonens. tit.* 5. *Desdroict. de Castelonie, art.* 1. *in verb. Droict. de forestz*, Ioan. Biermorst. *inter consilia Henningii Goden. cons.* 76. *num.* 7. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *capit.* 3. *num.* 36. Thesaur. *lib.* 2. *qu. forens. quæst.* 22. & ita decisum refert, ex quo banna per Baronem apparuerunt promulgata, nec ab eis per vassallos fuit reclamatum, Vincent. de Franch. *dec.* 158. *nu.* 2. Andr. Capan. *de jur. relevii, part.* 4. *quæst.* 3. *num.* 13. & aliis congestis, Ioan. Baptist. Thor. *in compend. dec. tom.* 1. *in verb. Venari an probiberi possit, cum sequent.*

202 Optimè Rodolph. *de absolut. Princip. potest. c.* 6. *num.* 123. *cum plurib. sequentib.* qui plura utilia in hac materia cumulat; & hanc cautelam pro dominis terrarum refert, ut venationes, & piscationes per banna, aut proclamata, vel aliter subditis interdicant, qui si prohibitioni non contradixerint, præscriptoque dominorum paruerint, dominos suos in quasi possessione constituunt; & jus denique venandi, alias commune, hac consuetudine, vel præscriptione perdunt, benè cum aliis Sebastian. de Medic. *de venat. quæst.* 53. *n.* 2.

203 Quapropter è contra vassallis consulendum erit, ut ab hoc gravamine liberentur, ut protinùs, cum habuerint notitiam de hujusmodi dominorum prohibitionibus, eis nullo modo acquiescant; sed imò se opponant, & contradicant, nec, illis obstantibus, ad venatum ire desinant; quo modo impedient quidem tam in possessorio, quàm in petitorio dominorum prohibentium possessionem, ut optimè consuluit, atque explicat Menoch. *cons.* 298. *num.* 18. *cum sequentib.* & sequuntur Roland. à Vall. *cons.* 22. *nu.* 27. *cum sequentib. volum.* 2. Azeved. *in rubr. tit.* 8. *lib.* 7. *Recopilat. nu.* 7. Rendell. *in tract. de pascuis, & forest. tit. de Baron. pasc. cap.* 3. *pag.* 66. *vers. Hoc autem valdè interest, & pag.* 67. *vers. Quâ de re*, Iacob. de Sanct. Georg. *de feud. dict. §. & cum de venationibus, vers. Nunc veniendo*, Rodolph. *de Princip. absolut. potestat. dict. c.* 6. Camil. Borrell. *de Magistrat. lib.* 4. *dict. c.* 3. *n.* 36. *&* 37.

204 An autem necessarium sit vassallis ab his bannis, vel edictis prohibitoriis appellationem ad superiorem interponere, ne aliàs acquiescentia inducatur: vel sufficiat factum, sive, reipsa, continuatum exercitium venationis ex parte vassallorum? affimat Surd. *cons.* 390. *nu.* 37. sed contrarium est verius, imò simplicem factum continuationis in venatione sufficere; quia potiùs per id, hoc est, re ipsa, quàm verbis, renitentia, seu vassallorum repugnantia declaratur: & ultra alios ex relatis plenè, & eleganter hanc sententiam confirmat Aymon Cravet. omninò videndus *cons.* 658. *ex n.* 7. 20. *&* 24. qui plures solidas, & nervosas rationes cumulat, ex quibus sententia Surdi funditùs, ac manifestè subvertitur: & hanc partem sequitur etiam Gasp. Kloch. *de æra. l.* 2. *dict. c.* 5. *n.* 27. *&* 28.

205 Vnum tamen nota, tales prohibitiones ex parte dominorum sufficere, ut verificentur in uno ex civibus, cæteris scientibus, & non contradicentibus, ad effectum, ut omnibus præjudicent, notant Sebast. de Medic. *de venat. q.* 29. *nu.* 6. Padill. *in l. si quis actionẽ, Cod. de servitut. & aqua, n.* 19. Surd. *cons.* 390. *n.* 37. plenè Henric. Rossenthal. *de feud. lib.* 1. *c.* 5. *q.* 27. Ioan. Maria Novar. *de gravam. vassal. tract.* 1. *gravam.* 71. *n.* 17.

Quoad tempus verò præfatæ consuetudinis, vel præ- 206
scriptionis aliqui dubitant: † Et primò Bald. *in l. La-* 207
pilli in 3. *q. ff. de rer. divis.* Gloss. & Scribentes *in l. qui luminibus, ff. de servitut. rusticor. prædior.* quos sequitur Rolland. à Vall. *cons.* 9. *n.* 13. *vol.* 2. tenent, sufficere vassallos venandi prohibitionibus per tempus triginta annorum acquievisse, à venationibus abstinendo, ut dominis jus in posterum prohibendi quæsitum censeatur.

208 Sed hac sententia non obstante, veriùs ex communiori Doctorum placito censeo, non aliter, quàm per tempus immemoriale id quæri posse; ex quo tales quasi possessiones, sive prohibitiones non solùm sint contra liberam venandi, aut piscandi facultatem omnibus jure gentium permissam: sed & violenter, & absque vassallorum consensu per potentiam dominorum, & multoties per tyrannidem præsumuntur, ut in similium jurium præscriptionibus contra Dominos vassallorum latè suo in loco fundavimus.

209 Et in specie consuetudinem, vel præscriptionem immemorialem requiri in nostro jure venationes, aut piscationes prohibendi quærendo per Dominos inferiores, latè comprobant, & resolvunt Iasson. *cons.* 120. *lib.* 4. Angel. de Aretin. *in §. Flumina, nu.* 3. *Instit. de rer. divis.* & ibidem Schneidevvin. *num.* 9. *vers. Tertiò, nisi quis præscripserit*, Carol. Ruynus *cons.* 28. *n.* 11. *&* 14. Bellon. *cons.* 49. *n.* 5. *in fin. & num.* 6. Cæpol. *de servitut. rusticor. prædior. num.* 3. *in fin.* Sebastian. de Medic. *de venation. & piscation. qu.* 53. *nu.* 2. *& quæst.* 29. *ubi per tot.* plenè de hac præscriptione tractat Dom. Covarruv. *in dict. regul. peccatum, part.* 2. *§.* 8. *versic.* 7. Medin. *de restitution. quæst.* 12. *versic. Sed nec negandum*, & ex aliis Theologis Ioann. Gutierez *canonic. quæstion. dict. c.* 28. *nu.* 4. Hartman. Pistor. *titul.* 24. *observation.* 3. *numer.* 4. *versic. Vndè licet*, Forcatul. *de occult. jurisprudent. dialog.* 85. *nu.* 3. Maximilian. Faust. *in consil. pro ærar. class.* 6. *cons.* 18. *ordin.* 560. *versic. Requiritur verò*, benè Fragoss. *de regimin. Reipublic. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *disputation.* 7. *n.* 31. *versic. Cæterum*.

210 Et confirmatur, quia similiter jus piscandi in aliquo diverticulo fluminis publici, vel maris, sive in sylvis, vel nemoribus publicis defensas pro privata venatione habendi, tunc præscribitur per quemlibet privatum, cum facultate cæteros prohibendi, si probaverit, quod ipse solus piscatus fuerit, & antecessores sui, prohibendo omnes alios à piscatione à tempore immemoriali, ut per text. *in l. si quisquam, ff. de divers. & temporal. præscript.* resolvunt Cravet. *de antiquit. tempor.* 4. *part. §. Materia ista singularitatis, n.* 79. *cum seqq.* Balb. *de præscript.* 4. *part.* 5. *part. principal. q.* 6. *per tot.* Cæpol. *de servit. rusticor. prædior. c.* 42. *n.* 3. *in fin.* Avendañ. *de exequend. c.* 12. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 1. Sebast. de Medic. *de venat. & piscat. qu.* 29. *ex n.* 1. Azeved. *in rubr. tit.* 8. *lib.* 7. *Recop. num.* 8.

211 Quæ conclusio ita procedit, ut qui à tempore immemoria-

moriali ipse solus cum aliorum prohibitione piscatus fuerit, poterit iste in tali loco habere retia, & apud nos *Canales*, aliaque instrumenta ad piscandum apta, optimè Bertrand. *cons.69.per tot.vol.* 3. Rebuff. *in tractat. de consuetudin.in princ.n.*15. Avendañ. *dict.cap.*12.*num.*12. Rayner. *in dict. l. quisquam*, qui benè respondet text. *in l. praescriptio* 45. *ff. de usurpat. & usucapion.* ut procedat quando quis non continuo tempore jure piscandi usus fuit: sed per aliquod tempus eo uti, solitus erat, & in possessione piscandi esse desiit; quam declarationem sequuntur Bart. & alii antiquiores in eodem text. & praecipuè Zasius ibidem *n.* 4. & 5. qui hanc solutionem communem esse ait, sequitur Cujacius in eodem text. *ad respons.* Papin. & confirmatur ex quo Papinianus *in dict. l. praescriptio*, loquitur de aedificio in littore posito, & postea funditus diruto consequenterque ob id interrupta possessione sive praescriptione.

212 Unum tamen nota, quòd jus venandi tam ex privilegio, quam ex praescriptione pluribus in eadem sylva competere potest, diversis tamen respectibus: uni, videlicet, jus venandi minores feras, vel alicujus certae speciei: alteri verò majores, diversive generis; quilibetque intra praescriptos fines suae servituris, vel privilegii continere se debet, ad differentiam illius, cui venatio universalis competit, ut optimè observant Gail. *in tract. de pignor. in fin. & lib.2. observat.66.num.*13. Maximil. Faust. *in consil. pro arar. clas.* 4. *cons.* 149. *ord.* 300. plenè Meichsn. *tom.*
213 2.*part.* 2. *decis.* 2. *per tot.* † Imò & universaliter circa omnes feras plurib. ut sociis, & jus commune habentib. venationem, aut piscationem competere nullum inconveniens, aut repugnantiam invenio.

214 Item nota, quod Principes supremi, vel alii inferiores, quoties de illorum licentia venationes, aut piscationes prohibere, vel defensas pro ipsorum recreatione facere intendunt, id curare, & omninò servare debent, ut concessiones, vel prohibitiones istae absque praejudicio juris tertii fiant: veluti si quis consuetudine, vel legitima praescriptione piscandi, aut venandi jus in aliquo certo loco habuerit; nam in ejus praejudicium Regiae concessiones, vel prohibitiones procedere non debent, ut latè defendit Jasson. *cons.*120.*lib.*4. Cardinal. Tusch. *pract.*
215 *concl. litter. P. concl.* 278. *num.* 20. & 21. † Et in Regiis concessionibus, aut privilegiis Marchionibus, Ducibus, reliquisve Principibus concessis, ut venationes, aut piscationes in suis territoriis prohibere possint: vel in certis locis defensas pro ipsorum recreatione; necnon, & lucri causa reservatas facere, quod semper absque juris tertii praejudicio haec privilegia sint exaudienda, docent optimè Renat Choppin. *lib.* 1. *de legib. And. cap.* 34. *vers. At si Princeps.* Gasp. Kloch. *de arar. lib.* 2. *capit.* 5. *ex n.*32. Georg. Mor. *de jur. venand. part.*1.*c.*2.*n.* 66. & *seq.*

216 Pro quo est elegans consilium Decii 170. alias 171. saepius in hoc capit. ad alia repetitum, sed ad rem singulare, loquitur enim *per tot. consil.* circa privilegium antiquissimum nostri Excellentiss. Ducis de Methina Sydonia ad piscationem thynnorum, sive apud nos Almadravas (pro cujus validatione extat in specie text. singularis *in l. venditor, ff. commun. praedior. juxta supr. dict. n.* 188. & 189.) idque plenè defendit Decius, ac consuluit contra posterius privilegium Marchionis de Tarifa, non obstante, quòd ex remuneratione, & ex certa scientia fuerit conces-
217 sum. † Posteriora enim privilegia, aut Principum gratiae salvo jure tertii intelligi, nec aliter procedere debent, ut plenè notant ad materiam nostrae *leg.* 11. *tit.*4.*lib.*2. *Recopilat.* & ad text. vulgarem *in l.* 1. *§. Si quis à Principe, ff. ne quid in loc. public.* ad plures utilissimas in prax. quaestiones, Rebuff. *in prax. benefic. tit. de jur. quaesit. non tollend. gloss.*6. *per tot.* Gomez *in regul. Cancellar. de jur. quaesit. non tollend.* Anton. Gabriel. *pract. concl. in eodem tit. de jur. quaesit. non tollend.* per plures conclusiones, Bernard. Diaz *regul.* 582. benè Bellon. *cons.* 2. *n.* 1. *cum seqq.* Caepol. *de servitut. urbanor. praedior. c.*60.*n.*4. *cum seqq.* Valasc. *de jur. emphyteut. qu.*8.*n.*4. Scrader. *de feud. part.*5.*c.*2.*n.*47. Carol. de Tap. *in constitut. Regn. Neapol super rubr. de constit. Princip. c.*2.*n.*23. *cum seqq.* Dom. Larrea *allegat.* 90. & *n. fin.* qui loquitur quando agitur de jure tertii in Aula gubernationis supremi Senatus, & quod citatio tertii requiratur; & eo comparente, causa ad Aulam Justitiae ejusdem Senatus sit remittenda, optimè Alciat. *de praesumpt. regul.*3. *praesumpt.* 11. ubi plenissimè per tot. rem explicat, nihilque operari debere ait in tertii praejudicium clausulas *Motu proprio*, vel *certa scientia*; nec alias quascumque licet generalissimas, vel amplissimas, ut loquendo in favorem illius, qui primum privilegium obtinuit, docet eleganter per text. *in cap. cum ordinem*, extrà *de rescript.* Bald. *in l. fin. in fin. C. si contr. jus, vel utilit. public.* & plenissimè rem tractans ad plures quaestiones, Cancer. *lib.*3. *variar. resolut. c.* 3. *num.* 28. *cum plurib. seqq.* qui loquitur in rescriptis, aut privilegiis in praejudicium causarum pendentium concessis, vel juris, ex contractu, aut juris gentium, aut praescriptione, aliterve quaesiti, in quibus, & aliis casibus Bald. *de praescript. in* 5. *part. quinta part. principal. quaest.* 9. Peguer. *in decis. criminal. cap.* 9. & in concessionibus castri, vel oppidi in favorem jurium, quae peculiari titulo ipsi oppido, vel castro competunt, ne in donatarium translata videantur, Hieronym. de Mont. *de finib. cap.*84. *num.*2. *cum seqq.* Curtius Junior. *cons.*158. *num.* 30. & cum aliis Caldas Pereyr. *de emption. & vendit. c.* 21. 6. Fragoss. *de regimin. Reipubl. tom.*1. *part.*1. *lib.* 3. *disputat.* 7. *n.* 23, ideò citationem in hujusmodi privilegiorum concessionibus priùs populis fieri debere, ut agant de praejudicio, notant Andr. de Isern. *in tit. quae sint regal. in princip.* Avendañ. *de exequend. lib.*1.*c.* 12. *num.* 12. *vers. Istudque jus*, de qua partium citatione, vel causae cognitione proximè dicam.

Et similiter in Regia concessione, ut quis in publico 218
aedificare possit, quòd intelligatur sine alterius damno, ut puta ne ei obscurentur lumina, Caepol. *de servit. urban.*
cap. 39. † Et in privilegio exemptionis à portagiis, quòd 219
duntaxat exemptio interpretetur à portagiis in locis subjectis ipsi Regi privilegium concedenti, non verò in locis dominorum inferiorum, quibus haec jura competunt, est apud nos optima, & singularis decisio in nostra *l.* 11. *tit.* 18. *part.* 3. ubi notat Gregor. & Azeved. *in l.*2. *tit.*14. *lib.*
4. *Recopil. num.* 15. † Nec in praejudicium alterius ju- 220
risdictionis, Suarez *allegat.* 7. † Et in concessione ali- 221
cujus terrae, quae Civitati, vel Villae collectas solvere tenebatur, quòd adhuc donatarius ad id sit adstrictus, consuluit Alexand. *cons.* 125. *viso titulo, vol.* 2. & *cons.* 135. *viso processu, col.*3. *vol.* 4. & *cons.*23. *viso col. penult. vol.*5.
† Imò nec in praejudicium ipsius concedentis, si ad par- 222
tis petitionem privilegium sit concessum, licèt secus, si motu proprio Principis, ut distinguit magistraliter per text. *in l.*1. *C. de petit. bonor. sublat. lib.*10. noster Gregor. *in l.*29. *tit.*18. *part.*3. *glos. magn.* & sequuntur Grammatic. *dec. Neapol.*59. *num.*55. benè Azeved. *in l.*1. *dict. tit.*14. *lib.* 4. *Recopilat. nu.* 24. & in *l.* 2. *eodem tit. n.*26. & sentit Anton. Perez *sup. Cod. ad dict. tit. de petit. bonor. sublat. nu.*4. *in fin.* & *numer.* 5.

Ad alia autem plura circa praejudicium per Regias con- 223
cessiones, aut privilegia tertio non inferendo videndi Cevallos *q.*175. Capyc. Latr. *dec.*166.*n.*12. Capyc. Galeot. *tom.* 1. *controv.*52.*n.*18. *cum seqq.* Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.*2. *lib.*2.*c.*37.*n.*100. latè, & doctè Dom. Crespi *observation.*103. *per tot.* qui benè *ex n.* 87. quod in feudis, beneficiis, & aliis juribus non possit quis sine citatione privari:
† Et quid, stante justa, vel publica causa, plenè Cancer. 224
& Azeved. *in loc. citat.* & infinitos cumulans doctissimus Dom. D. Petr. de Salzed. *in l.*4.*c.*24.27. & 28. *tit.* 14. *lib.* 3. *Recopilat. nu.* 36. *cum plurib. seqq.*

Pro quibus praejudiciis in gratiis Regiis, sive privilegiis 225
auferendis extat apud nos vulgaris textus, sed notabilis quidem, & justissimus in nostra *l.* 11. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat.* juxta quam hujusmodi gratiae, & privilegia in Supremo Consilio Camerae absque ulla cognitione expedita ad instantiam tertii de praejudicio quaerelantis ad Aulam Justi-

Justitiæ Supremi Senatus afferuntur, & ibi cum plena, ac ordinaria causæ cognitione, & partium citatione revidentur; & præjudicio ex ipsis privilegiis cognito, vel aliis instrumentis, aut probationibus justificato, retinentur hæc privilegia, nec amplius eis utitur, qui ea obtinuit, & prius forsan data possessio revocatur: si tamen de vero præjudicio non apparuerit, remittuntur gratiæ, vel privilegia Regiæ Cameræ Consilio, ut exinde currant,
226 suumque plenum effectum sortiantur, ut frequenter omnia in praxi habemus: † Ultra quem textum *in dict. l.* 11. sunt etiam alia singularia, & notabilia jura Regia, in quibus similiter, & quidem enixiùs per nostros Catholicos Reges hujusmodi præjudicia in suis gratiis, & privilegiis, provisionibus, vel rescriptis omninò vitanda jubent, nec eis extantibus, per inferiores exequenda permittunt, non obstantibus quibuscumque clausulis derogatoriis, & quòd motu proprio ex certa scientia, & de plenitudine potestatis adjectæ dicantur, ut constat ex *l.* 1. 2. *cum seqq. tit.* 14. *lib.* 4. *Recopilat.* in quibus,
227 & ibidem plenissimè rem tractat Azeved.

In quibus aliquantulum, licèt remissivè, me explanavi ob frequentes lites quæ apud nos super Principis gratiarum, vel privilegiorum ob tertii præjudicium retentione in Aula Justitiæ nostri Supremi Senatus exoriri solent.

228 Redeundo ergo ad materiam principalem nostri capitis, ex prædictis constat, vassallorum dominos inferiores, vel quoscumque alios, licèt cum Regia facultate venationes sibi, vel piscationes reservatas in præjudicium juris oppidorum, vel alterius tertii similiter privilegio, vel legitima consuetudine, aut præscriptione quæsiti, facere non posse, nec hujusmodi licentia, vel privilegia per Principem concedi debere, & de facto absque cognitione per Consilium Regiæ Cameræ concessa in Aula Iustitiæ Regii Senatus retinenda.

229 Ex quibus notabiliter infertur, si Domini inferiores, vel etiam Principes supremi venationes prohibuerint, & ex hac prohibitione adeò ferarum copia excrescat, ut subditi ob id circa sata, segetes, vel vineas ex ingressu animalium damna patiantur, teneri eos damna hæc à feris illata resarcire, ac compensare: & etiam liberam facultatem facere venandi, atque occidendi feras, & hoc sive justè, ex alio capite, vel injustè prohibuerint, ut benè animadvertunt optimè Dom. Covarruv. *in regul. peccatum*, 2. *part.* §. 8. *nu.* 11. quia non solùm ad restitutionem tenetur, qui verè rem aufert, sed & qui damnum culposè infert, ut notat ex Divo Thoma, Dominic. Sot. *de justit. & jur. lib.* 4. *qu.* 6. *artic.* 5. & ad rem Sebastian. de Medic. *in tractat. de venat. q.* 5. *n.* 8. qui in Principe supremo loquitur. Ioan. Gutierr. *lib.* 2. *canonic. q. c.* 28. *n.* 15. & ex Theologis plenè in specie resolvunt Cajetan. *opuscul.* 17. *respons.* 12. *dub.* 5. Navarr. *in Manual. Latin. c.* 17. *n.* 125. Pat. Molin. *de just. & jur. tractat.* 2. *disput.* 46. *& disput.* 47. *versic. In casu autem proposito*, Sayr. *in clavi Regia, lib.* 11. *c.* 9. *n.* 12. Rodrig. *in Summ. part.* 1. *c.* 35. *conclus.* 6. Ludovic. Lopez *part.* 1. *instr. c.* 151. Cordub. *in Summ. q.* 119. Valent. *tom.* 3. *disputat.* 5. *q.* 6. *punct.* 5. Ludovic. Carbo. *in tractat. de restitut. q.* 34. *conclusion.* 7. Fragoss. *de regimin. Republic. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *disput.* 7. *num.* 23. *versic. Ex quibus.*

230 Idemque est resolvendum circa damna in vineis, aut segetibus, aliisve fructibus à venatoribus in ferarum persecutione illata, etiam si expressa domini prohibitio, ne in suo agro ingrederentur, non præcesserit; quia ad hoc damnum sufficit tacita, & præsumpta repugnantia, & ipsum damnum sequi D. Covarruv. *dict.* §. 8. *n.* 11. *v. Praterea*, Sebast. de Medic. *dict. q.* 19. *n.* 1. Azeved. *in rubr. dict.*
231 *tit.* 8. *lib.* 4. *Recopilat. n. fin. circa fin.* † Et quòd ex eadem ratione venatores quoque ad damnum teneantur, si pro capiendis ursis, apris, cervis, vel aliis feris, foveas, vel alia paramenta fecerint, & in eis bos, vel asinus, aliudve animal ceciderit, & ex eo deterius sit factum, ex jure communi extat text. *in l. qui foveas, cum leg. seq. ff. ad leg. Aquil.* ubi notant gloss. & antiquiores, Veronens. *in tract. de servitut. rustic. prædior. c.* 27. *n.* 12. Cæpol. *de servitut. urbanor. prædior. c.* 80. *n.* 2. & apud nos sunt jura *in l.* 7. *tit.* 15. *part.* 7. *& in l.* 6. *tit.* 4. *lib.* 7. *Recopil.* per quam foveas istas, vel paramenta sub aliis quoque pœnis fieri prohibetur; sed hoc intellige, si in itineribus, vel in aliis locis, quæ ab hominibus frequentantur, fiant: secùs si in saltibus, aut nemoribus deviis, ubi fieri solent, ut dicitur *in dict. l. qui foveas*, quasi per hanc consuetudinem homines certiorentur, ne in talem locum vadant, vel sua animalia mittant, ut benè declarant Veronens. ubi proximè, Sebast. de Medic. *de venat. q.* 13. *n.* 1. Azeved. *in dict. l.* 6. *in fin.* & constat ex dict. nostra *l.* 7. *Part.* ubi notat quoque Gregor.

Tertiò denique prædictam principalem resolutionem, 232
ut vassallorum Dominis venationes, vel piscationes prohibere non liceat, nec sibi defensas reservatas appropriare, communiter DD. limitant, & intelligunt, nisi de consensu totius populi id faciant, quo casu jus prohibendi Dominis quæsitum censeri docent Dom. Covarruv. *in dict. regul. peccatum*, 2. *part. dict.* §. 8. *n.* 10. *vers. Septimò*, Medin. *de restitution. dict. q.* 12. *vers. Sed nec negandum*, optimè Decius *cons.* 197. *num.* 2. qui extra dubium ait, populum posse huic jure venandi cedere, si velit, & in dominum suum transferre, eidemque appropriare; eadem sententiam tenet Fragoss. *de regimin. Republ. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *disput.* 7. *numer.* 23. *vers. Ex quibus, & numer.* 31. *vers. Caterum.*

Sed hanc pro Dominis inferioribus limitationem, tan- 233
torum virorum pace, veram non censeo, nec sine Regia licentia, aut facultate procedere posse; nam oppida in suis territoriis nullum aliud jus circa venationes, & piscationes habent, quod Dominis, vel aliis cedere possint, quam usum jure gentium, nulla est stante Principis supremi prohibitione, communem non solum ipsius oppidis, verùm etiam Dominis, aliisque de Regno, licet exteris ab illo oppido, ut proximè dicam; jus enim, vel potestas ex justa causa prohibendi venationes, & piscationes, vel facultatem concedendi, ut alius prohibeat, remanet semper, tamquam de regalibus, penes Principem supremum, ut superiùs latè probavimus.

Iuxta quæ nihil magis, quam alii extranei, vel ipse 234
Dominus populi disponere poterunt, unde nec statuta facere, nec edicta, sive proclamata venationis, vel piscationis omninò prohibitoria Civitas, vel oppida contra proprios vicinos, nec contra forenses emittere valent, ut optimè fundat Roder. Suarez *dict. allegat.* 16. nisi ex justissimis causis tempore nimirum nutritionis, vel immoderatæ nivis pro piscium, ferarumque depopulatione vitanda, ut dictum remanet supra *n.* 133. quod & ipsis Dominis licere probavimus *ex num.* 175. quidquid contrarium indistinctè in oppidis, vel Civitatibus voluerint, Ioann. de Imol. *l.* 3. §. *Nerva, ff. de acquirend. possess.* & ibidem Alexand. & Socin. Decius *cons.* 197. aliàs 196. *in casu Inquisitionis, n.* 2. quos sequitur Gregor. *in dict. l.* 7. *tit.* 28. *part.* 3.
gloss. magn. † Qui in eo principaliter se fundant, quòd flu- 235
mina, vel alia loca publica sunt propria ipsorum oppidorum; ideo tanquam in agris propriis hæc statuta, & prohibitiones indicere posse, dicunt, ut de quolibet privato in suo fundo venationibus destinato diximus *supra ex n.* 52.

Sed certè hæc ratio non concludit; nam supposita di- 236
stinctione bonorum Civitatum, vel oppidorum, quæ duplicis generis sunt: quædam, quæ sunt in ipsius universitatis peculio, vel dominio, licèt non singularium ad necessitates ejus reservata, quæ apud nos dicuntur *Propios de el Concejo*, ut sunt prædia, molendina, & similia, quæ ut quælibet privatorum bona per oppida privativa habentur: Alia verò, quæ omnibus illius oppidi ubi sunt, communia reputantur, in nullius tamen dominio, sed verè publica quoad usum, & commoditatem: ut sunt viæ publicæ, platea, theatrum, fontes, pascua publica, & similia, de qua differentia plenè constat in vulgar. text. *l. bona Civitatis* 15. *l. qui inter publica* 17. *ff. de verb. signif.* & nostra jura Regia *in l.* 9. *&* 10. *tit.* 28. *l.* 7. *tit.* 29. *part.* 3. *l.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. *l.* 1. *& tot. tit.* 5. *&* 7. *l.* 7. *Recopilat.* latèque explicant Greg. & Azeved. *in dictis jurib.* Avendañ. *de exequend.* 2. *part.* *cap.* 10.

Digitized by Google

*cap.*10. & aliis pluribus congestis Hermosil. *in dict. l.*15. *tit.*5. *part.*5. *gloss.*2. *num.*2. & novissimè Valeron. *de transact. tit.*4. *q.*3. *num.*1. *cum seqq.*

237 Supposita (inquam) hac oppidorum, vel Civitatum bonorum distinctione, in ipsorum certè speciebus venationes, & piscationes comprehendi, nullus dicere audebit: non in prima, quia nullum proprium dominium, quoad venationes, & piscationes in locis, & fluminibus publicis oppida habent: non in secunda; quia nec, quoad usum, vel commoditatem venationis, & piscationis flumina, vel alia loca publica ipsorum oppidorum privativa sunt; imò venationis, & piscationis usus non solum incolis oppidorum, ubi flumina, vel nemora sunt, verum etiam quibuscumque aliis communis patet juxta *dict.* §. *Flumina*, & §. *Feræ*, *Instit. de rer. divis.* & pleniùs notata super ex numer. 104. & juxta expressam nostram *l.*6. *tit.* 28. *part.*3. quæ de fluminibus tractans ita mirabiliter ad rem loquitur, ibi: *A todos los omes comunalmente en tal manera, que tambien pueden usar dellos los que son de otra tierra, como los que moran, è viven en aquella tierra do son*, & ibidem notat Gregor. *gloss. pertenescen*, quiad quoque de jure communi comprobat ex *dict.* §. *Flumina*, benè Roderic. Suarez *alleg.* 16. *in princip.* & meminit Valeron. *de transact. dict. tit.* 4. *quæst.* 3. *numer.* 11. ad differentiam publicorum bonorum, quoad usum, & commoditatem, de quibus supra, quorum usus incolis dumtaxat illius oppidi, cujus sunt, communis est, non verò aliorum oppidorum vicinis, ut claré exprimitur *in dict. l.*9. *tit.*28. *part.*3. ibi: *Cà todo ome, que fuere y morador, puede usar de todas estas cosas sobredichas, è son comunales à todos, tan bien à los pobres, como à los ricos. Mas los que fuessen moradores en otro lugar non pueden usar dellas contra voluntad, ò defendimiento de los que morassen y.*

238 Ex quibus apertè convincitur, oppida, vel Civitates nullum jus habere circa venationes, vel piscationes prohibendas, vel reservatas faciendas, quod Dominis cedere possint: præterquam usum illum tam ipsis, quàm cæteris exteris communem, quo Domini non indigent; quia & ipsi eum habent; qui usus à jure prohibendi omninò differt; aliud enim est, quem posse uti, aliud verò alios ab usu prohibere; illud quidem in venationibus, & piscationibus omnibus commune est: istud vero Principi supremo dumtaxat competit, & inter ipsius regalia habetur; cui certè ex dicta oppidorum in favorem dominorum inferiorum concessione valde præjudicaretur.

239 Ultra quæ notandum est, quòd quamvis concederemus, nemora, & sylvas, necnon & flumina, quoad venationes, & piscationes inter bona publica oppidorum reputari: piscationisque, & venationis usum communem dumtaxat esse incolis illius oppidi, ubi talia loca sunt (quod certè nunquam est admittendum, cessante speciali privilegio, aut consuetudine) adhuc tamen ex populi consensu, sive renunciatione, aut cessione jus venationes, vel piscationes inter ipsos incolas prohibendi absque Regia licentia transferri non posset;

240 † quia talia bona oppidorum publica, & inter eos communia, quoad usum saltim, & commoditatem nullo modo absque Principis præcedente licentia per oppida alienari possunt, ut de jure communi resolvunt Bart. *in l. res publica*, *Cod. ex quib. caus. major.* & *in l.* 1. §. *Quod si nemo*, & ibidem Gloss. *ff. quod cujusque universit.* & alii antiquiores relati, & sequnti per Mantic. *de tacit. convent. lib.*4. *tit.*8. *num.*29. benè Petr. Surd. *cons.*28. *num.*87. ubi plures pro hac sententia adducit, & contrariam sententiam reprobans idem Surd. *cons.*65. *num.* 16. Franc. de Præt. *cons.*52.

241 Et quidquid jure communi hoc disputari posset, de jure tamen nostro Regio hæc sententia extra dubium firmissima remanet, per Text. *in l.*11. *tit.*7. *lib.* 7. *Recopilat.* ubi Azeved. *num.*4. Guttier. *pract. quæst. lib.* 4. *quæst.* 60.

Lagunez de Fructib.

num. 9. Bobadil. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *ex numer.* 153. & *lib.* 3. *cap.*8. *num.*82. pleuissimè omninò videndus Don Joann. del Castill. *de usufruct. cap.*54. *numer.* 46. *cum seqq.* Hermosill. *in l.*15. *tit.*5. *part.* 5. *gloss.* 2. *ex numer.* 33. qui ità in Regiis Cancellariis Pinciana, Granatensi, & Hispalensi contra hujusmodi bonorum alienationes ob Regiæ facultatis defectum pluries decisum: Dom. Larrea *allegat.*109. *ex num.*6. & *allegat.* 110. *ex numer.* 2. Dom. Salgad. *in Labyrinth. credit.* 1. *part. cap.* 1. §. 2. *numer.* 20. Amay. *in l.*2. *C. de præd. Decur. lib.*10. *numer.* 2. & 3. nec censum imponere, Rodrig. *de ann. reddit. lib.*1. *qu.* 14. *ex num.*67. Felician. *de censib. tom.*1. *lib.*2. *cap.*3. *n.* 1. Castill. *d. cap.*54. *n.*49. *vers. Ego vero, cum seqq.*

242 Imò nec servitutem, vel aliam obligationem etiam de omnium consensu super eis oppida inconsulto Principe imponere posse, resolvit Hermosil. *dict. glos.* 2. *nu.* 54. 243 † Nec transigere, vel alios contractus facere, ex Otero, Mieres, Curia Pisana, & aliis, Valeron. *de transact. tit.*4. *quæst.*3. *num.*13. *cum seqq.* 244 † Quin in terris, vel oppidis dominorum inferiorum, ipsorum dominorum licentia sufficiat, ut contra Avendan. resolvunt Bobadil. *dict. cap.*16. *num.*153. Gaspar. Rodrig. *de ann. reddit. lib.*1. *dict. quæst.*14. *num.*65. & contra Castill. plenè docent Cevall. *commun. contr. commun. quæst.* 749. *ex num.* 35. Velazquez de Avendan. *de censib. cap.*68. *num.* 3. Hermosil. *d. glos.* 2. *num.*11. D. Salgad. *d.* §. 2. *num.*21. & benè declarans Valer. *d. q.*3. *ex n.*44.

245 Ultra quæ magis in specie ad nostram quæstionem, non posse oppida absque Regia licentia novas defensas, quoad pascua facere, etiam si omnes de populo jus suum sigillatim renunciaverint, docent contra Avendan. & Mexiam Azeved. *in l.*14. *tit.*7. *lib.* 7. *Recopil. numer.* 4. & ante eum Dom. Covartuv. *practic. quæst. cap.* 37. *numer.* 3. *versic. Quidquid sit*, Hermosil. *in dict. gloss.* 2. *numer.*52.

246 Ex quibus similiter infertur, quòd quamtumvis nemora, vel alia saltuosa loca, & flumina quoad commoditatem, & usum venationis, & piscationis inter bona publica oppidorum haberentur (quod semper est negandum juxta superius dicta) adhuc tamen non posse populum suo domino, vel alii absque Regia licentia venandi, aut piscandi privativum jus, vel defensas, aut forestas reservatas faciendi in aliquo certo loco, vel parte fluminis concedere cum facultate alios prohibendi, & si omnes de populo suum jus spontè renunciaverint, vel cessetint.

247 Quam tamen meo videri verissimam resolutionem, etiam intelligerem, quamvis ipsi populo venandi, aut piscandi jus in locis, aut fluminibus ipsius territorii cum aliorum prohibitione privativè competat, privilegio videlicet, vel immemoriali consuetudine, aut præscriptione (qui casus à præcedenti, differt, quod in hoc proprietas, & privativum jus speciali titulo in venationibus, & piscationibus oppidis competit: in superiori autem casu supra ex numer. 239. supposito solum communem usum ex suppositione concedimus) in hoc igitur præsenti casu adhuc oppida præfatum circa venationes, & piscationes præscriptum, vel concessum jus suo domino, vel alii oppida renunciare, aut cedere, seu aliter alienare absque Regia licentia non posse censeo; quia esset juris proprii alienatio, vel servitutis impositio, quæ sine Regia facultate per populos constitui, vel expediri non valet, juxta superiùs proximè notata, circa bonorum oppidorum cum Regia tantùm facultate alienationes admittendas.

248 Et hæc sufficiant pro nostrorum emolumentorum, aut fructuum venationis, piscationis, aut aucupii disquisitione.

249 Ad alia autem de materia venationis, piscationis, aut aucupii videndi sunt plenissimè ad plures quæstiones materiam tractantes: & etiam ad multa laudabilia commoda, & incommoda vituperanda, quæ ex re-

G

ex venationis, piscationis, vel aucupii moderato, ac temperato exercitio: vel ex immodico, & insano sequi solent, Xenophon. Oppianus, qui de venatione quinque libros edidit, & Callistheoes libros tres, & Bargenius quoque libros sex de venationibus scripsit. Officina Textoris part. 2. verb. Venatio, & verb. Piscina, Dornadilla in tractat. de venatoriis legibus, Zoannett. in tract. de duplic. venatione, & in l. 2. num. 146. cum sequentib. Cod. de pact. inter emptor. & venditor. Sebast. de Medic. in tractat. de venatione, piscatione, & aucup. Albert. Magn. in tract. de Falconib., & ex Modernioribus Bullenger. de venat. Gregor. Mor. de jur. venand.

250 Ultra quos per plura integra consilia, & decisiones plenissimè ad singulares casus materiam declarant Philipp. Decius optimè in cons. 196. aliàs 197. incipit. In casu Inquisitionis, & in cons. 27n, aliàs 275. incipit: In casu transmisso ex Hispania, Natta cons. 604. volum. 3. Roland. à Vall. cons. 9. volum. 9. Rymninald. cons. 35. Roderic. Suarez alleg. 16. Honded. consil. 100. Claud. Bertazzol. ad Consil. crimin. Patris Bartholomæi Bertazzol. 285. Bertrand. cons. 374. volum. 4. Menoch. consil. 943. Guid. Pancirol. consil. 2. Johann. Biermost, inter consilia Henning. Goden. consil. 76. Franc. Marc. decis. Delphynat. 3n3. & decis. 529. part. 1. Franc. Ponte consil. 74. lib. 2. Anna singular. 557. Lanar. cons. 27. Fachin. cons. 99. num. 13. & per tot. lib. 1. latè Nicol. Everard. Junior. cons. 10. volum. 1. Cabed. decis. Lusit. 89. part. 2. Vinc. de Franch. decis. 158. ubi plures cumulant Addeotes,

251 Et etiam per plura capita, & in variis jurium repetitionibus tractant latè, & ex professo Joann. Platea, Luc. de Penn. Alciat. Rebuff. & alii repetentes in leg. unic. Cod. de venat. ferar. lib. 10. & in eadem rubr. noviter Anton. Perez, & ultra Joann. Fab. qui latè rem tractat, Pichard. Mysinger. Vultei. & alios Institutarios ad §. Feræ, & §. Flumina, Instit. de rer. divis. videndi in eisdem §§. Schennei de Vvio. Arnol. Vin. & Harprecht. & ex Theoricis Cujacius lib. 4. observat. cap. 1. & lib. 5. Feudor. ad constit. Fideric. de pac. tenend. fol. 3n3. Alciat. lib. 11. parerg. cap. 2. & in l. traditionibus, Cod. de pact. Franc. Connan. lib. 3. commentar. cap. 2. & 3. Vazquez Menchac. controv. illustr. cap. 2. controv. 89. numer. 37. cum sequ. & de successión. creation. part. 1. lib. 3. §. 26. limitat. 31. numer. 79. Donel. lib. 4. commentar. cap. 8. & ibidem Osuald. Fachin. lib. 1. controvers. cap. 1. per tot. D. D. D. Melch. de Valent. lib. 1. illustr. jur. tract. 1. cap. 4. ex num. 28. Forcatul. de occult. jurisprudent. dialog. 85.

252 Et ex nostris Pragmaticis rem ex professo tractarunt Dom. Covarruv. in regul. peccatum, 2. part. §. 8. per tot. Gregor. Lopez in l. 6. tit. 28. part. 3. gloss. magn. Didac. Perez. in l. 1. tit. 22. column. 693. versic. Posset etiam, lib. 2. Ordinam. & versic. Advertendum, & versic. Negandum, & versic. At his non obstantibus, Bernard. Diez. & Salzed. in prax. cap. 67. gloss. 1. Guilhelm. Benedict. in cap. Raynutius, de testament. verb. Et uxorem nomine Adelasiam, num. 334. cum seqq. Veron. in tract. de servit. rusticor. præd. tit. de aucupat. cap. 21. & tit. de piscat. Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. verb. Deidrohtiz. glos. 2. ex num. 24. Boer. super ead. consuet. rubr. 57. §. 7. quæst. 2. cum seqq. Andr. Gail. lib. 2. observat. 66. Menoch. de arbitr. cas. 413. Chassan. in cathalog. glor. mund. part. 11. consider. 49. & seqq. Tiraquel. de nobilit. cap. 37. ex num. 143. Jacob. de Sanct. Georg. in tract. de feud. vers. Et cum venationibus, Emanel Suarez in thesaur. recept. sentent. verb. Venator, Franc. Vivius commun. opinion. lib. 2. opin. 311. verb. Venari, Cardinal. Tusch. pract. conclus. litt. P. concl. 678. n. 18. cum seqq. & litt. V. concl. 41. latè Joan. Gutier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 28. benè Vvesembec. in paratit. ad tit. ff. de acquir. rer. domin. num. 7. Fachin. controv. forens. lib. 1. contr. 1. Renath. Choppin. de Deman. Regn. Franc. lib. 1. tit. 15. & de legib. Andiæ lib. 1. cap. 33. Petra de potest. Princ. cap. 7. Bernard. Greven. pract. conclus. lib. 2. conclus. 68. consider. 1. cum seqq. Gasp. Thesaur. in quæst. forens. 22. lib. 2. Cabal. resolut. crimin. cas. 152. & cas. 173. Ricc. in collect. ad Decret. part. 2. collect. 396. & part. 4. collect. 1074. & part. 6. collect. 2095. Henric. Rossenth. de feud. cap. 5. conclus. 94. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 2. plenè Camil. Borrel. de Magistrat. lib. 4. cap. 3. & 4. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 139. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 18. Horat. Barbat. de divis. fruct. part. 1. cap. 4. & 5. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. super pragmat. 4. cap. 86. Dominic. Thasson. in pragmat. de antefat. vers. 3. observ. 4. num. 199. Joann. Bapt. Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. Venatio cum retibus, cum seqq. & to. 2. in eodem verb. Et in supplement. verb. Piscari an possit, Joann. Maria Novar. de gravamin. vassallor. tract. 1. gravam. 70. cum duob. seqq. & gravam. 422. Schennei de Vvin. in §. Flumina Instit. de rer. divis. Artman. Pistor. pract. quæst. tit. 24. observat. 3. Knich. de jur. Saxon. non provoc. cap. 5. ex numer. 152. Rodolphyn. de absol. Princip. potest. cap. 6. ex n. 67. & ex n. 123. cum plur. seqq. Rendel. in tract. de pasc. tit. de pasc. Baron. cap. 3. pag. 66. vers. Hoc autem valdè interest, cum seqq. Maximil. Faust. in consil. pro arar. clas. 4. cons. 104. ord. 255. & clas. 6. cons. 18. ord. 160. & clas. 16. cons. 23. ord. 1018. & clas. 20. cons. 21. ord. 1545. Petr. Heigius quæst. illustr. part. 1. quæst. 15. Chockier. lib. 5. thesaur. polit. aphor. cap. 20. Bruchm. de regal. §. Venatio, cap. 1. cum seqq. Ruger. Rulland. de commissar. p. 4. lib. 2. cap. 2. Pyrrhus in consuetud. Aurelianens. sub rubr. de stagn. & cunicul. cap. 1. cum seqq. Scipio Amirat. lib. 2. dissertat. polit. in Cornel. Tacit. disputat. 1. Adam Koller. lib. 1. de offic. jurid. polit. cap. 14. fol. 445. Gaspar. Kloch. de arar. lib. 2. cap. 5. per tot. Mizal. cent. 5. memor. cap. 43. Besold. de Majestat. fol. 178. Speckan. 1. quæst. 97. novissimè Dominic. Antunez de Portug. ad donat. Reg. 3. part. cap. 9. per tot. Et ex nostris Modernioribus Don Joann. del Castil. tom. 7. contr. cap. 41. ex num. 118. Dom. Solorzan. tom. 1. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 62. cum seqq. Amay. in l. unic. Cod. de venat. ferar. num. 118. Et extant novissima jura nostra Regia in l. 1. cum seqq. & tot. tit. 8. lib. 7. Recopil. ubi plenè tractat Azeved.

Et ex Theologis, & Moralibus materiam quoque 253
istam venationis, piscationis, & aucupii plenissimè ad plures quæstiones morales exponunt Cajetan. in opusc. 17. respons. 12. Medio. de restitut. quæst. 12. Sot. de justit. & jur. tom. 3. lib. 4. quæst. 6. art. 4. Lugo eodem tract. tom. 1. disp. 6. sect. 6. Ludovic. Carb. de restitut. quæst. 34. per tot. Salon. de justit. & jur. in 2. 2. Div. Thom. quæst. 62. art. 3. in 3. controver. per tot. Pat. Molin. eodem tract. de justit. & jur. disp. 45. cum seqq. Navar. in manual. latin. cap. 17. nu. 120. cum seqq. Petr. Navar. de restitut. lib. 3. cap. 1. ex num. 278. Valent. tom. 3. disp. 5. quæst. 6. dub. 6. Azor. 3. part. moral. lib. 5. cap. 16. Petr. Rebel. de obligat. justit. part. 1. lib. 1. quæst. 14. sect. 2. Pater Læsius de justit. & jur. lib. 2. cap. 5. dubit. 7. Sayrn in Clavi Regia, lib. 11. cap. 9. Card. Tolet. in summ. lib. 5. cap. 20. Cordub. in summ. quæst. 10. Pater Dian. resol. moral. tract. 6. resol. 18. part. 3. Fragoss. de regimin. Reipubl. tom. 1. part. 1. lib. 3. disput. 7. numer. 21. cum plurib. seqq. plenissimè ad plures quæstiones maximè circa personas Ecclesiasticas Episcopus Villarroel. in suo gubernio Ecclesiast. part. 1. quæst. 3. art. 9. per tot. Silvester in summ. verb. Venatio, & in verb. Restitutio 3. quæst. 3. in fin. & in eodem verb. Restitutio 7. quæst. 2. Armil. Aurea, Llamas, & alii Summistæ in verb. Venatio, & in verb. Piscatio.

Et ex Canonistis plenè etiam alios antiquiores conge- 254
rentes August. Barbos. Prosp. Fagnan. in collect. ad cap. 1. & tot. tit. de Cleric. Venator. & ibidem novissimè doctissimus Dom. D. D. Emanuel Gonzalez in sui satis eruditis, omnique laude dignis collectaneis ad jus Canonicum,

CAPUT XIII.

ARGUMENTUM.

Utrum laudemium emphyteusis, feudum, relevium, & etiam adhoa inter fructus emphyteusis, aut feudi connumerari debeant? Pluraque annotantur de materia laudemii, relevii, & adhoæ, & etiam aliqua adducuntur de nostro servitio lancearum, quod per hujus Regni Magnates, & Titulatos Regni præstatur, vulgo *servicio de lancas*. Quo jure jura ista debeantur? & de eorum quota, & alia de materia.

SVMMARIVM.

1 *Q*Væstio hujus capitis; utrum laudemium, relevium, & adhoa inter fructus emphyteusis, aut feudi quoad directum dominium haberi debeant, necne?*

Dividitur hæc quæstio, & de unoquoque ex his emolumentis separatim, ac distinctè tractandum proponitur, ibid.

2 *Agitur primò de laudemio: Prænotantur nonnulla generalia de ejus materia pro majori claritate nostræ quæstionis, ibid.*

3 *Laudemium quid, ejus quota, & de variis consuetudinibus Provinciarum circa eam augendam, vel minuendam, ibid. cum num. seqq.*

4 *An circa hæc loci rei sita, vel contractus consuetudo sit attendenda? ibid.*

5 *Discutitur prima principalis hujus capitis quæstio circa laudemium: an inter fructus emphyteusis, vel census perpetui computari debeat? cum n. seqq.*

Refertur, & fundatur negativa opinio, ibid.

6 *Laudemium ex quo in ipso fundo emphyteutico non nascitur, neque ex eo immediatè percipitur, in fructu non est juxta aliquos, ibid.*

7 *Laudemium ad proprietarium emphyteusis, non ad fructuarium spectare, aliqui volunt, cum n. seqq.*

9 *Solvitur pro laudatione, sive approbatione in alienatione emphyteusis per dominum directum præstita, vel pro immissione in possessionem novi emphyteutæ, ibid.*

10 *Vel pro nova investitura similiter à domino directo concedenda.*

11 *Considerant etiam aliqui pro causa solutionis laudemii laborem, quem dominus in præstanda investitura, sive possessione habet.*

12 *Solvitur quoque juxta alios in recognitionem, & signum obsequii reverentialis erga dominum directum per emphyteutam adhibendi.*

13 *Ex his laudemium non ex ipsa emphyteusi provenit, sed ex domini directi cura, & industria personali.*

14 *Præfata omnes laudemiam acquirendi causæ ex voluntate domini directi pendent: ipse, non fructuarius emphyteusis alienationes confirmat, præstat investituram, & recipit novum emphyteutam, & n. 15.*

16 *Quam dubia apud Doctores sit præsentis quæstionis resolutio, & num. seq.*

18 *Refertur affirmativa opinio, & præ ea, ut verior resolvitur, cum num. seqq.*

19 *Laudemia sunt certæ præstationes tempore alienationum renascentes.*

20 *Quamvis in ipso fundo non nascantur, ejus occasione proveniunt, quod sufficit, ut quid in fructu dicantur.*

21 *Resolvuntur argumenta in contrarium adducta, cum num. seqq.*

Declarantur Text. in l. item si fundi, ff. de usufruct. dict. l. usura pecuniæ 121. ff. de verbor. signific. *dict. num. 21.*

22 *Procedunt hæc jura, verbo* Fructus *in sua stricta, & naturali significatione accepto, secus inspecta lata, & generali juris interpretatione sub qua quæcumque emolumenta comprehendi, verius est.*

23 *Referuntur DD. pro superiori principali resolutione resolventes.*

24 *Laudemium, ut emphyteusis fructum, usufructuario potiùs, quàm proprietario deberi.*

25 *Et quidem pleno jure absque onere restituendi.*

26 *Laudemium est quid diversum, & separatum à re emphyteutica.*

27 *Non debetur intuitu personæ proprietarii.*

28 *In alienationibus emphyteusis, & nova investitura concedenda utriusque proprietarii, & usufructuarii consensus requiritur.*

29 *Socius, vel condominus in jurisdictione communi nihil invito domino facere potest.*

30 *Ad redemptionem census, cujus uni proprietas, alii usufructus competit, utriusque citatio requiritur, & num. 31.*

32 *Inferuntur aliqua notabilia ad praxim ex superiori principali resolutione: fructuario nempè, emphyteusis laudemium, & ejus fructus deberi.*

33 *Vxori usufructuariæ omnium bonorum laudemium præstandum.*

34 *Idem in Principatu Cathaloniæ in viduis, quibus ibi speciali consuetudine, usufructus, aut tenuta in bonis præmortui viri conceditur, quousque pro dote, & sponsalibus ipsis satisfiat.*

35 *Competit quoque laudemium marito ex emphyteusi dotali.*

36 *Habet tunc etiam investiendi jus.*

37 *Patri quoque usufructuario adventitiorum filii laudemium ex emphyteusi adventitia exolvendum.*

38 *Limitatur casu, quo ea conditione emphyteusis filio sit relicta, ne ad patrem usufructus perveniat.*

39 *Possessor majoratus laudemium ex emphyteusi majoratus, ut cæteros fructus, lucratur.*

40 *Plura remissivè de materia laudemii, quâ actione, & ex quibus alienationibus, & an ab acquirente, vel ab alienante solvi debeat, & ad alias quæstiones?*

41 *Quæstio secunda hujus capitis circa relevium, an fructuum appellatione comprehendatur.*

42 *Prænotantur aliqua pro clariori hujus quæstionis resolutione, cum num. seqq.*

43 *Relevii servitium quo jure introductum? cum num. seqq.*

44 *Antiquitus dominus directus feudi investituram gratis præstare tenebatur.*

45 *Relevii servitium quid extrinsecum à natura feudi esse, nec aliter deberi, quàm in investitura exprimatur.*

46 *Contrarium alii, imò relevii, & adhoa onus virtualiter sub juramento fidelitatis comprehendi.*

47 *Laudatur Dom. D. Franciscus Ortiz Cortes supremi Italiæ Senatus dignissimus Regens.*

48 *Relevium consuetudine saltim introductum, & plura de hac consuetudine apud omnes Nationes recepta.*

49 *Apud nos quoque per Magnates, & alios dominos Titulatos oppida, vel officia ex donationibus Regiis possidentes, relevium Fisco Regio exsolvitur, sive alio nomine,* Media anata.

50 *Consuetudinem hanc, tanquam contrariam, juri communi feudorum, & nimis vassallos gravantem, improbam, & iniquam vocant Doctores feudistæ.*

51 *Strictè, ut odiosa, accipienda.*

52 *Pacto etiam adjici potest hoc onus relevii, in primæ concessione feudi, seu investitura inter dominum, & vassallum inito.*

53 *Similiter ex eodem pacto relevium minui, aut omninò tolli potest, sive feudum franchum, remanere effici, ut si feudum franchum, aut liberum concedatur, & num. 54.*

55 *Relevii quantitas in Regno Neapol. est medietas fructuum illius anni, quo feodatarius moritur.*

56 *An verba Isernia, & aliorum Feudistarum,* illius anni, *taxativè, vel potiùs demonstrativè intelligi debeant? ita quod, nullis perceptis fructibus in illo anno, computatio ex præcedentium fructibus ad liquidationem relevii fiat, vel non? latè differitur, cum duob. num. seqq.*

57 *Vassallus ratione relevii, utrum generis, vel speciei debitor sit?*

58 *Quid saltim aliquibus fructibus in illo anno perceptis?*

59 *In Gallia, Germania, Anglia, Sicilia, & aliis Provinciis, quæ quantitas pro relevii onere exsolvatur?*

60 *In aliquibus equus, vel aliæ res pro relevio penduntur.*

61 *Relevium dicitur à relevando, & quare? cum duob. nu. seqq.*

64 *Solvitur à successore in feudo ob renovationem, aut confirmationem antiquæ investituræ.*

65 *Pro prima investitura non debetur.*

66 *Solvitur quoque in recognitionem dicti dominii.*

67 *Non penditur pro qualibet nova successione, sed quoties per mortem prædecessoris succeditur.*

68 *Contra si ex contractu, et ex feudi refutatione, seu renunciatione, semota fraude, quis succedat.*

69 *Plura remissivè circa conjecturas, quibus hæc fraus præsumatur.*

70 *Resolvitur affirmativè principalis hujus capitis circa relevium quæstio, an in fructu habendum sit, necne?*

71 *Relevium laudemio assimilatur.*

72 *Resolvitur quoque affirmativè tertia principalis quæstio, circa adhoa servitium, ut etiam similiter in fructu sit.*

73 *Adhoa emolumentum fructuarie directi dominii? non proprietario competit.*

74 *Est certa præstatio, quæ fit, quotannis domino directo, feudi occasione, vel propter feudum.*

75 *Adhoa nomine specialiter sumptu, venit servitium pecuniarium pro servitio personali per feudatarium alias solvendo.*

76 *Servitium personale serviendi, seu dominum directum coadjuvandi in bello per feudatarios exhibendum ad adhoa servitium, sive pecuniariam contributionem communiter apud Feodistas, est redactum.*

77 *Adhoa nomine, in genere hoc servitio sumptu, quælibet præstatio pecuniaria, aut vassallorum obventiones, sive adjutoria comprehenduntur.*

78 *In præsenti de adhoa servitio in specie tractatur.*

79 *De aliis donativis, sive obventionibus vassallorum, an etiam in fructu sint? remissivè.*

80 *Adhoa servitio ust simile apud nos servitium vulgo de* Lancas, *nuncupatum, quod vocamus, & similiter etiam à Magnatibus, & aliis Proceribus nostri Regni Regi penditur.*

81 *Subrogatur etiam hoc lancearum servitium loco servitii personalis, quo adstringuntur hujus Regni Domini Titolati, jurisdictionesve, aut oppida ex Regiis donationibus possidentes.*

82 *Tenentur etiam exhibere hoc servitium Episcopi, aliaque persona Ecclesiastica jurisdictiones, aut oppida, Regia liberalitate habentes.*

83 *Nostri servitii lancearum origo unde sumpta?*

84 *In principio personale habebatur, hodie reale, & ad annuas pensiones pecuniarias redactum, ibid. cum num. seqq.*

85 *Princeps pro ejus solutione omnibus creditoribus, quantumvis antiquioribus præferendus.*

Transeunt cum hoc onere oppida privatis à Rege concessa, ibid.

86 *Similiter adhoa servitium apud Feudistas onus reale reputatur.*

87 *Transit in quemlibet feudi, aut rei feudalis possessorem.*

88 *Feodi possessor tenetur adhoa servitio non solum pro tempore, quo possidet, sed pro præterito.*

89 *Facta feodi concessione, Fisco super ejus fructibus tacita, & expressa hypotheca competit.*

90 *Debetur respectu feudi fructuum, tenetur que ideò quilibet eos percipiens.*

91 *Diminutis fructibus, vel è contra auctis, minuitur quoque, vel augetur adhoa, aut relevii unus, & n. 92.*

93 *Castro absque fructibus concesso, relevium, vel adhoa non debetur.*

94 *Remittuntur etiam hæc onera propter sterilitatem in fructibus feudi contingentem.*

95 *Concluditur idem in nostro servitio lancearum, ut similiter reale sit.*

Parificantur lancearum servitium, & adhoa onus, ibid.

Servitium lancearum ab adhoa, ut antiquiori, originem sumpsit, ibid. & num. 97.

96 *Majoratus, Ducatus, Comitatus, & similium dignitatum illustria in nostra Hispania ad instar feudorum fuerunt instituta, & si non in totum assimilata.*

98 *Quid antiquis adhoa servitium apud Feudistas fuerit?*

99 *Ad alias quæstiones remissivè circa laudemii, relevii, & adhoa materiam.*

1 UT majori claritate præsens quæstio circa *laudemium*, scilicet, *relevium, & adhoam*, resolvi possit, & an istæ res, seu emolumenta inter fructus emphyteusis, aut feudi quoad directum dominium, haberi debeant, necne? dilucidiùs cognoscatur, de unoquoque ex his emolumentis separatum, ac distinctè suo ordine tractabo.

2 Et in primò, quoad laudemium pro majori claritate quæstionis, prænotandum est, laudemium esse certam partem pretii, quæ in contractibus, & alienationibus emphyteuticis, aut censualibus pro nova investitura, seu assensu domino directo solvitur, quæ quidem portio jure codicis ad quinquagesimam partem pretii taxata invenitur, constat ex *l. fin. Cod. de jur. emphyteut.*

3 † Qua tamen lege non obstante ejus quantitas augeri, aut minui potest, & esse alia major, aut minor pretii pars juxta pactum in prima concessione adjectum, aut eo cessante juxta etiam loci contractus, seu Provinciæ consuetudinem, quæ semper in ejus solutione attendenda est, ut ex antiquioribus omnia prædicta docent Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 12. §. 1. *verb. Lot, numer.* 2. Rimio. *cons.* 38. *num.* 21. *cum sequentibus*, Bertrand. *cons.* 192. *numer.* 4. *volum.* 3. *part. poster.* Bursat. *cons.* 127. *nu.* 54. & 56. *lib.* 2. & *cons.* 127. *à num.* 39. & *cons.* 165. *numer.* 61. Menoch. *cons.* 444. *num.* 35. Bertrand. *de argent. laudem.* §. 55. *cap.* 5. Amad. de Pont. *quæst. laudemial. quæst.* 13. & ad eum Blancard. *not.* 4. ultra quos alii per Gratian. *discept at. forens. cap.* 180. *numer.* 2. Franc. Marc. *decis.* 612. Ripol. *variar. resolut. cap.* 7. *num.* 391. ubi alios refert Augustin. Barbos. *in collect. ad cap. potuit, de locat. & conduct. num.* 18. & 19. cum aliis pluribus, Niger. *de laudem. part.* 1. *quæst.* 3. *per tot.*

4 † In quibus latissimè invenies varias locorum, & provinciarum circa quotam laudemii consuetudines, & quod in aliquibus tertia, quarta, quinta, decima, aut vigesima, ut apud nos, solvitur, quæve consuetudo sit attendenda an loci, vel rei sitæ, vel contractus: & ad alias plures circa hanc consuetudinem quæstiones latè, & cum pluribus ultra relat. Niger. *dict. quæst.* 3. & *per* 6. *art. sequent.*

5 Hoc igitur laudemium an inter emphyteusis, aut census perpetui, fructus reputetur, & consequenter an ad fructuarium pertineat, necne? solet ab aliquibus dubitari.

Pri-

6 Primò negativa sententia fundari posse, videtur ex eo, quòd in ipso fundo emphyteutico non nascatur, nec ex eo immediatè proveniat; quare ex l. item si fundi 10. l. arbores 65. ff. de usufruct. l. usura pecuniæ 121. ff. de verb. signific. & aliis juribus ponderatis supr. in hac parte cap. 3. ex num. 1. & 8. & aliis, ex quibus nihil aliud in fructu esse, quàm quod in fundum nascitur, probari, videtur; quare idem in præsenti quæstione circa laudemium dicendum, videbatur, nullo modo id in fructu reputari debere.

7 Secundò hæc negativa sententiæ fundari potest ex quo aliqui laudemium non ad usufructuarium emphyteusis, sed potiùs ad proprietarium spectare, asserunt, quasi fructus ipsius emphyteusis non sit; nam aliàs si fructus esset, absque dubio ad fructuarium pertineret.

8 Quod autem non ad fructuarium, sed ad proprietarium, pertineat laudemium ex prædicto etiam primo fundamento probari posse, videtur; quia nimirum non ex ipsis corporibus emphyteusis, sed potiùs aliunde laudemium provenit, si quidem pro laudatione, approbatione, seu assensu in alienatione emphyteusis per dominum directi dominii præstito laudemium deberi, dicunt Alverot. in cap. 1. §. Illud quoque, column. 3. versic. Illud quæro, de prohibit. feud. alien. per Federic. Bursat. cons. 137. numer. 1. Cephal. cons. 27. numer. 20. & num. 22. Gabriel. cons. 84. num. 15. lib. & cons. 88. num. 7. lib. e. Peguer. decis. 156. num. 1. Fontanel. decis. 281. nu. 12. & 13.

9 Vel pro immissione in possessionem novi emphyteutæ per dominum directum faciendam, ut volunt Solson. in lucern. laudem. prælud. 4. num. 6. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 66. numer. 1. & 3. Menoch. consil. 226. numer. 166. & consil. 244. numer. 15. Vincent. de Franch. decis. 121. numer. 7. Anton. Fabet. de error. pragmat. decad. 81. error. 1. in princip. Rodrig. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 4. num. 14.

10 Vel pro nova investitura similiter à domino directo concedenda, juxta Bertrand. cons. e. num. 2. Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. de feudis 3. §. 1. versic. Quala persone de for principal, & cum aliis Surd. consil. 200. nu-
11 mer. 3. & 5. Ant. Guizar. decis. 8. num. 3. cum seq. † Qui etiam considerant, laborem, quem dominus in ea patitur, ut novum emphyteutam in actualem, & naturalem possessionem inducat, ut notant Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 11. de censibus public. §. 1. vers. Lot. 5. Riminald. Jun. cons. 38. numer. 38. & cons. 579. num. 29. Bertrand. cons. 3. part. 1. volum. 3. num. 33. & cons. 321. lib. 1. num. 1. & pluribus congestis Surd. decis. 31. num. 8. cum sequentibus, Paul. Christ. in consuetud. Mechlinens. tit. 10. art. 5. num. 7.

12 Vel in recognitionem, & in signum obsequii reverentialis, erga dominum directum per emphyteutam adhibendi, Gozadin. cons. 65. num. 13. circ. med. Ant. Faber in Cod. lib. 4. tit. 43. defin. 1. num. 18. & 22.

13 Quare ex prædictis cum laudemium non ex ipsa emphyteusi proveniat, sed ex domini directi cura, & industria personali in nova investitura, & aliis supra relatis causis solutionis adhibita, non solum inter fructus emphyteusis connumerari non posse videtur: & consequenter, quod magis est, stantibus juris directi ipsius emphyteusis proprietario, & usufructuario, ad proprietarium, non verò ad fructuarium pertinere, dicendum videbatur.

14 Nam cum investitura, seu immissio, in possessionem emphyteusis, & prædictæ omnes censæ solutionis laudemii, ex cura, & facto libereque voluntate domini directi, seu proprietarii dependeant, absurdum videtur, illud deberi fructuario cujus acquisitio in mera vo-
15 luntate proprietarii est posita: † Maximè cum & in alienationibus emphyteusis, cujus ususfructus alicui debetur, jus confirmandi alienationes, investiendi, & recipiendi novum emphyteutam ad proprietarium spectare, & omnia supra dicta per eum fieri debere asserant, argum. l. falsus, §. fin. ff. de furt. l. si quis mihi bona 25. ff. de acquir. hæred. Guid. Pap. decis. 477. num. 1. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 66. num. 15. vers. Proprietarius, qui debet laudari, Bellon. cons. 6. num. 18. Renat. Coppin. de legibus Andium, lib. 1. cap. 4. numer. 3. Burg. de laud. part. 1. inspect. 4. num. 20. cum sequentib. Solson. in lucerna laudemial. Cellul. 2. num. 16. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 23. de usufr. defin. 6. & tit. 43. de jur. emphyt. defin. 46. Marc. decis. 60. part. 1. Silvest. in summ. verb. Emphyteusis, quæst. 22. Borrel. de Magistr. lib. 4. cap. 2. num. 145. & in summ. decis. tit. de laud. n. 46.

16 Quibus, & aliis rationibus per DD. adductis, difficilis redditur nostræ quæstionis resolutio, ut agnoscunt Oldrad. cons. 24. Cald. de extinct. emphyteus. cap. 16. n. 15. Blancard. ad Amad. de Ponte de laudem. not. 20. & eam indecisam reliquit Paul. de Monte Pico in l. Titia, §. Titia, num. 128. ff. de legat. 2.

17 Et in expresso quod ad fructuarium laudemium non pertineat quasi emphyteusis fructus non reputetur, sed potiùs ad proprietarium, tenet Peralta in dict. l. Titia, §. Titian. 9. in fin. de legat. 2.

18 Sed his nihilominus non obstantibus ex veriori, receptiorique opinione dicendum est: laudemium inter fructus emphyteusis, seu apud nos census perpetui, connumerari debere.

19 Quæ affirmativa opinio ex eo fortissimo, & unico fundamento probatur; quia nimirum laudemia sunt certæ præstationes in suo genere tempore alienationum renascentes, ad elegantem doctrinam Bart. in l. fin. ff. solut. matrim. & ad dicta circa renascentia sup. cap. 3. in fin. & quæ inf. ad similia dicam.

20 Et quamvis in ipso fundo non nascantur, nec ex eo immediatè proveniant; attamen mediatè, & ejus occasione percipiuntur, quod sufficit, ut quodlibet emolumentum (licèt impropriè) fructus dici possit, ut latius probavi supr. cap. 3. à num. 8. & consequenter nostrum etiam laudemium inter emphyteusis fructus connumerabitur.

21 Nec obstat primum argumentum pro contraria opinione supr. adductum ex dict. l. item si fundi, ff. de usufr. dict. l. usura pecuniæ 121. ff. de verbor. signific. quæ intelligendæ sunt de fructibus propriè, & in sua stricta, & naturali significatione acceptis, qui non aliter quam ex terra nati, & ex ipsa re immediatè provenientes dicuntur, secùs verò impropriè, & lato modo verbo Fructus accepto, quia tunc, & omne commodum mediatè, vel immediatè ex re, vel occasione rei proveniens, fructuum appellatione comprehenditur, ut latiùs, & ex professo ad prædictarum, & similium legum interpretationem supr. dixi cap. 3. tot. ubi maximè in num. 1. & 16. ponderatur, & declaratur pro doctrina ista, & resolutione dict. l. item si fundi, ff. de usufruct.

22 Et in nostro laudemio quòd absque dubio fructuum appellatione comprehendatur, docent Oldrad. in celebri ad rem cons. 64. quem omnes ut antagonistam referunt, & sequuntur Bald. in l. si traditio 4. C. de action. empt. Alexand. in l. divortio, §. Si vir sub num. 8. ff. solut. matrim. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 17. vers. Et faire les fruictz, num. 5. Menoch. cons. 66. à num. 76. & lib. 1. de præsumpt. præsumpt. 142. num. 22. Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 43. de jur. emphyteus. defin. 1. num. 17. & defin. 4. num. e. & defin. 30. num. 1. & cum aliis defin. 46. per tot. Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. Emphyteusis, num. 5. Amadeus de Ponte in quæst. laudem. quæst. 60. num. 3. benè Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 5. à num. 41. cum aliis pluribus Niger. de laudem. tom. 1. q. 13. per tot. & plures refert à n. 43. & noviter, licèt paucis relatis, Barbat. de divis. fruct. part. 1. cap. 14. à n. 1. Barbos. in appellat. verb. Fructus, n. fin. & n. 6. ubi pro contraria Vincent. de Franch. adducit, sed malè, quia non in laudemio, sed in aliis proventibus loquitur: benè Cyriac. controv. 397. à n. 6. in quibus alios plures ex antiquioribus congestos invenies, licèt ipsi noviores Modernos non referant.

Digitized by Google

23 Nec etiam obstat, quòd aliqui voluerunt nimirum laudemium proprietario, non usufructuario deberi, quasi inter fructus non connumeretur; ut supr. pro secundo fundamento dixi; quia imò potiùs ex veriori, & communissima sententia dicendum est, laudemia, ut emphyteusis fructus ad ejus fructuarium, proprietario excluso, pertinere, ut docent ultra Alexand. Menoch. Amad. de Pont. Julium Clar. & alios ex sup. relat. ex dict. Oldrad. cons. 24. Tiraquel. de retract. lignag. in fin. tit. numer. 16. Guid. Papa decis. 477. n. 2. Franc. Marc. decis. 605. part. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 10. numer. 6. Surd. con-
24 sil. 57. num. 25. & decis. 31. num. 11. & 12. † Ubi quod ideo procedat, quia laudemium est quid diversum, & separatum ab ipsa re emphyteutica, & sic, diverso jure ab ea judicari debet.

25 Et hanc resolutionem communiter docent Sesse decis. 63. num. 3. tom. 1. Arismin. Tepat. variar. sent. tit. de laudem. col. 1. fol. 97. Parid. de Put. Bellon. Bellacomb. Alciat. Redean. Cravet. & alii congesti, & sequuti per Mar. Burg. de laudem. part. 1. inspect. 4. sub num. 8. Gutier. de tutel. part. 3. cap. 24. num. 10. optimè Ant. Faber in Cod. dict. lib. 4. tit. 43. defin. 46. & lib. 3. tit. 26. de usufruct. de-
26 fin. 6. † Ubi doctè, & quòd pleno jure absque onere restituendi laudemium usufructuario competat, Girond. de Gabel. 2. part. §. 2. num. 23. fol. 50. & ex Alberic. Jas. Guilhelm. Benedict. Laurent. Pinu. Petr. Costal. & aliis, Castil. de usufruct. cap. 36. numer. 45. Fontanel. decis. 205. numer. 12. & melius de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 5. à numer. 41. & post istos, eis tamen non relatis, noviter Paul. Christineus ad consuetud. Mechlin. tit. 11. art. 29. num. 6. Ripol. variar. resolut. cap. 7. numer. 265. & seq. & noviter Carol. Anton. Blancard. in suis notis laudemialibus ad Amad. de Ponte de laudem. not. 20.

27 Qui ultra alios optimè opinionem istam tuetur adversus aliquos Modernos contrariam sententiam sectantes, & asserentes, laudemium intuitu personæ, non verò intuitu rei deberi, & proinde ad proprietarium, non autem ad usufructuarium spectare, probare, nituntur, sed malè, ut ipse Blancard. defendit, & cum aliis Mar. Giurb. in consuetud. Messan. cap. 7. glos. 16. part. 1. num. 8. & idem docet Niger. de laudem. tom. 1. quæst. 13. per tot. & à numer. 43. Molin. de just. & jur. Silvestr. Solson. Cald. Pereyr. Marescot. Camil. de Medicis, Molses. Peguer. & alios infinitos refert, & numer. 45. Peraltam contrarium sentientem refutat, & nostrum Molinam quem pro Peraltæ opinione stare ait in lib. 1. de primog. cap. 22. numer. 12. sed minus rectè, cum imò potiùs nostram opinionem, Peralta rejecto, ibi sequatur, & eum etiam noviter sequitur Barbat. de divis. fruct. part. 1. cap. 14. num. 4. Franc. Niger. Cyriac. controvers. tom. 2. cap. 397. à num. 6. quos tam plures lata manu congessi, quia per nullum ex Modernioribus cæteros congestus invenies, licet apud eos plures alii ex antiquioribus referantur, quos consultò omisi, cum eos referentes referre, sufficiat.

28 Nec iterum obstant, vel aliquid pro proprietario faciunt supr. adducta nimirum quòd intuitu personæ, non verò intuitu rei laudemium debeatur, idest, ratione novæ immissionis, investituræ, seu assensus, vel similis facti per dominum directum expediendi, vel etiam per proprietarium, in quo & directum dominium residet, non per usumfructuarium, ad quem jus investiendi, & similia non pertinere asserunt DD. supr. ex num. 10. & 14. relati.

29 Quia imò etiam ex veriori sententia in emphyteusis alienationibus, & in nova investitura utriusque tam usufructuarii, quàm proprietarii consensus requiritur, ut exemplo jurisdictionis, vel alterius rei communis, in qua nullus ex sociis aliquid, altero invito, facere potest, docent ad rem Oldrad. consil. 30. num. 7. Guilhelm. Benedict. in cap. Raynutius, versic. Cætera bona, de testament. numer. 33. & versic. Semel tamen, ubi per Parlamentum Tolosanum, decisum refert, benè Amad. de Ponte in quæst. laudemial. quæst. 20. ubi differtè quæstionem disputat, & contrariam opinionem solum proprietarii consensum exigi asserentem rectè rejicit, idemque docet Castill. de usufruct. dict. cap. 36. numer. 45. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 7. gloss. 16. part. 1. num. 8. in fin. ubi Amad. & alios refert, & optimè id resolvit, contraria opinione rejecta, Niger. de laud. tom. 1. quæst. 14. à num. 34. & 48. ubi latè per tot. duas contrarias opiniones aliquorum asserentium proprietarii solum assensum requiri, & aliorum usufructuarii dumtaxat necessarium esse, benè refutat.

Quod & manifestè comprobatur exemplo redem- 30
ptionis census, cujus proprietas penes unum, & ususfructus penes alterum residet; nam si redimi in creditorum concursu, vel aliter tractetur, utriusque etiam interventum, seu citatio proprietarii, scilicet, & usufructuarii requiritur, ut cum aliis pluribus docent Tiraquel. de retract. convent. §. 1. glos. 6. nu. 29. Petr. Foller. in pragmat. de censibus, verb. Instrumentum gratiæ pro consimili pretio, Bonius in tract. de censibus, part. 2. nu. 105. Felician. Solis eodem tract. lib. 4. cap. 1. numer. 7. Cencius eodem tract. quæst. 109. numer. 64. cum sequentibus, ubi numer. 67. per Rotam decisum refert, & ex veriori, & receptiori sententia idem resolvit Dom. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 27. à num. 10. ubi à numer. 5. Avendan. Sesse, Giurb. Intrigl. & Gratian. contrarium asserentes benè refutat, quorum primi solius usufructuarii, duo verò ultimi, proprietarii dumtaxat interventum requiri, asserunt, & num. 18. idem docet si de viribus census disputetur, ut tunc etiam uterque ususfructuarius, & proprietarius citari debeant.

Ex quibus firmum remanet, laudemium inter fructus 31
emphyteusis reputari, & consequenter cuilibet fructuario absque dubio deberi.

Ex qua verissima nostræ quæstionis resolutione aliqua 32
notabilia ad praxim breviter inseram.

Primò infertur, uxori usufructuariæ omnium bono- 33
rum per maritum relictæ laudemium emphyteusis in hæreditate repertæ, ut fructus ipsius emphyteusis, deberi, ut in specie docent Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 5. vers. Prout en iouir. in fin. Hippolyt. Riminald. Jun. cons. 481. num. 123. in fin.

Et similiter in Principatu Cathaloniæ, cum viduæ 34
ex speciali Regni Constitutione, & post annum luctus tenuta in omnibus bonis præmortui viri concedatur, ita ut eorum fructus lucretur, quousque pro sua dote, & sponsalitio ipsi satis fiat, ut docet Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 5. à num. 37. huic etiam viduæ, ut usufructuariæ, laudemium emphyteusis hæreditariæ tanquam fructus competit, ut docet idem Fontanel. à num. 41.

Et marito, ad quem rerum dotalium fructus perti- 35
nent, laudemium etiam emphyteusis dotalis spectare, docent Boer. in consuetud. Bituricens. tit. des coustu des fiez, glos. 1. in fin. Franc. Marc. decis. 605. Niger. de laudem. tom. 1. quæst. 13. num. 45. Barbat. de divis. fruct. d. part. 1. cap. 14. num. 7.

Quia & jus investiendi habet, & recognitio, & fideli- 36
tas ei est præstanda, ut in feudo dominantem dotem dato, docet Rosenth. de feud. cap. 6. concl. 63. num. 5.

Item & patri usufructuario adventitiorum filii laude- 37
mium ex emphyteusi adventitia, ut ipsius fructus, debetur, non verò filio proprietario, Amad. de Ponte in quæstion. laudemial. quæst. 20. Franc. Marc. d. decis. 605. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 38. num. 28. Ascan. Clement. de patr. potest. effect. 2. num. 27. & 34. & aliis congestis Burg. de laudem. quæst. 6. inspect. 4. numer. 23. Pater Molin. de justit. & jur. tract. 2. disput. 459. num. 21. Silvester in summ. verb. Emphyteusis, quæst. 22. & ex Marescot. Tiraquel. Menoch. Hippolyt. Riminald. Guid. Pap. & aliis pluribus Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 7. glos. 16. part. 1. num. 8. Niger. de laudem. dict. quæst. 13. numer. 44. & 45. Barbat. dict. cap. 14. num. 8. qui numer. 9. † Limitat 38
ut

ut non procedat in casu, quo emphyteusis filio ea conditione relinquatur, ne ad patrem ususfructus perveniat, ex auth. excipitur, Cod. de bon. quæ liberis, & in specie Ascan. dict. effect. 2. numer. 14. Cavalcan. de ususfruct. mulier. relict. à nu. 179. Dilect. de art. test. tit. de legat. caut. 16. numer. 1. de quo articulo, & materia auth. excipitur, dicam plenius infr. part. 2. cap.... ex num. 69. ubi maximè, an & quando hæc prohibitio in ususfructus non tantum jure, sed etiam in commoditate, sit intelligenda.

39 Item & possessori majoratus absque dubio laudemium emphyteusis majoratus debetur, quia & cæteros omnes fructus majoratus lucratur, & ab eo investitura per novum emphyteutam, vel censuatium est impetranda, & similiter alienationes per illos factas approbare debet, ut ex Oldrad. & Tiraquel. notat D. Molin. lib. 1. de prim. cap. 22. num. fin.

40 Plura autem qui de materia laudemii scire voluerit, qua actione, & ex quibus alienationibus, & an ab acquirente, vel ab alienante solvi debeat? & ad alias plures quæstiones, adeat, ultra Marium Burg. Georg. Fautz. Peguer. Amad. de Pont. Franc. Solsona, qui integros tractatus de laudem. scripserunt, Anton. Niger. eod. tract. qui latissimè, & doctè noviter post omnes materiam absolvit, plenè Blanchard. in Addition. ad Amad. de Pont. Borrel. in summ. decis. tit. 35. de laudemio, Ripol. var. resol. cap. 7. de jur. emphyt. à numer. 26. ubi latissimè ad plures quæstiones usque ad numer. 510. Rodoan. de reb. Eccles. non alienand. qu. 11. cum seq. Ant. Faber. in suo Cod. lib. 4. tit. 43. de jur. emphyt. defin. 2. 3. 23. & 28. cum seqq. & defin. 46. & 55. cum pluribus seqq. usque ad fin. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. Emphyteusis, quæst. 23. ubi Addit. latè Augustin. Barbos. in collect. ad cap. potuit, de locat. & conduct. num. 18. cum sequentib. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 180. & 377. Barbat. de divis. fruct. part. 1. cap. 14. à num. 1. latè Arismin. Tepat. variar. jur. sentent. tit. de laudem. fol. 97. b. & novissimè ad plura Joann. Baptist. Ventrigl. in prax. rer. notabil. annot. 39. §. 1. à num. 12. cum sequentibus, & ad aliqua Additio prim. ad Molin. dict. lib. 1. cap. 22. n. 12. Franc. Rocc. in respons. legal. cent. 2. resp. 77. in quibus latissimè laudemii materiam explicatam invenies, pluribus aliis Doctoribus plene congestis.

41 Quibus ita de laudemio resolutis, proxima est altera quæstio de relevio, seu servitio feudali in principio hujus capitis proposita, an etiam fructuum appellatione comprehendatur?

42 Cujus resolutio, ut clarius pateat, aliqua prius de relevii materia prænotanda sunt, ne alias terminis ignotis procedendo, obscurior quæstio reddatur.

43 Et in primis quoad originem, sive primam relevii introductionem prænotandum est, quod licet in consuetudinibus antiquis feudorum, & eorum jure communi attento, relevium incognitum esset, ut notant Isern. in cap. 1. §. Similiter, numer. 16. in addit. de Capitul. Conrad. & in cap. 1. §. Sed etiam res, nu. 15. 16. & 17. per quos fiat investitura, & cum aliis Camil. de Curt. in sua resolut. feudal. cap. 3. num. 44. & 46. quæ extat in tom. 1. resolut. Anton. de Mario, in fin. & novissimè cum aliis Gizz. in observation. dec. 92. Capyc. Latr. à n. 1.

44 Ita ut antiquitus feudi dominus investituram gratis præstare teneretur, nulla mercede, aut servitio à vassallo accepto, ut ex Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum, numer. 36. notant communiter omnes Feudistæ Schrader. de feud. part. 6. cap. 3. num. 24. Jacobin. de Sanct. Georg. in investit. feudal. verb. Qui quidem investiti, num. 58. Henric. Rosent. de feud. cap. 6. tit. quib. mod. feud. acquir. conclus. 66. n. 3. ubi plures in Addit. Camill. Borrell. in summ. decis. tit. 38. de relevio, numer. 2. & 3. Marin. Frecc. de subinfeud. lib. 2. auth. 3. fol. 182. & ex Capyc. Camerar. Gudelin. & aliis Feudistis Andr. Capan. de jur. relev. p. 1. quæst. 1. à numer. 3. Camill. de Curt. in dict. resol. feud. numer. 44. & novissimè ad plura Franc. Maria Prato in suis Lagunez. de Fructib.

jur. observat. observat. 8. à num. 2. & 9. ubi Reverter. Pont. & alios plures refert, & 3. tom. disceptat. forens. cap. 21. num. 12.

Quorum plures etiam consequenter addunt, relevii onus, sive servitium quid extrinsecum à natura feudi esse, nec aliter deberi, quam si in investitura exprimatur, ut ex expressa doctrina Iserniæ in cap. 1. §. Hujus autem generis, num. 9. tit. ex quibus causis feud. amittatur, tenent Rosenthal. Camill. de Curt. Capan. & alii ex relatis supr. & per Prat. in locis citat. ultra quos etiam alios congerunt Capiblanc. de Baron. tom. 1. super pragmat. 8. n. 6. Giurb. de feud. prælud. 2. n. 31. & 49. 45

In quo tamen articulo alii plures gravissimi Doctores, 46
Feudistæ contrarium tenent, imò relevium, sive servitium personale, serviendo domino directo in bello, cujus loco relevii, & adhoæ servitium subrogatur, de natura feudi venire, in esseque virtualiter juramento fidelitatis, sive de incolumi, aut tuto servando domino, tenent contra Iserniam ex Joanne Antonio Canecio in extravag. si aliquem, verb. Subonere, fol. 254. ex nu. 4. Martin. Laudens. & Præposit. in cap. 1. ex quib. caus. feud. amittatur, Loffred. cons. 1. num. 118. Intrigliol. in centur. feudal. 1. quæstion. 9. numer. 142. Schrader. de feud. part. 6. cap. 6. ex num. 3. Joseph. Cumian. in cap. si aliquem, verb. Servitii consueti, num. 50. & 62. Marin. Frecc. tractat. de subfeud. Baron. 5. authorit. numer. 8. fol. 198. Petr. Gregor. de concession. feud. part. 1. quæst. 11. & part. 8. quæst. 2. Curtius in tract. feudor. p. 3. vers. Undecimò limita, Georg. rep. feud. cap. 56. à numer. 40. ad 57. Camerat. ad leg. Imperialem, fol. 34. litter. C. & X. & novissimè in hac sententia residet doctissimus Cardinal. Joann. Baptist. Luca in theatr. veritat. in tract. de feud. discurs. 11. num. 11. vers. Tenentes: qui loquens in feudis Regni Siciliæ, in quorum investituris, licet nullum, ut in plurimum, servitium exprimi dicat, adesse tamen virtuale sub juramento fidelitatis resolvit.

Quam etiam sententiam plenissimè validissimis fundamentis, & rationibus fundat Dom. & Franciscus Ortiz Cortes, vir quidem omni litteratura ornatissimus, omni prudentia præcellens, insigni animi probitate, summaque integritate admirabilis, tot meritis in Supremo Italiæ Senatu dignissimus Regens, in docta allegatione, quam in eodem Senatu Fiscali munere fungens edidit in causa super caducitate Principatus Pomblinensis, vel saltim relevii, adhoæque servitio Regio Fisco solvendo, artic. 2. per tot. 47

Sed quidquid de jure in hac quæstione solvendum sit, 48
consuetudine tamen universali apud Feudistas receptum est, relevii, necnon & adhoæ servitium per feudatarium domino directo solvendum: in adhoæ necessaria præstatione videndi, ultra plures ex proximè ad relevium referendis, qui etiam in adhoæ servitium loquuntur, alii quos infra referam: in relevii vero servitio per novum feudatarium post mortem antecessoris exolvendo, testantur de hac consuetudine, plura etiam circa eam ad praxim afferentes Andr. de Isern. in dict. c. 1. §. Similiter, de Capitul. Conradi, Petr. Nicol. Moz. de substantial. feud. nu. 29. vers. Itaque subinfertur, Franc. de Amicis de feud. §. Ex hac Theorica, num. 1. fol. 50. & §. Prodest, num. 2. fol. 125. Franc. Ponte cons. 30. num. 39. cum duobus sequentibus, Vincent de Franch. dec. 121. numer. 6. & 7. ubi Addent. & aliis pluribus congestis Camill. Borrell. in summa decis. dict. tit. 38. num. 4. Camil. de Curt. in d. resol. feudal. d. cap. 3. numer. 46. Anton. Guizzard. decis. Neapol. 8. numer. 3. ubi plures congerit ejus Additionat. numer. 7. & cum aliis Andr. Capan. dict. quæst. 1. à num. 5. ubi de totius Europæ consuetudine circa solutionem relevii testatur, & idem Camill. Borrell. in summ. decis. dict. tit. 38. à num. 3. ubi de ejus observantia in Gallia, & apud plerasque gentes, & nationes Christianas, idem testatur, & cum aliis Franc. Maria Prat. dict. observat. 8. à nu. 10. & post eum alios cumulans Gizz. in observation. ad decis. Cap. Latr. 92. à num. 1.

49 Quod etiam in nostro Regno solvitur per Magnates, & alios dominos Titulatos oppida, aut castra, vel officia ex donationibus Regiis possidentes, quod apud nos vulgo *Media annata* dicitur, de qua mentionem fecit Capan. *dict. part.1. quæst.2. num.7.* ex Garcia *de expens. cap.13.n.15.*

50 Quam tamen consuetudinem tanquam contrariam juri communi feudorum, & nimis vassallos gravantem, omnes supr. relati improbam, & iniquam vocant, ut constat ex infinitis congestis, per Capan. *ubi supr.* & novissimè Prat. *dict. observat. 8. num.21. & dict. 3. part. discept. cap. 21. num.14. & 15.* ubi de injustitia, & improbitate hujus moris testatur, cum Marin. Ponte, Phil. Paschal. & aliis ibi relatis, & cum aliis noviter Gizz. *in observat. ad dec.92.* Cap. Latr. *n.3.*

51 Quare & strictè interpretandam, & restringendam asserit idem Prat. *dict. cap.21. à num.4. & in dict. observat.8. à num.4.* tanquam odiosam, & à feudo extrinsecam præstationem, ut ex aliis asserit Capan. *d. quæst.1. num.4. & quæst.6. tot.*

52 Quibus etiam adde quod sicut consuetudine relevium deberi diximus, ita & fortius pacto in concessione, seu investitura prima feudi inter dominum, & vassallum inito hoc onus adjici potest, Papon. *arrest. Paris. lib.3. tit.3. arrest.3.* Schrader. *de feud. part.6. cap.3. nu.24.* Henrich. Rossental. *de feud. cap.6. concl.66. num.5. tit. quib. mod. feud. acquir.* Amad. de Pont. *de laudem. q.3. nu.1.* Capan. *d. part.1. q.1. n.10.*

53 Ut & è contra ex eodem pacto relevium minui, aut omninò tolli, ita ut feudum francum, & ab omni servitio liberum remaneat, ut in clausula feudi concessioni adjecta, quod feudum franchum, & liberum sit, resolvunt ex doctrina Iserniæ *in cap.1. §. Hujus generis, ex numer. 9. ex quib. cas. feud. amittat.* & ibi in addition. Lipparol. Capyc. *in investitur. feudal. verb. Feudorum genera, vers. Francum feudum, fol. mihi 209. & decis.64. numer.4.* Bald. *in prælud. feudor. division. 8.* Jason. *in eadem 8. divis. num.123.* Joan. Andr. ad Speculat. *tit. de præscription. in rubr.* Aretin. *cons.14.* Oldrad. *cons.234.* Natta *cons.690.* Camill. de Curt. *tom.1. in divers. feudal. vers. Cum igitur, à num.2. fol.38. cum seqq.* Cardinal. Tuschus *practic. conclus. litt. F. verb. Feudum, conclus.139. numer.9. & 10.* Franch. *decis.67. & 131.* Ponte *decis.3. num.21.* Jul. Clar. *recept. sententiar. §. Feudum, quæst.12.* Camill. Borrell. *in summ. decis. lib.1. tit.34. de feudis, num.270.* Jacobutius de Franch. *in prælud. feudor. quæst.2. à nu.192. ad 195.* Amadeo de Ponte *in quæstionib. laudemialib. quæst.18.* Scipio Theodor. *allegat.50. numer.51.* Capan. *de jure adhoe, quæst.14. num.12. & quæst.15. numer.12.* Joann. Garcia *de expens. cap.12. num.35.* Moles *tit. de jure adhoe, quæst.4.* Ursinus *de successión. feudor. p.1. qu.8. artic.1. n.36.*

54 Imò & si liberum tantum feudum concedi dicatur, ex quo verbum *Liberum*, idem ac franchum in feudalibus investituris importare, tenent Capycius *in sua investitur. feudal. vers. Feudorum genera, verb. Liberum, fol. mihi 210.* cum Joanne Andrea, & aliis Ponte *decis.3. numer.5.* cum Curtio, *part.1. tractat. feudal. cap.8. & de potestat. Proreg. tit. de assensib. Regiis, §.2. à num.37. & 39.* Rossenthal. *de feud. cap.2. conclus.59. num.1. & 2.* Cardinal. Tuschus *practic. conclus. litter. L. verb. Liberè, vel liberum, conclus.335. n.8.*

55 Hujus autem relevii servitium in Neapolitano Regno est medietas fructuum feudi illius anni, quo moritur feudatarius, ut ex Andr. de Isernia *in constitut. post mortem, in fin. dict. §. Similiter, vers. Sunt relevia, de Capit. Conrad.* ubi etiam omnes Neapolitani, & notant reliqui Feudistæ Marin. Freccia *de subfeud. lib.2. author.3. num.5. & 28.* Vincent. de Franc. *decis.221. num.7.* ubi Addent. Gregor. *alleg. 18. num.23.* & cum aliis pluribus Camill. Borell. *in summ. decis. dict. tit.38. num.5.* Camil. de Medicis *cons.18. num.3.* Guizzar. *decis.8. num.8.* & ex aliis Capan. *de jur. relev. dict. part.1. quæst.5. num.17.* Camill. de Curt. *in resolut. feudal. cap.3. nu.46.* quæ extat *in tom.1. resolution.* Anton. Marin. *in fin.* Joseph. de Rosa *consult.30. à num.19.*

Quam tamen Andr. de Isern. & feudistarum communem opinionem notabiliter intellige, ut non specificè, & taxativè ipsorum fructuum illius anni, quo feudatarius decessit, medietas debeatur, ita ut fructuum corpus sit in obligatione, & nullis natis, aut collectis, nihil pro relevio sit debitum, successorque tanquam debitor speciei ab hoc onere liberetur: sed potius verba Iserniæ *illius anni* demonstrativè, & exemplificativè intelligi debent, ut unum modum liquidandi relevium daret, & ut certa quantitas relevii magis demonstraretur, quam quòd corpus fructuum ad ejus solutionem per ea designatum censeatur, cum & juxta ipsum Iserniam *in cap.1. numer.14. vers. Item præstatur, tit. per quos fiat investitura,* quem sequuntur Vincent. de Franch. *decis.121. numer.1.* & ibi Addent. & cum aliis Andr. Capan. *de jur. rel. p.2. quæst.13. num.13.* relevium non in ipsis fructibus, sed in pecunia habito respectu ad ipsorum valorem solvi debeat. 56

Quare, cum juxta hæc, feudi successor in solutione relevii debitor generis sit, juxta hæc nullis fructibus perceptis in illo anno mortis feudatarii, adhuc tamen medietas istæ fructuum per eum solvenda erit, habita ratione valoris fructuum trium præcedentium annorum, ut eis conservatis unius fructuum æstimatio deducatur, & ejus medietas pro relevio in pecunia præstetur, ut in effectu licèt non satis explicitè, docent, ita doctrinam Iserniæ, & prædicta ejus verba *illius anni, &c.* intelligendo Marin. Frecc. *de subfeud. author.3. à num.28.* Donat. Anton. Marin. *tom.2. resol. cap.183. num.6.* Andr. Capan. *de jur. relev. part.1. quæst.18. à num.7.* ubi se ipsum intelligit dum *in dict. quæst.5. num.17.* simpliciter, & indistinctè opinionem Isern. docuit, quibus assentire videtur, Vincent. de Franch. *decis.121. num.9. cum seqq.* & novissimè Joseph. de Rosa *dict. consultat.30. nu.19. & 20.* Gizz. in addit. ad Capyc. Latr. *in dec.92. n.7. & 8.* 57

Qui ex Theodor. & Reg. Moles distinguit inter casum, quo nulli fructus sunt percepti in anno, quo feudatarius decedit: vel in quo aliqui saltim colliguntur, ut in illo relevium juxta præcedentium annorum fructus solvi debeat: in isto vero medietas fructuum collectorum, in pecunia tamen solvenda sit, & ita per Consil. Neapol. decisum refert, idemque tenet Ganaver. *decis.34. à nu.2.* qui addit in *num.5. & in decis.33. à num.16.* quod verba illa Iserniæ *illius anni* commentitia sint, vitio Impressoris adjecta, & quod pro eis *unius anni* legi debeat, juxta libros manuscriptos ipsius Iserniæ, de quibus, & ista lectura testatur Loffred. *in cap.1. vers. Non est simile, de relevio, colum.3. in princ. vers. Veritas tamen est.* 58

In Gallia autem, Germania, Sicilia, Anglia, & aliis Regnis hujus servitii relevii quantitas variari solet, & etiam aliqua certa res pro eo in aliquibus Provinciis solvitur, prout in eis extat consuetudo, ut docet Mastrill. *decis. Sicil.112. num.8.* ubi quid in Regno Siciliæ solvatur, in quo, & ad alia plura Regna, & Provincias Capan. *dict. quæst.5. per tot.* ubi de variis Regnorum consuetudinibus. 59

Et quod in aliquibus equus, vel aliæ res pro relevio penduntur. 60

Dicitur autem relevium à relevando, quia dominum, cui solvitur, relevat, Isernia *in dict. constitut. post mortem, & in dict. cap.1. §. Similiter in ostenditiis, num.3. de Capit. Conrad.* Marin. Frecc. *de subfeud. lib.2. authoritat.3. num.3.* Intrigliol. *de feud. artic.5. num.629. centur.2.* Petr. Gregor. *de concess. feudor. part.8. quæst.16. tit. de jur. relev. num.2.* & cum aliis pluribus Camill. Borrell. *dict. tit.38. num.7.* & alii relati, & sequuti per Capan. *d. p.1. q.2. n.5.* & per Prat. *observat.9. à nu.1.* 61

Vel quia ipsum vassallum solventem relevat, quasi eum ob solutionem à pœna duplicati relevii liberet, ut pluribus congestis tenet Prat. *d. obs.9. à n.5. & tot.* 62

Vel quasi ipsum feudum jacens relevet, & reassumi 63
per

per novam investituram, ob quam solvitur, faciat, ut tenuit Petr. Gudelin. *de jur. feudor. cap.6. num.3.* Capan. *d. quæst.2. n.5.*

64 Quod quidem servitium relevii solvitur à successore in feudo ob renovationem, aut confirmationem antiquæ investituræ, ut docent Isernia *in dict. cap.1. §. Similiter de Capit. Conrad.* Freccia *dict. authorit.3. numer.3.* Jacob. de Sanct. Georgio *in verb. Qui quidem investiti*, & plures referens Anell. Amat. *cons.14. num.6. cent.1.* & aliis congestis Capan. *de jur. relev. part.1. quæst.4. num.6.* 65 † Ubi & quod ideò pro prima investitura non debeatur.

66 Et etiam in recognitionem directi domini, & in signum reverentiæ, & devotionis præstari, tenent Bald. *in leg.1. num.4. ff. de rer. divis. num.95. in fin. in verb. Rex Siciliæ*, Freccia *dict. num.3.* Mastrill. *dict. dec.112. numer.55. & 52.* Vincent. de Franch. *dec.111. nu.7.* Camill. Borrell. *in summ. dict. tit.38. numer.6.* Camill. de Medic. *cons.55. n.4.* Joann. Andr. Georg. *alleg.18. n.13.*

67 Quæ tamen intellige, ut non pro omni nova successione in feudo, aut ejus investitura solvatur, sed quoties per mortem prædecessoris feudatarii succeditur, Andr. de Isern. *in cap.1. §. Sed & res. col.2. vers. Sed & tunc quæritur, quid sit investit.* Vincent. de Anna *alleg.95. numer.1.* Mastrill. *dec.112. num.2.* Camill. de Medic. *cons.55. nu.1.* Horat. Montan. *in repetit. Cap. Imperialem, §. Præterea Ducatus, n.47. de prohibit. feud. alien. per Federic.*

68 Non verò si ex contractu inter vivos, remota fraude, succedatur, ut ultra Isern. & supr. relat. tenent, & latè plura circa relevium in contractibus non solvendum, docent Marin. Freccia *dict. author.3. num.3. in fin.* Petr. Gregor. *de conceff. feud. part.8. quæst.16. numer.2.* latè Franc. Ponte *de potest. Proreg. tit. de refut. feud. §.1. à num.3.* Rovit. *in pragm.1. de offic. Procurat. Cæsar. §. Item volumus, num.9. & 16.* Anell. Amat. *cons.79. num.7.* Capan. *de jur. relev. part.1. quæst.8. num.1.* Camill. de Curt. *in dict. resol. feudal. num.48.* & noviss. Franc. Mar. Prat. *3. tom. discept. Forens. cap.21. num.6. & tot.* veluti si & ex feudi refutatione, seu renunciatione inter vivus facta, similibusque dispositionibus quis succedat, nisi in fraudem solutionis relevii fieri constet, ut ultra Camillum de Curt. & supr. proximè relatos, docent, & resolvunt Capan. *de jur. relev. 4. part. quæst. 15. cum pluribus seqq.* Prat. *dict. cap.21.*

69 Apud quos plenè, & ad plures quæstiones circa refutationes feudorum quod relevium ex eis solvendum, vel non ob fraudis præsumptiones, & conjecturis differitur, & apud Capye. Latr. *consult.113. num.54. cum seqq. & tot.* Marin. *resol. jur. tom. 1. res.304.* & latissimè & noviter pluribus congestis Franc. Roccus *in respons. legal. cent.1. resp.5a. tot.* & optimè *respons.43. per tot.* in quibus etiam latissimè relevii materiam explicatam invenies, & quando solvi debeat, necne?

70 Quibus ita præmissis, & quasi per indicem breviter hujus servitii relevii natura demonstrata, jam ex eis patet nostræ principalis quæstionis resolutio, an scilicet inter fructus directi domini feudi relevium computetur? nam cum dictum remaneat, relevium solvi debere toties quoties post mortem feudatarii prædecessoris novus vassallus in feudum succedit, manifestè ergo constat, inter feudi fructus computari debere; cum emolumenta ipsius feudi sint, quia licet ab eo immediatè non percipiatur, occasione tamen ejus provenit, & iterata vice percipitur.

71 Quare uti præstationes certæ, & uniformes, & suo tempore renascentes in genere, tametsi non in specie, loco fructuum haberi debent, juxta doctrinam Bart. *in leg. fin. ff. solut. matrimon.* & supr. ad laudemium *in princ.* 72 *hujus Capit. tradita*: † Cui multum relevium assimilatur, ut latè doceor plura circa ipsorum convenientiam, & differentiam adducentes, plures congesti per Barbat. *de divis. fruct. part.1. cap.14. à num.27.* & licèt in aliquibus etiam differant, ut ex ibi relatis constar, & ex Capan. *de jur. relev. part.1. quæst.11.* in eo nihil tamen differunt quoad rationem, ut fructus sint, vel non, ubi videri potest.

Et in specie relevium in fructu esse, & ad fructuarium feudi pertinere, docent Anna *cons.3. num.35. cum sequentibus*, & signanter *sub num.38.* Muta *in Capit. Regn. Sicil.6. Regis Iacobi, num.25.* Camill. de Medicis *cons.18. à n.6.* Mar. Burg. *de laudem. p.1. inspect.4. n.83. & 85.* Barbar. *d. c.14. à n.21.* 73

Ex quibus etiam ad tertiam hujus capitis quæstionem fortius infertur, adhoæ feudale servitium similiter, & majori cum ratione inter fructus feudi computandum dici debere; quia & fructuario directi domini feudi, non proprietatio competit, Andr. de Isernia *in constitut. Regni Neapol. incipit: Quam plurium, vers. Alii exponunt*, Capyc. *in constit. item statuimus, quod Comites* 112. Marin. Freccia *de subinfeud. lib.2. in quæst. per ipsum, relata, post. authorit.1. n.10. fol. mihi* 178. Horat. Barbat. *de divis. fruct. d. c.14. à n.57. & 59.* 74

Et quia similiter est certa præstatio, quæ quotannis domino directo per feudatarium occasione feudi, vel propter feudum solvitur, ut ultra supra relatos notant Camerar. *in Cap. Imperialem, §. Firmiter, litter. T. fol.91.* Nicol. Intrigliol. *de feud. centur.45. num.3. & infr.* proximè referendi. 75

Advertetamen, adhoæ appellatione prius, & principaliter, & juxta specialem suam significationem illud servitium pecuniarium venire, quod feudatarii domino directo juxta taxam cujuslibet Provinciæ quotannis solvunt pro servitio personali alias ratione feudi in bello præstando, ut docent Andr. de Isern. *in cap.1. §. Similiter in ostendetiis, numer.13. de Capit. Conrad. & in Cap. Imperialem, §. Firmiter, num.30. vers. Item videmus, de prohibit. feud. alien. per Federic.* ubi Bartholom. Camerar. *litter. F. fol.92.* Jacob. de Franc. *in prælud. de feud. num.19.* Nicol. Intrigliol. *de feud. cent.1. quæst.41. num.3.* & aliis Anell. Amat. *cons.11. num..., vol.2.* † Qui omnes communiter asserunt, quod cum jure communi feudorum feudatarii domino directo tempore belli personaliter servire tenetentur, *cap.1. hic finitur lex.* Domini tamen directi, seu Reges suos vassallos minus gravare volentes statuerunt, quod loco personalis servitii quædam annua pensio de fructibus feudi exigeretur, quæ *adhoa* dicitur, & in loco personalis servitii fuit ingressa, ut benè notat Camill. de Curt. *in divers. feudal. part.1. à n.40.* & signanter *num.46.* 76 77

In genere autem adhoæ nomine quælibet præstatio pecuniaria, vel alia obventio, seu adjutoria, aut donativa comprehenduntur, & præcipuè à vassallis, vel ab Universitatibus dominis præstita, Isern. *in dict. §. Similiter in ostenditiis*, & latè Franc. Ponte *decis.3. à num.16.* & optimè Capan. *de jur. adhoa, quæst.1. à num.2. & 11. & quæst.3. à n.5.* 78

Sed nos in præsenti de adhoa in specie, seu servitio militari in pecunia exigendo loquimur, quam in fructu esse ob ejus certam, & iteratam præstationem manifestè constat, in aliis verò adjudicatoriis obventionibus, seu donativis major est difficultas, quia eorum præstatio non tam certa, sed potius, ut in plurimum extraordinaria, ac incerta multotiesque à voluntate vassallorum dependet, de quibus, licèt idem teneat indistinctè, & non tam explicitè, Barbat. *dict. cap.14. à numer.*[illegible] nos tamen suo loco latius agimus *infr. cap. sequent.* ubi latè de istis, & similibus obventionibus, seu donotivis, an in fructu sint necne? 79

Unum tamen animadvertendum est, quod prædicto adhoæ servitio, seu redditui, aut fructui feudali sumpto in specie, ut diximus pro servitio militari, seu personali in pecunia ex solvendo simile est apud nos aliud servitium, quod vulgo *de lancas* vocamus, & similiter à Magnatibus, & aliis Proceribus nostri Regni, quos *Grandes y Titulos* dicimus, solvitur; † Nam cum & hi nostro Regi servitium personale exhibere, & etiam militibus, suis expensis, conductis, in bello militare tenean- 80 81

Digitized by Google

teneantur , non solum in signum Regiæ superioritatis,
& fidelitatis, verum etiam , & ob gratitudioem honoris
à Principe accepti , & ob divitiarum culmen ab ipso elar-
gitum , cum plerumque cum titulorum dignitatibus et-
iam vassalli, oppida , & jurisdictiones concedantur, ut
constat *ex leg.2.tit.26.part.4.* & notat Salazar de Men-
doza *lib.3. de las Dignidades , cap.17.vers. Per la mayor
parte* , meritò ergo ad tale servitium cum suis personis,
82 vassallis , & aliis militibus remanent obligati , † & hoc
etiam si Episcopi , & aliæ personæ Ecclesiasticæ sint ,
qui talia acceperint , ut probatur *ex leg.52.tit.6.part.1.
l.1.& 6.cum sequentibus , l.8.tit.4.lib.6.Recop.l.1.& tot.
tit.3.lib.4.ordinam.*

83 Sed tamen hoc nostrum lancearum servitium in suo
origine personale, hodie jam, *ut supr.* in adhoa diximus,
ad pensiones , seu annuas præstationes pecuniarias reda-
ctum est , quod ideo *servitio de lancas* dicimus , quia
idem est , ac si *de tantos soldados* diceretur , quorum lo-
co istæ annuæ pensiones subrogantur, de quo servitio ad
dicta , & alia plura vid. Bobadill. *in polit.lib.2.cap.17.à
84 num.17.* † Ubi de pluribus Episcopis , qui ad id tenentur,
quia simul cum Episcopatibus titulo Comitatus , vel ali-
ter jurisdictiones , & similia temporalia ex Regiis conces-
sionibus possident , idemque notant Flores de Mena
*lib.2.pract. quæst.quæst.21.n.242.*Amay. *in l.2.C.de annon.
& tribut.lib.10.à n.35.*

85 Unde cum sit onus reale hoc lancearum servitium , in-
fertur, Principem pro ejus solutione omnibus quantum-
vis antiquioribus creditoribus præferendum , & quia
cum ipsismet oppidis , dignitate, aut redditibus accep-
tix tempore concessionis nata fuerit ; nam & cum hujus
servitii tacita conditione à Rege concessa censentur , ut
resolvunt Flores de Mena *ubi proximè num.*90. Balmased.
de collect.quæst.19.à numer.29. & ultra relatos de hoc ser-
vitio lancearum meminit Fragos. *de regim.reipubl.part.3.
disp.16.§.6.n.1.& 2.*

86 Et quod sit onus reale, manifestè comprobatur ex eo,
quod similiter dictum adhoæ servitium seu redditus , cui
nostrum convenit , ut supr. dictum remanet , *& infr.
proximè* latius dicam , est etiam onus reale ipsius feudi,
ut docent ex Isern. qui beoè loquitur , & aliquibus obje-
ctionibus contrariis respondet *in cap.1. & in §. Sed nec
alia justior, num.36.& 37. quæ sit prima caus. benef. amitt.*
87 † Transitque ideo in quemlibet feudi , aut rei feudalis
possessorem , & apud Feudistas probatur *constit. Regn.
Neapol.* & idem Isern. ubi proximè *numer.37.& dict.Cap.
Imperialem , de prohibit.feud.alien. per Federic.* ubi &
Nard. Lipara *in addit.* Luc. de Peon. *in leg.2.Cod.de fund.
reiprivat. in fin. lib.11.* docent Joseph. Cumm. *in cap.si
88 aliquem , verb.Consueti servitii , numer.4.* Ubi quod feu-
di possessor teneatur ad adhoæ servitium non solum pro
tempore , quo possidet , sed & pro præterito , & cum
aliis antiquioribus Feudistis , Marin. Freccia *de subfeu-
dat. lib.2. de authoritat. Baron. authorit.5.numer.9.* Ca-
mil. de Curt. *in divers.feudal. part.1.fol.42. num.68.& à
num.14.* Fab. de Anna *cons.3.num.13.& 15.* & feudum se-
quitur ad quoscumque vadat, Petr. Gregor. *de concess.
feud.p.8.qu.3.in princ.& qu.4.nu.10.& 25.vers. Secundo
infero, & seq.*

89 Et insuper statim , facta feudi concessione , Fisco su-
per ejus fructibus tacita , & expressa hypotheca compe-
tit, Petr. Gregor. *ubi proximè* , & cum aliis Capan. *de jur.
90 adhoa , quæst.9.à num.1.& quæst.8.numer.21.* † ubi *& nu-
mer.13.* quod respectu feudi fructuum debeatur , & qui-
libet tertius eos percipiens ad id teneatur , & in relevio
idem Capan. *de jur. relev. part.1. quæst.7. & part.3.
quæst.1.*

91 Ideoque etiam diminutis fructibus in majori , vel in
magna parte , & hoc adhoæ servitium minuitur, Jacob.
Avell. *de jur. adhoa , num.55.* Capan. *eod. tract. quæst.31.
num.10.* & 10 relevio Capan. *de jur. relev.2.part. quæst.11.
92 tot.* † Ubi & quod è contra , fructibus auctis , augeri,
debeat , & idem docet Rossent. *de feud.cap.10.concl.44.
numer.47.* Petr. Gregor. *de concess.feud.part.1.quæst.11.* &
ad alias ampliationes, & limitationes Capan. *dict.qu.31.
numer.5.& de jur. relev. dict.2.part. quæst.10.& part.11.*
† Et in castro absque fructibus concesso , quod ad rele- 93
vium, vel adhoam vassallus non teneatur, Capan. *de re-
lev.4.part.quæst.14.* & nec ex fundo inhabitato , *num.6.*
Loffred. *in paraphras. feud. in cap.1.tit.quis dicatur Dux.*
† Et ob id etiam ob sterilitatem in fructibus feudi ista ser- 94
vitia remittuntur ex Text. *in cap. propter sterilitatem* , &
ibi Barbos. & DD. *de locat.* & ad rem , & quomodo steri-
litas ista intelligi debeat, ut adhoæ servitium , seu feuda-
lis redditus minuatur ? Vid. Avell. *de jur. adhoæ à num.55.*
Loffred, *in cap.1.§.Sed & res , vers. Non est simile*, latè
Vincent. de Franch. *decis.121.* ubi cum pluribus Addent.
& ex aliis Camill. Borell. *in summ. decis.tit.de relevio,
n.32.& 33.* & latè aliis congestis Capan. *de jur.relev.p.2.
quæst.5.tot.*

Quare idem in nostro servitio *de lancas* , dicendum 95
est, ut scilicet reale sit , cum maximè huic adhoæ servi-
tio assimiletur, imò meo videri idem ac adhoa inter Feu-
distas est , & etiam existimo ab ea , ut antiquiori , no-
strum servitium *lancearum* originem sumpsisse : † Primò, 96
nam ad instar feudorum majoratus , Ducatus, Comita-
tus , & similium dignitatum in nostra Hispania fuit in-
stitutum , ut notat Fragos. *de regim. Reipubl. dict.part.3.
disp.16.§.6.num.1.& 2.* ex quo etiam in eis, ut in feudis,
lancearum servitium solvi asserit.

Secundò quia , & feudistæ nihil aliud pro adhoæ ser- 97
vitio antiquitus intellexerunt , & hodie intelligunt ,
quam & quod nos ; nempè , lanceatum , aut militum
servitium , & etiam cum eisdem terminis *lancearum* se
expediunt, cum adhoæ servitium , significant, ut con-
stat ex relatis per Capan. *in dict.part.1. de jur.adhoa* , *q.1.
num.5.* ibi : *Et tempore Ladislai Regis in anno* 1404. *tale
servitium personale fuit taxatum in numero lancearum , id
est : feudatarii dabant milites equestres armatos , & cum
lancea, & pro quolibet ex dictis militibus solvebantur un-
ciæ decem* , & sic tareni quindecim.

Ex quibus manifestè constat , nihil nostrum lancea- 98
rum servitium ab adhoa differre ; quod utile ad praxim
erit ad plures quæstiones , quæ de adhoa ad nostrum ser-
vitium possunt adaptari.

Et hæc circa fructus, aut redditus in laudemio, rele- 99
vio , adhoa , & nostro servitio *lancearum* consistentes
dixisse sufficiat : qui autem alia plura videre voluerit,
& maximè circa quæstionem , an ista onera respectiva ad
fructus sint , & per quos solvi debeant ? latius dicam
infr. suo loco , ad plura autem integros , & plenos tra-
ctatus habes apud Nigrum *de laudem.* Andr. Capan. *de ju-
re relev. & jur. adhoa.*

CAPUT XIV.

ARGUMENTUM.

Utrum dona annua , munera ordinaria , vel extraordinaria , aut alia xenia , seu similes annuæ præstationes tempore Paschatis , aut proju cundo adventu , vel ex aliis causis per vassallos oppidorum Dominis præstari solita , fructuum appellatione veniant ? & an idem de his muneribus, seu annuis præstationibus, ac de fructibus dicendum sit ? & in fructuum restitutione ob nullitatem oppidorum alienationum , comprehendantur ? & etiam in fructuum locatione , cessione , vel similibus contractibus , & alios plures effectus fructuum appellatione veniant ? tractatur latè, & distinguitur inter merè gratiosa , ac liberaliter præstita: & inter necessaria privilegio , pacto , aut consuetudine , legeve speciali debita , pro intellectu *l. Sejo , §. Medica , ff. de annuis legat.* si-

gnis

miliumque jurium declaratione, & quid in Regiis donationibus, vel muneribus officiali ob merita extraordinariè factis, an inter officii emolumenta ad restitutionem fructuum imputentur? & aliqua etiam de donationibus per Principes Legatis factis, an Legatis ipsis, vel suis Principibus mittentibus quærantur?

SUMMARIUM.

1 Reponitur hujus capit. quæstio, an dona annua, vel alia vassallorum munera tempore Paschatis, vel pro filiabus maritandis, aliisve de causis, Dominis, seu Baronibus præstari solita in feudorum, vel oppidorum fructu computari debeant, necne?

2 Refertur negativa sententia, ejusve fundamenta, cum num. seqq.

3 Munera hæc vassallorum, & donativa incerta, & ex mera vassallorum voluntate dependentia esse videntur, & n. 9.

4 Incerta emolumenta in fructu non computantur.

5 Adducitur pro sententia negativa Text. in leg. Sejo, §. Medico, ff. de ann. legat.

In legato ejus, quod testator vivus præstabat, ea tantum, quæ certam formam erogationis habuerunt, comprehenduntur, non quæ testator extraordinariè ex liberalitate præstare solitus fuit, ibidem.

6 In locatione fructuum beneficii non veniunt dona, quæ beneficiario pro suo jucundo adventu præstari consueverint.

7 Hujusmodi dona, non officium, sed propriam personam respiciunt.

8 Non sunt uniformia, sed extraordinaria, & ex mera voluntate dependentia.

10 Feudi fructibus locatis, hujusmodi vassallorum donationes, vel munera in locatione non comprehenduntur.

11 Vita militia, quæ ex feudorum fructibus, filiis secundò genitis debetur, ex his donativis non deducenda.

12 Idem in relevio, similiter ex feudalibus fructibus solvendo.

13 Referuntur Doctores, qui pro superiori sententia negativa resolvunt, cum n. seqq.

14 Ampliant aliqui eamdem negativam sententiam, etiam si ex necessitate hæc munera in aliquibus casibus per vassallos præstentur, & n. 15. in med.

16 Idem in collationibus, funeralium proventibus, & similibus emolumentis, ratione incertitudinis resolvunt plures.

Juxta hanc negativam sententiam hæc recepta munera per oppidorum, seu fundorum possessores oppida, vel feuda cum fructibus restituere damnatos, restitui, non debere, fundatur ex n. 16. & 18. cum seqq.

19 Maritus, qui uxori restituere tenetur, quidquid ad eum ex bonis liberti pervenerit, ea dumtaxat restituit, quæ necessario à liberto, ut patronus habuit, non quæ ex mera ipsius liberalitate.

Adducitur Text. in l. si vero 64. alias 65. §. Item quidquid, ff. solut. matrim. ibidem, & n. 55.

20 Socius hæres institutus, vel si quid ei fuerit legatum, aut donatum, licet ex causa societatis, id tamen alii socio communicare non debet.

L. Socium, §. Socius cum resisteret, ff. pro socio, ibidem, & infr. n. 56.

21 Hæres si quid à creditoribus hæreditariis ex remissione, vel transactione habuerit, hoc hæreditatis lucro non cedit, nec aliis creditoribus, aut fideicommissario restituendum, l. si hæres institutus, ff. ad leg. Falcid. l. si debitor, §. fin. ff. ad Senat. Consul. Trebellian. Declaratur: ibidem, & infr. n. 66.

22 Hæreditatis possessor, si quid indebite hæreditatis occasione exegerit, hoc cum ipsa hæreditate restituere non debet.

23 Concluditur ex dictis, juxta aliquorum sententiam, per feudi, vel oppidi possessorem, feudum, aut oppidum cum fructibus restituere damnatum, vassallorum munera, vel donativa restitui non debere.

24 Refertur contraria negativa sententia, scilicet, munera hæc, seu donativa inter fructus connumeranda, & per possessorem feudi, vel oppidi, id cum fructibus restituere damnatum, restituenda, cum nu. seqq.

25 Usufructuarius munera ista, vel adjutoria lucratur.

26 Vassallorum munera, & obventiones, & si immediatè ab ipso feudo, vel oppidorum dominio non proveniant, eorum tamen occasione percipiuntur.

27 Sunt certa quoad præstationem, & si incerta quoad quantitatem.

28 Habent certam formam erogationis, & renascentiam in genere.

29 Fructus dicitur, si quid aliud extraordinariè ultra ordinariam pensionem in locatione sit promissum, puta plaustrum lignorum, vel quid aliud in fine quinquennii, & n. 30. & 71.

Exponitur l. divortio 8. §. Quod in anno, ff. solut. matrim. ibidem, & n. 71.

32 Refertur prædictarum sententiarum concordia ex Vincentio de Franch.

Nostra vassallorum donativa in fructu computanda non esse, etiam de necessitate præstita, si ea verus dominus non esset habiturus juxta eumdem Franchis, ibidem, & n. 33.

34 Rejicitur hæc concordia, cum n. seqq.

Ut quid fructus dicatur, non inspicitur, quòd verus dominus esset percepturus, vel non, sed an ex re, vel occasione rei per possessorem sit perceptum? dict. num. 34.

35 In fructuum similiter restitutione regulariter inspicitur quid per restituentem sit perceptum, non quid per dominum percipi potuisset.

36 Possessore malæ fidei restituente, inspicitur, quod verus dominus percipere potuit, ut magis ex potentia domini gravetur, non ut quid minus restituat.

37 Expenditur contra eumdem Franch. resolutionem leg. qui proprio, §. Procurator, ff. de procurat. & l. si quis negotia, ff. de negot. gest.

Recepta per procuratorem, vel negotiorum gestorem, etiam indebitè, & à dominis non recipienda, ipsis dominis restitui debent, ibidem.

38 Adducitur etiam contra Franch. Text. singularis, & ad rem notabilis in leg. cum autem 23. §. Cum redhibetur 9. cum l. sequent. ff. de ædilit. edict.

Facta servi redhibitione, non solum ejus fructus, sed & si quod legatum, vel hæreditas ejus occasione emptori obvenerit, venditori restituendum, ibi.

39 Etiam si emptoris contemplatione fuerit relictum, vel aliter aliàs venditor id percepturus non esset.

40 Ex parte vassallorum donativa putativo domino offerentium nulla personæ possessoris contemplatio est consideranda, quominus ea vero domino restituat possessor, sive dominus putativus.

Faciunt id falso errore, & supposito, quod eorum verus dominus sit, ibidem.

41 Vera traditur resolutio hujus capitis principalis quæstionis, concordantur superiores contrariæ sententiæ, cum n. seqq.

42 Distinguitur inter munera, vel vassallorum donativa necessaria, & voluntaria, ibidem.

43 Necessaria donativa inter fructus feudi, vel oppidi computanda; secus voluntaria, ibidem.

44 Expenditur pro hac distinctione Text. in dict. l. Sejo amico, §. Medico, ff. de ann. legat.

45 Refertur pro eadem distinctione, elegans locus Alberic.

46 Re-

Digitized by Google

46 *Referuntur alii Doctores pro ea resolventes*, & *n.47. cum seqq.*

49 *Intelliguntur, & declarantur juxta hanc distinctionem plures Doctores pro contrariis sententiis allegati*, & *nu.50.*

51 *Concluditur juxta dicta, feudi, aut oppidi putativum Dominum illud cum fructibus restituere damnatum, munera, seu vassallorum donativa restituere, debere, si necessaria sint, secus si voluntaria*, & *n.52.*

53 *Munera, sive vassallorum donativa necessaria veniunt in liquidatione fructuum feudi pro solutione vitæ militiæ, seu alimentorum, quæ ex fructibus feudalibus secundogenitis debentur.*

54 *Solvuntur argumenta superius adducta, hæc donativa per dominum putativum cum cæteris fructibus restituerentur*, & *n.55. cum seqq.*

55 *Declaratur Text.* in dict. l. si vero 64. §. Item quidquid 5. ff. solut. matrim.

56 *Intelligitur Text.* in d. l. socium 60. §. Socius cum resisteret, ff. pro socio.

Socio si quid fuerit legatum, aut donatum, vel hereditas relicta, non est conferendum in commune societatis, ibidem.

57 *Intellige nisi expresse contemplatione societatis datum appareat.*

58 *Vel nisi societas non solum quæstus, sed & lucri causa inita sit.*

59 *Plura remissive circa donationes uni alterius contemplatione factas*, & *d. num.57.*

Legatis donata in dubio eorum contemplatione data censentur, ibidem.

60 *Amplia, ut sine dubio procedat, si res donata magis ipsis legatis, quam eorum Principibus conveniant.*

61 *Limita, è contra si legatorum Principibus magis correspondeant.*

62 *Limita etiam, stante consuetudine, aut lege municipali, ut nihil legatis ex his donationibus, sed potius mittentibus acquiratur.*

63 *Servatur hoc Venetiis magna illius Reipublicæ utilitate.*

64 *Idem apud nos servandum foret in nostris Curiarum Procuratoribus, ne aliquid eis per Principem donetur, ut eta liberius sua vota emittere valeant.*

65 *Confirmatur hujus capitis superior principalis resolutio ex proxime dictis ad donationes sociis, vel Legatis factas.*

66 *Respondetur ad Text.* in dict. leg. si hæres institutus, ff. ad leg. Falcid. l. debitor, §. fin. ff. ad S. C. Trebellian.

Perceptum ex industria heredis, non ex re hereditaria, in Falcidiam non imputatur, nec fideicommissario restituitur, ibidem.

67 *Idem in donatione heredi per Principem facta, licèt occasione hereditatis, d. n.66. in fin.*

68 *Idem si quid indebitè heres putativus exegerit, quia nec id in judicio petitionis hereditatis vero heredi restituet.*

69 *Contrarium servatur in procuratore, & negotiorum gestore, qui indebitè exactum domino restituunt: ratio differentiæ.*

Conciliatur Text. in dict. l. item 20. §. Sed t8. vers. Julianus, ff. de hæreditat. petit. cum l. qui proprio, §. Procurator, ut cæteris, ff. de procurat. leg. si quis negotia 23. ff. de negot. gest. *ibidem.*

70 *Donativa vassallorum necessaria in locatione fructuum feudi, vel oppidi comprehenduntur, secus si voluntaria sint.*

71 *Intellige, nisi personam tantum Baronis, vel Domini, ipsiusque indigentiam respiciant.*

Declaratur Text. in d. l. divortio 8. §. Quod in anno, ff. solut. matrim. & *d. n.70.*

72 *Vassallorum munera, sive donativa, & si necessaria, & uniformia sint, non computantur in liquidatione fructuum feudalium ad solutione relevii, aut vitæ militiæ: redditur specialis, nec inelegans ratio.*

73 *Officialibus ob propria merita, seu aliter, intuitu personæ, si quid per Regem fuerit donatum, vel adjutorium extraordinarium concessum, in officii fructus imputari non debet.*

74 *Nec si officium cum fructibus restituatur, hæc adjutoria, vel donativa in restitutione venient.*

75 *Concluditur ultimò ex hucusque dictis, vassallorum munera necessaria in fructu computanda.*

76 *Quando necessaria, vel voluntaria sint? remissive ad §§. sequentes.*

PRæcedenti cap. io quo an adhoæ servitium io fructu 1
sit? disputavimus: proxima est præsens quæstio, an
scilicet, annua dona, xenia, vel alia munera ordinaria,
vel extraordinaria, aut similes anouæ præstationes vassal-
lorum dominis præstari solitæ tempore Paschatis, vel
pro jucundo adventu, aut pro filiabus maritandis, vel
etiam io partu filiorum donata, vulgo *Mantillas*, sive
ex aliis causis præstita, fructuum appellatiooe compre-
hendantur? nam & hæc omnia munera, aut donativa,
verbo *Adhoæ* in genere sumpto ejus nomine veniunt, &
adhoamenta, seu adjutoria, maximè apud Feudistas,
dicuntur, ut supra diximus io *cap. præcedent. à n.*
Io qua quæstione, & difficili articulo, negativam 2
senteotiam, scilicet dona hæc, ac monera fructuum ap-
pellatiooe non contineri, & consequenter in eorum re-
stitutione, quando ea fieri debeat, ob oullitatem alie-
nationis, venire non debere, fundari posse, videtur:
† Primò illo validissimo argumeoto, quod talia munera, 3
& donativa incerta esse, videantur, & ex mera faculta-
te, aut vassallorum voluntate dependentia, quia nullam
certam formam annuæ erogationis habent, & sic in fru-
ctu, ut incerta, & noo renascentia haberi, non posse
dicendum videtur, † ut io aliis similibus emolumentis 4
iocertis, docent Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 399. num. 16. cum seqq.* ubi plures refert, & aliis, &
multis Rotæ decisionibus congestis, Aug. Barbos. *in cap. de Monachis 12. de præbend. & dignitat.* D. Valenz. *consil. 128. num. 132. & 133.* & Dom. Solorzan. *in politic. Indian. lib. 4. cap. 10. fol. 577. col. 2. vers. Y se puede esforzar,*
ubi plures alios cumulat, & *in vers. Sequenti*, notant ad
rem Vincent. de Franch. *decis. 172. num. 7. cum seqq.* novi-
ter Andr. Capan. *de jur. relev. part. 2. quæst. 2. à num. 8.* &
relati per Marin. *quotid. resolut. lib. 1. cap. 125. à n. 2.*
Et manifestè hoc fundamentum comprobari potest ex 5
eleganti, & ad rem singulari Text. *in leg. Sejo, §. Medico, ff. de ann. legat.* in cujus verbis, videlicet: *Medico Sempronio ea, quæ vivus præstabam, dari volo*, ea tan-
tum, communiter DD. relicta intelligunt, quæ certam
formam erogationis annuæ haboerunt, non quæ ex in-
certa liberalitatis voluntate extraordinariè testator præ-
state, solitus fuit.
Secundò hanc opiniooem comprobare possumus ex 6
celebri, & communiter recepto consilio Oldrad. 129.
ubi eleganter respoodit, in locatione facta à quodam Ar-
chidiacono de omnibus fructibus sui Archidiaconatus
non venire dona, quæ Archidiacono io suo adventu præ-
stari consueverint: quod dictum referunt, & multum
extollunt Alberic. *in leg. usufructu legato, ff. de usufruct. legat.* Bald. Paol. de Castr. Imol. & Alexand. *in leg. divortio, §. Quod in anno, ff. solut. matrim.* Jacobin. *in leg. si proprietas, in fin. ff. de jur. dot.* ubi rationem huic Oldrad.
consilio assignat, nempè, † quia dona hæc non officium, 7
sed propriam personam respiciunt, argomento Text. *in
leg. si vero, §. Item quidquid, ff. solut. matrim.* † Vel jux- 8
ta Bald. *in dict. §. Quod in anno*, ex supr. dicto primo fun-
damen-

damento, quia dona non sunt uniformia, sed extraordinaria, & ex mera voluntate dependentia, quam Bald. sententiam sequuntur, aliis etiam relatis, Joann. Gutierrez *de iuel. part. 3. cap. 28. à num. 5.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 18. numer. 3. & 4.* Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassall. tom. 1. prælud. 3. à numer. 12. cum seqq.* Petr. Barbos. *in leg. divortio, §. Quod in anno, à num. 6. ff. solut. matrim.* Boer. *decis. 133. num. 4.* D. Solorzan. *in polit. lib. 4. cap. 10. fol. 577. vers. Y se puede esforzar*, Noguerol. *allegat. 8. num. 53.* & plures infr. *in cap. seq.* referendi.

9 Ergo idem in nostra quæstione dicendum, videtur, cum dicta muneta, & donativa potius extraordinariè, & intuitu personæ dominorum liberaliter per vassalloa data censeantur, quam respectu dominii, aut rei ex aliqua juris necessitate concessa.

10 Tertiò hæc negativa sententia comprobari potest, ex quo similiter, feudi fructibus locatis, tales donationes, vel muneta, quæ per universitates, vel oppida Baronibus, vel Dominis pro jucundo adventu offeruntur, in locatione non comprehendi, sed potius ad ipsos Barones, vel dominos pertinere, resolvunt, Andr. Capan. & ab eo relati *in tract. de jur. relev. part. 2. q. 2. nu. 8. & 14.* & generaliter in quibuscumque vassallorum donativis loquentes optimè Alberic. *in dict. leg. usufructu legato, in fin. ff. de usufruct.* Boer. *decis. 19. num. 6.* Paris de Puteo *de reintegrat. feudor. tit. an facta concessione feudali, veniant ea, quæ ex renovationib. intr. vel releviis, & in cap. & quia, fol. 53. à terg.*

11 Quattò fundari potest ex doctrina, & resolutione Botiller. *de successión. ab intestat. cap. 3. theorem. 112.* qui latè defendit, & resolvit, vitam militiam, quæ ex fructibus feudorum filius secundo genitis debetur, ex nostris donativis deduci non debere, ex quo fructus non sint, nec de eis in feudalium fructuum computatione pro isto onere
12 deducendo ratio ulla sit habenda: † Idemque resolvit in deductione relevii similiter ex fructibus, feudalibus faciendа, Andr. Capan. *dict. quæst. 2. ex n. 8.*

13 Ex quibus, & aliis rationibus istam opinionem negativam in specie tenent, ultra Bald. Paul. de Castr. & antiquiores supr. relat. *in dict. §. Quod in anno*, ubi ferè omnes Oldrad. consilium ad nostram rem communiter sequuntur, Anchatan. *in repetit. cap. si propter tua debita, in 3. quæst. princ. de rescript. in 6.* Alberic. *in dict. l. usufructu legato, in fin. de usufruct.* & in effectu Andr. Capan. *de jur. relev. part. 2. quæst. 2. numer. 8. & 14. & part. 4. qu. 6. num. 8.* Boer. *decis. 19. num. 6.* Par. de Puteo *in tract. de reintegr. feud. tit. an facta concess. feudal. veniant ea, quæ ex renovat. intr. vel relev. in cap. & quia fol. 53. à terg.* latè defendit Afflict. *in constit. Neapolit. quamplurimum, in 8.*
14 *dubit. num. 17.* † Ubi & quod etiam si istæ obventiones, aut adjutoria ex juris necessitate oppidorum dominis, seu Baronibus per vassallos ex dict. constit. *Quamplurimum* Regn. Neapol. debeantur, veluti pro terra emenda, vel pro filiabus maritandis, & aliis causis, de quibus in eadem constit. & nos infr. in capitib. seqq. adhuc inter fructus non imputentur, nec usufructuario debeantur.

15 Et eandem negativam sententiam tenent, ut alios omittam, qui persequentes modernos congeruntur, Joann. Maria Novar. *de gravam. vassaller. tractat. 2. prælud. 3. num. 13. cum seqq. fol. mihi* 11. Marin. *lib. 2. resolut. jur. cap. 125. tot.* ubi ultra alios *in n. 7.* Vincent. de Franch. pro ista opinione refert *decis. 172.* quem alii quoque communiter referunt, licèt malè, *ut infr. proximè dicam*, & idem Marin. *lib. 2. resolut. 84.* ubi licet per totam contrarium in jurisdictionis proventibus asserat, imò quod fructuum appellatione veniant, de quibus, & nos infra suo in loco dicemus: in num. tamen 8. hanc sententiam negativam tenet in vassallorum donativis ex dict. decis. Franch. etiam si ex necessitate præstentur videlicet ex dict. constitut. *Quamplurimum*, & ex aliis latè pro hac negativa sententia resolvit plenè eam fundans Botiller. *de success. ab intest. cap. 3. theorem. 112. per tot.* noster Noguerol. *allegat. 8. numer. 53. & 54.* & facit doctrina D. Solorzan. *polit. lib. 4. cap. 10. fol. 577. col. 2. vers. Y se puede esforzar.*

Et in similibus emolumentis, & obventionibus ex eisdem rationibus idem tenent cum aliis Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 399. à num. 16.* Escobar. *de ratioc. cap. 25. numer. 19.* & aliis pluribus congestis per D. Valenzuel. *cons. 128. à num. 132.* qui in funeralium proventibus, & aliis similibus obventionibus, & oblationibus loquuntur, & in fructu, seu in congrua imputari, non debere, asseruntex eo, quod incerta, & voluntaria esse, dicunt, & idem in pede Altaris, seu in ejus oblationibus, docet Mantic. *decis. 21. num. 2.* Farinac. *decis. 420. num. 5. part. 1. recentior. & decis. 449. num. 6. part. 2. recent.* & ex Rebuff. Bellet. & aliis Rotæ decisionibus, docet Aug. Barbos. *in cap. de monachis* 12. *numer. fin. de præbend. & dignit.* 16

De quibus tamen, & similibus Ecclesiasticis emolumentis, & obventionibus an in fructu esse intelligantur? Latius infrà dicam. 17

Juxta quam negativam opinionem resolvendum, etiam videtur, munera hæc, aut donativa restitui, non debere, etiam si per tertium possessorem feudum, aut castrum cum fructibus restituendum sit ratione nullitatis, vel alterius defectus resoluto contractu, quasi ex propria industria, & non ex rebus feudalibus, ea percepetit. 18

Quæ proxima resolutio pro majori comprobatione superioris negativæ sententiæ, ultra fundamenta superius pro ea adducta, specialiter quoad restitutionem, probari expressè videtur: primo ex singulari ad rem Text. *in leg. si vero 64. alias 65. §. Item quidquid, ff. solut. matrim.* ubi, cum maritus uxori restituere, teneretur quidquid ad eum ex bonis liberti pervenerat, ea dumtaxat restitui, debere ait Ulpian. quæ ad virum, quasi ad patronum spectarent, non verò, si alio jure ad eum pertinerent, nec etiam dona, aut beneficia, quæ in eum libertus contulerat; ergo similiter dicta donativa, & beneficia per vassallos in dominum putativum collata cum cæteris fructibus restitui non debent, resoluto contractu, vel feudi, aut oppidi alienatione sequuta. 19

Secundò eadem conclusio optimè comprobatur ex Text. *in leg. socium, §. Socius, cum resisteret, ff. pro socio*, ubi J. C. ait, quod si socius fuerit hæres institutus, vel aliquid ei legatum, aut donatum fuerit, licèt ex causa societatis, non tamen teneri, id alii socio communicare, ibi: *Nam nec compendium, quod propter societatem ei contigisset, veniret in medium*, & infrà, *veluti, si propter societatem hæres fuisset institutus, aut quid ei donatum esset*, & docent Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 26. num. 24.* & ex aliis Hect. Felic. *de societ. cap. 13. nu. 3. & 4.* Noguerol. *allegat. 11. n. 122.* 20

Et idem comprobari videtur, ex Text. *in leg. si hæres institutus, ff. ad leg. Falcid.* ubi Paulus asserit, si hæres, cum hæreditas solvendo non esset, cum creditoribus hæreditariis se concordaverit, ut aliquam partem crediti ei remittant, remissum hoc hæreditati non ad acquiri, sed hæredi, quia licèt propter illam hæreditatem, ex propria tamen industria acquirit, idem in simili casu probatur *ex leg. debitor, §. fin. ff. ad S. C. Trebell.* ubi quod acquisitum ex pacto, aut judicis errore, licet hæreditate mediante, non tamen Fideicommissario restitui debet, ibi: *quia non quasi hæres, sed quasi mater ex pacto accepit, nec occasione hæreditatis, sed errore ex pacto, id habuit*, & sic, ut notat Gloss. ex sua industria habet mater. 21

Et est Text. ad rem singularis *in leg. item 20. §. Sed 18. vers. Iulianus, ff. de hæreditat. petit.* ubi quod, licèt in petitione hæreditatis fructus veniant, *ex §. Fructus autem, ejusdem leg.* si tamen quid indebitè per possessorem exactum sit, nullo modo hoc lucrum, quantumvis occasione hæreditatis quæsitum, restitui debere, Julianus scribit. 22

Ex

Digitized by Google

23 Ex quibus juribus similiter in nostro casu concludi videtur, prædicta dona, aut munera per feudi, aut oppidi possessorem restitui, non debere, licèt cæteri fructus restituantur, quia ea non ex feudi, seu castri corpore, aut aliquo certo jure percepta intelliguntur, sed potius intuitu possessoris, vel domini putativi personæ, & ob ejus industriam per vassallos oblata videntur: & docent in specie, licèt istis juribus, & fundamentis non relatis, Marin. *dict. lib. 1. var. resol. cap.* 125. Noguerol. *dict. allegat.* 8. *n.* 54.

24 Quibus tamen non obstantibus affirmativam sententiam, nimirum, ut prædicta munera, seu dona Baronibus, vel oppidorum dominis, per vassallos dari solita, inter fructus connumeranda, & cum cæteris fructibus consequenter eveniente casu restitutionis, restitui debere, plures alii DD. tenent, & in specie ad plura docent Isern. in d. *constitut. Quamplurimum, vel Alis exponune*, ibi: *Quia hæc subventio fructus est, & si eam lucri faciat ex pacto, vel à lege, suus erit*: & etiam indistinctè hanc doctrinam tenet, & latè fundat Capyc. *decis.* 184. *per tot.*

25 † Ubi quod usufructuarius tales obventiones, & adjutoria lucretur, Marin. Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *in quæst.* per ipsum relata post *authorit.* 2. *num.* 10. *fol. mihi* 178. Horat. Barbat. *de divis. fruct. p.* 2. *c.* 14. *n.* 31. *cum seqq.*

26 Quorum Doctorum affirmativa opinio, primò fundari potest ex eo, quod hujusmodi obventiones, & vassallorum dona, & si non immediatè ab ipso feudo, seu domini oppidorum proveniant, percipiuntur tamen eorum occasione, vel propter ipsum feudum, quod sufficere videtur, ut in fructu, licet impropriè, & lato modo esse dicantur, ut supra in cap. præcedent. in laudemio, & relevio dictum remanet, & plenius quoque *supra c.* 3. *tot.*

27 Secundò etiam fundatur ex eo, quod munera hæc, & donativa licèt incerta, quoad quantitatem dici possint, quoad præstationem tamen omninò certa videntur, cum singulis annis Paschatum tempore, vel quoties Barones, aut Domini ad oppida accedunt, per vassallos ex com-
28 muni consuetudine solvi, solita sint; † quare emolumenta ista non solum certam formam erogationis annuæ, sed etiam renascentiam, saltem in suo genere habere, dicendum, videtur, quod sufficit, ut in fructu esse, dicantur, ut supr. dixi *c.* 3. *ex n.* 8.

29 Tertiò pro ista opinione fortiter facit Text. ad hoc notabilis, & singularis in *leg. divortio*, §. *Item si locatio* 8. aliàs vulgariter, §. *Quod in anno*, *ff. solut. matrim.* ex quo Text. communiter notant DD. fructus non solum dici quidquid mercedis annuæ nomine in locatione sit promissum, sed etiam, si quid aliud extra eam præstetur, ob idque extraordinarium hoc lucrum ad conductorem pertinere, asserunt, qui lucrari debet non solum fructus ordinarios, sed extraordinarios istos, qui à conductore in fine quinquennii ultra pensionem ordinariam solvuntur, ut ex ipso Text. clarè constat, ibi: *Item si locatio agri talis sit, ut super annuam mercedem, quinquennio quoque aliquid amplius præstaretur*: & ibidem docent Bald. Alexand. & communiter antiquiores, quos referunt, & sequuntur Baez. *de decim. tutor. cap.* 55. *num.* 12. Petr. Barbos. *ad tit. ff. solut. matrim. in d.* §. *Quod in anno*, *n.* 6. Joann. Gutierrez *de tutel.* 3. *p. c.* 28. *n.* 2.

30 Et confirmatur ex doctrina Cardin. Tusch. *pract. conclus. litt. F. concl.* 484. *numer.* 11. & August. Barbos. *in appellat. verb. Fructus*, *num.* 9. qui, licet hoc Text. non relato, asserunt, fructuum appellatione venire quidquid accessoriè in locatione, seu pro avantiis prædiorum, ultra pensionem, præstari solet, ut par caponum, ova, plaustrum lignorum, & similia servitia, aut opera, de quibus etiam extraordinariis rebus intelligit *dict.* §. *Item si locatio*, Jason. ibidem, *num.* 8. de cujus tamen fundamenti, *& dict.* §. *Item si locatio*, declaratione, & cum superiori tertio negativæ sententiæ fundamento concordia dicam infrà.

31 Ergo similiter in nostra quæstione dicendum videtur, donativa, seu munera, non solum ordinaria, sed etiam extraordinaria indistinctè fructuum appellatione comprehendi, consequenterque etiam, quod facta feudi, aut castri restitutione, si cum fructibus fieri debeat, ea quoque restituantur.

Quorum DD. contrarias opiniones sub distinctione 32
concordare posse, videbatur ex doctrina Vincent. de Franch. *dict. decis.* 172. *num.* 13. ubi quod ista munera, & donativa, licèt ex necessitate Baroni præstita, veluti ex justa consuetudine, aut lege, ut quæ in Regno Neapolitano solvuntur pro emenda terra, sive pro filiabus maritandis aliisve causis *ex dict. constitut. Quamplurimum* ejusdem Regni Neapolit. non tamen fructuum appellatione veniant, nec restituenda sint, quoties feudi fructus per tertium possessoré restitui debent, si hæc donativa legitimus feudi dominus habiturus non esset, etiam si feudum possedisset, vel quia terram non emisset, aut filias non maritasset, quam doctrinam noviter sequitur Marin. *dict. lib.* 2. *resolut. cap.* 84. *numer.* 8. quasi contrarium esset, si ista munera, ex necessitate debita, etiam verus dominus fuisset habiturus, ut si in singulis annis per universitatem præstari deberent, quia tunc in fructu absque dubio esset, docet idem Franch. *in fin. dict. decis.* 172. ubi refert, decisum ex istis rationibus, donativa ista pro filiabus maritandis in fructuum liquidatione non venire, contra vero in muneribus annuis: & idem docet Marin. supra, *n.* 9.

Ex quibus ad nostram quæstionem pro concordia di- 33
ctarum opinionum dicendum, videtur, munera voluntaria in fructu nullo modo esse, ut & ipsi Franch. & Marin. docent, & quod in necessariis distingui debeat inter ea, quæ dominus restitutionem petens, si castrum possedisset, fuisset habiturus, vel non, prout supr. dictum remanet, ut illa in fructu computentur, secus vero ista.

Sed licèt hæc distinctio, quoad primam partem in mu- 34
neribus voluntariis verissima sit, ut infra latius comprobabo, quod vero sub distinctionem secundæ partis, nullo modo ex juris regulis amplecti, posse, videtur ex eo, quod, ut fructus quid dicatur, & ad ejus restitutionem quis sit adstrictus nihil meo videri interest, quod verus dominus id percipere potuisset, necne; quia fructus essentia in eo dumtaxat consistit, quod aliquod emolumentum ex ipsa re, vel occasione rei percipiatur, & iterata vice percipi possit, ut latius supra dixi *cap.* 3. *tot.* quare cum dicta donativa necessaria, occasione castri, aut feudi percipiantur, & quoties casus evenerit, percipi possint, non video cur indistinctè, ac generaliter fructuum appellatione venire non possint, nec etiam quoad restitutionem aliquid facit, quod ipse dominus non esset ista donativa percepturus, & ideo tertius possessor, qui ad cæterorum fructuum restitutionem est adstrictus ea restituere non debeat; † Quia 35
imò in fructuum restitutione regulariter quid per restituentem sit perceptum inspicitur, non, an etiam per dominum id percipi potuisset.

Et quod dicitur in possessore malæ fidei, ut non solum 36
ad fructus perceptos, sed ad quos verus dominus percipere potuit, teneatur, ut ex Text. *in leg. si navis* 62. §. *Generaliter* 1. *ff. de rei vindicat. leg.* 39. *& seqq. tit.* 28. *part.* 3. *leg.* 29. *tit.* 12. *part.* 5. *leg.* 4. ubi Gregor. Lop. *tit.* 14. *part.* 6. Guzm. *de evict. quæst.* 21. *num.* 74. D. Joseph. Vela *dissertat.* 38. *numer.* 96. *& seqq.* D. Salgad. *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 9. *à num.* 88. Jul. Capon. *tom.* 5. *disceptat. forens. cap.* 355. & plures alii per ipsos relati, hoc procedit, ut magis ad non perceptos ex potentia domini gravetur, non ut è contra à perceptorum restitutione eximatur, ex quo dominus eos percipere non potuisset, ut plenius suo loco dicam infr. part.... cap... ex num...

Quæ Vincent. de Franch. & Marin. distinctio optimè 37
confutari potest per jura ad rem singularia *in l. qui proprio*, §. *Qui procurater*, *ut cæteris*, *ff. de procurat. & in l. si quis negotia*, *ff. de negot. gest.* in quibus cavetur recepta per pro-

procuratorem, vel negotiorum gestorem, etiam indebitè, & à dominis non recipienda, ipsis tamen dominis restitui debere, in quo expressè contrariari hæc jura videntur cum Text. *in d. l. item veniunt*, §. *Iulianus*, *ff. de petit. hæreditat.* pro contraria opinione supra ponderata, de quorum tamen concordia proximè dicam.

38 Item doctissimi Franch. resolutioni manifestè obstat Text. ad rem notabilis in *leg. cum autem* 23. §. *Cum redhibetur* 9. cum suis versiculis, *& leg. sequent. ff. de ædilit. edict.* ubi facta servi redhibitione, non solum fructus ex persona servi perceptos, ut puta ipsius operas, vel pro eis mercedes, similiaque alia restituenda esse, ait Ulpianus; sed etiam, si legatum aliquod, vel hæreditas, occa-

39 sione, servi, emptori obvenerit; † Et hoc amplius, singulariter ad rem ait Ulpianus, & si hæc venditor capere non potuisset, ibi: *Neque refert, potuerit hæc consequi venditor, an non potuerit, si servum non vendidisset*: imò, nec cujus contemplatione hæreditas, vel legatum servo relictum fuerit, rationem habendam esse, inquit idem Ulpianus ex Pœdio *in vers. Pœdius quidem*, *d. §. Cum redhibetur*, quia potius causa immediata, & effectiva, quam alia, inspici debet, ut notant Bald. & Gothofred. *ad eumdem Text.* Ergo similiter in nostro casu vassallorum munera, vel donativa, maximè necessaria, inter feudi, vel oppidi fructus computari debent, ut propter ipsum feudum, vel opidum percepta, consequenterque per feudi dominum putativum feudum cum fructibus, restituere damnatum vero domino, restituenda, non obstante quod domini putativi contemplatione per vassallos fuerint oblata, juxta dicti Text. decisionem.

40 Quibus adhuc contra Vincentii de Franch. superiorem resolutionem, unum notabiliter addam, ut vassallorum donativa necessaria feudorum, vel oppidorum possessores sine dubio, cum cæteris fructibus vero domino restituere, debeant, quod videlicet principalis ratio, qua Franchis, & alii DD. possessores feudorum fortissimè tuentur, ne prædicta donativa, cum aliis feudalibus fructibus restituant, in eo fundatur, quod donativa hæc per vassallos facta dicunt contemplatione possessoris, vel domini putativi personæ, quam tunc vassalli, ut proprii Domini respexere: sed certè hæc ratio, & contemplatio Doctorum, si benè perpendatur, nulla, & inefficax redditur; quia, & si verum fatear, per vassallos munera, vel donativa feudorum, vel oppidorum Dominis offerentes ipsorum personas contemplari, hoc tamen faciunt falso errore, & supposito, quod eorum veri Domini sint, alias quippe, si vassalli feudi possessorem verum dominum non esse, tunc cognoscerent nihil ei offerrent, qua propter detecto postea errore, & supposito falso apparente, corruit omnino, & nulla redditur contemplatio vassallorum in favorem domini putativi proximè considerata.

41 Hac igitur Vincent. de Franch. & Marin. distinctione rejecta, pro prædictarum opinionum concordia, & absoluta, & plenissima nostræ quæstionis resolutione, ita distinguendum censeo: Aut munera, & donativa annuatim per vassallos Baronibus, sive Dominis, jure, aut justa consuetudine, vel alia legitima causa præstantur, ita ut necessitate obligati, id faciant, & ad id quotannis cogi possint: vel nullo jure, aut consuetudine cogente, sed potius ex mera liberalitate vassalli ea præstant, veluti cum in signum lætitiæ, vel pro prospero Domini adventu, aut similibus causis moti, aliquando ea Domino offerunt.

42 In primò casu, absque dubio talia munera, & dona inter fructus feudi, aut oppidi annumerari debere, judicarem, cum omninò certa sint, certamque formam annuæ præstationis habeant, & consequenter etiam in genere saltim renasci dici, debeant.

43 In secundò verò casu, nullo modo inter fructus habenda verius censeo, quia incerta sunt, cum non ex certa, & præcisa causa, aut jure, sed ex vassallorum, libertate dependeant, in quorum voluntate, ac libero arbitrio consistunt.

44 Quæ verissima distinctio, & nostræ quæstionis resolutio, nulla alia comprobatio ne indigebat, quam quæ deducitur ipso Text. pro prima opinione principaliter allegato *in dict. leg. Sejo amico*, §. *Medico*, *ff. de ann. legat.* ubi in legato medico facto de his, quæ vivus testator præstabat, eleganter Consultus sub nostra distinctione resolvit, ea dumtaxat munera ex illis, quæ vivus testator præstabat, videri relicta, & in posterum præstanda esse, quæ certam formam annuæ, erogationis habent, non quæ ex incerta voluntate, ac liberalitate dependent, ibi: *Ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt*: quid ergo ad rem clarius?

Et istam distinctionem mirabiliter docet Alberic. *in dict. leg. usufructu legato 7. ff. de usufruct. in fin.* ubi in quæstione, an in fructuum castri, oppidi, seu Præbendæ venditione ista dona, vel munera gallinarum, ovorum, aut similium rerum comprebendantur, ita doctè cum dicta distinctione resolvit, ibi: *Item quæro de alia quæstione: quidam vendidit omnes fructus præbendæ suæ vel castri ad certum tempus, & de consuetudine consueverat recipere gallinas certas, & alia xenia, cum veniebat ad locum: quæritur, an emptor fructuum istas gallinas, & xenia recipere debeat? Dic, quòd non, quia solum videntur, vendita, quæ ex necessitate debebantur, non illa, quæ ex mera liberalitate.* 45

Eamdemque resolutionem sequuntur Baez. *de decim. tutor. cap.* 25. *numer.* 7. *cum seqq.* qui ob id asserit, quod in primo dicto casu decima ex istis donis, ut ex aliis fructibus *juxta nostram legem fori*, tutori debeatur, & eum sequitur Joann. Gutierrez *de tutel.* 3. *part. cap.* 28. doctè Petr. Barbos. *in l. divortio*, §. *Quod in anno*, *à numer.* 6. *ff. solut. matrim.* ubi ita intelligit dict. cons. Oldrad. 129. pro prima opinione supra adductum, *& num.* 7. quod in locatione fructuum Archidiaconatus, seu alterius præbendæ, dona, aut munera, quæ ex necessitate, licèt extraordinariè, præstantur, comprehendi debeant, contra vero si ex mera liberalitate. 46

Pro qua etiam distinctione in effectu resolvunt quoque (licèt non ita fundent, nec disputent) Escobar. *de ratiocin. cap.* 29. *à num.* 15. *&* 18. ex Bertrand. *cons.* 202. *lib.* 3. Boer. *decis.* 133. *numer.* 4. & ex aliis pluribus Gratian. *disceptat. for. tom.* 2. *cap.* 399. *à numer.* 18. ubi contrariam opinionem, quam sequitur *à num.* 15. intelligit in voluntariis obventionibus non vero in eis, quæ etiam ab invitis exigi possunt. 47

Et magis specificè, ac eleganter in nostris muneribus, & vassallorum donativis docent Capyc. Galeot. *lib.* 2. *controv.* 32. *numer.* 18. *cum seqq.* ubi etiam sic intelligit *dict. cons.* 129. Oldrad. 48

Juxta quam nostram verissimam distinctionem, quam plurimi ex supra relatis DD. qui pro contrariis opinionibus deduci solent, ex ipsorum verbis rectè intelligi possunt. 49

Et primò Joann. Mat. Novar. *de gravam. vassall. tractat.* 2. *dict. prælud.* 3. *à numer.* 13. pro opinione negativa allegatus per Noguerol. *in dict. allegat.* 8. *numer.* 58. loquitur expressè, quando ista donativa voluntaria, & gratiosa sunt, quo casu verissimum est, fructus feudi, aut oppidi dici non posse, juxta secundam partem nostræ distinctionis, & in eodem sensu, ac casu clarè intelligitur doctrina Gratian. *dict. cap.* 399. *à num.* 16. & Dom. Solorzan. *in Polit. Indian. dict. lib.* 4. *cap.* 10. *fol.* 577. *col.* 2. *vers. Y se puede esforzar*, qui similiter in muneribus, ac donis gratiosis loquuntur, & juxta ipsorum verba intelligi debent. 50

Ex quibus etiam idem sub eadem dicta distinctione dicendum est, quoad restitutionem horum munerum unà cum feudi, aut oppidi fructibus faciendam, necne, casu, quo ipsius feudi alienatione resoluta, fructus restitui debeant. Nam similiter resolvendum est, donativa ex juris, aut justæ consuetudinis necessitate domino putativo per vassallos quotannis præstita cum cæteris fructibus restitui debere, cum eorum appellatione 51

Digitized by Google

ne veniant ; & eos semper in ipsorum locarione, cessione, venditione, & similibus contractibus cõmittentur, *ut supra dixi :* contra vero cnm non ex juris necessitate, sed ex mera vassallorum libetalitate fuerint præstita; quia eo casu, cum fructus non reputentur, merito in eorum restitutione computanda non sunt, ut ex dicta distinctione, & ad eam præcitatis DD. comprobatur.

52 Et est in specie, hujus restitutionis singularis locus Vincent. de Franch. *in decis.* 172. *nu. fin. in fin.* qui loquens in nostris muneribus, & vassallorum præstationibus feudi Domino putativo, seu Baroni uniformiter in singulis annis necessario per vassallos præstitis, ea, resoluto contractu, simul cum feudo inter alios feudales fructus vero Domino restituenda, resolvit, & decisum refert, ut è contra, si hæc dona, aut munera uniformia non fuerint, nec habuerint certam, seu necessariam formam annuæ erogationis, ea per emptorem feudum cum fructibus, resoluto contractu, reddere damnatum, restitui non debere resolvit Donat. Ant. Marin. *quotid. resolut. cap.* 125. quem ita intelligit Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract. 2. prælud. 3. num.* 15.

53 Et similiter, quod in hoc casu munera hæc computentur in fructuum liquidatione facienda ad solutionem vitæ militiæ, seu alimentorum, quæ ex fructibus feudalibus secundo genitis, & ulterioribus Baronis filiis debentur, docet Andr. Capan. *in tract. de vit. milit. qu.* 37. *num.* 13.

54 Nec obstant jura superius expensa, & adducta, ne hæc dona per dominum putativum cum aliis fructibus restituerentur.

55 Et primò non obstat *dict. leg. si vero* 64. §. *Item quidquid, ff. solut. matrim.* imò per hunc Text. nostra doctrina, & distinctio expresse comprobatur, nam cum *in princ. ipsius leges, & in §§. præcedentib.* Ulpianus dixisset, maritum uxori, soluto matrimonio, restituere debere quidquid ex servi dotalis voluntare, uxoris manumissione, vel ex bonis ipsius liberti ad eum pervenerit, rectè, & optimè ad nostram resolutionem, & distinctionem ait Ulpian. *in dict. §. Item*, id intelligi debere, si quid ad maritum ex bonis liberti tanquam ad patronum pertinuisset ; contra vero si alio diverso jure, veluti, si beneficium aliquod, ant donationem libertus in maritum contulerit, vel si eum ultra partem debitam, vel etiam nulla portione debita hæredem instituerit, nam tunc donatum, vel ultra jus acceptum per maritum restitui non debet, quia non ex juris necessitate, sed ex liberti mera liberalitate habet, quod idem per nos in dicta distinctione dictum remanet in casu, quo prædicta donativa ex liberalitate, licèt occasione feudi, fuerint præstita.

56 Et idem dicendum est ad *dict. leg. socium* 60. §. *Socius, cum resisteret, ff. pro socio*, ubi ex eadem ratione socio donatum, aut legatum, vel per institutionem relictum, licèt occasione societatis, societati non quæritur, quia causa finalis donationis, seu relicti dumtaxat à voluntate, & liberalitate donatoris dependet, non à societate, quæ solum, ut causa accidentalis,
& remora considerati debet, ut cum aliis tenet Hect. Felic. *de sociel. cap.* 17. *numer.* 6. & melius, *cap.* 13. *nu-*
57 *mer.* 3. *&* 4. † Ubi secus si expressè contemplatione so-
cietatis donetur, & quod in dubio contemplatione socii donatarii donatum censeatur, quamvis occasione societatis fiat, & ibidem quod in hoc casu *dict. §. Socius* intelligi debeat, & sequuntur Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 26. *numer.* 24. Joann. Gutierrez *practicar. lib.* 2. *quæst.* 119. *num.* 5. *& quæst.* 20. *num.* 6. *&* 9. *in fin.* Noguetol. *allegat.* 11. *num.* 122. & Menoch. assentire videtur Castill. *tom.* 4. *controver. cap.* 5. *num.* 48. *vers. Quartò*, juncto *vers. Quartum fundamentum*, *circa fin. capit.* in quibus plura
alia circa similes donationes inveniens ad Tex. vulgat. *in*
58 *leg. sed si plures*, §. *In adrogato*, *ff. de vulgar.* † Sed hæc
intellige in societate quæstus tantum gratia inita ; contra vero si, & lucri particularis, seu universalis, & omnium bonorum causa sit contracta, quia tunc, & donationes, & hæreditates uni ex sociis provenientes communicatentur, juxta pacta, & tenorem societatis? Text. *in l.* 3. *l. si societatem, ff. pro socio*, Felic. *d. tract. de societat. c.* 12. *junct. d. cap.* 13. *tot.* Ant. Gomez 2. *variar. cap.* 5. *num.* 4. ubi plures congerit Aillon.

Quæ dicta ad *dict. §. Socius*, confirmantur exem- 59
plo donationum, quæ Legatis Principum per Reges,
ad quos mittuntur, fieri, solent, in quibus etiam si
controverti, soleat, an suis principibus donata acqui-
rantur, ita ut eis res donatas restituere, debeant, qua-
si ipsorum contemplatione, & occasione legationis sint
datæ, vel an ipsi Legati talia munera lucrentur, tan-
quam primariè eorum personis contemplatis ? verior
tamen, & communior in hac quæstione, resolutio
est, quod in dubio similia donata legatorum contempla-
tione data censeantur, & ipsis quæri debeant, argu-
mento *dict. §. Socius*, *& dict. leg. si vero*, §. *Item quid-
quid*, *ff. solut. matrim.* & aliorum jurium, & ex Bart.
Cyn. Alexand. Alciat. & aliis antiquioribus resolvit opti-
mè Jacob. Menoch. omnino videndus, quia doctè, &
magistraliter rem tractat, *dict. lib.* 3. *de præsumpt. præ-
sumpt.* 27. *numer.* 7. *& tot.* ubi plures ampliat, & limi-
tat, † maximè si res donatæ magis ipsis, quam suis Prin- 60
cipibus conveniant, ut tunc sine dubio legatorum lucro
cedant, *num.* 2. † Ut è contra si magis Principibus con- 61
veniant, nam tunc ob præsumptam eorum contempla-
tionem ipsis quæruntur, idem Menoch. *n.* 3. ad quod, &
ad alias plures quæstiones in istis legatorum, & similibus
donationibus, quæ aliorum contemplatione factæ præ-
tenduntur, *ad l. sed si plures*, §. *In adrogato*, *ff. de vulgar.*
videndi Mascard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 563. *n.* 8. ubi Tira-
quel. reprobat Gutierrez *d. lib.* 2. *pract. qu.* 120. *n.* 5. *&* 9.
vers. Non obstat secundum, Vincent. de Franch. *decis.* 172.
nu. 3. ubi Amendol. *in addit. n.* 1. *& in addit. ad dec.* 146.
n. 3. Roland. *cons.* 10. *n.* 9. *vol.* 1. & Menoch. assentire vide-
tur Castill. *ubi supr.* quidquid circa dictam resolutionem in
legatorum donationibus aliquid varient Everard. *in tho-
pic. legal ib. loc.* 79. *fol.* 490. *vers. Et gratia exempli*, Cævall.
comm. contr. comm. qu. 35. *à nu.* 2.

Quod tamen limita stante consuetudine, aut jure 62
speciali, ut mittentibus talia, donata acquirantur
Menoch. *dict. præsumpt.* 27. *numer.* 4. *& fin.* † Ubi refert, 63
Reipublicæ Venetæ legatis donata ipsi Reipublicæ ex
lege speciali, non legatis acquiri, ne aliàs muneribus
capti aliquid in perniciem Reipublicæ perpetrent ; &
idem apud nos statuitur per *leg.* 21. *tit.* 9. *part.* 2. ubi non
aliter quam finita legatia aliquid percipere possunt, &
ibi Gregor. gloss. *alguna cosa*.

Quod etiam ex eadem ratione meritò apud nos servandum foret, ne videlicet Procuratoribus Curiarum quidquam per Reges donetur, vel aliæ mercedes fiant, aut accipiant sub pœna non solum donati, sed officiorum privatione, ut sic liberius dumtaxat id quod ipsis magis utilitati publicæ expedire videatur, & non amplius, concedant, quod utinam servaretur, cum non solum Regni conservationi expediat, sed & menti nostrorum Regum Catholicorum conveniat, qui nihil aliud umquam ultra Reipublicæ conveniens desiderarunt. 64

Quare ad nostram principalem quæstionem redeundo, ejus supra traditæ resolutioni, ac distinctioni non solum non adversatur, *dict. leg. socium qui in eo*, §. *Socius*, *ff. pro socio*, & exemplum donationis Legatis occasione legatiæ factæ, imò manifestè per ista jura, & omnia ad ea supra tradita, nostra resolutio confirmatur, cum in nostra distinctione, similiter dictum remaneat, donativa, aut munera per vassallos domino putativo libenter, & ex mera liberalitate oblata licet occasione feudi, aut castri possessi, & cujus restitutio expostulatur, nullo modo restitui debere, quia potius ex propria industria, & voluntate vassallorum, quam ex aliquo jure feudali possessor acquirit. 65

Et

66 Et idem dicendum est ad dict. *l. si hæres institutus*, *ff. ad leg. Falcid. dict. l. debitor*, *§. fin. ff. ad Trebellian.* in quibus transactione, seu remissione creditorum hæreditatis quæsitum per hæredem occasione hæreditatis in falcidiam non imputatur, nec fideicommissario est restituendum; nam id ex eadem ratione procedit, nimirùm, quia non ab ipsa hæreditate, nec ejus jure proveniebat, sed ex propria industria, & liberalitate creditorum remittentium fuit quæsitum, ut ex Ruin. Craver. Simon. de Præt. & aliis tradit Fussar. *de substitut. quæst.* 627. *numer.* 6. benè Ponte *cons.* 38. *tot.* Marescot. *lib.* 2. *var. cap.* 17. *tot.* & cum aliis D. Salg. *in labyrint.* 2. *part. capit.* 9. *num.* 92. *cum seqq.* D. Olea *de cession. jurium*, *tit.* 5. *quæst.* 9. *numer.* 5. Valeron *de transaction. tit.* 4. *quæst.* 6. *numer.* 42. *cum sequentib. & ex numer.* 51. & in donatione, seu alia concessione Regia occasione hæreditatis idem tenent Angel. *in dict. l.* 3. *ad leg. Falcid.* quem ibi sequitur Cuman. & Felic. *de societat. dict. c.* 13. *num.* 2. Noguerol. *allegat.* 8. *num.* 52.

67 Quæ exempla sunt casus primi nostræ distinctionis, cùm, videlicèt nulla juris necessitate cogente dicta donativa per vassallos domino putativo fiunt, cum aliis feudi fructibus, quia non ut fructus, sed ut quid ab eis distinctum ex propria industria possessoris proveniens reputatur, ut supra pluries dixi.

68 Item non obstat *dict. l. item* 20. *§. sed* 18. *vers. Julianus*, *ff. de heredit. petit.* imò etiam per hunc text. nostra distinctio comprobatur, quia ex eadem ratione ibi indebitè per possessorem hæredatis exactum cum fructibus, & aliis hæreditatis accessionibus non restituitur, quia licèt ipsius hæreditatis occasione sit petitum, ab ipsa tamen, vel ejus jure non provenit, sed ex possessoris industria quæsitum censetur, ut benè declarant Marescot. *lib.* 2. *variar. cap.* 17. *numer.* 5. *cum seqq.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 5. *numer.* 2. *vers. Et hoc*, *& n.* 6. D. Salgad. *dict. c.* 9. *num.* 93. Valeron *de transaction. dict. q.* 6. *nu.* 53.

69 Nec huic legi obstant dict. *l. qui proprio*, *§. Procurator*, *ut in cæteris*, *ff. de procurator. l. si quis negotia* 23. *ff. de negot. gest.* in quibus in procuratore, & negotiorum gestore contrarium statuitur, ut supra pro contraria opinione ponderavi; quia meo videri hæc jura procedunt, cum quis alterius nomine quid exegit, ut procurator, vel negotiorum gestor, nam tunc ipsi, cujus nomine exegerunt, restituere debent; secus verò cum proprio nomine, ut in possessore hæreditatis, in quo loquitur *dict. §.* 18. *vers. Julianus*, notat gloss. *in dict. §. Procurator*, *vers. Nomine*, *& in dict. l. si quis negotia*, *gloss.* 1. Gothofred. *in dict. vers. Julianus*, & ad rem doctè Franch. *decis.* 172. *num.* 6.

70 Nec obstat nostræ distinctioni, quod pro tertio fundamento negativæ sententiæ ex Alberic. Capan. & aliis superius fundavimus, in locatione, nempè, fructuum feudalium talia vassallorum munera, & donativa non includi, sed imò ad ipsos Barones pertinere; cui contrarium objecimus supra ex *numer.* 42. simile fundamentum pro affirmativa sententia ex *l. divortio* 8. *§. Item si locatio* 8. alias *quod in anno*, *ff. solut. matrim.* ut non solum ordinariæ pensiones ex locationibus præstitæ fundi fructus reputentur, sed & si quid extraordinariè in fine quinquennii, sive temporis locationis locator præstare consuevisset, juxta Petr. Barbos. Baez, & DD. pro fundamento *in dict. numer.* 42. relatos; hæc enim contrariæ sententiæ fundamenta, juxta nostram distinctionem, composita, & concordata habes ex eleganti doctrina ejusdem Alberic. Capyc. Galeot. & aliis *supr. relat.* ut prima sententia hæc donativa in fructuum locatione comprehendi negans, intelligi debeat in muneribus merè voluntariis, & sic nullam habentibus necessariam renascentiam, ad fructuum essentiam requisitam: Secunda verò opinio ea inter fructus, & in locatione computans, procedat, cum necessario pacto locationis, vel aliter hæc munera præstantur, ut de hoc casu loquutum fuisse Papinianum in dict. §. *Item si locatio*, clarè ex ipsius verbis constat, ibi: *Si locatio agri talis sit* (intellige tali pacto) *ut super annuam mercedem quinquennio quoque aliquid amplius præstaretur.*

Quæ quoad secundum casum, ut necessaria vassallorum munera in fructuum feudalium locatione comprehendantur, intelligerem, ac limitarem, nisi personam tantùm Baronis respiciant, veluti si pro ipsius filiabus maritandis, consuetudine, vel lege municipali necessariò per vassallos ei donativa ista tribuantur, quæ certè, ut personalissima, propriamque indigentiam Baronis respicientia, nunquam ad conductorem pertinere, judicarem. 71

Nec ultimò obstat, quòd superius pro quarto negativè sententiæ fundamento dicebamus ex Andr. Capan. & Bottiller. *supr. adductis*: pro deducenda nempe vita militia, & relevii feudalis servitio, quæ onera juxta feudorum fructuum quantitatem taxantur, nostrarum donationum, sive munerum vassallorum in computatione, sive liquidatione fructuum feudalium non haberi rationem, & hoc licet quotannis Baronibus per aliquas universitates uniformiter fiant, ut in Regno Neapolitano, pro facienda Camera reservata in certis Baroniæ locis, hæc munera in singulis annis per ipsa loca præstari, testatur Andr. Capan. *de jur. relev. part.* 2. *dict. q.* 2. *n.* 8. quia hoc in illo Regno non provenit, vel servatur, ex quo munera hæc, aut donativa, si necessaria sint, & uniformia, & ita quotannis perpetuam renascentiam habeant, inter fructus feudales, quoad alios effectus non computentur; sed quia more illius Regni, & consuetudine prima, qua hæc onera feudalia contra jus commune feudorum introduci cœperunt, ut proximè dicam, fuit etiam hoc limitatè introductum, & receptum, ut dumtaxat de cæteris naturalibus, & industrialibus feudorum fructibus hęc onera deducerentur, non verò de muneribus vassallorum, aut donativis, quasi non tam propriè hæc fructus sint; quaproter, quòd in hujusmodi onerum deductione de his muneribus, ut de cæteris fructibus ratio non habeatur, non provenit, ex quo fructus non sint, sed quia in eis relata onera locum non habent, ob limitatam consuetudinem, quæ strictissimè in his oneribus, & servitiis feudalibus servari debet, cum sit contra jus commune feudorum, quæ aliàs de jure libera omnino, & francha erant, ut plenè docent, licet superiorem rationem non tangant (ad alias tamen quęstiones circa consuetudines istas in relevii, aliisque feudorum oneribus introductas restringendas) Ponte *cons.* 30. *ex n.* 39. Camill. Borrell. *in summ. dec. tit.* 38. *ex n.* 3. & aliis pluribus congestis Andr. Capan. *de jur. relev. part.* 1. *q.* 1. 2. *&* 6. Gizz. *in observat. ad decis.* 92. Capyc. Latr. *n.* 3. & plenissimè, ac noviter Franc. Maria Prat. *discept. forens. part.* 3. *c.* 21. *ex n.* 13. *& pract. obser. c.* 3. *ferè per tot.* 72

Unum tamen nota, quòd prædicta in secunda parte supra relatæ distinctionis, nimirum, ut donativa, & munera voluntaria inter fructus oppidi non imputentur, nec ea à possessore restituantur, maxime procedere debent, cum non solùm intuitu personæ, sed etiam ob merita specialia fuerunt præstita, ut in officialibus, quibus in remunerationem meritorum, & ob bonam officii administrationem aliquid fuit per Regem donatum, vel adjutorium extraordinarium concessum, ut optimè tradit ex *dict. l. si heres institutus*, *ff. ad leg. Falcid. dict. l. socium*, *qui in eo. §. Socius*, *ff. pro socio*, *l. venditor ex hereditate*, *ff. de heredit. vel action. vendit. dict. l. si verò*, *§. Item quidquid*, *ff. solut. matrim.* & ex aliis juribus, & authoritatibus Noguerol. *allegat.* 8. *à n.* 46. *&* 51. † Ubi, quòd ista munera, & adjutoria extraordina- 74 ria restitui, non debeant per officiales, qui officia cum fructibus restituere tenentur, *& n. fin.* ita per duas sententias conformes in supremo Senatu refert, decisum; & ex eisdem juribus idem docet in donatione per Regem Baroni facta, ex Boer. Mantic. Gratian. Capyc. Galeot. & aliis D. Solorzan. *in polit. Indian. lib.* 4. *c.* 10. *fol. mihi* 577. *vers. Y se puede confirmar.* 73

Ex quibus omnibus firma remanet nostræ principalis quæstionis resolutio, ut scilicet tunc prædicta munera, & donativa per vassallos Baronibus, seu dominis pręstita fructus feudi, oppidi, seu dignitatis dicãtur, cũ juris necessitate 75

ſolvuntur, ut puta privilegio, jure ſpeciali, aut legitimè præſcripta conſuetudine, vel ex aliis cauſis neceſſariis ſolvuntur, contra verò, ſi ex liberalitate, ſpontaneaque voluntate præſtita ſint.

76 Quando autem ex iſtis, vel aliis cauſis neceſſaria, aut voluntaria iſta munera dicantur, ut, & tunc juxta dicta, inter fructus computentur, ad pleniorem cognitionem hujus noſtræ quæſtionis, *in §. Sequenti* latè videre poterit.

§. UNIC.

ARGUMENTUM.

Quando munera, ſeu annua donativa, aliæve præſtationes per vaſſallos Dominis præſtari ſolitæ, de quibus *in capit. præcedent.* egimus, præcisè, aut voluntariè, & ex mera liberalitate de jure communi ſoluta intelligantur, ut & tunc inter fructus caſtri connumerari debeant, vel non? juſta diſtinctionem *ſupra in capit. præcedent.* relatam: Diſcutitur plenè, an, jure communi attento de natura feudorum, vel ratione dominii, aut juriſdictionis caſtri, aut oppidi aliqua donativa, ſive adjutoria per vaſſallos Baronibus, aliiſve Dominis inferioribus pendi debeant? negativeque reſolvitur, & ſpecialiter quid in donativis tempore Paſchatis, vel nativitate filiorum, quod apud Italos ſervitium pro facienda faſcia appellatur, apud nos *Mantillas*: vel etiam in ipſorum Dominorum nuptiis: & an his temporibus vaſſalli choteas ducere, vel alias feſtivitates, *pariter equitando*, in ſignum lætitiæ facere debeant? & quid in aliis ſervitiis obſequialibus, ut in vigilia Nativitatis Chriſti Domini lignum groſſum in Dominorum focularibus adſportare, quod apud Italos *Cippum*, apud nos in aliquibus locis *Nochebueno* idiotiſmus appellat: & an etiam in primo die Maji arborem, vulgo, *Mayo*, dictam, gallinis, aliiſque avibus plenum, & compoſitum Dominis offerre teneantur? & an flores in aliquibus anni diebus; palmas benè compoſitas in Dominica Palmarum? & ad ſimilia ſervitia vaſſalli compelli poſſint? incidenterque plura utilia adducuntur circa alia tributa, ſive gabellas, quid juris in earum impoſitione aut remiſſione Domini inferiores habeant? necnon, & oppida, aut civitates ſuperiorem recognoſcentes? maximè ad remiſſiones, quas frequenter faciunt in favorem Doctorum, Medicorum, ſimiliumve perſonarum, quarum opera Reſpublica adjuvatur: & quid etiam obiter tractatur de collecta 3μ. marapetinorum, quæ noſtris oppidis, vel Civitatibus, etiam ſine Regia licentia, ſuis civibus indicere permittitur per jura Regia in *l.* 1. 2. *&* 6. *tit.* 6. *lib.* 7. *Recopilat. l.* 25. *tit.* 6. *lib.* 3. de quarum etiam conciliatione cum *l.* 16. *tit.* 8. *lib.* 9. *ejuſdem Recopilat.*

SUMMARIUM.

1 *PRoponitur hujus §. Quæſtio: Quando vaſſallorum munera, vel donativa neceſſaria, vel voluntaria ſint, ut tunc in fructu computentur, vel non?*

2 *De jure communi nullis muneribus, collectis, vel præſtationibus vaſſalli Ducibus, Comitibus, aliiſque Dominis inferioribus adſtringuntur.*

3 *Nec ſi Domini Eccleſiaſtici ſint.*
In pedagiorum onere, ſive tributo, ibidem, & ex num. 26. & 35. cum ſeqq.

4 *Inferiores domini ſine Principis facultate, hujuſmodi munera ſive impoſitiones à vaſſallis extorquentes rapinam committunt.*
Et in duplum, perpetuoque exilio, damnari debent, ibi, & num. 5.

6 *Sunt valdè odioſa, à jureque reprobatæ impoſitiones iſtæ, nimiſque vaſſallis gravoſa: & dict. numer. 5.*

7 *Hæc intelligenda in Dominis inferioribus, ſecùs in ſuperiorem non recognoſcentibus, quibus ex aliquibus cauſis hujuſmodi donativa imponere licet, & num. 10. cum ſeqq.*

8 *Referuntur aliqui frequentiores caſus, in quibus magis dubitari ſolet, an noſtra munera per inferiores Dominos à vaſſallis de jure exigi valeant? & num. 9. cum ſeqq.*

9 *Munera, ſive donativa tempore Paſchatis, Nativitatis Domini, aliiſve temporibus exigere non debent, in ovis, agnis, & ſimilibus ſculentis, & n. 10. & 11.*

10 *Amplia etiam ſi vaſſalli munera hæc diu Dominis deferre conſueverint, & num. 11.*
Intellige, niſi ſtante legitima conſuetudine: ibidem remiſſivè.

12 *Vaſſalli in vigilia Nativitatis Domini, vel in primo die anni in Dominorum focularibus lignum groſſum tota nocte cremandum adſportare, nullo jure tenentur.*

13 *Limita in vaſſallis Angariis, & Perangariis.*

14 *Neque olivarum ramos in Dominica Palmarum Dominis deferre cogendi ſunt.*

15 *Nec quid aliud in recognitionem dominii: contra quemdam Baronem, qui hujus ratione in die Aſcenſionis Domini lactis quantitatem à vaſſallis ſibi ferendam deſiderabat.*

16 *Vaſſalli in prima die Maji, Arborem, vulgariter el Mayo gallinis plenum, aliiſve avibus, & rebus compoſitum Domino offerre non tenentur.*

17 *Nec flores in die Sanctiſſimi Corporis Chriſti, vel alia feſtivitate.*

18 *Nec ad ſervitia plauſtrorum, lignave portanda ædificiis, vel focularibus Dominorum, ſimilibuſque oneribus perſonalibus compelli debent. Limita in vaſſallis angariis, & perangariis, ibidem remiſſivè.*

19 *Non tenentur ad aliquod donativum tempore nativitatis filiorum Dominorum.*

20 *Nec tempore nuptiarum ipſorum Dominorum, & numer. 21.*
Hæc donativa, & ſervitia dumtaxat Principibus ſuperioribus in eorum nuptiis, vel nativitate filiorum debentur, dict. n. 20. & 22.

23 *De eis ad inferiores Dominos in his impoſitionibus non fit illatio.*

24 *Pro filiabus maritandis, Domino à captivitate redimendo, niſi de conſuetudine, aut jure ſpeciali, vaſſalli Dominos adjuvare non tenentur: remiſſivè, num. 24.*

25 *Vaſſalli in Dominorum nuptiis, ipſorumve filiorum nativitate, feſtivitates, choreas, vel alias demonſtrationes in ſignum lætitiæ facere, non ſunt compellendi.*

26 *Inferiores Domini nulla pedagia, pontagia, & ſimilia à ſuis vaſſallis, vel forenſibus tranſeuntibus exigere poſſunt, & ſupr. num. 3. & infrà ex numer. 37.*

27 *Limita niſi ex Principis conceſſione, aut conſuetudine immemoriali id habeant.*

28 *Nulla Hoſpitia in vaſſallorum domibus per loca tranſeuntes prætendere valent.*

29 *Niſi in conceſſione hoſpitii hoc quoque jus ſpecialiter à Rege ſit conceſſum.*

30 *Ius*

30 *Ius hospitii inter regalia connumeratur, nullique alii, quàm superiorem non recognoscenti competit.*

Plura de Hospitio, tam in itineribus, quam in Curiis Regiis, Principibus superioribus debito: ibidem, remissivè.

31 *Concluditur generaliter, nullum servitium, donativum, vel adjutorium Dominis inferioribus, vel Baronibus per vassallos de jure communi deberi, & num. 32. cum seqq.*

32 *Limita nisi de jure speciali, aut legitima consuetudine conerarium servetur.*

33 *Vel nisi in bello justo, in quo ad servitium personale pro defensione Domini vassalli adstringuntur, & num. 34.*

35 *Præfata omnia servitia, vel donativa sunt genus tributorum.*

Tributa per Dominos inferiores absque Regia facultate, indici non possunt, ad pedagia, portagia quaslibet ve alias impositiones, dict. n. 35. & seq.

38 *Tributa sunt de regalibus, eaque dumtaxat Principibus superioribus imponere licet, numer. 38. cum seqq.*

Quibus de causis, & requisitis concurrentibus, imponi debeant, ad consensum Regni, Curiarum convocationem apud nos, necnon, & in Germania, Gallia, aliisque pluribus Provinciis requisitam, ibidem remissivè.

43 *Apud nos imminenti necessitate ad tributorum impositionem Curiarum convocatio non est spectanda, si periculum ob moram immineat. Nec si Procuratorum Curiarum consensus injustè denegetur, ibidem.*

44 *De Curiarum convocatione ad tributa, & alia plura remissive.*

46 *Similiter Civitatibus, oppidis, aliisve communitatibus superiorem recognoscentibus nostra donativa, vel servitia, sine Regia facultate inter cives indicere non licet.*

47 *Limita in nostris Civitatibus, usque ad quantitatem tria millia marapetinorum.*

48 *Intellige hoc in tributo speciali inter ipsos cives; secus in generali pro conciliatione nostrarum*, l. 1. 2. & 6. tit. 6. lib. 7. Recopilat. l. 25. tit. 6. lib. 3. *cum* leg. 16. tit. 8. lib. 9. & num. 49.

50 *In casu necessitatis belli, pestis, vel alio simili, an Civitatibus, vel oppidis, non spectata Regia licentia tributa imponere liceat, & num. 51. & 52.*

53 *An ad solutionem debiti, Regia facultate contracti.*

54 *Tributorum remissio, ut nec impositio, per inferiores Dominos fieri non valet.*

55 *Tributa Regia per Dominos inferieres directè, vel indirectè minui non debens.*

Domini, si vassallos proprios aliquibus extorsionibus à suis oppidis fugaverint, ob idque tributa Regia minuantur, ad ea pro vassallis repulsis tenentur: ibidem.

Prohibentur etiam vassallos immediatè Principi subjectos à Regalibus oppidis ad propria allicere, tributorum remissionem, vel alias immunitates ad id eis concedende.

56 *Remissionis concessio est de regalibus supreme potestati reservatis, & num. seqq.*

59 *Tributorum remissio artium Doctoribus, vel Medicis ipsius oppidi, aliisve certis personis, bene per Dominos concedi potest.*

60 *Pro salario Advocati Civitatis, seu Medici, vel ex alia causa necessaria publicam utilitatem respiciente, collecta per universitatem, sine Regia licentia imponi potest.*

Intellige dummodo, forenses non comprehendantur, sed cives tantum, ibidem.

61 *An tributorum remissio certis personis, per Civita-*

Lagunez. de Fructib.

tes, vel Dominos de consuetudine immemoriali fieri possit.

Assignatur singularis differentia quoad præscriptionem inter tributorum, sive gabellarum impositionem, & inter remissionem, necnon & inter indictionem collectarum inter ipsos cives, ibidem.

62 *Concluditur ad principalem hujus §. Quæstionem, nulla donativa, munera, vel collectas Dominis per vassallos necessario de jure deberi.*

63 *Ex præfatis concluditur, etiam donativa, vel munera, si qua vassalli Dominis præstiterint, voluntaria de jure communi esse, & consequenter in fructu non computanda.*

Intellige hæc, nisi munera, vel donativa in aliquibus de jure speciali Dominis per vassallos necessariò debeantur, vel etiam Principis privilegio, legitima consuetudine, aut conventione, de quibus casibus remissivè ad capit. sequent.

POstquam igitur *in cap. præcedent.* egimus, & latè re- 1
solvimus, munera ista, seu annuas vassallorum præ-
stationes, aut donativa, tunc inter fructus castri, aut
oppidi computari debere, quando non ex mera voluntate, liberaque facultate vassallorum, sed præcisè, & necessariò soluta esse, constet; restat nunc pro complemento hujus quæstionis quærere, quando voluntaria, & merè facultativa ista munera, & præstationes sint, vel quando præcisè, & necessariò solvi debeant? ut consequenter clariùs, & specificè cognoscatur, in quibus casibus, ut fructus habenda sint, vel non?

Pro cujus quæstionis plena, & absoluta resolutione, 2
breviter dicendum est, regulariter, jure communi attento, vassallos ad nullas annuas præstationes, vel alia munera, seu collectas Dominis, superiorem recognoscentibus, teneri, nec per Dominos noviter imponi posse, ut docent per text. *in l. illicitas, ff. de offic. Præsid. & in tit. de Pac. jurament. firmand. §. Illicitas, in usib. feudor. l. 1. & tot. tit. 2. Cod. nov. vectig. impon. non poss.* Bart. *in l. 1. Cod. de execut. muner. lib.* 10. Paul. de Castr. *in l. 3. Cod. de stat. & imagin. & in l. nemiem, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* ubi, & Bald. Flores de Men. *lib. 2. variar. qu. 21. n.* 50. benè Montal. *in l. 6. & 7. tit. 20. lib. 6. Ordinam.* & est optima glos. Aviles *in cap. Prætor 24. glos. 1. num. 1. cum seqq.* † Qui 3
benè in pedagiis, vassallorum servitiis, aliisve exactionibus loquitur, eaque semota consuetudine, aut Principis concessione, ab inferioribus Dominis etiam si Ecclesiastici sint, tamquam à jure reprobata imponi non posse, resolvit.

Imò, & quòd Domini inferiores, ultra à Principe con- 4
cessa, vel sine ejus facultate vassallis collectas, seu munera, vulgò *Presentes*, aut alias impositiones extorquentes rapinam committere, dicantur, & in duplum restituere debeant, docet optimè ad rem Didac. Perez *in l. 7. tit. 11. l.*
2. Ordinam. † Et quòd perpetuo exilio damnentur, ut *in* 5
l. fin. Cod. nov. vectigal. imp. non poss. ex quo hujusmodi exactiones sint odiosæ, & à jure communi reprobatæ, Aviles *ubi proxime, num. 1. vers. Quia pedagia.*

Ultra quos latè ad alia plura prosequuntur hæc donati- 6
va, collectas, sive impositiones improbantes, ut juri exosas, gravosasque nimis miserabilibus vassallis, Antibol. *de munerib. & honorib. 1. part. num. 7.* Guid. Pap. *dec.* 65. Villadieg. *in polit. cap. 5. §. 24. numer. 1. & §. 34. num. 1.* Farinac. *in praxi, q. 173. n. 77.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. c. 20. à n. 28. & in summ. decis. tit. 15. de vectigal. à n. 39.* Alexand. Trentacin. *l. 1. variar. tit. de jur. Fisc. resol. 5.* plenè Pater Fragos. *de regimin. Reipubl. part. 1. lib. 3. disputat. 7. ex n. 55. cum plurib. seqq.* & novissimè Amaya *in l. 3. Cod. de annon. & tribut. lib. 10. numer.* 28. Ioann. Bapt. Luca *in theatr. verit. & just. tom. 1. de feud. discurs. 64. numer. 5.* & aliis pluribus congestis Balmased. *de col-*

lect. q. 4. à n. 1. 10. & per tot. benè Cancer. 2. *tom. var. c.*
2. à num. 298. † Qui limitat, & intelligit in dominis in-
ferioribus superiorem recognoscentibus, secùs in supe-
rioribus, qui pro filiabus maritandis, & ex aliis causis in-
fra referendis id facere poterunt, & idem docet doctè
Fontanel. *de pact. nupt. claus. 5. gloss. 4. à n. 13. & dicam infr.*
8 Et ut aliqua minus vulgaria illorum servitiorum, quæ
à vassallis Domini de jure communi exigere prohibentur,
specificem in gratiam nostrorum Advocatorum, qui mul-
toties doctrinis generalibus non contenti lætantur nimis,
rem, seu litis causam in individualibus terminis apud
9 Authores invenire; † Dico, quòd in donativis tempo-
re Paschatis, Nativitatis Domini, aliisve temporibus, ne
per Dominos inferiores, vel Barones ea à vassallis de jure
exigi valeant, loquuntur Avendañ. *de exequend. 2. part.*
cap. 4. num. 17. Didac. Perez *in l. 7. tit. 11. lib. 2. Ordi-*
nam, benè, & cum aliis Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 16.*
num. 117. Amaya *in dict. l. 3. num. 28. Cod. de annon. &*
tribut. lib. 10. & in l. unic. Cod. de aur. coronar. lib. 10. n.
10 34. *cum seqq.* † Et contra quosdam Barones, qui vassallos,
ut ova, & agnos tempore Paschatis, darent, adstringe-
bant, quòd ex hoc eos nimis gravent, licèt aliquando
talia præstiterint, nisi stante legitima consuetudine, aut
præscriptione, de qua infra *in cap. sequent. §. 4.* Ioann.
Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tom. 2. gravam.* 191.
11 *ex num. 1.* † Pro quibus extat singularis doctrina Bart.
in l. cum de in rem verso, num. 9. & 14. ff. de usur. qui no-
tabiliter tradit, & excusat rusticum, qui aliquando Do-
mino par caponum deferre consueverat, ne in posterum
ad eorum præstationem teneatur, ex quo nullo jure ad id
esset adstrictus, sed gratitudinis causa ea detulisset, &
in eadem specie Innocent. *in cap. bona, el 2. de postulat.*
Prælator. Abbas *in cap. suam nobis, num. 5. de simon.* quę
semper intellige, nisi stante legitima præscriptione, ut
proximè dixi remissivè.
12 Et similiter indebitum est servitium, quod per Domi-
nos prætendi solet, ut in vigilia ejusdem Nativitatis Do-
mini, vel in primo die Anni vassalli in Dominorum focu-
laribus lignum grossum tota nocte, dum cum conjunctis,
& amicis lætantur, cremandum, adsportent, quod apud
Italos *Cippum*, seu *Cepponi* appellatur, & apud nos in
aliquibus locis idiotismus *Nochebueno* vocat, ejus enim
adsportatio ex libera, & spontanea vassallorum volunta-
te absque ulla Dominorum coactione fieri debet, Capyc.
dec. 118. Paris. de Puteo *de syndicat. tit. de excess. Baron. c.*
1. n. 41. in med. fol. mihi 121. col. 1. Niger. *in c. Regn. Neapol,*
13 incipit *Regni gravamina, n. 60.* † Qui ultimi id tantùm in
vassallis Angariis, vel Perangariis admittunt, ut scilicet,
teneantur, benè Ioann. Maria Novar. *de gravam. vassallor.*
14 *tom. 1. gravam. 9.* † Ubi idem resolvit *in n. 3. & 4.* contra
quemdam Baronem, qui vassallos Ramos olivarum in Do-
minica Palmarum benè compositos adsportare præten-
15 debat; † necnon, & contra alium, qui in die Ascensio-
nis Domini volebat, sibi per vassallos lactis quantitatem
in recognitionem dominii deferri; nihil enim hujus ra-
tione debetur.
16 Item ex eadem ratione, quòd hæc omnia munera vas-
sallorum, & servitia obsequialia gratuita, & ex libera ipso-
rum voluntate pendeant, reprobatur etiam prætensio alia,
quam Domini inferiores habere solent, ut videlicet vassal-
li prima die Maji eis offerant, vel adsportent Arborem
vulgariter *el Mayo* dictum plenum gallinis, aliisve avi-
bus, caseo, hyppacis, pippionibus, & similibus compo-
situm, & ornatum, ut in aliquibus oppidis Regni Nea-
politani fieri, sed hoc ex mera vassallorum voluntate, te-
statur Ioan. Maria Novar. *dict. tr. de gravam. gravam. 9. n. 5.*
17 Item reprobanda est alia Dominorum prætensio; ut
in die festivitatis Sanctissimi Corporis Christi, vel alia so-
lemnitate, vassalli eis aliquos flores, vel similia deferant,
nisi, stante ad id legitima consuetudine, ut in specie te-
net ex eleganti Rotæ *decis.* quam ad litteram refert No-
var. *dict. gravam. 9. ex nu. 6.*
18 Item, nec ad servitia plaustrorum, lignave portanda
ædificiis, vel focularibus Dominorum, similiave onera
vassalli compelli debent, Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 16.*
n. 117. de quibus servitiis personalibus dicam *infr. c. 25. tot.*
ubi latè de Angariis, & Perangariis vassallis, qui eis ad-
stringuntur, & quando tales dicantur.
Item reprobanda est alia frequentior Dominorum in- 19
feriorum exactio, sive prætensum donativum, tempore
nimirum nativitatis filiorum, maximè primogeniti, quod
servitium apud Italos pro facienda *fascia* nuncupatur, nos
verò *Mantillas* appellamus: † Vel etiam tempore ipso- 20
rum Dominorum nuptiarum ad instar Regum, qui in his
casibus frequenter donativa à vassallis expostulant; sed
quidquid in Principibus superiorem non recognoscenti-
bus ob publicam lætitiam, & propter sumptus necessarios
servetur; in inferioribus tamen Dominis admitti non de-
bet cum nullam collectandi subditos facultatem ex his,
vel aliis causis habeant, ut pleniùs dicam infra ex nu. 46.
Et in specie in utroque casu tam in feudorum Baroni- 21
bus, quàm in nostris vassallorum Dominis hæc donativa,
aut munera, contra vassallorum voluntatem, reprobant,
Antibol. *de munerib. vers. Restat nunc, n. 7.* Dominic. Tas-
son. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 4. num.* 222.
noster Bobad. *dict. cap. 16. n. 117.* Ioann. Maria Novar. *de*
gravam. vassallor. tom. 1. gravam. 8, qui loquitur etiam
contra Baronem quemdam, qui pro catena aurea suę spon-
sæ facienda vassallos collectare, intendebat: pro quibus
est Neapolitanis singularis locus, licèt Novar. & Tasson.
de eo non meminerint, Vincentii de Franch, *dec. 42. nu.*
fin. in fin. qui licèt in tot. decision. loquatur de servitio, si-
ve adjutorio, quod in Regno Neapolitano pro filiabus ma-
ritandis, vel ex aliis causis illius Regni vassalli Baronibus
tribuunt ex specialibus Regni Neapolit. constit. *Quam plu-*
rimum, & aliis de quibus *infr. c. sequenti, §. 1.* hoc tamen ad-
jutorium ad filiorum, vel ipsorum Baronum nuptias non
extendit.
Nec his obstat gloss. singularis *in l. placet, verb. Extat* 22
ordinarium, Cod. de Sacrosanct. Eccles. affirmans, posse
aliquid à vassallis per Dominos exigi, ut pro uxore ducta,
vel pro convivio, aut filiorum nativitate: quia loquitur,
& intelligi debet in Principibus superiorem non reco-
gnoscentibus, † à quibus ad inferiores non fit illatio, 23
nec currit argumentum, ut benè animadvertit Antibol.
ubi supra, maximè in re tam odiosa, & juri communi repu-
gnanti, ut sunt hęc onera juxta *supr. in princ. hujus, §. Dicta.*
Et pariformiter nec pro filiabus Dominorum maritan- 24
dis vassalli aliquid contribuere tenentur, nisi de jure spe-
ciali, aut legitima consuetudine ad id adstringantur, ut nec
pro domino à captivitate redimendo, nec pro aliis simili-
bus causis, ut pleniùs dicam infra *in c. sequent. §. 1. cum seqq.*
ubi quid apud feudistas, maximè apud Neapolitanos, in his
ultimis casibus servetur ex suis specialibus constitutioni-
bus, & feudalibus consuetudinibus? & quid etiam apud
nos de jure nostro Regio, quoad donativa ista pro filiabus
maritandis, Domino redimendo, & ex similibus causis, ex
quibus apud feudistas vassalli Barones adjuvare solent.
Quibus consequens est, gravare etiam Dominos suos 25
vassallos, si in ipsorum Dominorum nuptiis, vel nativi-
tate filiorum aliquas festivitates, vel demonstrationes in
signum lætitiæ facere compellant, ut choreas ducere, pa-
res equitando, vulgo *Mascaras*, vel similes demonstra-
tiones facere, vel pro his festivitatibus aliquam quantita-
tem pendere, hoc enim ex urbanitate vassallorum, eorum-
que voluntate, ut superiora donativa, dependent, ut in
specie Novar. *de gravam. tom. 2. gravam.* 194.
Item nullum servitium Pedagii, Pontagii, & similia Do- 26
mini inferiores à suis vassallis, vel forensibus transeuntibus
exigere possunt, Aviles *in c. Prætor* 24. Gloss. *titulo, n. 1. v.*
Quia cum ista pedagia, Guid. Pap. *cons. 65. in princ.* † Qui 27
id limitant, nisi stante Principis concessione, vel consuetu-
dine immemoriali, ut notat quoque Pater Fragos. *de regi-*
min. Reipubl. part. 1. lib. 3. disput. 7. num. 57. & dicam *in-*
fr. in cap. sequent. §. 2. & 4.
Item nec aliquod Hospitalitatis jus Domini in vassallo- 28
rum

Digitized by Google

rum domibus, per loca transeuntes prætendere valeant, ut per text. *in l. 1. Cod. de metat. & epidemit. lib.* 12. docent contra Dominos inferiores Bald. *in l. observare in princ. col. 1. vers. Et nota quòd quando, ff. de offic. Proconf.* Gulhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testament. verb. Testamentum, cap.* 1. *n.* 34. Cravet. *conf.* 308. *à n.* 3. Burg. de Paz *conf.* 5. *n.* 97. & cum aliis Castill. *de tertiis, c.* 41. *nu.* 84. novissimè Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg.*
29 3. *part. c.* 1. *n.* 11. † Nisi in concessione castri specialiter hoc jus hospitii à Rege concedatur, nec generaliter sufficit, ut docent Gregor. *in l. 6. tit.* 25. *part.* 4. Mastrill. *de Magi-*
30 *strat. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 181. † Hoc enim jus hospitii inter regalia connumeratur, nullique alii, quam superiorem non recognoscenti, competit; ut ultra relatos, docent plura de hoc hospitio, tam in itineribus, quàm in Curiis Regiis Principibus, eorumque ministris præstando apud nos *Casa de aposento* ad text. *in l. 2. & tot. tit. Cod. de metat. & epidemit. lib.* 12. *l.* 3. §. *Munus hospitii* 14. *ff. de munerib. & honorib. l.* 11. *ff. de vacat. mun. l.* 1. *& per tot. tit.* 15. *l.* 5. *Recopilat.* in quibus latè de hoc jure agitur, & pleniùs suo loco dicam infrà hac part. *c.* 26. *tot.* & ut antiquiores omittam, plures congerentes, & plenè materiam tractantes Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 178. *cum seqq.* ubi Bald. Isern. Matth. de Afflict. Ponte, & alios refert, Bobadill. *in politic. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 216. Suelves *tom.* 3. *conf.* 41. Navarr. *in discurs. polit. discurs.* 20. Narbou. *ad leg. Recopilat. in l.* 26. *dict. tit.* 15. *lib.* 3. *gloss. unic.* Castill. *de tertiis, c.* 41. *num.* 84. Roman. Anton. Capyc. Alciat. Avendañ. Aviles, Menchac. & alii plures congesti per D. Solorzan. in suo discurs. *de Placas honerarias, à num.* 416. & novissimè Balmased. *de collect. quæst.* 86. *per tot.*

31 Et generaliter tam in feudis, seu eorum Baronibus, quam in aliis Dominis inferioribus concludendum est, nullum servitium, seu donativum, vel adjutorium ex prædictis, vel aliis causis, jure communi attento, ipsis per vassallos deberi, præter personale in bello, in quo tenentur Dominos adjuvare, & ita pro hac generali vassallorum ab omni servitio exemptione, & libertate communiter resolvunt Capyc. *in constitution. Regni Neapol. statuimus, in verb. Feudorum adjutoria, vers. Extra dictos casus,* & ex aliis benè ad rem Rossenthal. *de feud. c.* 5. *concl.* 77. & 78. ubi infinitos congerit Gloss. Iul. Clar. *lib.* 4. *sentent.* §. *Feudum, q.* 29. *per tot.* Fontanel. *de pact. nuptial. clauf.* 5. *gloss.* 4. *n.* 9. & eleganter Tiraquell. *de primogen. q.* 69. *à n.* 4. & 9.
32 † Ubi prædicta donativa, aut servitia per vassallos Baronibus solvenda dumtaxat admittit, stante consuetudine, aut statuto, vel etiam pacto in investitura feudi, ut optimè docet Mar. Giurb. *ad consuet. Messanens. c.* 3. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.* 30. *in fin.* quo casu intelligit plures DD. pro contraria opinione per ipsem relat. ut latiùs infr. dicam *in* §. *sequent. tot.* apud nos extat singularis *l.* 5. *tit.* 26. *part.* 4. quæ in feudis loquitur, & statuit, ad nullum servitium, vel adjutorium feudatarium teneri, præter in investitura ex-
33 pressum, † & etiam in bello justo pro defensione Domini exhibendum, & ibidem notat optimè noster Gregor.

34 Et idem docent, maximè in nostris muneribus, & donativis pluribus congestis Gas. Anton. Thesaur. *lib.* 4. *qu. Forens. quæst.* 69. *n.* 2. Grammat. *conf.* 38. *col.* 2. Boer. *decis.* 31. Ant. Gabriel *commun. opinion. tit. de legib. concl.* 2. *nu.* 8. optimè Capyc. Galeot. *tom.* 2. *controvers. c.* 42. *à n.* 14. & 18. eleganter Andr. Capan. *de jure adhoa, quæst.* 16. *à n.* 1. & 9. Donat. Ant. Marin. *in observat. ad decis. Reverter.* 505. *n.* 1. & 2. qui ista donativa, aut servitia voluntaria esse, nec aliter per vassallos in Regno Neapolit. solvi debere, asserunt, nisi ex specialiabus illius Regni *constitution. Quam plurimum*, & de Comitibus, ex quibus donativa, seu adjutoria pro filiabus maritandis, terra emenda, vel ex aliis exigi, permittantur, *infr.* de his juribus specialibus, & causis latè dicam; sed extra hos casus nullum donativum, aut servitium, jure communi attento, per vassallos præstari debere, certissimum est, ita ut si quid ab eis per Barones exactum sit, in duplum restitui debeat, ut notant Capyc. & Capan. *ubi supra*.

Quorum omnium elegans etiam ratio assignari potest, 35
quia videlicèt si prædictæ præstationes, seu munera per Barones, vel Dominos inferiores vassallis imponi permitterentur, hoc genus tributorum esset, quæ per Dominos inferiores absque Regia facultate vassallis indici nequit, ut probat text. *in l. placet, Cod. de excusat. mun. l.* 10. *l.* 1. & 2. *Cod. nov. vectig. impon. non poss. c. super quibusdam,* §. *Præterea, de verb. signif. l. fin. tit.* 7. *part.* 5. *l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 2. *ordinam.* optimè ad rem Didac. Perez *in dict. l.* 7. *ordinam.* & in omni servitio noster Gregor. *in dict. l. fin. tit.* 7. *part.* 5. latè, & ad plures quæstiones, & limitationes hujus conclusionis in omni genere tributorum, ne per Barones, vel alios Dominos inferiores absque Regio assensu imponantur, Roland. à Vall. *conf.* 91. *tot.* Villadieg. *in polit. cap.* 5. §. 24. *numer.* 1. & 3. & §. 54. *numer.* 1. Flor. de Meu. *lib.* 2. *var. quæst.* 21. *à num.* 1. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 20. *num.* 18. Rendel. *de pase Baron. c.* 4. *part.* 2. *fol. mihi* 70. Arnisæus *de jurib. Majestat. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 6. Farinac. *in prax. quæst.* 213. *n.* 68. & 69. Pont. *de potestat. Proreg. tit.* 4. §. 8. *numer.* 42. Ioann. Maria Novar. *de gravamin. vassall. tract.* 1. *gravam.* 1. & aliis pluribus congestis, Rossenthal. *de feud. c.* 5. *concl.* 76. & 77. ubi gloss. August. Barbos. *in dict. l.* 1. *Cod. nou. vectig. impon. non poss. nu.* 4. & in dict. *l.* 2. *Cod. eod.* Capiblanc. *de Baron. pragmat.* 14. *num.* 19.

Et idem ex Theologis; ad plures quæstiones morales, 36
docent Pater Molin. *de justit. & jur. disputat.* 666. *numer.* 2. Turrian. *eodem tractat. disputat.* 44. *numer.* 1. Pat. Suarez *de legib. lib.* 5. *capit.* 14. *num.* 2. Sanchez *lib.* 2. *consil. meral. cap.* 4. *dub.* 2.

Et ex Regnicolis latè, & ad plura de hac prohibitione 37
contra Dominos inferiores Bobadill. *in polit. lib.* 5. *capit.* 5. *ex numer.* 15. Amay. *in l. omnes, numer.* 9. *Cod. de annon. & tribut. lib.* 10. plenè Fragoss. *de regimin. Reipubl. part.* 1. *lib.* 3. *disput.* 7. *num.* 55. *cum pluribus seqq.* ubi ad tributa, pedagia, portagia, & quælibet alia vectigalia, quæ Domini inferiores prætendere solent, D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *c.* 1. *à num.* 15. ubi idem asserit in commendatarius Indorum; & ad alias quæstiones circa prohibitionem imponendi collectas, & omne genus tributorum per dominos inferiores novissimè, & doctè D. D. Petrus de Salzed. *in dict. l.* 4. *c.* 20. *tit.* 14. *lib.* 3. *Recopilat. num.* 4. *fol.* 242. benè Balmas. *de collect. q.* 4. *per tot.* & post omnes Dominic. Antunez de Portugal in suo satis docto, & pleno tractatu *de donation. Reg.* 3. *part. capit.* 1. *à numer.* 5. nec tributum portagii, aut passagii, nisi id privilegio, vel consuetudine immemoriali habeant, ut dicam infr. *suo loco*.

Quia omnia tributa, & eorum impositio sunt de rega- 38
libus, nec per aliquem, præter Regem, aut Principem superiorem non recognoscentem, imponi possunt, ut comprobatur *ex l. vectigalia, ff. de publican. & vectigal. l.* 2. & 3. *Cod. vectigal. nou. impon. non poss. l.* 1. *Cod. de fund. limitroph. capit.* 1. *quæ sint regal. capit. super quibusdam,* §. *Præterea, extra de verb. significat. l.* 11. *tit.* 28. *part.* 3. *l. fin. tit.* 7. *part.* 5. *l.* 1. & 2. *tit.* 14. *lib.* 6. *Recopilat.* & ad plura latè multa circa tributorum impositionem adducentes, quando per Principem fieri debeat, vel non; quibus ex causis, & requisitis concurrentibus, ut ad eorum solutionem vassalli adstricti maneant? Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. capit.* 11. & *numer.* 54. & *cap.* 20. *numer.* 16. & *in comment.* ad Bellug. *in specul. Princip. rubric.* 46. *verb. Tributum, vers. Ex qua,* Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. capit.* 5. *numer.* 2. Bobadill. *in polit. lib.* 5. *capit.* 5. *à numer.* 1. & 15. Don Franc. de Leo *decis.* 82. *à numer.* 1. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *capit.* 50. *à numer.* 219. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *capit.* 6. Paul. Christin. *in decis. Belgic. volum.* 5. *decis.* 105. Adam Conta *lib.* 8. *c.* 7. §. 2. & 18.

Et, ut antiquiores omittam, vide plura, & plures 39
noviter congerentes Castill. *de tertiis, capit.* 41. *num.* 29. Pater Sanchez *in consil. meral. lib.* 2. *capit.* 4. *dub.* 2. *cum aliis seqq.* ubi ad plures quæstiones morales, & infinitis conge-

congestis, August. Barbos. *in collect. Cod. in dict. l. 3. nu. 2. Cod. nov. vectig. impon. non poss.* D. Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. c. 19. n. 3.* D. Valenzuel. *cons. 99. per tot.* D. Larrea *allegat. 59. tot.* Amay. *in l. 3. Cod. de annon. & tribut. lib. 10. à n. 5. & tot.* Valeron *de transaction. tit. 4. q. 3. num. 62.* noviter, ac doctè eruditissimus D. D. Petrus de Salzed. *ad ad nov. leg. Recopilat. in l. 4. c. 20. tit. 14. lib. 3. fol. mihi* 241. *& seqq.* & novissimè Balmased. *de collect. q. 2. à n. 1. & tot.* latè, & optimè de materia, licèt pluribus ex dictis novioribus non relatis, Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg. part. 3. cap. 1. à num. 1. & part. 2. cap. 24. à numer. 79.*

40 Qui in *num.* 84. ex Joann. Bodin. Petr. Gregor. & aliis, quòd in aliquibus Provinciis ex legibus specialibus non aliter tributa per Regem imponi possint, quàm de consensu totius Regni, & sic in comitiis generalibus, & idem in Lusitania ex antiqua consuetudine servari, ait *n.* 85. *& dict. cap. 1. nu. 6.*

41 Quod, & apud nos etiam servatur *ex dict. l. 7. tit. 11. lib. 2. ordinam.* quæ *est l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopilat.* quibus statuitur, ad id comitia generalia, seu consensum Procuratorum urbium Regni præcedere debere, idemque docent, apud nos, & alias multas Nationes Didac. Perez *in dict. l. 7. ordinam.* Avendañ. *in cap. 4. Pretor, 2. part. nu. 2. cum seqq.* Alter Avendañ. *de metu, lib. 2. c. 23. num. 49.* Girond. *de gabell. in prælud. num. 25.* Alexand. ab Alexand. *lib. 3. dier. genial. c. 13.* Bobadill. *in polit. dict. lib. 5. cap. 5. nu. 3.* Parlador. *lib. 1. rer. quotid. cap. 3. nu. 13.* Joann. Bodin. *de republ. cap. 7. fol. 142.* Pater Marquez *en su Governador Christiano, lib. 1. cap. 16. §. 2. fol. 88. colum. 2.* Pat. Sanchez *dict. cap. 4. dub. 2. nu. 5.* & ex Polidor. Virgil. Petr. Gregor.
42 Mencbac. D. Larrea *dict. allegat. 59. num. 9.* † Ubi idem servari in Gallia, Germania, Britannia, & ferè in omnibus Europæ Provinciis testatur ex Mindan. Domeng. Burg. de Paz, & aliis ibi congestis Castill. *de tertiis cap. 9.*
43 *à num. 26.* † Qui tamen notat etiam absque Procuratorum Curiarum assensu, imò eum tributi impositioni præstare recusantibus, benè per nostrum Regem imponi posse, quod semper intelligerem magna necessitate urgente, cui si tributi impositione statim non subveniatur, & Curiarum convocatio propter Regni assensum spectetur, periculum ob moram immineat.

44 Ad alia autem plura, & de Curiarum in nostro Regno ad tributorum impositionem, & alias causas convocatione; & de earum procuratoribus novissimè tractant pluribus relatis Balmased. *de collect. q. 3. per tot.* optimè D. D. Petr. de Salzed. *in theatr. honor. in l. 16. tit. 1. lib. 4. Recopilat. gloss. 46. nu. 29.*

45 Si ergo hæc omnia in superioribus Principibus ad tributorum impositionem necessaria sunt, nec aliter eis vectigalis indictio permittitur, quantò magis Comitibus, Ducibus, aliisque inferioribus Dominis nostrorum munerum, seu cujuslibet annuæ præstationis impositio de jure est prohibenda, cum & hæc servitia tributorum genus esse, licèt non tam propriè, omnibus pateat, & superiùs probavimus.

46 Juxta quæ infertur, etiam ad majorem hujus principalis resolutionis in Dominis inferioribus comprobationem, quòd similiter nec Civitates, oppida, vel aliæ communitates superiorem recognoscentes nostra donativa, annuas præstationes, vel alia servitia propria authoritate inter cives indicere poterunt, ex quo nec tributorum, vel alterius collectæ impositio, Regia facultate non præcedente, eis permittitur, ut multis comprobat D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. l. 1. c. 1. ex n. 23. cum sequentib.* qui benè intelligit Flores de Mena, qui pro contraria allegari solet: & tam de jure communi, quàm nostro Regio optimè cum aliis D. Franc. de Amay. *in l. 3. Cod. de annon. & tribut. lib. 10. à num. 9.*

47 Ubi quòd Civitates jure Regni non nisi usque ad tria millia marapetinorum quantitatem collectas imponere possint *ex l. 1. 2. & 6. tit. 6. lib. 7. Recopilat. l. 25. tit. 6. lib. 3.*
48 † Quibus benè conciliat *l. 16. tit. 8. lib. 9. Recopilat.* in qua tributorum impositio simpliciter, ac indistinctè oppidis, seu Civitatibus prohibentur, nulla de prædicta quantitatis 3000. marapetinorum permissione facta mentione, de quibus juribus etiam, & de hac trium mille marapetinorum collecta, & contributione Lassart. *de gabell. c. 18. n. 80.* Molin. *de just it. & jur. tom. 3. disput. 666. vers. Civitates,* Avendañ. Azeved. & alii relati per Bobadill. *in polit. lib. 5. c. 5. n. 13.* aliis infinitis relatis doctè D. D. Petr. de Salzed.
ubi supra, à n. 9. usque ad 18. † Qui optimè ad prædicta- 49
rum legum Regni conciliationem distinguit inter tributa generalia quæ forenses quoque comprehendunt, & inter collectas particulares inter solos vicinos, ut istæ benè possint imponi, dummodò dictam quantitatem non excedant, illa verò non, & hoc indistinctè, neque usque ad dictam quantitatem, quia cum pro ipsorum civium necessariis usibus facultas ad dictam quantitatem imponendam per nostras leges oppidis sit concessa, inter ipsos dumtaxat imponi debeat, & prosequuntur ad alia latè Balmased. *de collect. q. 5. per tot.* Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg. part. 3. c. 1. n. 40.*

Qui hoc limitat in *num.* 41. ex Bart. Boer. Avendan. & 50
aliis in casu necessitatis propter bellum, vel pestem, aut alium similem, in quibus casibus benè universitatem absq; Regia licentia collectam indicere posse, resolvit, in quo tamen contrarium tenet Menoch. *cons.* 1201. *num.* 80. ubi plusquam triginta Authores pro hac sententia cumulat.

Et ex nostris idem tenent, ut nec etiam in casu neces- 51
sitatis ultra dictam quantitatem tria millia marapetinorum Civitates nostræ, vel oppida contributionem inter vicinos indicere possint, Joann. Gutierrez *de gabell. lib. 7. q. 168. num.* 18. qui Parlador. in hoc contrarium asserentem reprobat, sequitur Amay. *in l. unic. num. 28. Cod. de præbend. salar. lib.* 10. quorum sententia maximè comprobari videtur per ipsa verba *dict. l. 1. tit. 16. lib. 5. Recopilat.* ubi dùm collectandi facultatem usque ad quantitatem relatam, & non ultra universitatibus tribuit, satis expressè etiam in ipsorum universitatum necessitatibus loquitur ipse text. ibi: *No se pueda repartir, ni reparta por ninguna Ciudad, Villa, ò Lugar de estos Reynos para sus necessidades, demas, aliende de tres mil maravedis.*

Sed adhuc verius censeo, stante urgentissima neces- 52
sitate, ita ut periculum sit in mora petendi Regiam facultatem, universitates sine Regia licentia ad quantitatem necessariam suos cives collectare posse, ut resolvunt *dict. leg. 1.* in aliis non tam gravibus necessitatibus optimè intelligentes Avendan. Azeved. Mexia, & alii quos refert, & sequitur Flores de Mena *variar. resolut. lib. 2. quæst. 21. §. 1. numer. 48.* Valasc. *de privileg. pauper. part. 1. quæst. 38. numer. 26.* Ottero *de pasc. capit. 12. num. 9.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. part. §. 3. num. 36.* & est optima Rotæ decis. apud Cenc. *de censib.* 447. ad
quod, † & quid circa debiti universitatis executionem 53
Regia facultate contracti, vel si ad ejus solutionem universitas per sententiam sit damnata, an tunc, in defectum aliorum bonorum universitatis, ad collectam inter vicinos universitas sine Regia licentia procedere possit? videndi Flores de Mena, Parlador. & Gutierrez ubi proximè, Hartman. Pistor. *tit. 1. q. 37. nu. 6.* Kloch. *de contribution. cap. 5. num.* 115. Balmased. *de collect. q. 5. ex num. 4. cum seq.* & ad alios casus necessitatis propter locustarum plagam, & similes causas Narbon. *in l. 57. tit. 4. lib. 2. Recopilat. gloss. unic. per tot.*

Et redeundo ad primum circa nostros vassallorum Do- 54
minos, & Civitates ex prædictis prohibitionibus, infertur etiam, quòd eis non solùm aliqua tributa, seù jus imponendi illa non competant, sed neque eorum remissio per eos, particularibus concedi valeat, ut probant jura in *l. 1. Cod. de his qui à Princip. vacat. accep. dict. l. 3. Cod. de annon. & tribut. l. 34. tit. 18. part. 3. l. 11. tit. 14. lib. 6. Recopilat. l. 2. tit. 9. lib. 7. l. 16. tit. 8. lib.* 9. & idem notant Azeved. *in dict. l. 1.* Lossæus *de jur. universit. 3. part. capit. 10. num. 6.* Henric. Rossenthal. *de feud. capit. 5. concl. 85. numer. 1. litt. A.* Camill. Borrell.

Digitized by Google

rell. *de præstant. Reg. Catholic. capit.* 33. *numer.* 2. novissimè, aliis pluribus congestis, Valeron. *de transact. tit.* 4. *quæst.* 3. *numer.* 62. Dominic. Antunez de Portu-
55 gal. *de donation. Reg.* 3. *part. capit.* 1. *à numer.* 26. †
Ex quo nec aliquo modo tributa, aut vectigalia per Dominos inferiores minui posse, rectè animadvertit idem Portugal. *ibid.* quapropter si Domini vassallos proprios pressura tyrannica, & aliis extorsionibus à suis oppidis fugaverint, ob idque Regia tributa minuantur, ad ea pro vassallis, quos eo modo ejecerint, ipsos Dominos teneri, singulariter notant Luc. de Penn. *in l. colonos, Cod. de agricol. & censit. lib.* 11. Gregor. Lopez *in l.* 22. *tit.* 13. *part.* 2. *verb. Desaforaren, in fin.* Aviles *in capit.* 24. *Prætor, gloss.* 1. *numer.* 7. *in fin.* Qua ratione similiter Domini inferiores nullam immunitatem concedere debent transferentibus se ad habitandum in locis, & terris suis, quia id in grave Regis præjudicium tenderet; quare id graviter prohibetur *in l.* 1. *&* 2. *tit.* 9. *lib.* 7. *Recopilat.* ubi Azeved. *& in addit. ad Cur. Pisan. lib.* 2. *capit.* 18. *numer.* 34. Bobadill. *in polit. capit.* 26. *numer.* 147. *lib.* 2.

56 Et ad eamdem remissionem, quod eam Domini inferiores concedere nequeant, quia ejus concessio privilegii concessionem denotat, ut docet Bart. *in l. nec infames, numer.* 1. *Cod. de Decurion. lib.* 10. Camill. Bor-
57 rel. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 33. *numer.* 2. † Quod solus Princeps superiorem non recognoscens concedere potest, non verò alii inferiores Domini, *l. jus Civile, ff.*
58 *de justit. & jur.* Surd. *cons.* 419. *à numer.* 17. † Quia id concedere est de regalibus supremæ potestati reservatis, ut ex Mastrill. & aliis in privilegio hujus immunitatis tributorum, & quòd ideò Domini inferiores id concedere, non valeant, optimè Fontanell. dict. *clausul.* 4. *à numer.* 14. Amay. *in dict. l.* 1. *numer.* 3. *Cod. de immunit. nemin. conced. lib.* 10. & pluribus aliis relatis, resolvit *à num.*
59 36. 39. *&* 41. † Ubi limitat si artium Doctoribus, vel Medicis ipsius oppidi remissio concedatur, & idem docet *ex l. ambitiosa, Cod. de decret. ab ordin. facien. l. unic. Cod. de decret. Decurion. lib.* 10. & ex aliis idem tenet D.
60 Francisc. de Leo *decis.* 82. *numer.* 3. † Ubi quòd pro salario Advocati Civitatis, seu Medici, vel ex alia causa necessaria publicam utilitatem respicienre collecta per universitatem absque licentia Regia imponi possit, ita ut forenses in ea non comprehendantur, sed cives tantùm, idem Bobadill. *in polit. lib.* 5. *capit.* 5. *numer.* 3. *litt.* C. & in Doctoribus, & Medicis, & aliis personis, ex quibus magna utilitas Reipublicæ sequitur, Valeron supra, *numer.* 66. Lossæus *de jur. universit. capit.* 10. *à numer.* 7. *&* 13. ex hac enim his personis tributorum remissione nullum Principi præjudicium infertur, sed cæteris civibus, quibus majus onus vectigalium accrescit, cum plerumque apud nos Civitates, & oppida tributa Regia in forma capitationis apud nos *encabezamiento* solvant, certam videlicet quantitatem pro tributo inter vicinos postea distribuendam.

61 Quæ tamen circa remissionem tributorum per Civitates, vel Dominos non faciendam limitant, nisi stante consuetudine immemoriali hanc immunitatem concedendi, Ossasc. *decis.* 95. *numer.* 12. Amay. ubi supra, *numer. fin.* licèt Valeron *de transactionib. dict. tit.* 4. *qu.* 3. *numer.* 67. de hoc dubitet, quia jus imponendi tributa impræscriptibile esse, plures existimare, asserit; sed quamvis hoc verissimum sit ex juribus Regiis in tributis, seu gabellis, secus in istis universitatem collectarum impositionibus, seu remissione, quæ à tributis differunt, ut docet Amaya supra *in l.* 3. *Cod. de annon. & tribut. à numer.* 9. ubi ex hac differentia conciliat *dict. l.* 1. 2. *&* 6. *tit.* 6. *lib.* 7. *Recopilat. l.* 25. *tit.* 6. *lib.* 3. *cum l.* 16. *tit.* 8. *lib.* 9. ejusdem Recopilat. & in sequent. *cap.* latiùs de hac differentia dicam ad gabellarum, & collectarum præscriptionem.

62 Ex quibus pro ratione ad nostræ principalis quæstionis resolutionem firmissima remanet superior fundata resolutio, Dominos nempè inferiores nullas collectas, donativa, aut munera aliàs à vassallis, propria authoritate exigere, sive indicere posse.

Quapropter ad nostram principalem quæstionem ex 63
supradictis omnibus concluditur, etiam, quòd cum, jure communi attento, nostra donativa, aut munera, similesve præstationes per vassallos Dominis nullo modo debeantur, nec per ipsos Dominos indici valeant, apertè etiam sequitur, quòd, si in aliquo casu sint soluta, tunc non ex causa necessaria præstita existimanda sunt, cum id nullo jure cogente fiat, sed potiùs ex voluntaria, & mera liberalitate, ac voluntate vassallorum oblata reputanda, & consequenter inter fructus feudi, aut oppidi computari non poterunt, juxta distinctionem latè traditam supra *in cap. præcedent.*

Quam resolutionem intellige, nisi lege, aut statuto 64
municipali, hæc munera, sive donativa in aliquibus casibus de jure speciali Dominis per vassallos necessariò debeantur, vel etiam Principis privilegio concessa, aut debita, legitima consuetudine, vel conventione inter Dominum, & vassallos circa ea solvenda inita; quia tunc in his casibus, ut necessaria in singulis annis solvenda, inter fructus feudi, aut oppidi connumeranda erunt, juxta superius tradita. Quapropter de his casibus specialibus, quibus numera hæc, vel adjutoria vassallorum necessaria sint *in capit. sequent.* agam, ut ex eo quando inter fructus feudi, aut castri, ut necessaria haberi debeant, plenissimè cognoscatur.

CAP. XV.

ARGUMENTUM.

An, & quando donativa, seu adjutoria per vassallos in aliquibus casibus specialibus precisè præstari debeant? ut & tunc inter fructus feudi, aut oppidi, juxta dicta in *cap. præcedent.* computentur. Proponuntur quatuor casus speciales, in quibus hujusmodi donativa, aut servitia necessaria sunt: ut si jure speciali id caveatur: si privilegio, aut Regia concessione competant: si conventio inter Dominum, & vassallos legitimè inita fuerit: si consuetudine, aut præscriptione: De quibus casibus quomodo, & quando procedere debeant? separatim in §§. sequentibus agam.

SUMMARIUM.

1 *Vassallorum munera, sive donativa, aliæve præstationes in quibusdam specialibus casibus necessario Dominis inferioribus debentur, & tunc in fructu computanda.*
2 *Referuntur quatuor principales casus, in quibus necessaria sunt.*
3 *Primò, si jure, aut statuto speciali alicujus Regni, vel Provincia ex aliquibus causis debeantur.*
4 *Secundo, si ex privilegio, aut pacto in feudi investitura, seu oppidi concessione inter concedentem, & feudum recipientem inito, vel adjecto.*
5 *Tertio, si ex conventione, aut transactione inter dominum, & vassallos circa ista donativa, vel adjutoria legitime postea celebrata.*
6 *Quartè, si ex legitima consuetudine, aut præscriptione debeantur.*
7 *Proponitur de singulis his quatuor casibus per singulos quoque sequent. §§. distinctè agendum.*

QUamvis ergo, quæ superiùs diximus *in c. præcedent.* verissima sint, ut nulla donativa, munera, seu vecti- 1
galia Baronibus, seu vassallorum Dominis, vel Civitatibus superiorem recognoscentibus jure communi debeantur, ut in hoc casu rectè procedat superiùs *in c. præced.* proximè relata resolutio, ut si præstentur, voluntaria censeri debeât, nec consequenter inter fructus feudi, aut castri imputentur; sunt tamen plures casus, & limitationes, in quibus donativa ista, & annua munera ex necessitate vassalli Do-

Digitized by Google

minis solvere coguntur,& tunc absque dubio, ut necessa-
riam,& uniformem præstationem habentia inter fructus
connumerari debebunt,juxta supra dictam distinctionem
Quare pro majori claritate, & distinctione quatuor
2 dumtaxat principales casus proponam, in quibus ista do-
nativa, & præstationes necessariò per vassallos Dominis
solvi debent, & in quibus consequenter inter fructus jux-
ta prædicta erunt computanda; videlicet: † Primò si ju-
3 te, aut statuto speciali alicujus Regni, vel Provinciæ ex
aliquibus causis hæc adjutoria certis casibus debean-
4 tur: † Secundò si ex privilegio speciali, aut pacto
in feudi investitura, seu in oppidi concessione, in-
ter concedentem, & feudum recipientem inito, vel
5 adjecto: † Tertiò, si ex conventione aut tran-
sactione inter Dominum, & vassallos circa ista donativa,
6 vel adjutoria legitimè postea celebrata: † Quartò, si ex
legitima consuetudine, aut præscriptione prætendantur.
7 De quibus singulis per singulos quoque §§. distinctè
(ut clarius) agam, ut ita plenissimè cognoscatur, quando
necessaria, & consequenter, ut feudorum, vel oppido-
rum fructus considerari debeant; quia alias extra hos ca-
sus donativa ista prætita omnino voluntaria erunt, & sic
inter fructus computari non poterunt.

§. I.

ARGUMENTUM.

De donativis, muneribus, seu adjutoriis vassallorum necessariò Dominis, aut Baronibus, ex aliquibus causis ratione statuti, aut juris specialis, in aliquibus Regnis debitis, maximè apud Feudistas, & in Regno Neapolitano ex constitutionibus illius Regni, *Quam plurimum*, & *Constitut. de Comitib.* necnon, & aliorum Regnorum Baronibus, quibus propter eorum paupertatem ex consuetudinibus feudalibus, & specialibus statutis hæc adjutoria, vel donativa pro filiabus maritandis, terra emenda, ipsisve Dominis à captivitate redimendis, & ex aliis causis per vassallos exsolvuntur: & an stante statuto, ut pro filia, vel filiabus maritandis vassalli Dominum adjuvent, pro prima tantùm, vel etiam pro ulterioribus teneantur? & an pro naturalibus, vel spuriis? necnon, & pro sororibus? & an etiam pro monachandis? & quid, filia ita pulchra sit, ut ob pulchritudinem, non obstante parentis paupertate, æquè commodè, ac dives nubere possit, vel jam maritum invenerit; an adhuc vassallis pro ejus dote ex dictis statutis contribuere debeant? noviter nec injucundè exagitatur: & alia plura circa dicta statuta, & causas adducuntur: & quid denique apud nos, an nostris Dominis vassallorum hæc adjutoria ex prædictis causis per vassallos debeantur? fundantur noviter, & resolvitur pars negativa contra Bobadill. & alios Regnicolas, aliquaque specialia jura nostra adducuntur: & ad plures inter nostros vassallos Burgenses, & feudales differentias multa invenies.

SUMMARIUM.

1 *Vassallorum donativa, sive adjutoria necessario Dominis inferioribus, sive Baronibus solvenda, si id jure speciali, aut Regni, vel Provinciæ ex aliquibus causis caveatur.*

2 *In Regno Neapol. adjutoria hæc ex specialibus constitutionibus in certis casibus necessaria sunt,* ibidem, *& n. 2. cum seqq.*

3 *Debētur per vassallos Baronibus illius Regni pro ipsorum filiabus maritandis, terra militia filii, vel fratris feudatarii: pro Domino à captivitate redimendo, & pro inserviendo in bello Regi:* ibidem.

4 *Extra hos casus in constitutionibus Regni Neapol. specificatus ad nullas alias contributiones vassalli in illo Regno tenentur.*

Expenduntur ad plura constitut. Regni Neapol. Quam plurimum, *& Constit.* de Comitib. dict. num. 1. cum seqq.

5 *Pro filiabus maritandis, ut vassalli dominos necessariò adjuvare teneantur, idem quarumdam aliarum Provinciarum legibus municipalibus statuitur.*

6 *Statuta hæc, ut pro filiabus maritandis vassalli dominos adjuvent, non solùm pro prima, vel unica filia, sed & pro secunda, & ulterioribus intelligi debent.*

7 *Quid si statutum simpliciter pro filia maritanda in singulari loquatur, an adhuc pro pluribus filiabus nostra vassallorum donativa necessaria sint?* & n. 9. cum seqq.

Quid in hoc casu si ex consuetudine debeantur? ibidem.

8 *Quid si ex conventione talis subventio pro filia maritanda in singulari sit promissa?*

10 *Statutum pro filia maritanda in singulari loquens demonstrativè, non taxativè est intelligendum.*

11 *Intellige nisi expressè taxativè in una tantum filia loquatur.*

13 *Quid si in uno anno Baro, vel Dominus plures filias maritaverit, vel si ex dictis causis plures subventiones fieri contigerit.*

14 *Quod tunc aliqua dilatio vassallis paupertate laborantibus concedi debeat.*

15 *An hujusmodi statuta circa adjutoria pro filiabus maritandis à vassallis dominis præstanda de filiabus legitimis, vel etiam de naturalibus tantum, vel spuriis sint intelligenda?* & num. 16. & 17.

Quid in nefariis, vel incestuosis.

20 *Adjutoria hæc pro filiabus maritandis per vassallos dominis, superiorem non recognoscentibus debita pro naturalibus, & spuriis deberi, resolvitur.*

21 *Contrarium in Cathalonia servatur, ex speciali illius Principatus concordia.*

22 *Pater etiam spuriam, vel naturalem filiam alere, & dotare tenetur.*

23 *De alimentis ad dotem valet argumentum.*

24 *Subventio quotiès pro naturalibus filiabus maritandis debeatur, non tam magna, aut æqualis, ut pro legitimis, est præstanda.*

25 *Statutum circa hæc adjutoria pro maritandis loquens, an pro monachandis quoque intelligi debeat?*

26 *Quid si ex pacto, aut loci consuetudine maritandis præstetur?*

27 *Quid in Principibus superiorem non recognoscentibus?*

28 *De matrimonio carnali ad spirituale valet argumentum.*

29 *Contributio vassallorum pro Monachatu filiarum Domini, quotiès fieri debeat, an minor, magisque moderata, quàm pro maritagio sit facienda.*

30 *An tempore ingressus imponi debeat, vel professio sit spectanda?* & num. 31.

31 *Collecta pro filiabus maritandis imponenda, non solvitur per vassallos, quousque matrimonium consumetur.*

32 *Interest magis vassallorum, non solvere, quàm solutum repetere, professione non sequuta, vel matrimonio non consummato.*

33 *In Aragonum Regno solvitur ante nuptias, cum cautione, quòd intra annum matrimonium solemnizetur.*

34 Adju-

Digitized by Google

34 *Adjutoria hæc, sive donativa, ex statuto pro filiabus maritandis debita, an pro neptibus quoque debeantur?*

35 *An saltim requiratur non solum patris, sed etiam avi paupertas?*

36 *An pro pluribus neptibus debeatur? & n. 36.*

37 *Major ratio, sive urgentior necessitas parentibus resultat, ex pluralitate neptum, vel filiarum, quam ex una tantum.*

38 *An etiam pro sororibus quoque maritandis, vel monachandis præfata statuta intelligi debeant?*

Quid si sorores uterinæ tantum sint? dict. num. 38. in fin.

39 *An pro amitis?*

40 *Et si plures sint?*

41 *Intellige prædicta, ut hæc vassallorum donativa pro filiabus maritandis necessaria habeantur, si ita pauperes domini sint, quod ob paupertatem filias maritare non possint.*

42 *Intellige etiam, stante ipsarum filiarum, sororum, vel similium, paupertate, ut aliunde se dotare non valeant.*

43 *Quid si, licèt Domini parentes, eorumque filiæ maritandæ paupertate laborent, ipsæ tamen filiæ ita formosæ sint, ut ob pulchritudinem commode maritari possint, an adhuc vassalli ad prædicta adjutoria teneantur? & num. 44. cum seqq.*

44 *Pulchritudine ipsa, & decore fœminæ sat dotatæ videntur.*

47 *Contrarium, imò pulchritudinis dotem non satis congruam, ut alia mulieres non egeant, resolvitur: pulchritudinis dos est temporanea, non perpetua, sed necessario cum ipsa pulchritudine tempore peritura: ibidem.*

Soluto matrimonio per mortem viri, nihil penes viduam, unde se alere posset, remaneret: nec quidquam per ipsius mortem, soluta filiis legitima, superesset, dict. num. 47.

48 *Fœminas animi pulchritudine, pudicitia videlicet, aliisque virtutibus dotatas à prædictorum statutorum dote excludi, absurdum foret, & numer. 49.*

50 *An prædicta omnia, ut vassalli Dominos pro filiabus maritandis, & ex aliis causis, de quibus supra, adjuvare debeant, juxta superiora aliquorum Regnorum statuta, apud nos locum habeant, nostrique vassalli Dominos inferiores ex dictis causis subvenire debeant? & num. 51. cum seqq.*

51 *Refertur affirmativa sententia ex nostro Bobadill. aliisque Regnicolis,* & num. 52.

53 *Quod saltim de urbanitate vassalli ad id cogi debeant.*

54 *Contrarium indistinctè resolvitur, plenèque fundatur, num. 54. cum seqq.*

55 *Doctrina Feudistarum, quibus nostri Regnicolæ suam affirmativam sententiam fundare conantur, loquuntur juxta suorum Regnorum speciales constitutiones feudales, & consuetudines.*

56 *Iure communi attento, vassalli ad nulla donativa, vel adjutoria ex superioribus causis adstringuntur, & num. 57.*

58 *Apud nos nulla lege Regia donativa aliqua, vel adjutoria ex relatis causis per vassallos inferioribus dominis solvenda cavetur.*

59 *Nunquam apud nos in usu fuere, nec circa hoc consuetudo allegari potest.*

60 *Specialia aliorum Regnorum jura in feudis loquentia ad nostrum extendi non debent, maximè in re tam odiosa, & contra jus commune.*

61 *Statuta localia, aut leges municipales extra proprium territorium non sunt extendenda.*

62 *Nec consuetudines speciales locorum.*

63 *Vassallorum impositiones, ut nimis odiosæ, restringendæ.*

64 *In dubio pro libertate vassallorum contra Dominos judicandum.*

65 *De feudis ad majoratus, sive de feudatariis ad vassallorum Dominos, quando argui possit? & num. 66. cum seqq.*

66 *Non aliter valet hoc argumentum, quam si statutum in feudis juri communi conveniat.*

67 *Iura feudalia non habent vim legum, sed specialium consuetudinum, quæ ad alias materias, quam ad feudales, trahi non debent.*

68 *Intellige, nisi ex identitate rationis.*

69 *Diversa, & urgentiora ratio militat in vassallis feudalibus, quam in nostris Burgensaticis, ut ex specialibus statutis aliquibus oneribus, & donativis adstringantur.*

70 *Differentia inter vassallos feudales, & Burgensaticos ad plura, & ex n. 71.*

Burgensatici liberioris sunt conditionis, nec ita graviter, ut feudales suis dominis subiiciuntur, dict. n. 70.

71 *Possunt sine venia Dominum suum in judicium vocare, & plura remissivè num. 74.*

72 *Et eum inter census vectigalium adscribere, & numer. 73.*

Secus feudales, & etiam adscriptitii apud nos Solariegos, ibidem.

75 *Burgensatici subiiciuntur ratione tantum jurisdictionis, feudales ratione territorii, & num. seqq.*

Comprobatur aliquibus DD. authoritatibus non aliter vassallos, maximè Burgensaticos, his oneribus, & servitiis adstringi, quam ex Regia concessione, aut immemoriali consuetudine, dict. nu. 75. & ex num. 78. 80. & 84.

81 *Curandum valdè in hac re de immemoriali præscriptione in favorem Dominorum probanda.*

82 *Casu, quo juri feudorum circa hæc donativa, aut servitia solvenda, vel non, stare deberemus, habemus Hispani proprium jus feudale Partitar. quo ea clarè denegantur, & n. 83.*

Iure nostro Partitar. quæ servitia à vassallis feudalibus debeantur? ibidem.

84 *Iure nostro noviori Recopilat. hæc vassallorum donativa, sive impositiones improbantur, nisi immemoriali præscripta sint, cum num. seqq.*

86 *Iura nostra propria etiam si deficerent, ad viciniores Provinciæ, & sic ad Aragonum Regni jus, non ad Neapolitanum, aliorumve remotiorum feudistarum, esset recurrendum, & num. seqq.*

87 *Regni Aragonum vassalli Dominorum inferiorum Burgenses sunt, magisque, quam feudales, nostris correspondent.*

88 *Aragonum jure speciali, & praxi illius Regni ad nulla donativa, vel servitia vassalli ex prædictis causis suis dominis subiiciuntur, & numer. 89. & 90.*

91 *Idem apud nos de praxi, & consuetudine servatur, & num. 92.*

93 *Respondetur authoritatibus nostrorum Regnicolarum, aliorumque Doctorum, quibus Bobadilla contrariam sententiam fundat. cum num. seq.*

94 *Loquuntur omnes juxta superiora specialia jura feudalia, & Doctores feudistas, locorumque consuetudines, quæ in Germania, Italia, & aliis Provinciis circa hoc viget, ibidem, & numer. seqq.*

95 *Longius in his, quia pro miseris, pauperibusque vassallis, egimus, quorum gravaminibus misereri, semperque eos adjuvare, maximè Advocati, ex communi voto adstringimur.*

Pri-

1 PRimò igitur Baronibus, & vassallorum Dominis inferioribus hæc donativa, & annuæ præstationes præcisè per vassallos sunt solvenda, si id jure speciali, aut Regni constitutione ex aliquibus causis caveatur, ut in Regno Neapolitano statuitur *in constit. Quam plurimum, & in constitut. De Comitibus* in quibus specialiter pro filiabus maritandis, terra emenda, militia filii, vel fratris feudatarii, & etiam pro Domino à captivitate redimendo, & pro serviendo in bello justo, Regi, hæc donativa, seu adjutoria feudi Dominis inferioribus vassalli solvere tenentur, ut docent Andr. de Isern. latè Afflictis, & communiter Feudistæ Neapolitani *in dict. constitut.* & ut alios antiquiores omittam, pluribus congestis specialiter ad rem Vincent. de Franch. *decis.* 42. ubi plurib. Addent. & novissimè ibidem Ioann. Bapt. Luca, Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 20. *à num.* 26. Molfesius *in commentar. ad constitut. ejusdem Regni, part.6. de jur. dot. quæst.4. numer.17. cum seqq.* Ioann. Maria Novar. *de*
2 *gravam. vassallor. tract.* 1. *gravam.* 4. *tot.* † Vbi quod extra dictos casus in dictis constitutionibus specificatos, ad nullas alias contributiones vassalli teneantur, & idem Novar. *in pragmat. Regn. Neapolitan. in rubr. de Baron. pragm.* 1. *à n.*1. Andr. Capan. *de jur. adhoa, q.* 16. *à nu.*9. Donat. Anton. Marin. *in observat. decis.* 505. *nu.*1. *&* 2. & ex nostris idem ex dictis constitutionibus docet cum aliis Fontanell. *de pact. nuptial. claus.5. gloss.4. nu.* 22. de quo infr. in nostris vassallis, & Dominis.

3 Et specialiter in redemptione Domini, quod pro ea vassalli in Regno Neapol. contribuere teneantur, ex dictis specialibus constitutionibus, pluribus relat. Nicol. Boer. *decis.*126. *num.*10. Novar. *dict. pragmat.* 1. *nu.* 5. *& dict. gravam.* 4. *numer.* 5. ubi in fin. plures congerit.

4 Et idem pro filia maritanda, ut pauperi Baroni per vassallos divites in dicto Regno subveniatur, si aliter ob paupertatem eam maritare non possit, *ex dict. consti-*
5 *tut. Quam plurimum.* † Et ex similibus juribus specialibus aliarum Provinciarum docent in hoc casu plura de materia ad alias quæstiones congerentes, Afflict. *dec.* 265. *num.*55. Vincent. de Franc. *dict. decis.*42. ubi plur. Addent. Camill. Boterll. *de præstant. Reg. Catholic. c.*20. *n.*35. & novissimè multos referens Novar. *de gravamin. tract.*1. *dict. gravam.* 4. *num.*5. *& in pragmat. Regn. Neapol. in rubr. de Baron. à num.*6. *& cum aliis* Giurb. *ad constitut. Messan. cap.3. gloss.3. à num.*2. & ex speciali statuto Burgundiæ idem docet Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.*1. §.4. *verb. Mariage.*

6 Quod intellige, ut non solùm pro prima, vel unica filia maritanda, stante dicto statuto, vassalli Dominum adjuvare, teneantur, sed & pro secunda, & ulterioribus, Franch. *decis.*215. *num.*13. *& decis.* 306. *à num.*13. ubi cum multis Addent. Boer. *decis.* 129. 130. *&* 131. imò major ratio in pluribus, quam in una filia concurrit; cum magis ex pluribus parentis inopia, & necessitas excrescat, ut rectè considerat Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *super pragmat.* 1. *num.*84.

7 Et in consuetudine, aut statuto simpliciter pro filia maritanda in singulari, vel pro filiabus loquente, quod etiam in omnibus intelligi debeat, optimè Tiraquel. *de primogen. quæst.*70. Rossenthal. *de feud. cap.* 5. *quæst.*
8 79. *litt.C.* † Licèt contra si ex conventione talis subventio pro filia maritanda in singulari sit promissa, ut infra dicam.

9 Sed quidquid in donativo sive adjutorio ex conventione debito dicendum sit ob majorem conventionis restrictinem, in statuto in singulari pro filia, videlicet, loquente, quòd ad omnes extendatur, resolvunt ultra relatos, Ricc. *collect.* 1324. Ioann. Maria Novar. *in pragmat. Regni Neapolit. in dict. rubr. de Baron. pragmat.* 1. *num.* 21. licet contrarium, imò quod pro prima dumtaxat filia intelligatur, tentare voluerit Guid. Pap. *decis.* 57. *in fin.* argumento text. *in leg. boves*, §. 1. *ff. de verb. signific.* ex quo, vulgariter jactatur, sermo simpliciter prolatus pro prima tantum vice intelligi debeat, quem etiam sequitur Chassan. *in consuet. Burgund. dict. rubric.* 1. §.4. *à num.*1.

Sed, his non obstantibus, à priori sententia non est recedendum, stante statuto de filiabus, aut de filia in singulari loquente; quia in omnibus æqualis ratio invenitur, & sic statutum singulariter loquens non taxativè est intelligendum; sed potiùs demonstrativè, argumento text. *in l. itaque, ff. pro socio*, optimè Tiraqnell. *de primogen. dict. quæst.*70. Ricc. ad Franch. *in dict. dec.*306. Capiblanc. *de Baron. tom.*1. *super pragmat.* 1. *numer.* 84. 10
† Nisi expressè taxativè in una tantum filia loquatur, de quo casu intelligi debet, Chassan. *ubi suprà*, qui loquitur, stante in suo statuto Burgundiæ dictione, taxativè de una filia tantum, ibi: *De une fille tan seulement.* 11

Pro qua opinione in favorem filiarum resolvit quoque noviter Ioann. Bapt. Thor. *in compend. dec. part.* 1. *verb. Adiutorium an debeatur, fol.*22. ubi in Consil. Neapolit. pro omnibus filiabus decisum refert. 12

Et quod magis est, etiam si in uno anno plures filias Baro maritaverit, vel plures alii diversi casus harum subventionum ex dictis constitutionibus in uno anno contigerint, idem Thor. *part.2. compend. verb. Adiutorium* 13
*debitum à vassallis, fol.*8. † qui tamen benè subdit, aliquam in hoc casu dilationem ad solutionem vassallis concedi debere, stante ipsorum paupertate, sequitur Horat. Barbat. *de divis. fruct. p.*1. *c.*14. *nu.*69. *&* 97. & idem infra in nepotibus, sororibus, & amitis dicam *à num.*34. *&* 38. *& num.*39. *&* 40. 14

An autem hæc de adjutorio pro filiabus maritandis à vassallis ex statuto speciali necessariò Baroni, vel Domino inferiori præstando, intelligi duntaxat debeat in filiabus legitimis, non vero si naturales tantum sint, vel spuriæ, ut in his adhuc adjutoria hæc, sive donativa necessaria non reputentur, sed imò voluntaria censeantur, & consequenter fructus feudi dici, non debeant, si fortè per vassallos aliquando fuerint præstita? dubitant aliqui DD. & quod pro legitimis tantum statutum intelligatur, tenet expressè contra naturales, vel spurias Conet. *in cap. si aliquem*, §. *Ad illam*, *num.*2. *&* 10. & ex eleganti doctrina Alberic. de Rosat. *de statut.* 1. *part. qu.* 49. incipit, *item supposito statuto*, Iacob. de Sanct. Georg. *in tract. feudal. fol.*27. *col.*3. *vers. Sed restat, & vers. Quidquid investiti*, & contra incestuosas Boer. *dec.* 127. *num.*4. 15

Sed contraria opinio est verior, & communior, ut etiam pro spuriis, & naturalibus filiabus maritandis, dictis statutis, aut consuetudine stantibus, vassalli Baronibus aliunde non habentibus, subvenire debeant. 16

Pro qua sententia resolvunt in Dominis, & Baronibus inferioribus in terminis prædictorum statutorum simpliciter de filiabus loquentium, idem Boer. *dec.* 130. Ricc. *collect.* 1324. Martin. Laudens. *in cap.* 1. *an apud jud. vel cur. domin. quæst. de feud.* & idem docent sic intelligendi Schrader. *de feud. part.*6. *cap.* 6. *num.* 102. Marin. Frecc. *de subfeud. lib.*2. *author.* 2. *qu.* 3. Petr. Gregor. *de concess. feud. part.*7. *quæst.*8. *num.*7. Intrigliol. *de feud. centur.* 2. *art.*93. *num.*93. Capiblanc. *de Baronib. pragmat.*1. *num.*81. & ex Giurb. Intriglio. & aliis feudistis tenet noster Valasc. *de privileg. pauper.* 17
*part.*1. *dict. quæst.*18. *ex num.*15. *cum seqq.* † Qui tamen, licèt indistinctè in hoc casu, & aliis ex superioribus loquatur, intelligi debet juxta DD. Feudistas ab eo relatos, ut ejus doctrina, & ampliationes solum procedant in Regno Neapolitano, aliisve Provinciis, in quibus ob constitutiones, & jura specialia, & feudales locorum consuetudines, de quibus supra, hæc adjutoria pro filiabus maritandis, & ex causis superius in princip. hujus Capit. relatis per vassallos Baronibus exsolvuntur, non vero apud nos, nec ubi talia jura specialia, 18

vel

vel consuetudines deficiunt, ut plenius dicam, & resol-
vam infra in hoc §. *ex n.92.*

19 Quid autem in nefariis, vel incestuosis filiabus, an
pro eis quoque dotandis vassalli ex dictis statutis tenean-
tur? videndi Jacob. de Sanct. Georg. *in loc. citat.* Boer.
decis.127. ex num.4. Menoch. *de arbitr. cas.179.*

20 Sed prosequendo superiorem ampliationem, ut jura,
vel constitutiones speciales loquentes circa nostra do-
nativa, seu adjutoria pro filiabus maritandis à vassal-
lis Dominis inferioribus præstanda, in filiabus quoque
naturalibus, & spuriis intelligi debeant, optimè
confirmari potest exemplo Dominorum superiorem
non recognoscentium, quibus etiam, sicuti pro filia-
bus legitimis maritandis collectam vassallis imponere
licet, ita & pro naturalibus, & spuriis; tenet cum mul-
tis Sesse *de inhibit. cap.4. §.7. à num.3.* quem sequi
videtur Fontanel. *de pact. nuptial. clauf.5. gloss.3. nu.*
21 *23. & 24. in fin.* † (Licet contrarium in Cathalonia
servari asserat *in num.53.* ob illius Principatus specia-
22 lem concordiam) † cujus conclusionis ratio est in com-
perto, quia videlicet pater etiam spuriam, aut natura-
lem filiam alere tenetur, *cap. cum haberet, de eo qui du-
xit in matrim.* ubi Barbos. & repetentes, & consequen-
ter dotare, ut cum pluribus docet Giurb. *ad consuetud.*
23 *Messanens. cap.3. gloss.3. part.1. à numer.12.* † Nam de
alimentis ad dotem valet argumentum, Everard. *in loc.
legalib. loc.29.* Lara *in l. si quis à liberis, §. Idem judex,
num.24. cum seqq. ff. de liber. agnoscend.* Sanchez *de ma-
matrim. lib.4. disputat.26. num.1.* & cum aliis docet Bar-
bos. *in loc. commun. loc.7.* & ad rem Chassan. *in consue-
tud. Burgund. dict. rubr.1. §.4. verb. Mariage*, Giurb. *d.
gloss.3. num.30.*

24 Unum tamen nota, quòd subventio pro spuriis, &
naturalibus filiabus maritandis, quoties ex prædictis, aut
similibus statutis solvi debeat, non tam magna, aut
æqualis est præstanda, quam ea quæ pro legitimis solvi-
tur, ut benè advertit Chassan. *in consuetud. Burgund. ru-
bric.1. §.4. in verb. Mariage de une fille, vers. Sed juxta
hoc quæritur, num.7.* Boer. *decis.127. num.7.* Ayell. *de
de jur. adhoa, num.31.* Ursil. ad Afflict. *decis.265. num.
56.* Capiblanc. de Baronib. *tom.1. super pragmat.1. ex
num.103.*

25 An verò similiter pro filiabus monachandis adjutoria
hæc vassallorum necessaria sint, stante statuto in mari-
tandis loquente? resolve breviter, quòd sic, ut in di-
cto statuto Burgundiæ tenet Chassan. *dict. §.4. verb. Ma-
riage, num.4. in dict. constitut. Quam plurimum*, Afflict.
decis.348. Ricc. *collect.65. & in dict. collect.1324.* opti-
mè Vincent. de Franch. *decis.24.* ubi Amendol. *num.1.
& decis.215.* ubi idem Amendol. *num.9.* Petr. Gregor.
*de dot. deperag. q.13. n.5. & de feud. par.7. quæst.8. à num.
5.* Pater Molfess. *ad constit. Neapolit. part.6. quæst.4. nu.*
26 *13.* † Quia de matrimonio carnali ad spirituale valet
argumentum, *authent. nisi rogati, Cod. ad Trebellian.
cap. penult. & ult. de translat. Prælator.* plures conge-
rens August. Barbos. *in loc. commun. loc.70.* & in nostro
casu, ad aliaque plura latè Intrigliol. *dict. artic.93. num.
89.* Franch. *dict. decis.42.* Cancer. *3. tom. variar. cap.11.
num.213.* Pater Sanchez *de matrimon. lib.1. disp.33. nu.
31. in med.* Valasc. *de privileg. pauper. part.1. quæst.38.
ex num.5. cum seqq.* Joann. Bapt. Thor. *in compend. decis.
litt. A. verb. Adjutorium 4.* Giurb. *ad Messan. cap.3. glos.
3. p.1. n.25.*

27 Qui hoc amplius, stante pacto, aut loci consuetudi-
ne hujus subventionis pro maritandis filiabus præstandæ,
id etiam pro Religionem ingredientibus extendi debere
ait; sequitur Fontanel. *dict. clausul.3. gloss.4. à numer.4.*
28 † Qui in Principibus, ac Regibus superiorem non re-
cognoscentibus loquitur in quibus etiam cum aliis Do-
minic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. part.3. cap.1.
à num.11.*

29 Quibus tamen adde, quod similiter in hoc casu, ut
in superiori, minor, & magis moderata erit contributio,
cum pro monachatu tanta dote opus non sit, ut notat
Fontanell. *supra num.57.* Grammat. *decis.88.* Afflict. *dec.
136.* & ibidem Ursilis *n.4.* Capiblanc. *de Baron. tom.1. su-
per pragmat.1. ex n.102.* Dominic. Tasson. *in pragmat. de
antefat. vers.3. observat.4. num.46.* ubi refert decisum,
& idem animadvertunt Franch. Giurb. & plures ex su-
pra relatis Joann. Maria Novar. *in pragmat. Regni Nea-
pol. in rubr. de Baron. pragm.1. num.31. & de gravamin.
vassall. tract.1. gravam.6.* & ex Giurb. & aliis Feudistis
Pater Molfes. *in consuet. Regn. Neapol. part.6. dict. quæst.
4. num.16.* † Ubi quod hæc contributio non tempore 30
ingressus, sed professionis imponi debeat, pro quo
est elegans decis. Franch. *42.* ubi Addent. quia interest
potius vassallorum, non solvere, quam solutum repete-
re, si postea professio non sequatur, juxta text. *in l.3. ff.
de compens.* & text. ita intelligend. *in l.49. §. Si Titio,
vers. Sed si testator, ff. de legat.1. l.11. ff. de liberat. le-
gat.* † Quod etiam servari debet juxta Novar. cum aliis, 31
de gravam. tract.1. gravam.6. tot. in collecta pro filia-
bus maritandis, ut non antea solvatur, quam matrimo-
nium consumetur, Anna *singul.13.* Franch. & Dominic.
Tasson. Novar. Molfes. & alii *in loc. citat.* qui conve-
niunt, matrimonii consumationem, & monachatus
professionem sequutam esse debere, ut hæc adjutoria vi-
gore prædictarum specialium constitutionum per vassal-
los solvantur, & ad omne Fontanel. *d. clauf.5. gloss.4. nu.
54. & 55.* † In Aragonum autem Regno solvitur ante 32
nuptias, cum cautione tamen, quod intra annum matri-
monium solemnizetur, Sesse *de inhibit. c.4. §.7. nu.2.* &
Fontan. *ubi supra.*

Quibus etiam adde, hujusmodi adiutoria ex præfatis 33
statutis in filiabus loquentibus similiter etiam in nepti-
bus necessaria esse, ut communiter resolvunt Molfes. *ad
constitut. Neapol. par.6. dict. quæst.4. num.13.* Ricc. *dict.
collect.65. & 1324.* Petr. Gregor. *dict. quæst.8. n.9.* Ma-
strill. *decis.1. n.7.* Fontanel. *d. gloss.4. n.59.*

Quod optimè intelligit Franch. *decis.215. num.2. &* 34
3. stante paupertate non solùm ex parte avi, sed ex parte
patris, vel isto mortuo, quo casu onus dotandi ad avum
spectat, idemque docet Giurb. *ad consuetud. Messan. d.
c.3. glos.3. n.23.*

An autem pro pluribus etiam neptibus adjutorium 35
hoc necessarium sit, ut in pluribus filiabus diximus? ne-
gat Giurb. ubi proximè *num.26. in fin.* pro cujus confir-
matione refert Franch. *dict. dec.215.*

Sed certè indistinctè, statuto de filiabus maritandis lo- 36
quente, sicuti non solum de prima, sed de omnibus in-
telligendum est, ut supra dixi *num.6.* ita etiam de omni-
bus neptibus intelligi debet, quia & in omnibus eadem
ratio, & necessitas alendi, & dotandi in avo invenitur,
† imò & major necessitas ex pluralitate neptum resul- 37
tat, & hanc opinionem, ut veriorem tenent Pat. Molfes.
in constit. Neapolit. part.6. quæst.4. num.22. Joann. Ma-
ria Novar. *ubi supra nu.26.* Ioann. Bapt. Thor. *in d. verb.
Adjutorium, col.2. in fin. fol.22.* & plures ex relatis ad di-
ctum casum filiarum, qui, & in pluribus neptibus lo-
quuntur, nec ad unam tantum se referunt; nec obstat
Franch. pro contraria per Giurb. relat. quia potius pro ista
resolvit *à n.6.11. & 13.*

Item hæc adjutoria ex dictis statutis in filiabus mari- 38
tandis loquentibus pro sororibus etiam necessaria esse, ut
eodem modo vassalli, qui ex statuto, aut consuetudine
Dominis pro filiabus maritandis adjuvare tenentur, si-
militer pro sororibus maritandis, vel monachandis id fa-
cere debeant, communiter resolvunt Vincent. de Fran-
ch. *decis.73.* ubi plures cumulant Addentes, & ex Iser.
Afflict. & aliis Frecc. *de subfeud. lib.2. authorit.2.* Mol-
fes. *ad consuet. Neapolit. dict. quæst.4. num.17.* cui opinio-
ni assentire videtur Chassan. *in consuet. Burgund. rubr.
1. §.4. num.8.* ex eleganti consilio Alexand. *35. volum.2.*
Ricc. *dict. collect.65. & 1324. ampliat.7.* Petr. Gregor.
de concess. feud. p.7. q.8. n.11. Ioann. Bapt. Thor. *in com-
pend. decis. litter. A. verb. Adjutorium*, Fontanell. *de*

pact.

pact. nupt. clauf. 5. gloff. 4. num. 58. ubi quid in Cathalonia, Ayel. *de jur. adhoa, num.* 30. Novar. *in pragm. Regn. Neapol. in rubr. de Baron. pragm.* 1. *n.* 22. *&* 27. ubi decisum refert, & idem *de gravamin. vaſſall. gravam.* 4. *n.* 5. & ex Camill. Borrel. Giurb. *ad conſtit. Meſſan. d. cap.* 3. *gloff.* 3. *p.* 1. *n.* 60. ubi etiam ſi ſorores uterinæ tantum ſint, niſi alii fratres utrinque conjuncti exteot, ad quos onus dotandi tunc ſolum ſpectare, ait.

39 Et quod etiam procedat in amita, idem ex dict. conſtitut. *Quam plurimum*, docet Novar. *dict. pragmatic.* 1. *n.* 6. *& d. gravam.* 4. *n.* 5. ubi plures in fin. refert.

40 Et non ſolum pro prima, ſed & pro ſecunda ſorore, & ulterioribus, necnon, & pro pluribus amitis, ut ſupra in filiabus dictum remanet, Novar. ubi proximè, Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *ſuper dict. pragm.* 4. *num.* 84. Horat. Barbat. *de diviſ. fruct. part.* 1. *cap.* 17. *numer.* 71. *in fin.*

41 Quæ omnia generaliter intellige, ſi ita pauperes Domini ſint, ut ob paupertatem filias, & ſupra relatas maritare non poſſint, ut tenent ferè omnes ſuperius relat. *à num.* 4. *& ſeqq.*

42 Item intellige ſtante etiam ipſarum filiarum paupertate, ita quod aliunde ſe dotare non valeant, ut poſt Bartol. Bald. & alios benè animadvertit Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 1. §. 1. *in verb. Mariage d'une fille, verſ. Sed juxta hoc queritur, n.* 7.

43 Sed pulchrè ob pulchritudinem dubitari poteſt, quid dicendum ſit, ſi licet Domini ob paupertatem filias, ſorores, aut amitam maritare poſſint, nec ipſæ eadem paupertate laborantes dotem ſibi conſtituere valeant, ſint tamen ita formoſæ, ut ob decorem, & pulchritudinem commodè poſſint maritari, an adhuc vaſſalli prædictarum conſtitutionum, vel conſuetudinum ſpecialium locorum vigore pro earum dotibus collectari debeant?

44 In quo dubio hucuſqoe per DD. non tractato, prima facie videbatur, dicendum, vaſſallorum obligationem ex dictis conſtitutionibus mente ipſarum attenta ceſſare; nam eo tantum tendunt, & earum mens ea duntaxat eſſe videtur, ut ſcilicet Dominorum, ſeu Baronum pauperum maritandi, ſeu dotandi ſuas filias impoſſibilitatem tollant, cum autem huic impoſſibilitati, & difficultati maritandi in noſtro caſu per naturam ſubveniatur, qoia ſi pulchræ filiæ, aut ſorores ſint, ſat dotatæ ipſa pulchritudine cenſentur, conſequenterque etiam vaſſallos à prædicta ſubventione relevari debere, videtur dicendum, utpotè cauſa, & ejus neceſſitate ceſſante.

45 Quibus tamen noo obſtantibus, re melius perpenſa, contrarium verius exiſtimo, imò quod ex dictis conſtitutionibus etiam pro filiabus pulchritudine dotatis, maritandis, vaſſalli Baronibus pauperibus ſubvenire debeant.

46 Primò, quia & ſi pulchritudine dotatæ videri, poſſint, ut vulgariter dici, ſolet, id tamen non verè, & congruè eſt intelligendum, ut alia dote non egeant; nam ut experientia compertum eſt, mulieres non ſolum ob pulchritudinem, ſed & propter divitias plerumque quęri, ſoleot.

47 Secundò, quia & ſi ſupponatur, ob pulchritudinem æquè, ad divites Baronum filias maritari, poſſe, adhuc tamen in hoc caſu ſubventionem deberi, cenſeo ex dictarum conſtitutionum mente; Nam ea rectius conſiderata, non ſolum Baronibus pauperibus ſubvenitur, ut matrimonio filias ſuas collocent, ſed etiam ipſis filiabus, ut videlicet, eis congruas dotes parentes præſtare poſſint, unde ſe alere, valeant, ſuiſque liberis in poſterum relinquant; quare licet ob pulchritudinem valeant, maritari, non tamen ideo menti ſtatuti ſatisfactum cenſetur, cum adhuc congruenter dote perpetua dotatæ dici, non poſſunt, ſed omninò temporanea, & neceſſario tempore peritura, & abſque aliqua reſtitutionis ſpe, ſi forte matrimonium alicujus morte diſſolvatur, nam ſi viri morte ſolvi, contigerit, vidua omninò pauper, & indotata remanebit, nec unde ſe alat habere poterit, nec dotem, qua in poſterum nubere poſſit, maximè jam deflorata, & tempore prima pulchritudinis dote amiſſa: ſi vero per ipſius fœminæ obitum matrimoniom extinctum maneat, nulla etiam dotis reſtitutio filiis ſupererit, unde ſe alere, & vivere poſſint.

Tertiò ab abſurdo vitando pro iſta noſtra opinione argui poteſt; quia ſi oulla cootributio, aut dos deberetur pro filiabus, quæ ob pulchritudinem maritari poſſent ex eo, quod in eis dotis neceſſitas, ut congruè nubant, ceſſare videatur, ita ſimiliter idem dicendum eſſet in eis, quæ animi pulchritudine, pudicitia, videlicet, aliiſque virtutibus ornatæ congruentius dotatæ inveniuntur, ita ut facilius nuptui tradantur, pro quibus etiam conſequenter oulla ſubventio, aut contributio fieri debere, dicendum eſſet, nec in ſtatuto, aut diſpoſitione pro puellis pauperibus maritandis dotem præſtari jubente, eſſe comprehenſas, quo certè nullum majus abſurdum excogitari poſſet, ut quæ pudicitia, cæteriſque virtutibus omnes præcedunt, non etiam omnibus circa hoc præferantur, & quod magis eſt, ut quod omnes abſque alicujus virtutis fulgore habent, iſtis non ex alia cauſa, quàm propter ipſarum virtutes contra omnem rationem, & æquitatem naturalem denegaretur, quod nec hucuſque audivi, nec quiſnam dicere audebit, cum expreſsè contra mentem eſſet horum ſtatutorum diſponentium pro filiabus, aut virginibus maritandis, qoorum ea præcipua mens, & voluntas præſumi debeat, & plerumque exprimi, ut pro puellis non ſolum pauperibus, ſed & virtutibus ornatis intelligatur. 48

Quare de bac pulchritudinis, aut virtutibus dote nihil quoad dicta ſtatuta, & diſpoſitiones eſt curandum; ne etiam aliàs, cui natura plus favit, miοus nos favere videamur. 49

Hæc de exterorum Regnorum ſtatutis, aut legibus municipalibus circa noſtra donativa, ſive adjutoria ex prædictis cauſis per vaſſallos Baronibus neceſſariò præſtandis: videamus jam quid circa hoc jure noſtro Regio, ſervari debeat? quo attento primò, & principaliter, & utiliter ad praxim dubitari poteſt, an ex prædictis cauſis nimirum pro filiabus maritandis, Domino ab hoſtibus capto redimendo, & ex aliis quas ſupra retuli *à num.* 4. *& ſeqq.* apud nos divites vaſſalli pauperibus Dominis inferioribus ſubvenire teneantur, & ex iſtis rationibus collectę, aut donativa per oppidorum Dominos vaſſallis imponi, aut exigi valeant? 50

In qua quæſtione pro noſtris vaſſallorum Dominis, jure etiam Regio inſpecto, ſive apud nos, partem affirmativam tenet Bobadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. ubi licet *in num.* 117. regulariter nullum tributum per Dominos vaſſallis imponi poſſe, dixerit loquens in muneribus, vel donativis, quæ inferiores Domini tempore Paſchatis, vel filiorum, ipſorumve nuptiarum, aut ex aliis cauſis à vaſſallis extorquere ſolent, quæ omnia nullo jure Dominis deberi reſolvit, Bobadill. *in num.* tamen 162. ejuſdem *capit.* contrarium tenet in prædictis cauſis pro filiabus nempe maritandis, terra vel aliqua dignitate, ſive ſtatu emendo, & aliis quæ referuntur *in dict. conſtit. Regni Neapolitan. Quam plurimum, & Conſtitut. de Comitib.* quas etiam exprimit Bobadill. ex quibus vaſſallos, ſi divites ſint, ſubvenire Dominis egenis teneri docet, pro cujus reſolutionis confirmatione refert Bobadil. Chaſſan. in conſuet. Burgund. Papon. Annan. Petr. Antibol. Marin. Frece. & alios ex Feudiſtis. 51

Et eamdem ſententiam procedere apud nos dicunt, licet nullus eam diſputet, nec aliquam de ipſa dobitationem faciant, Villadieg. *in polit. cap.* 5. §. 24. *num.* 3. Aviles *in capit.* 2. *Pretor, gloſſ. de mercaderia, num.* 14. qui loquitur ſtante illa feudiſtarum cauſa, pro redemptione; nempe Domini ab hoſtibus capti, quod ex hac cau- 52

ſa

Digitized by Google

sa vassalli contribuere debeant, idemque docet ex Can-
cer. Sanchez, & alus Feudistis Valasc. *de privileg. pauper.*
53 *part.1. quæst.38. à num.15. & 18.* † Et quod similiter
ex dictis causis, quas supra tradidimus saltim de urbani-
tate vassalli ad istas contributiones cogi debeant, te-
net nullo tamen ex dictis relato, Balmassed. *de collect.*
q.4. num.2.

54 Sed quidquid apud nos hanc opinionem tanti DD.
procedere sentiant, nunquam tamen mihi eorum pace,
placuit, nec placere debet, imò ultra omnes noviter
eam falsam, & contra expressas juris nostri Regni deci-
siones demonstrabo.

55 Et in primis non negabo, prædictam Feudistarum re-
solutionem in qua Bobadill. & alii ex nostris Regnicolis
suam sententiam fundant, ut vassalli feudales ratione
feudi suis dominis ex dictis causis subvenire, cogantur
apud Feudistas, & præcipuè in Regno Neapolitano ve-
rissimam esse: sed non ideo statim, jure nostro attento,
idem procedere dicendum in nostris Dominis vassallo-
rum, ut feudistarum hac doctrina decepti tenent Boba-
dill. & DD. supra relati; quia id in feudis ex specialibus
Provinciarum juribus, & consuetudinibus, *ut superius*
diximus, procedit maximè in Regno Neapolitano ex di-
ctis constitutionib. *Quam plurimum*, & Constitut. *de*
Comitib. ut docent optimè ad rem Andr. Capan. *de jur.*
adhoa, dict. quæst. 16. à num.9. Ioann. Maria Novar. *de*
gravamin. vassallor. tractat. 1. gravam. 4. tot. & num.5.
56 † In quibus quod ultra prædictos casus, in his constitu-
tionibus expressos ad nulla alia servitia vassalli etiam feu-
dales teneantur, quia jure communi attento, ab omni
servitio, & gravamine immunes sunt, eleganter docet
quoque Marin. *in observat. ad decis. Revert.* 505. *num.1.*
& 2. & dixi *supra ex n.2.*

57 Quare juxta hæc non aliter vassallorum nostri, vel
alii Domini ista adjutoria, aut donativa prætendere,
poterunt, quam si speciali jure, aut legitima consuetu-
dine Provinciæ cautum, seu introductum sit,

58 Cum autem jure nostro Regio, nihil specialiter circa
hæc gravamina in favorem nostrorum Dominorum infe-
riorum caveatur; nullam enim legem, aut jus nostrum
speciale Bobadill. & cæteri Regnicolæ supra citati de-
59 monstrant; † nec itidem consuetudine hujus Regni do-
nativa ista sint recepta; imò apud nos ferè in totum in
desuetudinem abierunt, vel potius nunquam in usu fue-
re; non est ergo cur ea admittere debeamus.

60 Nec etiam admitti debent, ob specialia aliorum Re-
gnorum jura in feudis loquentia, maximè in re tam
odiosa, ut in his vassallorum gravaminibus, quorum
impositio contra naturalem, & juris communis liberta-
tem sine dubio tendit, ut testantur D. Covarruv. *in cap.*
officii, num.1. de testament. & Ioann. Maria Novar. *de*
gravamin. vassall. tract.1. gravam.8. num.7. Marin. ad
Reverter. *d. observ.505. num.2.* quo casu prædictarum
constitutionum extensionem nullo modo admitti debe-
re, asserunt optimè Marin. ubi proximè, & Novar. *d.*
gravm.4. n.1. & 5. & dict. gravam.8. num.7. nec ex iden-
titate rationis, Vincent. de Franch. *decis.42. numer. fin.*
61 † Sicuti, ut nec alia quælibet statuta localia, aut leges
municipales extra proprium territorium extendi possunt,
tenent communiter *ex leg. fin. ff. de jurisdict. omn. judic.*
Alderan. Mascard. *de statut. conclus.6.* ubi latè per tot.
& cum aliis Noguerol. *allegat.36. à num.38.* Cyriac. *tom.*
62 *1. controv.140. à num. 10. & 14.* † Ubi quod nec con-
suetudines speciales locorum extra propria loca exten-
dantur.

63 Imò has impositiones, ut nimis odiosas, quantum
possit, restringendas, docent D. Covarruv. *in dict. cap.*
officii, num.1. & lib.1. variar. cap.17. num.3. vers. Sic
sane, ubi plures cumulat Faria, & ipse Bobadill. *in dict.*
64 *cap.16. num.163.* † Quare in dubiis in istis gravamini-
bus pro libertate vassallorum contra Barones judicari
debere, monet Ioann. Maria Novar. *de gravamin. vassal-*
lor. tract.1. gravam.9. per tot.

Nec pro opinione Bobadill. id facere potest, quod de 65
feudis ad majoratum, vel quod idem est, de feudatariis
ad nostros vassallorum Dominos argumentum desumi
solet, ut constat ex D. Molin. *de primogen. lib.1. cap.7. à*
num.1. ubi plures Addent. & cum aliis Castil. *tom.6. contr.*
cap.141. n.12.

Quia doctrina hæc, & argumentum tantum procede- 66
re debet, quoties in feudis decisum juris communis re-
gulis non repugnat, secus vero si speciali jure, aut con-
suetudinibus feudalibus cautum contra jus commune sit,
ut optimè resolvit, & declarat idem D. Molin. *dict. cap.*
7. à num.5. D. Covarruv. *lib.2. variar. cap.18. numer.1.*
ubi Faria, Henric. Rossenthal. *de feud. cap.2. conclus. 11.*
num.2. Castill. *dict. cap.141. num.12.* & alii per Barbos.
in loc. communib. loc. 47. numer. 1. † Quia jura feudalia 67
non habent vim legum, sed specialium consuetudinum,
quæ ad alias materias, quam ad feudales trahi non de-
bent, ut ex feudistis notant D. Molin. *supr. nu.5.* & DD.
proximè relati.

Et licèt hanc resolutionem D. Molin. & DD. supra re- 68
lati, & alii ex nostris frequenter limitent, eadem ratio-
ne in majoratibus, ac in feudis concurrente, quo ca-
su omnes ex identitate rationis extensionem admit-
tunt,

Hæc tamen limitatio in nostro casu locum habere ne- 69
quit, quia nec rationis identitas concurrit, imò in feu-
dorum vassallis diversa datur, & urgentior ratio ad di-
ctas contributiones, quæ in vassallis Dominorum infe-
riorum hujus Regni considerari non potest: † Inter 70
hos enim magna est differentia; nam hujus Regni vassal-
li, qui Burgenses solent appellari, liberioris sunt con-
ditionis, quam feudatarii, nec ita graviter suis Domi-
nis subiiciuntur, Cancer. *tom.3. variar. resolut. cap.10.*
num.28. eleganter ad rem Parlador. *different. 145. §.1.*
à num.11. † ubi quod Dominum in judicio absque venia 71
vocare possint, Boer. *decis.271. num.3.* eumque nobili-
tate carentem inter census vectigalium adscribere, ut ip-
se Parlador. notat *à n.11.*

Quapropter ex his rationibus nostros vassallos Bur- 72
genses non ita ad Domini juvamen adstringi, ut feuda-
tarii, seu adscriptitii apud nos Solariegos, de quibus in-
fra dicam, qui omnia dicta contra Dominum facere non
possunt, quem potius in omni casu adjuvare tenentur,
ut mirabiliter docet ad rem Parlador. *ubi supra*, qui ita
intelligit Ioann. Gutierrez, & Garziam indistinctè ne-
gantes, Dominos per vassallos in census libello adscribi
non posse, & meritò cum & Guid. Pap. *decis.385.* quem
solùm pro sua opinione Gutierrez allegat, & Tiraquell.
de nobilitat. q.7. relatus per Garz. *de nobilit. gloss.18. nu.*
56. in vassallis feudatariis loquuntur, & ipse Garz. loqui-
tur etiam in vassallis Solariegos.

Vltra quos tamen indistinctè loquentes, & præfatam 73
ad lites veniam requiri negantes, videndi Gloss. *magi-*
stral. in c.1. de milit. vassall. quam sequuntur ibi commu-
niter Feudistæ, Alexand. *in l. generaliter, ff. de in jus vo-*
cand. & alii ex antiquior. relat. per Roland. à Vall. *cons.*
18. col.1. vol.2. Vrsil. ad Afflict. *dec.265. n.28.* Polydor.
Rip. *in suis observation. observ. 39.* Peregrin. *de jur. Fisc.*
lib.7. tit.3. n.2. qui alios pro contraria refert, Cancer. *tom.*
3. variar. c.13. n.290.

Et hanc etiam differentiam inter vassallos feudatarios, 74
& nostros Burgenses eleganter ad rem tradit Gregor. Lo-
pez *in l.6. tit.25. gloss.2. p.4.* ubi nostros ratione tantum
jurisdictionis subditos appellat, cæteros vero ratione
feudi, vel terræ, quam à suis Dominis tenent: qua dif-
ferentiæ ratione, ne nostri vassalli Burgenses, sive ratio-
ne jurisdictiones subditi, ad aliqua donativa, vel onera
Dominis adstringantur, ita mirabiliter concludit noster
doctissimus Gregor. *Et quidquid sit in vassallis ratione*
feudi, in vassallis Burgensibus, seu alii subditis ratione
jurisdictionis dicendum est, quod non tenentur ad ista one-
ra, neque possunt sibi imponi per Barones, ut dicit Andr.
de Isern. *in c.1. §. fin. de pac. jurament. firmand.*

Hæ-

Digitized by Google

75 Habes ergo locum in terminis nostri doctissimi Gregor. cum eleganti illa ratione differentiæ inter vassallos feudatarios, & nostros Burgenses, quid ergo ultra pro nostra sententia contra Bobadill. & alios Regnicolas superius relatos opus est?

76 Sed adhuc referam alios licèt non nostris Regnicolis (quorum nullum ultra contrarios relatos quæstionem hanc tetigisse, inveni) qui Gregor. differentiam inter vassallos relatam, & juxta eam ipsius doctrinam, quoad onera, vel donativa, de quibus in præsenti, subeunda, vel non, clarè constituunt, ac resolvunt, licet nulla habita disputatione id faciant, nec difficultate proposita ex dictis aliorum Regnorum constitutionibus, aut consuetudinibus feudalibus.

77 Et primo est elegans, & notandus ad rem locus Henrich. Rossenthal. *de feud. cap. 5. concl. 77.* ubi de subdito ratione jurisdictionis loquitur, sic intelligendus, juxta per ipsum tradita in sequenti conclus. ubi de eo, qui etiam ratione feudi subditus est, & in primo casu nullo modo ad contributionem pro filiabus maritandis, nisi stante loci consuetudine, teneri asserit, secus verò in secundo, quando non solum ratione domicilii, seu jurisdictionis, sed & ratione feudi subjicitur, quem sequitur licèt non ita explicet, Gasp. Anton. Thesaur. *qu. forens. lib. 4. q. 69. num. 5.*

78 Et eamdem distinctionem, & doctrinam sequuntur optimè ad rem Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 4. à numer.* 13. & ad differentiam inter vassallum ratione feudi, & subditum ratione jurisdictionis, sive vassallum Burgensem, benè Cancer. 3. *tom. variar. c. 10. nu.* 39. *&* 40. *& ex num.* 28.

79 Indistinctè autem loquens in nostris, & Lusitaniæ Dominis inferioribus, ne aliqua servitia sive onera suis vassalis indicere possint, Regia licentia, aut concessione non præmissa, vel consuetudine immemoriali pro eis stante, est insignis locus doctissimi Lusitani Pat. Fragoss. *de regimin. Republic. part. 1. lib. 3. disput. 7. num. 55. cum plu-*
80 *rib. seqq.* † Quapropter valde in hac re curant Doctores de probanda immemoriali præscriptione in favorem nostrorum Dominorum, ut aliqua servitia, aut præstationes à vassallis exigere valeant, apertè ex hoc sentientes, alias ea prætendere non posse, ut plenius dicam infra *in §. 4.*

81 Sed quid argumentis opus est, cum etiam si juri feudali stare deberemus, in hac quæstione circa ista donativa, aut contributiones hujus Regni vassallis pro suis Dominis inferioribus ex dictis causis imponendis, vel non: & licet jure communi feudorum hæc gravamina imponi possent: adhuc tamen hoc apud nos servari non deberet, nec externum jus feudorum aliorum Regnorum inspicere deberemus, sed potius nostrum, quo specialiter servitium feudale apud nos determinatur, quin aliqua mentio de prædictis adjutoriis, aut gravaminibus fiat, ut constat ex text. singulari, & à nemine ad rem adducto *in leg. 5. tit. 26. part. 4.* ubi quod servitia feudalia in nostro Regno primo juxta investituræ tenorem regulentur, & si aliquod in ea concessum, aut promissum sit, hoc per vassallos præstari debeat, si vero nullum designetur, aut promittatur, ad personale servitium, seu adjuvamen Domini bellum justum gerentis feudatarios teneri, asserit noster Rex, quin de alio servitio mentionem aliquam faciat, aut id specificet, ut in aliis Regnis constitutionibus specialibus fieri solet, ut ad id vassalli adstricti censeatur, qui alias non tenerentur, ut constat ex doctrina Capan. Marin. & aliorum *supra relat.*

82 Quare, stante hac nostra lege feudale servitium determinante, nec quid circa prædicta servitia, aut donativa statuente, non est cur apud nos ea admitti debeant, & in re tam odiosa ad alia exterorum jura specialia; & in re diversa loquentia, ad extensionem confugiamus.

83 . Et ultimo nostram doctrinam, & resolutionem contra Bobadill. & Valasc. opinionem indubitabilem reddit alia notabilis, & magis expressa juris nostri decisio *in l. 8. tit. 15. lib. 4. recopilat.* qua expressè quæstio ista juxta nostram sententiam resolvitur, dum ibi generaliter statuitur, prædictas impositiones, & donativa non aliter per Dominos à vassallis exigere posse, quam consuetudine, aut præscriptione immemoriali circa hanc exactionem interveniente, cum qualitatibus per leges hujus Regni requisitis probata.

Quod etiam communiter nostri Regnicolæ *ex dict. l.* 84
Regia resolvunt, valdeque necessariò de immemoriali cum qualitatibus dictæ legis in favorem Dominorum probanda curant, ut aliqua servitia, aut impositiones à suis vassallis exigere valeant, apertè sentientes, immemoriali, vel Regia concessione semota, ea de jure ex aliqua causa prætendere non posse, ut constat ex Burg. de Paz *cons. 14. num. 17.* optimè Gloss. Gregor. *in l. 6. tit. 25. p. 4. gloss. magna*, D. Covarruv. *in regul. possessor. p. 2. §. 4. num. 4. & 5.* Gutierrez *pract. quæst. lib. 2. q. 92.* Garzia, Gasp. Rodriguez, Amay. & aliis infra referendi *in §. 4. hujus capit.* ubi plenè de hac præscriptione, qui omnes licèt nullam mentionem faciant de nostra speciali quæstione, an ex prædictis specialibus, & urgentioribus causis pro filiabus maritandis, & aliis relatis donativa, vel servitia per dominos à vassallis exigi possint, indistinctè tamen, & generaliter apud nos ex dict. lege Regia immemorialem præscriptionem ad quælibet vassallorum servitia, & impositiones sine dubio requirunt.

Ex quibus manifestè concluditur ex dictæ legis Regiæ 85
dispositione, & communi nostrorum Regnicolarum sensu, omnes relatas vassallorum præstationes, & servitia, quæ ex dictis specialibus constitutionibus, & consuetudinibus feudalibus apud feudistas per Barones vassallis pro filiabus maritandis, & ex aliis causis superius relatis indicuntur, apud nos excludi, nec aliter exigi posse, quam immemoriali præscriptione interveniente, Regiave etiam concessione, aut conventione inter Dominum, & vassallos legitimè inita, de quibus omnibus plenè dicam infra *in §§. seqq.*

Et casu quo aliqua dubitatio adhuc in nostra quæstio- 86
ne remaneret, nec eam per dicta jura nostri Regni clarè decisam haberemus, ita quod ad externum jus recurrere, nobis necesse esset, non tamen ideo ad consuetudines, & leges speciales feudorum Neapolis, alteriusve Provinciæ remotæ esset recurrendum, sed potius ad viciniores jus, tanquam magis Regno vicino conveniens, *cap. super eo 22. de censib. cap. cum olim 6. de consuet.* Glos. *in cap. statuimus, de majoric. & obedient.* Cabed. *decis.* 211. Mascard. *de statut. concl. 2. numer.* 123. Costa *de remed. subsid. q. 70. illat. 4.* & cum aliis Aug. Barbos. *in dict. cap. cum olim, num. 4.* D. Crespi *observat. 9. num.* 5. quod præcipuè eo magis meo videri procedere debet, quo plus terminis quæstionis jus vicinioris Provinciæ adhæreat.

Quare pro hujus quæstionis resolutione jura potius 87
municipalia Regni Aragoniæ, & Principatus Cathaloniæ, quam alterius Provinciæ magis remotæ attendi deberet; & eo maximè cum Aragonum, & Cathaloniæ Domini vassallorum, & ipsi vassalli magis nostris, quam feudatariis correspondeant, imò ferè in omnibus nostris conveniunt, sunt enim omnes Burgenses, & ratione jurisdictionis, ut nostri subjecti, non ratione feudi, ut vassalli feudales.

Ergo cum in Aragonum Regno, & Cathalonia nostra 88
opinio absque dubio jure, & consuetudine, ac praxi servetur, ut nullo modo, neque ex dictis causis vassalli suis Dominis contribuere teneantur, ut proximè comprobem, idem etiam apud nos dicendum erat, casu quo externo jure uti deberemus.

Et quod in Aragonia, & Cathalonia dict. opinio pro- 89
cedat, docet optimè Cancer. 2. *tom. variar. c. 2. à n. 298. & num. 30.* refert decisum, nimirum vassallos pro filiabus

Digitized by Google

bus Dominorum inferiorum maritandis compelli non debere, argumento juris specialis illius Principatus *tit. de los coronotges, & maritatges*, in quo dum hæc adjutoria specialiter Domino nostro Regi tribuuntur, cæteri Domini inferiores ab eorum exactione excludi censentur, argumento *l. cum Prator, cum vulgat. de judic.*

90 Et de eadem praxi, & consuetudine in Aragonum Regno testatur Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. gloss. 4. num. 21. & a num. 25.* qui nunquam contrarium obtentum per Dominos inferiores vidisse, aut audivisse refert, argumento à simili Foro speciali illius Regni circa Regem duntaxat loquente, de quo latè Sesse *de inhibit. cap. 4. §. 7. à n. 5. & tot.*

91 Ultimò, & quidem fortiùs nostra opinio hujus Regni praxi, & consuetudine confirmatur, de qua licèt juvenis, testari possum, ex auditu tamen, tam hujus Regiæ Curiæ, quam Cancellariarum peritissimorum Advocatorum, quos in hac quæstione consului, ut in aliis pluribus in hoc opere incidentibus libenter faciam, ut ita ingenii mei adhuc inexperti parvitas cum eorum maturis consiliis suppleatur.

92 Quæ circa contrariam in nostro Regno consuetudinem, & praxim hæc servitia, & vassallorum gravamina exprobantem clarè comprobo ex dicta nostra novissima *l. 8. tit. 15. lib. 4. recopil.* qua generaliter cavetur, ut superius dixi, ad servitiorum, & quarumlibet vassallorum impositionum exactionem immemorialem consuetudinem, sive præscriptionem ex parte Dominorum contra vassallos requiri, in eoque omnes Regnicolæ conveniunt. Ergo quia nulla apud nos universalis consuetudo pro Dominis ad hæc servitia extat, ut apud feudistas in pluribus Regnis, sed imò necessariò contraria, si quidem, si servitia ista ex generali Regni consuetudine, Dominis saltim ex prædictis feudistarum causis competerent, nullam in quolibet Domino specialem præscriptionem lex requireret.

93 Nec supra dictæ nostræ opinioni obstant authoritates per Bobadill. & Valasc. adductæ, imò potius, eis benè perpensis, & cognitis, contrariæ opinionis manifestius detegitur error, nam ferè omnes DD. per eos relatos (præter Cancer. & Sanchez) feudistæ sunt, quorum plerique loquuntur jure speciali Neapolitano attento, cæteri autem etiam juxta jus speciale, & consuetudines suarum Provinciarum quæstionem tractant, ut videri potest apud Isern. Afflict. Ursil. Franch. Ricc. Intrigl. Molfes. Giurb. & alios Neapolitanos per Valasc. relatos *in d. part. 1. de privileg. pauper. quæst. 38. à num. 15.* qui juxta dictas constitut. expressè loquuntur, quibus etiam attentis, loquitur Marin. Frecc. & Chassan. secundum consuetudinem Burgundiæ, quos Bobadill. his non consideratis, refert *dict. lib. 2. cap. 16. num. 162.* in feudis namque ferè in omni Germaniæ, & Italiæ Provincia sunt jura specialia, & generalis ubique locorum feudalium servatur consuetudo, quod ex dictis causis vassalli per Barones collectentur, ut constat ex Isern. Afflict. Giurb. Capiblac. & aliis feudistis superius in discursu hujus §. & capit. præcedent. relat. & plures referens testatur Henrich. Rossent. *de feud. cap. 5. conclus. 76. in glos. litt. A. & concl. 77. n. 4.*

94 Imò nec Valasc. exprimit, an hæc adjutoria ex dictis causis apud nos locum habeant, sed id solum generaliter ex feudistis resolvit, quare juxta eos, & eorum speciales constitutiones sine dubio est intelligendus.

95 Nec magis obstat Petr. Gregor. per ipsum Bobadill. relat. *in syntagmat. cap. 7. num. fin.* ubi non aliter in dictis casibus contributiones per Dominos vassallis imponi posse asserit, quam si pacto in investitura id caveatur, vel loci consuetudine sit receptum.

96 Et eodem modo intelligunt affirmativam sententiam, ut solum stante pacto, aut loci consuetudine, & non aliter procedat, Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. c. 20. num. 35. & consil. 40. num. 11.* Giurb. *ad consuetud. Messanens. cap. 3. glos. 3. num. 25. juncto num. 30. in fin.* quamvis eos indistinctè pro sua opinione Valasc. referat.

Nec Cancer. *3. tom. variar. cap. 11. num. 113.* & Pater Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 33. num. 31.* per eundem Valasc. relati id absolutè asserunt, sed id tantum dicunt, quod si in aliquo loco, aut Provincia vassalli pro filia maritanda contribuere teneantur, id etiam pro ingrediendo in Monasterium intelligi debeat, in quibus manifestè constat, hos DD. non simpliciter asseruisse vassallos pro filiabus maritandis in nostro Regno teneri, sed tantum per suppositionem generaliter fuisse loquutos, casu videlicet, quo aliqua lege, aut consuetudine speciali id pro maritandis caveatur, ut ita in ipsorum quæstione ad Monachandas extenderent, de matrimonio carnali ad spirituale arguendo. 97

Ex quibus satis apertè constat, quam parum cognitis, aut non visis his Doctoribus, & doctrinis suam opinionem Bobadill. & Valasc. fundare voluerunt. 98

Et hæc in favorem; & pro juvamine miserabilium, pauperumque vassallorum dixisse, sufficiat, pro quibus aliquantulum me explanavi, quia in suis ærumnis, & gravaminibus semper adjuvare, & misereri debemus, & præcipuè Advocati ex communi voto, ac juramento circa id in Supremo Senatu in advocatiæ ad munus nostrum receptione emisso. 99

§. II.

ARGUMENTUM.

Quando ob speciale Principis privilegium, vel concessionem in feudi investitura, aut oppidi concessione, prædicta adjutoria, seu donativa vassallorum Dominis inferioribus necessariò competant? ut & tunc feudi, aut oppidi fructus juxta dicta suprà in capitibus præcedentibus reputentur? aliqua etiam notantur de istorum servitiorum Regiis concessionibus, aut priuilegiis: & an apud nos in libris vulgo *de lo Salvado*, adscribi debeant? & quid in aliis gratiis, aut Regiis concessionibus.

SUMMARIUM.

1 *Munera vassallorum, sive donativa, de quibus in capitibus præcedentibus, necessaria, & consequenter, juxta superius dicta in fructu sunt.*
Si Regia concessione, vel privilegio Dominis inferioribus debentur.
Plura de privilegiis ad munera ista, vel donativa ab inferioribus percipienda, vel non, & quando intelligantur concessa? dict. n. 1. cum seqq.

2 *Ante omnia feudi, vel oppidi investitura, aut concessionis tenor inspiciendus, & juxta eam hæc servitia regulanda, n. 4.*
Feudi investituræ tenor magis, quam ipsius feudi natura attendendus.

5 *Similiter qualibet tributa, aut vectigalia Principis privilegio inferioribus Dominis, vel aliis competere possunt.*

6 *Et alia jura Regalia, ut tertia Regia, & similia.*
De hujusmodi jurium Regalium alienationibus, aliqua remissive, dict. n. 5. & 6.

7 *Quod maxime ex causa lucrativa alienationes istæ difficiliter hodie per Reges nostros fieri valeant.*

8 *Referuntur aliqua declarationes ad principalem hujus §. conclusionem, cum num. seqq.*

9 *Pro nostris vassallorum muneribus, sive donativis, non qualibet generalis Regia concessio sufficit, sed specialis requiritur.*
Idem in aliorum jurium Regalium concessione, ibidem.

10 Re-

10 *Requiritur etiam in Principe concedente specialis scientia, an aliis oneribus, vel tributis oppidum, in quo nostra munera conceduntur, sit gravatum? ne alias de subreptione arguatur gratia.*

11 *Requiritur itidem in his concessionibus legitima, & urgentissima causa publicam utilitatem respiciens.*

12 *Alias Princeps sine ea hæc servitia concedens in conscientia tenebitur.*

13 *Gratias, & privilegia concedere de potestate, & Regalia Principis est, ex ipsiusque liberalitate absque alia causa dependet.*

Intellige ex his, quæ mere gratiosa sunt, nullumque tertiis præjudicium, sed solum juris dispositionis derogationem continent, ibidem.

14 *Monendum Principibus, ne de facili nostra vassallorum servitia inferioribus Dominis concedant, & dict. n. 13.*

15 *Difficilius servitia hæc per alicujus certi oppidi vassallos suo Domino exolvenda concedi debent, quam generalium tributorum impositio.*

16 *Amplia etiam si ex causa publica ei princeps imponere velit.*

Militum, aliorumve servitia in totius Regni defensionem facta cum omnium vassallorum æquali præjudicio, & ita de ærario publico sunt remuneranda, sive de generalibus tributis, non cum privilegio in præjudicium certarum personarum, vel unius oppidi tantum, ibidem.

Exornatur text. in l. 1. ff. ad leg. Rhod. de jact. *ibid.*

De prædictarum gratiarum retentione in nostro Senatu ex l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopil. d. n. 16. in fin.

17 *Tributa Regia, aliaque jura Regalia, aliter quam ex justissimis causis, & meritis concessa ad Regium dominium revocanda, vel saltim moderanda, ad meritorum modum, vel causæ onerosæ quantitatem, & num. 18.*

18 *Ampliatur ut maximè hæc procedant in Regum privilegiis, & donationibus in minore ætate, vel instantia privatorum factis.*

Refertur ad dicta singularis nostra l. 1. tit. 20. lib. 5. Recopil. *quæ hæc omnia gratuita privilegia, & Regiæ concessiones revocantur, ibid.*

Nullum arbitrium utilius pro Republica exoneranda, & Regio Patrimonio sublevando, quam Regum donationum revocatio, ibid.

19 *Privilegia, seu Regiæ concessiones circa nostra vassallorum munera, vel donativa, per inferiores dominos obtinenda, an apud nos in Codicibus, sive libris Regiarum gratiarum vulgo* de lo salvado *inscripta esse debeant? cum seqq.*

Expenduntur aliqua apud nos notabilia circa hanc gratiarum in Codicibus Regis inscriptionem ad nostram leg. 15. tit. 18. lib. 9. Recopilat. dict. num. 19. cum seqq.

20 *Per hujus inscriptionis in privilegiis requisitum, an jurium Regalium præscriptio immemorialis sublata censeatur? & n. 21.*

21 *Exponitur* l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopil. dict. num. 20. & 22.

1 SEcundò etiam, ut limitationes in principio capit. præcedent. propositas prosequamur, Baronibus, & oppidorum Dominis munera, & donativa, aliæve præstationes per vassallos necessariò solvi, & consequenter in fructu, juxta superius dicta, haberi debent, quando in feudi investitura, seu oppidi concessione privilegio, vel aliter sunt per Regem concedentem Dominis inferioribus data, & concessa, ut constat ex doctrina Batt. *in l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordin. faciend.* & docent communiter Feudistæ plura adducentes de his servitiis, donativis, aut collectis ad nostram quæstionem, quando videlicet ob privilegium, vel aliam concessionem Regiam dominis inferioribus debeantur, optimum *consil.* Guid. Pap. 65. Matth. de Afflict. *in cap. unic. vers. Extraordinaria, n. 6. & passim, quæ sint regalia*, Capyc. *de investitur. feudal. capit. feuda amittuntur, cas. 47. fol. 45. §. De Baron.* Boet. *decis. 304. nu. 4.* Gail. *lib. 1. observat. 17. n. 1.* Jacob. de Sanct. Victor. *in tract. de feud. ver. Quiquidem, numer. 75.* Henric. Rossenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 71. num. 2. & concl. 74. num. 6.* ubi Gloss. *litt. D. & cap. 12. conclus. 12. n. 139.* & cum multis Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract. 2. gravam. 5. tot.* ubi plenè de his privilegiis, aut Regiis concessionibus, ut Domini inferiores donativa, vel servitia à vassallis exigere valeant.

Quæ ita apud feudistas procedunt, ut circa hæc servi- 2
tia, & præstationes an per vassallos debeantur, vel non? ante omnia tenorem investituræ attendi debere, ait Rossenthal. *de feud. cap. 12. concl. 12. num. 139.* & litteram inspici, ut juxta eam vassallorum servitia regulentur, Vivius *decis. 334. num. 1.* † Unde investituræ tenorem, 3
magis quam ipsius feudi naturam quoad vassallorum onera, vel præstationes attendendum, optimè multis congestis notant Merlin. *controver. forens. tom. 1. cap. 32. nu. 27.* Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tractat. 2. gravam. 4. per tot.*

Et in nostris dominis vassallorum ad idem, quod pri- 4
vilegio, seu alia Regis concessione eis hæc donativa, vel aliæ impositiones absque aliqua pœna quæri, ac deberi valeant, tenent ex nostris Didac. Perez *in l. 7. tit. 11. lib. 2. Ordinam.* Aviles *in cap. 24. Prætor, gloss. 1. per tot.* Villadieg. *in polit. cap. 5. §. 24. num. 1. & §. 34. nu. 1.* Farinac. *de furt. quæst. 173. à num. 83.* & ad alia de materia harum concessionum docent Azeved. *in l. 25. tit. 6. lib. 2. recopilat.* D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 20. num. 24. & 25.* Dom. Petrus de Salzed. *ad leg. novissim. Recopilat. in l. 4. cap. 20. tit. 14. lib. 3. Recopil. n. 90. fol. 90.* Balmased. *de collect. q. 4.*

Quæ nostri §. principalis conclusio, aliorum quoque 5
tributorum, seu vectigalium exemplo confirmatur, quæ similiter Principis concessione, aut privilegio Dominis inferioribus, vel aliis per Regem concedi, aut competere possunt, ut docent cum multis *ex l. 1. & 2. C. vectig. nov. impon. non poss.* Farinac. *de furt. dict. q. 173. à nu. 83.* & aliis pluribus congestis ad plura circa hæc privilegia August. Barbos. *in collect. ad l. 1. & 2. C. vectig. nov. impon. non poss.* novissimè Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. p. 3. c. 1. n. 34. cum seqq.* ubi de jure Lusitano, & nostro testatur, & latissimè agit de potestate Principis circa venditiones, donationes, vel alias alienationes tributorum, vectigalium, & aliorum impositionum; plenèque tractant Joann. Gutierrez *de gabell. q. 4. per tot. & à n. 4.* posse resolvit *ex cap. super quibusdam, §. Præterea, de verb. signif.* † Ubi & in aliis juribus regalibus, quæ 6
etiam regulariter per Principem concedi possunt, ut communiter resolvunt DD. per Mastrill. congesti *de Magistratib. lib. 1. cap. 18. tot.* in quibus, & in tertiis, ac vectigalibus plenè infinitis relatis, Castill. *tom. 5. controv. cap. 83. à num. 85. usque ad 95. & de tertiis cap. 16. à num. 15.*

Qui omnes de communi praxi harum alienationum 7
testantur, & est commune apud Regalistas: quod tamen cum Christiano temperamento id admittunt, videlicet, si ex his alienationibus maximum præjudicium Regnum non patiatur; sed cum hæc limitatio antiquissima sit, prout ex Abbat. & aliis antiquioribus docent DD. supra relati; timeo, ne jam ejus casus paulatim ex tot, repetitis alienationibus apud nos advenerit, & quod jam in posterum tam faciliter fieri nequeant, præcipuè ex causa lucrativa: nec pro eis petiti, & conscientia timorati consulere possint, cum æquius, & utilius Regiæ Coronæ sit, tributa jam imposita retinere, quam nova ob istorum alienationem in tot miserabilium pauperum contribuentium præjudicium imponere.

Sed licèt hæc superior nostra principalis resolutio 8
ita

Digitized by Google

ita procedat , ut juxta eam vassallorum donativa , vel impositiones , aliave servitia Regia concessione , aut privilegio Baronibus , vel Dominis inferioribus quæri , valeant , & tunc , ut necessaria inter fructus feudi , aut oppidi haberi ; adhuc tamen pro ejus pleniori expositione , & intellectu eam aliquibus frequentioribus ad praxim declarationibus utiliter intelligendam , atque exornandam , putavi.

9 Primò igitur nostram resolutionem intellige , ut quoties vassallorum Domini in privilegio , seu Regia concessione pro his præstationibus , vel tributis à vassallis obtinendis , nituntur , existimo , non sufficere ad id quamlibet generalem concessionem , sed specialem , & claram requiri , ut in quibuslibet aliis juribus regalibus frequenter notant Regalistæ , & constat ex doctrina D. Larrea *allegat.* 13. *tot.* & in nostris muneribus , & vassallorum donativis benè cum aliis loquens Balmased. *de collect. quæst.* 4. *num.* 22.

10 Secundò si oppidum , vel locus super quo tales exactiones Regio privilegio indicuntur , aliis impositionibus , seu vectigalibus oneratus sit , de hoc certiorari Principem nova vectigalia seu tributa concedentem , debere , & in privilegio de eo mentionem fieri , ne alias de subreptione arguatur gratia , seu privilegium , quasi Princeps de antiquis , seu jam impositis oneribus certioratus difficilius nova concederet ; notant in specie Avendañ. *de exequend. part.* 2. *cap.* 4. *vers. Imò supra dicta* , Azeved. *in leg.* 1. *tit.* 21. *lib.* 6. *Recopilat. num.* 10. & cum antiquioribus est Gloss. singularis Gregor. *in leg. fin. tit.* 7. *part.* 5. *in verb. Sin mandato.*

11 Tertiò in his Regiis privilegiis , aut concessionibus circa servitia , vel impositiones à vassallis per Dominos exigendas legitima causa , & quidem , meo videri urgentissima , propter Regni necessitatem , publicamve utilitatem necessario exigitur , ne magis quam publicis , ordinariis pensitationibus vassalli graventur ;
12 † alias quidem Princeps sine legitima causa hæc concedens , in conscientia tenebitur , lethaliterque peccabit , pro ut tenent in nostris impositionibus loquentes Guid. Pap. *cons.* 65. *numer.* 2. benè Aviles *in capit. Prætor* 24. *gloss.* 1. *numer.* 1. *in fin. & numer.* 12. *&* 13. *ex gloss.*
13 *fin. in leg. manus* , *ff. de verb. signif.* † Nec obstat , quod privilegia , & gratias concedere , ita de potestate , & regalia Principis sit , quod ex ejus sola voluntate , & liberalitate pendeat , quin alia causa requiratur , ut in contrarium tenuit in specie Henric. antiquissimus juris Canonici Commentator , quem refert , & cum eo resolvit Archidiacon. *in cap. si quis Romipetas* 24. *quæst.* 3. quia hoc , meo judicio , intelligi , debet in his , quæ merè gratiosa sunt , nullumque tertii præjudicium , sed solum juris dispositionis derogationem continent ; secus quando in tertii præjudicium , ut in nostro casu , quo valde his extraordinariis impositionibus subditi gravarentur , in his enim , ut nec in similium tributorum impositionibus , nulla absque legitima causa Principi est potestas , quidquid contrarium multi ex aulicis Principum potestati adulantes , rectè per eos fieri , posse , ipsis consulant , vel potius fallant ; manet tamen Deus maximus cuncta ex alto respiciens , qui falli , nequit.

14 Undè admonendi sunt Principes , ne hæc servitia , vel exactiones in vassallos Dominis inferioribus in oppidorum concessionibus , seu alienationibus de facili concedant : nam tributorum genus sunt , & sic non aliter , quam ex urgentissima , & publica causa indici ,
15 debent , ut de tributis ordinariis proximè dicam ; † imò nostra vassallorum servitia difficilius , quam aliorum generalium tributorum imponenda putarem ; ex quo non generaliter per totum Regnum , sed privatim aliquibus certis personis , seu certo oppido indicuntur ;
16 † quare , & si pro hujusmodi servitiorum indictione causa publica sit , ut puta remuneratio strenui Militis , aut Ducis , qui fortiter in Regni defensionem bella gessit ; adhuc tamen causam istam alias remunerationem expostulantem , justam non putarem , ut in his privatis impositionibus remuneratio fiat , quia si Militis , aut Ducis servitia pro publica defensione , & sic pro totius Regni vassallis fuerunt facta , cum omnium æquali præjudicio sunt remuneranda , & ita de ærario publico , seu publicis , & generalibus tributis (quod omnes tangit) non cum privilegio seu indictione in præjudicium certarum personarum , vel unius oppidi tantum ; nam æquum est , ut omnium contributione pendatur , quod pro omnibus datum est , ut dicitur *in leg.* 1. *ff. ad leg. Rhod. de jact.* Quæ nota pro gratiarum hujusmodi retentione in nostro Supremo Senatu in Aula Justitiæ ex nostra vulgari , sed mirabili , & justissima *leg.* 11. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.*

Quæ proxima nostræ principalis resolutionis declara- 17
no , ut vassallorum in favorem Dominorum servitiorum impositiones virtute Regii privilegii non aliter , quam ex legitima causa procedant , aliorum quoque tributorum generalium exemplo comprobatur , quorum similiter , necnon , & aliorum jurium regalium privilegia non ex mera causa lucrativa , sed ex justis meritis publicam utilitatem respicientibus , aliave simili causa onerosa per Principem concedi , debent , ut ex Mastrill. Castill. & aliis dictum remanet supra *ex numer.* 6. † Imò , & quod aliter concessa in totum revocen- 18
tur , vel solum ad meritorum modum , vel causæ onerosæ quantitatem substineantur , & maximè in Regum privilegiis , & donationibus in minore ætate , vel instantia privatorum factis , pro quibus omnibus est apud nos notabilis , & singularis *leg.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil.* qua hæc omnia gratuita privilegia , & Regiæ concessiones revocantur ; utinam exequutioni mandaretur , nullum quippe salubre magis , nullum utilius arbitrium pro Republica exoneranda , & Regio patrimonio sublevando excogitari , posset , quam tot immensarum Regum donationum , quæ apud nos sunt , revocatio.

Pro coronide autem , & materiæ hujus §. complemen- 19
to utiliter ad praxim , & quidem noviter in nostro casu , dubitari potest , an privilegia per vassallorum Dominos ostensa ad prædictas præstationes exigendas , in Codicibus , sive Libris Regiarum gratiarum apud nos *de lo Salvado* inscripta esse , debeant ; juxta nostram *leg.* 15. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopilat.* quæ hanc inscriptionem generaliter in quibuslibet gratiis , & privilegiis requirit , *& in leg.* 9. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilat.*

In qua quæstione prima facie dicendum , videbatur , 20
nullo modo istam qualitatem inscriptionis in nostro casu requiri ex quo in his vassallorum præstationibus quærendis immemorialis præscriptio locum habet , ex Text. singulari *in leg.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopilat.* ut latius dicam suo loco infra hoc *cap.* §. 4. *à numer.* 52. *&* 58. At qui , si dicta inscriptionis qualitas necessaria esset , immemorialis procedere , non posset , quia licèt ejus vigore titulus præsumatur ; non tamen cum dicta qualitate , quæ cum oculariter non intervenisse ex ipsis libris appareat , hujusmodi qualificati tituli , sive privilegii præsumptioni locus esse , nequit , ut optimè notat Castill. *de tert. dict. cap.* 20. *numer.* 13. *& à numer.* 31. *& ex dict. leg.* 9. *tit.* 10. *lib.* 5. *dict. leg.* 1. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopil.* docet D. D. Petr. de Salzed. *in leg.* 4. *cap.* 20. *tit.* 14. *lib.* 3. *Recopilat. numer.* 29. Ergo à fortiori dicendum , est hanc qualitatem in nostro casu cessare , debere , ut immemorialis *dict. leg.* 8. in eo procedere , possit.

Quo , licèt fortissimo fundamento , non obstante , 21
contrarium resolvendum existimo , imò præfatam inscriptionem in nostro casu requiri *ex dict. leg.* 9. *Recopilat.* ex quo in hac lege id generaliter in omnibus gratiis , & privilegiis exposcitur , & ibi notat Azeved. *numer.* 1. & latè resolvit Castill. *de tert. dict. cap.* 20. *à numer.* 16. ubi quod etiam si per aliquas leges Regni , quas ibi refert , sim-

ſimpliciter caveatur, tertias Regias, vel ſimiles res Regalis Patrimonii, & alias Regias conceſſiones privilegio Principis acquiri, poſſe, nulla facta mentione dictæ inſcriptionis; hoc tamen ex generalitate *dict. leg.* 9. cum dicta qualitate inſcriptionis intelligi, debere, aſſerit, & loquens in vaſſallorum impoſitionibus, maximè, circa portagia in eorum privilegiis, hanc inſcriptionem ſingulariter requirit Avendañ. *de exequend. p.* 2. *c.* 4. *n.* 7. *verſ. Imò, ſi quis.*

22 Nec huic reſolutioni obſtat fundamentum in contrarium oppoſitum *ex dict. leg.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopilat.* & ex doctrina Caſtill. quia ex eodem Caſtill. *dict. cap.* 20. *numer.* 22. dicendum eſt, tunc ſolùm per dictam qualitatem inſcriptionis à lege requiſitæ impediri immemorialem præſcriptionem, cum à lege expreſsè ipſa immemorialis non approbatur, & in hoc caſu intelligenda eſt doctrina ſupra relata ex Caſtill. & DD. Petr. de Salzed. contra verò, ſi ſpecialiter per legem caveatur, quod immemorialis ſufficiat, quia tunc immemorialis procedere, debet, non obſtante, quod per *dict. leg.* 9. *tit.* 10. *lib.* 5. inſcriptionis qualitas requiratur, quæ *lex* 9. ſtante immemorialis approbatione, eo dumtaxat caſu locum habere, debet, quando Regiam conceſſionem prætendens eam fundare nititur ex titulo, aut privilegio oſtenſo, non vero quando agitur ex vi dumtaxat immemorialis per legem approbatæ, qua propter ſingulariter in ſpecie conſulit Avendañ. *dict. cap.* 4. *numer.* 7. *verſ. Igitur habentes*, ne hujuſmodi privilegia non regiſtrata habentes exhibeant, ſi immemorialem benè probatam habeant, ne aliàs, initio vitioſo oſtenſo, eam infringant.

23 Quare concludendum eſt, inſcriptionem iſtam privilegii præſumpti per immemorialem, nullo modo requiri ſtante immemorialis approbatione *in dict. leg.* 8. ſi enim inſcriptionis qualitas neceſſaria eſſet, ea deficiente, immemorialis non procederet, cum de initio vitioſo, vel ſaltim non bono, conſtaret; & è contra, ſi privilegium, cum hac inſcriptione ultra immemorialem neceſſarium putaremus, nihil immemorialis operaretur, ſuperfluaque eſſet *dict. leg.* 8. eam approbans, nam ſtante titulo, & privilegio in libro Salvatorum anotato, ad quid immemorialis? cujus effectus principalis eſt, titulum inducere, ut ex ipſa *dict. leg.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopilat.* conſtat; quare à fortiori fatendum eſt, per talem expreſſam immemorialis approbationem dictam qualitatem inſcriptionis in concurſu immemorialis excluſam, & rejectam cenſeri ex vulgari regula, *qui vult conſequens, & l. illud*, cum vulgatis, *ff. de acquirend. rer. domin.* Barboſ. *axiomat.* 54.

§. III.

ARGUMENTUM.

Quando ex pacto, aut tranſactione, ſeu alia conventione inter Dominum, & vaſſallos inita prædicta donativa, vel adjutoria neceſſaria ſint? Plenèque tractatur de vaſſallorum conventionibus, vel tranſactionibus, aliiſve contractibus, circa hæc donativa, vel quæcumque alia ſervitia cum Dominis initis: quando per vim, aut metum facta præſumantur? Latèque diſtinguitur pro DD. concordia, & plurium jurium Regni intellectu, inter pactiones circa hæc ſervitia celebratas, cum vaſſallis, qui ratione terræ, aut ſoli accepti ſubjiciuntur, qui apud Italos, vel Feudiſtas *de Manſata* nuncupantur, & apud nos *Solariegos*, vel cum vaſſallis qui dumtaxat ratione juriſdictionis ſubditi ſunt: & alia plura ſcitu digna, circa hujuſmodi vaſſallorum cum Dominis conventionibus, ſeu contractibus, utiliter ad praxim tractatur.

SUMMARIUM.

1 *PRoponitur hujus §. quæſtio, an, & quando vaſſallorum donativa aliave annua præſtationes, ex pacto, aut conventione inter dominum, & vaſſallos inita, neceſſaria ſint, ut conſequenter feudi, vel oppidi fructus reputentur?*

2 *Hujuſmodi vaſſallorum cum Dominis conventione ſuſtinendas, earumque vi donativa, annuaſque præſtationes ad neceſſitatem redigi, plenè fundatur, in angariis quoque, & perangariis, ſimilibuſque vaſſallorum ſervitiis, cum ſeqq.*

Refertur, & fundatur contraria negativa ſententia, nu. 6. *cum ſeqq.*

7 *Per iſtas conventiones nova tributa, & collectæ vaſſallis per Dominos inferiores imponerentur.*

Id abſque Regia facultate prohibitum, ibid. & numer. 28.

8 *Conventiones hujuſmodi vaſſallorum, alteriuſve inferioris, per potentiam Dominorum, vel ſuperioris vi extorta, aut meticuloſa præſumuntur, & nu.* 9. *&* 29.

10 *Amplia, ut ſine dubio procedat, ſi ex parte Dominorum mina intervenerint.*

11 *Et ſi preces tantum, aut blanditiæ maximè, ſi importuna, & aſſiduæ ſint.*

12 *Inſtrumenta, aut vaſſallorum conventiones ad favorem Dominorum in præjudicium propria libertatis nullius momenti ſunt.*

13 *Præcipuè circa ſervitia perſonalia exhibenda celebrata.*

14 *Similiter pactiones, aut recognitiones, quibus unius vaſſalli vaſſallos alterius, & tributarios ſe faciunt, nullo jure ſubſiſtunt.*

15 *Nec ipſis, nec eorum filiis inſtrumenta hæc, & pactiones præjudicant.*

Etiam ſi jurata ſint, ibidem, & infr. n. 30.

16 *Hæc maximè, & ſine dubio procedunt in vaſſallis Principi ſuperioris ſubjectis, qui in favorem Domini inferioris, ob præjudicium ſuperioris ſe tributarios facere, vel alter gravari ſine ſuperioris licentia non poſſunt, & n.* 17. *cum ſeqq.*

17 *Nec poſſunt unius vaſſalli alterius protectioni, aut defenſioni, ſine illius conſenſu ſubjici.*

18 *Proprius Dominus ex hoc injuria, & contumelia afficeretur.*

19 *Vaſſalli alterius defenſionem, & protectionem quærentes pro ea aliquid pendere, aut tributare neceſſarium eſt quod in magnum præjudicium Domini cedet.*

20 *Efficientur ex hoc vaſſalli minus potentes ad ſui Domini tributa, & neceſſitates ſublevandas.*

21 *Civitates, & noſtri Regni oppida in commendam, & protectionem Magnatum, aliorumve privatorum ſe ſubjicere, aliquave tributa pro eo pendere, jure noſtro Regio prohibentur Text. in* leg. 8. tit. 6. lib. 1. Recop. *ibidem.*

22 *Plurimi intereſt Principi ſuperiori his extraordinariis impoſitionibus vaſſallos non vexari, nec pauperiores reddi, ſed eos locupletes habere, ad onera, & tributa publica facilius, & libentius ſubeunda, & n.* 23.

24 *Vaſſalli divites ſunt Principis nervi, ſubſtantia, & theſaurus, & n.* 25.

26 *Referuntur Doctores, vaſſallorum cum Dominis, conventiones, & inſtrumenta circa noſtra dona-*

donativa, aliavè servitia improbantes, cum seqq.

28 *In Regno Neapol. pactiones istæ, & vassallorum confessiones in favorem Dominorum reprobantur, si sine Regio assensu fiant per illius Regni* Constitut. *quia frequenter.*

29 *Per vim, & metum vassallorum extorta censentur.*

30 *Nec vassallis, nec eorum filiis præjudicant.*

31 *Nec jurata subsistunt.*

32 *Quid in Regnis Indiarum in Indorum cum commendatariis circa hujusmodi servitia, & contributiones pactis, ibidem.*

33 *Vassallorum impositiones, & servitiorum exactio, & super eis vassallorum cum Dominis pactiones, non aliter quam Regio assensu confirmatæ subsistere, valent.*

34 *Nec ipse Princeps sine legitima causa inferioribus ea concedere potest, n.35.*

36 *Refertur pro dictarum sententiarum concordia nostri Valeron. distinctio inter vassallorum præstationes, vel tributa Dominis jam debita, vel quæ de novo quærere, intendunt.*

Valeron. vassallorum cum Dominis conventiones super jam debitis impositionibus indistinctè subtinendas judicat: super novis vero: si ex justa causa celebrentur, ibidem.

37 *Rejicitur quoad utrumque casum hæc Valeronis distinctio: cum seqq.*

Inferioribus Dominis non solùm tributa nova, aliasvè impositiones vassallis indicere, prohibentur, sed etiam jam impositas in quantitate, vel in modo exactionis augere, ibidem.

38 *Valeron. opinio, ut vassallorum Dominis ex justa causa conventionibus nova tributa indicere, liceat, in superioribus Dominis tantum procedere, declaratur, & n.39.*

40 *Respondetur authoritatibus per Valeron. adductis.*

41 *D. Solorzano, & Mieres per Valeron. pro sua sententia relati, in contrarium declarantur.*

42 *Distinguitur pro concordia inter vassallos feudatarios, sive apud nos* Solariegos, *& inter Burgenses, & quid in quorumlibet conventionibus, aut contractibus in favorem Dominorum circa donativa solvenda? cum n. seqq.*

44 *Text.* in leg.3. tit.25. part.4. leg.22. tit.13. part. 2. *declarantur.*

45 *Text. in* leg.2. tit.3. lib.6. Recopil. l.3. tit.10. eodem lib.6.

46 L.5. tit.26. part.5.

47 *Pacta, sive conventiones in initio traditionis territorii, aut soli inter Dominos id concedentes, & vassallos feudatarios sive* Solariegos *recipientes circa aliqua tributa solvenda servanda sunt.*

48 *In Luctuosa impositione.*

49 *Comprobatur exemplo colonorum adscriptorum, qui similiter servare, tenentur conventiones, & conditiones antiquas initas tempore terræ traditionis.*

Text. in l. cum satis, §. Caveant, C. de agric. & censit. lib. 11. *ibidem.*

50 *Declaratur juxta hæc D. Solorzan. doctrina.*

51 *Et Ioann. Plat. in* l. fin. C. ne opera à collatorib. exigantur, lib.10.

52 *Vltra pensiones, vel impositiones in initio terræ concessæ oblatas, nihil domini à vassallis, vel colonis adscriptitiis desiderare, debent.*

Dict. leg. cum satis, §. Caveant, Cod. de agricol. & censit. lib. 11. dict. leg.3. tit.25. part. 4. dict. leg.2. tit.3. lib.6. Recopil. leg.3. tit. & lib. eisd. *ibidem.*

53 *Quid in eisdem vassallis feudatariis* Solariegos *quoad Lagunez. de Fructib. conventiones, vel pacta inita post terrarum, vel feudorum traditionem?*

54 *Quid in secundò casu superioris distinctionis, quoad vassallos nempè Burgenses, eorumque conventiones, aut pacta cum dominis?*

55 *Præfata pacta, aut vassallorum contractus, circa impositiones, vel donativa dominis exsolvenda, tanquam odiosa restringi, debent.*

56 *An inita circa servitium pro dominorum filiabus maritandis, pro prima tantum filia, vel etiam pro ulterioribus sint intelligenda, & quid si pro filia in singulari sint celebrata? & n.57.*

58 *Et quid si duo condomini sint, & unusquisque unam filiam habeat?*

59 *Quid in statuto pro filia maritanda in singulari loquente?*

Tertiò igitur prosequendo ordinem in *princ. capit. præcedentis* propositum, utiliter ad praxim dubitari, potest, an ista donativa, aut adjutoria, seu annuæ præstationes Baronibus per vassallos debeantur; si circa eorum solutionem pactum, vel transactio, seu alia conventio inter eos inita sit? & an tales conventiones inter dominos, & vassallos substineri, debeant: ita ut earum vigore ad annuas præstationes, seu munera conventa in singulis annis vassalli compelli, possint? ut & tunc tanquam uniformes, & necessariæ inter fructus feudi, aut oppidi computentur. 1

In qua difficili, & utilissima ad praxim quæstione opinionem affirmativam, ut nimirum istæ conventiones substineantur, & earum vi vassalli ad impositiones, seu præstationes conventas Dominis solvendas sint compellendi, tenent plures ex doctrina Bald. *in leg. in quibus, Cod. de fideicommiss.* ubi quod nobiles non possunt imponere angarias, nec perangarias suis subditis, quia ingenui sunt, nisi ex consuetudine, aut conventione, quem ad istam limitationem sequuntur præcipuè in feudis loquentes Albert. Brun. *in consil. feudal. cons.* 103. *col.* 2. Platea *in leg. unic. in fin. C. ne oper. à collator. exig. lib.* 10. Jacob. de Sanct. Georg. *in tractat. feud. in rubr. de homag. n.*12. 13. *&* 33. *vers. Et hoc nisi*, & optimè ad rem Albar. Pelag. *in suo tractat. de planct. Eccles. lib.* 2. *art.* 46. §. *Quibus ergo, col.* 5. *vers. Quid, de quæstis*, Avendañ. *de exequend. p.* 2. *cap.* 4. *nu.* 12. Petr. Gregor. *lib.* 3. *syntagmat. c.* 7. *numer. fin.* Gasp. Ant. Thesaur. *lib.* 3. *quæst. forens. quæst.* 90. *& lib.* 4. *quæst.* 69. a

Et ex nostris hanc affirmativam sententiam tenent Burg. de Paz. *cons.* 15. *n.*6. ubi quod collectæ, angaria, & perangaria, aut similia servitia inter Dominum, & vassallos conventa precisè solvi, debeant, ad quod plures refert, licèt Bart. Alexand. Luc. de Penn. ibi per eum relati, nihil de hac re asserant, sed id docent Gregor. Lopez *in leg.* 9. *tit.* 7. *part.* 5. *verb. Nuevamente, in fin.* 3

Et, quamvis breviter, hanc quoque sententiam tenere, videtur Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 4. *nu.* 17. ubi, dum generaliter asserit, collectas istas, seu impositiones Dominis non deberi; hoc limitat, & intelligit, nisi, consuetudine, aut conventione interveniente, & huic opinioni magis accedit novissimè Valeron. *de transact. tit.* 4. *quæst.* 3. *nu.* 73. qui maximè stante justa causa tales conventiones substineri debere ait, de cujus doctrina larius *infra à num.* 36. 4

Sed ultra omnes relatos pro hac affirmativa sententia videndus Henric. Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *concl.* 77. *numer.* 4. *& concl.* 78. *numer.* 3. *& concl.* 79. *numer.* 3. & melius *concl.* 74. *à num.* 1. & ibi gloss. plures referens, & præcipuè *litt. C.* ubi pluries per Cameram Imperialem has conventiones approbari, vidisse, testatur, & alios refert *in gloss. litt. C. & D. dict. concl.* 79. & præcipuè loquitur 10 adjutoriis pro filiabus maritandis, & similibus, quæ ex pacto, aut conventione inter vassallos, & Dominum deberi, posse, asserit. 5

Contrariam autem negativam sententiam, quam 6

maximè, in nostris vassallis Burgensibus verissimam censeo, juxta distinctionem pro hujus quæstionis resolutione, & DD. concordiam infra referendam, imò pactiones istas, aut conventiones inter vassallos, & dominos inferiores circa nostra donativa, aut collectas, seu alias præstationes per vassallos solvendas, subsistineri, non debere, fundari, potest.

7 Primò eo validissimo fundamento, quod per istas conventiones nova tributa, & collectæ, seu alia servitia vassallis per Dominos inferiores absque Regia facultate imponerentur, quod expresse prohibitum invenitur per *leg. 1. & 2. Cod. nov. vectig. impon. non poss.* & alia vulgaria jura, quibus à quarumlibet tributorum, sive gabellarum impositione inferiores Domini arcentur, cum hoc de regalibus sit, nullique alii, quam Principi superiorem non recognoscenti, competat, ut plenius probavimus supra *in §§. Præcedentib.*

8 Secundò, quia istæ conventiones meticulosæ, & vi extortæ per potentiam Dominorum præsumuntur, ut in quibuslibet contrahentibus cum illo, quem superiorem agnoscunt, communiter docent DD. argumento *in leg. 1. Cod. ne lic. potent. leg. penult. & fin. Cod. de his, qua vi*, & ex doctrina Joann. Fab. *in §. Aequè si agat, instit. de action. num. 24. vers. Illud nota*, optimè Bald. *de pac. constant. §. Pactiones*, ubi quod præsertim id contra potentes in rusticos præsumatur, & idem voluit Innocent. *in c. si diligenti, col. ult. de præscript.* & communiter Canonistæ *in c. quod latenter, de regul. jur. in 6.*

9 Et in specie nostrarum vassallorum impositionum, & quorumlibet servitiorum, quod super eis inter Dominum, & vassallos initæ conventiones per vim, & metum extortæ præsumantur, Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 25. part. 4.* Didac. Perez *in leg. 7. tit. 11. lib. 2. Ordinament. in fin.* ubi quòd contra Dominos semper in praxi istæ impositiones meticulosæ in dubio judicentur, Bald. *in cap. 1. qualit. per vassall. jurament. fidelit. deb. fier.* D. Covarruv. *in regul. possessor. 2. part. §. 4. num. 5.* Boer. *dec. 132. num. 4.* Guid. *dec. 406.* exactè Gutierrez *practicar. lib. 1. q. 92. n. 2.* Morl. *in empor. jur. tit. de servitut. quæst. fin. num. 24. cum seqq.* Gasp. Rodrig. *de ann. redett. quæst. 15. à num. 61.* benè Pat. Fragoss. *de regimin. Reipubl. part. 1. lib. 3. disputat. 7. num. 60.*

10 Quæ vis, aut extorsionis, præsumptio, tunc maximè contra Dominum procedere, conveniunt DD. si ex parte ipsorum Baronum, seu Dominorum minæ intervenerint, ut in nostris vassallorum præstationibus cum multis latè resolvit Amay. *in leg. unic. Cod. de aur. coronar.*
11 *lib. 10. num. 37. & 38.* † Imò juxta eundem Amay. si preces tantum; nam, ut frequenter dicitur, *Potens, cum rogat, imperat*, & justa illud etiam, quod communiter jactatur.

Est orare Ducum, species violenta jubendi,
Et quasi nudato supplicat ense potens.

Cui convenit, Text. *leg. 1. Cod. si Rect. Provinc.* maximè, si blanditiæ, & preces ad prædictas conventiones extorquendas importunæ, & assiduæ sint, quæ plerumque vassallos obtruncant, & comprimunt, ut benè notant Tiraquell. *de pœn. temperand. caus. 35. tot.* Aviles *in capit. 21. Prætor, verb. Ruego*, & ad similia ex aliis plenè Pat. Sanchez *de matrimon. lib. 4. disput. 7. per tot.*

12 Tertiò pro hac negativa sententia facit elegans doctrina Bald. *in leg. si aquam, num. 1. Cod. de oper. libert.* qui per hanc legem, & per Text. ad rem singularem *in leg. illicitas, in princ. ff. de offic. Præsid.* generaliter docet, & resolvit, quælibet instrumenta, aut conventiones per vassallos in præjudicium propriæ libertatis ad favorem Dominorum celebratas nullius momenti esse, quod & notavit Joann. Andr. *in cap. 5. de præscription. in 6.* & ex eo Speculat. *conscient. tractat. 1. cap. 19. §. 4.* optimè cum aliis antiquioribus Guillielm. Benedict. *in c. Raynutius, de testament. in vers. Et uxorem nomine Adelasiam, n. 440.*

13 Et clarius loquendo in servitiis personalibus vassallorum, & in conventionibus, aut instrumentis circa ea inter Dominos, & vassallos factis, qui est casus Baldi benè contra ea Luc. de Penn. *in l. cum scimus, col. 2. vers. Quid ergo, Cod. de agric. & censit. lib. 11.* quia talia instrumenta sunt maximè in præjudicium libertatis vassallorum, ideò meritò improbanda, ut rectè considerant Matth. de Afflict. *in constitut. Neapol. Quia frequenter, numer. 2. vers. Benè facit.* Baez. *de inop. debitor. cap. 1. numer. 10.*

Quartò similiter comprobatur, ex quo pactiones, 14
aut recognitiones, quibus aliqui alicujus domini vassallos, & tributarios se faciunt, atque constituunt, nullo jure subsistunt, ut eleganter docet Bald. *in leg. transactione, Cod. de transact.* Jason. *cons. 81. col. 2. vol. 2.* Nevizan. *cons. 12. num. 8.* Bertrand. *cons. 163. num. 4. & 5. vol. 7.*
† Imò instrumenta hæc, aut recognitiones in præjudi- 15
cium libertatis naturalis vassallorum, nec ipsis, nec eorum filiis præjudicare, optimè resolvit Mieres *de majorat. 4. p. quæst. 20. num. 84. & 70.* Alexand. *in leg. transactione, Cod. de transact. nu. 11.* ubi quod nec si juramento firmentur, idemque tenent Jason. *in usib. feudor. num. 57.* Guilliel. Benedict. *in cap. Raynutius, in vers. Et uxorem nomine Adelasiam, num. 440.* Padill. *in dict. leg. transactione, num. 4.* D. Solorz. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 20. num. 21. & 22.*

Quod maximè procedit in vassallis Principi superiori 16
subjectis, quos sine dubio aliis licet ipsiorum Domino inferiori tributarios, & se aliquibus impositionibus, pactionibus, & transactionibus gravari, non posse, verissimum est ob præjudicium superioris Domini proximè plenius considerandum, ut docet optimè, & quod in his vassallorum cum Dominis inferioribus, contractibus, & pactionibus superioris facultas, aut licentia pro eorum firmitate requiratur, Mieres ultra locum relatum eadem, *4. part. quæst. 22. num. 14.*

Et quod generaliter vassalli, non solum alteri tri- 17
butarios se efficere non valeant, sed nec in ejus protectionem, aut defensionem absque proprii domini consensu, & licentia subjici, ita quod super hoc conventiones, aut pactiones alicujus momenti non sint, communiter resolvunt Politici, & etiam Juristæ, ut constat ex Bodin. *lib. 1. cap. 7. vers. Sed aliena, & lib. 5. cap. 6.* Hopingk. *differt. de jur. protect. concl. 29. litt. C. in fin.* Thom. Maulius *in tract. de homag.* Renat. Choppin. *de Deman. lib. 3. tit. 19.* Camman. *disputat. 5. de regal. conclus. 109.* Cujac. & DD. *in leg. 2.* per Text. *& tot. tit. Cod. ut nem. rustic. alter. in patrocin. suscip.* & idem Cujacius *lib. 8. observat. 31.* Meisner. *tom. 2. lib. 2. decis. 3. numer. 6.* Nævius in suo *system. ad leg. non dubito, ff. de capt.* & ibi Gothofr. Aymon. Cravet. *cons. 333. num. 33.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 128.* ubi rei vindicatio primo Domino competere, ait, & idem asserit Joann. Faber. *in §. Præjudiciales, institut. de action.* Abbas *in cap. inter quatuor, Extra de majorit. & obedient.* ubi idem Matth. Stephan. refutat plures DD. contrariam opinionem tenentes.

Quorum ratio, inter alias plures per hoc DD. addu- 18
ctas, præmissa illa magis principali, quod nimirum vassalli per novam protectionem, & defensionem susceptam proprium dominum injuria, ac contumelia afficiunt, cum in ejus superioritatis contemptum id facere, videantur, quasi eum minus potentiorem ad eorum defensionem inceperint, ut argumento *l. 1. §. 2. ff. de injur.* notant Thom. Maullius *dict. tractat. de homag. tit. 11. num. 6.* Remig. Ferschius *dissertat. de fœder. conclus. 23. sub litt. E.* Petr. Frider. Mindan. *in process. Cameral. lib. 2. c. 14. n. 11.* Ludo. Gilhaus *de injuriis, §. 5. n. 65.*

Ultra quam etsi principalissimam rationem, illam 19
etiam considerare, possumus, quæ magis nostræ quæstionis negativæ sententiæ convenit, ut ex eo quoque hæ vassallorum alteri subjectiones, & conventiones super eis invalidari, debeant: quia non facilè protectorem invenire, poterunt, qui eis gratuitum defen-

sensionis officium exhibeat, sed ita, ut ei plerumque non solum annuam pensionem, aut tributum pendant, sed & eveniente casu defensionis, expensas quoque pro eis factas restituere, cogantur: indeque accidet, tributarios alterius domini, & consequenter pauperiores propter annuas præstationes conventas fieri; quod in magnum præjudicium ipsorum Domini redundabit, ut eleganter notant Zasius *cons. 7. num. 5.* Boer. *jurisdict. c. 8. num. 97.* Remig. Ferschuis *dissertat. de fæderib. concl. 23. in not. ad litt. E.* & ex aliis Matt. Mager. *de advocat. armat. cap. 6. numer. 220. & 221.* qui hanc rationem meritò extollunt, ut prædictæ conventiones subvertantur, & eam doctè perpendit Zacchar. Victor. in sua pulchra *dissert. de exemptionib. in schol. ad concl. 20.*

20 Qua ratione singulariter comprobatur præfata negativa opinio, ne pactiones, seu transactiones circa donativa; aliasve impositiones essolvendas inter vassallos, & Dominos inferiores substineantur; hoc enim in magnum Principis superioris præjudicium tenderet, cum ex eo vassalli gravati nimis, & ad paupertatem redacti minus potentes, & multoties inutiles ad Regni generalia tributa efficerentur.

21 Qua propter Civitates, & nostri Regni oppida in commendam, vel protectionem Magnatum, aliorumve privatorum subjici, istarumque commendarum, seu protectionum causa servitia aliqua, vel annuas præstationes per ipsa oppida inferioribus pendi, notabiliter ad rem 22 prohibetur in nostra *l. 8. tit. 6. lib. 1. Recopilat.* † Plurimi enim superioris Principis interest, vassallos his impositionibus, & extraordinariis præstationibus paupertatem non incurrere ad onera, & tributa publica facilius, & libentius subeunda, ut *ex §. Sed majer, instit. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* docent Aymon. Cravet. *cons. 939. n. 23.* Mager. *d. cap. 6. n. 322.* Thom. Michael. *de jurisdict.* 23 *concl. 138. litt. E.* † Ut è contra magni quoque refert subditis locupletibus dominare, Text. *in authent. ut judic. sin. quoq. suffrag. §. Cogitatio, gloss. 1. in cap. 3. de exception.* Panormit. *in cap. licet causam, num. 13. de probation.* ubi 24 Felin. *nu. 12.* Everard. Junior. *cons. 1. nu. 190. vol. 2.* † Cum vassalli divites Principes nervi meritò dicantur *in l. 2. C. de omn. agr. desert. lib. 11.* & proprium ejus commodum 25 censeantur, ut *in l. unic. §. 14. Cod. de caduc. tollend.* † Unde Principis thesaurum non esse Fiscum suum, sed subditos benè habentes, asserit Imperator *in dict. §. Cogitatio, Authent. ut judic. sin. quoq. suffrag. collat. 2.* & notat Matth. Colet. *cons. 39. n. 46. nam cujus est quidquid est omnium: tantum ipse quam omnes habet*, ut eleganter dixit Politic.

26 Et in specie hanc negativam opinionem tenent, dictas conventiones inter vassallos, & dominos circa nostra munera, aut impositiones per ipsos vassallos solvendas, improbantes, *ex dict. leg. illicitas, juncto*, ibi Bald. *ff. de offic. Præsid.* Speculat. *in conscient. tractat. 1. cap. 19. §. 4. & ex l. si volens*, ubi notat quoque Bald. *Cod. de liberal. caus.* Alexandr. *in addit. ad* Bart. *in l. 1. §. Quæ onerande, ff. quar. rer. act. non det. in addit. magn.* optimè contra hæc vassallorum instrumenta Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. Et uxorem nomine Adelasiam, numer. 440.* Luc. de Penn. *in leg. cum scimus, col. 2. vers. Quid ergo, Cod. de agricol. & censit. lib. 11.* Baez. *de inop. debitor. cap. 1. num. 10.* Grammatic. *vot. 12. num. 11. & consil. 98. & 147.* Villadieg. *in polit. cap. 5. §. 24. num. 1.* Aviles *in capit. 24. Prætor, à num. 4.* benè Bald. *in cap. si cautio,* 27 *in fin. de fid. instrument.* † Qui in conventionibus, super portagio solvendo, loquitur, quem sequitur super eo reprobans conventionem Avendañ. *de exequend. lib. 2. c. 4. n. 12.* Azeved. *in l. 1. tit. 11. n. 9. lib. 6. Recopilat.*

28 Et est optimus locus, Matth. de Afflict. in constitut. Regn. Neapolit. super constit. *Quia frequenter*, ubi doctè contra hos vassallorum cum Dominis contractus, & quod in Regno Neapolitan. per dict. constitut. *Quia frequenter*, si sine Regio assensu fiant, reprobentur: sequitur Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tract. 1. gravam. 3. num. 4.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 1. num. 218.* Dominic. Thasson. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 4. num. 150.* qui benè improbant vassallorum pactiones, & confessiones circa donativa, servitia, vel alia onera Baronibus pendenda.

Et loquentes in confessionibus, seu vassallorum in favorem Dominorum recognitionibus, quibus his impositionibus, aliisve servitiis adstringuntur, similiterque eas tanquam per vim, & impressionem extortas, improbantes, Speculat. *conscient. tract. 1. d. cap. 19. §. 4.* Jas. *in usib. feudor. num. 57.* & aliis congestis, † & quod nec ipsis, nec eorum filiis præjudicent, quia in præjudicium libertatis fiunt, plenè Mieres *de majorat. 4. part. quæst. 22. n. 14.* ubi acriter contra omnes has pactiones, & vassallorum instrumenta invehit. 29 30

Imò, & quòd, nec juratæ subsistant Alexand. *in leg. transactione, Cod. de transact.* & ibidem Padil. *numer. 4.* Guilhelm. de Benedict. *in cap. Raynutius in dict. verb. Ex uxorem nomine Adelasiam, num. 440.* D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 20. num. 21. & 22.* † Qui præcipuè *ex num. 15.* increpat conventiones inter Commendatarios Indorum, & ipsos Indos circa plura servitia, & impositiones, quas plerumque impiè, ne dicam crudeliter, Commendatarii ab eis extorquere, conantur, quas meritò etiam prohibent plures Regiæ schedulæ per ipsum Dom. Solorzan. ibi relatæ. 31 32

Qua propter nullo alio modo hujusmodi vassallorum impositiones, & super eis pactiones cum Dominis initas subsistere posse, quàm si Regio assensu, aut facultate confirmatæ inveniantur, concludunt Mieres *dict. quæst. 22. num. 14.* Dom. Solorzan. ubi proximè: † Imò quòd, nec ipse Princeps tales exactiones in suos vassallos, nisi ex legitima causa alicui concedere, debet, & quòd aliàs mortaliter peccet ex Guid. Pap. *cons. 65. num. 2.* rectè tenet Aviles *in cap. Prætor 24. gloss. 1. num. 1. in fin.* & dixi supra in §. Præcedent. ex numer. 11. ubi plenè de causa. 33 34

Ex quibus vides, quam validissimis rationibus, & authoritatibus hæc negativa sententia fundetur. 35

Nec inter has contrarias Doctorum opiniones placet illa quàm novissimè tradit Valeron. *de transact. tit. 4. quæst. 3. num. 72. & 73.* qui differentiam satis expresè constituit inter tributa, & præstationes per vassallos Dominis inferioribus jam debitas, & inter eas, quas de novo transactionibus, aut conventionibus à suis vassallis quærere, intendunt: in primò casu pactiones, & transactiones iniri posse, indistinctè asserit ex Platea *in l. fin. Cod. de annon. & tribut. lib. 10.* In secundò verò casu, justa causa ad hujusmodi pactiones interveniente, benè procedere, & substineri, posse, ait, secùs si causa justa defficiat, ex quo tunc per vim, aut metum tales impositiones extortæ credi, aut præsumi debeant: pro cujus secundi casus distinctione refert Valeron. Ceval. *commun. opin. quæst. 782. num. 2.* Mieres *de majorat. 4. part. quæst. 22. num. 3.* D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 20. ex num. 15.* 36

Sed certè viri doctissimi pace, distinctionem hanc quoad utrumque casum procedere, non posse, videtur? non quoad primum, quia, & si tributorum obligatio: seu præstationum, quæ per vassallos exsolui, debent, certa sit, legitima causa, & origine, quoad substantiam, procedente, si tamen, quoad quantitatem tributorum dubitetur, vel etiam, quoad aliquam qualitatem circa exactionis, vel solutionis modum ipsa tributa, seu vassallos nimis gravantem, semper Regiam facultatem in his pactionibus, vel transactionibus pro ipsarum confirmatione necessariam judicarem: aliàs enim possent Domini inferiores propria authoritate vassallorum tributa, vel impositiones in quantitate; vel exactionis modum augere, quod sine dubio eis prohibetur, quia sicuti à principio ipsa tributa, vel impositiones, sine Regia facultate eis indi- 37

cete, non licet, ut fundavimus supra *ex numer.* 7. pro negativa sententia, & comprobabimus quoque infra pro hujus articuli principali resolutione; ita nec quoad partem ea augere poterunt, juxta Text. vulgarem *in leg. asse toto, de hared. instit.* & sunt jura contra tributorum augmentum *in l. vectigalia, in princip. ff. de publican.* & contra nostros Dominos inferiores loquens *l. 2. tit. 11. lib. 6. Recopilat.* Salicet. *in l. vectigali, in princip. C. nov. vectigal. impon. non poss.* Roland. à Val. *cons. 42. n. 12. vol. 3.* Azeved. *in l. 2. n. 2. tit. 11. lib. 9. Recopilat.*

38 Nec obstat doctrina Joann. Plat. *in dict. leg. fin.* quem pro hujus primi casus resolutione adducit Valeron. quia non loquitur in Dominis inferioribus, sed de superiorem non recognoscentibus est intelligendus, quibus sicuti de novo tributa vassallis indicere, licet, stante justa causa, ita & super eis transigere, vel aliter contrahere, quamvis ex hoc ea augeri, contingat, vel vassallorum conditio deterior fiat, de quibus etiam superioribus Dominis, seu Imperatore, satis expressè ipsa *leg. fin.* loquitur.

39 Quoad secundum verò casum Valeron. tributorum, nempè, sive præstationum quas noviter Domini pactionibus, vel transactionibus vassallis indicere, intendunt, necnon, & quoad distinctionem, sub qua hunc casum noviter resolvit Valeron. ut tunc, videlicet, tales conventiones, & transactiones, etiam sine Regia facultate, substineri, valeant, si tributa, licet de novo, ea justa tamen causa imponantur: secus si sine ea, similiter, & majori cum ratione hanc distinctionem probari, non posse videtur ex latè traditis pro fundamento negativæ superius relatæ, & supra hoc *cap.* §. 1. & §. 2. *ex numer.* 7. in quibus locis latè fundavimus, ne Domini inferiores aliqua tributa, vel impositiones sui subditis propria authoritate possint
40 imponere: † Nec contrarium probant DD. per Valeron. adducti, quia Cævallos nihil ad rem, nec de materia tra-
41 ctat; Mieres autem, & D. Solorzan. tam longè sunt, ut vassallorum pactiones ea sola justa causa, in consulto Principe, celebratas confirment, ut sentit Valeron. quinimo nullus, magis, quam hi DD. conventiones istas reprobant, tanquam meticulosas, & per vim in præjudicium libertatis extortas, ita quod eas non solum ex justa causa factas, sed etiam Regia facultate confirmatas requirant, ut aliquam firmitatem habeant, ut supra hos Authores pro negativa sententia retuli in eisdem locis per Valeron. citatis, præter Mieres, qui id resolvit in eadem *quæst.* 22. *nu.* 14. & etiam *in quæst.* 20. ejusdem 4. *part. nu.* 70. & 84.

42 Quare in hac dubia quæstione, licèt libenter fatear, negativam sententiam generaliter verissima esse in nostris vassallis Burgensibus, necnon in feudalibus, postquam Barones feuda à Principe superiori acceperint: adhuc tamen pro concordia, & intelligentia Doctorum prioris affirmativè sententiæ, re benè perpensa, distinguendum, censeo inter vassallos Feudatarios, & *de mansata* qui ultimi apud nos *Solariegos* dicuntur juxta D. Larream *allegat.* 46. *à nu.* 8. qui ratione feudi, vel territorii, seu etiam possessionum mansionis, aut solarii accepti subjiciuntur: & inter vassallos *Burgenses*, qui dumtaxat jurisdictionis ratione subditi sunt.

43 In primis ergo dicendum est, primam opinionem affirmativam locum habere, debere, ut nimirum inter hos vassallos ratione territorii, seu *de mansata, aut Solariegos*, & ipsorum Dominos, prædictæ conventiones, aut pactiones circa aliquas præstationes, vel servitia Dominis solvenda substineri, debeant, si in ipsa concessione territorii, aut soli tales pactiones initæ inveniantur, quia tunc justæ, ac recompensativè omninò apparent, utpotè factæ ea causa onerosa ex parte Domini, qui invicem in ipsos vassallos proprium territorium, possessiones transtulit; qua etiam causa stante, cessat quoque contraria præsumptio metus, & coactionis, cum nec tunc Dominus potentior esset: nam adhuc qui cum eo contraxerunt, ipsius subditi, ac vassalli non erant, liberumque fuit eis non contraxisse: Quare meritò tales conventiones in principio harum concessionum omninò sunt servandæ.

Quæ prima nostræ distinctionis pars expressè proba- 44
tur per plures nostri Regni leges, quæ clarè in hoc casu vassallorum de *mansata, seu Solariegos* loquentes tributa, vel alia servitia in terræ concessione inter Dominum, & vassallos conventa in posterum servanda, ac solvenda, decidunt; & primò hoc expressè cavetur *in leg. 3. tit. 25. part. 4.* ibi: *Pero si el Solariego à la sazon, que poblò aquel lugar, recibio algunos maravedises del sennor, ò fizieron algunas posturas de so uno, deben ser guardadas entre ellos, en la guisa, qua fueron puestas*, & docet ibidem Gregor. Lop. idemque constat *in l. 22. tit. 13. p. 2. verb. Desaforaren*, juncto ibi Gregor.

Quibus Partitarum juribus, conveniunt etiam alia 45
noviora jura Regia, quæ in eisdem Dominis, & vassallis *Solariegos* notabiliter ad rem loquuntur, ut sunt *leg. 2. tit. 3. lib. 6. Recopilat.* ibi: *Y en las encartaciones, que les sean guardadas las condiciones, que en las cartas, y privilegios, por do fueron otorgadas las encartationes, se contiene*, & melius ad rem *in leg. 3. tit. 11. eodem lib. 6.* ubi dum vassallorum Domini impositiones à vassallis absque licentia Regia exigere, prohibentur; limitatur, ibi: *Salvo en aquellas cosas, en que los tales heredamientos eran aforados.*

Et eodem modo servitia assignata, & conventa in 46
feudis tempore concessionis, ut per feuda, seu territoria accipientes Domino directo solvantur, servari debent, ut constat ex Text. apud nos singulari *in leg. 5. tit. 26. part. 5.* ibi: *Sennalado servicio, prometiendo fazer los vassallos à los Sennores, quando reciben los feudos de ellos, estonce los deben cumplir en aquella manera, que los prometieron*; & ibi optimè Gregor.

Quorum jurium, & nostræ distinctionis primæ 47
partis ratio ea elegans, ac juridica satis apparet, quia istæ nempè terrarum, vel feudorum per Dominos subditis factæ concessiones nihil aliud quam contractus sunt, qui ex conventione partium legem accipiunt, ex Text. vulgat. *in leg. contractus*, ubi DD. *de regul. jur.* & præcipuè in traditione rei propriæ pacta conventa sunt servanda, quia liberum est cuique, quas voluerit, tunc pactiones adjicere *leg. in re mandata, Cod. mandat.* quare meritò per prædicta jura cavetur, & per nos resolvitur, omninò servari, debere quaslibet conventiones, quæ inter Dominos, & vassallos *Solariegos, vel de mansata* initæ inveniantur tempore, quo mansio, vel possessiones, aut solum vassallis ipsis per Dominos tradita fuere, ut in hoc casu eleganter docet Joann. Garcia *de expens. cap. 9. à num. 55. & 61.* † Ubi, & quod im- 48
positio illa *luctuosa* in Regno Galleciæ solvi solita virtute harum conventionum substineatur, & in aliis idem doctè tenet Rodrig. *de ann. reddit. lib. 1. qu. 15. n. 73.*

Quæ etiam non in eleganter comprobari, possunt 49
exemplo colonorum adscriptitiorum, qui similiter conditiones, & conventiones antiquas, hoc est, quibus terris adscripti fuerunt, servare, tenentur, Text. *in leg. cum satis, §. Caveant, Cod. de agricol. & censit. lib. 11.* ubi Joann. Platea, & Luc. de Penn. & notat ad rem D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 1. n. 27.*
† Ea quo, dum idem D. Solorzan. *in num. 26.* asserit, 50
conventiones antiquas inter vassallos, & dominos circa nostras impositiones servandas esse, eum intelligere de conventionibus antiquis in dictis concessionibus soli, aut territorii vassallis per Dominos factis juxta *dict. l. cum satis, §. Caveant*, quam in n. sequent. ad id refert; ne alias (si ad hunc solum casum, ubi absque dubio nulla Regia facultas ad has conventiones exigitur, suam doctrinam non restringeremus, sed potius indistinctè in omni conventione eum intelligeremus) contrarius sibi

eai-

Digitized by Google

existat doctissimus vir *in d. lib.* 1. *c.* 20. *à n.* 15. ubi Regiam licentiam ad has conventiones expostulavit, juxta quæ etiam intelligi, debet idem D. Solorzan. *in dict. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 68. ubi idem docet *ex dict. §. Caveant*, & Plat. ibidem.

51 Et eodem modo intelligendus est Joann. Plat. *in leg. fin. Cod. ne oper. à collator.* qui ab his antiquis cum vassallis conventionibus recedendum non esse, ait *ex dict. §. Caveant*, & noster Gregor. Lop. qui ex Platea idem affirmat *in l. fin. tit. 7. part. 5. verb. Nuevamente, in fin.* quos DD. pro opinione affirmativa supra adducta multi referunt.

52 Unum tamen est, quod, ultra, pensiones, vel alias impositiones in prædictarum rerum traditionibus conventas, nihil aliud à vassallis, vel colonis adscriptitiis per Dominos est desiderandum, quia manifesta erit extorsio, & tributorum augmentum, ut expressè statuitur *in dict. leg. cum satis, §. Caveant, Cod. de agricol. & censit. lib.* 11. & ibi communiter notant Jann. de Platea, Luc. de Penn. & omnes repetentes, & idem cavetur in dictis legibus Regiis 3. *tit.* 25. *part.* 4. *leg.* 2. *tit.* 3. *lib.* 6. *leg.* 3. *tit.* 11. *lib.* 6. *Recopilat.* & notat in nostris impositionibus Garcia *de expens. dict. cap.* 9. *à numer.* 55. *& à numer.* 59.

53 Item pro pleniori hujus primi casus nostræ distinctionis declaratione notandum est, quod hucusque ad hunc primum casum dicta circa conventiones Dominorum cum vassallis feudatariis ratione territorii accepti *de mansata, vel Solariegos*, ut nulla alia solemnitate, requisita substineantur, intelligi debent, si in ipsa terrarum, vel feudorum traditione initæ fuerint, si vero istæ conventiones cum eisdem vassallis *Solariegos, vel de mansata* fiant, non tamen in ipsa territorii, aut soli concessione, sed jam post eam factam, negativam sententiam semper admitterem, ut tunc non aliter tales conventiones, & novæ impositiones, aliquam firmitatem habeant, quam si cum Regio assensu, aut facultate celebrentur, juxta supra pro ista opinione negativa relata, & *ex dict. leg. cum satis, §. Caveant*, ubi expressè, quod pristina tantum servitia, aut impositiones præstentur, quin nova admittantur, statuitur, & ibi animadvertuntetiam Luc. de Penn. & Joann. Platea, Aviles *in capit. Prætor* 24. *gloss.* 1. *numer.* 7. *ad dict. leg.* 22. *part.* & Gregor. in ea, benè Gasp. Rodrig. *de annuis redditi d. qu.* 15. *nu.* 73. *vers. Secundò.*

54 Hæc de conventionibus Dominorum cum vassallis ratione territorii, aut soli accepti subjectis, qui *de mansata, vel Solariegos* nuncupantur, quæ ad primum propositæ distinctionis casum spectant: in secundo vero casu, cum videlicet, conventiones sunt celebratæ cum vassallis Burgensibus, qui dumtaxat ratione jurisdictionis, non vero alicujus territorii accepti Dominis subjiciuntur: dicendum est prædictam opinionem negativam, & pro ea adducta fundamenta, sine dubio procedere, debere, ut tales conventiones inter Dominos, & istos vassallos *Burgenses* nullius momenti sint, Regio assensu, seu facultate cum causæ cognitione non præcedente, quia in eis causa onerosa, & recompensativa in vassallis *Solariegos* supra considerata omnino cessat, cum nullum territorium, aut possessiones à Dominis acceperint, cujus respectu pactiones justificentur.

55 Unum tamen, ut singulare, nota, quod quotiescumque hujusmodi vassallorum in favorem Dominorum; seu Baronum circa aliqua servitia præstanda conventiones substineri, debeant, ut si in primo casu simpliciter initæ sint, vel etiam in secundo Regia facultate, vel assensu interveniente, adhuc tales conventiones nimis odiosas, & stricti juris reputari, debere, ut notat Henrich. Rosenthal. *de feud. cap.* 5.
56 *concl.* 79. *numer.* 4. † Qui ex hoc infert singularem ad nostram resolutionem limitationem, quod, videlicet, si servitium pro Dominorum filiabus maritandis per vassallos fuerit promissum, hæc conventio, vel promissio, ut odiosa, & stricti juris, pro prima dumtaxat vice intelligi debet, argumento Text. *in leg. boves, §. Hoc sermone, ff. de verb. signif.* ita ut pro prima tantum filia maritanda, non verò etiam pro secunda, & cæteris virtute harum conventionum vassalli collectentur, pro qua sententia, & limitatione idem Rosenthal. *in gloss. dict. cap.* 5. *concl.* 74. *in litt. C.* refert Gramar. Chassan. Tiraquell. Guid. Anton. Gabriel. & alios plures.

Sed hanc Rosenthal. limitationem (in casu, quo con- 57
ventiones istæ servari, debeant, juxta proximè pro vera
hujus principalis quæstionis resolutione dicenda) veram
reputo, si in pactione singulariter pro filia maritanda
per vassallos fuerit promissum, secus, si pro filiabus, quia
tunc pro omnibus ex expressa voluntate erunt adstricti,
eleganter Thesaut. *dict. quæst.* 69. *& quæst.* 90. in quibus
pro utroque casu decisum, refert in *num. fin.* utriusque
quæstionis: † Et hoc amplius, & quidem singulariter 58
animadvertit Thesaut. quod duobus dominis stantibus,
pro cujusque tantum prima filia hoc adjutorium ex dicto
pacto in singulari concepto debeatur: † Licèt contra- 59
rium dictum remaneat in statuto pro filia maritanda in
singulari loquente supra hoc cap. §. 1. *à numer.* 9. ubi
quod pro omnibus statutum intelligatur ex ratione speciali
statuti, videlicet, ut patris inopiæ succurratur:
quæ ratio æquè, & quidem fortior in pluribus filiabus invenitur,
cum ex eis parentis inopia, & necessitas ob
obligationem dotandi magis crescat, ut supra *in dict.* §. 1.
ex numer. 6. dictum remanet, quæ in dicto pacto locum
habere, non possunt, cum non tam facilè in re tam odiosa,
& stricti juris contra expressa verba contrahentium
in singulari loquentium conventio extendi, debeat.

Ex quibus absoluta manet nostra hæc tertia quæstio, & plenè cognitum, quando ex conventionibus inter dominos, & vassallos initis munera, seu annuæ præstationes præcisè per vassallos solvi, debeant, vel non? ut plenè etiam cognoscatur, quando inter fructus castri, aut oppidi sint connumeranda? juxta distinctionem supra in præcedent. cap. relatam.

§. IV.

ARGUMENTUM.

Quando ratione consuetudinis, aut præscriptionis prædicta donativa, munera, seu vassallorum collectæ necessaria sint? ut, & tunc consequenter inter fructus oppidi, aut castri, seu jurisdictionis haberi debeant? Plenèque tractatur de longi, aut longissimi temporis præscriptione, necnon de quadragenaria cum titulo, centenaria, & immemoriali: & ex qua istarum, vassallorum nostra munera, seu impositiones Dominis necessario deberi, possint; nullamque præter immemorialem pro eis quærendis sufficere, latè resolvitur ad nostram *l.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopilat.* pluraque objecta contra immemorialem istam excluduntur, sed maximè, ac plenè, & forsan noviter discuritur quæstio circa præscriptionem in facultativis admittendam, vel non: & quare in tributis aliis ordinariis non admittatur, ad differentiam nostrarum impositionum, quæ tributorum genus sunt, &, eo nonobstante, immemoriali præscribuntur: non nullaque alia, & quidem specialia ad nostram quæstionem de materia immemorialis, & ejus requisitis afferuntur: An spontanea voluntas vassallorum in ea specialiter sit probanda? An titulus, vel causa probari, aut saltim allegari debeat? Quot probanda testibus? an per vassallos? & de ipsorum testium bonæ famæ speciali probatione? & quid si omittatur; & testes notæ fidei sint, quia Clerici, seu aliter in dignita-

te constituti, aut personæ graves, & probatæ opinionis? Et an etiam scripturis immemorialis probetur? & de interruptione ex rumore, maximè, aut murmuratione vassallorum: & quid si impositiones metu executionis, vel pignorationis, cum protestationibus obtulerint? Et de uniformitate præstationum in singulis annis probanda: & quid si difformitas sit in quantitate, vel in specie? Et an immemorialis hæc locum habeat in impositionibus nimis insolitis, & gravosis, & in servitiis personalibus vassallorum, quæ *Angariæ*, *& Perangariæ* dicuntur, aliisque oneribus naturalem libertatem vassallorum infringentibus, præscribendis, vel non?

SUMMARIUM.

1 *Donativa, aut munera, sive servitia per vassallos dominis præstari solita, an, & quando longo, vel longissimo tempore præstita, consuetudinis vi, aut præscriptionis necessaria, sive quæsita in posterum censeantur: ut consequenter inter fructus feudi, aut castri connumerentur?*

2 *Refertur negativa sententia: scilicet nulla consuetudine, aut præscriptione, etiam immemoriali acquiri posse, cum nu. seqq.*

3 *Facultativa, & omnino voluntaria ex parte vassallorum, censeri, cum n. seqq.*

6 *In facultativis etiam longissimo, aut immemoriali tempore, nulla præscriptio, nullum jus, nulla obligatio, aut exceptio quæritur, tractaturque plenè materia prohibitæ præscriptionis in actionibus, sive jure familiaritatis, aut benevolentia gestis: cum plurib. n. seqq. declara infra ex n. 64.*

7 *Referuntur plura notabilia exempla: cum numer. seqq.*

In tacita Episcopi permissione in favorem privatorum, ut in propriis sepulturis tumbas amobiles habeant, dict. n. 7.

13 *Pluries qui amicum in suam domum hospitio recepit, in futurum recipere non est cogendus: & infra ex n. 64. 65. & 68.*

14 *Declaratur, nisi non gratis, aut jure familiaritatis sed ex debito, aut servitutis jure hospitatum fuisse, aliunde constet, & de conjecturis.*

15 *Eleemosynam per plures annos pauperibus præstare solitus in futurum eam præstare non est cogendus: & infr. n. 64. 65. & 68.*

16 *Idem in rustico, qui ob familiaritatem pluribus annis alicui par caponum præstare, consuevit, ne ad id in futurum adstringatur: & infr. ex n.*

17 *Similiter, & si quis ad furnum, vel molendinum alterius per longum tempus ire consuevit, in futurum ob jus macinandi, aliamve utilitatem ire non est cogendus.*

18 *Idem in furno, ad quem omnes populi vicini per longum tempus accessere, ne ob id populus furnum alium ædificare prohibeatur, nisi alias prohibitus prohibitioni aquieverit.*

19 *Idem in furnis, aut molendinis dominorum inferiorum, ne precisè ad ea vassalli ire compellantur, quamvis tempore immemoriali ea frequentaverint, verius contra plures resolvitur: cum n. seqq.*

25 *Cavetur id specialiter in Regno Neapol. Regia* Pragmat. 14. sub tit. de Baronib.

26 *Idem servandum, si quis ad alterius macellum pro carnibus, aut piscibus, vel ad tabernam pro vino emendo longissimo tempore accesserit.*

27 *Limitantur generaliter hæc omnia stante ex parte dominorum, alteriusve privati furni, seu molendini domini legitima præscriptione ex præteritis prohibitionibus, ne qui diu accesserunt, recedere, valeant, & ex parte vassallorum, sive aliorum his prohibitionibus aquiescentia: ibidem, & supra num. 23.*

Hujusmodi præscriptio non aliter causari, aut formari potest, quam ex parte dominorum.

28 *Concluditur ex præfatis, munera nostra, sive donativa vassallorum, ut facultativa, aut voluntaria, nulla & si longissima, aut immemoriali præscriptione ad necessaria reduci, posse, juxta superioris sententia Doctores.*

29 *Fundatur secundò hæc negativa opinio, ex quo hujusmodi annua vassallorum munera per vim, metum, ac tyrannidem dominorum extorta censentur, cum nu. seqq.*

30 *Titulo justo ex parte dominorum in his non apparente, præsumitur extorsio.*

31 *Oppidorum domini vassallis sæpè nimis infesti, & avaritia pleni, lupi rapacissimi, & sanguinarii esse, solent, & n. 35.*

Miseri vassalli dominorum prætensionibus ob ipsorum vim, & potentiam, resistere, non audent: dict. nu. 31. & 32.

33 *In excessivis maximè præstationibus metus, & vis præsumitur, corruitque in eis sine dubio præscriptio, & nu. 40.*

34 *Extorsionem, aut vim probatam videri, si dominus vassallos, munera, aut servitia præstare nolentes, captis ipsorum possessionibus, & penitus inauditos ad id compellebat.*

Et si arrestabat, aut gagiabat, vel arrestari, aut gagiari, faciebat, ibi, & infr. n. 155.

36 *Stante vehementissima metus, aut vis juris præsumptione contra præscribentem, longi, vel longissimi temporis præscriptionem non procedere, cum nu. sequentib. declara infr. ex n. 69.*

37 *Maximè in odiosis, ut sunt nostra præstationes.*

38 *Etiam causa præstationis allegata, & probata.*

39 *Hæc sine dubio procedunt, probata in aliquibus actibus extorsione.*

43 *Imò, juxta Meneses, nec immemorialem præscriptionem in his impositionibus prodesse, titulo saltim colorato per dominos non probato.*

44 *Comprobatur hæc sententia, ex qua hujusmodi vassallorum impositiones tributorum genus sunt, in quibus, nec præscriptio immemorialis jure Regio admittitur ad* l. 2. cum similibus tit. 15. lib. 4. Recopilat. *declara infr. ex n. 92.*

45 *Saltim ad immemorialem liberam vassallorum voluntatem in his præstationibus specialiter probari, requiritur, juxta Gregor. Lopez, & Dom. Solorzano.*

47 *Refertur, & fundatur contraria affirmativa opinio, longi, aut longissimi temporis præscriptionem, in his vassallorum præstationibus sufficere, allegata maximè aliqua solutionis causa, aut titulo.*

Adducitur in comprobationem Text. in l. cum de in rem verso, ff. de usur. *ibidem, declara infr. numer. 62.*

48 *Per 30. annorum cursum metus, aut vis juris præsumptionem excludi, juxta aliquos, & n. 49.*

50 *Procedit hoc ex sententia Dom. Solorzan. etiam contra mulieres, & rusticos; licet secus in Indis, & nu. 51.*

52 *Distinguitur pro concordia inter longi, seu longissimi temporis præscriptionem: & inter immemorialem: Per illam vassallorum donativa, aut servitia quæri non posse resolvitur: per istam vero sic, cum n. seqq.*

53 *Comprobatur hæc resolutio, seu distinctio quoad præscriptionem longi, aut longissimi temporis, ne per eam impositione vassallorum quærantur, de jure nostro Regio in notabili ad rem* l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopil.

56 Com-

56 *Comprobatur etiam de jure Neapol. ex quadam Pragmatica illius Regni.*

58 *Adducuntur singularia jura Regia pro secunda parte superioris distinctionis, ut juxta eam stante immemoriali præstationes vassallorum, sive munera debeantur,* dict. l. 8. tit. 15. lib. 4. l. 2. tit. 3. lib. 6. l. 16. juncta leg. præcedent. tit. 17. lib. 9. *& num. 59.*

61 *Resolvuntur argumenta in contrarium adducta pro substinenda præscriptione longi, aut longissimi temporis, cum num. seqq.*

62 *Respondetur Text.* in l. cum de in rem verso, ff. de usur.

Longi, aut longissimi temporis præscriptionem procedere, non posse, stante aliunde vis, aut extorsionis contra præscribentem præsumptione, verius resolvitur, ibid.

63 *Resolvuntur in contrarium dicta pro improbanda immemoriali præscriptione, in nostris vassallorum impositionibus, cum num. seqq.*

64 *Declaratur superius fundamentum: in facultativis videlicet, nullam quamcumvis immemorialem præscriptionem admitti: quomodo hoc procedat, & intelligatur?*

Distinguitur inter actus facultativos, qui non solum in initio, sed etiam in futurum tales præsumuntur, quia ad necessitatem redigi, non solent: & inter eos, qui & si in initio voluntarii præsumantur, multoties jure obligationis, privilegio, seu aliter, necessarii efficiuntur: in istis immemorialis admittitur: secus in illis, ibi, & num. 65. & 68.

65 *Inter quos ex præfatis actibus facultativis connumerandus actus eleemosynam diu ad ostium præstandi, seu amicum hospitandi? ut ejus detur præscriptio, vel non? d. n. 65. & 68.*

66 *Adducuntur alia in favorem dominorum conjectura, ut hæc munera in initio non omninò voluntaria præsumantur, & n. 67.*

69 *Metus, aut vis juris præsumptio non excluditur per longi, aut longissimi temporis præscriptionem per immemorialem vero sic: & infrà num. 90. & num. 105.*

70 *Immemorialis quascumque alias maculas abstergit.*

71 *Et omnem contrariam juris præsumptionem rejicit.*

72 *Malam fidem excludit.*

73 *Bonam præsumit.*

74 *Est efficacissimus, & tutissimus omnium titulus, & melior de mundo, & n. 89.*

75 *Omnia necessaria, Regium assensum, & quascumque solemnitates præsupponit: & n. 76.*

77 *Quemlibet titulum, & si difficilimum, immemorialis includit.*

78 *Habet vim legis.*

79 *Vim Regis: Quantum ipse Rex, aut Imperator potest.*

80 *Vim pacti cum Regio assensu initi.*

81 *Vim privilegii specialis cum causa, & ex certa scientia, ac ex omni parte perfecti: & num. 82. & 83.*

84 *Immemorialis, & Regium, vel Apostolicum privilegium paripassu ambulant.*

85 *Imò plus esse immemorialem.*

86 *Est alterum immutabile jus naturale.*

87 *Habet vim veritatis.*

Inducit præsumptionem juris, & de jure, ibid.

88 *Non admittit probationem in contrarium.*

91 *Resolvitur argumentum in contrarium objectum ex* l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. *qua jus percipiendi tributa, seu gabellas præscribi, etiam immemoriali prohibetur, cum n. seqq.*

92 *Constituitur differentia inter tributa, seu gabellas Regi in recognitionem supremi dominii, seu pro defensione Regni debitas, & inter nostras vassallorum impositiones, quæ inferioribus dominis ex variis causis pendunt: in his immemorialem locum habere resolvitur: secus in illis.*

93 *Vassallorum impositiones præscribuntur per Dominos, antequam Regi debeantur, ejusve patrimonio sint incorporata.*

94 *Earum præscriptio tendit principaliter in præjudicium vassallorum, quin ex hoc Regium Patrimonium minuatur: contra si vectigalia præscriberentur, dict. num. 93.*

96 *Præscribuntur etiam immemoriali ex dicta ratione pontagia, portagia, & similia tributa, ut sunt apud nos,* Peajes, varcajes, assadura, &c. *juxta nostras* leg. 1. tit. 11. lib. 6. l. 19. tit. 6. lib. 3. Recop. *& num. 97.*

Declarantur per hæc jura dict. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. l. 1. tit. 10. lib. 6. Ordinam. *ibidem.*

98 *Facilius præscriptio admittitur contra privatum, cui tributa, vel aliud jus regale Privilegio, seu aliter debentur, quàm contra Fiscum.*

99 *Concluditur ex præfatis, munera, seu donativa vassallorum, aliasve impositiones per dominos inferiores præscriptione immemoriali acquiri, non verò alias, & consequenter immemoriali stante, necessaria, & sic inter fructus feudi, aut oppidi reputanda.*

101 *Referuntur pro pleniori intellectu superioris resolutionis,* & dict. l. 8. tit. 15. lib. 4. *aliqua in hac re specialia requisita circa probationem, & qualitates immemorialis: & n. seqq.*

Vtrum in ea per dominos probari, debeat, munera, seu impositiones ex libera, ac spontanea voluntate, sine ulla coactione vassallos præstitisse, d. n. 101. cum seqq.

102 *In exactionibus, in quibus adest vehementissima vis, aut metus, juris præsumptio hæc spontanea voluntas probanda, juxta aliquos.*

103 *Tenent in specie affirmativam sententiam Gregor. Lop. & Dom. Solorzan.*

104 *Contrarium, ut verius resolvitur, cum num. seqq.*

105 *Immemorialis omnem vis, aut metus præsumptionem excludit; ideò libera voluntas nec articulanda, nec probanda requiritur.*

108 *Declaratur doctrina doctissimi D. Solorzan. ut tantùm in Indorum servitiorum personalium præscriptione procedat.*

In his Indorum servitiis præscribendis est vehementior, quam in Europa vassallis, vis, aut metus juris præsumptio, ob majorem Indorum animi imbecillitatem, ibid.

109 *An idem, ac in Indis, dicendum sit in vassallis, qui apud nos* Solariegos *nuncupantur, vel de* Mansata *apud Italos?*

Hi vassalli Solariegos, *vel de* Mansata *majori subjectione, quam Burgenses domini subsunt, & sic urgere videtur major, ac vehementior metus, seu extorsionis juris præsumptio, ibid.*

110 *Resolvitur negative.*

111 *Hujusmodi vassalli majoribus oneribus, ac servitiis in compensationem solarii, sive territorii accepti in favorem dominorum gravari, solent.*

112 *Vtrum in præfata immemoriali præscriptione causa aliqua, aut titulus coloratus allegari, vel probari, debeat? resolvitur negativè, & num. sequentibus.*

113 *Immemorialis regalem concessionem, vel alium quemlibet utiliorem titulum præsumit.*

114 *Quot testes in hac immemorialis probatione requirantur? cum duob. n. seqq.*

117 *Ipsorum dominorum vassalli pro immemoriali probanda testes idonei non habentur.*

118 *Fama publica in hac, & in aliis immemorialibus,*

sepura-

separatim articulanda, & probanda est: & num. 119.

120 Quid in bona fama, seu opinione testium: an etiam specialiter probanda? cum num. seqq.

121 Quoties nominatim in testibus bonam famam, lex, vel statutum requirit, necessariò specialiter probanda, ad Text. in l. 41. Taur. cap. licet ex quadam, de testib. declara in num. seqq.

124 Quid si testes notæ fidei, & æstimationis sint ob ipsorum dignitatem, qualitatem, aut conditionem?

125 Requiritur etiam in immemorialis probatione testes specialiter sua dicta exprimere, quin sufficiat se referre ad articulum, generaliter in eo contenta vera profitentes.

126 Utrum hæc nostra circa vassallorum impositiones immemorialis instrumentis probari possit? & quid si scriptura recentiores, aut vetustissima sint? & alia de materia circa immemorialem scripturis probandam, cum num. seqq.

130 Monentur Advocati, ut cautè, & parcè instrumenta, sive titulos ad comprobationem immemorialis præsentent.

131 Multoties instrumentis immemorialis infringitur.

132 Advocatis quas scripturas, vel instrumenta in conscientia reticere, liceat, idque partibus consulere, vel eas necessario præsentare, debeant?

Instrumenta, quæ non tantum causam dubiam, vel difficilem reddunt, sed omninò notoriè injustam, necessariò in conscientia præsentanda; & hoc amplius liti, ut injusta, ab advocatis, & partibus cedendum: ibidem.

133 Immemorialis utrum corruat, si ultra centum annos de initio vitioso, sive actibus contrariis, constet?

134 Vassallorum munera utrum uniformiter in singulis annis præstita, probandum sit?

135 Distinguitur inter difformitatem in specie, vel in quantitate, ut si in uno anno capones, in alio gallina, aut perdices, & hæc in majori, seu in minori quantitate, aut numero præstita fuerint, cum num. seqq.

139 Circa præfatam immemorialem, quam superius, pro vassallorum impositionibus præscribendis, jure communi, ac Regio necessariam diximus, utrum hoc non tantùm quoad proprietatis jus, sed etiam quoad possessionem intelligi, debeat? & quid in possessorio, summarissimo, vel plenario? & in servitiis insolitis, aut consuetis, cum n. seqq.

143 Per aliquod breve tempus interruptio in præstationibus an nostra immemoriali noceat? cum duobus numer. seqq.

Ex infinito, si finitum adimatur, quod remanserit, infinitum etiam erit: declaratur notabiliter ad rem, ibidem.

146 Interruptio in hujusmodi vassallorum præstationum præscriptione non solùm contrario facto non solvendi inducitur, verum etiam rumore, seu tacita populi murmuratione, quod exactio violenta sit.

147 Populi rumore in contrarium stante immemorialis redditur improbabilis.

148 Rumor, seu murmuratio ad interruptionem inter vassallos, & dominum magis debet operari, quam inter alios æquales expressa contradictio.

149 Interrumpitur maximè hæc præscriptio, cum vassalli solverint, cum expressa protestatione, ne per tales solutiones aliquod jus in posterum acquiratur.

150 Ex solutionibus cum protestatione factis pro cujuscumque juris conservatione, nulla quasi possessio quæritur: & num. 153.

151 Et si simul cum deposito fiant.

152 Et metu censurarum.

154 Vel mandati executivi.

155 Nulla etiam quasi possessio in his præstationibus dominis quæritur, sed potius violentia, & extorsio præsumitur, quoties dominus pignora pro servitiis præstatione à vassallis invitis capiebat; eosve arrestabat, gagiabat, vel arrestari, faciebat.

156 Quid si hoc domini judicialiter fecerint?

Potentiores judicialiter suum jus prosequendo vim facere, non censentur, ibi.

157 Immemorialis in his vassallorum impositionibus ex d. nostra l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopil. non solùm procedit in præstationibus, quæ juri naturali, & æquitati non resistunt, sed etiam in his, quæ aliàs se mota immemoriali, maximè æquitati, & naturali libertati vassallorum adversarentur, cum num. seqq.

158 Refellitur quædam distinctio Balmased. inter impositiones, quæ juri naturali, & æquitati non resistunt, sed tantum præter jus sunt: & quæ notoriò injusta sunt, & contra vassallorum libertatem.

159 Referuntur ad litteram Doctores, quos pro sua distinctione Balmased. refert.

161 Nullus ex his Doctoribus Balmasedæ sententiam, aut distinctionem comprobat, quinimò contrarium plures tenent: declaratur unusquisque, cum num. seqq.

166 Bobadilla, Gaspar. Rodrig. Capyc. Galeota, & alii ex relatis per Balmased. loquuntur in vassallorum gravaminibus, & servitiis valdè juri exosis: & Bobadilla in odiosissima illa impositione Regni Gallecia, quam Luctuosam Doctores appellant, & tamen in his omnibus immemorialem admittunt.

167 Declaratur Doctrina Dom. Solorzan. immemorialem in hujusmodi servitiis personalibus, seu impositionibus insolitis reprobantis.

168 Loquitur Dom. Solorzan. in servitiis personalibus Indorum, in quibus ob ipsorum imbecillitatem, ac rusticitatem vehementior est metus, & coactionis juris præsumptio, quam in cæteris vassallis.

169 Sunt ultra hæc plures Regiæ schedulæ hæc Indorum servitia personalia ob gravissima inconvenientia improbantes.

170 In his Indorum servitiis personalibus præscribendis; immemorialis admittenda, probata insuper specialiter qualitate, quod spontè, & absque ullo metu ea præstiterint.

171 Quælibet vassallorum impositiones, vel servitia, ut in plurimum nimis onerosa, & contra libertatem vassallorum tendunt, notorièque injusta, & exorbitantia per Doctores habentur, & tamen in his immemorialem admittunt, cum num. seqq.

176 Similiter apud feudistas servitia ista personalia vassallorum Angaria, & Perangaria nuncupata sordida, & vilia onera sunt, nimisque vassallorum libertatem infringunt, cum n. seqq.

178 Nec vassallos perangarios ad alias terras indistinctè se transferre permittunt, nec Angarios nisi ad loca demanialia.

179 Eosque Clericari, impediunt.

181 Dicunturque servitutis species.

183 Et tamen immemoriali præscribuntur.

185 Concluditur ex omnibus hucusque dictis nostra vassallorum munera, impositiones, aut servitia rectè per immemorialem acquiri, & consequenter tunc necessaria, & inter fructus feudi, aut oppidi reputanda.

186 Quadragenaria cum titulo, utrum pro eisdem impositionibus, aut servitiis quærendis sufficiat? cum num. seqq.

187 Refertur, & fundatur affirmativa opinio.

Quadragenaria cum titulo immemoriali æquipollet, ex

Digitized by Google

ex Text. in cap. 1. de præscript. in 6. *ibidem, declara ex n. 195.*
188 *Etiam in regalibus, in quibus præscribendis immemorialis exigitur.*
189 *Et in jurisdictione apud nos similiter immemoriali præscribenda.*
190 *Et in causis nobilitatis.*
192 *Bona, quoque majoratus, immemorialem præscriptionem exigunt, ut omnibus successoribus præjudicet præscriptio.*
193 *In eis tamen quadragenariam cum titulo plures admittunt.*
195 *Resolvitur contrarium, ut verius, quadragenariam, scilicet, cum titulo pro vassallorum impositionibus, aut servitiis præscribendis non sufficere: cum num. seqq.*
196 *Intelligitur, seu declaratur superior contraria regula ex* d. cap. 1. de præscript. in 6. *quadragenariam, nempè, cum titulo immemoriali æquivalere, cum num. seqq.*
197 *Non procedit, cum agitur de præjudicio successorum.*
198 *Limitatur secunda hæc regula, jure resistente ipsi titulo præsumpto, seu alienationi: & quid si præsumptioni tantùm tituli resistat?*
199 *In vassallorum impositionibus non solùm præsumptioni tituli, sed etiam ipsi titulo jus resistit.*
200 *Diluuntur reliqua argumenta superiùs in contrarium adducta.*
Quadragenaria cum titulo sufficit in rebus, quarum præscriptioni, seu acquisitioni non ita, ut in impositionibus vassallorum jus adversatur, ibid.
201 *In jurisdictionis præscriptione extat Textus specialis* & dict. l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. *qua specialiter quadragenaria cum titulo admittitur.*
202 *In vassallorum præstationibus nullibi hoc admissum.*
203 *In rebus majoratus præscribendis verior sententia, ne quadragenaria cum titulo admittatur, cum n. seqq.*
204 *Declaratur Dom. Molinæ in hac re doctrina, quadragenariam cum titulo in rebus majoratus juxta aliquos admittentis: cum n. seqq.*
Tractat Dom. Molin. de bonis liberis noviter majoratui addicendis, non vero de jam annexis liberandis, seu de destruendo majoratu, ibi cum duob. n. seqq.
205 *Inter hos casus magna ad rem differentia, cum num. seqq.*
209 *Ponderatur insuper pro superiori resolutione; ne in vassallorum impositionibus quadragenaria cum titulo admittatur,* Text. in dict. l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopil. *qua immemoriali tantum exigi videtur.*
210 *An saltim pro eisdem impositionibus quærendis centenariam probari, sufficiat, cum num. seqq.*
211 *Affirmativa juxta aliquos, centenariam immemoriali æquipollere, & sufficere, quoties lex, vel statutum immemorialem requirit, refertur opinio.*
212 *Imò, & potiorem esse juxta aliquorum sententiam.*
213 *Contrarium, ut verius, resolvitur.*
Plures differentiæ inter immemorialem, & centenariam, ibid.
214 *Hæc magis tenenda opinio, quia versamur in odiosis vassallorum impositionibus; quarum ideò acquisitio, seu præscriptio restringenda potius, quam extendenda est.*
215 *Concluditur materiam nostri §. & principalis quæstionis circa vassallorum munera, donativa, aliasve impositiones, an, & quando ratione præscriptionis inter feudi, seu oppidi fructus, tanquam necessaria reputanda sint, necne?*

QUartò, & ultimò utiliter ad praxim quæri, potest, an ista donativa, munera, seu collectæ Dominis per vassallos longissimo tempore præstari solita, in posterum, consuetudinis, aut præscriptionis vi præcisè solvi, debeant? quia si ex ista causa necessariò annuatim præstanda sint; consequenter etiam, ut certæ, & uniformes præstationes inter fructus feudi, aut castri connumeranda erunt, juxta resolutionem supra traditam in cap. præced. n. 6. 1

In qua dubia quæstione dicendum, videtur, ex nulla consuetudine, aut præscriptione, etiam immemoriali, vassallos ad hæc donativa, seu servitia in posterum compelli, posse. 2

Primò, quia nulla lege, super eorum præstatione, stante, aut constitutione speciali, seu legitima conventione interveniente, de quibus supra dixi, remanet absque dubio ipsarum solutio in mera voluntate, ac facultate vassallorum, ita ut hæc donativa voluntaria, & facultativa omninò existimanda sint. 3

Et in specie, quòd prædictis casibus necessitatis legis, aut legitimæ conventionis, cessantibus, merè facultativa, & voluntaria reputentur, probatur manifestè ex Text. expresso *in l. Sejo amico, & §. Medico, ff. de annuis legat.* & docet notabiliter Alberic. *in l. usufructu legato, in fin. ff. de usufruct.* qui in nostris donativis, & similibus præstationibus eleganter loquitur, quem communiter in eisdem terminis sequuntur Baez. *de decim. tutor. cap. 25. num. 7.* Joan. Gutierr. *de tutel. 3. part. cap. 18.* Petr. Barbos. *in l. divortio 8. §. Quod in anno, num. 6. ff. solut. matrim.* optimè ultra omnes Capyc. Galeot. *tom. 1. controvers. 42. a num. 14. & 18.* & comprobatur per latè tradita supra in cap. præced. à num. 3. ubi alios plures retuli, qui omnes communiter tenent, donativa ista, & similia servitia, necessitate proximè relata cessante, inter actus facultativos habenda esse. 4

Quapropter in eis nullam consuetudinem, aut præscriptionem, etiam longissimi temporis, admitti, posse dicendum, videtur, ut in nostris terminis tenent Barbos. Gutier. Galeot. & proximè relati. 5

In facultativis enim per explicationem actus etiam longissimo tempore nullum jus, nulla exceptio, nullaque obligatio, quæri potest, quia non animo se obligandi quis talia facit, sed potiùs familiaritatis, amorisve causa, exercendique liberalitatem: ex quibus insurgit solum explicatio ejus, quod in libero explicantis arbitrio consistebat, cujusmodi sunt nostra xenia, seu munera Dominis vassallos mittere, per aliquod locum ire, vel ambulare, similiave voluntaria facere, ut eleganter declarat Angel. *cons. 54. circa med.* & de alia exempla doctè D. Covarruv. *in regul. possessor. 2. part. §. 4.* Balb. *de præscription. 4. part. 5. part. principalis, quæst. 1. ex numer. 1. & 4.* Seraphin. *decis. Rot. Roman. 716. numer. 10. & 11. & decis. 813. num. 5.* † Qui loquitur in permissione tacita Episcopi in favorem privatorum, ut in propriis sepulturis tumbas amobiles habeant, ex qua permissione, ut facultativa, hujusmodi tumbas habendi jus præscribi, non posse, ait, quia ex mera Episcopi voluntate, & arbitrio, nulla obligatione, nec causa obligationis præcedente, id fuit permissum: ideò nulla præscriptio, nulla obligatio, nullumve jus induci, potest, de quo tamen casu vide per nos dicenda infra in suo loco, hac 1. part. cap. 32. ubi latè agitur de præeminentiis, & juribus Episcopo competentibus, sed interim docet optimè, ultra alios, Menoch. *cons. 143. num. 2. & 3.* & alii ex Modernioribus proximè referendi. 6 7

Quod idem in quibuslibet aliis actibus facultativis, vel jure familiaritatis, aut benevolentiæ gestis, ne in eis aliqua etiam longissimi temporis præscriptio admittatur, communiter resolvunt DD. per vulgaria jura in *l. viam publicam*, ubi Bart. & DD. *ff. de via public. l. Proculus 26. ff. de damn. infect. l. 1. §. Denique 5. l. si in meo 21. ff. de aqua pluv. arcend.* & passim Canonistæ *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet.* ubi plures cumulat 8

lat August. Barbos. num. 21. & jure etiam nostro comprobatur per l. 7. tit. 29. part. 3. plura de materia præscriptionis, quæ in facultativis regulariter denegatur, in quibus casibus limitetur, quando actus facultativi dicantur? & ad alia multa Innocent. Ripa, & alii Canonistæ in dict. cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet. latè Anton. Gabriel. commun. opinion. conclus. 10. Tiraquel. de retract. conventional. §. 1. glos. 2. num. 22. Menoch. cons. 143. num. 2. & 3. lib. 2. Balb. de præscript. 4. part. 5. part. principal. quæst. 1. à num. 1. & 4. & ad rem D. Covarruv. in regul. possessor. 2. part. §. 4. Cæphal. cons. 176. num. 48. tom. 2. Thesaur. decis. Pedem. 16. tot. Surd. consil. 127. à num. 18. & 81. & ad plures ampliationes, & limitationes, multis congestis, Ceval. commun. contra commun. quæst. 501. num. 15. cum sequent. Dominic. Arumnæus in lib. exercitat. exercit. 6. cap. 9. per tot. latè, & optimè Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 17. à numer. 9. & cum aliis pluribus D. Valenzuel. cons. 149. à num. 28. latissimè Posth. de manutent. observ. 53. per tot. ubi in actibus jure familiaritatis, urbanitatis, benevolentiæ, & similibus; in quibus etiam plenè præscriptionem improbant D.D. Joan. Baptist. Valenzuel. cons. 140. num. 29. cum seqq. Paul. Christin. decis. Belgic. 164. nu. 18. & decis. 294. num. 26. tom. 1. Joann. Maria Novat. de gravamin. vassallor. tractat. 2. prælud. 3. per tot. Castil. de tertiis, cap. 32. num. 2. & tot. plenissimè, ultra alios, de actibus facultativis, eorumque prohibita præscriptione tractat D. Larrea allegat. 92. num. 6. ubi plures refert.

9 Quinimò nec immemorialem præscriptionem in facultativis procedere, tenuit idem D. Larrea allegat. 92. num. 6. & ex Cravet. de antiquitat. tempor. 4. part. §. Materia ista, num. 98. docet Marin. variar. resol. tom. 1. c. 63. num. 5. & resolut. 78. à num. 8. quam ampliationem communiter receptam, testatur Anton. Gabriel. commun. opin. tit. de præscript. conclus. 10. à num. 9. ubi plures pro ea cumulat.

10 Et ex moderni oribus hanc etiam ampliationem sequuntur, plenissimè materiam circa actus facultativos, vel qui jure familiaritatis geruntur, eorumque improbanda præscriptione tractantes, ultra omnes, plenè Dominic. Tasson. in pragmat. de antefat. vers. 11. observat. 2. à num. 116. & passim per tot. Capyc. Galeot. tom. 2. controvers. 42. tot. & præcipuè, num. 7. & novissimè, aliis congestis, Franc. Maria Prat. in observat. jur. observat. 36. num. 17. & in discept. forens. tom. 1. cap. 47. à numer. 35. & latissimè, ac meliùs tom. 2. cap. 30. per tot. ubi optimè
11 rem tractat; † & quòd nulla præscriptio in facultativis admittatur, nisi à tempore prohibitionis, & acquiescentiæ, ut infrà dicam, quia nec aliqua possessio in eis considerari, potest, quousque prohibitio, & acquietatio intervenerit, ut ex Gregor. XV. Gratian. Cenc. & pluribus Rotæ decisionibus adductis, latè docet Posth. dict. observat. 53. à num. 1. ubi, & optimè, quæ facultativa di-
12 cantur? explicat, † plura ad id exempla adducens; & copiosè alia exempla ad plures casus tradunt Galeot. dict. contr. 42. à num. 5. tom. 2. Franc. Maria Prat. dict. tom. 2. discept. cap. 30. nn. 8.

13 Sed exempla, quæ magis nostræ quæstioni conveniunt, sunt, veluti si quis nullies apud se amicum hospitio acceperit, qui tamen in futurum recipere, non cogetur, quia nullo jure cogente, sed amicitiæ causa, & ex mera voluntate id fecit, ut in specie probatur ex Text. singular. in l. & habebat 15. §. Hospites, ff. de precar. & docent ex doctrina Bart. in l. cum de in rem verso, no. 14. ff. de usur. Abb. in c. suam nobis, nu. 6. de simon. & ex Escobar, Garcia, & aliis Ceval. commun. contr. commun. q. 501. à num. 15. & ex Ripa, Ponte, & aliis Posth. de manutent. dict. observat. 53. num. 3. & Innocent. Dominic. Guip. Pap. Roland. Ant. Gabriel. pluresque alii congesti per D. Valenzuel. cons. 149. num. 32.

14 Et licèt in hoc casu contrarium tenuerit Felin. in cap. cum M. Ferrariensis, vers. Tertia declaratio, de constitut. imò, quòd si quis alium per tempus immemoriale hospitatus fuerit, cogi posset gratis in futurum hospitari; hanc tamen Felin. doctrinam rectè intelligit Cravet. de antiquitat. temper. 4. part. vers. Præmissa, num. 43. ut tunc solùm procedat quoties ex qualitate personarum, aut conjecturis, colligi, possit, non gratis, aut jure familiaritatis; sed ex debito, vel jure servitutis hospitatum fuisse; ut quia hospitandus tale jus hospitandi peteret, tanquam sibi debitum, litteras Domino domus mittendo non deprecativas, sed potius in eis jubens, ut suum debitum adimplens, hospitium præparet, & Cravet. sequitur Menoch. de arbitr. cas. 160. à num. 59. & aliis congestis Barbos. in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 21. de caus. possess. & propriet. & novissimè ad hunc casum Dominic. Tasson. observat. jur. in pragmat. de antefat. vers. 11. observat. 2. num. 99. & 109. Galeot. d. controv. 42. nu. 2. Prat. d. cap. 30. num. 9.

Vel etiam prædicta conclusio, quòd immemorialis 15
præscriptio in facultativis locum habere, non possit, exemplificari benè ad nostram quæstionem poterit, in eo, qui certam eleemosynam per plures annos pauperibus præstare, solitus fuerit; quia nec ob id in posterum ad eam erit adstringendus, ex quo actus merè facultativus sit ex mera liberalitate, & voluntate dependens, unde ad libitum revocari, poterit, ut in terminis tenuerunt Cyn. & Imol. in l. non amplius, in princip. ff. de legat. 1. quos ibi sequitur Alexand. num. 5. refutans opinionem Bart. qui in l. privilegia, Cod. de Sacrosanct. Eccles. pro contraria allegari, solet, & idem Alexand. consil. 209. num. 14. vol. 2. Raphael. Cuman. & Paul. de Castr. in dict. l. privilegia, & novissimè Dominic. Tasson. in observat. jur. ad pragmat. de antefat. vers. 11. observ. 2. de cujus resolutionis intelligentia, & quando Bart. opinio procedat, latiùs dicam infr. suo loco.

Vel etiam magis in specie nostræ quæstionis superio- 16
rem negativam sententiam, ne in nostris vassallorum muneribus, vel donativis ulla præscriptio admittatur, etiam si per longissimum tempus Dominis præstita fuerint, comprobat ex eleganti exemplo Bart. in l. cum de in rem verso, num. 10. ff. de usur. ubi quòd, si rusticus ob familiaritatem, ac benevolentiam ex libera facultate per plures annos par caponum alicui præstare, consueverit; non tamen ideò ad eorum præstationem invitum in futurum adstringi, debere, ait, quia nullum jus, nullave obligatio ex his voluntariis, & facultativis præstationibus oriri, potest, ut in eadem Bart. specie docent etiam Abb. in c. suam nobis, num. 5. de simon. Innocent. in cap. bona, el 2. de postulat. Prælator. & frequenter Moderniores sequuntur.

Item superior negativa sententia optimè comprobari, 17
potest illo, licet vulgari, sed quod ad rem multum facit, exemplo in rebus facultativis pro præscriptione improbanda frequenter per DD. adducto, ut si quis ad furnum, vel molendinum alterius per longum tempus ire, consueverit, non propterea præscriptio contra eum ob jus macinandi aliamve utilitatem, inducta censebitur, ut in futurum ire, cogatur, tenent Bald. in l. 5. num. 5. Cod. de servit. & aqua, Rip. in dict. cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 4. de caus. possess. & propriet. Joan. Faber. in §. Æquè, num. 20. vers. Et ideo credo, Instit. de action.
† Ubi, quòd si in villa fuit alicujus privati furnus, ad 18
quem omnes vicini per centum annos ad coquendum panem accessissent; non tamen ideò furni Dominus vicinis poterit prohibere, quominùs alibi vadant, vel quominùs possit sibi populus furnum ædificare, nisi alias primi furni dominus prohibuisset, & tali prohibitioni populus acquievisset, & ad idem Cæpol. de servitut. urban. prædior. cap. 50. in 2. quæst. & cum aliis Guid. Pap. quæst. 298. tot. Nevizan. cons. 43. n. 10.

Quod, & procedit etiam si per mille annos, aut tem- 19
pus immemoriale quis accesserit, ut doctè docet D. Covarruv. in regul. possessor. 2. part. relection. §. 4. à n. 6.

Qui in dominis vassallorum loquitur, quos ex tali im- 20
memoriali consuetudine accedendi ad Dominorum furnos,

Digitized by Google

nos, vel molendina Domini, ut in futurum eant, compellere, solent, resolvitque D. Covarruv. nullo modo ob id vassallos cogi, debere, quo casu idem communiter resolvunt Anton. Gabriel. commun. opin. tit. de præscr. conclus. 10. num. 4. Cæphal. consil. 176. num. 48. Balb. de præscript. 4. part. 5. part. princip. quæst. 5. & 6. doctè Bertrand. consil. 334. num. 4. & 5. Otero de pascuis, cap. 21. numer. 9. Cassanat. consil. 39. n. 7.

21 Et latè hanc opinionem fundat Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 14. à num. 27. quamvis ipse à num. 42. contrarium resolvat, imò quòd, immemoriali stante, qui per tantum temporis spatium ad furnum, vel molendinum alterius accesserint, recedere, non valeant, sed in futurum ad eundem furnum, vel molendinum ire, cogantur; quam etiam opinionem priùs docuerant Jas. in leg. quominus, num. 32. in fin. vers. Cogitatu, ff. de fluminib. Hostiens. & Joann. Andr. in cap. significante, de appellat. & hoc etiam videtur de mente Guid. Pap. d. qu. 298. in fin. Boer. decis. 125. ubi contra vassallos, qui ad furnum, vel molendinum Domini consuetudine immemoriali accesserant, judicatum, refert, ut in futurum recedere, non possint.

22 Sed quidquid isti DD. dicant; à priori D. Covarruv. opinione non est recedendum, quam, ut veriorem, & communiorem sequuntur DD. Moderni, rationibus contrariæ opinionis respondentes, & præcipuè in vassallis, qui ad furnos, seu molendina Dominorum longissimo tempore accesserunt, etiam si per mille annos, vel cujus initii memoria non extat, accesserint, ut ob id nullo modo in futurum ire, cogantur, sed recessus ad ipsorum libitum eis permitti, debeat, ut, ultra superiùs relatos, plenè etiam docent, & resolvunt Thesaur. decis. 16. à num. 3. & tot. ubi latè de materia ad plures ampliationes, & limitationes, & num. 4. optimè Jas. & sequacium contrariam opinionem confutat, quam, & latissimè impugnat plura pro vassallis in nostra specie, & ad alias quæstiones adducens Surd. consil. 127. à num. 81. Boss. in tit. de
23 regal. num. 41. circ. fin. Ubi Jason, contrariam sententiam doctè intelligit, stante prohibitione ex parte dominorum, & huic prohibitioni vassallorum acquiescentia, de qua infrà, & quod esset error, si aliàs Jason. id intellexisset.

24 Et ex Modernioribus hanc resolutionem sequuntur Gratian. disceptat. forens. cap. 89. num. 18. & cap. 298. n. 10. Cassanat. consil. 39. num. 7. & aliis pluribus congestis Castil. de tertiis, cap. 29. num. 4. & 5. Rovit. in pragmat. Regn.
25 Neapolit. tit. de Baron. pragmat. 14. † Per quam Regiam Pragmat. specialiter in illo Regno id cavetur per invictissimum Imperatorem, & Regem nostrum Carolum V. ne scilicet vassalli ad furnos, vel molendina Dominorum accedere, cogi, possint Joan. Novar. in eadem pragmat. & à num. 8. id procedere, ait, quamvis per tempus immemoriale accesserint, de qua pragmatica meminit, idem jure communi cum aliis docens D. Valenzuel. consil. 149. num. 29. & 30. D. Larrea allegat. 69. num. 26. latè Amaya in l. unic. Cod. de aur. coronar. num. 36. & 39. & idem Novar. de gravamin. vassallor. tract. 1. gravam. 58. ubi in pluribus seqq. ad aliàs similes quæstiones, Capiblanc. de Baron. in dict. pragmat. 14. & ex Ripa, Boer. Jacobin. Sixtin. & aliis novissimè Dominic. Antunez de Portug. de donation. Reg. 3. part. cap. 5. numer. 8. cum seqq. de his quoque actibus facultativis circa eandem materiam agit benè Joseph de Rossa consultat. 66. per tot. Marin. lib. 1. variar. resolut. cap. 78. à num. 8.

26 Qui idem admittit, si quis ad macellum pro carnibus, aut ad tabernam pro vino emendo longissimo tempore accesserit, vel etiam furnos, seu molendina alterius privati diu frequentatus fuerit, ut nullo modo ex eo jus compellendi, ut in futurum accedat, quæsitum, aut præscriptum censeatur, cum ex libera voluntate, & facultate ea omnia fiant, à qua cuilibet, quandocumque voluerit, recedere, licet.

27 Quæ omnia (ne solum in vim argumenti, sed in vim quoque resolutionis procedant) communiter intelligunt, & resolvunt DD. ut ex aliquibus, licèt per transitum, supra dictum remanet, nisi cum recedere vassalli, vel alii voluerint, per Dominos prohibiti inveniantur, & huic prohibitioni acquieverint, quo casu præscriptio locum habebit, quia, & possessio à tempore acquiescentiæ cœpisse, censetur D. Covarruv. Thesaur. Rovit. Surd. Capiblanc. Castil. Larrea, Amaya, & ferè omnes supra relati, Novar. ultra locum supra adduct. eodem tract. de gravamin. vassallor. gravamin. 59. à num. 4. Capyc. Latr. consultat. 110. à num. 13. & 28. ubi plures refert, & cum aliis novissimè benè explicat Joseph de Rosa consultat. 66. à num. 7. Dominic. Antun. de Portug. de donat. Reg. part. 3. cap. 5. n. 12. de qua prohibitione, & acquiescentia quomodo, & per quod tempus fieri debeat? videndi DD. super relat. ex num. 23.

Ex quibus omnibus in prædictis actibus facultativis, 28
& jure familiaritatis resolutis, ut nimirum ex eis nulla præscriptio, aut jus, seu obligatio induci, possit, similiter idem in nostra quæstione principali dicendum, videtur, ut scilicet ex annuis præstationibus, seu muneribus, vel donativis, quæ longissimo, aut etiam immemoriali tempore vassalli Dominis solvere, consueverunt, nullam præscriptionem, aut jus Domini prætendere, possint, ut vassalli in posterum ad eorum præstationem adstringi, debeant, cum & istæ præstationes ex libera, & spontanea voluntate, ac mera facultate, jureve familiaritatis solutæ videantur, ut supra dixi n. 4.

Secundò, ut præscriptio longi, vel etiam longissimi 29
temporis in prædictis vassallorum annuis præstationibus locum habere, non possit, facit quòd tales impositiones, & servitia præsumuntur potius extorta per vim, metum, ac tyrannidem Dominorum, quibus, ut potentioribus pauperes, & miseri vassalli, nec possunt, nec resistere, audent; probant jura in l. ultim. §. Si justo, ff. de postuland. l. qui per potentiam, Cod. de omn. agr. desert. l. 2. Cod. ne rustic. ad ull. obseq. vocent. ibi: *Et quicumque prætextu publici muneris, possunt esse terribiliores rusticano*, & docent omnes ex doctrina Innocent. & aliis Canonistis in cap. quod latenter, de regul. jur. in 6. & in cap. si diligenti, column. fin. de præscript. ubi, & communiter notant DD. & plura de istius metus contra Dominos præsumptione Bald. in cap. 1. in verb. Pactiones, de pact. constant. Paris. ad consuet. Paris. tit. 2. §. 53. num. 16. ex quo idem Paris. in addition. ad Alexand. in consil. 124. lib. 4. num. 1. malè ibidem Alexandrum pro dominis contra vas-
sallos consuluisse, ait; quia, † si non appareat de justo 30
titulo, præsumitur Dominorum extorsio, optimè ex Guid. Aretin. Joann. Fab. & aliis D. Covarruv. in regul. possessor. 2. part. §. 4. numer. 5. benè Gregor. Lop. in l. 6. tit. 25. part. 4. gloss. Debenlos servir, column. 2. ad med. & column. 3. Aviles in cap. Prætor. 24. gloss. 1. numer. 6. Mascard. de probation. conclus. 1301. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 13. num. 21. benè Pat. Fragoss. de regim. Reip. Christ. par. 1. lib. 3. disp. 7. ex n. 6.

Quia, ut in plurimum juxta Antibol. de munerib. §. 4. 31
num. 196. oppidorum Domini semper infesti, & avaritia plenì esse, soleant, illamque de die cogitare, & de nocte somniare, ait, quibus, & eorum prætensionibus ob ipsorum magnam potentiam, & immensam cupidinem ampliandi proprios status, vassalli, ne quidem per somnium, resistere, audent, ut doctè latè plura eleganter de hujus metus præsumptione adducens Mieres de majorat. 4. part. quæst. 20. à num. 66. & in num. 67. quòd communiter præsumatur per DD. in dict. cap. quod latenter, de regul. jur. in 6.

Ex quibus rationibus eandem violentiam, ac metum 32
pro vassallis in his præstationibus in dubio contra Barones, vel Dominos præsumit latè Joann. Maria Novar. de gravamin. vassallor. tractat. 2. prælud. 2. tot. ubi Farinac. Surd. Amat. Capiblanc. & alios plures de hoc metu tractantes cumulat: benè Paul. Staiban. variar. resol. 98.
num. 155. cum seqq. † Ubi maximè, si excessivæ sint præ- 33
statio-

34 stationes. † Et *num.* 158. quòd extorsio, ac vis probata
censeatur, si Dominus vassallos eas præstare nolentes,
captis ipsorum possessionibus, & penitùs inauditos ad id
compellebat: & idem, si arrestabat, aut gagiabat, vel
arrestari, aut gagiari, faciebat, docent Avendañ. *ubi*
supr. ex l. fin. §. penult. ff. quod met. caus. Gregor. *in l. citat.*
& ex l. fin. §. fin. ff. quod met. caus. Speculat. *in tit. de præ-*
script. vers. Hoc etiam nota, Aviles *in cap. 54. Prætor*,
gloss. 1. num. 6. ubi ex Guidon. Joan. Andr. & aliis, quòd
violentia, ac extorsio absque dubio præsumatur, de quo
tamen pleniùs infr. ex num. 38. Petr. de Antibol. *de muner.*
3. part. §. 2. num. 69. tom. 6. fol. 34. optimè de hac violentia,
& tyrannide Dominorum inferiorum erga suos vassallos,
Gasp. Rodrig. *de ann. redditib. lib. 1. quæst. 15. à numer.* 65.
35 † Qui vassallorum Dominos terribiliores, & crudeliores
vocat, sanguisugas appellat, eosque lupis rapacissimis,
& sanguinariis æquiparat; nec miror, cum & idem fa-
ciat Ezechiel. 22. ibi: *Principes facti sunt hodie quasi lupi*
rapaces, qui effundunt, & devorat sanguinem miserarum
ovium, quas ad custodiam Dominus eis tribuit: quæ uti-
nam, & Deum precor in hac nostra tempestate Proce-
ribus, ac Principibus nostris ne conveniant, & in eis ve-
rificentur.

36 Quare, cum stante vehementi hac metus, aut vis ju-
ris præsumptione contra præscribentem, præscriptio lon-
gi, vel longissimi temporis absque titulo non procedat,
ut probatur ex *cap. 1. de præscription. in 6.* ubi communiter
notant DD. & ex Text. *in cap. si diligenti*, ita intelligenda
juxta Gloss. ibi, *de præscript.* Dom. Covatruv. *in regul.*
possessor. part. 2. §. 5. num. 2. & lib. 1. variar. cap. 17. num. 6.
Mascard. *de probationib. conclus.* 1377. *à num.* 18. Gilchen.
de præscript. part. 5. memb. 1. cap. 9. & 10. meritò etiam in
nostro casu ob prædictas contra Dominos vis, & metus
juris præsumptiones omnem præscriptionem cessare, de-
bere, videtur.

37 Ex quibus, & aliis pluribus rationibus in eadem no-
stra specie, & principali quæstione pro hac negativa
opinione, ut nimirum nulla præscriptio absque titulo,
licet longi, vel longissimi temporis hoc est 30. vel 40.
annorum, juxta Rodrig. infrà num. 63. Dominis prodes-
se, possit ad prædictas præstationes in futurum à vassal-
lis obtinendas, ex eo quòd odiosæ sint, & juri commu-
ni repugnantes, resolvunt Innocent. *in cap. bonæ, el 2.*
de postulat. Prælat. & in cap. si diligenti, ubi DD. *de præ-*
script. Cyn. *in l. si certis annis, quæst. 5. Cod. de pact.* Joan.
Fab. *in §. Æque si agat, Institut. de action. in 5. quæst. prin-*
cip. ad fin. Bald. *in cap. 1. §. Pactiones, de pace constant.*
Arenn. *cons. 14.* Guid. Pap. *cons. 1. num. 7. & cons. 65. num. 5.*
Montalu. *in l. 1. tit. 11. lib. 2. Fer. gloss. ò forcada*, Gregor.
Lopez *in l. 6. tit. 55. part. 4. glos. magn.* D. Covarruv. *in d.*
regul. posses. p. 2. §. 4. n. 5.

38 Qui loquitur etiam, allegata, & probata causa præ-
stationis, ob vehementem juris præsumptionem, quam
contra has impositiones stare, supra diximus; & idem
docent Menses *in l. si aquam, C. de servitut. numer.* 37.
& seq. benè Gasp. Rodrig. *de ann. reddit. part. 1. d. qu.* 15.
à numer. 62. & 64. Mieres *de majorat. part. 4. quæst. 20. à*
num. 85.

39 Et quòd maximè, extorsione per aliquos actus proba-
ta, nullo modo qualiscumque præscriptio, aut consue-
tudo in his præstationibus procedere valeat, *ex cap. fin.*
de consuetud. Camil. de Medic. *cons. 152. num. 65. cum seqq.*
40 † Et præcipuè in excessivis, nimisque gravosis præstatio-
nibus ex Gratian. & aliis Paul. Staib. *resolut. for. resol.* 98.
num. 155. cum seqq.

41 Et ad alia plura de materia, maximè ob dictam metus,
aut vis juris præsumptionem, longi, vel longissimi tem-
poris præscriptionem in his impositionibus impugnantes,
benè ex Modernioribus Pater Fragoss. *de regimin. Reipub.*
part. 1. lib. 3. disput. 7. ex num. 60. Capiblanc. *de Baron. su-*
per pragmat. 1. numer. 216. versic. Et quod pejus, fol. 82. in
novissim. ubi judicatum, refert Joann. Mat. Novat. *de*
gravam. vassallor. tract. 2. prælud. 7. à num. 2. Galeot. *to. 2.*
controv. jur. controv. 42. nu. 18. Ursil. ad Afflict. *in dec.* 229.
† Qui ita odiosas, ob juris relatas præsumptiones, has 42
longi, vel longissimi temporis contra vassallos præscri-
ptiones esse, ait, ut nunquam per eas in vassallorum exa-
ctionibus obtinuisse, dicat; idemque de se testatur Ponte
cons. 48. num. 19.

Imò, quòd nec immemorialis in his impositionibus 43
procedat, nisi titulo per Dominos probato, tenet Me-
nes. *in dict. l. si aquam, num. 38. Cod. de servit.* ob metus,
& violentiæ præsumptionem, quam nec per tempus im-
memoriale purgari, asserit, nisi cum immemoriali aliquo
etiam titulo, saltim colorato concurrente, quo loco, & si
mentionem faciat de Regia pragmatica nostri Imperato-
ris, & fortissimi dominatoris Orbis Caroli V. contrarium
statuente, de qua nos infra, eam usu ratò observari Me-
nes. ait, sed malè, ut infrà videbis.

Quod maximè apud nos procedere, debere, adstrui, 44
posset, ex quo hujusmodi vassallorum impositiones tri-
butorum genus sunt, ut constat ex latè traditis supra c. 14.
§. unic. ex num. 35. quare in eis locum etiam habere, pos-
se, videbatur nostram *l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.* qua gene-
raliter omnium triburorum præscriptio, licèt immemo-
rialis, improbatur, de quo tamen infrà.

Et quòd saltim ultra immemorialem libera vassallo- 45
rum voluntas in talibus exactionibus specialiter per Do-
minos articulari, & probari, debeat, docet noster Gre-
gor. Lopez *in d. l. 6. tit. 55. part. 4. glos. magna*, idemque
volunt, licet Gregor. non referat, D. Solorzan. *de jur. In-*
diar. tom. 2. lib. 1. cap. 1. n. 36.

Et indistinctè, præscriptionem in his Dominorum, seu 46
Baronum contra vassallos exactionibus, aut donativis re-
probat, licet nulla disputatione habita, nec facta differen-
tia, aut mentione de longi, vel longissimi temporis, seu
immemoriali præscriptione, Dominic. Tasson. *in pragm.*
de antefat. vers. 3. observ. 4. n. 192.

Quibus tamen non obstantibus, contrariam affirma- 47
tivam oppinionem, ut nimirum præscriptio longi, aut
longissimi temporis in his vassallorum præstationibus lo-
cum habeat, maximè, aliqua causa in earum solutione
allegata, tenent alii plures DD. ex Text. singular. *in l. cum*
de in rem verso, ff. de usur. & ita docent Bart. ibi *num.* 14. &
ex Text. *in l. litibus, C. de agricol. & censit. lib.* 11. ubi
etiam Bart. Speculat. *in tit. de restitution. spoliat. §. Nunc*
dicamus, vers. Sed si quis, ibi: *Pone rusticus*, Innocent. *in*
cap. bonæ, el 2. de postulat. Prælator. Joan. Andr. *in cap. 1.*
de præscript. lib. 6. Bald. *in l. si certis annis, column. penult.*
Cod. de pact. & Jason. ibi *num. 14. & in §. Præjudiciales,*
num. 56. Instit. de action. Paul. de Castro *cons. 51. col. ultim.*
lib. 2. Alexand. *cons. 124. column. 1. numer. 4.* Balb. *de præ-*
script. 3. part. principalis, part. 1. quæst. 10. vers. Et an il-
la lex, cum de in rem verso, ubi hanc communem opinio-
nem contra Cynum affirmat; optimè Guillielm. de Be-
nedict. *in cap. Raynutius in dict. verb. Et uxorem nomine*
Adelasiam, num. 439. cum seqq.

Qui contrariam metus, aut vis præsumptionem per 48
xxx. annorum cursum omninò excludit, Guid. Pap. *con-*
sil. 11. Burgos de Paz *cons. 15. num.* 20. Paris. *in consuetud.*
Paris. 1. part. §. 7. n. 17.

Et quòd saltim cum titulo præscriptio hæc longi, aut 49
longissimi temporis contra vassallos procedat, latè,
& pluribus congestis, resolvit doctissimus Menchac.
controvers. illustr. lib. 2. cap. 83. à num. 16. & 27. idemque
tenet Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 1.*
num. 31.

Qui etiam *dict. l. cum. de in rem verso, de usur.* in his an- 50
nuis præstationibus præscribendis locum habere, asserit
contra mulieres, & rusticos, in quibus eadem metus,
aut vis præsumptio cadere, potest, licèt in servitio-
rum, & præcipuè Indorum præscriptione contrarium
teneat infrà in num. 36. in quibus, quòd nec immemo-
rialis procedat, nisi vassallorum spontanea voluntate,
in oneribus ibi relatis subeundis probata, ut supra dictum
remanet.

In

51 In qua dubia quæstione, & DD. varietate, circa nostras vassallorum præstationes per Dominos præscribendas, vel non, pro absoluta, & veriori resolutione, & Doctorum concordia, quorum plures indistinctè, & promiscuè in utroque casu longi, aut longissimi temporis, & immemorialis præscriptionis loquuntur; distinguendum censeo inter longi, aut longissimi temporis, & inter immemorialem præscriptionem; in primo casu D. Covarruv. & aliorum negativam opinionem; ne hac præscriptione vassallorum munera, vel aliæ impositiones Dominis quæri, valeant, veriorem, & æquiorem esse, nec ab ea tam in judicando, quàm in consulendo recedendum existimo; quia stante, ut supra diximus, vehementissima juris præsumptione contra Dominos, quòd istas impositiones per vim, metum, ac tyrannidem à vassallis extorqueant, non ita de facili in earum præscriptione admittenda dispositio, *dict. l. cum de in rem verso, ff. de usur.* ut in aliis præscriptionibus, quibus, aut jus non repugnat, vel si repugnat, non cum tam vehementi metus præsumptione, ut deducitur ex doctrina, & DD. supra pro ista opinione adductis, & præcipuè ex D. Covarruv. *in d. regul. possessor. p. 2. §. 4. n. 5. & 8.*

52 Et eleganter inter longi, aut longissimi temporis, & immemorialem distinguentes, & quòd illa in his præstationibus locum non habeat, secus verò ista de qua proximè noster Gregor. *in dict. l. 6. tit. 25. part. 4. glos. magna, in med.* & licèt breviter eandem distinctionem faciat Aviles *in dict. cap. 24. Prætor, glos. 2. in fin.* de qua videndi, ultra alios optimè juxtà eam resolventes, Rodrig. *de ann. reddit. lib. 1. quæst. 15. à num. 6.* Pat. Fragoll. *de regimin. Reipubl. part. 1. lib. 3. disputat. 7. num. 59. & 60.* & ex Feudistis Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 1. ex num. 218.* ex nostris Gregor. Avendañ. Velazquez, Flor. de Mena, Mieres, & aliis Jo: Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract. 1. gravam. 3. ex num. 10.*

53 Quæ resolutio, ut in nostris vassallorum præstationibus longi, aut longissimi temporis præscriptio locum non habeat, apud nos indubitanter procedit, stante hodie Regia pragmatica invict. Carol. N. V. *in l. 8. tit. 15. lib. 4. Recop.* de qua latius infrà, qua cavetur, quadraginta ann. possessionis continuæ necessarios esse, ut in possessione harum impositionum Domini tueri, possint, quoad verò proprietatem, immemorialem præscriptio-
54 nem omninò ipsa lex requirit: † Quibus ita stantibus, procedere, nequit, maximè apud nos, contraria opinio Bart. Burg. de Paz. Menchac. & Solorzan. supra adducta, quos prædictæ Regiæ pragmaticæ immemores non miror facilius contrariæ opinioni, & dispositioni *dict. l. cum de in rem verso*, in nostra quæstione adhæsisse.

55 In secundò verò casu immemorialis, videlicet, præscriptionis verius resolvendum est, tam attento jure communi, quàm Regio, eam solam cum juris qualitatibus probatam sufficere, ut nostræ vassallorum impositiones præscriptæ censeantur, easque in posterum Domini à vassallis necessariò obtineant: Pro qua sententia, tam in vassallis feudalibus, quàm in Burgensibus, jure communi attento, magis communiter resolvunt, ex doctrina Cyn. Angel. Jas. & aliorum antiquorum *in l. si certis annis, C. de pact. & in dict. l. cum de in rem verso*, ubi etiam Bart. docent in specie Luc. de Penn. *in l. hac lege, column. 2. C. de aquæduct. lib. 11.* & aliis congestis Vazq. Menchac. *lib. 2. illustr. controv. 83. à num. 35.* & latè per tot. de materia, & ad *dict. l. cum de in rem verso*, Anton. Gabriel. *comm. opin. tit. de præscript. concl. 1. num. 15. & 47.* ubi plures cumulat Jul. Clar. *lib. 4. receptar. sentent. §. Feudum, quæst. 2.* & cum aliis Feudistis D. Covarruv. Aviles, Burg. de Paz, Gasp. Rodrig. Pat. Fragos. & alii ex nostris pro hac resolutione, tam de jure nostro Regio, quàm de jure communi infrà referendis.

56 Et ex Feudistis Capiblanc. *de Baron. tom. 1. super pragmat. 1. ex num. 218. cum seqq.* Joan. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract. 2. prælud. 7. per tot.* ubi quod hoc, ultra jus commune, specialiter etiam procedat in Regno Neapolitano ex pragmat. illius Regni, quæ nostræ pragmaticæ *in dict. l. 8. tit. 15. lib. 8. Recopilat.* convenit, nam, & utriusque conditor extitit Imperator noster Carolus V. qua Pragmatica in Regno Neapol. non aliter, quam per centenariam præscriptionem vassallorum impositiones in illo Regno Baronibus acquiri, statuitur: repetit, & ad immemorialem idem Novar. *eodem tract. gram. 3. per tot.*
maximè à num. 10. † Ubi plenissimè ex Avendañ. Velaz- 57
quez, Flor. de Mena, Mieres, & aliis pluribus de magna vi, & effectu immemorialis præscriptionis in his vassallorum impositionibus, & servitiis quærendis, & quod omnes metus præsumptiones, & quascumque alias maculas abstergat, faciatque Regium privilegium, aliumve titulum solemnem, vim veritatis, ac legis habentem, & meliorem de mundo præsumi.

De jure autem nostro Regio sunt jura expressa imme- 58
morialem præscriptionem in his Dominorum inferiorum contra vassallos præstationibus approbantia in Regia pragmatica Imperatoris nostri Caroli V. quæ est *l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopil.* ibi: *Y en quanto à el derecho de la propriedad, declaramos, y queremos, que si los Señores, que han llevado de sus vassallos algunas cosas, ò otras personas probaren la immemorial costumbre por la manera, y con las calidades, y circunstancias, que per derecho, y leyes de estos Reynos se debe probar, sea avida en lugar de titulo bastante.*

Quod etiam optimè apud nos probatur per *l. 2. tit. 3.* 59
lib. 6. Recopil. quæ in vassallis, vulgò *Solariegos*, loquitur in finalibus verbis, ibi: *Que les sea guardado el uso, y la costumbre, que huviere en esta razon de tanto tiempo acà, que memoria de hombres no es en contrario*: Et in similibus impositionibus eodem modo immemorialis inferioribus Dominis reservatur *in l. 16. juncta l. præced. tit. 27. lib. 9. Recopil.*

Et tam de jure communi, quàm de nostro Regio ex 60
dict. l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopil. pro immemoriali resolvunt ex nostris optimè D. Covarruv. *in reg. possess. 2. part. §. 4. n. 4. & 5.* Aviles *in cap. 24. Prætor. glos. 1. num. fin.* & plenissimè, & doctè *in glos. 2. per tot.* Burgos de Paz *consil. 15. n. 17.* Avendañ. *de exequend. p. 2. cap. 4. n. 8. cum seqq.* plenè Jo: Gutierr. *pract. quæst. lib. 1. q. 92. tot.* Flores de Mena *variar. quæst. lib. 3. q. 21. n. 51.* qui, licèt *d. l. 8.* non referat; de praxi tamen testatur, Villadieg. *in Polit. cap. 5. §. 24. n. 2.* Azeved. *in d. l. 8.* doctè Gaspar. Rodrig. *de ann. redditib. lib. 1. q. 15. ex n. 67. cum seqq.* Pat. Fragos. *de regim. Reipub. p. 1. lib. 3. disp. 7. n. 60.*

Quibus ita resolutis, quòd non aliter, quàm immemo- 61
riali nostra vassallorum munera, donativa, vel aliæ præstationes per Dominos inferiores præscribantur, ut nec longum, aut longissimum tempus 30. vel 40. annorum, pro eis sufficiat; non obstant, quæ superius pro contrariis
opinionibus diximus: † Nam primò pro longi, aut lon- 62
gissimi temporis præscriptione substinenda adducta ex *l. cum de in rem verso, ff. de usuris*, minimè obstant; quia, stante in nostris vassallorum impositionibus vehementissima illa vis, aut metus contra Dominos juris præsumptione, ut superiùs fundavimus *ex num. 29.* non ità de facili in eis dispositio *l. cum de in rem verso*, & ad eam notata per DD. admitti debent, ut in aliis annuis privatorum præstationibus, in quibus cessat omninò relata juris contraria præsumptio, nec aliter jus repugnat, de quarum præscriptione dicta lex, & DD. ad eam repetentes loquuntur, & intelligi, debent.

Nec magis obstant, quæ in contrarium, nempè pro im- 63
probanda in his impositionibus præscriptione, licet immemoriali, superius fundavimus.

Nam quamvis multum urgere, videantur, quæ ple- 64
nissimè in princip. hujus §. tradidimus circa actus sacultanvos, qui jure familiaritatis, benevolentiæ, urbanitatis, vel aliter geruntur, ne per eos etiam immemorialis præscriptio procedat, quibus vassallorum munerum, vel similium præstationes, tanquam nullo jure, aut necessitate debitas convenire, etiam diximus, easdemque jure facultatis, vel urbanitatis præstitas censeri: attamen

huic

huic objectioni, quæ semper mihi gravissima visa fuit, & quam per paucos ex relatis DD. in nostris vassallorum muneribus, aut donativis tactam, & per nullum satisfactam inveni, contenti forsan Neapolitani, & Hispani DD. cum suis Regiis Pragmaticis, quibus apud illos centenaria, apud istos immemoriali præscriptione hæc munera indubitanter quæruntur; attamen, ut superior hujus §. principalis resolutio immemorialem approbans non solùm juxtà dicta jura specialia, sed etiam jure communi attento, rectè procedat, præfatæ objectioni meo judicio responderi posset, verum esse in facultativis nullam, licet per mille annos, aut immemorialem, præscriptionem admitti: sed hoc intelligi, debere in illis actibus, qui omninò ex sua natura facultativi sunt, & frequenter, nulla alia causa, & conjectura adversante, ex libera, spontaneaque facultate, vel familiaritate etiam diu gesti, exerceri, præsumuntur, ut exemplificari, potest in eo, qui eleemosynam diu ad domus ostium pauperibus præstitit, vel qui amicum per longum tempus hospitio recepit, & similia, quæ non solùm initium voluntatium habent, sed ex post facto etiam talia præsumuntur; deficiente si quidem aliqua conjectura, qua necessitatis, seu obligationis causa facta præsumantur: ideò licet longissimo, vel immemoriali tempore gesta, semper ex mera, liberaque voluntate, nullaque necessitate cogente, facta censentur, unde meritò nulla ex eis inducitur præscriptio: & hæc quidem propriè facultativa dicuntur, & in his procedere meo videri, debet resolutio DD. quam supra in princip. hujus §. latè fundavimus, ne in eis ulla, quamvis immemoriali, præscriptione aliquod necessarium jus quæratur.

65 Ultra hos verò actus, qui propriè, ut diximus, facultativi sunt, & in sua natura etiam longissimo tempore gesti permanere præsumuntur: sunt alii, qui; licet initium voluntarium, seu facultativum regulariter, vel in abstracto considerati habeant; faciliùs tamen ex aliquibus conjecturis longissimo immemorialis tempore jure obligationis, ex aliquo titulo necessaria præsumi possunt, ut sunt nostra vassallorum munera, & servitia, quæ cum multoties Dominis ex Regio privilegio, vel ex legitima conventione cum vassallis inita, necessariò debeantur, non mirum, si per immemorialem uniformiter præstita fuerint; tales præstationes, aliquo ex dictis titulis præsumpto, necessarium originem habuisse, præsumamus; quæ conjecturæ, ut titulus necessarius præsumatur, omninò deficiunt in præstatione eleemosynæ pauperibus ad ostium domus facta, & in hospitio amico longo tempore præstito, de quibus supra; nam cum ad hæc neminem unquam contractu, aliquove titulo necessariò se obligare, videamus, sed frequenter ab omnibus liberaliter ex amicitia, aut devotione fieri, non est cur etiam ex immemoriali tempore, tam insolitus, & nunquam visus titulus præsumi, debeat, sed imò, quòd hæc semper ex libera voluntate, jureve familiaritatis facta fuerint.

66 Quibus adde, ad eandem differentiam aliam non minimam conjecturam quòd videlicet in vassallorum præstationibus, & muneribus, ut ea non omninò voluntaria, sed animo se obligandi per vassallos ex longissimo immemoriali tempore data videantur, extat ex parte Dominorum qualis qualis præsumptio, & conjectura, quòd ea in initio non ex mera voluntate vassalli præstiterint, sed in recompensationem curæ, & protectionis, quam in justitia administranda, & in eorum ab aliorum injuriis defensione Domini habent, ex quibus simul cum immemoriali uniformium præstationum vassalli potiùs animo se obligandi in recompensationem onerum, seu protectionis Dominorum, quàm ex mera liberalitate ea præstitisse præsumi, debent.

67 Quibus etiam jungenda est alia pro dominis conjectura, quòd nempè in re tam gravis præjudicii, nisi stante aliqua causa necessaria, aut titulo per tam longissimum tempus præstationes uniformiter vassallos continuasse, non est præsumendum.

Quæ omnia nota ad differentiam actuum, qui commu- 68
niter facultativi dicuntur per DD. & consequenter, quòd in eis omnis præscriptio cesset; nam hoc verum censeo, in illis actibus quos propriè facultativos superiùs diximus nempè in eleemosynæ ad ostium præstatione, hospitio amicorum, & similibus, qui plerumque ex mera liberalitate, & benevolentia exercentur: secùs in aliis, qui non tam propriè, sed imò multoties ex causa onerosa, & necessaria fieri, solent, in quo casu intelligi etiam potest plurium DD. opinio, qui in actibus facultativis indistinctè immemorialem saltim admittunt; de quo articulo, & quando favore piæ causæ præscriptio in facultativis admittatur, dicam infra hac part. cap. 33. §. unic. ubi aliqua noviter circa interpretationem, *c. ad Apostolicam, de Simon.*

Secundò nostræ jure communi, & Regio resolutioni, 69
ut in vassallorum muneribus, & impositionibus præscriptio immemorialis procedat, non obstat, quòd tales munerum, seu servitiorum exactiones per vim, & oppressionem Dominorum tyrannicè extortæ plerumque præsumantur, ut plenissimè pro negativa sententia fundavimus supra ex num. 29. ex quo dicebamus etiam nullam, licet immemorialem, præscriptionem in eis locum habere posse ex DD. ibi relatis; nam quamvis hoc verum sit quoad longi, aut longissimi temporis præscriptionis exclusionem (ut supra dictum remanet) quoad immemorialem tamen verius est, omnes illas metus, aut vis, & si vehementissimas juris præsumptiones, cum ea cessare, & per eam absorberi, de consensuque vassallorum munera hæc, vel donariva præstita censeri, ut tenent ferè omnes DD. superiùs pro hac principali resolutione relati ex numer. 55. & numer. 60. & præcipuè, & optimè D. Covarruv. *in regul. possessor. 2. part. §. 4. numer. 5. vers. Secundò est considerandum*, Avendañ. *de exequend. mandat. part. 2. cap. 4. num.* 10. Gasp. Rodrig. *de ann. redditib. lib. 1. quæst. 15. à numer. 68.* Garzia *de expens. cap. 9. nu.* 23. Pater Fragoss. *de regim. Reipubl. part. 1. lib. 3. disputat. 7. num.* 60.

Tantaque est vis, & immemorialis authoritas, ut 70
etiam quascumque alias maculas abstergat, Anton. Ga-
briel. *in dict. tit. de præscript. clausul.* 1. Capiblanc. *de Ba-*
ronib. tom. 2. super pragmat. 1. cap. 7. num. 4. † Et omnem 71
contrariam juris præsumptionem rejiciat, Oldrad. *con-*
sil. 144. *num.* 11. Alexand. *cons. 24. numer.* 18. Ludovis. *de-*
cis. 467. † Malam fidem excludit, Gozadin. *cons. 8. n.* 37. 72
Pereyr. *decis. Lusitan. 57. num. 9.* Cassan. *cons. 34. num. 7.*
Boer. *decis. 39. num.* 6. † Bonam præsumit Bald. *cons.* 352. 73
volum. 1. Salicet. *in l. 2. col. fin. Cod. de servitut.* Gabriel.
dict. concl. 1. num. 57. de præscript. quin aliqua, circa illius
exclusionem, & illius probationem habenti immemo-
rialem necessitas sit, optimè Joann. Maria Novar. *de gra-*
vam. vassallor. tract. 2. prælud. 7. ex num. 11. † Est enim 74
immemorialis efficacissimus, & tutissimus omnium ti-
tulus, cum pluribus D. Larrea *allegat.* 119. *ex num.* 14.
D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 28. à num.* 83.
† Omnia ad ejus tituli videlicet, justificationem necessa- 75
ria, & quascumque solemnitates præsupponit, quamtum-
vis plura, & difficilia, D. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6.*
num. 74. ubi Addent.

Regium assensum, cæteraque solemniter acta præsu- 76
mit, Avendañ. *de exequend. part. 2. cap. 4. ex nu.* 9. Garcia *de expens. dict. cap. 9. numer.* 23. Capiblanc. *dict. cap. 7. num.* 4.

Et denique quemlibet titulum quamvis difficillimum 77
immemoriali invenies.

Habet quippè primò vim legis, *l. 1. §. Denique* 23. ibi: 78
Si tamen lex agri non inveniatur, vetustatem vicem legis tenere: & in §. Summa, ff. de aqua pluv. arcend. Ant. Gabriel. *commun. opin. tit. de præscript. concl.* 1.

Secundò vim Regis, potest enim, quantum ipse Rex, 79
aut Imperator, Andr. de Isern. *in cap. 1. verb. Flumina, quæ sint regal.* & ibidem Bald.

Tertiò vim pacti conventi, *l. 5. C. de agricol. & censit.* 80
lib. 11.

lib.11.l.2. §. Cassius, ff. de aqua pluv. arcend. cum Re-
gio assensu, vel aliter legitimè initi; nam omnia solem-
niter acta supponit, Joann. Maria Novar. de gravamin.
vassallor. tractat. 1. gravam.3. num.12.

81 Quartò vim privilegii, vel Principis concessionis ob-
tinet, l. hoc jure 3. §. Ductus aquæ, ff. de aquæ quotidian.
& æstiv. cap. duo simul 9. de offic. ordinar. plures conge-
rens August. Barbos. in cap. super quibusdam 26. §. Præte-
rea, de verb. signific. num.4. & in cap.1. de præscript. in
82 6. num.10. † Et non cujuslibet privilegii, sed specialis
cum causa, & ex certa scientia concessi, Bald. in l. cum
proponas, num.18. Cod. de nautic. fœnor. Aviles in capit.
prætor. 24. gloss. à prescripcion, num.6. Gratian. decis.19.
n.15. Joann. Maria Novar. de gravamin. vassallor. tract.
1. gravam.3. n.14. ubi alios refert.

83 Et ex omni parte perfecti, contra quod nihil opponi
possit, Felin. in cap. cum nobis, de præscript. Bald. cons.
439. lib.3. & in dict. cap.1. verb. Flumina, quæ sint rega-
84 lia, Capiblanc. dict. cap.7. num.5. † Ex quo immemo-
rialem, & privilegium Regium, vel Apostolicum pari
passu ambulare, notat Felin. in cap. accedentes, nu.6. de
85 præscript. † Quinimò plus esse consuetudinem, aut præ-
scriptionem immemorialem, quam Principis, aut Pa-
pæ gratiam ait Innocent. in cap. cum ad Apostolicam, num.
2. & 3. de simon.

86 Quintò quasi alterum jus naturale habetur, quod im-
mutari nequit, Bald. dict. cons. 439. Cravet. con-
sil. 238.

87 Sextò vim veritatis habet, inducitúrque ex ea præ-
sumptio juris, & de jure Felin. in dict. cap. cum nobis,
num.7. de præscript. Cravet. de antiquit. tempor. part.4. §.
Absolutis, numer.60. Santarel. variar. resolut. quæst.15.
88 sub num.8. † Et ea probata, non admittitur probatio in
contrarium, ut ex Felin. ubi proximè, notant Armen-
dariz in Recopilat. leg. Navar. lib.4. tit.30. l.1. de imme-
morial. num.8. ex quo jam censetur plenissimè jus pro-
batum, Chassan. in consuetud. Burgund. in rubr. c.11.
§.2. num.7.

89 Ex quibus ex immemoriali, utpotè vim legis, privi-
legii veritatis, aut pacti conventi habente, meliorem
titulum de mundo resultare, & allegari posse, conclu-
dunt Puteus decis.199. lib.1. D. Larrea, Solorzan. An-
ton. Gabriel, & alii ex supra relatis.

90 Qua propter nihil mirum, quod ex ea in nostris mu-
neribus, & vassallorum præstationibus metus, & vis
præsumptiones excludantur, præsumatúrque Regalem
concessionem, seu legitimum pactum, quibus hæc ser-
vitia rectè Dominis acquiri, superius diximus.

91 Nec magis obstat huic immemoriali ultima objectio
considerata supra num.4. ex nostra l.2. tit.15. lib.4. reco-
pilat. qua jus percipiendi tributa, seu gabellas, præscri-
bi etiam immemoriali prohibetur, ex quo idem proce-
dere debere, dicebamus in vassallorum impositionibus,
seu donativis, quæ quodammodo tributorum genus
sunt.

92 Huic enim difficultati faciliter, meo judicio, respon-
deri potest, constituendo differentiam inter tributa Re-
gia, seu gabellas, quæ in recognitionem supremi do-
minii, aut pro Regni defensione Regi persolvuntur, &
inter alias collectas, seu impositiones, quæ ex aliis cau-
sis inferioribus Dominis præstari solent: In illis quidem
rectè procedit prout in eis expressè loquitur dict. l.2. tit.
15. lib.4. Recopilat. ob majorem nempè rationem pro-
hibitionis præscriptionis, quia in signum supremi domi-
nii, vel pro Regni defensione gabellæ, similiaque tri-
buta debentur: secùs in aliis impositionibus, quæ non
ex hac ratione penduntur.

93 Quibus addo præstationes nostras, seu vassallorum
collectas, earumve impositionem noviter per Dominos
præscribi, antequam Regi unquam fuissent solutæ,
vel deditæ, Regiove patrimonio incorporatæ; unde
faciliùs in eis, quam in aliis tributis, specialiter Princi-
pi debitis, admittenda est præscriptio; quia principali-
ter contra vassallos tendit, non in Regium patrimo-
nium.

94 Et licèt negari non possit, magnum ex tali præscriptio-
ne præjudicium Principi inferri, cujus valdè interest,
vassallos divites, vel his extraordinariis impositionibus
minus gravatos habere, ut cætera ordinaria Regni tri-
buta commodè subire valeant, ad superius animadver-
sa; hoc tamen præjudicium non est æqualis ponderis, &
considerationis, ut illud, quod sequeretur ex præscri-
ptione publicorum vectigalium, sive gabellarum, quæ
Regi jam debentur, & solvuntur.

95 Ex quibus omnibus meritò in impositionibus, seu vas-
sallorum collectis immemorialis fuit admissa, non obstan-
te d. l.2. tit.15. lib.4. Recopil. & hoc jure etiam nostro Re-
gio in l.8. d. tit.15. lib.4. recopil. quasi ut posteriore di-
ctam l.2. declarante.

96 Quæ declaratio, & intellectus ad dict. l.2. tit. 15. lib.
4. eo magis comprobatur, ex quo de jure etiam nostro
Regio, Pontagia, Portagia, & similia tributa, ut sunt
apud nos Peages, Bercages, Ruda, Assadura, Borras,
Castilleria, Stancos, & alia, de quibus in juribus Re-
giis proximè referendis immemoriali etiam præscribun-
tur, non obstante dict. l.2. ut probant jura expressa in l.
1. tit.21. lib.6. recopilat. & clarius in l.19. tit.6. lib. 3.
quæ principaliter, in nostris quoque Dominis inferiori-
bus loquitur, & corrigit l.1. tit.10. lib.6. Ordinament.
qua quinquaginta annorum cursum in præscriptione
Portagii sufficere, statuebatur: pro quorum jurium,
seu tributorum immemoriali acquisitione, & quod ni-
hil ultra necessarium sit, resolvunt quoque Avendan. de
exequend. part.2. cap.4. ex num.7. & 9. Aviles in capit.
24. Prætor, gloss.1. num.1. vers. Et idem, quod iste, &
gloss.2. numer.8. Azeved. in dict. l.1. tit.11. lib.6. Pater
Fragoss. de regimin. Reipublic. par.1. lib.3. disput.7. n.57.
qui tamen malè per contraria Azevedum refert, & de
jure communi convenit cap. super quibusdam, §. Præter-
ea, de verb. signif. ubi communiter DD.

97 Quorum jurium, & DD. resolutionis ratio, ne hæc
tributa in dispositione dict. l.2. tit.11. lib.4. comprehen-
dantur, nulla magis vera, & elegans ex superius dictis
assignari potest, quod Portagia, Pedagia, & similia tri-
buta non solvuntur Regi in signum Supremæ jurisdictio-
nis: imò nec ei debentur, sed contra transeuntes, vel
alios præscribuntur, quod licèt non ita expressè; opti-
mè tamen ad aliud innuit, Aviles dict. gloss. 2. n. 2. † Ubi 98
faciliùs præscriptionem admittit contra privatum, cui
tributa ista privilegio, vel aliter competunt, nullum jus
in eis Fisco habente, quam si ei antea deberentur, ut
in tributorum, & aliorum jurium regalium præscriptio-
ne notant communiter omnes Regalistæ, & ad dictam
rationem benè Pater Fragoss. ubi proximè dict. num. 57.
& 58.

99 Quibus firmissima remanet hujus §. principalis resolu-
tio, nostra videlicet, munera aut donativa, similesve
super vassallis impositiones, tam jure communi, quam
Regio præscriptione immemoriali, sed non alia, per
Dominos inferiores in perpetuum acquiri posse, & sic
tanquam certa, & necessariò debita emolumenta, per-
petuamque renascentiam habentia, ut jurisdictionis,
vel Dominii fructus habenda ad restitutionem fortè feu-
dalium, vel oppidi fructuum, si annullata, aut resolu-
ta ipsius oppidi, vel feudi alienatione, restitutionem
cum fructibus fieri, contingat, necnon & ad alios juris
effectus juxta tradita supra in cap.14. ex n.13. & 39.

100 Sed licèt hæc nostra principalis resolutio verissima sit;
adhuc tamen pro ejus majori declaratione, & intellectu
dictæ legis Regiæ 8. tit.15. lib.4. Recopil. qua in muneri-
bus, seu vassallorum impositionibus immemorialis pro-
batur, aliqua specialia referam tam circa immemorialis
in hac re probationem, & qualitates in ea magis, quam
in aliis immemorialibus requisitas, quam circa ipsas
impositiones, vel servitia, quæ per eam quæri pos-
sunt.

101 Primò igitur in hac immemoriali pro servitiis, vel
impositionibus vassallorum acquirendis dubitant DD.
an specialiter per Dominos probari debeat, præstatio-
nes ex libera, atque spontanea voluntate, absque ullo
102 metu, aut coactione vassallos præstitisse? † Ex eo nam-
que, quod in his exactionibus sit vehementissima vis, aut
metus contra Dominos juris præsumptio, ut plenè supe-
rius fundavimus, hanc spontaneam voluntatem specia-
liter articulandam, & probandam videbatur,
103 Et in his terminis affirmativam sententiam tenet eru-
ditèque fundat doctissimus noster Gregor. Lopez *in l.6.
tit.25.part.4.glos.magn.* idque approbat, licet Gregorio,
nec alio relato, litteratissimus vir, omnique eruditio-
ne plenus D.D. Joan. de Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2.
lib.1.cap.1.num.36.*
104 Sed tantorum virorum pace, contrariam sententiam:
hanc nempè spontaneæ vassallorum voluntatis specialem
in immemoriali probationem non requiri, veriorem cen-
105 seo † Ea enim immemorialis est vis, ut omnem violen-
tiam, omnem extorsionis presumptionem, quemlibetque
metum alias præsumptum excludat, liberamque in
vassallis voluntatem, tam longissimo temporis cursu
præsumat, ut dictum remanet *supra ex num.69.* ideò ar-
ticulari, seu probari liberam voluntatem, & sine metu,
aut coactione extitisse, non requiritur.
106 Ita in specie doctrinam Gregor. improbantes ex Inno-
cent. & DD. *in cap. quod latenter, de regul. jur.* optimè
D. Covarruv. *in regul. possessor. part.2. §.4. ex num.4. & 5.*
Joann. Gutierrez *pract. quæst. lib.1. quæst. 99. per tot.* ubi
doctè opinionem Gregor. rejicit, Burg. de Paz *cons. 15.
num.33. & 34.* Ioan. Garzia *de expens. cap.9. num.23.* Ga-
spar Rodriguez *de annuis reddit. lib.1. quæst. 13. num.68.*
& licet his non relatis, benè Pater Fragoss. *de regim. Rei-
107 public. part.1. lib.3. disputat.7. n.60.* † Et quod violen-
tiæ, aut metus præsumptio sufficiens non sit, ut in im-
memoriali initium non vitiosum, seu voluntarium fuis-
se probandi onus in adversarium transferatur, resolvit
quoque ex Feudistis contra nostrum Greg. novissimè
Ioan. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract. 1. gra-
vamin. 3. ex n.11. in fin. & n.14. cum. seqq.*
108 Nec miror, contrarium approbasse D. Solorzan. *in
loc. citat.* quia principaliter loquitur doctissimus vir in
præscriptione serviriorum personalium Indorum, quæ
ut nimis onerosa, & magis naturalem libertatem Indo-
rum infringentia, per plures schedulas ibi relatas repro-
bantur, quia propter majorem imbecillitatem Indorum,
est vehementior juris præsumptio, quod servitia, seu
impositiones vi, aut metu subierint, *ut plenius dicam
infrà ex num.168.*
109 An autem hæc immemorialis de jure communi præ-
scriptio *ex dict. nostra l.8. tit.15. lib.4. Recopilat.* com-
probata, procedat quoque in nostris vassallis, qui apud
nos *Solariegos* nuncupantur, & apud Italos *de Mansa-
ta*; vel saltim contra eos magis strictè, quam contra
alios Burgenses probari debeat, aut in eis recipi superior
doctrina Gregor. & D. Solorzan. quod nempè spontanea,
& libera voluntas in eorum præstationibus specialiter
probetur? major, quam in aliis vassallis Burgensibus, du-
bitatio esse poterat, ob majorem subjectionem, & po-
testatem qua vassalli *Solariegos, vel de Mansata* Domi-
nis subsunt, & consequenter ob faciliorem, seu vehe-
mentiorem metus, aut coactionis præsumptionem.
110 Sed his adhuc non obstantibus, immemorialem in eis
etiam circa annuas præstationes, vel servitia locum ha-
bere, tam jure communi, quam Regio verius resolven-
dum est: De jure Regio clarè hoc procedit, & decidi-
tur per nostram *l.2. tit.3. lib.6. recopilat.* quæ immemo-
rialem in hujusmodi exactionibus loquens in vassallis *So-
lariegos* expressè approbat, in quibus notat etiam Ioann.
Garzia *de expens. cap.9. ex n.56.*
111 Pro qua resolutione, & quod de jure etiam commu-
ni procedat, non leve fundamentum è contrario ponde-
rari potest: quod nempè ex eadem ratione, quod *Sola-
riegos* sint, alia non minima, imò magna præsumptio
pro Dominis considerari possit, ut facilius in eorum fa-
vorem præscriptio admittatur, videlicet, quod tales
vassalli, ut in plurimum majoribus oneribus, & servitiis
in principio tempore concessionis solarii per Dominum
gravari soleant in terrarum compensationem, quæ ab
eo accipiunt; qua saltim conjecturata causa in immemo-
rialibus præstationibus existente, non est tam magna,
& vehementissima metus, aut extorsionis præsumptio,
quam in aliis vassallis Burgensibus considerant DD. rectè
ergo, & forsan majori cum ratione contra vassallos *Sola-
riegos*, seu *de Mansata* circa impositiones, vel exactio-
nes immemorialis præscriptio est admittenda.
Item in hac immemoriali præscriptione an aliqua cau- 112
sa, aut saltim titulus coloratus allegari, aut probari de-
beat? aliqui dubitare solent, propter omnimodam ju-
ris resistentiam in his vassallorum impositionibus; & in
expresso id necessarium esse, tenet Padill. *in l. si aquam,
Cod. de servitut. num.38.*
Sed contrarium verius breviter resolve, nullius scili- 113
cet causæ, aut tituli probationem, vel allegationem
requiri, cum id omne, imò justissimus, atque efficacis-
simus titulus, regalis concessio, vel alius melior de mun-
do immemoriali præsumatur, seu ut alii magis propriè
volunt indicatur, ut notavimus supra *ex num.74. 77. &
81.* & constat ex nostra *dict. l.8. in fin. tit.15. lib.4. reco-
pil.* optimè ad rem resolvunt D. Covarruv. *in regul. possess.
part.2. dict. §.4. num.4. & 5.* Burg. de Paz *d. cons. 15. nu.
33. & 34.* Anton. Gabriel. *comm. opinion. tit. de præscript.
concl.1. n.47.* Aviles *in dict. c.24. Prætor, glos. 1. n.1.* Men-
chac. *illustr. quæst. lib.2. cap.83. num.35.* Pat. Fragoss. *d.
disput.7. num.60.* Capiblanc. *de Baronib. tom.1. super prag-
mat. 1. num.219.*
Item circa testes in hac munerum, seu præstationum 114
vassallorum immemoriali, dupliciter dubitari solet:
Primò circa numerum an duo in ejus probatione suffi-
ciant? Secundò circa qualitatem, an eis obstet, quod
ipsorum Dominorum vassalli sint?
Circa primum verissimam in specie censeo doctrinam 115
Avendan. *de exequend. par.2. cap.4. n.11.* quem sequitur
Azeved. *in l.1. tit.11. num.12. lib.6. Recopilat.* qui plu-
res, quam duo requirunt ob juris resistentiam, qua stan-
te, duo non sufficere, docent Speculat. *in tit. de probat.
§. fin. vers. Vltimo nota*, Iason. *in l. sciendum, num.10. ff.
de verb. oblig.* † Sed quidquid dici, posset in aliis casibus, 116
in quibus major, aut minor juris resistentia accidere po-
test, in nostro tamen casu ab opinione Avendan. non re-
cederem propter magnam juris resistentiam vassallorum
impositionibus, quæ non solùm contra jus sunt, sed val-
dè odiosæ, & vi extortæ (semota immemoriali) reputan-
tur, ut sæpiùs diximus.
Quoad secundum verò resolve breviter, immemoria- 117
lem probari debere per testes, qui Dominorum vassalli
non sint; quia vassallum contra Dominum testificantem,
non est credendum, docet in nostro casu,
circa immemorialem, *dict. l.8. Recopilat.* alios con-
gerens Amaya *l. unic. ex num.39. Cod. de aur. coro-
nar. lib.10.*
Item famam publicam separatim, atque specialiter 118
articulandam, & probandam, non per ultimum gene-
ralem articulum, qui in fine omnium probationum in-
terrogatoriis inseritur, *quod de prædictis est publica vox,
& fama*, docent D. Molin. *de primogen. lib.2. cap.6. nu-
mer. 38.* Anton. Gabriel. *lib.5. commun. opinion. tit.
de præscript. conclus.1. num.80.* Palac. Rub. *in repetit. cap.
per vestras, de donation. inter, fol. mihi 187. numer. 43.
§. Incip. sed pulchra est dubitatio*, Franch. *decis.56. n.20.*
† In nostra imemoriali impositionum vassallorum idem 119
tenent Ioann. Maria Novar. *de gravam. tract.1. gravam.
3. num.31.* Capiblanc. *de Baronib. tom.1. super pragmat.1.
num.224.*
Et insuper bonam famam, & testium opinionem spe- 120
cialiter in hac immemoriali articulandam, & proban-
dam,

Digitized by Google

dam, ut in qualibet alia immemoriali resolvunt ex anti-
quioribus Avendan. *de exequend. par.* 1. *cap.* 6. *nu.* 6. *verſ.*
Imo, & in Dictionar. in verb. Coſtumbre, col. 2. *verſ. Item*
aliquid, ſequitur D. Molin. *dict. cap.* 6. *ex num.* 30. Ca-
121 ſtill. *de tertiis cap.* 27. *à num.* 5. & 6. † Quia cum ſpecia-
liter in teſtibus bona fama lex, aut ſtatutum requirit,
ut apud nos *l.* 41. *Taur.* ibi: *Y que los teſtigos ſean de bue-*
na fama, & in probatione facti antiqui cujus initium ho-
minum memoriam excedit, *cap. licet ex quadam de te-*
ſtib. quamvis alias juris exiſtimatione bonæ famæ, &
opinionis omnes præſumantur, ſpecialis tamen de hoc
probatio neceſſaria per DD. habetur, optimè Angel. *in*
l. 2. §. *Diem autem*, *ff. quemadmod. teſtament. aperiant*,
Cravet. *de antiquit. tempor.* 1. *part.* §. *Quæritur*, *nu.* 38.
122 D. Creſpi *obſervat.* 14. *numer.* 72. † Quæ maximè ma-
jori cum ratione in noſtra contra vaſſallos præſcriptione
ſervari deberent, quæ valdè præ aliis præſcriptionibus
odioſa reputatur, ideò ſolemnia omnia in ea ſervanda,
ita ut ſi minima deficiat, contra eam judicandum, no-
tant in ſpecie Ioann. Garzia *de expenſ. cap.* 9. *num.* 8. Ioan.
Maria Novar. *de gravam. vaſſallor. tractat.* 1. *gravam.* 3.
num. 22. & 23.
123 Sed quidquid hoc ſit in noſtra immemoriali præſcri-
ptione propter hanc ſpecialem rationem, in aliis tamen
parum curatur in praxi de hac ſolemnitate, in aliis be-
nè immemoriali probata, ut ſentit doctiſſimus vir Dom.
124 Chriſtophor. Creſpi *obſervat.* 14. *num.* 73. † Et ſine du-
bio tunc ejus defectum contemnendum cenſerem, cum
teſtes notiſſimæ, atque exuberantis famæ, & æſtima-
tionis ob ipſorum dignitatem, & qualitatem præſumi
poſſint; ut ſi Clerici, Equites, aliive graves viri, ſeu
in dignitate conſtituti ſint, quia tunc in eis concur-
rit non ſolùm generalis juris præſumptio, qua om-
nes bonæ famæ præſumuntur, ſed inſuper ſpecialis et-
iam, & quidem vehementiſſima ex eorum dignitate,
& qualitate: nec aliud exigit *dict. cap. licet ex quadam*,
unde originem ſumpſit noſtra *l.* 41. *Taur.* juxta Dom.
Molin. quam quod teſtes perſonæ graves ſint, & ta-
lis qualitatis, quod fides ipſis adhiberi debeat, ibi: *Ni-*
ſi fortè perſona graves extiterint, quibus meritò ſit fides
adhibenda.
125 Item requiritur, teſtes ſpecialiter deponere, & ex-
primere dictum, quin ſufficiat, ſe referre ad articulum
generaliter in eo contenta, prout ibi ſunt, vera profi-
tentes, niſi aliqua juſta cauſa reddatur, Verald. *deciſ.*
71. *in fin. part.* 2. Rot. in Iacen. Parochialis coram R.
Penia, apud Marcheſſan. *de commiſſion. tom.* 1. *fol. mihi*
462. Ioann. Mar. Novar. *de gravam. tract.* 1. *gravam.* 3.
num. 30.
126 An autem hæc noſtra, circa vaſſallorum impoſitio-
nes, immemorialis inſtrumentis probari poſſit? ne-
gant generaliter in qualibet immemoriali loquentes
Alexand. *conſ.* 16. *nu.* 17. *lib.* 5. Aym. Cravet. *de antiquit.*
tempor. part. 4. *mater. num.* 39. Balb. *de præſcript.* 2. *p. qu.*
6. *num.* 25. Natta *conſ.* 636. *num.* 103. *cum ſeqq.* Put. *deciſ.*
209. *lib.* 2. Ludov. *deciſ.* 51. *num.* 4. ubi pluries per Rot.
deciſum teſtatur.
127 Sed quidquid hoc verum ſit in ſcripturis recentiori-
bus, vel non ita antiquis, ut earum actus enunciati cor-
reſpondeant dictis teſtium de antiquiſſimo auditu alias
ad immemorialem requiſitis: in antiquiſſimis tamen
ſcripturis contrarium verius cenſeo, ut per eas ipſarum-
que enuntiativas, immemorialis, ejuſve actus, aut ſuc-
ceſſivæ præſtationes probentur, ut per text. *in l. vetu-*
ſtiſſimi, *Codic. de jur. domin.* benè reſolvunt Mareſcot.
lib. 2. *variar. reſolut. cap.* 100. *numer.* 15. ubi pluries per
Rotam deciſum refert Georg. *in repet. feud. cap.* 28. Ricc.
collect. 1266. & *in tract. de noviſſim. probat. juris Patron.*
reſol. 73. ubi plenè de materia, & aliis congerens Au-
guſt. Barboſ. *in cap.* 1. *num. fin. de præſcript. in* 6. D. Cre-
ſpi in ſua circa immmemorialem docta *obſervat.* 14.
num. 63.
128 Et loquentes in noſtris vaſſallorum præſtationibus,
Lagunez de Fructib.
Burg. de Paz *conſ.* 15. *num.* 10. Capiblanc. *de Baron. in d.*
pragmat. 1. *num.* 223. Novar. *dict. gravam.* 3. *ex num.* 35.
in quibus alia plura circa materiam immemorialis ad no-
ſtrum caſum invenies: † Et quod duo ad minus enuncia- 129
tivæ neceſſariæ ſint, quæ à perſonis non ſuſpectis origi-
nem habeant, Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 2.
tit. 6. *circa fin.* Novar. ubi proximè *num.* 37.
Sed in hoc cautus Advocatus animadvertere debet, 130
ne in præſentando ſcripturas nimis anxius ſit, neve ti-
tulum alleget, vel injuſtum præſentet, ſed ſolùm ex
juſta cauſa ſe præſcripſiſſe, dicat, maximè ſi teſtibus
benè probatam, vel probandam immemorialem ha-
beat; † quia multoties accidit, per ipſa inſtrumenta 131
immemorialis vim infringi, ex quo in eis de titulo inva-
lido, vel aliter de initio vitioſo apparet, ut optimè, ul-
tra alios, animadvertit D. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.*
6. *num.* 75. ubi cum aliis Addent. ideo, qui immemoriali
nititur, & eam teſtibus probare poteſt, cautius faciet,
ſi nullum titulum exhibeat, ne eam coarctet, vel infrin-
gat.
Quæ tamen non ita indiſtinctè maximè per Advocatos 132
intelligi debent, ut omnes ſcripturas, aut inſtrumen-
ta reticere, ſeu non præſentandas licere, putent;
nam id ſub diſtinctione intelligi, & clarari debet: Pri-
mò ſi inſtrumenta ſunt, quæ ob defectum alicujus
ſolemnitatis titulum omninò validum non inducunt:
ſed non tamen præſcriptionis initium injuſtum, ac vi-
tioſum, vel cum mala fide oſtendunt: ex quo defi-
cientem ſolemnitatem, vel alium defectum ſeor-
ſim ab ipſis inſtrumentis procedere, vel ex poſt facto
ſequi potuiſſe, præſumi valet: quo caſu rectè procedit
conſilium D. Molin. quem frequenter ſequuntur DD.
ne talia inſtrumenta oſtendantur, idque Advocati in con-
ſcientia conſulere valeant, nemo enim (ut ait D. Mo-
lin.) exhibere tenetur dubia inſtrumenta, ex quibus
clarè de juſtitia adverſarii non conſtat, ſed quibus
res, aut cauſa ipſi alias bona dubia, magiſque difficilis
reddatur: ſi verò inſtrumentum, vel titulus eſt omninò
injuſtus, clientemque conſtituat in mala fide, quam de-
ponere non valeat, quia ejus defectus curſu tempo-
poris ſanari non poterit, atque ita ejus præſentatio
cauſam non dubiam tantùm, vel difficilem, ſed omni-
nò injuſtam efficeret: tunc certè non ſolum ejus præſen-
tationem Advocati in conſcientia clienti conſulere debe-
mus, juxta eundem D. Molin. *dict. cap.* 6. *numer.* 76. &
cum aliis D. Larrea *allegat.* 108. *ex num.* 22. ſed & quod
ſtatim liti, ut injuſtæ cedat, ab ipſius quoque defenſio-
ne ſe protinus Advocati abſtinendo.
Quid autem dicendum ſit, quando per ſcripturas 133
de actibus contrariis immemoriali, vel initio vitioſo
apparet, ſed hoc tam antiquum ſit, ut hujuſmodi
actus ultra centum annos geſti dicantur, an tunc
immemorialis corruat, vel adhuc probari poſſit? val-
de dubitant DD. ſed breviter reſolve poſſe, ſi titu-
lus poſt actus contrarios citra centum annos ſequi po-
tuit; quia is, immemoriali poſtea probata præſumitur,
nec ejus probationi actus contrarii ultra centum an-
nos adverſari poſſunt; nam eis non obſtantibus, benè
immemorialis à centum annis citra formari poteſt,
cum ultra centum annos non extendatur; quia nec
hoc tempus hominum memoria excedit: ſecus ſi actus
contrarii, etiam ſi antiquiſſimi, tales ſint, ut legiti-
mum titulum ſequi, potuiſſe non patiantur, & omnem
in hoc præſumptionem tollant, tunc certè nulla præ-
ſcriptio induci poterit, quia nec titulus præſumi: ita
in effectu doctè reſolvit, atque exemplificat D. Mo-
lin. *dict. cap.* 6. *ex numer.* 60. *cum ſeqq.* apud quod et-
iam cætera alia circa immemorialis materiam optimè ex-
plicata invenies.
Item circa munerum, ſeu vaſſallorum præſtationum 134
immemorialem præſcriptionem eſt elegans, & frequens
in praxi dubitatio, an Domini probare debeant, mune-
ra, ſive præſtationes in ſingulis annis per vaſſallos unifor-

mi-

mi et præstitas fuisse? ita quod alias præstationum diversitas, seu difformitas in totum immemorialem infringat.

135 In quæstione, qui eam tetigere, plerumque uniformitatem indistinctè requirunt, ut constat ex Avendan. D. Covarruv. Azeved. & Garz. infra referend. quam etiam plures alii licèt passim, & per transitum, supponunt. Pro quorum tamen declaratione, & vera hujus articuli resolutione breviter ita distingue: Aut difformitas est in specie, quia in uno anno gallinæ, aut perdices, altero cuniculi, vel capones vassalli præstiterint; aut in quantitate, ut puta si aliquibus annis quinquaginta regales, seu ducata in aliis triginta, plus minusvè solutum fuerit. In primo casu in totum præscriptio corruet propter manifestam conjecturam, quod non ex necessaria obligatione, sed ex libera voluntate hujusmodi difformia munera fuerint oblata; si enim tanquam necessariò debita solverentur, tam notabilem specierum variationem, & sic obligationis substantiam, nec creditor nec debitor de facili mutari permitterent: unde hac urgentissima conjectura liberæ voluntatis, sive facultatis in his præstationibus ex variatione specierum stante nulla possessio formari, nullaque præscriptio induci poterit.

136 Pro qua resolutione est elegans doctrina Bald. *in l. observare*, §. *Non vero*, *ff. de offic. Proconsul.* & Jason. *in l. quominus*, *num.28. ff. de fluminib.* Notat in hoc casu, licèt de secundo mentionem non faciat, Avendan. *de exequend. 2. part. cap.4. num.17. vers. Quod præmaximè*, qui intelligit *dict. l.8. tit. 15. lib. 4. recopilat.* ipsiusque contra vassallos præscriptionem, de qua etiam specierum variatione, seu difformitate intelligi debent, Cravet. *cons.213.* Azeved. *in l.1. tit.11. num. fin. lib.6. recopilat.* Garzia *de expens. cap.9. ex num.26.* qui hanc uniformitatem in vassallorum præstationibus requirunt, licèt nulla habita disputatione, aut dubio proposito, & D. Covarruv. *in dict. regul. possessor. 2. part. §.4. ex n.2.* Bammac. *tit. si de feud. defunct. cap. si quis tanta*, *ex num.33.* qui similiter ex diversitate in præstationibus Baronum contra vassallos hujusmodi præscriptiones improbat, pro ut ita optimè eum intelligit Capiblanc. *de Baron. tom.2. super pragmat. 1. cap.4. ex num. 11.* & cum aliis benè declarat Cancer. *3. tom. variar. c.1.*

137 Quam resolutionem ad dictum primum casum proximæ distinctionis nota; quia ex ea quam plurimæ forsan corruent præscriptiones quas domini temporales prætendunt in muneribus, quæ vassalli tempore Paschatis, vel electionum officialium justitiæ, aliisve temporibus præstare asseruerunt? quæ eo magis munera hæc in vim præscriptionis in posterum substineri non debent, ut singulariter animadvertit Avendan. *dict. cap.4. num.17. in princ.* quia ex ipsorum natura, & temporibus, quibus offeruntur ea voluntaria, & liberaliter præstita fuisse dignoscitur, deferunt enim ea vassalli plerumque tempore Paschatis, aut in jucundo Dominorum adventu, cum similia munera inter alios quoque privatos liberaliter offerri solent, unde apud nos, quia non necessaria, *Præsentes* nuncupantur.

138 In secundo verò casu, cum difformitas præstationum non in specie, sed in quantitate, seu numero consistit, tunc verius est, in minori saltim summa præscriptionem induci, quia minor in majori includitur, *l.1. §. Si quis simpliciter*, *ff. de verb. obligat.* ideo testes in aliquibus annis de majori quantitate deponentes, quoad minorem in aliis annis non discordant; sed imò omnes in minori consentiunt, ut de judicibus dicitur in text. vulgar. *in l. diem proferre*, §. *Si plures*, *ff. de recept. arbit.* juxta quod certa est in hoc casu res, seu obligatio, aut actio præscribenda, quia substantia non variatur, certaque consequenter possessio, & præscriptio: ita in effectu resolvit Jacob. Cancer. *3. tom. variar. cap. 1. ex num.23.* quem sequitur Capiblanc. *de Baron. tom.2. super pragmat.1. cap.4. ex num.12. cum seqq.* Quæ nota, quia licet quotidiana in praxi præscriptionis immemorialis munerum, seu vassallorum præstationum ad *dict. l.8. recopil.* non tamen ita distinctè declarata apud nostros Regnicolas, superiùs citatos invenies.

Item dubitari potest, an principalis hujus §. resolutio, 139
ut de jure communi, & Regio, *dict. l.8. tit. 15. lib. 4. Recopilat.* in muneribus, vel impositionibus vassallorum præscribendis, immemorialis necessaria sit, intelligi, & procedere debeat, non solùm quoad proprietatem, sed etiam quoad possessionem, vel manutentionem, ita quod Domini vassallorum immemoriali non ostensa, vel interim, quo de ea probanda, seu de peritorio agitur, juris exigendi quasi possessione spoliari debeant?

In quo articulo de jure nostro Regio extat clara reso- 140
lutio *in dict. l.8.* quæ immemoriali ad proprietatem dumtaxat expostulat, ut autem Domini in quasi possessione, dum super proprietate disceptatur, manuteneantur, quadraginta annorum possessionem requirit, & notant D. Covarruv. Villadieg. Aviles, Gaspar Rodrig. supra citat. *ex num.60.*

Quid autem in hoc articulo de jure communi dicen- 141
dum sit, tam in summarissimo possessorio, quam in plenario, stante pro Dominis inferioribus longa, aut recentiori, vel nulla possessione; & quid etiam, jure resistente exactionibus, vel si præter jus tantùm sint: & quid deniq; aliquo titulo exhibito, aut saltim allegato, vel nullo ostenso tractant plenè in specie Capy. *dec.6. 77. & 189.* Iacob. de Sanct. Georg. *in tit. de homag. ex numer. 19. & 37.* Plot. *de in lit. jurand. §.3.* Grammat. *vot.12. & cons. 90. & 147.* Intrigliol. *in tract. de feud. art.5. nu.17. cent. 2.* Anna *allegat.84. & singul.556.* benè Ponte *decis.40. & cons.97.* Thesaur. *decis.206.* doctissimus noster Menchac. *contr. illustr. cap.84. num. 29.* & facit per eundem *dict. in c.85. cum seqq.* Rovit. *super pragmat. Regn. Neapolit. in pragmat.19. n.6. sub rubr. de Baron.* Fulvius Lanar. *in addit. ad repetit. sui Patrui Lanar. in §. Si quis per triginta*, *si de feud. contendat. num.71. cum seqq.* latè Sesse *de inhibit. cap.5. §.10. ex numer.33. & 46.* Giurb. *ad constitut. Messanens. cap.2. gloss.2. p.1. sub numer.10.*
† Benè distinguens inter servitia solita, & consueta, 142
& inter insolita nimis vassallorum libertatem infringentia, ut in illis manuteneatur, secus in istis, Mastrill. *de Magistrat. lib.4. cap.18. num.114.* sequitur Ioann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract.1. gravam.3. ex n.7. & 9.* sed ultra omnes ad plures alias distinctiones, plenissimè, ac doctè Capiblanc. *de Baronib. tom.1. super pragm. 1. ex n.229. cum seqq.*

Item, ultra relata ad nostram immemorialem requisi- 143
ta, illud circa continuas præstationes probandas notandum est, hanc nempè in nostra immemoriali, continuationis qualitatem, absque ulla intellige, contraria, seu negativa, interruptione probari debere: Circa quod tamen requisitum, licèt in omni, præter immemorialem, præscriptione vulgarissimum, & receptissimum sit; quamlibet enim infringi, interrupta possessione, nemo dubitat. At in immemoriali valdè de eo dubitari potest, imò in ea interruptionem non nocere communiter resolvunt Oldrad. Paris. & alii, quos refert, & sequitur D. Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. num.46. & 47.* qui asserunt, subducto aliquo tempore ab immemoriali, & sic data interruptione, adhuc eam subsistere, ex quo cum tempus infinitum includat, infinitum adhuc remanet, ex regula vulgari, quod si ab infinito finitum demas, quod remanserit infinitum etiam erit.

Sed his non obstantibus hæc Dom. Molin. & alio- 144
rum resolutio eo solum casu in nostra quæstione intelligenda videtur, cum videlicet simpliciter tantùm per aliquod breve tempus præstationes, absque ulla tamen contradictione cessaverint; quia potius tunc possessionis actus cessasse, quam ipsam possessionem, sive præscriptionem

nem

nem interruptam videtur: secus si aliquo possessioni fa-
cto contrario interruptionem fieri contigerit, veluti
stante in aliquibus annis denegatione solitarum præsta-
tionum: in hoc quippè casu, & interruptione procede-
re non potest D. Molin. resolutio ea scilicet, meo judi-
cio, concludenti ratione, quod testes super immemoria-
li nunquam contrarium factum, vel auditum depone-
re debeant: imò ex hac ratione primus superior casus D.
Molinæ sententiæ assignatus, non sine magna dubietate
procedit.

145 Quibus etiam pro majori dubitatione opinionis D.
Molinæ superiorem Doctorum regulam: ex infinito,
nempè & si quid adimatur, semper quod remanet, in-
finitum remanere, hoc tantum procedere, ac intelligi
debere supposita, nec dubitata infiniti qualitate: non
verò cum, ut in quæstione nostra accidit, de ea dubita-
tur, & hoc ipsum quæritur, an tempus infinitum pro-
batum sit necne? cui probationi cum possessionis, sine
ulla interruptione continuatio per tempus à à lege requi-
situm necessaria sit, si aliquod licet breve tempus, per
interruptionem adimatur, infiniti probatio deficiet,
& per consequens præfata regula cessabit. Quæ & si
contra D. Molin. sententiam satis urgere videantur, co-
gita tamen, quia in tanti viri correctionem solvere non
audeo.

146 Quæ circa interruptionem contrario facto dicta, in
nostra immemoriali, majori cum ratione, & specialita-
te locum habent; nam hæc munerum, sive impositio-
num contra vassallos præscriptio, non solùm per veram,
& realem facti interruptionem corruit, sed imò ad eam
sufficere rumorem, seu tacitam populi murmurationem,
aut famam in contrarium, hoc est, quod exactio vio-
lenta esset, vel nullo jure subnixa in populo dicatur,
notant benè Isern. in cap. 1. quæ sint Regal. in usib. feudor.
colum. 4. verb. Plaustrorum, Luc. de Penn. in l. 1. Cod. ne
rustic. ad ull. obseq. Capyc. in investitur. feudal. vers. Col-
lectarum, optimè noster Gregor. in l. 6. tit. 25. part. 4.
gloss. magn. vers. Et subdit bellissimè, Beltramin. in addit.
ad Ludovis. decis. 598. num. 13. Ioann. Maria Novar. de
gravim. vassallor. tract. 1. gravam. 3. num. 32. vers. Imò,
147 † Ubi quod rumor, aut etiam populi tumultus impro-
babilem immemorialem reddat, Amay. in l. unic. Cod.
de aur. Coronar. lib. 10. num. 40. quia testes in immemo-
riali deponere debent, nihil in contrarium unquam vi-
148 sum, vel auditum fuisse; † & quia rumor, seu murmu-
ratio ad interruptionem inter vassallos, & Dominum
magis debet operari, quam inter alios æquales expressa
contradictio, cum ob timorem, & reverentiam vassal-
li Dominis expressè contradicere non audeant, ut ele-
ganter ad rem notant Pacian. de probationib. lib. 1. c. 29.
n. 83. Sesse de inhibition. c. 4. n. 3. §. fin. Frarnir. lib. 2. va-
riar. resol. 15. n. 20. Balmased. de collect. q. 4. num. fin.

149 Vnde singulariter infertur ad casum, quo vassalli ex-
actiones non tantum cum tacita murmuratione, quasi
inviti, sed etiam cum expressa protestatione præstite-
rint, ne per tales solutiones in futurum adstricti cen-
seantur, in hoc quippe casu nulla possessio in favorem
Dominorum formari potuit, propter protestationes in
solutionibus factas; nam licet regulariter ex solutio-
nibus, & quibuslibet præstationibus, quasi possessio,
& præscriptio inducatur, juxta text. in l. cum de in rem
150 verso, ff. de usur. † Hoc tamen communiter in-
telligunt DD. ubi simpliciter, & spontè factæ fue-
rint: secus si cum protestationibus; nam tunc nihil ad
quasi possessionem operantur; quia non liberè, & ani-
mo obligandi, sed vi extortæ, & meticulosæ seu majo-
rem violentiam vitandi causa præsumantur, plenè resol-
vunt Put. decis. 8. solutio pensionis, tit. de pension. Rom.
151 cons. 369. circa prim. num. 14. vers. Non debetur. † Et in
solutionibus, simul cum deposito, & protestatione fa-
ctis Rot. apud Cencium post tract. de cens. dec. 233. Maur.
Aretin. in tract. de solution. cap. 21. num. 2. cum seqq. Ve-
152 ral. decis. 331. num. 3. part. 2. † Et si cum eadem prote-
stationε fiant metu censurarum, vel alio timore, Rot. in
novissim. decis. 10. aliàs 35. tit. de sentent. excommunicat.
Apostill. ad Roman. dict. cons. 369. circ. prim. num. 14. in
vers. Non debeant, Pont. de spol. c. 16. nu. 169. lib. 2. Se-
raphin. dec. 1017. n. 6. Verald. decis. 330. p. 2. Nicol. Gar-
zia de benefic. part. 1. cap. 5. num. 452. cum seqq. Gratian.
discept. forens. cap. 113. num. 10. cum seqq. † Et in prote- 153
stationibus factis ex quibuslibet aliis causis pro quorum-
cumque jurium conservatione, quod nulla, ut in dictis
casibus possessio, seu quasi adversario quæratur, ultra
Verald. Garz. & relatos videndi Marescot. variar. resol.
lib. 1. cap. 21. num. 22. Cardin. Tusch. practic. concl. litt.
P. concl. 420. nu. 15. cum seqq. idem Gratian. ultra locum
citat. cap. 310. num. 38. & cap. 981. nu. 40. cum seq. Cenc.
de censib. part. 2. quæst. 5. art. 4. num. 19. & apud eum post
eundem tractat. Rot. decis. 250. num. 7. & sunt aliæ Ro-
tæ decisiones apud Pacific. de Salvian. interdict. decis. 44.
num. 8. & 14. & apud Marchesan. de commission. part.
1. fol. 970. Melch. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 38.
num. 205. † Et in solutione cum protestatione facta me- 154
tu mandati executivi Verald. decis. 331. n. 3. p. 2. Apostill.
ad Roman. ubi supra,

Ex quibus etiam ad nostrum casum infertur, multò 155
magis in annuis præstationibus vassallorum nullam
possessionem, nullamque præscriptionem præsumen-
dam; sed potius violentiam, & extorsionem quando
dominus pignora pro servitii præstatione à vassallis invi-
tis capiebat, vel gagiabat, aut arrestabat, sive gagiari,
aut arrestari faciebat, ut ex leg. fin. §. penult. ff. quod met.
caus. & ex doctrina originali Joann. Fabri in §. Æque si
agat, colum. 8. instit. de action. tenent noster Gregor. in
l. 6. tit. 25. par. 4. gloss. magn. in med. Aviles in capit. Præ-
tor 24. glos. titulo, num. 6. † Quod ampliat Garzia de ex- 156
pens. cap. 9. num. 37. etiam si judicialiter dominus id fe-
cerit; sed contrarium in hoc casu verius censeo; quia
solùm violentia præsumitur, cum sine causæ cognitio-
ne potens contra non potentem arrestabat, vel gagia-
bat, ut exprimunt Faber, Gregor. & Aviles, ubi pro-
ximè: secus vero quando per viam judicii Domini, vel
alius potens sua jura fuerunt prosecuti instrumenta publi-
ca contra vassallos exequendo, eosque judicialiter con-
demnando; qui enim in judicio, quod sibi debetur, re-
cuperat, vim facere, non est dicendus, l. extat, ff. quod
met. caus. & in specie optimè resolvit Gasp. Rodrig. de
ann. reddit. lib. 1. q. 15. n. 71.

Item hanc immemorialem præscriptionem ex dicta 157
nostra l. 8. dict. tit. 15. lib. 4. recopilat. & etiam de jure
communi amplia, & intellige, ut procedat, non so-
lum in vassallorum præstationibus, quæ juri naturali,
& æquitati non resistunt, nec aliquam injustitiam in se
continent; sed dumtaxat sunt præter jus: verum etiam
in his, quæ alias semota immemoriali præscriptione,
notoriè injustæ, & contra rationem, & æquitatem na-
turalem essent; quia in libertatem vassallorum tende-
rent, nimisque eam infringerent; nam adhuc immemo-
rialis benè, ut dictum remanet, probata substinenda
erit, quia per eam, ut sæpè diximus, tollitur omnis vis,
& extorsionis præsumptio, ob quam plerumque DD.
præscriptiones in his, & præcipuè tam odiosis præsta-
tionibus corruere dicunt: præsumiturque privilegium,
vel quilibet alius titulus, qui alias ad ipsarum acquisitio-
nem sufficiens esset, ut constat ex notatis supra à numer.
74. & 77. Ideo in rebus valde odiosis, notoriamque in-
justitiam continentibus, & quæ valdè libertatem vassal-
lorum infringunt, præscriptionem immemorialem me-
ritò præcedere resolvunt Garzia, Mastrill. Capiblanc. &
alii infra referendi.

Nec me latet distinctio, quam novissimè tradidit Bal- 158
mased. de collect. quæst. 4. num. 13. qui differentiam con-
stituit inter præstationes, sive vassallorum impositio-
nes, quæ juri naturali, & æquitati non resistunt:
& inter eas, quæ notoriè injustæ sunt, & rationi na-
turali, vassallorumque libertati adversantur; quarum

illas dumtaxat immemoriali quæri posse ait: secus verò 159 istas: † Pro qua distinctione refert Balmased. Cynum *in l. competit, in fin. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* Bobadill. *in politic. lib. 2. cap. 16. num.* 118. Peregrin. *de jur. Fisc. tit. de præscript. num.* 25. Mieres *de majorat. 4. part. quæst. 20. num.* 82. *& 3. part. quæst. 15. num.* 8. Rodrig. *de ann. reddit. lib. 1. quæst. 15. à nu.* 60. Padill. *in l. si aquam, Cod. de servitut. nu.* 37. Boet. *decis.* 132. *numer.* 4. Franc. Tondut. *de prævent. par. 2. cap. 2. num.* 39. Capyc. Galeot. *lib. 2. contr.* 42. Gasp. Kloch. *de contribut. c. 2. num.* 43. D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 1. à num.* 29. *&* 36.

160 Sed retenta supra adducta nostra intelligentia, & ampliatione ex rationibus jam relatis, non obstat differentia hæc, & distinctio Balmased. quia nulla juris ratio, aut fundamentum pro ea adducitur, vel reddi potest, imò contra eam stant omnia superiùs adducta fundamenta, & rationes, communisque DD. resolutio, quæ indistinctè in cujuslibet impositionis præscriptione, dum immemorialis sit procedunt, ut clarius *ex infrà dicendis*, patebit: immemoriali enim, stante quæcumque, licet insolita, & alias illicita vassallorum servitia justa censentur, mediante justo titulo in immemoriali præsumpto, cujuslibet etiam vis, aut metus malæ præsumptionis exclusione, juxta superius plenè tradita.

161 Nec magis obstant tot doctissimi DD. per Balmased. pro sua distinctione adducti, quia eos omnes attentè perlegi in locis per ipsum Balmased. relatis, nec ullum inveni, qui dictam distinctionem expressè comprobet, quin potius plures ex eis contrarium tenent: & alii nec in nostro casu loquuntur, aut ad rem quidquam faciunt, nec multi *dict. l. 8. Recopilat.* referunt.

162 Et primò Padill. allegatus *in l. si aquam, num. 37. & 38. Cod. de servitut.* licèt quæstionem tractet absolutè, & nulla distinctione facta inter dictas vassallorum impositiones, contra omnes resolvit, præscriptionem immemorialem absque titulo in eis non procedere, asserens in quo reprobatus remanet *supra n.* 112 *&* 113.

163 Mastrill. verò *in dict. cap. 15. num.* 32. nihil de materia dicit, neque *in dict. cap. 16. num.* 115. & licèt *in nu.* 110. differentiam agnoscat inter insolita, aut consueta servitia, ut illa per vim, & metum extorta censeantur, contra verò ista; id tamen non tractat, nec resolvit ad nostram quæstionem, ut per immemorialem acquiri possint, vel non; de qua nec Mastrill. meminit, nec per vis, metusve præsumptionem, quam in insolitis adesse Mastrill. ait, impediretur in eis immemorialis; quia imò verius est, indistinctè hanc præsumptionem, in quibuslibet vassallorum servitiis, aut impositionibus contra Dominos esse, ex quo omnia hæc onera, licèt alias consueta, à jure communi indebita sunt, & sic per vim, & tyrannidem extorta præsumuntur, ut pluries superius dixi, & fundavi, & tamen præsumptione ista non obstante, immemorialem in eis procedere de jure communi DD. conveniunt, & de jure Regio *dict. nostra l. 8. recopilat.* decidit; quia per immemorialem abstergitur omnis vis, aut metus conjectura, & licet servitia insolita sint, & difficillima alias concedi; difficillimus quoque titulus ex legitimo pacto, aut conventione, vel Regalis concessio per immemorialem quoque inducitur, ut pleniùs probavi *supra ex n.* 78.

164 Mieres autem dict. *quæst. 20. nu.* 82. quem etiam Balmased. refert, præterquam quod in immemoriali non loquitur, nec de *dict. l. 8. recopilat.* meminit; sed solùm de præscriptione longi temporis tractans, nullam inter impositiones distinctionem facit, sed indistinctè resolvit, præscriptionem plurium annorum in eis locum habere non posse, ut ex aliis quoque resolvimus *supra ex num.* 52.

165 Nec magis pro distinctione Balmased. facit idem Mieres per eundem Balmased. relatus *in eod. tr. de majoratib. in 3. p. q. 15. n.* 8. quia nihil ibi de materia tractat.

Nec Cyn. Boet. Peregrin. Tondut. Bobadill. Gasp. Rodrig. Capyc. Galeot. & alii per Balmased. relati quidquam pro sua opinione faciunt, ut apud eos videri poterit: imò quod magis est, Gasp. Rodrig. & Bobadill. indistinctè in his vassallorum gravaminibus, & servitiis loquentes, postquam ea valde uti exosa, & contra omne jus dixissent, præcipuè Rodriguez; immemoriali tamen, sine dubio quæri indistinctè resolvunt, & Bobadill. tractat de impositione illa Luctuosa Regni Galleciæ, quam præ cæteris odiosam reputat Garzia *de expens. dict. cap. 9. de qua infrà*. 166

Et denique D. Solorzan. *in dict. lib. 1. cap. 1. à num.* 29. (ex cujus doctrina suam distinctionem Balmased. deduxisse conjicio) si benè doctissimus vir, & casus in quo loquitur perpendatur, nullum distinctioni Balmased. affert fundamentum, nam licèt D. Solorzan. aliqualem differentiam constituat inter regulares præstationes, & servitia personalia nimis insolita, ut constat *ex numer.* 13. ubi in illis præscriptionem *leg. cum de in rem verso, ff. de usur.* etiam contra rusticos procedere ait, *& ex numer.* 36. ubi contrarium asserit in servitiis personalibus, quæ magis libertatem gravant, in quibus nullam præscriptionem locum habere, affirmat: 167

168 † Hæc tamen doctissimi viri resolutio procedit dumtaxat, & intelligi debet in servitiis personalibus Indorum, in quibus expressè loquitur; nec mirandum, quod in his Indorum personalibus insolitis servitiis indistinctè omnem præscriptionem rejecerit D. Solorzan. quia servitia hæc, ut nimis onerosa, & libertatem Indorum valde infringentia, odiosissima reputantur, & ideò non immeritò poterat dubitari, an in eis immemorialis præscriptio dict. *l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopilat.* locum habere posset, maximè concurrente imbecillitate, & magna rusticitate Indorum, in quibus facilius metus, & co-
169 actio præsumi debet? † Et insuper stante quoque circa hoc reprobata qualibet in contrarium consuetudine per Regiam schedulam relatam à D. Solorzan. *dict. cap. 1. num.* 12. & similiter improbatis etiam ipsis servitiis per plures alias schedulas Regias, in quibus tales Indorum impositiones personales sub gravibus pœnis commendatariis præstari prohibentur, ut ipse D. Solorzan. latè tradit *in numer. 32. & ex numer.* 9. ob plura & gravissima inconvenientia, ac damna, quæ specialiter in Indiarum Provinciis ex his personalibus servitiis quotidiè oriebantur, ut latè tradunt Fr. Joann. Torquemad. *in Monarch. Indiar. lib. 5. c. 14. fol. 678. & c. 24. pag. 709. & cap. 59. pag.* 796. Anton. Herrer. *in sua histor. gener. Indiar. decad. 1. lib. 7. c. 8. pag. 237. & lib. 9. c. 10. pag. 322. cum seq.* & alibi passim, & refert idem Dom. Solorzan. *d. cap. 1. à num.* 1.

Ultra quod ipse D. Solorzan. licèt *dict. l. 8. recopilat.* non referat, immemorialem etiam in dictis servitiis personalibus Indorum locum habere, asserit *in num.* 36. cum qualitate tamen, quod spontè, & absque ullo metu, aut coactione specialiter soluta probentur, quod licèt in præscriptione immemorialis, quæ contra hujus Regni vassallos versatur supra impugnaverim: in Indiis tamen ab hac opinione D. Solorzan. pro qua superius etiam resolvi, recedere non auderem, tum ob magnam hujus doctissimi viri authoritatem, & præcipuè in hac re, quam præ aliis benè cognovisse, credendum est: tum etiam ob vehementiorem in Indis, metus, & vis præsumptionem, quæ ob ipsorum fragilitatem, & nimiam imbecillitatem metui, & coactioni proniorem, ac faciliorem magis nota est: & denique ob tot Regias schedulas *supr. relatas* hæc gravamina, & eorum præscriptionem probantes. 170

Et ut supradicta Balmased. distinctio inter impositiones juri naturali, & æquitati resistentes, & inter eas, quæ notoriè tantum injustæ sunt, plenius evertatur, animadvertendum est, omnes nostras præstationes, & impositiones, in quibus dict. *l. 8.* & DD. supr. à princip. hujus quæstionis relati loquuntur, nimis onerosas 171

rosas

rosas esse, & contra libertatem vassallorum, imò & se-
clusa præscriptione immemoriali notoriè injustæ, ac
nullo jure debitæ per omnes indistinctè habentur, *ut su-
prà dixi ex num.29. & 52.* & docent ex Bald. Alexand.
& aliis Aviles *in cap. Prætor 24. gloss. 1. numer. 5. & 6.*
ubi quod contra naturam, hoc est, contra naturalem
hominis statum hæc omnia tributa, & impositiones
sint, Rodrig. *dict. quæst. 15. numer. 64.* qui ea servitia
insolita, & exorbitantia appellat: quibus tamen non
obstantibus immemorialem in eis Rodriguex, & alii ad-
mittunt.

172 In quibus etiam optimè ad hunc articulum, ultra
alios, loquitur Pater Fragoss. *de Regim. Reipub. part. 1.
lib. 3. disput. 7.* qui postquam *in num. 59. & 60.* de vassal-
lorum servitiis insolitis, & exorbitantibus egit, & pro-
pter eorum injustitiam, & præsumptam oppressionem
tyrannicam Dominorum longi, aut longissimi temporis
præscriptionem in eis locum habere non posse, resolvit,
in immemoriali tamen in eodem *num. 60. vers. Quid si
Domini temporales*, contrarium tenet, maximè apud
nos ex *dict. l. 8. tit. 15. lib. 4. recopil.*

173 Idemque faciunt nostri Bobadill. *in polit. lib. 2. d. cap.
16. num. 118.* & Ioann. Garzia *de expens. cap. 9. ex num.
8.* in luctuoso illo gravamine, aut impositione Regni
Gallecíæ loquentes quod præ omnibus odiosissimum re-
putatur, unde id ultra cætera gravamina nimis DD. ab-
horrent, tanquam omni juri rationi, & æquitati repu-
gnans, ut constat ex eodem Bobadill. *ubi proximè ex nu.
116.* & ex Garzia *suprà à num. 1.* & tamen ipse Bobadill.
& Garz. in præscriptione immemoriali dict. *l. 8. recopil.*
comprehendi resolvunt.

174 Optimè etiam ad rem Capiblanc. *de Baron. tom. 1. su-
per pragmat. 1.* qui *in num. 214.* tales subjectiones, & vas-
sallorum onera juri naturali libertatis contrarias sentit,
& hoc amplius juri speciali Regni Neapolit. *in constit.* il-
lius Regni *Quia frequenter, in princip.* Quibus adhuc
non obstantibus immemorialem præscriptionem, aut
consuetudinem in eis admittit idem Capiblanc. *ex
num. 219.*

175 Et in eodem sensu loquuntur omnes DD. pro imme-
moriali allegati *supra*, qui satis expresè hujusmodi im-
positiones contra jus, & libertatem vassallorum esse fa-
tentur, quapropter eas tanquam exorbitantes, & juri
exosas acriter omnes improbant, & tamen in eis, nulla
distinctione, aut differentia facta, immemorialem ad-
mittunt.

176 Imò & quod magis est, apud Feudistas operæ quo-
que istæ vassallorum, sive servitia personalia *Angaria*,
& *Perangaria*, nuncupata sordida, & vilia onera sunt,
Grammat. *cons. 12. cum seqq.* Gail. *lib. 2. observ. 52.* Ma-
177 strill. *de Magistrat. lib. 3. c. 10. n. 332.* † Magisque, quam
cæteræ impositiones, de quibus supra, vassallos gra-
vant, cum circa personas versentur, & earum liberta-
178 tem maximè infringant; † Nam à terris Dominorum hu-
jusmodi vassallis *angariis*, & *perangariis*, quodammo-
do servitute adstrictis, recedere non licet; nisi in op-
pida demanialia, sive Regia se transferant, si *angarii*
tantum sint: si verò *perangarii*, nec ad demanialia, in-
vito Domino, tendere valent, ut cum Feudistis notant
Marin. *lib. 1. resolut. 107. ex num. 16. & 26. & allegat. 91.
num. 7.* Ioann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract.
179 1. gravam. 75. ex num. 10. & 12.* † Nec Clericari, eis per-
mittitur, ne hoc modo servitia Dominus defraudentur,
Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragm. 10. num. 60.* &
novissimè Cardin. Ioann. Bapt. Luca *tract. de regalib. di-
scurs. 146. num. 24.*

180 Ex quibus omnibus maximè libertas infringitur, ut
ad similia notant DD. ad *l. Titio centum, §. 2.* cum vulga-
181 tis, *ff. de condit. & demonstr.* † Ideo hæc servitia species
servitutis appellantur per Luc. de Penn. *in l. nec diutius,
Cod. de agricol. & censit. lib. 12.* Capyc. *decis. 168.* Capi-
blanc. *dict. tract. de Baron. tom. 2. super pragmat. 14. c. 89.
ex num. 2. & 8. & tom. 1. super pragmat. 10. num. 63.* &

contra jus commune, Afflict. *in constitut. Adscriptitios,
num. 4.* Mastrill. *dict. cap. 10. n. 307.* † Imò, & juri natu- 182
rali, & libertati vassallorum valde exosa? Vasquez Men-
chac. *lib. 3. illustr. c. 50. n. 3.* Capiblanc. *d. pragm. 10. nu.
63. & 64. & super pragmat. 1. n. 214.*

Sed tamen, ut rem nostram prosequamur, hac juris 183
repugnantia, & odio non obstantibus, servitia ista per-
sonalia sive *Angaria*, *vel Perangaria* immemoriali præ-
scribuntur, ut resolvunt Afflict. *in tit. quæ sint regal. verb.
Angaria*, & in Constitut. Regn. Neapol. incipit: *Quia
frequenter*, Capiblanc. *in loc. citat.* Marin. *d. resol. 107.
nu. 20.* Ioann. Maria Novar. *d. gravam. 3. ex num. 12.* &
latius resolvam infra *cap. 25.* ubi plenè *per tot.* ad alia plu-
ra de materia istorum servitiorum personalium: † Ergo 184
quantò magis nostra munera, vel donativa, & similes
impositiones immemoriali præscribi poterunt, cum non
ita per ea vassalli graventur, nec consequenter tam odio-
sa sint reputanda.

Quare indistinctè dicendum est, omnes istas imposi- 185
tiones, tam jure communi, quam nostro Regio ex dict.
l. 8. recopil. præscriptione immemoriali indistinctè acqui-
ri, ut supra latè dictum, ac resolutum remanet: & con-
sequenter ad nostram principalem quæstionem inter Ca-
stri, aut oppidi fructus, tanquam necessaria, & præci-
sè solvenda reputari debere, juxta principalem nostram
distinctionem supra in princ. *cap. præcedent.* proposi-
tam.

Quibus ita circa præscriptionem immemorialem, & 186
intellectum nostræ *l. 8. dict. tit. 15. lib. 4. recopilat.* reso-
lutis, pro complemento adhuc ejusdem articuli non in-
utiliter quæri potest, an stante dict. *l. 8.* immemorialem
præscriptionem expostulante ad dictas vassallorum im-
positiones acquirendas, seu jure communi inspecto, quo
idem est servandum, saltum quadragenaria cum titulo
pro earum præscriptione sufficiat, ut ea interveniente,
præcisè in posterum tales impositiones solvi debeant,
& etiam, ut necessaria, & perpetuam renascentiam ha-
bentia inter fructus feudi, aut oppidi ad fructum restitu-
tionem, & ad alia computentur, sicuti in immemoriali
quæsitis proximè dixi?

In qua quæstione fortiter affirmativa sententia funda- 187
ri potest in eo, quod vulgariter per omnes jactatur: qua-
dragenariam nempè cum titulo regulariter immemoriali
æquipollere, ita ut quoties lex, vel statutum immemo-
rialem præscriptionem exigit, quadragenaria cum titu-
lo sufficiens sit, *ut ex cap. 1. de præscription. in 6. cap.
cum personæ, §. Quod si tales, de privileg. in 6. leg. fin.
tit. 13. lib. 3. Ordinament.* & aliis juribus per DD. ad id
expensis, latè ad plures quæstiones docent D. Molin. *de
primogen. lib. 2. cap. 6. à numer. 51.* & ibi plures cumulat
Addit. prima: † Ubi & quod procedat etiam in regali- 188
bus, quæ sicuti immemoriali acquiruntur, ita & qua-
dragenaria cum titulo quæri posse, tenent (nisi Princi-
pi in signum supremæ potestatis competant) ex Bellug.
Mastrill. & aliis ibi relatis: & ad alia plura idem docent
D. Covarruv. *in regul. possessor. part. 2. §. 2. numer. 12. &
§. 3. & 4. num. 5. & lib. 1. variar. cap. 17. numer. 7.*
Balb. *de præscript. 2. part. tertiæ part. quæst. 6. num. 11.*
Marienz. *in l. 1. gloss. 19. numer. 4. tit. 10. lib. 5. recopilat.*
Petr. Barbos. *in l. competit, numer. 59. cum seqq. Cod. de
præscript. 30. vel 40. annor.* Avendan. *de exequend. cap.
4. num. 2.* Burg. de Paz *cons. 33. num. 26.* † Et in jurisdi- 189
ctionis præscriptione, ad quam immemorialem commu-
niter DD. expostulant, & expresè exigitur per nostram
l. 1. tit. 15. lib. 4. recopil. quod quadragenaria cum titulo
sufficiat, singulariter apud nos decisum extat *in l. 1. tit.
10. lib. 5. ejusdem recop.* & ibidem Matienz. *gloss. 19. n. 4.
& 5.* Avendan. *de exequend. 1. p. cap. 1. nu. 21. vers. Imò
ultra*, Ioann. Garzia *de nobilitat. gloss. 10. n. 1.* † Qui in 190
causis quoque nobilitatis loquitur, in quibus etiam Mie-
res *de maiorat. 4. part. quæst. 10. num. 372.* † Et in aliis plu- 191
ribus quæstionibus latè per tot. quæst. August. Barbos.
iu dict. cap. 1. de præscript. num. 13. plenè, multis conge-

stis, D. Valenz. cons.18. num.14. & cons.79. ex nu.122. D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 1. lib.3. cap. 3. num.71. Castill. de tertiis, cap.34. & tom.5. controvers. cap.93. §.8. à num.13. Pater Fragos. de regimin. Respubl. part. 1. lib.3. disputat. 7. num.60. in fin. D. Larrea allegat.68. per tot.

192 Ex quibus etiam communiter DD. (licèt in præscribendis rebus majoratus immemorialem requirant, ut omnibus futuris successoribus præjudicium inferatur, juxta D. Molin. de primog. lib.4. cap.10. num.10. ubi cum pluribus Addent. & ut alios omittam, idem resolvunt, & ad alia plures congerunt latè de hac immemoriali præscriptione tractantes Pelaez de Mieres de majorat. 4. part. quæst.21. num.3. & 46. & seqq. in nova edit. Castill. tom. 5. contr. cap.93. §.8. num.27. cum seqq. Fussar. de substit. quæst.528. num.8. & per tot. ex Gomez, Matienz. Menchac. & aliis pluribus Acosta de privileg. credit. regul. 1. ampliat. 3. num.127. cum seqq. Vela differtat. 48. num. 14. & in rebus majoratus feudi, aut fideicommissi, Cyriac. tom.1. cap.14. à n.45. & novissimè Valeron de transact. tit.4. q.2. n.76.

193 Attameo in his omnibus rebus præscribendis quadragenariam cum titulo sufficere, & omnibus successoribus, uti immemorialem præjudicare, tenent Burg. de Paz cons.41. num.10. Pinel. in authent. nisi triennale, à n.49. Loazes in allegat. pro Marchione de los Velez dub.3. nu. 10. Velasq. de Avendan. in l.41. Taur. gloss.6. num. 6. & gloss.1. num.10. Mieres de majorat. 4. p. quæst.21. num. 54. vers. Et quæ: quam doctrinam fundare aliqui tituntur ex doctrina D. Molin. de primogen. lib.2. cap. 6. num. 51. & 52. ubi in præscriptione rerum majoratus quadragenariam cum titulo immemoriali æquivalere asserit.

194 Iuxta quæ similiter io nostra specie præscriptionis impositionum vassallorum quadragenariam cum titulo sufficere, dicendum videbatur, stante etiam dict. l.8. recopilat. immemorialem exigente, & ita in terminis resolvunt per dicta jura in cap.1. de præscript. in 6. cap. cum persona, §. Quod si tales, de privileg. in 6. D. Covarruv. in dict. §.4. num.5. vers. Quibus duo, Menchac. controv. illustr. cap.83. nu.34. Gasp. Rodrig. de ann. reddit. lib.1. d. q.15. n.74. Pater Fragoss. de regimin. Reipublic. p.1. lib.3. disp.7. n.60. in fin.

195 Sed nihilominus his non obstantibus contrariam opinionem veriorem existimo, nec in re tam odiosa, ut sunt nostræ præstationes extensionem dict. l.8 admittendam puto, maximè in præjudicium tot populi successorum, & jure resistente non solum præsumptioni tituli harum impositionum, sed & ipsi titulo, ut proximè dicam.

196 Nec obstant supradicta ex cap.1. de præscript. in 6. & aliis juribus, & DD. supra adductis, ex quibus diximus, quadragenariam cum titulo immemoriali æquivalere, ac sufficere, quotiescumque immemorialis requi-
197 ritur, quia hæc regula dupliciter limitari debet: † Primò, ut non procedat in præjudicium successorum, qui nondum noti sunt, & sic impediti inveniuntur, contra quos absque dubio immemorialis communiter per DD. exigitur, nec quadragenaria cum titulo sufficit, ut ex multis notat Castill. tom.5. contr. cap.93. §.8. à num.9. & 17. qui est noster casus.

198 Secundò, dicta regula limitatur jure resistente ipsi titulo præsumpto, seu alienationi, ut docet Vela differtat.48. num.14. ubi differentiam constituit inter resistentiam juris ipsi titulo, aut alienationi, vel si præsumptioni ipsius tituli dumtaxat resistat, ut in isto casu quadragenaria cum titulo immemoriali æquivaleat: contra
199 verò in illo, in quo & nos sumus: † Cum non solùm jus resistat præsumptioni tituli ad dictarum impositionum præstationem ob prædictas vis, & metus vehementissimas præsumptiones, quas contra vassallorum Dominos supra stare diximus, sed etiam ipsi titulo, seu acquisitioni harum impositionum, à quibus jus multum abhorret, & resistit; quia non aliter quæri possunt, quàm speciali Regia concessione, quin ad id sufficiat ipsorum vassallorum pactum, seu conventio, nisi etiam Regia licentia interveniente, ut latè probavimus supra in §§. præcedentib.

Iuxta quæ non stant exempla superius pro contraria 200
sententia adducta, quia non ita eorum præscriptio, seu rerum quæ in eis continentur, acquisitio juri odiosa habetur: † Ultra quæ etiam in jurisdictionis præscriptio- 201
ne est jus speciale in dict. l.1. tit.10. lib.5. recopil. qua specialiter quadragenaria cum titulo approbatur, quasi cessante hac expressione, contrarium dicendum esset:
† Quapropter cum in nostro casu nullibi quagragena- 202
riam cum titulo sufficere, cautum inveniamus, necessariò standum videtur dict. l.8. tit.15. lib.4. immemorialem exigenti, nec in re tam odiosa, & juri repugnanti extensio ulla admittenda.

Nec magis obstat exemplum supra quoque adductum 203
præscriptionis rerum majoratus, in quibus quadragenariam sufficere, & immemoriali, aliàs per DD. regulariter requisitæ, æquivalere, asseruerunt Burg. de Paz, Pinel. & supra relati; quia quidquid isti DD. velint, contraria opinio est verior, & receptior: imò quod in rerum majoratus præscriptione immemorialis præcisè necessaria sit, quin quadragenaria cum titulo sufficiat, nec immemoriali io hoc casu æquivalere possit, ut magis communiter resolvunt, Paz ad leg. Styl. 200. à numer. 44. usque ad 56. Barbos. de præscript. 30. vel 40. annor. in rubric. numer.339. Cald. Pereyr. recept. jur. sentent. lib.1. quæst.23. num.101. in fin. Gabriel. Pereyr. decis. Portug. 52. per tot. benè, & aliis congestis Costa de privileg. creditor. dict. reg.1. ampliat.3. num.121. cum seqq. & alii proximè referendi, qui omnes communiter reprobant contrariam opinionem Burg. de Paz, Pinel. & sequacium.

Nec quidquam pro Burg. de Paz, Pinel. & alio- 204
rum contraria opinione facit doctrina D. Molinæ dict. lib.2. cap.6. num.51. & 52. in qua principaliter Pinel. & alii se fundant; dum Dom. Molina io præscriptione majoratus quadragenariam cum titulo immemoriali æquivalere, ac sufficere asserit; sed minus rectè, quia non loquitur D. Molin. in casu, quo de præscribendis bonis majoratus, & ad libertatem reducendis agitur, & sic de primogenio destruendo: sed imò de noviter inducendo majoratu, vel in eum bonis liberis includendis: † In- 295
ter hos quippe casus magna est diversitas; in primo enim præscriptio contra majoratum nimis odiosa reputatur, cum primò ei ob prohibitam bonorum alienationem jus resistat: secundò ex quo in tot successorum præjudicium tendit, necnon, & in damnum Reipublicæ, cujus primogeniorum, & consequenter Dominorum illustrium, & nobilitatis conservationem magni interesse, oemo dubitat, unde meritò in hoc casu immemorialem omnino requiri, quin ei quadragenaria cum titulo æquivaleat, resolvendum est.

In secundo verò casu, non ita odiosa præscriptio re- 206
putatur; quia non de bonis prohibitionis alienationis vinculo adstrictis, seu allegaris dissolvendis, aut liberandis in præjudicium successorum agitur, sed potius de eis liberis ad vinculum reducendis, in quo potius juxta superiorem ultimam rationem ad primum casum relatam quodammodò publicus favor versatur, quapropter non mirum, quod in hoc quadragenaria cum titulo immemorialis loco admittatur, eique per nostram l.41. Tauri requisitæ æquivaleat.

Quam distinctionem, ita in effectu docent juxta eam 207
in secundo casu doctrinam D. Molin. intelligentes, multis relatis, Castill. de tertiis, cap.34. nu.13. & melius 5. tom. controvers. cap.93. §.8. à num.3. cum pluribus seqq. ubi ex Matienz. Flores de Mena, Peregrin. Barbos. de præscript. Gratian. & aliis pluribus latissimè, & alios congerentes sequuntur Addit. prim. ad Molin. lib. 4. cap. 10. num.10. & lib.1. cap.3. num.32. & lib.2. dict. cap.6.

cap. 6. num. 51. *&* 52. Vela *differtat.* 48. *num.* 14. D. Salgad. *in labyrinth. credit.* 1. *part. cap.* 40. *num.* 61. *&* 62. D. Cresp. *observat.* 23. *ex num.* 15. novissimè Valeron *de transaction. tit.* 4. *quæst.* 2. *num.* 76. & ex eodem D. Molin. constat, qui dum *in lib.* 4. *capit.* 10. *per tot.* præscriptionem bonorum majoratus ex professo tractat, immemorialem necessariò requiri, asserit *in num.* 10. quin de quadragenaria cum titulo aliquam mentionem faciat.

208 Ex quibus idem in nostra quæstione resolvendum, mihi videtur, similiter nulla alia præscriptione, quam immemoriali prædicta vassallorum impositiones per Dominos acquiri, posse, nec ad id quadragenaria cum titulo sufficiat, eum similiter de præjudicio non natorum agatur, qui contradicere, vel aliter agere impediti inveniuntur: & etiam titulo, seu istis impositionibus, vehementer jus resistit.

209 Ultra quæ pro majori hujus resolutionis comprobatione id quoque principaliter considerandum est, quod dum expressè dict. *l.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopilat.* in earum præscriptione immemorialem specialiter exegit, ad quam dumtaxat ipsarum acquisitionem ex diuturna possessione per Dominos pretensam restrinxit propter odium, & vehementissimas violentiæ præsumptiones in Dominos supra per DD. consideratas; non est cur tam notabilem extensionem in re tam odiosa admittamus, cum & notabilia per legislatorem specialiter non notata, sed potiùs omissa, neglecta censeri debeant, juxta vulgar. text. *in l. item apud Labeonem* 15. *§. Hoc edictum* 26. ubi DD. *ff. de injur.* Escobar *de puritat. part.* 1. *quæst.* 4. §. 5. *num.* 1. & ad alia plura congesti per Castill. *tom.* 2. *controvers. cap.* 20. *à num.* 8. D. Larrea *allegat.* 94. *nu.* 25. Capyc. Galeot. *respons. Fiscal. respons.* 15. *num.* 36. D. D. Christophor. de Valdaur. *observat.* 1. *num.* 109.

210 Pro complemento ergo hujus immemorialis in vassallorum impositionibus articulo, & plena dict. *l.* 8. *Recopil.* declaratione, quæri etiam potest, an huic legi seu immemoriali in ea contentæ, necnon & jure communi requisitæ satisfiat, si centenaria probetur?

211 In quo articulo videbatur, dicendum sufficere; maximè juxta aliquos DD. qui centenariam immemoriali æquant, ex quo immemorialis probatio ultra centum annos non extendatur, quia nec hoc tempus hominum memoria excedit; ideò immemoriali, lege, vel statuto requisita, centenariam probari sufficere, resolvunt, Cyn. *in l.* 2. *Cod. de servitut. & aqua, quæst.* 10. Cæpol. *de servitut. urbanor. prædior. c.* 19. Balb. *de præscript.* 2. *part.* 5. *partis principalis, quæst.* 6. *n.* 24. Anton. Gabriel. *lib.* 5.
212 *commun. opinion. tit. de præscript. concl.* 1. *n.* 71. *&* 73. † Imò centenariam priorem, quam immemorialem esse, & quòd ideò, ubi centenariam lex requirit, immemorialis non sufficiat, tenuerunt *ex gloss. singular. in capit. cum nobis, verb. Centum annorum, de præscript.* Hostiens. Cardinal. Imol. & alii antiquiores Canonistæ ibidem, quos refert Abbas *num.* 5. & sequuntur Aym. Craver. *de antiquitat. temp.* 4. *part.* §. *Absolutis, num.* 2. *&* §. *Materia ista, num.* 42. Balb. *de præscription.* 2. *part.* 3. *part. quæst.* 6. *numer.* 26.

213 Quibus tamen non obstantibus, contrariam sententiam, centenariam nempè, immemoriali requisita non sufficere, veriorem censeo; quia licèt immemorialis probationem ad centum dumtaxat annos se extendere nec ultra progredi, necesse sit, & in hoc immemorialem centenariæ similem fateamur, non tamen ex hoc eandem centenariam cum immemoriali esse, sequitur, cum in pluribus aliis hujusmodi præscriptiones inter se differre, verissimum sit: ut puta, quia in immemoriali fama publica, testiumque bona opinio, & quòd nunquam contrarium visum, vel auditum, deponant, aliaque plura requisita sunt probanda, quæ in centenaria necessaria non sunt; quapropter longè potior immemorialis est habenda, & consequenter, ea requisita, centenaria non sufficiet: ita optimè ad plures alias inter immemorialem, & centenariam differentias resolvit D. Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 43. *& cum seqq.* doctè D. Covarruv. *in regul. possessor,* 2. *part.* §. 4. *ex num.* 6. qui rectè ex hoc improbat doctrinam *Gloss. in dict. cap. cum nobis,* & sequacium è contra asserentium, centenariæ immemorialem non æquivalere.

Quorum DD. resolutio eo magis in nostro casu tenen- 214
da erit, quòd in re tam odiosa simus, ut est acquisitio, seu præscriptio impositionum, aut servitiorum vassallorum, quam potiùs semper restringere, quàm in aliquo extendere debemus, ob juris resistentiam, & tyrannicas, ac violentas contra Dominos exigentes præsumptiones, de quibus plenè *suprà* diximus.

Ex quibus omnibus in hoc §. latè discussis plenè cogni- 215
tum manet, quando munera, seu servitia, & aliæ impositiones per vassallos Dominis præstari solitæ, præcisè solvi debeant, necnè? & consequenter ad nostram materiam, & principalem quæstionem: quando inter fructus castri, aut oppidi sint connumerandæ, vel non? juxta distinctionem supra latè traditam *in cap. præcedent.* ut cum aliis feudi, aut oppidi fructibus, nostra quoque munera in casu, quo fructus sint, restitui debeant, cum fructuum restitutio facienda sit, & ut ad alios plures juris effectus fructuum naturam sequantur.

CAP. XVI.

ARGUMENTUM.

Magistratuum, cæterorumque Officialium, & ministrorum justitiæ creationes, seu electiones, an jurisdictionis fructus sint? & per inferiores dominos vassallorum fieri valeant, ubi in creationibus Judicum Nunciorum, apud nos *Porteros*, Alguacellorum, Ponderatorum, seu Mensuratorum, apud nos *Almotazanes*, seu *Fieles*: vel apud quos vinum, aut oleum privativè mensuratur aliqua parva quantitate, seu nummo pro assistentia præstito, apud nos *Fieles Medidores*, & *Mojoneros*: aliqua notabilia de materia ponderum, & mensuratum: necnon, & de electionibus Custodum montium, seu defensarum, quando tales officiales per Dominos inferiores jurisdictionem habentes, vel per ipsa oppida, aut Regem eligi debeant: Et quid stante privilegio, consuetudine, aut præscriptione: pleneque ad Magistratuum electiones, quando jurisdictio privativè, vel cumulativè concessa intelligatur? Latè distinguitur inter privilegio, vel aliter concessam in dominium, & proprietatem, vel tantùm in administrationem: aliaque multa de materia horum officiorum per Dominos inferiores electionis: Et postremo agitur de electione, seu missione Judicum pro syndicandis justitiæ officialibus: necnon pro revidendis rationibus oppidorum, an etiam hoc ratione jurisdictionis inferioribus dominis competat.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictionis utilitas, aut fructus tripliciter consideratur, in Magistratum, videlicet, creationibus: in pœnarum, seu mulctarum Fiscalium perceptione: & in quamplurimis aliis honorificis præeminentiis.*

2 *Agitur in præsenti cap. de Magistratuum, aliorumque officialium justitiæ creationibus.*

3 *Hujusmodi officialium electiones an jurisdictionis fructus sint? dubitatur.*

Fructus nomine propriè sumpto, nihil aliud comprehendi, quàm quod ex ipsa re immediatè nascitur: ibi.

Pecu-

Pecuniæ interesse ipsius pecuniæ fructum esse, negatur in l. usura pecuniæ 127. ff. de verb. signif. quia non ex ipsa pecunia nascitur, ibidem.

4 Verius resolvitur, fructus nomine venire quidquid ex re mediatè, vel immediatè provenit: remissivè, & num. 6.

5 Resolvitur similiter, electiones Magistratuum inter jurisdictionis fructus connumerandas, cum numer. seqq.

8 Jurisdictione alicui ob contumacia incapacitatem, vel aliter suspensa; officialium quoque creationes suspenduntur.

Officiales, qui in hoc casu jurisdictionem exercent interim per Principem nominandi: de praxi circa hoc in Regno Neapol. ibidem.

9 Sequestrata jurisdictione, cessat omnino ejus exercitium, nec aliqui fructus, aut emolumenta ejus ratione, alias domino debita, competunt.

11 Similiter domino, vel alio jurisdictionem exercente, ratione criminis suspenso, licèt facultatem nominandi substitutum habeat, ea uti non potest.

12 Qualibet alia electio, sive vox eligendi, & præsentatio ratione juris patronatus, seu alia causa competens, dicitur fructus, aut commodum ejus rei, cujus ratione competit, & n. 13.

14 Per præsentationes, seu electiones probatur jus Patronatus uti, & jurisdictio per officialium electiones, & num. 15.

16 Creandorum Magistratuum potestas ad eos duntaxat, quibus jurisdictio competit, spectat, cum num. seqq.

17 Principes ideo supremos Magistratus creandi potestatem habent, quia in eis omnis jurisdictio residet.

Jurisdictio à Principe in inferiorem derivatur, & tamquam è fonte effluit, & refluit, ibid.

18 Nulli jurisdictio competere potest, nisi ex Principis concessione.

19 Jurisdictione cum oppido Magnatibus, aliisve dominis inferioribus concessa, an tunc officialium electiones ipsis dominis inferioribus, ut jurisdictionis subalternæ concessæ fructus debeantur, vel adhuc penes Principem resideant, ratione supremæ jurisdictionis? cum num. seqq.

20 Hujusmodi electiones jurisdictionis supremæ potius, quam inferioris, fructus esse fundatur, cum numer. seqq.

Creare Magistratus pro administranda justitia est de regalibus, ibidem.

22 In Lusitania non obstante, quod jurisdictio per Principem dominis inferioribus sit concessa, judices, vel officiales per ipsum Principem eliguntur.

23 Resolvitur pro contraria sententia, imò Magistratuum justitiæ electiones nullo modo jurisdictionis supremæ fructus dici, debere; sed potius inferiores, aut subalternæ inferioribus dominis concessæ, cum num. seqq.

Dominis inferioribus, quibus jurisdictio fuerit concessa, judicum electiones competunt, ibidem.

24 Idem in possessore majoratus, cui jurisdictio cohæret, & num. 25.

26 Idem, si Episcopis, aliisve Prælatis Ecclesiasticis sæcularis jurisdictio debeatur.

Prælati Ecclesiastici jurisdictionem sæcularem exercentes, pro ejus administratione, sæculares personas, non Ecclesiasticas eligere debent, ibidem.

27 Imò nec per Regem Ecclesiasticos nominandos, comprobatur jure communi, & nostro Regio.

Servatur hoc praxi, & jure municipali Regni Aragoniæ, Neapol. & aliarum Provinciarum, ibidem.

28 Magistratus creandi potestatem de Regalibus esse, declaratur.

Jurisdictione inferiori, aut subalterna inferioribus concessa, venit virtualiter, & in consequentiam officialium, pro ea exercenda creandi potestas, & cætera omnia ad ejus exercitium necessaria, ibidem.

29 Procedit hoc maximè in Magnatibus, aliisve dominis inferioribus, qui per se ipsos jurisdictionem exercere prohibentur.

30 Ampliantur hoc non solùm in judicium electionibus, sed etiam in quorumcumque officialium justitiæ creatione.

31 Officiales tunc per dominos inferiores electi ex tacita voluntate Principis jurisdictionem concedentis electi censentur.

32 Intelligitur secundò superior conclusio, quòd Magistratus creandi potestas de regalibus sit, ut procedat tantùm in Magistratuum superiorum, necnon in Consiliorum, sive Audientiarum, Regiarum creatione: non verò in aliorum judicum inferiorum electionibus.

33 Supremos Magistratus, aut Consilia creare, est fructus supremæ jurisdictionis: inferiores verò officiales eligere, inferioris emolumentum reputatur.

34 Rejicitur contraria sententia Dominic. Antunez de Portug. indistinctè judicum electiones à dominis inferioribus auferentis.

Loquitur in penitus diverso casu nostra l. 2. tit. 2. lib. 7. Recopilat. quam pro sua sententia allegat Antunez, ibidem.

35 Jurisdictione concessa oppidorum, in quibus ex antiqua consuetudine, aut Regia concessione judices apud nos Alcaldes ordinarios per ipsos populos eliguntur, an adhuc tunc Domini inferiores, quibus jurisdictio fuerit concessa, suos judices eligere valeant? cum num. seqq.

36 Resolvitur negativè, stante privilegio, aut Regia concessione, necnon, præscriptione in favorem populorum pro suis electionibus judicum ordinariorum.

Privilegia hæc maximè ex causa onerosa, ut populi suos judices eligant omnino servanda non obstante secunda jurisdictionis concessione in favorem dominorum, ibidem.

37 Secùs si ex simplici, sive precaria consuetudine per tollerantiam oppida judices ordinarios elegerint.

38 Declaratur juxta hos casus doctrina Dominic. Antunez.

39 Rejicitur opinio Avendan. & Dom. Larr. asserentium, oppidis semel concessa, etiam ex causa, jurisdictione, adhuc per Principem dominis locorum iterum concedi posse, & tunc non privativè, sed cumulativè datam dicunt, ibidem.

40 Verius privativè in proprietate concessam resolvitur, quin aliis iterum concedi, valeat, cum numer. seqq.

41 Refertur notabilis ad rem differentia inter jurisdictionis concessionem in dominium, & proprietatem: vel tantùm in administrationem sive in officium.

42 In primo casu privativè, in secundo cumulativè jurisdictio translata censetur, & ex n. 44.

43 Jurisdictione in dominium concessa, an valeant vassalli eam in præjudicium domini in alium judicem prorogare?

45 Jurisdictione in administrationem, sive in officium concessa, rectè per Principem ipsiusve superiora tribunalia causæ avocantur: secus si in dominium fuerit translata ad limitationem text. in l. judicium solvitur, ff. de judic.

Idem si ex causa onerosa, licèt in officium sit concessa, ibidem.

In his casibus Princeps jurisdictionis exercitio, præter recursum appellationum, se spoliare censetur, ibi.

Juris-

Digitized by Google

Iurisdictione in dominium concessa, residet tantum penes Principem appellationum recursus.

46 Et cognitio in casu negligentiæ domini inferioris, quæ semper supremæ jurisdictioni excepta videtur, & num. 50.

47 Cognoscit etiam Princeps apud nos per suos perquisitores in terris dominorum inferiorum in gravioribus causis criminalibus: & num. 51.

48 Iurisdictione per Principem concessa, si generaliter se in omnibus causis ingereret, inutilis redderetur concessio.

49 In terris Regiis Correctores, & judices ordinarii oppidorum concurrentes, quomodo cognoscant?

50 In casibus Curiæ, etiam in locis dominorum inferiorum cognitio ad Regios Magistratus pertinet.

51 Iurisdictione præscripta, hæc privativè, non cumulativè quæsita censetur, & dict. num. 49.

Nulla in hoc casu Principi jurisdictio remanet, præter supremam, ut in præfatis casibus cognoscat, ibidem.

52 Assignatur differentiæ ratio ad superiores conclusiones circa jurisdictionem in dominium, vel in administrationem, seu officium quæsitam.

53 Iurisdictio in certum genus personarum concessa privativè data videtur.

54 Referuntur Doctores per Dom. Larr. pro sua sententia adducti, præfatam potius distinctionem comprobantes.

55 Quid si populi non ex privilegio, sed ex precaria Principis permissione jurisdictionem exerceant, an tunc Princeps jurisdictionem alii inferiori alienare, sive concedere possit, & nu. 60.

56 Quid si legitima præscriptione eam habeant?

57 Quando jurisdictio per populos per præscripta, vel tantùm per tolerantiam permissa dicatur? & numer. 58.

59 In actibus facultativis non causatur præscriptio, nisi stante prohibitione, & acquiescentia.

60 Iurisdictione per populos tolerantia Principis, sive precario possessa, & ejus virtute populis suos judices ordinarios eligentibus, si ipsorum oppidorum jurisdictio inferioribus dominis per Principem alienetur, vel concedatur, quomodo in judicum electionibus domini, & populi se gerere debeant? cum num. seqq.

61 Iudices in hoc casu per populos, & dominos electi, quomodo cognoscere debeant?

62 Territorii concessione an jurisdictio concessa videatur? ad text. in l. 9. tit. 4. part. 5. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopilat.

63 Praxis alienandi per supremum Regii patrimonii Senatum jurisdictionem, quam per tolerantiam populi exercent.

64 Hujusmodi alienationes ob maximum populorum præjudicium restringendæ admodum.

65 Iurisdictionis fructus sunt, non solùm electiones judicum, seu Magistratuum: sed etiam aliorum justitiæ officialium, vel ministrorum publicorum Rempublicam gubernantium.

Vt sunt Decuriones, justitiæ executores, artium præfecti, tabelliones, & similes, ibidem.

67 Bajuli, sive Capitanei apud Neapolitanos, & quid apud eos sint? & num. 68.

69 Et Assessores.

70 Magistri jurati, sive Camberlingus, qui apud Neapolitanos? & an eorum electio jurisdictionis fructus reputetur, & ad Barones pertineat?

72 Nuncii apud nos Porteros, & alii ministri inferiores pro justitiæ expeditione, à quibus creari debeant?

74 Iudices ordinarii, aut delegati, an eos nominare valeant? & dict. num. 72.

Eliguntur per dominos inferiores, ibidem.

75 Custodum Civitatis, montium, & defensarum appositio, sive electio, an jurisdictionis fructus reputari debeat, necne? & per ipsius jurisdictionis dominum facienda? cum num. seqq.

76 Iurisdictio an probetur per hujusmodi custodum appositionem.

77 An etiam ex aliorum officialium justitiæ nominatione.

79 Montium, segetum, vinearum, & similium custodes apponendi facultas, an, & quando ipsis oppidis competat? & cum num. seqq.

80 An ei, qui jure servitutis pascendi jus obtinet?

81 Distinguitur ad præfatas quæstiones inter custodes ad merum factum custodiendi absque ulla facultate pignorandi, seu capiendi animalia pro damnis: & inter eos, qui hanc facultatem, ut publici ministri habent.

82 Quid in Civitatis, seu terræ custodibus, per quos apponi debeant?

83 Eorum correctio, privatio, aut punitio, si malè in officio se gerant, terræ dominis incumbit.

84 Quid stante in favorem populorum consuetudine nominandi montium, seu defensarum custodes cum facultate pignerandi, & capiendi damna facientes?

85 De consuetudine, quòd jurisdictionis domini ad præsentationem oppidorum custodes constituant.

86 Huiusmodi custodum iurisdictio iuxta loci consuetudinem æstimari debet.

87 Vtrum, non obstante, quòd oppidi ex consuetudine, aut privilegio custodes apponant, adhuc iurisdictionis domini ob proprium interesse suos custodes nominare possint?

88 Idem in aliis iudicibus, quoad principalem iurisdictionem, remissivè.

89 Pœnæ per custodes montium appositæ, quomodo de iure nostro Regio exequantur? ad iura Regia in l. 4. tit. 11. lib. 5. Ordinam. l. 12. tit. 7. lib. 7. Recopilat.

90 Ponderatorum, sive mensuratorum apud nos Almotazenes, aut Fieles, electio in iurisdictionis fructu habetur.

Per quos fieri debeat, tam in terris Regiis, quàm dominorum inferiorum? ibidem.

91 Cui competat cognitio de ponderum, mensurarumve fraudes in dominorum inferiorum terris, tam iure communi, quàm feudali: in Neapolit. Sabaudia, & aliis Regnis? cum num. seqq.

93 In Regno Neapol. est speciale tribunal magnæ Curiæ Siclæ appellatum, ubi de ponderibus, aut mensuris cognoscitur.

94 Speciale privilegium requiritur in illo Regno, ut Barones in suis terris circa pondera, aut mensuras cognoscere valeant, & officiales ad id creare.

95 Casu, quo specialiter Baronibus, seu dominis inferioribus mensuratores, aut ponderatores creandi, seu de ponderibus, aut mensuris cognoscendi potestas competat, hoc inter iurisdictionis fructus habendum.

Et in feudalibus, valorem fructuum ad solutionem relevii, aliorumque onerum auget, ibidem.

97 In Regno Neapolit. cessante privilegio speciali ex parte Baronum, cognitionem de ponderibus, & mensuris magna Curia Siclæ privativè, non cumulativè, cum Baronibus habet.

98 Iurisdictione per Principem alicui generaliter concessa, reservata tamen, seu excepta in aliquibus casibus cognitione, hæc reservatio in favorem Regiorum iudicum privativè, non cumulativè, facta censetur.

99 Domini inferiores, aut Barones, qui ponderum, & mensurarum iurisdictionem habent, uti non debent aliis ponderibus, seu mensuris, quàm à supremo Principe in toto Regno deputatis.

100 Prin-

100 *Principis supremæ potestatis est, in toto Regno pondera, & mensuras ordinare, ac tradere.*
101 *Cum una, eademque mensura, & pondere in totius Regni oppidis mensurandum, & ponderandum.*
102 *Pondera, & mensura in supremi dominii signum sigillo Regio sunt signanda.*
103 *Apud nos Civitates habent proprium sigillum, cum quo signantur pondera, & mensura.*
104 *Et etiam cum domini oppidi sigillo, si ita sit consuetum.*
105 *Plura alia de materia ponderum, & mensurarum remissivè, cum num. seqq.*
106 *De earum prima inventione, & ordinatione, cum duob. num. seqq.*
109 *De variis pœnis apud diversas Provincias contra pondera, & mensuras falsificantes, ubi de dupli, relegationis, & aliis pœnis, & numer.* 110.
111 *Jure nostro Regio, quæ pœna ob falsa pondera, aut mensuras imponatur?*
Franguntur, & etiam publicè appenduntur, seu ad portas falsificantium: & ad alias pœnas, ad text. in l. 7. tit. 7. part. 7. l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopilat. *ibidem.*
112 *Clerico falsis ponderibus, aut mensuris utenti Judex sæcularis an ea frangere, & in publico apponere valeat?*
113 *Superiores pœnæ locum habent contra falsa, aut diminuta pondera aliis commodantes.*
114 *Execrantur maximè fraudes, circa pondera, aut mensuras, cum quis ad recipiendum magna: ad tradendum verò parva habet.*
115 *Portulania in Regno Neapol. officialium creatio, sive cognitio, seu apud nos custodum circa portus, itinera, & alia loca publica, & communia, an inter jurisdictiones fructus connumeretur, oppidorumque Baronibus, aut dominis debeatur? & num.* 116.
117 *Judicum syndicatorum electio an similiter inter jurisdictionis emolumenta haberi debeat, & inferioribus dominis competat jure communi, nostro Regio, Lusitano, Neapol. & aliorum Regnorum? resolvitur, cum num. seqq.*
121 *Inferiores domini loco Regis sunt subrogati.*
123 *Quid stante dominorum inferiorum negligentia in suis Officialibus, sive Judicibus syndicandis? & quòd tunc per Supremum nostrum Senatum Judices syndicatores mittantur.*
124 *Quid in visitationibus, seu syndicatu tabellionum, circa Judices syndicatores in toto Regno per Principem mittendos?*
125 *Judicum rationalium creatio an similiter inter jurisdictionis fructus habeatur, ut consequenter per Duces, Comites, aliosve dominos inferiores pro excomputandis, aut revidendis rationibus suorum oppidorum eligi debeant?*
126 *Refertur aliquorum negativa opinio.*
127 *Resolvitur pro affirmativa.*
128 *Servatur affirmativa de universali consuetudine.*
129 *Fundatur de jure nostro Regio ex l. 9. tit. 5. lib. 7. Recopilat.*
131 *Servanda hæc opinio, non obstante oppidorum contraria consuetudine.*
132 *Declaratur hoc quando, & quomodo procedere debeat?*

1 CUm ergo jurisdictionis utilitas, & emolumentum principaliter possit tripliciter considerari, nimirum in Magistratum, cæterorumque Officialium, & Ministrorum justitiæ creatione, necnon in pœnarum, seu mulctarum Fiscalium perceptione, & etiam in aliis quam plurimis commodis, ac præeminentiis, quæ ratione jurisdictionis eam maximè jure dominii exercentibus competere solent; non abs re, nec extra nostri tractatus materiam erit, quærere, an inter fructus jurisdictionis, vel Castri, cui inhæret, emolumenta illa connumerari
debeant? † Quare, ut distinctè procedam, priùs in 2
præsenti capit. de Magistratuum, seu judicum, præcipuè in prima instantia, creationibus, tractabo, necnon, & de aliorum inferiorum Officialium, aut Ministrorum justitiæ electionibus: posteaque etiam in capitibus seqq. de judicum secundæ instantiæ appellationis electionibus, maximè in terris Dominorum, & de mulctis, jurisdictionisque pœnis, & condemnationibus latè agam, necnon alia plura jurisdictionis emolumenta, tanquam ipsius fructus, & proventus, latè congeram.

In primis igitur, quoad Magistratuum, & aliorum 3
Officialium justitiæ creationes, quamvis dubitari posset, & longa disputatione tractari, an tales electiones jurisdictionis fructus dici possint? ex eo, quòd ex ipsa jurisdictione immediatè non nascantur; quare ejus fructus esse non posse, videbatur dicendum, argument. *text. in l. usura pecuniæ* 121. *ff. de verb. signif.* ubi ideò similiter pecuniæ usuram ipsius pecuniæ fructum esse, negatur: *Quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est*, & text. *in l. item si fundi* 10. *ff. de usufruct.* ubi id expressè decidi, videtur, ibi: *Quidquid in fundo nascitur, quid-*
quid indè percipi potest, ipsius fructus est. † Attamen, 4
quia jam de hoc dubio latè disputavi supr. hac *part.* 1. *cap.* 3. *tot.* ubi plenè manet discussum in quarumlibet rerum emolumentis, an inter fructus connumerari debeant? non obstante, quòd non immediatè ab ipsis rebus produ-
cantur; † Ideò in præsenti, omissa hac disputatione, 5
juxta dicta *in dict. cap.* 3. breviter in nostra de officialium electionibus quæstione, resolvendum, existimo, has Magistratuum creationes, licet propriè jurisdictionis fructus appellari, non valeant, quia non ex ipsa jurisdictione immediatè nascuntur: tamen lato modo ex juris civilis generali interpretatione, quamvis cum aliqua improprietate, inter fructus sunt connumerandæ ex eo, quòd
jurisdictionis occasione, licèt mediatè, proveniant: † 6
Quod sufficit, ut rerum emolumenta ipsarum fructus saltim impropriè juxta juris civilis interpretationem dicantur, ex text. *in l. usura* 32. *ff. de usur. l. prædiorum* 36. *eod.* & aliis juribus, quæ ex diametro cum *dict. l. usura*, pugnare videntur, pro quorum, & aliorum jurium concordia, pleniùs sub hac distinctione resolvi *dict. capit.* 3.

Et in nostra specie, quòd nostrorum Officialium justi- 7
tiæ electiones, seù creationes inter fructus jurisdictionis, vel feudi, aut oppidi, cui jurisdictio cohæret, computari debeant, docent licèt indistinctè, & nulla ratione, aut dubio proposito, Innocent. in *capit. litteris, in princip. num.* 1. *de restitut. spoliat.* Bellam. *decis.* 701. Ossasc. *decis.* 82. Dom. Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 1. *capit.* 25. in princip. *& numer.* 1. *&* 2. Menoch. *cons.* 180. *num.* 62. Rovit. *cons.* 81. *numer.* 6. *lib.* 1. & cum multis Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *capit.* 17. *ex num.* 2. & ex Felin. & aliis Capiblanc. *de Baronib. pragmat.* 5. *num.* 111. optimè, & noviter Faxard. *allegat. Fiscal.* 33. *ex num.* 1949. Pont. *de potest. Proregit. tit.* 1. §. 1. *ex n.* 1.

Qui ex hoc eleganter notat, quòd cum Baronibus, 8
aliisque dominis inferioribus ob contumaciam, vel ex aliis causis jurisdictionis exercitium suspenditur, ut in Regno Neapol. fieri assolet, Isern. in constitut. Regni, *Clementiæ Imperialis*, Capyc. *decis.* 131. tunc quoque jurisdictione alicui ob contumaciæ incapacitatem, vel aliter suspensa, Officialium creationes suspendi etiam debeant, & quòd alii in eorum locum in Regno Neapolitano per Proregem apponantur, qui interim jurisdictionem exerceant.
† Ex quo cessat omnino, acquiescit exercitium jurisdi- 9
ctionis, durante sequestratione, Sesse *decis. Regn. Aragon.* 73. *num.* 3. *tom.* 1. nec aliqui fructus, aut emolumenta ejus ratione, aliàs Baroni, vel jurisdictionis Dominis debita, eis competunt, benè Ioann. Maria Novar. *de gravaminib. vassallor. tom.* 1. *gravam.* 116. † Et consequen- 10
ter nec Officialium electiones ita à jurisdictionis exercitio suspen-

suspensi facere, poterunt: optimè ad superiorem casum circa suspensionem, electionem, suspensa jurisdictione, & quòd interim in Regno Neapolitan. à Prorege electiones fiant, ultra Pont. Anna *singular.* 32. latè Addent. ad Herniam in *capit.* 1. *de milit. vassall. qui contumax est*, Petr. Gregor. *de successión. feud.* 1. *part. quæst.* 10. Marin. Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *authorit.* 29. *numer.* 11, Dominic. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers.* 3. *observat.* 4. *numer.* 143. & ex Capyc. Mastrill. Scacc. & aliis Joann. Bapt. Thor. *in compend. decis. part.* 1. *verb. Jurisdictio Baronis.*

11 Quibus consequens mihi videtur, ut similiter, domino, vel alio jurisdictionem exercente ratione criminis suspenso, licèt facultatem nominandi substitutum habeat, ea tamen uti non possit, quia sicuti per se jurisdictionem ob suspensionis incapacitatem exercere, non valet, & ita fructum electionis percipere, nec per alium id efficere poterit, quia non ratione dignitatis, quam suspensus retinet, tales electiones facere, ei competit, sed ratione exercitii jurisdictionis, quod per suspensionem amittit, quia nihil aliud est, substitutum nominare, vel aliter eligere, quàm per alium exercere: sed hoc adhuc intellige juxta Pont. *dict.* §. 1. *ex num.* 7. cum dominus, vel Baro eligit ratione propriæ jurisdictionis suspensæ, secùs si virtute alicujus specialis privilegii alterius nomine eligat, ejus vicem gerendo, independenter ab ipsa jurisdictione.

12 Quæ superior principalis nostra conclusio, ut Officialium electiones jurisdictionis fructus sint, comprobatur etiam, ex quo similiter electio, sive vox eligendi in quibuslibet aliis rebus fructus dicitur, aut commodum rei, cujus ratione competit, ut generaliter in omni electione notant Innocent. *in capit. cumana, column. fin. de elect.* & plura referens Felin. *in capit. cum olim, de majoritat. & obedient. num.* 2. & ad rem Dom. Molin. *de Hispanor. primogen. lib.* 1. *capit.* 25. *numer.* 2. & ibi Ad-
13 dent. † Et etiam præsentatio, vel electio juris Patronatus fructus dicitur, Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 45. *numer.* 9. *cum sequentib.* & ex Gloss. Innocent. Abbat. & aliis antiquioribus Canonistis docent Cæsar Lambertin. *de jure Patronat. lib.* 1. 2. *part.* 19. *quæst. princip. art.* 3. *numer.* 2. Ioann. Gutierrez *de tutel. & cur.* 3. *part. cap.* 29. *numer.* 2. Petr. Barbos. *in l. divortio* 8. §. *Si vir, numer.* 56. *ff. solut. matrim.* August. Barbos. *de potestat. Episcop. lib.* 3. *tit. de jure patronat. capit.* 12. *à numer.* 224.
14 & ex aliis latiùs infra dicam *capit.* 31. §. 8. *per tot.* † ubi, & quòd per præsentationes, seu electiones jus Patronatus probetur, ut etiam jurisdictio per Officialium creationes, ut cum pluribus docent latè alios quoque actus jurisdictionales pro ejus probatione afferentes D. Valenzuel. *cons.* 100. *numer.* 6. *& tot.* Suelves *tom.* 1. *cons.* 9. *numer.* 19. & aliis Mandel de Alba *cons.* 54. *numer.* 5. & ex Menochio, Cancer. Mastrill. & aliis D. Larr. *allegat.* 69. *n.* 8. Faxard. *dict. allegat.* 33. *n.* 1958. Balmased. *de collect. q.* 7. *n.* 5. *& tot.*

15 Ex qua nostræ quæstionis verissima resolutione ad ipsius comprobationem non ineleganter aliqua utilia ad praxim circa Magistratuum, vel Officialium justitiæ nostras electiones notare decrevi.

16 Et in primis hæc nostra principalis resolutio, ut Magistratuum, & aliorum ministrorum justitiæ creationes jurisdictionis fructus sint, principaliter comprobatur ex eo, quòd creandorum Magistratuum potestas ad eos duntaxat, quibus jurisdictio competit, spectat, tanquàm ipsius jurisdictionis fructus, Montan. *de regalib. verb. Potestas, constituendorum Magistratuum, numer.* 2. Ripol. *eod. tractat. capit.* 35. *numer.* 153. Arnisæus *de jur. Majest. lib.* 2. *capit.* 4. *numer.* 11. Avendañ. *de exequend. mandat. part.* 1. *capit.* 1. *numer.* 11. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *capit.* 15. *à numer.* 3. *&* 23. Carol. de Grassal. *de regalib. Regn. Franc. fol.* 111. Cabed. *decis.* 85. *numer.* 1.
17 *part.* 2. † In quibus quòd ideò Magistratuum creationes ad solos Principes supremos pertineant; quia in eis omnis jurisdictio residet, à quibus etiam tamquam è radice derivatur, vel tamquam è fonte refluit, ut ex celebri, & repetita doctrina Bald. *in capit.* 1. *numer.* 11. *de allodiis*, & Afflict. *in capit.* 1. §. *Adeo de pace jurament. firmand.* docent eleganter ad plura, D. Covarruv. *pract. quæst. capit.* 1. *numer.* 9. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 14. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. capit.* 21. *numer.* 17. *& de Magistrat. edict. lib.* 3. *capit.* 2. *à numer.* 5. *usque ad* 9. Cancer. *lib.* 2. *variar. resolut. capit.* 2. *numer.* 106. *& numer.* 307. latè Anton. Petra *de potest. Princip. ferè per tot. tractat. & in tract. de Fideicommiss. quæst.* 13. *à numer.* 563. Peregrin. *de jur. Fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *numer.* 10. *&* 11. Balmased. *de collect. quæst.* 7. *numer.* 1. & cum aliis D. Didacus Boler. *de decoctionib. Fiscal. debitor. tit.* 2. *quæst.* 1. *numer.* 2. à Principe enim, velut à fonte, omnes jurisdictiones dimanant, optimè Carol. de Tapp. *ad rubric. ff. de constitut. Princip. capit.* 4. *numer.* 10. *fol.*
mihi 59. † qui *in numer.* 12. ita ab origine in Principe 18
omnem jurisdictionem residere, ait, ut nulla quæcunque ad aliud absque Principis mediata, vel immediata concessione transire possit, & idem docent latè Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *capit.* 5. *numer.* 1. *cum sequentib.* ubi Aviles, Mord. Valascuin, Pegueram, Ponte, Cassanate, & alios plures refert, & multos alios ad nostram quæstionem, & ad alias plures congerit Castill. *tom.* 7. *capit.* 41. *numer.* 10. *cum sequentib.* D. Solorzan. *in sua erudita allegatione de las Palzas honorarias, numer.* 131. & novissimè Faxard. *allegat. Fiscal.* 33. *num.* 1943. *cum sequentib.* Dominic. Antunez *de Portugal de donat. Reg. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 11.

Sed circa prædictorum DD. dictum, ut, videlicet, 19
Magistratuum, aliorumve Officialium justitiæ creationes ad solos Principes supremos pertineat, in quibus omnem quoque jurisdictionem residere, diximus utiliter ad praxim, & ad majorem nostræ principalis quæstionis declarationem, dubitari potest, quid dicendum, si per Principem aliquorum oppidorum jurisdictio Magnatibus, aliisve Dominis inferioribus concedatur, an & tunc Officiales pro justitia administranda in territorio jurisdictionis concessæ per Principem deputari debeant, vel potiùs per Magnates, sive Dominos inferiores, quibus jurisdictio est concessa? ut magis materiæ nostræ principalis quæstionis hoc dubium, & ejus resolutio adaptetur, an istæ Magistratuum creationes sint fructus jurisdictionis supremæ, & directæ, quæ semper penes Principem residet, non obstante quacumque jurisdictionis concessione inferioribus facta: vel an jurisdictionis concessæ, quæ supremæ, est inferior, ac subalterna, fructus dici debeant.

In qua quæstione dicendum videtur, has Magistra- 20
tuum electiones supremæ jurisdictionis potiùs quam inferioris concessæ fructus esse, eo principali fundamento, quia Magistratus pro administranda justitia creare, de regalibus esse, & ad Principem ratione supremæ jurisdictionis spectare, communiter resolvunt DD. per iura expressa *in l. in nomine Domini, Cod. de offic. Prætor. Affric. l.* 1. §. *Cum urbem, ff. de offic. Præfect. urb. Authen. de defens. Civit.* §. *Interim, collat.* 3. *capit.* 1. *quæ sint regal. in usib. feudor.* & in Romano Imperatore, postquam in eum populus omnem potestatem, & iurisdictionem transtulit, docet eleganter Modestinus *in l. unic. ff. ad leg. Iul. de ambit.* ibi: *Hæc lex in urbe hodie cessat, quia ad Curam Principis creatio Magistratuum pertinet, non ad populi favorem.*

Ex quibus & aliis iuribus id expressè docent Cassan. *in* 21
Cathalog. glor. mund. part. 7. *conclus.* 9. Thesaur. *in proœm. decis. numer.* 10. Alfar. *de offic. Fiscal. gloss.* 1. *numer.* 2. & ut antiquiores omittam, latè resolvunt plura, & plures ad idem congerentes, & multa ad alias quæstiones circa Magistratuum electiones per Principes faciendas adducentes, Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 1. *& capit.* 4. *numer.* 31. Giurb. *cons.* 65. *numer.* 11. *&* 12. optimè, & latè Castill. *de tert. capit.* 41. *à numer.* 17. &

ex

aut Consiliis Regiis, quæ duntaxat Princeps creare potest: non verò in aliorum inferiorum judicum electionibus inferioribus, quorum electio in quoscumque jurisdictionis Dominos ex sola ordinariæ jurisdictionis concessione in consequentiam, & ut ejus fructus translata censetur; quam distinctionem, & intelligentiam optimè docent Gloss. *Parisiens. §. 1. gloss. 5. nu. 57. ad tit. quæ sint regalia, versic. Potestas creandorum Magistratuum*, quam sequitur Marin. *alleg.* 33. *n.* 10. & novissimè Carol. Anton. de Luca in addit. ad Franch. *dec.* 166. *n. fin. in fine*, & doctè, licèt his non relatis, Faxar. *dict. alleg.* 33. *n.* 1954.

33 Qui *in num.* 1956. eleganter ad rem istius distinctionis differentiæ rationem assignat; quia videlicet Officiales inferiores creare, est fructus jurisdictionis inferioris, & subalternæ, & in consequentiam ejus concessionis venit, ut dictum remanet, deputare autem Magistratus supremos, & Consilia, aut Senatus erigere, ad supremam jurisdictionem attinet; quare cum semper suprema jurisdictio in Principe remaneat, non obstante quacumque, licèt amplissima jurisdictionis concessione, ut *infr. dicam*, meritò istæ supremorum Magistratuum, & Consiliorum creationes semper de regalibus alto dominio, & Coronæ affixis dicuntur, quin per alium fieri valeant, ut eleganter notant Cassan. *in cathalog. glor. mund. 5. part. consid.* 24. *casu* 17. *& part. 7. consider.* 9. benè Thesaur. *in præfat. dec. n.* 15. D. Ioann. de Castill. *tom. 7. de tertiis, cap.* 41. *n.* 17. *&* 18.

34 Nec quidquam his adversatur contraria in hoc sententia Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. part.* 2. *c.* 12. *num.* 12. qui ex sola jurisdictionis concessione hanc Magistratuum inferiorum creandorum potestatem in dominos, seu donatarios jurisdictionis absque speciali concessione, non transire, voluit, nec id jure nostro cavetur *in dict. l. 2. t. t. 2. lib. 7. Recop.* pro contraria opinione adducta per eundem Antunez: quia quidquid Doctor iste, alias eruditus, dicat nihil certè per *dict. l.* 2. ad nostram quæstionem statuitur, sed solum, quod privilegia, aut consuetudines populorum circa officiorum electiones serventur, non verò, quòd ex jurisdictionis Regia concessione Magistratuum creandorum potestas in donatarium transeat, vel non: Nos autem, & DD. supr. citati loquimur jure communi, aut Regio attento, ex quo semoto privilegio, aut consuetudine ex parte oppidorum, absque dubio opinio, quam superius retulimus, procedere debet, ut nimirum ad jurisdictionis donatarios, & dominos virtute solius concessionis jurisdictionis omnium justitiæ Officialium creationes tanquàm ipsius fructus spectent.

35 Sed quia in quam plurimis nostræ Castellæ oppidis ex inveterata populorum consuetudine, & aliquando etiam ex Regia concessione, aut privilegio judices ordinarii, quos vulgo *Alcaldes ordinarios* vocamus, per ipsos populos creantur, non abs re erit, quærere, an tunc jurisdictione concessa, aut vendita per Regem dominis inferioribus, istæ Magistratuum electiones jurisdictionis fructus reputentur, & ut tales ad dominos, seu jurisdictionis emptores pertineant privilegio prædicto, aut consuetudine eligendi oppidorum non obstante?

36 In cujus utilissimæ ad praxim quæstionis resolutione breviter dicendum, existimo: Primò, quòd stante privilegio, aut concessione in favorem populorum facta, ut ipsi suos judices, seu *Alcaldes ordinarios* eligant, hoc absque dubio servari debebit, ut probatur ex *l.* 1. *& 2. tit. 2. lib. 7. Recopilat.* ubi, quòd hæ concessiones, aut privilegia circa judicum electiones oppidis servari debeant, Avendañ. *de exequend. mandat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. *versf. Secundum deducitur*, quod intelligerem, & ampliarem, etiam concessa, aut vendita jurisdictione per Regem ipsorum populorum dominis inferioribus; quia adhuc hæc Magistratus eligendi facultas populis ex privilegio, & maximè ex causa onerosa competens per secundam jurisdictionis concessionem auferri, aut imminui, non debet, nec per dominos jurisdictionis alii judices, vulgo *Alcaldes mayores* nominari, poterunt, ne oppidorum jus, & suorum Iudicum ordinariorum jurisdictio debilior reddatur, ut optimè, & singulariter docet Dom. Covarruv. *pract. q. c.* 4. *n.* 5. *in princ. & in fin.* † 37
Cujus doctrinam in hoc duntaxat casu intelligerem, stante videlicet prædicta jurisdictionis concessione, licet prædicta jurisdictionis concessione, aut privilegio in favorem populorum, vel præscriptione: non verò, si ex simplici, & precaria consuetudine per tolerantiam Regiam jurisdictionem exercuerint, ut inferius dicam *num.* &
a num. .† Et in his solum casibus, quibus privilegio, 38
aut præscriptione jurisdictio oppidis competit, procedere quoque debere, existimo doctrinam Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. part.* 3. *c.* 44. *n.* 28. ubi novissimè asserit, quòd in præjudicium juris eligendi populorum domini jurisdictionis eius concessionis virtute novos Iudices eligere nequeant, per quos electis ab ipsis populis jurisdictio adimatur, vel debilior reddatur, iuxta quem locum intelligendus est idem Antunez 2. *par. c.* 17. *num.* 12. quem *supr. hoc cap. n.* 34. refutavi.

39 Ex quibus reuci debet doctrina Avendañ. *de exequend. part.* 1. *c.* 1. *n.* 25. quam licèt, eo non relato, sequitur, D. Larrea *allegat. Fiscal.* 70. *n.* 20. ubi, quòd etiam prius per privilegium, donationem, aut alienationem jurisdictione oppidis concessa, adhuc iterum per Principem dominis locorum ipsa jurisdictio concedi, aut vendi valeat, ex eo quòd nunquam jurisdictionem per Principem venditam, aut concessam privativè, sed accumulativè censeri, asserat ex Menoch. Sixtin. Ossuald. & aliis ibidem per ipsum D. Larr. relatis.

40 Sed certè doctissimus alioquin vir in hac re apertè fallitur, & affectu fortè Fiscali fuit loquutus, malè, re, & DD. discussis, quia imò in nostro casu concessa jurisdictio privilegio, vel aliter ex causa lucrativa, seu onerosa in proprietatem oppidis, seu Dominis privatis alienata,
privativè, non cumulativè translata censeatur; † Nam 41
inter alias jurisdictionis concessionis differentias, ea notabilis, & singularis est, cum videlicet, concessio, seu jurisdictionis alienatio sit in dominium, & proprietatem, qualis est, quæ privatis oppidorum Dominis, vel ipsis oppidis privilegio, vel ex causa onerosa fit, vel cum in exercitium tantùm, officium, seu administrationem conceditur, ut si Magistratibus à judicibus concedatur, non ut proprio nomine, ac iure, sed ut nomine Regis eam exerceant, quam differentiam ad plures quæstiones docent eleganter Decius *in l. principaliter, n.* 12. *si cert. petat.* Boss. *in pract. crimin. tit. de regalib. n.* 37. Lanar. *consil.* 5. *n.* 3. Camil. de Curt. *in diver. jur. feud. in §. Potest. n.* 3. Vincent. de Franc. *dec.* 370. ubi cum pluribus Addentes, Franc. Pont. *de potest. Proreg. tit. 3. de offic. elect. §.* 1. *n.* 13. Sess. *decis. Arag.* 79. *n.* 49. *& seqq.* benè Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. c. 2. ex num.* 57. Ramon. *consil.* 25. ubi latè per tot. Fontanell. *decis.* 388. *à n.* 8. Capiblanc. *de Baron.*
tom. 1. *supr. pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 134. † Cuius notabilis 42
concessionis differentiæ eum principalem effectum notant DD. in secundo casu, cum videlicet in administrationem, seu in officium jurisdictio conceditur, accumulativè, seu permissivè translata censeatur: contra verò in primo, in quo, & nos sumus, cum in proprietatem, & dominium jurisdictio est concessa, quia tunc privativè translata intelligitur, ut docent eleganter in jurisdictionibus Baronibus, seu aliis privilegio concessis, seu aliter alienatis, quòd privativè ex dicta differentia hi censeatur, Laudens. *de Princip. q.* 138. Craver. *consf.* 411. *n.* 29. *&* 36. Grammat. *dec.* 30. *n.* 11. Gutierrez *pract. lib. 3. c.* 24. Menoch. *de præsump. lib. 2. præsump.* 18. *n.* 5. Mastrill. *ubi supr. à n.* 46. *& lib. 4. c.* 15. *n.* 26. Gratian. *discep. forens.* 154. *nu.* 41. Rossental. *de feud. c. 5. concl. 5. n. 2. & c. 3. conclus. 21. Gla. B.* ubi alios cumulat, optimè Fontanell. *dict. dec.* 388. *n.* 15. benè Scacc. *de judic. lib. 1. c. 66. n. 5. cum seqq.* & novissimè
Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *sup. prag.* 8. *part.* 1. *n.* 119. † 43
Ubi, quòd ideò in præiudicium Baronis jurisdictionem in dominium habentis nulla vassallorum protogatio jurisdi-

risdictionis in alium judicem admittatur, & quòd eam prorogantes ad proprium forum revocare possit Baro: quam revocationem concedunt etiam Baronibus, seu jurisdictionis Dominis inferioribus, Capyc. *decis. 9.* Andr. Gail. *de pac. public. lib. 1. c. 12. n. 15.* & cum aliis Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. c. 16. n. 61.* quod pro concordia multorum Doctorum contrarium asserentium, & has prorogationes reprobantium rectè intelligit idem Capiblanc. *à n. 120.* videlicet obtenta ad id per Barones Principis licentia, & in Regno Neapolis à Collaterali Consilio; vel non solùm jurisdictione privativè concessa, seu cum clausula irritanti.

44 Et eamdem dictam resolutionem, & distinctionem inter jurisdictionem in dominium, seu proprietatem, vel in administrationem tantùm concessam, & quòd in illo casu privativè, in isto verò cumulativè translata censeatur, repetit idem Capiblanc. *dict. part. 1. n. 168. cum seqq.* ubi id maximè procedere ait, cum ex titulo oneroso in dominium transfertur, & idem si in feudum concedatur, quia dominium utile ex tali concessione transfertur, ut in eadem specie notant Laudens. Rolland. & Menoch. *ubi supr.* Cancer. *var. resolut. lib. 3. c. 13. à n. 281.* Regner. *l. 1. de regalib. c. 5. num. 24.* Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tract. 39. gravam. 32. n. 30.* optimè idem Capiblanc. *eod. tract. de Baron. tom. 2. sup. prag. 8. c. 37. à nu. 1.*

45 Optimè magis exprimentes præfatam distinctionem, & differentiam jurisdictionis in officium, vel in dominium, aut feudum concessæ quoad illum maximè principalissimum effectum abdicationis causarum per superiorem, & quod in primo casu rectè per eum, sive superius Tribunal abdicentur; secus in secundo, Marin. Frecc. *de subfeud. authorit. Baron. 9.* Pont. *de potest. tit. 3. de elect. official. §. 1. n. 18.* qui ideò causas à Baronibus, aliisve dominis inferioribus per superiora Regia Tribunalia auferendas non esse, resolvunt ad limitationem *l. judicium solvitur, ff. de judic. in princ.* ita in dictis casibus intelligendæ: quæ adhuc in primo casu dicta notabiliter subintellige, nisi ex causa onerosa jurisdictio in officium fuerit concessa; quia tunc idem dicendum, ac si in feudum, seu dominium data esset ex quo vendita censetur, Pont. ubi proximè *n. 23.* per celebrem doctrinam Bald. *in l. qui se patris, Cod. und. liber.* In his namque casibus Princeps se spoliare cognitione jurisdictionis, & omne exercitium, præter recursum appellationum à se abdicare, videtur.

46 Et etiam præter quàm in casu negligentiæ Domini inferioris circa justitiæ administrationem, quæ quidem alto dominio, & supremæ Principis superioritati semper excepta intelliguntur, Cancer. *tom. 3. variar. dict. c. 13. n. 282.* Capiblanc. *ubi proximè*, & latius dicam *infr. in cap. sequenti*, optimè Scacc. *dict. c. 66. à n. 5.* ubi, quod ultra casum, in quo Domini inferioris jurisdictionis in justitię administratione negligenter se gesserint, Princeps in aliqua causa per suos Judices cognoscere non debet.

47 Quod etiam apud nos ampliarem ad causas graviores criminales, in quibus in nostro Regno Regii Perquisitores per Supremum Senatum ad earum cognitionem cum speciali commissione in terris quoque Dominorum inferiorum mittuntur, ut dicam infra *c. 17. à n. 145.* necnon in casibus Curiæ, ut notant Avendañ. & Parlador. proximè referendi: juxta quæ intelligi debet singularis ad rem doctrina nostri Gregor. à nemine relata *in l. 18. tit.*
48 *22. part. 3. Gloss. Para el Rey.* † Ubi quòd concessa jurisdictione, Rex per se, vel per alium in terris donatis in aliquibus causis primæ instantiæ cognoscere valeat, non tamen generaliter in omnibus, quia hoc esset contra honestatem, & contra rationem.

49 Et ita etiam juxta hæc, & nostram distinctionem expressè, & optimè quæstionem resolvit Avendañ. *de exequend. mandat. 1. part. c. 19. n. 1.* ubi quamvis *in vers. Et si privilegio*, jure communi attento, jurisdictionem præscriptione, vel privilegio quæsitam non privativè, sed cumulativè ad Regiam jurisdictionem competere (cui, neque jure communi attento, ob fundamenta jam relata in hoc assentior) in *v. Quod jus*, hoc intelligit Avendan. in terris Regiis, in quibus concurrunt Judices ordinarii oppidorum, & Correctores Regii, inter quos cumulativè cognosci debere asserit; secus verò in terris Dominorum inferiorum, in quibus Regem, vel ipsius Judices, cognoscere non posse, docet, quia privativè jurisdictio eis compent, † nisi in casibus Curiæ, vel ob negligentiam 50
Dominorum juxta *l. 6. in fin. tit. 13. l. 3. Ordinam.* & eumdem Avendan. *1. part. c. 5. n. 4. & n. 12. v. Et eodem modo*, ubi alia plura jura Regia cumulat, ut ob negligentiam Dominorum inferiorum, possit Rex cognoscere in terris eorum, necnon & in casibus Curiæ, & idem repetit *in c. 1. n. 31. v. Penultim.* ubi, quòd non aliter facere debeat, & *v. fin.* quòd priùs expediantur mandata, seu provisiones incitativę contra Dominos vassallorum, ut justitiam administrēt, & alias negligentia probetur, ut & notat Grā. *vot. 28.*

Et hanc etiam Avendañ. sententiam, licèt non ex dictis
rationibus, nec aliquo ex prædictis DD. relato, sequitur 51
Parlador. *l. 2. rer. quotid. c. 1. ex n. 14. & tot.* ubi optimè resolvit, quod jurisdictione præscripta, omnis tam civilis, quam criminalis jurisdictio privativè, non cumulativè quæsita censeatur, quin apud Regem aliquod exercitium remaneat, quæ optimè comprobantur per nostram *l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopilat.* ubi dùm de hac jurisdictionis adversus Regem præscriptione tractaretur, apertè stabilitur, omnem jurisdictionem in immemoriali præscriptione omninò comprehendi, excepta dumtaxat suprema illa potestate, apud nos *Mayoria, u poderio Real*, quæ tanquam Regis ossibus inhærens, & Regio diademati infixa, ab eo avelli nequit, cujus supremæ potestatis vigore, dumtaxat Princeps in casu negligentiæ Dominorum inferiorum in injustitiæ administratione cognoscere potest, ut in ipsa lege exprimitur, ibi: *Que es de fazer, y cumplir justicia, donde los otros Sennores, y Iuezes la menguaren*, & etiam in casibus Curiæ, quæ similiter ratione illius superioritatis ad Regem spectant, ut constat ex *l. 4. tit. 3. Part. 3.* ibi. *Porque estos pleytos tannen al Rey por razon de Sennorio*, ut & Judices Perquisitores in atrocioribus delictis mittere, & de causis majoribus cognoscere, juxta text. *in c. ut debitus honor, de appellation. c. majores, de Baptism. l. 19. tit. 23. part. 3.* quæ omnia ratione supremæ potestatis, summi imperii, sive *mayoria*, rectè per Principem etiam in terris Dominorum inferiorum, non obstante qualibet jurisdictionis præscriptione, vel amplissima concessione, expediri poterunt, sed extra hos casus, & alios, quos refert Parlador. *ubi supr. ex n. 16.* nulla cognitio in prima instantia penes Principem remanet, jurisdictione præscripta, aut concessa, ut benè notat Parlador. *in locis citat.* ubi benè reprobat Hostiens. *in cap. Pastoral. de offi. Ordin.* Menchac. *controvers. illustr. c. 82. n. 8.* & eundem Avendan. sibimet contrarium *eodem tractat. de exeq. 1. part. c. 1. n. 25.* contrarium asserentes, imò, quòd accumulativè, non privativè jurisdictionis præscriptio intelligi debeat: & eandem sententiam Parlador. quod privativè præscriptio ista intelligatur, docent Gloss. sic intelligenda *in dict. cap. Pastoralis, litter. N.* & ibidem plures congerens Felin.

Et quidem differentię ratio inter dictos duos casus ma- 52
nifesta est, nam cum in proprietatem, vel dominium jurisdictio conceditur, proprietas, & dominium jurisdictionis in acquirentem transfertur, nihil penes Principem remanente, præter altum dominium, apud nos *Mayoria*, seu supremam jurisdictionem, aut superioritatem, ita ut nomine proprio, hi, quibus jurisdictio est concessa eam exerceant, ad differentiam officialium, seu Magistratuum, quibus in exercitium, seu administrationem conceditur, qui non jure proprio eam exercent, sed nomine Regis, penes quem tota remansit, ut notant ad plura Paris. *tit. 1. glos. 5. n. 35.* Lanar. *consil. 5. n. 3.* Vincent. de Franch. *dec. 370. n. 2.* & ibi Addent. Mastrill. *de Magistrat. dict. l. 3. c. 2. ex n. 37.* benè Fontanel. *dict. decis. 388. à n. 9.* & novissimè Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. dict. pragm. 8. part. 1. n. 132. cum seqq.* quarè nihil mirum, quòd in primo casu, cum in proprietatem concedittur, privativè quæratur, quin Rex in ejus exer-

exercitio, seu alienationem tanquam in iure alieno amplius se intromittere valeat: secus verò in secundo casu, cum apud se omne iurisdictionis ius, & dominium remanserit; quia in hoc casu tales iurisdictionis concessiones in officium, & administrationem debiliores sunt, & faciliùs alterationem, & diminutionem pati, possunt, quàm, quæ in dominium fiunt, ut rectè animadvertunt Eugen. *cons.* 30. Curt. *in suo divers. feud. fol.* 28. Franch. *decis.* 560. *&* 725. ubi Addentes, Capiblanc. *in loc. sup. cit.*

53 Quibus adde, ex alia etiam ratione dominorum inferiorum, sive Baronum, necnon oppidorum iurisdictionem privilegio, eis concessam privativam intelligi, debere, ex quo in certum genus personarum concessa sit, ut frequenter vidimus in iurisdictionibus privativis in favorem unius, vel alterius generis personarum, ut puta Scholasticorum, mercatorum, & similium, qui fori privilegio gaudent, & notant in specie Capyc. *decis.* 9. *in* 6. *limitat.* Vincent. de Franch. *decis.* 417. ubi alios cumulant Addent. Capyc. Latr. *decis.* 145. *numer.* 4.

54 Ex quibus plenè reiecta manet D. Larr. supra relata opinio: & quòd magis est, nostram quoque sententiam, & intelligentiam ad dictam regulam, quòd iurisdictio in dubio cumulativè concessa censeatur, ut videlicet procedat tantùm cum in administrationem, non in dominium conceditur, docent ipsi DD. per D. Larr. in contrarium relati, ut videri potest apud Menochium *de præsumpt. dict. præsumpt.* 18. *num.* 23. Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 55. *cum sequentib. & num.* 60. Ossuald. ad Donel. *lib.* 17. *comment. cap.* 5. *litt. N. circa fin.* qui omnes dictam regulam limitant in casu, quo privilegio, vel ex causa onerosa iurisdictio sit concessa, ut in nostro casu, quia tunc privativè concessam censeri, docent? aliàs enim, quid irrationabilius, aut Principis honestati magis contrarium, quàm quòd iurisdictionem alicui privilegio, vel aliter, maximè ex causa onerosa concessam, alii quoque in præiudicium primæ concessionis tribueret, vel per suos Regios Officiales in ipsius antiquæ concessionis diminutionem cumulativè cum primis donatariis eam exerceret, quod in his termini reprobat eleganter Gregorius *in dict. l.* 18. *tit.* 22. *Partit.* 5. *Gloss. Para el Rey.*

55 Quæ tamen D. Larr. opinio in eo dumtaxat casu meo videri procedere, posset, cùm videlicet, populi, vel eorum Judices ordinarii hanc iurisdictionem non ex privilegio, sed ex precaria Principis permissione, & tolerantia exercerent, quia tunc cum eam non in dominium, aut proprietatem habeant, sed solùm in administrationem ex Principis precaria permissione, & tolerantia penes ipsum Principem dominio, & proprietate remanente, & etiam possessione, cum in hoc casu oppida, non suo nomine, sed Principis iurisdictionem ex ejus tolerantia exerceant, ac possideant; quare in hoc casu benè poterit Princeps, iurisdictionem alienare, & quasi de re propria disponere, & etiam donatarii, aut jurisdictionis emptores suos Judices constituere, qui cumulativè, & ad præventionem cum ordinariis oppidorum, vel privativè (juxta inf. proximè dicenda) jurisdictionem exerceant.

56 Item stante legitima præscriptione oppidorum, circa Judicum ordinariorum electiones idem, ac supra dixi, privilegio interveniente, resolverem, ut videlicet privativè quæsita intelligatur, quin per Regem, aut Dominos vassallorum in aliquo minui, possit, suos Judices mittendo; qui cum ordinariis oppidorum cognoscant, imò, & difficiliùs hæc eligendi facultas præscriptione quæsita revocari, aut minui, potest, quàm si ex privilegio quæreretur, ut notat Avendañ. *de exequend. mand. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 25. *versic. Inter est, & versic. Item jurisdictio, & à num.* 19. ubi latè de hujus jurisdictionis præscriptione, & idem sentit D. Covarruv. *pract. quæst. dict. cap.* 4. *num.* 5. *in fin. juncto vers. Idcirco, in princip.* ubi Lagunez *de Fructib.*

quòd, stante prædicto privilegio, aut consuetudine, pro electionibus Judicum ordinariorum, populorum ipsorum domini suos Judices, vulgò *Alcaldes mayores*, mittere non possint.

57 Dixi, *stante legitima præscriptione*; quia non sufficit simplicem, & precariam consuetudinem in his electionibus ex parte oppidorum intervenisse, ut hoc jus eligendi privativè ad Regem, & ad Dominos locorum pertinens, ipsis oppidis quæsitum censeatur.

58 Quare licèt hodiè in nostro Castellæ Regno ex generali, ac inveterata totius Regni consuetudine ferè in omnibus oppidis ipsa Concilia populorum suos Judices sibi eligant, quos vulgò *Alcaldes ordinarios* vocamus, ut ex *l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 7. *Recopil.* testantur Bobadil. *in politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 71. D. Larr. *allegat. Fiscal.* 70. *num.* 1. non tamen ideò hæc facultas eligendi præscripta censebitur, quia tális jurisdictio, & ejus exercitii consuetudo solùm in precaria Principis permissione, ac tolerantia nititur, ut notat D. Larr. *dict. allegat.* 70. *num.* 3. *& à nu.* 8. & communiter est receptum, & in Regio Senatu Regalis Patrimonii frequenter in praxi servatur; & ideò nulla præscriptio ex hac precaria consuetudine causatur, uti nec ex alia precaria possessione, quod mihi probant Text. *in l. Proculus* 26. *ff. de damn. infect. l. qui jure familiaritatis* 41. *ff. de acq. poss. l. viam publicam* 2. *ff. de viapublic.* & notant Dec. *cons.* 8. *num.* 4. Surd. *cons.* 127. *num.* 23. *&* 81. latè D. Larrea *alleg. Fisc.* 67. *num.* 33. *& alleg.* 69. *num.* 24. *& alleg.* 56. *num.* 19. Castil. *de tertiis, cap.* 32. *per tot.*

59 Nisi meo videri in nostro casu prohibitione, aut contradictione ex parte populorum interveniente, ne alii præter suos judices ordinarios per Regem, aut dominos vassallorum eligantur, qui jurisdictionem exerceant, secuta etiam ex parte Regis, seu Dominorum huic contradictioni acquiescentia, ut in similibus actibus facultativis ad præscriptionem necessarium, latius diximus supra *cap.* 15. §. 4. ex num. 4. & concludsivè, ex num. 28. & tenet Posth. *observ.* 53. *per tot.*

60 Quibus ergo cessantibus, & sic ex prædicta dumtaxat precaria Regis permissione, ac tolerantia populis per suos Judices ordinarios jurisdictionem exercentibus, concessa, aut vendita per ipsum Regem dominis locorum jurisdictione, ut fieri posse, latè disputando tenet D. Larr. *dict. allegat.* 70. *à numer.* 2. in hoc igitur casu, quoad Magistratuum electiones, an jurisdictionis alienatæ fructus sint, & consequenter ad dominos donatarios, seu emptores spectent, vel penes ipsos populos remaneant, ita distinguendum existimo: Aut jurisdictio simpliciter alienatur nulla mentione facta prædictæ consuetudinariæ, ac precariæ populorum jurisdictionis, seu facultatis Magistratus eligendi: aut non solùm generaliter oppidorum jurisdictio conceditur, vel alienatur, sed, & precaria hæc jurisdictio, quam populi per toleratiam nomine Regis exercent, specialiter etiam alienatur: In primo casu dicendum est, Magistratuum creationes, tam ad ipsos populos, quàm ad locorum dominos spectare, ita ut per populos sui Judices ordinarii, seu *Alcaldes ordinarii* eligantur juxta eorum consuetudinem, quæ per generalem jurisdictionis concessionem suppressa censeri, non debet, ut docet D. Larr. *dict. alleg.* 70. *n.* 2. ita, ut isti populorum Judices ordinarii cum per dominos deputatis jure præventionis, & accummulativè jurisdictionem in prima instantia exerceant, ut optimè notat per Bald. *in l.* 1. & ibi Bartol. *Cod. de offic. Præsid.* & per Abb. & Felin. *in cap. cæterum, de judic. & in cap. cum contingat, de for. competent.* Avendañ. *de exequend. part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 11. *in princip.* Grammat. *vot.* 28.

61 Item Domini oppidorum proprios quoque Judices deputare, poterunt, quos *Alcaldes mayores* vocamus, qui similiter primam habeant causarum civilium, & criminalium cognitionem, simul cum Judicibus ordinariis per populos electis, jure preventionis, seu accumulativè exerceant, ut docent Avendañ. *de exequend. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 17.

num. 17. *verſ. Ex quo*, Bobadil. *dict. cap.* 16. *numer.* 76. quia obſtet ipſius Bobadil. doctrina *in dict. cap.* 16. *nu.* 74. ubi quòd in præjudium Judicum ordinariorum oppidorum domini locorum alios Judices, ſeu *Alcaldes mayores* deputare, non poſſint, quod in Chancellaria Valli- 62 ſoletana pluries deciſum, refert; † quia, meo videri, loquitur, & intelligi, debet cum juriſdictio ſimul cum oppidis conceſſa non apparet, & ſic quando virtute ſolius territorii conceſſionis id domini prætendunt, & ita etiam intelligendus D. Larrea *dict. allegat.* 70. *numer.* 6. *&* 7. D. Covartuvias ibi relatus, quia tunc abſque ſpeciali conceſſione juriſdictionis in territorii conceſſione juriſdictio aliqua non venit, ut probant jura *in l.* 9. *tit.* 4. *Part.* 5. & noviſſimè expreſsè cavetur *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil.* ibi: *Expreſſamente:* & ex aliis Partitarum juribus docent ad rem idem Bobadil. *dict. cap.* 16. *à numer.* 70. ubi Gregor. Matienz. & alios congerit Dom. Larr. *dict. alleg.* 70. *num.* 6.

63 In ſecundò verò caſu, cum nimirum prædicta populorum juriſdictio, quam Regia permiſſione precario, & per tolerantiam oppida exercent, ſpecialiter etiam alienatur in Dominis locorum; tunc dicendum eſt, abſolutè, & indiſtinctè omnium Magiſtratuum creandorum poteſtatem in ipſos Dominos transferri, quin Judices ordinarii eo uſque ex dicta permiſſione per populos electi amplius per eos deputari, valeant, ut ſingulariter docet ex mente D. Covarruv. & Bobadil. D. Larrea *dict. allegat.* 70. *numer.* 2. *cum ſequentibus*, & ita pluries practicari in Supremo Regii Patrimonii Senatu, à peritiſſimis illius Tribunalis advocatis audivi, & quòd frequenter iſta precaria, & per tolerantiam populorum juriſdi- 64 ctio dominis oppidorum alienetur. † Sed licèt hujus juriſdictionis alienatio de jure procedat, & rectè per Regem noſtrum hæc juriſdictio quantocumque reaſſumi, & alienari, valeat, quin de hoc oppida querelari poſſint, ſiquidem Regia tolerantia, & permiſſione deficiente, nullam aliam cauſam, aut jus ad ſuorum Judicum ordinariorum electionem allegare, poterunt, ut docet D. Larrea *dict. allegat.* 70. *numer.* 8. attamen de æquitate tales alienationes, quantum poſſet, temperari, deberent, ne hoc ultimo ſolatio, vel aſylo propriorum videlicet judicum miſeri populi, & vaſſalli priventur; nam quamvis retractus, ſeu demanii remedium in hoc caſu de jure habeant, hoc tamen remedium magis eos gravare, ſolet, cum ob pecunias ad id parandas gravius creditoribus, & redditibus cenſualibus ſe ſubjiciant; unde evenit, quòd oppida ob quærendam libertatem, ipſam unà cum bonis amittant, & deſtruantur, cum poſtea ea ipſa ob æs alienum vendi, ſoleant.

65 Sed, ut ad noſtram principalem quæſtionem, quaſi ex diverticulo revertamur, & quæ Officialium juſtitiæ creationes juriſdictionis fructus ſint? pleniſſimè cognoſcatur; animadvertendum eſt, prædicta omnia circa Magiſtratuum electionea, & quòd juriſdictionis fructus ſint, & conſequenter ad ipſius dominum pertineant, locum habere, non ſolùm in electionibus judicum per ſe immediatè juriſdictionem, & officium juſtitiæ exercentium, ſed etiam in aliorum Officialium creationibus quomodolibet ad juſtitiæ, vel Reipublicæ adminiſtrationem ſpectantium, quorum electiones, ſimiliter, ut emolumenta, & juriſdictionis fructus reputari, debent, & per conſequens ad quem juriſdictio pertinet, ſpectabunt, ut in Decurionibus, juſtitiæ executoribus, arcium Præfectis, Tabellionibus, & ſimilibus Officialibus; docent optimè D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 25. *à numer.* 1. *&* 3. & in plurimorum, ac diverſorum Officialium creationibus, pluribus congeſtis, latè Horat. Barbat. *de diviſ. fruct. part.* 1. *cap.* 9. *tot.* ubi, quòd inter juriſdictionis feudalis fructus imputentur, & Baronibus abſque dubio competant.

66 Sed quia in aliquibus officiis, & eorum electionibus hoc abſque difficultate non procedit, de eis ſpecialiter agere, decrevi, ut in poſterum quando inter juriſdictionis fructus connumerari, debeant, & ipſius domino competant, clariùs innoteſcat.

Et in primis apud Feudiſtas, ſeu Italos, & præcipuè 67 Neapolitanos, Judicum ordinariorum electio inter juriſdictionis fructus connumeratur, & conſequenter per ejus dominos, ſeu Barones fieri, debet, Menoch. *conſil.* 180. *numer.* 62. Rovit. *conſ.* 81. *numer.* 6. *&* 7. *lib.* 1. ubi, quòd hæc Officialium conſtitutio fructus maturus dicatur, & poſt factam electionem perceptus, & conſumptus, ita, ut perceptio in ejus conſumptione conſiſtat ad inſtar electionis, ſeu præſentationis ratione Juriſpatronatus, ut in his terminis benè notant Innocent. *in cap. in litteris, in princip. numer.* 1. *de reſtitut. ſpoliat.* Belamer. *deciſ.* 701. *circa fin. verſ. In caſu noſtro* (de quo latius ſuo loco dicam) & notat benè Horat. Barbat. *de diviſ. fruct. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 1. *&* 2. *& num.* 10. † Ubi, quòd anti- 68 quitus in Neapoli hi Baronum Officiales Bajuli appellabantur, hodie tamen Capitanei, ſeu Officiales ordinarii dicantur, & quòd Bajuli nomen dumtaxat vigeat in Officialibus, ſeu cuſtodibus, qui de damnis per animalia datis cognoſcunt de quibus inf. à n. 75.

Item Aſſeſſorum officia, & eorum electiones juriſdi- 69 ctionis feudalis fructus ſunt, & per feudorum dominos, ſeu Barones fieri, debent, *ut ex cap. ſtatutum*, §. *Aſſeſſor, de reſcript. in* 6. notant plura de eis adducentes Matth. de Afflict. *in cap. Imperialem, num.* 51. *annot.* 3. Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in different. inter feud. quaternat. ac de plan. & tubull. num.* 38. & ex Andr. de Iſern. Rovit. & aliis Horat. Barbat. *de diviſ. fruct. part.* 5. *dict. cap.* 9. *numer.* 40.

Item Magiſtri jurati electio apud Neapolitanos inter 70 fructus juriſdictionis computatur, & conſequenter Baronibus, vel aliis juriſdictionis Dominis competit, notant *ex Authent. de defenſor. Civit.* §. *Deindè*, Angel. *de malefic. verb. Necnon ad denunciandum*, Luc. de Penn. *in l. hac prudentiſſima, Cod. quib. muner. lib.* 10. Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *ſup. pragmat.* 10. *cap.* 70. *à numer.* 1. *&* 7. ubi contrariam Bartol. ſententiam *in l.* 1. *Cod. de Irenarch. lib.* 11. imò, quòd ad univerſitates, ſeu oppida pertineret, rectè intelligit, ſtante ad id conſuetudine, vel privilegio ſpeciali, & ita etiam intelligit difficilia jura *in cap. Regn. Neapol. item ſtatuimus, & in cap. ad quietem, & à num.* 10. quòd iſte Officialis, ſeu Magiſter juratus, *Camberlingus*, frequenter apud Neapolitanos appelletur; cujus Officialis ſpecies apud nos non invenitur; ſed ſic ejus exercitium, & poteſtas, cum in criminibus denunciandis, & explorandis malefactoribus verſetur, & Civitatem noctè cuſtodire, curant, ut Præfecti Vigilum, Campan. *in dict. cap. ad quietem*, Vincent. de Franch. *deciſ.* 43. ubi Addent. Capiblanc. ubi proximè *à num.* 3. † In noſtro 71 autem Regno hujus officii exercitium reſider penes Correctores, & alios Judices ordinarios, quibus, & eorum miniſtris inferioribus, ſeu Alguacellis omnia prędicta incumbunt.

Item Nuncii, apud nos *Porteros* Alguacelli, & alii 72 miniſtri inferiores pro juſtitiæ expeditione à Judicibus majoribus, ſeu ordinariis locorum, ut à domino juriſdictionis creari, debent, juxta Abb. *in cap. præterea, de offic. delegat.* Nicol. Boer. *deciſ.* 227. *num.* 16. quin per Civitates, niſi ex conſuetudine, creari, valeant, quia de jure eorum creatio Correctoribus, ut juriſdictionis dominis tanquam ipſius emolumentum competit, *l.* 16. *tit.* 6. *lib.* 2. *Recopil.* Avendañ. *de exequend. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 11. *verſic. Licet nuncios, & verſic. Si verò creantur*, Caſſan. *in Cathal. glor. Mund. part.* 7. *conſider.* 51. † Ubi, 73 quòd in Regno Franciæ in Curia Regia per Regem creantur, *& in Conſuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 6. *numer.* 3. † Sed quod magis regulariter Judex ordinarius, aut de- 74 legatus pro exercitio ſuæ juriſdictionis creare poſſit tales nuncios, vel alios juſtitiæ Officiales, quos nos Hiſpano ſermone *Alguaciles* vocamus, Chaſſan. *in conſuetud. dict.* §. 6. *num.* 3. eleguntur etiam noſtro jure Regio per

domi-

Digitized by Google

dominum jurisdictionis *l.6.tit.23.lib.2. Ordinam.* quæ est *l.3.tit.4. lib.3. Recopil. l.23.tit.9.part.2.* & per Judices ordinariam jurisdictionem exercentes, *l.7. tit.4. part.3. verb. Otrosi deben*, *l.1. tit.27. part.3. l.4. tit.6. lib.3. Recopil.* & ex aliis juribus Regni Avendañ. *de exequend. part.1. dict. cap.1. vers. Item non solum, cum seqq. & cap.17. à num.1.* ubi contra in delegatis, qui eos creare, non poterunt; ut colligitur ex doctrina Bald. *in cap. significasti, de offic. delegat.* & Boerii *decis.227.* & idem docet Bobadil. *in polit. lib.2. cap.2. numer.46.* Capiblanc. *de Baronib. tom.2. dict. pragmat.10. cap.70. nu.10. & 11.* ad alia autem de horum nuntiorum, seu apud nos *Alguacellorum* creatione latè Chassan. *in dict. rubr.1. §.6. num.1. cum seqq.*

75 Item custodum Civitatis, Montium, & defensarum appositio jurisdictionis effectus, aut fructus reputari, debet, ut in specie notat Horat. Barbat. *de divis. fruct. part.1. cap.9. num.24.* juncto *num.11.* qui loquitur in officio Bajuli, qui in Regno Neapoli de damnis per animalia datis cognoscit, benè Capiblanc. *de Baron. tom.1. supr. pragm.8. part.1. num.352.* ubi quòd, concessa generaliter jurisdictione, veniat quoque ista damnorum cognitio, idemque tenet Capyc. per Capiblanc. relat. quidquid contrarium sentiat Matth. de Afflict. *in Constit. Reg. Neap. ad officium Baiulorum, & in constit. sive reali 5. notab.*

76 Ideò ex tali custodum, seu Bajuli appositione jurisdictionem probari, tenent ex Text. *in l. in nomine Domini, §. Sancimus, versic. In Sardinia, Cod. de offic. Præfect. Prætor. Affric.* Angel. *in l. ne quid, in princ. ff. de incend. ruin. & naufr.* Guid. Pap. *quæst.193. num.1.* benè Natta *cons.672. num.10.* Menoch. *cons.21. num.11. lib.1.* Suelues *cons.9. num.19. tom.1.* & cum aliis D. Valenzuel. *cons.100. num.73.* quidquid contrarium teneat, imò per custodes Montium appositionem jurisdictionem non probari, Bald. *in l.1. in princ. Cod. locati*, quia eorum electio non ratione jurisdictionis, sed ex dominio provenit, sequitur Oter. *de pascuis, cap.19. numer.2. in princip.* qui intelligi, debent de custodibus, qui nullam jurisdictionem exercent, sed dumtaxat merum factum custodiendi habent, ut proximè dicam, secùs si jurisdictionales actus exercuerint, nam tunc, benè per eorum apposi-
77 tionem jurisdictio probabitur. †Sicuti, & ex aliorum Officialium justitiæ nominatione, Jacob. Mand. de Alva *cons.54. num.5.* Menoch. *cons.147. num.54. volum.2.* Natta *cons.204. num.3.* Suelues *cons.9. num.19. tom.1.* Posth. *de manutent. observ.31. num.21.* & ex Purpur. Mastril. Cancer. Bobadil. & aliis D. Larrea *allegat.69. num.9.* Balmased. *de collect. q.7. à n.5.*

78 Juxta quæ in nostra specie, quod horum custodum appositio in nemoribus, pratis, seu defensis oppidorum cum facultate pignorandi, seu animalia pro pœnis damni dati capiendi, faciendique alios actus jurisdictionales ad dominum jurisdictionis, tanquam ipsius emolumentum spectet, docent Ripp. *de peste, part.3. num.114.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.1. §.6. num.1.* ubi quòd hæc de mero imperio sint, & idem notant *ex l.2. Cod. de pascu. public. lib.11. l. nominatoria, Cod. de pignorib.* & aliis juribus, Bald. *in cap. significasti, de offic. delegat.* optimè Avendañ. *de exequend. part.1. cap.1. numer.11. versic. Et*
79 *adeò.* †Ubi quòd ideò oppidis, quibus jurisdictio non competit, nec hæc custodum creandi facultas competere, valeat, idemque ex Angel. voluerunt Ruinus, & alii antiquiores *in l. ne quid, ff. de incend. ruin. & naufr.*

80 Nec obstat opinio Bald. *in l.1. Cod. locat.* Albert. Brun. *cons.101.* asserentium, universitatibus, etiam nullam jurisdictionem exercentibus, hanc facultatem nominandi custodes in suis montibus, & defensis competere ex Text. *in l. quæsitum, §. Salarium, ff. de fund. instruct. §. Plane, Instit. de rer. divis.* imò, & quòd in quibuslibet pratis, aut vineis privatorum per ipsos dominos apponi, possint, ex quoad dominos pertineat, eorum agros custodire, Text. *in l. si ita, §. Mulier, ff. de fund. instruct.* *Lagunez. de Fructib.*

Felin. *in cap. quarta, num.27. de præscript.* Afflict. *dec.167.*
†Imò non solùm dominum pascui, seu termini custo- 81
dem apponere posse, sed etiam illum, qui jus pascendi jure servitutis, vel communitatis obtinuerit, quia ut inquit Text. *in l. si ita, §. Dominus, ff. de usu, & habit. inter est ejus fines prædii tueri*, & notat in specie ibidem Alberic. tam per privatos pascuorum dominos, quàm per ipsa oppida montium, vel terminorum custodes constitui, posse, latè, ac indistinctè resolvit Oter. *de pascuis, cap.19. n.1. cum seqq. & n. fin.*

Sed, horum Doctorum sententia non obstante, à su- 82
periori nostra resolutione non est recedendum: pro cujus tamen pleniori expositione, & intelligentia proximè relatæ contrariæ opinionis constituenda est differentia inter istos custodes: aut enim ad id dumtaxat nominantur, ut agros, vineas, vel similia loca custodiant, & ab eorum ingressu alios coerceant, absque eo, quòd damnificantes ob id pignorare, possint, aut pignorum absque alio judice adjudicationes facere: vel creantur, ut pignora etiam, vel animalia capiant, & ut eis, ut personis publicis credatur: In primo casu custodes non solùm oppida in propriis, defensis, aut pascuis, sed, & quilibet privatus apponere, potest, quin aliqua jurisdictio ad id necessaria sit, quia nec per tales custodes exercetur, sed tantùm de prædictarum rerum naturali defensione tractant personas damnificantes judici pro pœna exsolvenda, vel resaciendo damno, denunciando: Contra verò in secundi casus custodibus, qui cum pignorando, carcerando, aut animalia capiendo, ita jurisdictionaliter procedant, nullo modo per alium, quàm jurisdictionem exercentem creari, poterunt.

Quam distinctionem in nostra specie ita ferè docent 83
Alexand. *cons.88. in fin. volum.5.* Ripp. *de peste, de remed. ad conservand. Ubert. à num.184.* & resolvit, *à num.190.* Bonifac. *de damn. dat. num.27.* Joann. Plat. *in l.1. Cod. de Irenarch. lib.10.* optimè Avendañ. *de exequend. lib.1. cap.1. num.12. in princip. & num.13. in princip. & vers. Si autem, & num.15. vers. Et ibi notat, & num.17.* in quibus locis optimè ultra alios rem explicat, & de aliis pluribus custodum speciebus tractat, & etiam quòd pignora capere de mero imperio sit per doctrinam Bald. *in cap. significasti, de offic. delegat.* idemque voluit, ultra relatos per Text. *in l.2. Cod. de pasc. public. lib.11.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr.1. in princip. verb. Des Justices, num.97. versic. Item jus bannizandi*, sequitur ad dictam distinctionem Capiblanc. *de Baronib. tom.2. sup. pragmat.10. cap.7. n.20. cum seqq.* & ita intelligendus ipse Capiblanc. *eodem tract. tom.1. super pragm.19. à num.59.* ubi, quòd custodes Civitatis, aut terræ ob periculum hostium per Decuriones, seu ipsas universitates apponantur, ex ea nimirum relata ratione, quia nullam jurisdictionem tales custodes exercent, sed solùm de custodia Civitatis agunt, & eandem conclusionem, ut ad universitates ista custodia, uti, & murorum refectio, pertineant, tenent Petr. *de potest. Princip. fol. mihi 44. num.34.* Anna *singul.63.* quod tamen doctè juxta prædictam distinctionem intelligit Ripa *sup. à num.190.* nisi custodes præter custodiæ exercitium aliquam etiam jurisdictionem annexam habeant, ut custodes portarum Civitatis ob periculum pestis, qui quandoque juramentum deferre, solent, & alia jurisdictionalia exercere, ob idque non solum per universitates nominari, sed, & simul per Dominos locorum confirmari, debere, defendit Ripa, cui subscripsit Capiblanc. *dict. pragmat.19. num.61.* †Ubi, & quòd si custodes isti idonei 84
non sint, vel malè exerceant, eorum privatio, & punitio Dominis privativè competat, ut tenent etiam, & decisum referunt Guid. *singul.587.* Boer. *decis.232.* de qua tamen custodia Civitatis plenius dicam inf. cap.24. tot.

Quæ omnia limita, & intellige, nisi stante consuetu- 85
dine, ut oppidum, seu universitas montium, defensarum, & similium custodes nominet cum facultate pignorandi, & damnificantes capiendi pignoraque absque alio judice adjudicandi, & ut similia jurisdictionalia

exerceant, quæ consuetodo absque dubio servari, debebit, ut in aliorum Officialium creatione servandam esse supr. à num. 58. dixi ex *l. 2. & 3. tit. 2. lib. 7. Recopil.* & in custodum creatione docet Avendañ. *de exequend. lib. 1. cap. 1. num. 12. vers. & adeo*, Otter. *de pascuis, dict. cap. 19. num. 11.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6. in*
86 *princip.* † Ubi de consuetudine servanda, quòd jurisdictionis domini ad præsentationem terrarum sive oppidorum custodes hos constituant.

87 Imò, & ipsorum custodum jurisdictio juxta loci consuetudinem dimetiri debet, cum nullam certam cognitionem habeat, sed in quolibet oppido diversimodè servetur, ut optimè notat Vincent. de Franch. *decis. 397.* quem sequitur Capiblanc. *de Baron. tom. 1. sup. pragmat. 8. part. 1. num. 353.* Surgen. *de Neapol. illustr. cap. 1. num. 16.* Carol. de Tapp. *de jur. Regn. Neapol. in rub. de offic. Bajul.* qui loquuntur in Bajulis Regn. Neapolitan. quos nostris custodibus æqoiparari, diximus, licèt eorum jurisdictio, ultra damna per animalia data, ad alios etiam casus pateat, ut docent plura de Bajulorum officio, & jurisdictione afferentes Franch. & Tapp. *ubi supr.* Matth. de Afflict. *in constit. Regn. Neapol.* Bajuli locorum, Rovit. & Neapolitani, *supr. pragmat. Regn. Neapol. in rubr. de offic. Bajul.* Anna *singul. 47. & 48.* & aliis novissimè congestis, latè Capiblanc. *in dict. pragmat. 8. part. 1. nu. 352. cum plurib. seqq.* Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 9. ex num. 11.* Dominic. Tass. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 3. à num. 291.* ubi plures constitutiones Regni Neapolis circa Bajuli officium tractantes, congerit.

88 Unum tamen est notandum, quòd in dicto casu, vel in aliis, quibus vigore consuetudinis, privilegii, vel aliter universitati custodia montium, aut terminorum competit, adhuc tamen oppidi dominus, suos custodea ob proprium interesse apponere, poterit, ut, ultra positos per universitatem, custodiæ assistant, ut docet, idem procedere asserens in proprietario, & usufructuario ex *l. si ita legatus, §. Dominus proprietatis, ff. de usu, & habitat.* & ea Rip. Capyc. & aliis Avendañ. *d. cap. 1. num. 17. vers. Addendum, & in vers. sequent.* Quod idem
89 † sit in creatiooe judicum, qui, licèt per oppida ea consuetudine eligantur, nihilominus castri dominus alium judicem creare, poterit, quem *Alcalde mayor* appellamus, nisi hoc privativè oppido competat, ut latiùs infrà dicam.

90 Quæ omnia rectè quidem de jure communi procedunt: at de jure nostro Regio aliqualiter sunt immutata per nostram *l. 4. tit. 11. lib. 5. Ordinam. l. 12. tit. 7. lib. 7. Recopilat.* in quibus, licèt superior nostra distinctio, quoad partem magis principalem confirmetur, ne videlicet, oppida, vel privati, qui jurisdictionem non habent, custodes montium, vel terminorum constituant, per quos jurisdictionales actus exerceantur, generaliter tamen eis permittunt hæc jura nostra Regia, ut pignora capere, possiot dummodò statim ea judici loci deferant, ut condemnatione facta, pignora ipsa pro damno vendantur, vel adjudicentur, licèt actus solus pignorandi jurisdictionalis sine dubio sit, ut tenent DD. superius relat. quidquid contrarium supponat Ottero *de pasc. dict. cap. 19.* sed apud nos nullom est dubium, quòd per custodes ab oppidis, vel privatis, etiam sine jurisdictione electos pignora capi, valeant juxta dicta jura Regia, quæ communi oppidorum hujus Regni consuetudine servantur.

91 Item electio ponderatorum, seu mensuratorum apud nos *Almotazanes*, seu *Fieles*, inter fructus, seu emolumenta haberi, debent, & ideò non per Civitates, vel oppida, sed per Correctores, aot alios jurisdictionem exercentes de jure creantur, quia id de mero imperio reputatur, *Authentic. de collat. §. Sin autem collatores, collat. 9. & in l. modios, Cod. de suscept. præposit. & Arcba. lib. 11. l. item quæritur, §. Si quis mensuras, ff. locat.* & ex Guidon. Alex. Cassan. & aliis docet Avendañ. *dict. cap. 1. n. 11. vers. Item ponderatores.*

Et jure communi, quòd ad dominum jorisdictionis ponderum, & mensurarum jus spectet, & consequenter Officiales creare, qui circa pondera, & mensuras, an justæ sint, necne & circa ipsarum fraodes cognoscat, docent Rovit. *in pragmat. 1. de ponder. & mensur. à num. 1.* Dominic. Tass. *ad pragm. de antefat. vers. 3. observat. 3. à num. 4.* Joann. Maria Novar. *de gravam. vassal. tractat. 3. gravam. 72. num. 7.* Capyc. Galleot. *lib. 2. controvers. 54. num. 4.* Guid. Pap. *decis. 490.* ubi id procedere in Delphinatu asserit, & idem testatur in Ducatu Sabaudiæ, Anton. Sol. *in constitut. Sabaud. tit. de cens. solut. in decr. glos. 1. num. 4.* Fraoc. Marc. *decis. 279. num. 26.* 92

Et in Regno Neapolit. quòd similiter hæc cognitio ob ponderum, vel mensurarum fraudes Baroni cum mero, & mixto imperio investito ratione jurisdictionis, tanquam ipsius fructus, & proventus debeatur, etiam nulla facta mentione in investitura, seu privilegio Baroniæ de ponderibus, & mensuris, docent ea generali doctrina Aon. *singular. 388.* Rovit. *in dict. loc. num. 5.* Dominic. Tass. *d. obser. 3. n. 5.* 93

Sed in Regno Neapol. contrarium est verius ob speciales constitutiones illius Regni, ex quibus ponderom, 94
& mensurarum cognitio ad Magnam Curiam Siclæ, ad ejusque Magistros rationales pertinet, ut communiter Neapolitani testantur, Afflict. *in constitut. ad legis. ponder. num. 4. & constit. ad officium, num. 2. & in constit. Regn. mercator.* Consil. de Georg. *allegat. 42. num. 6.* & noviter cum aliis Dominic. Tass. *sup. pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 3. num. 297. cum seqq.* ubi benè de hoc Tribunali Regiæ Siclæ, & quòd antea ad officium Bajuli hæc cognitio spectaret ex Constiintiooe Regn. Neapol. ad officium Bajuli, *sub tit. de offic. Bajul.* Joann. Anton. Nig. seu Campag. *in cap. Regni, item prædicti secreti*, ubi, quòd antiquitus hæc cognitio ad secretum spectabat, hodiè verò ad Magnam Curiæ Siclæ, optimè Reg. Tapp. *de jur. Regn. Neapol. lib. 2. rubr. 37. in dict. const. ad legit. ponder. & in repet. leg. beneficium, ff. de constit. Princip. cap. 4. num. 50.*

Imò in Neapol. Regno speciale privilegium requiri, 95
ot Barones circa pondera, & mensuras cognoscere, valeant, & Officiales ad id creare, possint; tenent Tapia *in repetitione dict. l. beneficium, cap. 4. nu. 50.* Mastrill. *de Magistrat. cap. 16. num. 25.* benè Camil. Borrel. *de Magistratum edictis, lib. 3. cap. 15. num. 15. cum seqq.* Novar. *de elect. for. par. 2. sect. 1. quæst. 21. num. 27.* ubi quòd ideò Barones, quoties feuda emunt, specialiter desiderant, ac petunt, de ponderibus, & mensuris à Reg. Curia investiri, quia alias, cessante speciali privilegio, aut concessione, Magnæ Curiæ Siclæ hoc jus reservatum censeent, optimè Regens Capyc. Galeot. *lib. 2. controvers. 54. num. 1. & 3.* Joann. Maria Novar. *de gravam. vassal. tractat. 3. gravam. 72.* & novissimè (licèt nullo ex prædictis relato præter Borrel.) Horat. Barbat. *de divis. fruct. p. 1. cap. 9. n. 26.*

Ex quibus magis specialiter ad principalem hujus ca- 96
pitis materiam infertur, quòd in casu, quo Barones de hoc jure specialiter fuerint investiti, facultas creandi Officiales fructus feudi auget ad effectum solutionis adhoæ, & relevii, aliorumque onerum feudi, quæ respectu ipsius fructus valoris solvi, debent, cum istæ Officialium creationes inter fructus feudi, aut jurisdictionis connumerari, debeant: & si quid ob eas faciendas justè per Baronem percipiatur, Barbat. *d. cap. 9. n. 26.*

Ad principalem verò superiorem nostram resolutio- 97
nem, quòd cognitio ponderum, & mensurarum Magnæ Curiæ Siclæ competat, non verò Baronibus, nisi specialis privilegii virtute eam sequitur etiam Capiblanc. *de Baron. tom. 1. sup. pragm. 8. part. 1. num. 296.* & quamvis, *num. 297.* pro Barone contra quandam universitatem, & ipsius Carapanos creatos judicatum referat, & quod ad Baronem pœnæ ob falsa pondera, vel alias fraudes pertineant, hoc ideò processit ob speciale Baronis privilegium, ut idem Capiblanc. supponit.

Nec

98 Nec ferendus est ipse Capiblanc. dum in *num.* 298. af-
ferit, jurisdictionem, quoad cognitionem falsitatis pon-
derum, vel mensuratum cumulativam esse inter Ma-
gnam Curiam Siclæ, & Barones etiam nullum privile-
gium ad id habentes, quam limitationem, docet etiam
Rovit. *in d. pragm.* 1. *de ponder. & mensur. num.* 5. Sed hæc
99 † limitatio jurisdictionis Regiæ Siclæ, pro Baronibus nul-
lo fundamento nititur, quia reservatio istius jurisdictio-
nis Reg. Siclæ generalis est, nec ullis limitibus adstri-
cta: & quoties jurisdictio per Principem alicui generali-
ter conceditur, reservata tamen, seu excepta Officiali-
bus Regiis in aliquibus casibus cognitione, hæc reserva-
tio non cumulativè, sed privativè fieri, intelligitur, ut sin-
gulariter notat idem Capiblanc. *d. part.* 1. *n.* 125. quare si-
militer in nostro casu reservatio cognitionis ponderum,
vel mensurarum Regiæ Curiæ Siclæ facta privativè, non
accumulativè censeri, debet, non obstante jurisdictionis
generalis concessione in favorem Baronis.
100 Unum tamen nota, quòd quoties Baronibus, seu Do-
minis vassallorum ponderum, & mensurarum jurisdictio
competit, animadvertere, debent, ne aliis ponderibus,
seu mensuris utantur, quàm illis, quæ à supremo Prin-
cipe in toto Regno publicè constituta sunt, ut rectè no-
tat Renat. Coppin. *in consuetud. Andegau. lib.* 1. *cap.* 40.
numer. 4. *& cap.* 43. *numer.* 16. Camil. Borrel. *de Magistr.
edict. dict. lib.* 3. *cap.* 15. *numer.* 7. Joann. Maria Novar. *de
gravam. vassallor. tract.* 2. *gravam.* 33. Si quidem dum-
101 taxat † supremæ potestatis Principis est pondera, &
mensuras in toto Regno ordinare, ac tradere, Text.
in l. modios, Cod. de suscept. & archar. lib. 10. *l.* 2. *Cod. de
frument.* Alexand. *lib.* 11. *Authent. de locat.* §. *Eos, in fin.
collat.* 9. & illa sunt in toto Regno servanda, ut, & apud
nos stabilitur *in l.* 1. *cum seqq. tit.* 13. *lib.* 5. *Recopilat.* Ubi,
102 † quòd cum una eademque mensura, & pondere in to-
to Regno sit mensurandum, & ponderandum, & ibi do-
cent Manenz. & Azeved. *in l.* 1. *&* 2. *d. tit.* 13. *lib.* 5. *Recop.*
103 Novar. *dict. gravam.* 33. *num.* 3. † Ideò in supremi dominii
signum, pondera, & mensuræ sigillo Regio sint signan-
da, Novar. *dict. gravam.* 33. *numer.* 4. & prosequuntur
Joann. Regnand. *in tractat. de mensur. num.* 4. Guid. Pap.
decis. 490. Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. *in verb.
Drotem, num.* 92. Calixt. Ramir. *in tract. de absolut. Princ.
potest. sive de leg. Reg.* §. 26. *n.* 68. Novar. *de gravam. vassal.
dict. gravam.* 33. *in fin.*
104 Apud nos vero Civitates, habent, proprium sigil-
lum, cum quo signantur pondera, & mensuræ, ut ex
Rebuff. Avendañ. & aliis Matienz. *in dict. l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 5.
105 *Recopil. glos.* 1. *num.* 3. † Ubi, quòd etiam cum domini
oppidi sigilla ita sit consuetum, signari poteruot pondera,
& mensuræ, Azeved. *in dict. l.* 1.
106 Alia autem plura de materia ponderum, & mensura-
rum, latè tractant Joann. Regnand. Georgius Agricola,
Metianus, Volusius integris tractatibus de ponder. &
mensur. de quibus apud nos extat *dict. tit.* 13. *lib.* 5. *Re-
copil.* ubi plura de materia Matienz. & Azeved. Camill.
Borrel. *de Magistrat. edict. lib.* 3. *cap.* 15. Petr. Gregor.
lib. 16. *sintag. art. mirab. cap.* 12. *&* 13. Joan. Mar. Novar.
de gravam. vassallor. tractat. 3. *gravam.* 72. Capyc. Latr.
107 *consult.* 2. † ubi plenè de ponderum, seu mensurarum ju-
ris præscriptione, & de inventione; & quòd primus in-
ventor ponderum, & mensurarum fuerit Phidon. Argi-
no, testatur Plinius *lib.* 7. *cap.* 56. vel Pallamedes juxta
Gellium relatum per Matienz. *in dict. l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 5. *Re-
copil. glos.* 1. *numer.* 4. alii verò id tribuunt Moisi, ut vo-
luit Divus Isidorus apud Gregor. Lop. *in l.* 7. *tit.* 7. *part.* 1.
vel Cain, ut maluit Josephus *de antiquit. cap.* 4. Pined. *in
Monarch. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 12. *fol.* 39. *columu.* 1. *in fin.*
quem sequitur Polidor. Virgil. *de inventor. rer. lib.* 1.
108 *cap.* 18. † Imò, & quòd mensuræ, & pondera etiam ab
Adamo cognita fuissent, arbitratur Camil. Borrel. *de
Magistrat. edict. dict. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 5. Et quòd à na-
109 tura ipsa originem habere, † videri possit, testatur Divus
Thomas *de regim. Princ. lib.* 2. *cap.* 4. *Omnia siquidem Deus*

Lagunez. de Fructib.

disposuit in mensura, Sapient. cap. 11. & tradit Novar.
dict. gravam. 72. *num.* 19. ubi alia de eorum inventione in-
venies, & apud Cened. *in collect. ad Decret. cap.* 37. *n.* 18.
fol. 85. *& cap.* 9. *num.* 1. *fol.* 151. Benevent. Strach. *de mer-
cat. tit. de decoctor. part.* 7. *n.* 22. *&* 23. Bobadil. *in polit.
lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 6.
De variis pœnis apud diversas Provincias contra pon- 110
dera, & mensuras falsificantes, quòd primò edicto Tra-
jani pœna leg. Corneliæ de falsis teneantur, ut *in l. anno-
nam*, §. *Onerant*, *ff. de extraord. crimin.* vel pœna rele-
gationis, *l. hodie ad l. Cornel. de fals.* quam pœnam rele-
gationis quandoque practicatam, testatur Franc. Marc.
decis. 279. *part.* 1. *numer.* 5. † Ubi, & quòd falsis, aut di- 111
minutis ponderibus, aut mensuris utens, ultra interes-
se ad duplum, ad pœnam relegationis damnetur, do-
cent Abb. *in cap.* 2. *num.* 3. *de emption. & vendit.* Renat.
Copp. *in consuetudin. Andegau. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 4.
Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 317. & cum aliis Ca-
mil. Borrel. *de Magistr. edict. dict. cap.* 15. *numer.* 19. *cum
seqq.* Bonifac. de Vital. *in rubric. de falsit. numer.* 2. *&
in rubric. de pœn. falsific. mensur. & pond. numer.* 1. *cum se-
quentib.* & quòd pœna furti teneatur, Ludovicus *in pract.
crimin. cap.* 123. *num.* 7. *&* 8. imò, & quòd pœna mortis,
Montel. *in pract. fol.* 309. *num.* 1002. sed hanc pœnam in
praxi non servari, rectè testatur Farinac. *in pract. qu.* 150.
num. 78.
Jure verò nostro Partitarum in *l.* 7. *tit.* 7. *part.* 7. pœ- 112
na dupli, & relegationis stabilitur, & etiam, quòd men-
suræ, seu pondera falsa frangantur, & ante portas falsi-
ficantium publicè appendantur, (ubi noster Gregor.)
quæ pœnæ fractionis antiquissima est, ut constat *ex l.
item quæritur* 14. §. *Si quis mensuras*, *ff. locat.* & ex Juven.
Satyr. 10.

Et de mensura jus dicere, vasa minora.
Frangere pannosus, vacuis Aedilis Olubris.

Confirmatur quoque jure nostro novissimo *in l.* 2. *tit.* 13.
§. 4. *lib.* 5. *Recopil.* ubi aliæ variæ pœnæ statuuntur contra
in prima, secunda, aut tertia vice pondera, aut mensu-
ras falsificantes, & quòd pro tertia vice pœna falsi pu-
niantur, & ibi notant Azeved. *à num.* 1. Matienz. *in glos.* 5.
& 6. Bobadil. *in politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 129.
Imò, & quòd Clerico falsis ponderibus, vel mensu- 113
ris utente, benè possit judex secularis ea frangere, &
in publico apponere, Chassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 1.
§. 5. *num.* 91. Camil. Borrell. *d. cap.* 15. *num. fin.* & latiùs
de præstant. Reg. Cathol. cap. 71. *numer.* 357. Bobadil. *dict.
num.* 128. sed hoc, licèt quoad fractionem verum judi-
cem: tamen quoad appositionem in publico id non re-
ciperem, nec facere auderem: illud namque remedium
publici præjudicii, ut aliis vitetur principaliter respicit:
hoc punitionem personæ, quam certè, & si non tanga-
tur, magna ignominia affici, nemo negabit, & per con-
sequens Ecclesiasticum statum, sive immunitatem lædi,
atque publicè nota quadam sigillari, & quasi injuriari,
videri. † Et quòd prædictæ pœnæ locum habeant con- 114
tra falsa, aut diminuta pondera, aut mensuras commo-
dantes, docent Plotus *in tract. de in lit. jurand. num.* 724.
Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tractat.* 2. *gra-
vam.* 72. *numer.* 40. de quibus, & de ea locantibus,
Bonif. de Vital. *in dict. rub. de pœn. falsific. ponder. aut men-
sur. n.* 3. *&* 4.
Quæ præfatæ pœnæ meritò contra his falsis, vel di- 115
minutis ponderibus, seu mensuris utentes ita graves sta-
biliuntur, & absque remissione exequi, debent, cum
non solùm contra leges Civiles, & Regias, sed & con-
tra omnem naturalem justitiam delinquant, & præcipuè
contra habentes in domo mensuras, & pondera diversa:
magna, videlicet, & parva: illa ad recipiendum, ista
verò ad tradendum, ut notant Anton. de Sola *in Consti-
tut. Saband. tit. de censuum solutione*, *in decreto omnibus*,
glos. 1. *num.* 1. Franc. Marc. *dict. decis.* 279. *in princ.* Ca-
mil. Borrel. *dict. cap.* 15. *numer.* 26. *&* 27. quæ diversitas

ponderum, & mensuratum jure quoque divino acriter erat prohibitum, ut constat Deuteronom. cap. 25. ibi: *Non habebis in sacculo diversa pondera majus, & minus: nec erit in domo tua modius major, & minor: pondus habebis justum, & verum, & modius aequalis, & verus erit tibi; abominatur enim Deus, qui facit haec, & aversatur omnem injustitiam*, & idem ferè in Levit. cap. 19.

116 Item in Portulaniæ cognitione, & ejus Officialis, seu Portulani creatione in Regno Neapolitano solet dubitari, an, & quando ut jurisdictionis fructus habeatur, & consequenter Baronibus competat? quæ Portulaniæ cognitio in illo Regno circa ea præcipuè versatur, in mari, ut Portus, seu littora custodiantur, & ne inde, inscio Purtulano, aliquid extrahatur, vel ab extra immittatur: In terra verò eo tendit, ut loca publica conserventur, ne ab aliis occupentur, & ut viæ publicæ tam in urbanis, quàm rusticis locis non impediantur, neque absque Portulani licentia aliqua aer, vel alium communem usum impedientia fiant, juxta rubricas, *ff. de via publica, & ff. ne quid in loc. public.* ut latè tractant, plura de forma hujus cognitionis, & de contraventionibus in hac Adducentes materia Rovit. *in Pragmat. Regn. Neapol. super pragmat. 3. tit. ne quid in loc. public.* Capiblanc. & Barbat. proximè referendi.

117 In qua quæstione resolvendum est, nullo modo hanc Portulaniæ cognitionem Baronibus ratione feudi, vel generalis jurisdictionis competere, quia similiter, ut diximus in ponderum, seu mensuratum cognitione, specialiter est reservata Regiæ Cameræ summariè, nisi specialiter de hac jurisdictione Barones sint investiti, vel privilegio ipsis fuerit concessa, ut communiter docent DD. illius Regni Faber de Ann. *singul.* 587. Minad. *in Constit. Regn. in aliquibus, vers. Comitum, & Baronum*, Rovit. *dict. pragmat.* 3. & ita judicatum, refert Carol. de Tapp. *de constit. Princip. part. 1. cap. 2. num.* 57. Capiblanc. *de Baron. tom. 1. supr. pragm. 8. part. 1. num.* 294. *cum seqq.* Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 9. num. 25. & 26.* Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tractat. 1. gravam.* 355.

118 Item quæri potest, an judicum syndicatorum electio inter jurisdictionis emolumenta haberi, debeat, & consequenter Magnatibus, aliisque inferioribus dominis jurisdictionis cum mero, & mixto imperio competat?

119 In qua quæstione negativam sententiam tenet Cabed. *part. 2. decis. 68.* ubi, quòd nullus Principe inferior, potestare syndicandi uti, valeat, & quòd supremæ jurisdictioni hoc jus sit reservatum, & in Lusitania ita servetur ex *lib. 1. Ordinat. tit.* 60. *in princip.* ubi, quòd in illo Regno Rex dominis terrarum jubet, ut ante finitum triennium rescribant, ut Officiales syndicari, faciar, & eandem sententiam maximè in illo Regno tenent Barbos. *in remiss. ad dict. lib. 1. Ordinat. tit. 60. in princ. nu. 3. ad fin.* Fragoss. *de regim. Reipubl. part. 1. lib. 3. disputat. 7. num.* 12.

120 Et in Regno Neapolitano idem servari, testantur Capiblanc. *de Baron. tom. 1. sup. pragmat. 5. ex num.* 159. per eandem pragmaticam, in qua specialiter cavetur, quòd, finito officio, Officiales stare, & parere debeant syndicatui, faciendo per syndicum ejusdem Civitatis, aut terræ, in quibus officia exercuerint, quod, & cavetur *in Pragmat. illius Regn. 1. incip. Regia dignitati, sub rubric. de syndic. Official. & cap. ejusdem Regni* 132. *& in Pragmat. 12. cap. 43. sub rubric. de offic. judic. & aliorum Official.* in quibus, quòd syndicatorum electio ad ipsa oppida, seu universitates, non vero ad Barones pertineat, & ita de praxi in illo Regno servari, testatur Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tom. 1. gravam. 288. per tot.*

121 Quibus tamen non obstantibus, & quidquid in prædictis Regnis ex juribus municipalibus servetur, contraria sententia tam de jure communi, quàm de praxi nostri Regni verior mihi videtur, imò, quòd vassallorum Dominis ratione jurisdictionis, ut ipsius emolumentum, facultas syndicandi suos Officiales competat, ad idque judices syndicatores eligere, possint; 122 † Nam cùm Regis locum obtineant, & ejus vicarii dicantur juxta nostram *leg. 2. tit. 1. Part. 2.* & latius comprobatur ex his, quæ superius tradidimus ita, ut quem admodum ipsi Regi aliàs hoc jus competit, similiter eis in ejus locum subrogatis competere, debet. 123 † Et ita in specie de jure communi resolvunt Cancer. *variar. resolut. lib. 3. cap. 22. numer.* 233. Imbrian. *de judic. Regn. part. 1. numer.* 46. Mastril. *de Magistrat. lib. 4. cap. 1. numer.* 37. & ex nostris Avendañ. *de exequend. part. 1. cap. 9. numer. 1. versic. Quod præmaximè, & melius in respons.* 16. benè Azeved. *in rubric. tit. 7. lib. 3. Recopilat. numer.* 6. Bobadil. *in politic. lib. 5. cap. 1. numer. 42. & lib. 2. cap. 16. num. 50. & melius num.* 206. & ita frequenter apud nos servari, vidimus.

124 Qua verissima opinione retenta: in uno dumtaxat casu limitanda videtur stante, videlicet, negligentia Dominorum in suis Officialibus syndicandis; tunc quidem si ter ad id moniti per Regias Provisiones non paruerint, Judices sydicatores ipsorum dominorum expensis in suis locis, per Supremum nostrum Senatum mittuntur, ut notat Bobadil. *in dict. num.* 206. 125 † Licèt in visitis Tabellionum contrarium in Regno Gallecιæ servari, asserat idem Bobadil. *dict. cap. 16. num.* 50. ubi quòd etiam, non stante mora Dominorum locorum, imò, quamvis priùs per eos fuerint visitati, adhuc Judices pro eis syndicandis per Regiam Audientiam mittantur; quod, & in toto Regno de praxi servatur, in quo similiter pro omnibus tabellionibus syndicandis, tales Judices etiam in locis dominorum inferiorum per nostrum Supremum Senatum frequenter mitti, solent.

126 Ex quibus pro coronide hujus capitis, quæri, potest, an similiter judicum rationalium electio inter jurisdictionis fructus, vel dominii connumerari, debeat, ut consequenter hi Judices per Duces, Comites, & alios dominos inferiores pro excomputandis, aut revidendis rationibus suorum oppidorum eligi, possint?

127 In qua quæstione de jure negativam sententiam tenent Capiblanc. *de Baronib. tom. 2. super pragmat. 16. cap. 91. numer.* 7. & novissimè Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tract. 1. gravam. 124. ex num.* 1. ubi, quod hæc facultas dumtaxat supremis Principibus competat, & ad id referunt nostrum Escobar. *de ratiocin. cap. 42. num.* 1. licèt malè, ut proximè videbis, qui tamen de universali consuetudine ad Dominos inferiores istorum judicum electiones pertinere, testantur.

128 Sed quidquid isti viri, alioquin eruditi, & præcipuè circa cognitionem jurium Baronalium, seu Dominorum inferiorum asserant; contraria tamen affirmativa opinio verior, & receptior mihi videtur, ut videlicet ratione jurisdictionis, vel saltim dominii, rationes bonorum oppidorum, annonæ frumentariæ, apud nos *Posito*, & aliarum rerum publicarum per dominos locorum exigi, & quod ad id sui Judices rationales mitti, valeant, quia, ut dictum remanet, ex nostra *l. 12. tit. 1. Part. 2.* hujusmodi Magnates, vel alii domini inferiores in locum Regis cui alias hoc competit fuiit subrogati; & ita in specie de jure resolvunt eleganter Guid. Pap. *decis.* 631. Aymon. Cravet. *cons. 238. volum.* 2. Marin. Frecc. *de subfeud. author. 18. pag. mihi* 350. Cancer. *lib. 3. variar. resolut. cap. 13. n.* 187. Mauson. *in tract. de caus. execut. ampliat. 8. num.* 14. 129 † Ubi, & quòd de universali consuetudine hoc servetur, ut testantur quoque Capiblanc. & Novar. supr. citat. novissimè de jure communi, & de consuetudine Regn. Neapol. Domin. Tass. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 4. num.* 40.

130 Idemque jure nostro statuitur *in l. 9. tit. 5. lib. 7. Recopil. cap.* 13. & licèt, ea non relata, de jure communi Avendañ. *de exequend. 1. part. cap. 9. numer. 1. versic. Quod præmaximè, & 2. part. cap. 10. numer. 33. versic. Et quod*, & meliùs *in respons.* 16. Azeved. *in rubr. tit. 7. lib. 3.*

Re-

Digitized by Google

Recopil. num. 6. ubi ita pro Dominis vassallorum in Regia
Chancellaria Granatensi judicatum, refert, & apertè
idquoque de jure docuit Muñoz de Escobar. *de ratiocin.*
dict. cap. 42. *numer.* 1. quare minùs rectè pro contraria
opinione à Capiblanç. & Novat. refertur, tenet etiam
131 Bobadil. *in politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 50. † Ubi, & quòd
hæc facultas dominis inferioribus competat ratione do-
minii, etiam si nulla jurisdictio eis fuerit concessa, & ex
dict. l. 9. idem Bobadil. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 1.
132 Imò hanc sententiam ita de jure procedere, ait idem
Bobadilla, ut non obstet in contrarium oppidorum
consuetudo, ut tenuit quoque Guid. Pap. *dict. decis.* 631.
in quo contrarius stat Aym. Cravet. *dict. consil.* 238. ubi
consuetudini standum esse, dicit, quem in hoc sequi-
tur Avendañ. *dict. cap.* 9. *numer.* 1. *versic. Quod præmaxi-*
mè, *juncto dict. cap.* 10. *numer.* 33. *versic. Ex quod.* Pro
133 † quorum tamen concordia dicendum, mihi videtur,
opinionem Guid. & Bobadil. procedere, posse, cum
vigore consuetudinis oppida prætendunt quòd rationes,
nec per dominum loci, nec alium superiorem puta Re-
gium Consilium dispungantur, quod quidem irrationa-
bile esset, multisque fraudibus obnoxium, & ideò
hæc consuetudo, ut irrationabilis substineri, non de-
bet, *cap. reprehensibilis*, *versic. Nec subiecti*, *de appel-*
lation. cap. cum non liceat, ubi Canonistæ *de præscript.*
secùs verò, si consuetudo circa revisionem rationum sit,
ut potiùs per Regium Senatum, vel ejus Judicem com-
missarium, quàm per dominum loci, rationes revidean-
tur, quo casu, cum nullam irrationabilitatem hæc con-
suetudo contineat, non est, cur contra dominum serva-
ri, non debeat, & in hoc dumtaxat casu opinionem
Aym. Cravet. & sequacium procedere posse judicarem,
nec contrarium in hoc voluit Bobadil. *in loc. citat.* quam-
vis ad id eum referat, sed malè, Escob. *dict. cap.* 42. *nu.* 1.
in fin.

CAP. XVII.

ARGUMENTUM.

Agitur de Judicum, seu Officialium secundarum causarum appellationis creationibus: quando inter fructus jurisdictionis connumerari, debeant? & consequenter ad jurisdictionis Dominos inferiores, seu Barones ex vi simplicis jurisdictionis concessionis pertineant? & quid, stante clausula, cum mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, & aliis amplissimis clausulis in concessionibus adjectis? & quid si extet consuetudo, aut præscriptio immemorialis? latè distinguitur inter primam, vel secundam instantiam appellationis: & ultimum ad Regem recursum à sententiis quibuslibet inferiorum: & quid jure nostro Regio, attenta nostra lege Regia, vulgo de *Guadalaxara*, ubi latè de ejus interpretatione: & an omisso medio dominorum, vassalli ad Regias Audientias appellare, valeant? declaratur plenè materia appellationis, omisso medio, tam jure Civili, quàm Canonico, & Regio in appellationibus à sententiis Episcoporum, Suffraganeorum, Delegatorum, Subdelegatorum, Archidiaconi, Arbitrorum, & aliorum inferiorum, an ad Papam, ejusve Legatum, seu Nuntium, & ad Patriarchas, Primates, necnon, & ad Metropolitanum, & ad alios Superiores, omisso medio, interponi, valeant? Et quid in Neapoli, Germania, Gallia, Sicilia, & aliis Provinciis, & in earum Baronibus circa eandem materiam servetur? & in appellationibus à Judicibus Delegatis per Barones, vel Dominos vassallorum apud nos *Juezes de comission*, ò *Perquisidores*, & in Judicibus extractionum, apud nos de *Sacas*, vel etiam *de Mesta*, ò *Canadas*, & confraternitatis vulgo *de la Hermandad*: an, his omnibus in terris Dominorum inferiorum procedentibus, ad ipsos Dominos, vel ad Regia Tribunalia tales appellationes sint interponendæ?

SUMMARIUM.

1 *Proponitur huius capitis quæstio: An iudicum appellationum, sive secundarum causarum electio, vel creatio jurisdictionis fructus sit? & quando jurisdictionis concessionis virtute Marchionibus, Comitibus, Baronibus, aliisque dominis inferioribus competat?*

2 *Distinguitur inter jus commune, & Regium.*

3 *Proponitur de jure communi affirmativa sententia.*

4 *Resolvitur pro negativa, & num. 5. cum seqq.*

Secundarum causarum cognitio non venit in generali jurisdictionis concessione, ibid.

5 *Requiritur specialis concessio, & numer. 7. cum sequentibus.*

7 *Hæc in secunda, vel tertia instantia jurisdictio semper Principi excepta censetur, nisi specialiter sit concessa.*

8 *Non venit in quacumque, & si generalissima, & cum amplissimis clausulis, concessione.*

9 *Nec si omnimoda iurisdictio, cum mero, & mixto imperio concedatur, ibid. & d. n. 3. cum seqq.*

10 *Reprobantur Iason. & alii, qui contrarium voluerunt, & num. præced.*

11 *Concessa jurisdictione, cum amplissimis, & generalissimis clausulis, adhuc superioritas Regia excepta intelligitur, & donatarius Regi concedenti subditus remanet.*

12 *Pleniùs discutitur, an jus cognoscendi in causis appellationum inferioribus dominis, præscriptione, aut Regia concessione quæri valeat? ut, & tunc inter jurisdictionis fructus habeatur: cum num. seqq.*

13 *Quidquid privilegio est concessibile, est etiam præscriptibile, & inf. n. 28.*

14 *Proponitur negativa sententia, ne privilegio, aut aliqua præscriptione hujusmodi secundarum causarum cognitiones, quærantur: cum numer. sequentibus.*

Cognitio hæc est de regalibus, supremæque jurisdictioni, & alto dominio cohæret, ut nullo modo à Rege avelli possit: ibid. cum n. seqq.

15 *Increpantur Domini inferiores vassallos ad Regem appellare prohibentes.*

16 *Prælati Ecclesiastici, qui temporalem iurisdictionem exercent, nulla temporis præscriptione quærere, valent, ne ab eis ad Regem appelletur.*

17 *Pertinet hoc ius de appellationibus cognoscendi ad supremam iurisdictionem de forma, & substantia Regiæ Maiestatis: & inf. ex n. 32.*

18 *Superioritatis ius, & altum dominium in eò præcipuè consistit, ut à quibuscumque inferiorum gravaminibus ad Principem appellari, valeat.*

19 *Respicit Maiestatem, & honorem Imperii.*

Non est in marsupio Principis, ut alienari, possit: non est communicabilis: nec abdicabilis: nec in alium transmissibilis: ibid.

20 *Referuntur Doctores contra huiusmodi iurium alienationes, tam ex privilegio, quàm ex præscriptione resolventes, cum n. seqq.*

21 *Nullo unquam tempore præscribuntur: quod declaratur infr. num. 56.*

22 Alienationes praefatae nec juramento confirmantur.
23 Quandocumque velit, eas Princeps revocare, potest, & debet.
24 Etiam si favore Ecclesiae fuerint facta.
25 Proponitur, & fundatur contraria affirmativa sententia, quod secundarum causarum cognitio Regia concessione, aut praescriptione quaeratur, cum num. seqq.
28 Confutatur sententia Azeved. & Capiblanc. jus hoc privilegio, non vero praescriptione acquiri, posse, asserentium.
29 Declaratur Avendañ. circa hoc opinio.
30 Quod immemorialis sit necessaria.
31 In his cognitionibus circa appellationes consuetudo servanda.
32 Distinguitur, pro concordia, inter remedium ordinarium primae, vel secundae appellationis: & inter extraordinarium ultimi recursus, appellationis, aut querelae: cum n. seqq.
Ultimae appellationes, seu ad Regem recursus nulla praescriptione, aut privilegio tolli possunt: ibidem.
Ultimas sententias, vel querelas vasallorum audire, & à quarumlibet gravaminibus, & violentiis eos liberare, ad supremam Principis jurisdictionem, & altum dominium pertinet: Regioque Sceptro, & Coronae cohaeret: ibid.
33 Intelliguntur in hoc casu Angel. Dom. Covarruv. & aliorum DD. opinio asserentium, appellationum cognitionem privilegio, aut praescriptione inferioribus quaeri, non, posse, nec à Rege avelli: & num. 34.
35 Intelliguntur etiam in hoc casu nostra jura Regia in l. 6. tit. 13. lib. 3. Ordinam. l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. l. 1. tit. 1. eod. lib.
36 Et quodlibet aliud statutum appellationum cognitionis acquisitionem prohibens, aut permittens.
37 Valde minueretur supremum Imperium, & deformaretur Regia Corona, si hujusmodi ultima ad Regem appellationes, vel recursus privilegio, aut praescriptione tollerentur.
38 Princeps jura Imperii, aut Regni minuere, nequit.
39 Ad augendum, non ad destruendum eligitur.
40 Dicitur ob id Imperator Augustus.
41 Haec jura minuens destruere suam dignitatem, videtur.
42 Imperium, seu Regnum, ut humanum corpus, considerandum, cujus pars aliqua, absque deformitate, amputari, nequit.
43 Iura Regia, non Regis, sed Regni dicuntur.
44 Supremam jurisdictionem, vel altum dominium, si Princeps in subditum alienaret, esset alium sibi parem facere, quod facere, nequit.
Accephalus subditus esse, non potest, ibidem, & infrà num. 56.
45 Refertur elegans Anton. Fabr. locus circa nostras ultimas appellationes, vel supremam jurisdictionem in Regiis jurisdictionis concessionibus semper pro exceptis habendas.
46 Primae, vel secundae appellationes, reservato Principi ultimo recursu, benè per inferiores dominos privilegio, aut praescriptione quaeri, possunt, & num. 49. cum seqq.
47 Referuntur Doctores superiorem inter primas, & ultimas appellationes distinctionem comprobantes, cum num. seqq.
49 Intelliguntur D. Covarruv. Avendan. & alii juxta eamdem distinctionem, cum num. seqq.
52 Concessa dominis inferioribus in primis, & secundis appellationibus cognitione, adhuc post tres inferiorum sententias, & si conformes, appellari ad Principem, vel recurri, potest.
53 Declarantur jura Regia in l. 9. tit. 4. part. 5. l. 6. tit. 13. lib. 3. Ordinament. l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. & num. 54.
56 Declaratur, quod supra ex numer. 17. diximus pro negativa sententia, ne superioritatis jus, vel altum dominium, licèt immemoriali, praescribatur, ut procedas in tanquam subditos, ut tales se gerentes secùs si, ut liberos, & ab omni jurisdictione exemptos.
Subditum, & non subditum quem esse, sive Accephalum implicat, ibid. & sup. n. 44.
57 Respublica, Civitates, & Princeps plures justè immemoriali praescriptione contra Imperium, & alia Regna omnimodam exemptionem, sive superioritatem habent.
58 Immemorialis tutissimus Regnorum acquisitionis, & recentionis titulus ob gravissima bella vitanda.
60 Secundarum causarum cognitio, an apud nos, jure Regio attento, ut jurisdictionis concessa commodum, aut praeminentia, inferioribus dominis competat? lateque discutitur nostra lex Regia, vulgo de Guadalaxata, quae circa appellationes dominorum inferiorum loquitur: cum num. seqq.
61 Refertur quorundam opinio, qui indistinctè appellationes à quibuscumque judicibus locorum dominis inferioribus, ex dict. leg. de Guadalaxara tribuunt.
62 Alii distinguunt inter appellationes, quae à Iudicibus per ipsos dominos ad primas instantias nominatis interponuntur: vel quae ab electis per ipsa oppida.
63 Refertur sententia Dom. Lart. indistinctè, hujusmodi secundarum causarum cognitionem, attenta, dicta lege Regia, dominis denegantis.
64 Refertur Aviles, qui hunc articulum cogitandum, reliquit.
65 Azevedus authoritatem huic legi denegat.
66 Approbatur distinctio inter Iudices per oppida, vel dominos electos cum aliqua tamen ampliatione ex doctissimo Dom. Covarruv.
67 Confirmatur haec resolutio, & nostrae legis de Guadalaxara, declaratio ex praxi Regni Neapol. in eodem articulo circa appellationes vasallorum illius Regni, Baronibus, aliisque dominis inferioribus deferendas, vel non.
68 Quid in hoc articulo apud nos, & in Regno Neapol. servetur in appellationibus à Iudicibus per oppida nominatis, seu electis, confirmatis verò per oppidorum dominos? & d. num. 65.
69 Refertur consuetudo, & praxis, quae in nostris Regiis Chancellariis viget, ne ulla appellationes oppidorum ad suos dominos admittantur: sed potius sententiae earum virtute apud eos in secunda instantia prolata nulla ante omnia declarentur.
70. Appellationes, si fortè ex dict. leg. de Guadalaxara, vel alio titulo dominis competant, an hoc privativè, vel cumulativè cum Regiis Audientiis sit intelligendum.
Declarantur l. 18. tit. 23. part. 3. l. 14. tit. 16. lib. 3. Ordinam. l. 1. tit. 1. eodem lib. l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopil. ibid.
71 Appellationes gradatim de minori ad majorem, non, omisso medio, interponenda.
72 Declaratur hoc de jure nostro Regio.
73 Limitatur etiam omni jure cum ad Papam, Regem, eorumve superiora tribunalia, seu immediatè vicem gerentes, appellatur.
74 A sententia suffraganei ad Papam, omisso Metropolitano, rectè appellatur. Interimque per hujusmodi interpositam appellationem, Metropolitani manus ligatae manent, omniaque (si, appellatione non obstante, processerit) nulla; & attentata erunt: ibid.
75 Idem quoad Vicarium, seu Delegatum Episcopi, ut simi-

Digitized by Google

similiter, omisso medio, ad Papam appellari, possit.

76 *Et in quolibet inferiorum subdelegato.*

77 *Intellige, nisi per Papa delegatum subdelegatus sit: nam tunc ad delegantem, non ad Papam est appellandum.*

78 *Subintellige, nisi integram causam subdelegaverit, quo casu ad Papam appellatio erit interponenda.*

79 *Idem in quolibet integram causam subdelegante, à quo ad Ordinarium, non ad ipsum appellari debet.*

80 *De appellationibus à sententiis Delegatorum, vel subdelegatorum ad causas speciales, vel ad universitatem causarum, ad quos interponi debeant? & n. seqq. remissivè.*

81 *Quid si suffraganeus causa delegata, procedat: an tunc ad Metropolitanum, vel Delegantem appelletur?*

82 *Et si jurisdictio ordinaria fuerit tantum excitata?*

83 *Et si Episcopus ex Apostolica commissione in causis, in quibus aliàs* ex Sacr. Concilio Trident. *jurisdictionem habet?*

84 *Comprobatur pluribus exemplis superior de jure nostro Regio limitatio, ut, eo attento, apud nos appellationes, omisso medio dominorum, ad Regia Tribunalia interponi valeant: cum n. seqq.*

Ad Legatum, seu Nuncium Papæ, uti ad Papam, omisso medio, appellari potest, d. n. 84.

85 *Item ad quatuor Patriarchas majores: & quid in cæteris minoribus?*

Qui majores, & minores Patriarchæ dicantur; & quid in hoc articulo de eis? remissivè, ibidem.

86 *A sententia arbitrorum, omisso medio, ad Papam appellari, potest.*

87 *Appellatio, quod omisso medio, jure Canonico admittatur, intelligitur in illis tantum personis, qui superiorem, ac Papa immediatam jurisdictionem exercent: non verò in aliis inferioribus.*

Ad Metropolitanum, vel Archiepiscopum, omisso Episcopo, ab ipsius delegato, vel Archidiacono appellari, nequit, sed ad Episcopum est appellandum, ibidem.

88 *Idem, si à Vicario foraneo Episcopi appelletur.*

89 *Et si à Vicario generali, procedente tamen ex delegatione Episcopi.*

90 *Intellige, nisi Episcopus, quia ipse suspectus sit, delegaverit.*

Vel nisi in fraudem delegaverit, ut ad eum appellatio reverteretur, quia tunc ad Metropolitanum est appellandum, ibidem.

91 *Plura remissivè de materia appellationis, omisso medio, cum n. sequentib.*

92 *De hujusmodi causarum in partibus Papæ delegatione.*

93 *Quid in Indiarum Regnis servetur circa appellationes, omisso medio, ad Papam ob locorum distantiam non deferendas: & penes quos remaneant?*

95 *Præfata de jure Regio, quod appellationes in locis dominorum inferiorum, eis omissis, ad Regia Tribunalia interponi, possint, procedunt quoque, si Episcopi, aliæque persona Ecclesiastica jurisdictionem temporalem, exerceant.*

Imò ab hujusmodi judicibus inferioribus ad superiora sæcularia Tribunalia: non ad ipsos Episcopos, vel Metropolitanos præcisè est appellandum, ibidem, & n. seqq.

96 *Episcopus temporalem jurisdictionem exercens laicus reputatur, quoad appellationes, & alia multa.*

97 *Suprema jurisdictio, & de appellationibus cognoscendi jus, in quibuscumque oppidorum, seu jurisdictionis concessionibus, personis Ecclesiasticis factis, semper Principi reservatum intelligitur, cum n. seqq.*

99 *Intellige sive jurisdictio liberè, sive in feudum concedatur.*

100 *Adducuntur ad hoc, & exponuntur jura Regia* in l. 5. tit. 15. part. 2. l. 9. tit. 4. part. 5. l. 8. tit. 3. lib. 1. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.

101 *Declara, si inferioribus Prælatis Ecclesiasticis jurisdictio sit concessa, secus si Papa.*

Intelligitur in hoc casu Text. in cap. Romana, §. Debet, de appellat. in 6. *ibidem, & n. seqq.*

102 *Intelligitur etiam* d. l. 8. tit. 3. lib. 1. & Text. in cap. si duobus 7. §. ult. de appellat.

103 *Declara, seu limita superius dicta, ut procedant, ubi Prælati Ecclesiastici (licèt inferiores) jurisdictionem temporalem habuerint obtentam ab absoluto Domino, successorem tamen non habente, cui præjudicare, possit: vel cum ipsa jurisdictio fuerit per tales Prælatos bello quæsita; tunc enim ea jurisdictio etiam quoad superioritatem quæsita censetur.*

Intelligitur quoque in hoc casu d. c. cum sit Romana, §. Debet, de appellat. in 6. *ibidem.*

104 *Agitur pro pleniori hujus capitis materia corroboratione, de aliquorum Regnorum juribus municipalibus, & consuetudinibus, circa appellationes in locis Dominorum, ad Regia Tribunalia, ipsis Dominis omissis, interponendas, vel non, cum numer. seqq.*

105 *In Regno Neapol. an ad Regia Tribunalia in locis dominorum appellari, possit, omissis Baronibus, quibus fortè privilegio, aut consuetudine secundarum causarum cognitio competit? cum numer. seqq.*

106 *Refertur, & fundatur opinio affirmativa ex illius Regni juribus specialibus in Constit.* Cum nova de instrument. confiscat. *& in Constit.* Officiorum periculosa, de offic. secret.

108 *Resolvitur pro negativa sententia, & n. 109.*

Declarantur dicta Constit. Cum nova, *& Constit.* Officiorum periculosa, *ibidem, & n. 109.*

109 *In causis ultra vigintiquinque uncias in Regno Neapol. ad Sacr. Consil. appellatur; sed hoc absque præjudicio Baronum, qui secundarum causarum cognitionem habent.*

110 *Vassalli, si Regia Tribunalia per saltum adire, possent, omissis Iudicibus secundarum causarum dominorum, faciliter istorum jurisdictionem eluderent, & ab eis se eximere possent.*

111 *Barones, aliive domini inferiores secundarum causarum cognitionem privilegio, vel præscriptione habentes, an banna pœnalia, seu edicta emittere, valeant, ne vassalli per saltum Regia Tribunalia adeant? cum n. seqq.*

112 *Resolvitur pro affirmativa, cum n. seqq.*

113 *Prorogatio jurisdictionis ex parte vassallorum in præjudicium jurisdictionis dominorum non est admittenda.*

114 *Frustratorium esset privilegium circa cognitionem secundarum causarum, si his edictis, aut bannis defendi non posset.*

Pœna quoque his edictis adjecta rectè exiguntur: ibid. & n. sequentib.

115 *Intelligitur hoc circa pœnarum exactionem, & numer. 116.*

In Regno Neapol. frequenter per Sacr. Collaterale Consilium ad instantiam Baronum expediuntur Provisiones, quibus hujusmodi edicta pœnalia confirmantur, d. n. 115.

117 *Declarantur præfata banna, seu edicta, ut nullius roboris sint, si, evacuatis dominorum instantiis, & sic post eorum sententias, Regia Tribunalia per viam ultimæ appellationis, vel recursus vassallos adire, prohibeant, & n. 121.*

118 *Domini inferiores injustè faciunt directè, vel indirectè vassallos ultimas ad Regia Tribunalia appellatio-*

Digitized by Google

tiones, aut querelas interponere, & liberè sequi, prohibendo.

Increpantur ob id Domini vassallorum, qui egre hujusmodi appellationes ad Regia Tribunalia interponi ferentes, odio ex eo vassallos prosequuntur, multis cautelis, & dolosis argutiis pro causarum retentione utendo: ibidem.

119 Supremam jurisdictionem Dominos ex eo spernere, & in crimen læsæ Majestatis incidere; severèque puniendos, & d.n.118.

In Regno Siciliæ Barones in casibus appellabilibus appellationibus non deferentes, amissione jurisdictionis, & deportatione puniuntur.

122 Declarantur noviter Regia Neapol. jura in dict. Constitut. Cum nova, & Constitut. Officiorum. periculosa.

123 Domini inferiores, seu eorum Judices, si in instantiis, quæ eis competunt, aditi justitiam facere, denegaverint, vel omiserint, rectè superiora Regia Tribunalia per vassallos adiri poterunt, præfatis pœnalibus bannis non obstantibus.

125 Quid in Regno Siciliæ, ejusque Baronibus servetur circa eandem materiam appellationum vassallorum ad Regia Tribunalia, Baronibus, ipsorumque Judicibus secundarum causarum omissis?

126 Quid in Gallia?

127 Actorum remissio ad Judicem, ad quem appellatio de jure pertinet, expensis inordinatè, omisso medio, appellantis, facienda.

128 Quid in Germania statutum sit in eisdem appellationibus ad superiora Tribunalia, omissis inferioribus Imperii dominis?

119 Referuntur pro complemento materia hujus capitis aliquot casus speciales, in quibus an secundarum causarum cognitio inferioribus Dominis competat? potest dubitari.

130 Decisio nostra l.7. tit.18. lib.4. Recopilat. ut appellationes, in causis quantitatem 10ſſ. marapetinorum non excedentibus, oppidi Decurionibus, sive Consistorio, non Regiis Audientiis, deferantur: an in terris dominorum inferiorum procedat?

Plura remissivè de hujusmodi appellationum materia, ibidem.

131 Consuetudo ante omnia in præfato casu servandas, & n.seqq.

132 Judex appellationis dominorum in eodem loco residere debet, nec intra octo leucas adesse, sufficit, ut in dictis causis cognitio ei deferatur.

133 A Delegato Domini inferioris, seu Judice commissario in causa speciali, an ad ipsum Dominum, cui alias secundarum causarum cognitio non competit, vel ad Regias Audientias sit appellandum? cum numer. seqq.

134 Negativa contra Dominos proponitur, & fundatur.

Faciliter si Dominis id liceret, indirectè secundarum causarum cognitionem, quæ alias eis non competit, fraudulenter quærerent, ibidem.

135 In Regno Neapol. hujusmodi appellationes ad Regiam Magnam Curiam deferuntur.

136 Resolvitur pro affirmativa in favorem Dominorum, jure communi, & nostro Regio attento, cum num. seqq.

137 De Delegato ad Delegantem appellandum.

Declaratur quoties non tota jurisdictio, sed pars aliqua, vel species est delegata: ibidem.

139 A Vicario foraneo Episcopi ad ipsum Episcopum appellatur: secus in Vicario generali.

140 Idem in quocumque alio Episcopi Delegato.

141 Etiam si Vicarius generalis in certa causa delegetur.

142 Idem in Regis Delegato, quod ad Regem appelletur.

143 Limita præfata in Regno Neapol. ex illius Constit. Statuimus, & Constit. Magna Cur. & similibus, quibus, à quorumcumque Delegatorum sententiis ad Magnam curiam appellandum, statuitur.

144 Sublimita hoc in eodem Regno, & intellige, nisi delegatus sit de Regio Collaterali Consilio, quo casu ad eundem Collaterale Cons. interponenda est appellatio.

145 Idem servatur apud nos in Delegatis, Perquisitoribus, aliisve Judicibus ad certas commissiones per nostrum Supremum Castellæ Senatum nominatis, à quibus ad ipsum appellatur, & si Regiæ Curiæ Prætores, Auditores Regiarum Chancellariarum, vel alii Ministri sint.

Frequenter juxta hæc hujusmodi appellationes Regio Consilio in delegationibus, sive commissionibus reservantur, ibidem.

146 A Judicibus, quorum jurisdictio à vassallorum dominis non descendit, nunquam ad eos est appellandum; proponuntur exempla in n. seqq.

147 Primò à Judicibus de extractionibus rerum prohibitarum cognoscentibus, apud nos de Sacas nuncupatis, ad inferiores Dominos non appellatur ad l.3. tit.11. lib.3. Recopil.

148 Item nec à Judicibus de la Mesta, ò Cañadas, ad l.1. c.24. tit.14. lib.3. Recopil.

Etiam si associati cum dominorum Judicibus procedant, ibidem.

Duobus Judicibus inferioribus sententiam proferentibus, quorum quilibet diversum superiorem habet, ad digniorem est appellandum, ibidem.

149 Item nec à nostris Judicibus Confraternitatis, vulgo de la Hermandad, in terris Dominorum ad eos, sed ad Regia Tribunalia appellatio est interponenda.

Limita in causis sex mille marapetinorum quantitatem non excedentibus, in quibus ad Correctores appellatur, ibidem.

150 Similiter pro prædictorum comprobatione, in Regno Neapolis à Judicibus Nundinarum, per Regem electis in locis Baronum, ad Regia Tribunalia, non ad Barones, appellatio interponi debet.

QUibus in capit. præcedenti, plenè discussis circa Officialium, seu Magistratum primæ instantiæ electiones, & quando inter jurisdictionis fructos computari debeant? pro pleniori adhuc hujusmodi materiæ cognitione, non abs re erit in præsenti quoque indagare, quid in Judicibus appellationum, seu secundæ instantiæ dicendum sit? an similiter eorum creationes jurisdictionis fructus dicantur, & consequenter per Barones, seu jurisdictionis Dominos, Judices secundarum causarum eligi, debeant; vel ad ipsos Dominos, aut Barones, ex vi dumtaxat simplicis concessionis jurisdictionis, aut merii, & mixti imperii, appellandum sit? 1

In qua quæstione, ut clarius me expediam, inter jus commune, & Regium distinguendum mihi videtur. 2

Jure igitur communi attento, affirmativam sententiam, nimirum ad Dominos inferiores, quibus jurisdictio simpliciter concessa est, appellari, debere, & consequenter Judicum secundarum causarum, seu appellationum electiones, tanquam jurisdictionis fructus, & emolumenta, ad ipsos Dominos pertinere, docent ex doctrina Barthol. in leg.1. in fin. ff. quis, & à quo, Curt. Junior. in tractat. de feud. 7. & ultim. part. quæst. 12. Andr. de Isern. in Constit. Neapolit. rubr. de discret. cognit. caus. fol.49. Matth. de Afflict. in eisdem constit. rubr.58. ad fin. & aliis adduct. Ann. allegat.51. n.40. 3

Quibus tamen non obstantibus contraria negativa opinio, imò, quod appellationes virtute generalis jurisdictionis concessionis ad dominos inferiores non spectent, jure communi attento, verior, & receptior est, ex eo 4

quod

Digitized by Google

quod secundarum causarum cognitio sit de Principi re-
servatis, nec consequenter, nisi specialiter sit concessa,
in generali concessione venire, potest, ut latè, & aliis
rationibus adductis, communiter resolvuoi ex doctrina
originali Angeli in leg. 1. §. Qui mandatam, ff. de offic.
ejus, cui mandat. est jurisdict. Roland. à Vall. cons. 4. nu-
mer. 41. & sequentib. & cons. 75. num. 25. & sequentib. Ol-
diad. cons. 161. tema tale est, Marin. Frecc. de subfeud. Ba-
ron. vers. Decimatertia, à numer. 5. Guid. Pap. decis. 518.
& 551. Martin. Laudens. in tractat. de Castellan. §. 22.
Vinceot. de Ann. allegat. 52. num. 44. cum pluribus sequen-
tib. & singular. 388. & utrobique Fab. de Ann. in apostill.
5 †Qui omnes commuoiter docent, secuodarum causa-
tum cognitionem in generali jurisdictionis concessione
non compreheodi, nisi specialiter sit concessa, ut opti-
mè quoque explicar, aliis infinitis congestis, Camill.
Bortell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 39. ex num. 39. &
de Magistrat. edict. lib. 4. cap. 8. à num. 3. & in summ. decis.
tit. 41. de jurisdict. & imper. num. 80. & à numer. 264. Al-
bert. Bruo. cons. 102. col. 2. ubi quod in praxi hæc Angeli
opinio receptior sit: quam etiam latè prosequitur Aven-
dañ. de exequend. lib. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 6. numer. 1. in
princ. & vers. Et nisi, Azeved. in leg. 1. tit. 1. lib. 4. Recop.
num. 41. in princ. & eam optimè exornat D. Covarruv.
6 practic. quæst. cap. 4. num. 6. † Ubi, præter dictas rationes,
illam etiam considerat, ne videlicet ab eodem, & apud
eundem appellari, videatur, si à Judicibus per Domioos
ioferiores electis ad ipsos Dominos appelletur, cum do-
mini, & ejus Vicarii, idem Tribunal dicatur ad cap.
Romana, in princip. & ibi repetentes de appell. in 6. leg. 1.
§. ult. ff. quis, & à quo appell. & ex eadem ratione idem re-
solvit, jure civili inspecto, Bobadill. in polit. lib. 2. c. 16.
num. 76. &, aliia adductis, latè Capiblanc. de Baronib.
tom. 1. super pragm. 8. Part. 1. à numer. 147. benè Jacob. de
S. Georgio in tract. de feud. & investit. verb. Cum mero, &
& mixto imperio, column. 2. vers. Sed an ille, & vers.
Unum semper notetis.
7 Apud quem qood secondarum caosarum instantia sem-
per Principi excepta videatur, nisi specialiter sit conces-
8 sa: & in verb. Verius. †Quòd nec io generalissima con-
cessione, etiam cum mero, & mixto imperio, & omni-
moda jurisdictione veniat; idem tenet Aym. Cravet. con-
sil. 29. numer. 9. lib. 1. & aliis congestis Mar. Muta in cap.
9 Regn. Sicil. Regn. Martin. cap. 47. num. 59. Quidquid con-
trarium asserant Jas. cons. 161. lib. 2. Paul. Paris. cons. 8. nu-
mer. 31. lib. 1. & cum Isern. & Afflict. Socin. Juoior. con-
sil. 80. nu. 44. quem refert, nec reprobat Menoch. cons. 2.
num. 69. in fin. Jacob. Mandel. de Alb. tom. 1. cons. 64. nu-
mer. 95. in quibus, quod omoimoda jurisdictione, cum
mero, & mixto imperio, vel aliis verbis universalibus
concessa, etiam secundarum causarum cognitio data vi-
10 deatur; †Quos tamen benè improbant D. Covarruv. d.
cap. 4. num. 6. vers. Prima conclusio, cujus doctrinam in
specie sequuntur Nat. cons. 580. nu. ultim. Roland. à Vall.
cons. 75. ex num. 18. volum. 2. Barbos. in leg. competit, Cod.
de præscript. 30. vel 40. annor. à numer. 166. Fulv. Constat.
in leg. unic. Cod. pæn. Fisc. credit. præfer. lib. 10. num. 95. &
post alios Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 2. numer. 30. &
cap. 8. numer. 11. & notabiliter Roman. cons. 24. numer. 14.
11 Ubi benè ad rem notat, quod ille, cui jurisdictio etiam
amplissima est concessa, adhuc subditus sit Regi ob su-
perioritatem, quæ ipsi Regi semper excepta videtur,
non obstantibus quibuscumque generalissimis claosulis
concessioni adjectis, ut latè docent Giurb. de succession.
feud. §. 1. gloss. 7. num. 3. Joan. Baptist. Spad. tom. 1. cons. 1.
ex num. 16. Thom. Delbenè tom. 1. cap. 8. dubit. 48. sect. 2.
num. 5. ad 9. Andr. Knicheo. de jur. territ. cap. 3. num. 367.
& in specie doctrinam Jasoo. & Socio. reprobantes Surd.
cons. 275. volum. 2. & præcipuè numer. 4. ubi alios refert,
Matth. de jurisdict. part. 4. cas. 198. num. 2. Capiblanc. dict.
pragmat. 8. part. 1. numer. 148. ubi quod licèt Princeps in
cooncessione amplissimis, & uberrimis verbis utatur,
appellationum secundæ causæ concessæ non censean-
tur, & aliis congestis noster Vela dissertat. 44. nu-
mer. 43.
Quamvis igitur præfata verissima sint: adhoc prin cla- 12
rioni nostræ principalis quæstionis cognitione, & quan-
do hoc appellationis jus, seu emolomentum inter juris-
dictionis fructus coonumerari, debeat, & coosequen-
ter Dominis inferioribos ratione ipsios jurisdictionis, vel
alterius concessionis competat; plenissimè cognoscatur:
utiliter ad praxim dubitari potest, an fructus hic, seu
appellatiooum cognitio per Dominos inferiores aliquo
tempore præscribi possit? vel per Principem expresè eis 13
concedi? ista enim correlativa sunt, nam quidquid pri-
vilegio est concessibile, est etiam præscriptibile, ut latè
docent plura circa hujus regulæ iotellectum adducentes
Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 19. num. 17. Cancer. lib. 2.
var. resol. cap. 2. numer. 119. Ripol. de regalib. lib. 2. cap. 2.
num. 12. August. Barbos. in locis commun. argument. 8. &
aliis congestis D. Larr. allegat. 110. num. 34. & novissioè
D. D. Petr. de Salced. ad ll. noviss. Recopil. in leg. 4. cap. 20.
tit. 14. lib. 3. nu. 112. Dominic. Antun. de Portugal. de do-
nat. Reg. 3. p. c. 45. à nu. 6.
Io qua quæstione negativam sententiam, nimirum, 14
jus cognoscendi de appellationibus nullo modo à Rege
avelli posse, nec præscriptione, aut expressa Regia con-
cessione Dominis inferioribus quæri, valere, commu-
niter DD. tenere videntur ex eo, qood sit omoium con-
cors opinio, jus de appellationibus cognoscendi de rega-
libus esse, & ita supremæ jurisdictiooi cohærere, ut nul-
lo modo, quod ad Principem non appelletur, nec pri-
vilegio, aut præscriptiooe, vel aliter per Dominos infe-
riores quæri possit, ut tam jure communi attento, quàm
ex expressis nostris juribus in l. 9. tit. 4. Part. 5. l. 6. tit. 13.
lib. 3. Ordinam. leg. 2. tit. 9. lib. 5. Ordinam. leg. 1. tit. 1.
lib. 4. Recopilat. communiter resolvunt Bald. in Authent.
quas actiones, Cod. de Sacrosanct. Eccles. numer. 14. in fin.
Angel. in leg. 1. §. Quæ mandata, in fin. de offic. ejus, Luc.
de Peno. in leg. contra publicam, colum. 1. vers. Sed pone
Rex, Cod. de re milit. lib. 12. D. Covarruv. pract. cap. 4.
num. 1. & in regul. possess. 2. part. §. 2. num. 8. vers. Ex his
vero, in quibus locis eleganter tradit, ita hoc superiori-
tatis jus quoad appellationes supremæ jurisdictioni, seu
alto dominio apud nos Majoria, cohærere, ut illud Prin-
ceps à se abdicare, & in alium transferre, etiam per ex-
pressam alieoationem, non valeat Didac. Perez in dict.
leg. 6. Ordinam. column. 3. vers. Secunda pars, noster Gre-
gor. in leg. 22. tit. 13. Part. 2. gloss. O le embargassen. † Ubi 15
benè contra Dominos inferiores vassallorum post suas
sententias appellari ad Regem, vel ad ejus Curiam, &
appellationes prosequi impedientes, & idem Gregor. in
leg. 8. verb. A quiem, tit. 1. part. 2. Avilea in cap. Præto-
rum 38. num. 2. Avendañ. de exequend. part. 1. cap. 5. nu. 1.
& 2. latè Camill. Borrell. in addit. ad Bellug. in specul.
Princ. rubric. 1. litt. M. Glorit. respons. 1. part. 1. ex nu. 73.
Cabed. part. 2. decis. 40. numer. 12. D. Salgad. de Reg. pro-
tect. 1. part. cap. 2. num. 26. & ex num. 34. & novissimè, li-
cèt his non relatis, Dominic. Antun. de Portug. de do-
nat. Reg. 2. part. cap. 8. num. 21. Faxard. allegat. Fisc. 33.
ex num. 500.
Qui hoc amplius addit io n. 507. quod nec aliqua præ- 16
scriptione jus appellationum quæri, valeat, qui loqui-
tor in Prælatis, & aliis Ecclesiasticis personis tempora-
lem jurisdictionem possidentibus: & generaliter idem
tenet pluribus congestis num. 484. &, ultra relatos, do-
cent expresè in dominis inferioribus relati, & secuti per
Joann. Baptist. Spad. tom. 1. cons. 1. ex num. 7. & 20. Mario
Cutel. in Cod. ll. Sicular. ad ll. Martin. in concor. int. In-
quisit. & offic. Ordinar. cap. 4. sub num. 42. Azeved. in dict.
leg. 1. tit. 1. lib. 5. Recop. ubi, quod semper ad Regem ap-
pellari, debeat, nec in contrarium valeat præscriptio
per Dominos inferiores allegata, & in Italiæ Baronibus
resolvit Capiblanc. de Baron. tom. 1. sup. pragmat. 8. ex nu-
mer. 149. † Quia hæc suprema jurisdictio, ut ad Regem à 17
cujuscumque inferioris gravamine appellari, valeat, est
ipsa

ipsa forma substantialis, & essentia Regiæ Majestatis,
ut notat D. Covarruv. pract. dict. cap. 4. num. 1. & ex aliis
Dominic. Antunez de Portug. de donat. Reg. part. 2. cap. 8.
num. 5. nec magis à Rege separari, potest, quam radii
solis ab ipso sole, Bald. in tit. de feud. March. in princ.
Avendañ. de exequend. dict. cap. 5. num. 2. Azeved. in dict.
leg. 2. num. 5. ubi ita de substantia Regiæ Coronæ hanc su-
perioritatem considerat, ut eam à Rege abdicari, im-
possibile dicat, Peregrin. conf. 1. num. 7. Faxard. dict. alle-
gat. 3. à num. 467.
18 In quibus omnibus, pro superioris negativæ sententiæ
majori corroboratione, quod superioritatis jus, vel al-
sum super omnes subditos dominium in eo præcipuè con-
sistat (ut ex D. Covarruv. dictum remanet) quod à quo-
rumlibet inferiorum gravaminibus ad Principem appel-
19 lari, possit: † Respicit enim honorem, & Majestatem
Imperii: & non est in Marsupio Principis, ut per eum
alienari, valeat: & ad alia plura plures congerens Gasp.
Kloch. de contribut. cap. 4. num. 328. & cap. 3. ex numer. 1.
ubi, quod ideò non sit communicabilis, nec abdicabi-
lis, nec in alium transmissibilis, ut tradunt Bald. in cap.
intellecto, de jur. jurand. Natt. conf. 460. numer. 43. & tot.
& conf. 402. nu. 20. Peregrin. d. conf. 1. n. 8. Surd. conf. 210.
num. 95.
20 Ultra quos multa alia congerentes contra has alti do-
minii, aut supremæ jurisdictionis alienationes, quod
nullo modo per Principem fiant, nec fieri, valeant,
plenè Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 11. ubi gloss. Sixtin.
de regalib. lib. 1. cap. 1. ex num. 3. Mar. Cutel. in d. concor.
inter Inquisit. & Iudic. ordinar. cap. 3. nu. 51. Bagnasc. post
consil. Ossasch. volum. 2. in conf. pro Duc. Saband. num. 41.
ubi optimè id comprobat, Glorit. respons. 1. part. 2. à nu-
mer. 72. Joann. Baptist. Spad. tom. 1. dict. conf. 1. numer. 9.
& conf. 3. num. 8. Gasp. Kloch. dict. cap. 3. à num. 1. & à nu-
mer. 33. ad 40. & conf. 2. num. 3. & conf. 37. numer. 76. latè
Martin. Mager. de advocat. armat. cap. 16. ex num. 79. &
cap. 9. num. 810. & novissimè latè contra has alienationes
Dominic. Antunez de Portug. de donat. Reg. 2. part. cap. 8.
21 ex num. 21. & tot. & cap. 9. † Qui etiam in alienatione per
præscriptionem loquuntur, in qua optimè Maximil.
Faust. in conf. pro ærar. clas. 5. ordinat. 464. fol. mihi 182.
vers. Denique, ubi quod in æternum hoc superioritatis
jus non præscribatur, Cevall. quæst. 46. D. Solorzan. de
jur. Indiar. tom. 2. cap. 12. numer. 49. Castill. tom. 7. cap. 26.
num. 67. Nathen. de justit. vulnerat. part. 2. tit. 1. cap. 1. nu-
mer. 7. post princ. Ludovic. Thesaur. in allegat. pro Duc. Sa-
baud. part. 1. ex num. 13. quæ extat post observat. 5. Joann.
Anton. ab Eccles. tom. 2. (de cujus tamen articuli declara-
tione, quando hujusmodi superioritatis juri præscriba-
tur, dicam infr. num. 56.)
22 In istius autem juris supremi alienationibus loquitur
Faust. quas nec juramento firmari, ait, & notant Rever-
ter. decis. 537. apud Marin. Ludovic. Thesaur. in præfat.
allegat. pro Duce Saband. ex dict. numer. 13. Castill. tom. 7.
23 controvers. cap. 41. num. 16. † Imò si de facto fiant, ab ipso
Rege revocari, posse, & revocari, debere, ut Impe-
rio, & Regno valde nocivas, ex cap. intellecto 33. & ibi
Canonistæ de jur. jurand. resolvunt in specie Petr. Barbos.
in leg. competit. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. ex nu-
mer. 92. & 96. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 8. ex nu-
24 mer. 18. † Etiam si favore Ecclesiæ factæ proponantur Bo-
badill. in Polit. lib. 2. cap. 17. ex num. 196. Ludovic. The-
saur. in dict. allegat. pro Ducat. Saband. part. 1. num. 16. &
part. 2. num. 74. Mager. omninò videndus dict. cap. 16. ex
num. 86. Faxard. dict. allegat. 33. à num. 473. maximè apud
nos ex nostra leg. 2. tit. 10. lib. 5. Recopilat. ibi: Y aunque
le sean concedidas: per quam sic in terminis docent ibi-
dem Azeved. num. 30. & nostris Regnicolis congestis,
Hermosill. in leg. 9. tit. 4. part. 5. gloss. 1. & sequentib. usque
ad gloss. 12. num. 61. ad fin. D. Salgad. de Reg. protect. 1. par.
cap. 2. ex nu. 34. & 37. D. Joseph. Vela dissertation. 44. nu-
mer. 45. in fin.
25 Quibus tamen non obstantibus, contrariam senten-
tiam plures tenent; imò quod privilegio, vel alia con-
cessione, necnon, & legitima consuetudine, aut præ-
scriptione (immemoriali videlicet) jus cognoscendi de
appellationibus vassallorum dominis inferioribus, quæ-
ri, valeat; in expresso docent, ea doctrina Angel. in
l. 1. §. Qui mandatam, ff. de offic. ejus, Jacobin. de Sanct.
Georg. in investit. feud. verb. Cum mero, mixtoque, nu-
mer. 9. & versic. Vassalli, column. 13. versic. Unum semper
notetis, Natt. conf. 188. num. 22. volum. 3. Capyc. de inve-
stit. feudal. §. Feudorum accessoria, column. 3. versic. Ap-
pellationum causa, Aymon. Cravet. conf. 209. num. 9. cum
sequentib. par. 2. in concessione Oldrad. conf. 161. Roland.
à Valle conf. 4. num. 41. cum sequentib. & conf. 75. numer. 15.
cum sequentib. Martin. Laudens. in tractat. de Castellan.
§. 22. Marin. Frecc. de subfeud. versic. Decimatertia, à
num. 5. Guid. Pap. decis. 518. & 551. Vincent. de Ann. al-
legation. 52. num. 44. cum sequentibus, & singular. 383. &
utrobique Fab. de Ann. & aliis congestis, Camil. Bor-
cell. in summ. decision. tit. 41. de iurisdict. & imper. nu. 80.
Surd. conf. 275. n. 4. volum. 2. Mastrill. de Magistrat. lib. 3.
cap. 8. n. 11.
Qui omnes, dum resolvunt, in generali jurisdictio- 26
nis, etiam cum amplissimis, & universalibus clausulis
concessione jus secundarum causarum non venire, id
communiter intelligunt, nisi specialiter per Principem
sis concessum, & ita optimè declarat post Gloss. Parisiens.
& alios idem Camill. Borrell. dict. tit. 41. num. 265. & de
præstant. Reg. Catholic. cap. 39. num. 42. & 43. & de Magi-
str. edict. lib. 4. cap. 8. nu. 6. & ex expressa nostra l. 5. tit. 15.
part. 2. illic: Fueras ende si el Rey ge las otorgasse todas, ò
algunas de ellas, en el privilegio del donadio, D. Joseph.
Vela dissert. 44. n. 43. circa fin.
Et in expresso, quod Regia concessione secundarum 27
causarum cognitio acquiratur, tenet Capiblanc. de Ba-
ronib. tom. 1. super pragmat. 8. part. 1. ex num. 147. † Quare 28
miror, quod in præscriptione contrarium, videlicet per
eam jus quæri non posse sentiat idem Capiblanc. num. 149.
& Azeved. in dict. leg. 1. tit. 1. lib. 4. Recopilat. num. 40. ubi
ad id adducit Avendañ. de exequend. part. 1. cap. 5. num. 2.
& cap. 6. num. 1. in princ. cum istæ acquisitiones correlati-
væ sint, & omne concessibile, sit quoque præscriptibi-
le, ut supr. dixi, & hanc regulam declaravi.
Nec contrarium tenet Avendañ. quia in dict. cap. 6. nu- 29
mer. 1. in princ. nihil circa præscriptionem hujus juris as-
serit; imò in dict. cap. 5. numer. 2. vers. Et licèt, satis ex-
pressè, & doctè, tam in præscriptione, quàm in con-
cessione prædictam affirmativam sententiam tenet, ut
secundarum causarum cognitio non solùm Regia conces-
sione, sed & legitima consuetudine, aut præscriptione
per Dominos inferiores quæri, valeat, ad idque addu-
cit idem Avendañ. Text. in cap. Romana, §. 1. de appellat.
in 6. & id etiam supponit idem Avendañ. dict. cap. 6. nu. 2.
& optimè clarius resolvit in num. 5. † Ubi quod immemo- 30
rialis requiratur: † Imò consuetudinem servari etiam 31
debere in his appellationibus inferiorum dominorum do-
cet idem Azeved. ubi proximè nu. 51. & istam sententiam,
tam in præscriptione, quàm in concessione, docet Bo-
badill. in polit. lib. 1. cap. 16. num. 76.
Inter quorum Doctorum varias sententias pro om- 32
nium verissima concordia distinguendum mihi videtur
inter remedium ultimæ ad Regem appellationis, vel
etiam extraordinarium per viam recursus, aut querelæ,
ut vassalli à gravaminibus Dominorum inferiorum, alio-
rumve Judicum liberentur: & inter remedium ordina-
rium primæ, vel secundæ instantiæ appellationis: In pri-
mo igitur casu primam sententiam procedere, existimo,
ut nimirum talis ad Regem ultima appellatio, seu recur-
sus nullo modo vassallis denegari, valeat: nec aliquo
privilegio, aut præscriptione hoc jus Dominis inferiori-
bus, ne ab eorum gravaminibus ad Regem recurratur,
quæri, poterit; quia ad supremam Principis jurisdictio-
nem, & altum dominium, pertinet, Regioque Sce-
ptro, & Coronæ cohæret, ultimas appellationes, vel
que-

Digitized by Google

querelas à quorumlibet Judicum sententiis per vassallos interpositas audire: & ab oppressionibus, & violentiis
33 potentiorum eos liberare: † Et hoc est, quod docuit doctissimus vir Dom. Covarruv. *pract. dict. cap.4. num.1. & in regul. possessor. 2. part. §.2. vers. Ex his vero*, quem omnes pro prima opinione relati, ut Aotesignanum, & quidem meritò, sequuntur, dum docet, jus de appellationibus cognoscendi de regalibus omninò reservatis esse, supremæque jurisdictioni, & alto dominio cohærere, & in concessibile, consequenterque in præscriptibile esse; nam D. Covarruv. & ejus sequaces ferè omnes expressè loquuntur in jure, aut privilegio, ne à sententiis, vel gravaminibus dominorum inferiorum, vel aliorum Judicum per viam appellationis, vel querelæ ad Regem recurratur.

34 Et ista fuit quoque originalis doctrina Angeli, & antiquorum quos pro negativa sententia retulimus, ut videri potest apud Angel. *in leg.1. §. Quæ mandata, in fin. ff. de offic. ejus*, Bald. *in Authent. quas actiones, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Purpurat. *in leg. Imperium, num.75. ff. de jurisdict. omn. judic.* Luc. de Penn. *in leg. quæcumque, Cod. de omn. agr. desert.* loquuntur namque de privilegiis, aut concessionibus ne ad Regem appelletur, & sic de ultimis appellationibus; nam privilegium, ne ad Regem unquam appelletur, quid aliud est, quam ultimas ad eum appellationes tollere? quas quidem ad supremam jurisdictionem dumtaxat pertinere, certissimum est, ut in expresso docent eleganter Guid. Pap. *quæst.43.* optimè Anton. Thesaur. *in præfat. decis. num.15.* ubi ita intelligit *c.1, quæ sint regal. in usib. feudor.* Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynucius, de testament. §. Et uxorem nomine Adelasiam, el 2. num.432.* quem pro sua sententia refert Dom. Covarruv. *dict. cap.4. num.1.* qui quidem in ultimis appellationibus apertè loquuntur, & ideò Parlamentum, vel Senatum, aut Coosilium creare ad Principem dumtaxat pertinere, meritò docent, ut latius quoque dicam *infr. suo loco hoc scilic. cap. §. Vnic. à num.48.* quia in his, ut superioribus Tribunalibus, non datur ad alium appellatio, sed ad ipsa dumtaxat supplicatur, ut notant Thesaur. & proximè relati.

35 Et in hoc etiam sensu, videlicet, de ultimis appellationibus, vel remedio recursus, aut querelæ, quæ, ut dictum remanet, ad supremam jurisdictionem, apud nos *Mayoriam*, pertinent, intelligi debet *dict. leg.6. tit.13. lib.3. Ordinam.* supra cum aliis juribus Regiis pro prima negativa opinione relata, ut ex ipsius verbis satis expressè colligitur illic: *Y declaramos, que los Fueros, y las Leyes, y las Ordenanzas, que disponen, que la justicia no se pueda ganar por tiempo, que se entienda de la justicia que el Rey ha por mayoria, y Sennorio Real, que es cumplir la justicia, de los sennores menores la menguaren:* idemque repetitur *in leg.1. tit.15. lib.4. Recopil. & in leg.1. tit.1. eod. lib.* benè Didac. Perez *in d. l.6. versic. Secunda pars*, & Azeved. *in d. l.1. tit.15. lib.4. ex n.56.*

36 Et loquendo in statuto, aut præscriptione, Cabed. *decis. Portugal. 11. num.2. part.2.* Henric. Rosenthal. *de feud. cap.5. conclusion.16.* ubi plures congerit *in Gloss. A.* qui omnes, dum concessionem appellationum prohibent, non simpliciter, & indistinctè id reprobant, sed cum jus, ut omninò ad Regem non appelletur, quæri, prætenditur: & ita in ultimis appellationibus expressè
37 loquuntur; † Alias enim, si hoc jus concedi, aut præscribi, posset, cum in eo principaliter suprema jurisdictio consistat, ut sæpius dixi, & notat Azeved. *dict. numer.36.* valde diminueretur Regia Corona, & Principa-
38 tus deformaretur; † quod Princeps facere nequit, ut ubi ita relat. supra pro prima opinione benè notant in nostra specie Thom. Grammat. *decision.30.* & latissimè *decision.28.* Petr. Bellug. *in specul. Princip. rubric.22.* omnis enim Imperii enormis diminutio improbatur, ut per *leg. rescripta 7. & alia jura, Cod. de precib. Imperat. offerend.* Zoanett. *de Roman. Imper. ex num.150. & de Prim. prior. genit. cap.4. in princip.* Thom. Michael. *de jurisdiction. thes.14.* Carol. de Tapp. *in leg. fin. ff. de constitut. Princip.*
cap.9. part.1. num.99. † Quia Imperatorem, vel Regem 39
non ad destruendum, sed ad augendum, electum eleganter ait Bald. *in leg. unic. ff. de offic. Præfect. Prætor.* Schnei de Vvin. *in proœm. instit. quæst. quare dicitur Augustus*. † Ubi ex Gloss. ibidem, quod ab augendo Impe- 40
rium Imperator semper Augustus dicatur; † Alias quip- 41
pè id diminuendo fit homicida suæ dignitatis, ut ex Bald. *in cap. licet causam, extra de probation.* Alvar. Valasc. *de jure emphyteut. qu.8. nu.31.*

Optimè Martin. Mager. *de advoc. arm. cap.6. numer.91.* 42
qui notabiliter addit, non ideò magis Imperatorem, vel Principem jurisdictionem supremam, vel aliam notabilem rem alienare, vel ab Imperio, seu Principatu absque ipsius diminutione; vel deformitate dismembrare posse; quam auriculam, vel aliud membrum ex aliquo corpore amputare, quin monstruosum efficiatur, habent enim Imperatores, vel Reges Imperium, aut Regnum, ut quodlibet aliud corpus; quod si aliqua pars ab eo amputetur, valde deformatur, ut eleganter Sichar. *cons. feud.6. numer.19.* Thom. Michael. *de jurisdict. thes.16. litt. A.*

Quibus adde quod præfata, vel alia jura non Regis, 43
sed Regia dicuntur, optimè Menoch. *cons.992. & consil.137.* Capiblanc. *de Baron. tom.1. sup. pragmat.8. part.1.*
ex nu. 132. & 238. † Ubi quod ex hac ratione suprema ju- 44
risdictio, vel altum dominium Princeps in subditum alienare, nequeat, quia esset alium sibi parem facere, eum omninò à sua jurisdictione eximendo: quod Princeps facere nequit, cum quodammodo Accæphalus, ita exemptus redderetur, ut communiter notant DD. ex Bald. *in proœm. feud.* Luc. de Penn. *in l. fin. C. de locat. præd. civil. lib.11.* Jacobin. *de feud. vers. in feudum, & vers. Qui quidem investiti*, Avendañ. *de exequend. 1. part. cap.5. n.2.* † Et 45
eleganter in nostris terminis Anton. Faber. *in suo Codic. lib.3. tit.12. de jurisdict. omn. judic. deffinit.17.* ubi mirabiliter huiuç in modum loquitur: *Quid ergo si Princeps universam jurisdictionem; quam habebat in aliquo territorio, nobili cuidam concesserit? suprema jurisdictio excepta censebitur, quam sicut à se abdicare Princeps, nec si vellit, potest, ita multo minus velle credendus est; vassallos enim non socios, & Principes facere cogitat Princeps, qui nobilibus subditis feudum, & omnimodam jurisdictionem concedit; itaque, & supremæ appellationis, & aliarum rerum, quæ majores Principes Iudices postulant, cognitio excepta intelligetur.*

In secundò vero casu supradictæ nostræ distinctionis, 46
quando, videlicet, prima, vel etiam secunda instantia appellationis privilegio, aut præscriptione acquiri, prætenditur; dicendum est, rectè Regia concessione, aut legitima consuetudine; sive præscriptione per Dominos inferiores quæri, posse; quia per hoc non censetur à Principe abdicata suprema illa jurisdictio, & potestas cognoscendi in ultimis appellationibus, vel per viam recursus, aut querelæ, in quo supremam potestatem consistere, diximus; nam quamvis præscriptione, vel Regia concessione cognitio secundarum causarum appellationis ad dominos inferiores pertineat: non tamen ob id vassalli, si per sententias suorum dominorum gravati inveniantur, per viam recursus, aut querelæ Regem adire, prohiberi, poterunt, ut docent Ruin. *cons.157. columm. penult. lib.5.* Barbos. *in dict. leg. competit, num.97. & 102.* Cabed. *dict. decis.4. num.15. part.2.* & novissimè Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. part.2. dict. cap.8. numer.23.* & optimè ad rem Avendañ. *de exequend. p.2. c.5. n.2.*

Et in terminis hanc distinctionem eleganter, ac doctè 47
tradit Bobadill. *in sua polit. lib.2. cap.16. num.87.* ubi singulariter ita loquitur: *Valencia 6. es que aunque por contrato, privilegio, ò costumbre les pertenezca à los Sennores la jurisdiccion en primera, y segunda instancia, y se les conceda por especiales, y amplissimas palabras, no les puede pertenecer, ni les compete la suprema jurisdiccion, que à los*

Reyes

Reyes les queda contra ellos, y contra sus vassallos por via de demanda, ò simple querella, ò por apelacion, ò recurso; porque esta mayoria, y la potestad del cuchillo, ni los Reyes lo pueden enagenar, ni los Sennores prescribir: porque es la forma substancial de la Magestad, Cetro, y Corona Real: reconocimiento supremo pegade à los huessos de los Reyes por la dignidad Real, y por derecho Divino concedido; porque de otra suerte podriase diminuir el Imperio, y quedar los subditos acefalos, y sin cabeça, y que no se conocieße el Sol, quitados los rayos, que son las jurisdicciones, que dependen del; y assi no es necessario reservarse este Sennorio en las Escrituras de enagenacion de vassallage, aunque con ellas se concedan las preeminencias Reales, que los Juristas llam an Regalias; porque estas no son vistas concederse.

48 Quam etiam distinctionem inter facultatem cognoscendi in prima instantia appellationis, & inter ultimum recursum, seu appellatinnem, & quod illa rectè Baronibus, seu Dominis vassallorum competere, valeat: secus verò ista, quia semper Principi reservata censetur: nec, quocumque modo jurisdictionis concessio fingatur, sive cum appellationibus, vel sine eis, vassalli per viam recursus, seu ultimæ appellationis Regem adire, prohiberi, poterunt, latè, & eleganter docet Fontanell. *decis.* 389. *num.* 11. *cum seqq.* & idem optimè Vel. *dissert.* 44. *num.* 45. qui in concessione, & præscriptione appellationum loquitur, & quoad primas appellationes, non quoad ultimas intelligi, debere, rectè ait: benè Spada omninò videndus *tom.* 1. *cons.* 1. *num.* 28. & 30. Faxard. *d. allegat. Fisc.* 33. *n.* 511. *cum antecedentibus.*

49 Quæ distinctio colligitur quoque ex doctrina D. Covarruv. *supr. jam citat. in regul. possessor.* 2. *part.* §. 2. *numer.* 8. *vers. Ex his verò, juncto capit.* 4. *pract. numer.* 1. & *numer.* 7. *vers. Tertia conclusio:* nam postquam *in dict. numer.* 10. & *numer.* 1. appellationes de regalibus esse, & ad supremam jurisdictionem pertinere, quin ullo modo à Principe, nec per expressam alienationem abdicari, possint, indicit, *vers. Tertia conclusio*, absque ulla controversia ait, primas appellationes benè privilegio per Dominos inferiores quæri, posse, quare dicta *in numer.* 1. & 10. necessarin de ultimis appellationibus sunt intelligenda, ne alias tantum virum sibi ipsi contrariati, dicamus.

50 Er eodem modo clarius se explicat Avendañ. *de exequend.* 1. *part. dict. cap.* 5. *numer.* 2. qui post dictam regulam traditam, ne suprema jurisdictio, vel quod ad Regem non appelletur, præscribi, aut concedi, possit; subdit *in vers. Et licet* hoc non procedere in prima instantia appellationis, quam rectè privilegio, consuetudine, aut præscriptione per Dominos inferiores acquiri, posse ait.

51 Idemque quoad primas appellationes, quod Regia concessione acquirantur, sentiunt Capiblanc. *de Baronib. in dict. pragmat.* 8. *part.* 1. *ex numer.* 147. & 153. quidquid *in n.* 148. præscriptione acquiri, posse, neget, quem supr. confutavi *numer.* 28. Faxard. *dict. allegation.* 33. *num.* 511. ubi breviter cum nostra primarum, vel ultimarum appellationum distinctione resolvit. Quod etiam sentire videtur novissimè, licèt prædictis non telatis, Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg.* 2. *part. cap.* 8. *ex numer.* 22. ubi, quod in aliquibus casibus appellationes ad Regem, privilegio abdicari, valeant: secus verò, ut nullo modo ad eum appelletur; quia imò tali privilegio stante, ne ad Regem à Dominis inferioribus appelletur, adhuc per viam recursus, aut querelæ Princeps adiri, poterit, ut expresè caveri in Regno Lusitano, ait Dominic. Antunez de Portugal. *per Ordinat. lib.* 1. *tit.* 75. §. 28. cum hæc remedia diversa sint, & diversis rationibus competant; quare, uno sublato, aliud, quod jure superioritatis competit, salvum remanet, ut etiam notant Avendañ. *de exequend.* 1. *part. cap.* 6. *numer.* 2. Cabed. *decis.* 40. *numer.* 15. Barbos. *in dict. leg. competit, Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. num.* 97. & 101. Arnisæus *de jur. Majestat. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 7. Dom. Salgad. *de Reg. protection.* 1. *part. capit.* 1. *nu.* 84.

52 Ex quibus etiam infertur, quod, & si non solum prima instantia appellationis, sed & secunda sit concessa, ut pluribus concessam testantur Menoch. *cons.* 2. Surd. *cons.* 323. Marth. *de jurisdict.* 1. *part. cap.* 43. *num.* 10. Fab. de Ann. *cons.* 70. & in Regno Neapol. Pont. *de potest. Proreg. tit.* 10. *de donat. & exp. univ. tit.* 10. *num.* 18. §. 1. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *sup. pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 195. ubi quod multi Barones hoc privilegium habeant, sed pauci sint in possessione ob magnum detrimentum, quod exinde supremo Principis dominio sequitur, cum ex hujus privilegii concessione, quasi ex proprietur Rex omni jurisdictione; quia post tres sententias inferiorum, & maximè conformes appellationi, seu provocationi ad Regem amplius locum haberi, non posse, videtur. Adhuc tamen in hoc casu, concessis primis, & secundis appellationibus, etiam post tres sententias conformes appellatio ad Regem, seu recursus denegari, non debet: imò in Regno Neapol. de observanna, & praxi illius S. Consilii, tres istæ sententiæ Judicum Baronalium pro una duntaxat reputatur, & tertiæ appellationi vassallorum defertur, ut testantur Ann. *cons.* 70. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *sup. pragmat.* 8. *p.* 1. *à n.* 193. Pont. *d. tit.* 10. §. 1. *num.* 18. quidquid hanc prasim reprehendat Fab. de Ann. *cons.* 70. & Fontanell. *dict. decis.* 389. *à n.* 7. sed certè nititur magno fundamento, ut præsumpta videlicet gravamina vassallorum coerceantur; & ut Barones non tam liberam, & absolutam potestatem in justitiæ administratione habeant, quod revocari, posse, non metuant, si quid minus rectè per eos fieri, contigerit, & quia *tit. Cod. ne liceat in una, eademque causa tertio provocare*, & alia concordantia jura meo videri intelligi, debent de sententiis, quarum una saltim in Tribunali superiori fuerit prolata gradatim causa ad id post sententias inferiorum devoluta, secus ut in nostro casu, cum apud eundem Judicem inferiorem, cui prima, & secunda instantia appellationis est concessa, de causa fuerit cognitum.

53 Nec supradictæ nostræ principali verissimæ distinctioni obstant jura nostra Regia supra pro prima negativa opinione relata: imò magis ex eis rectè perpensis manifestè comprobatur; nam quod dicitur *in dict. leg.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. in oppidorum, aut jurisdictionis donatione appellationum cognitionem non venire, intelligi, debet, cum generaliter jurisdictio dumtaxat est concessa absque aliqua appellationum mentione; nam tunc nulli est dubium, appellationum cognitionem in donatarium non transire, ut latius dictum remanet *supr. à numer.* 4. secus verò, si hoc jus circa primas, vel secundas appellationes specialiter sit concessum, ut expresè cavetur *in l.* 5. *tit.* 15. *part.* 2. ibi: *Fueras ende si el Rey ge las otorgasse todas, ò algunas de ellas en el privilegio del donadio.*

54 Nec obstat *dict. leg.* 6. *tit.* 13. *lib.* 3. *Ordinam.* imò per eam dicta distinctio inter jurisdictionem ordinariam primarum, vel secundarum appellationum; & supremam, quoad ultimas appellationes, seu recursum fulcitur, ut clarè in ea explicatur illic: *Y declaramos, que los Fueros, y las Leyes, y las Ordenanzas, que disponen, que la Justicia no se pueda ganar por tiempo, que se entienda de la Justicia, que el Rey ha por mayoria, y Sennorio Real, que es cumplir la justicia do los sennores menores la menguaren.* Et inferius paulo post, quamvis in ipsa lege cujuslibet jurisdictionis præscriptio approbetur, id tamen limitatur in hac suprema jurisdictione, quæ in signum supremi dominii Principi competit, ibi: *Salvo mayoria de la Justicia, que pertenesce à Nos de la cumplir do los sennores la menguaren, como dicho es:* & idem repetitur *in leg.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopil.*

55 Quare tam jure communi, quàm Regio ex dictis concludendum est, jus cognoscendi de primis, vel secundis appellationibus nullo modo inter fructus jurisdictionis simpliciter concessæ connumerari, posse: imò

etiam

Digitized by Google

etiam si cum mero, & mixto imperio, aliisque amplissimis, atque uberrimis clausulis concedatur, non venire: benè tamen hoc jus, quoad primas, vel secundas appellationes privilegio, aut immemoriali consuetudine, sive præscriptione per Dominos inferiores quæri, posse: licèt contra sit tenendum quoad ultimas ad Regem appellationes, recursus, vel querelas, quæ semper supremæ jurisdictioni, ossibusque Coronæ, & Sceptro cohærent, quin ullo modo hoc superioritatis jus ab eo avelli, & in alium transferri valeat.

56 Sed antequam hinc abeamus, non omittam quandam elegantem, ac singularem limitationem, sive intelligentiam ad primum casum supradictæ nostræ distinctionis: Quod enim pro resolutione hujus primi casus ibi diximus, nimirum supremam jurisdictionem, & jus cognoscendi de ultimis appellationibus per Dominos inferiores etiam expressa Principis concessione, aut immemoriali præscriptione acquiri, non posse: inter alias plures limitationes plenè adductas per DD. relatos *supr. à numer.* 17. illam præcipuè quoad præscriptionem patitur, ut videlicet dicta communis regula procedat in casu, quo præscribens adhuc vassallus, aut subditus Principi sit, & hoc profiteatur, nec inficietur; in hoc igitur casu nullo modo, nec aliqua præscriptione acquirere, poterit, ne ab eo ad Principem supremum appelletur, nec potest summam illam, quam verè agnoscit jurisdictionem effugere; exinde etenim magnum absurdum sequeretur, nimirum subditum, & non subditum, sive, ut dicunt DD. Accæphalum remanere, quod fieri nequit, ut diximus *supr. à num.* 44. secus verò, si quis ita se gerat pro libero, ut nullius se subditum esse, profiteatur, nec cujusquam superioritatem, vel subjectionem per tempus immemoriale recognoverit; nam tunc omnimoda libertas præscripta censebitur: ita eleganter dictam regulam intelligunt, & sub hac distinctione resolvunt Oldrad. *consil.* 172. *column.* 1. *& consil.* 154. *column.* 1. & pulchrè explicat Bald. *in Authent. quas actiones, numer.* 14. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* post Innocent. & Archidiacon. ab eo relatis optimè Dom. Covarruv. *in dict. regul. possessor.* 2. *part.* §. 2. *numer.* 8. *vers. Ex his verò*, Aym. Cravet. *de antiquit. tempor.* 4. *part.* §. *Materia ista, ex numer.* 73. Petr. Barbos. *in dict. leg. competit, Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. numer.* 89. Pereyr. *de manu Reg. cap.* 37. *numer.* 17. eleganter Maxim. Faust. *in consil. pro ærar. class.* 9.
57 *ordinat.* 760. *numer.* 4. † Ubi, quod ideò per Reges, Principes, Respublicas, & Civitates pro liberis se gerentes libertatem, & omnimodam exemptionem, ac Regna contra Imperatorem, vel alium Principem tempore immemoriali præscribant: ut servari, vidimus in Republica Venetiarum, Genuæ, & aliis multis Italiæ, Germaniæque Civitatibus, quæ superiorem non recognoscunt, & jura Regni habent tempore immemoriali se tuentes, ut latè, pluribus congestis, tradit Martin. Maget. *de advocat. armat. cap.* 6. *ex num.* 128. *& num.* 138. *vers. Et Quod Civitas*, & sub dicta distinctione optimè explicant Peregrin. *de jur. Fisc. lib.* 1. *tit.* 2. *numer.* 59. *&* 60. *& lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 10. & novissimè Dominic. Antun. de Portugal. *de donation. Reg.* 2. *part. cap.* 9. *ex numer.* 4. Faxard. *alle-*
58 *gat. Fisc.* 33. *numer.* 486. *qui numer.* 487. † Aliam rationem pro Regnorum præscriptione sustinenda tradit; ne alias si non proficeret, bella gravissima in mundum inicerentur, ut doctè quoque considerat D. Solorzano. *de jur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 23. *&* 24. & ita juxta primam partem distinctionis relatæ procedit doctrina doctissimi D. D. D. Alphonsi de Olea *de cession. jur. tit.* 3. *qu.* 6. *nu.* 29. prout expressè doctissimus vir loquitur in subdito, qui adhuc remanens subditus præscribere intendit contra Principem, cujus vassallum, & inferiorem esse non inficiatur, imò id profitetur, quare se implicaret, & contradiceret si ejus superioritatem non recognosceret.

59 Ex quibus plenè resoluta manet supradicta quæstio circa nostras appellationes; quando, & quæ inter fructus jurisdictionis imputari, possint, & consequenter ad Dominos inferiores pertineant, stante dumtaxat simplici, aut generali jurisdictionis concessione, vel speciali; aut immemoriali præscriptione concurrente?

Quibus ita resolutis, restat nunc, ut de alia difficili- 60
ma, pariterque utilissima ad praxim quæstione agamus, an videlicet apud nos hoc jus cognoscendi in secunda instantia appellationis ad omnes nostros Dominos vassallorum ex vi dumtaxat concessæ jurisdictionis pertineat ob nostram legem Regiam vulgo *de Guadalaxara*, conditam per Dominum Regem D. Joannem I. anno Domini 1390. cujus mentio fit in Chronica ejusdem Regis *anno* 12. *cap.* 12. & ipsius litteram referunt Aviles, & Bobadill. infr. referendi, ob cujus Regnicolarum varios intellectus difficilis admodum redditur nostræ quæstionis resolutio.

Quidam enim, nulla adhibita distinctione, ob di- 61
ctam legem *de Guadalaxara* docent, à quibuslibet Judicibus ordinariis locorum ad ipsius loci dominum, seu ad ejus Locumtenentem, vulgo *Alcalde mayor* appellari, debere: postea vero ad Regem, ut tenent Bonifac. *in parerg. verb. Appellatio, quæst.* 5. *glos. omissis mediis*, Montalu. *in suo repert. leg. Regn. verb. Appellari, potest*, *fol.* 9. Gregor. Lopez *in leg.* 18. *tit.* 23. *part.* 3. *Gloss. Para el Rey, in fin.* Avendañ. *de exequend.* 1. *part. cap.* 5. *numer.* 2. *vers. Et licet, & cap.* 6. *in princip. & numer.* 1. Vela *dissertat.* 44. *numer.* 45. qui D. Covarruv. Azeved. & Bobadill. indistinctè ad hoc refert, sed minus rectè, ut proximè videbis.

Alii verò distinguunt inter Judices ordinarios oppi- 62
dorum per ipsos populos electos: & inter electos à Dominis vassallorum, vulgò *Alcaldes mayores, seu Corregidores*, quorum in primis tantum dictam legem Regiam procedere, debere, asserunt, ut ab eis ad dominos oppidorum appellari, valeat: contra verò in secundis, quasi idem Tribunal cum Dominis constituant: quam sententiam tenent, D. Palacios Rub. *de obtent. Regn. Navarr.* 2. *part.* §. 4. *pag.* 2. *in med.* & hanc distinctionem refert Joann. Gutierr. *pract. quæst. lib.* 1. *qu.* 42. *num.* 1. *in fin.* Azeved. *in l.* 1. *tit.* 1. *num.* 41. *lib.* 4. *Recop.* ubi etiam eam extendit ad Judices per populos electos, etiam si à Dominis ipsis confirmentur, à quorum sententiis ad Dominos rectè appellari, ait; quod, & docuit D. Covarruv. *pract. quæst. cap.* 4. *num.* 6. *vers. Secunda conclusio*, ex eo, quod non sit omninò idem Tribunal domini, & horum magistratuum popularium: cum hi liberè à Domino non constituantur, sed tantum ab eo confirmentur: & hoc in praxi servari, ait Bobadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 77. *circa fin.* ubi, & quod à Judicibus primæ instantiæ per dominos absque aliqua oppidorum propositione electis ad ipsos Dominos soleat, appellari, sed eorum sententias, licet justas postea in Regiis Chancellariis ob defectum jurisdictionis revocari, ait.

Dominus autem Larrea *in allegat.* 70. *numer.* 16. in hoc 63
dubio articulo, nulla prædictarum opinionum discussione facta, sed nimis breviter loquens asserit, nullum jus appellationis virtute dictæ legis *de Guadalaxara*, Dominis vassallorum competere, posse, quod quam contra litteram ipsius legis, & omnium Regnicolarum sententiam sit, ex dictis apparet.

Aviles *in cap. Prætor* 38. *gloss. Ante nos*, postquam lit- 64
teram dictæ *leg. de Guadalaxara*, & aliquas Regum schedulas circa ejus interpretationem retulit, verum intellectum, cogitandum reliquit, à Regia Majestate ipsius declarationem desiderans; idemque facit D. Covarruv. *pract. d. c.* 4. *n.* 7.

Azeved. *in dict. leg.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil. num.* 41. om- 65
nem facultatem cognoscendi in secunda instantia appellationis Dominis vassallorum ex vi dictæ *legis de Guadalaxara* denegavit, ex eo, quod in nostro Recopilationis Regiæ volumine inserta non inveniatur; quare in desuetudinem abisse, & ideò servari, non debere, asserit;

quam

quam tamen sententiam rectè resellit Bobadill. dict. lib. 2.
cap. 16. nu. 78. ob communem Regnicolarum opinionem
ei authoritatem non denegantem.

66 In qua quidem circa nostræ legis intellectum Docto-
rum varietate, ejus littera benè considerata, ac perlecta
dictæ distinctioni, D. Palacios Rub. & Azeved. libenter
assentior, ut videlicet, de jure in terris Dominorum à
Judicibus ordinariis locorum per populos electis ad Do-
minos appellari, valeat: secus verò, si ab ipsis dominis
sint electi; cum declaratione tamen, seu ampliatione
ipsius Azeved. & D. Covarruv. supra relata, ut nihil ad
dominos appellandi facultati obstet, quod hi Judices or-
dinarii à Dominis confirmentur, si tamen per ipsos po-
pulos prius eligantur.

67 Quæ quidem ampliatio, & prædicta distinctio serva-
tur, etiam in Regno Neapolitano, ubi similiter distin-
guitur, an jurisdictio ab universitate dependeat, ipsa
suos Officiales absque ulla confirmatione Baronis eli-
gente; vel an ab ipso Barone eligente procedat: in primo
casu ad superiora Regia Tribunalia appellationes perti-
nere, resolvunt Caravit. in Rit. 52. Mootanar. super prag-
mat. 1. de administr. universit. pragmat. 62. tit. de offic. pro-
cur. Cæsar. c. 20. & ita judicatum, testatur Regen. Tapp.
in constit. Reg. Magistros Camerarios, & facit Franch. de-
cis. 521. & ibi Addent. benè Pont. de potest. Proreg. tom. 1.
68 §. 1. n. 11. † Ubi, & si ab universitate Officiales eligantur,
& à Barone confirmentur, ad ipsum Barooem appellare
debere, ait juxta doctrinam D. Covarruv. quem in hoc
etiam sequitur Capiblanc. de Baronib. tom. 1. super prag-
mat. 8. p. 5. n. 192. cum seqq. quia non ab universitate eligen-
te, vel nominante, sed à Barone confirmante jurisdictio-
nem Officiales accipere, censentur, ut notant idem D.
Covarruv. Pont. & Capiblanc. & facit in id Text. elegans
in l. Pater ex Provincia, ff. de manumiss. vindict. ibi: So-
lam enim electionem filio concessit: ceterum ipse manumittit:
quod limita, cum Baro, seu Dominus vassallorum ob
authoritatem dumtaxat, & quandam vassallorum obe-
dientiam confirmant juxta ea, quæ ex eod. Capiblanc. &
aliis suo loco diximus.

69 Sed quidquid hæc de jure, & virtute dictæ legis de
Guadalaxara procedant, de consuetudine tamen, &
praxi contrarium servatur in nostris Regiis Chancellariis,
in quibus istam legem usu receptam non inveniri, certum
est; imò nullam appellationem ad Dominos vassallorum
deferri, permittitur, sive à Judicibus per ipsos dominos,
sive per populos electos interponatur: imò, causis per
viam secundæ appellationis ad Chancellarias delatis, an-
te omnia sententiæ per Judices appellationum Domino-
rum prolatæ ob defectum jurisdictionis, ut nullæ revo-
cantur, ut testantur Bobadill. d. lib. 2. c. 16. n. 77. in fin. Ve-
la d. dissert. 44. n. 45. quare hac consuetudine, & praxi in
superioribus Tribunalibus pro Rege stante, nullum jus
vigore contrariæ consuetudinis per Dominos vassallorum
prætendi, poterit.

70 Unum tamen est, quod quamvis ex dicta lege de Gua-
dalaxara, semota contraria praxi, & consuetudine,
de qua supra, aliove legitimo titulo oppidorum Domi-
nis jus competat primarum appellationum, quæ à Judi-
cibus ordinariis locorum proponuntur: hoc tamen intel-
ligi debet, ut procedat accomulanvè cum Regiis Chan-
cellariis, vel aliis supremis Tribunalibus non verò priva-
tivè; itaque vassalli poterunt, & in ipsorum erit libera
voluntate ad Dominorum Judices appellationum, vel
ad Regia Tribunalia, omisso medio, appellare, ne alias
per potentiam dominorum graventur: ita in terminis de-
ciditur per nostras leges Regias 18. tit. 23. part. 3. leg. 14.
tit. 16. lib. 3. Ordinament. leg. 1. tit. 1. eod. lib. leg. 1. tit. 1.
lib. 4. Recop. & in specie nostræ legis de Guadalaxara,
quod in locis dominorum, omisso medio, ad Regem ap-
pellare, valeant, latè resolvunt D. Covarruv. pract. qu.
cap. 4. numer. 9. & in regul. possessor. 2. part. §. 2. numer. 8.
vers. Ex his vero, Gregor. Lopez in dict. leg. 18. Gloss.
Para el Rey, Gutierr. pract. lib. 1. quæst. 42. Curia Philipp.
part. 5. §. 1. num. 14. Azeved. in dict. l. 1. tit. 1. lib. 4. Recop.
num. 41. Villadieg. in polit. cap. 4. n. 25. Dueñas de jurisdict.
& imper. lib. 2. cap. 1. à num. 35. Pichard. in manuduction.
ad prax. part. 4. precept. 8. nu. 8. Bobadill. in polit. lib. 2. d.
cap. 16. nu. 8.

Quia quamvis regulariter appellatio de minori ad ma- 71
jorem Judicem interponi, debeat, nec, omisso medio,
admittatur, sed potius ad quem de jure interponenda
erat, remitti, debet, ex vulgaribus juribus in l. 1. §. Si quis,
l. Imperatores, ff. de appellation. docent Gloss. in cap. dile-
cti 66. & ibidem Abbas nu. 6. & Dec. n. 10. vers. In gloss. de
appellation. Felin. in c. super quæstionum 27. §. Porro, vers.
Appellari, nu. 14. de offic. & potest. Judic. delegat. Specu-
lator, tit. de appellation. §. Nunc tractemus, in princ. lib. 2.
Misinger. sing. observat. centur. 1. observat. 67. & centur. 2.
obser. 4. n. 2. Marant. in suo specul. p. 6. act. 2. princ. in verb.
Et quandoque appellatur, q. 5. n. 368. Joann. Ferrat. tract.
de appellat. lib. 2. cap. 5. nu. 138. tom. 5. Scaccia de appellat.
qu. 7. à n. 1. & novioribus congestis, Aug. Barbos. in collect.
ad cap. dilecti el 3. num. 2. de appellat. & ibid. D. D. Eman.
Gonzal. Tellez n. 4.

Hoc tamen limitant, & intelligunt nostri Regnicolæ, 72
ut procedat, jure civili attento, secus verò de jure Re-
gio ex legibus Regiis superius citatis, quibus domino-
rum inferiorum in secundis causis dict. leg. de Guadalaxa-
ra jurisdictionem cumulativam cum Regiis Audientiis,
non ipsis dominis privativam declaravimus: & ita resol-
vunt D. Covarruv. Gregor. Lopez, & Villadiegn, ubi
proximè, & cum aliis Azeved. in leg. 1. tit. 18. lib. 4. Reco-
pil. num. 20. & 21. Pichard. ubi sup. numer. 8. Barbos. supr.
num. 3.

Vel etiam limita, & intellige, cum ad ipsum Regem, 73
ejusve superiora Tribunalia appellatur juxta proximè de
jure Canonico dicenda, ex quo ad summum Ponti-
cem, omisso medio, appellari, potest, cap. ad Ro-
manam 2. quæst. 6. cap. si duobus 7. cap. solicit. 54. de appel-
lation. cap. antiqua, de privileg. & latè ad plures limita-
tiones docent communiter Canonistæ in cap. dilecti 66. de
appellat. ubi, & in dict. cap. ad Romanam, & juribus ci-
tatis latè prosequuntur novioribus congestis, August.
Barbos. Prosper. Fagn. & Dom. Don Emanuel Gonzalez
plenè Scacc. de appellat. quæst. 7. numer. 46. cum seqq. Do-
nat. Ant. Marin. lib. 1. resolut. cap. 17. Jo: Bapt. Ventrig. de
jurisdict. Archiep. cap. 134. per tot. † Ubi, quod à suf- 74
fraganeo ad Papam, omisso Metropolitano, appella-
ri, valeat, & numer. 1. quod si, interposita ista ap-
pellatione ad Papam, Metropolitanus, tanquam causa
ad eum per viam appellationis devoluta, processerit, talia
cognitio, & processus erit nullus, & attentatus, ut ex Lan-
cellot. de attentat. docent Scacc. de appellat. dict. q. 7. n. 55.
& cum aliis D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 9.
nu. 17. quia ex tali appellatione ad Papam sunt ligatæ ma-
nus Metropolitani, & inferiorum, ut asserit, idem Lan-
cellot. de attent. c. 1. n. 15. D. Solorzan. in loc. citat. Scacc.
ubi proximè, nu. 59. & nu. 60.

Idem in sententia Vicarii Episcopi, vel ab eo delegati, 75
quod, omisso medio, ad Papam appellari, valeat,
Speculat. tit. de appellation. §. Nunc tractemus, vers. Ut
autem in hoc, num. 3. & vers. Si vero à delegato, num. 5.
lib. 2. Scaccia in loc. citat. † Ut & à quolibet subdelegato 76
inferiorum, Franch. in dict. cap. dilecti 66. num. 29. vers.
Sexto intellige, de appellationibus, Abb. in cap. cum
Bertholdus 18. versus fin. vers. ultim. sub num. 40. de sen-
tent. & re judicat. † Nisi per Papæ Delegatum, subdele-
gatus sit; nam tunc ad ipsum Delegantem, non ad Pa-
pam appellari, debet; quia cum is personam Papæ ge-
rat, Judicium Papæ in eo præparatum habet appellans;
quare appellando ad Papam, id quærere non est necesse,
ut optimè notant Joann. Andr. in cap. super quæstionum,
§. Porro, nu. 48. de offic. & potest. Judic. delegat. & ibidem
Anton. de Butr. Abb. & cæteri Canonistæ, & idem
Abbas

78 Abbas in dict. c. cum Bertholdus, nu. 40. † Qui omnes
id communiter intelligunt, cum Delegatus Papæ non in-
tegram causam subdelegavit, sed aliquid sibi reservavit;
quia integra causa subdelegata, tunc ad Papam Dele-
gantem appellandum est, ex dict. cap. super quæstionum,
§. Porro, & ibi Barbos. Prosper. Fagn. & communiter Ca-
nonistæ, benè Marant. in suo specul. part. 6. act. 2. princ.
79 in verb. Et quandoque appellatur, sub nu. 386. † Qui in
quolibet totam causam subdelegante loquitur, & quòd
tunc non ad Delegantem, sed ad Ordinarium superiorem
appellari debeat: quod latè prosequitur Scacc. de appel-
lation. dict. q. 7. à num. 63. & quæst. 8. num. 34.
80 Qui plenè tractat ex num. 14. de his appellationibus à
sententiis Delegatorum, vel subdelegatorum in causis
specialibus, vel ad universitatem causarum per Episco-
pum, vel alios, ad quos interponi debeant? & cum aliis
Ioann. Bapt. Ventrig. de jurisdict. Archiep. cap. 134. ubi,
81 & in Vicariis foraneis, & num. 4. quòd si suffraganeus
procedat jurisdictione delegata, tunc non ad Metropo-
litanum, sed ad Delegantem appellandum sit: & quòd
magis est, etiam si suffraganeus procedere utraque autho-
ritate, ordinaria scilicet, & delegata simul; nam adhuc
ad Delegantem appellari debet; quia jurisdictio delega-
ta est major, cui ordinaria, ut minor cedit, ut ad rem
Henriq. Vovèr. sing. 1. rubr. de appellat. fol. 203. colum. 4.
82 vel magis specialis, qua potius procedere censetur; †
Quod tamen limitat, & intelligit idem Ventrigl. num. 11.
ex Felin. Scacc. & aliis, nisi Episcopi suffraganei jurisdi-
ctio ordinaria fuerit tantùm per commissionem excitata
in causa, in qua uti ordinarius procedere poterat? quia
tunc adhuc sua jurisdictione ordinaria, excitata tamen,
non delegata uti censetur, & consequenter ad Metropo-
litanum est appellandum, cap. licet, ubi DD. de offic. or-
83 dinar. in 6. † Idemque dicimus, quando Episcopus uti
Sedis Appostolicæ Delegatus virtute Concilii Tridenti-
ni procedit in causis, in quibus aliàs jurisdictionem ordi-
nariam habet: secùs verò in causis, in quibus Episcopus
jure ordinario non poterat procedere, quia tunc per ta-
les commissiones jurisdictio delegata censetur, & ad
delegantem est appellandum, juxta relata per Ventrig.
ubi supr.
84 Et eodem modo prædicta juris civilis regula, ut appel-
latio gradatim ad proximiorem superiorem interponi de-
beat, pro comprobatione superioris nostræ jure Regio li-
mitationis, juxta quam diximus, appellationes rectè per
vassallos omisso medio dominorum, ad Regia Tribuna-
lia Principis vicem gerentia interponi posse, præfata,
in quam regula similiter, limitatur in legato, aut Nun-
cio Papæ, ad quem uti ad Papam, omissis mediis, ap-
pellari potest; quia ipsius vices gerit, & cum quolibet
Ordinario concurrit, ut resolvunt Abb. in dict. capit. di-
lecti 66. vers. Extra glossam, numer. 12. de appellation.
Speculat. tit. de appellation. §. Nunc tractemus, vers. Et
nunquid, num. 15. lib. 2. Gundissal. Villadieg. tract. de
legat. quæst. 8. num. 32. Gamm. de authorit. legat. de later.
lib. 8. quæst. 22. num. 105. qui extant in tract. divers. Do-
ctor. tom. 13. part. 2. D. Covarruv. dict. quæst. 4. pract.
num. 9. Villadieg. in polit. cap. 4. num. 25. Curia Philipp.
5. part. §. 1. num. 3. Paz in prax. tom. 2. 5. part. cap. unic.
num. 4. Scacc. de appellat. dict. q. 7. num. 103. Fragoss. de
regimin. Reipubl. lib. 8. disput. 24. num. 28. ubi in legato
à latere, & in quolibet alio, num. 40. Marant. in suo spe-
cul. part. 6. act. 2. princ. in verb. Et quandoque appellatur,
85 n. 371. † Ubi idem in Patriarcha Constantinopolitano,
& Alexandrino, ad quos etiam, omisso medio, appella-
ri potest, Speculat. dict. num. 15. in quolibet Patriarcha
Gamm. d. quæst. 22. n. 106. Felin. in cap. super quæstionum
27. §. Porro, num. 14. de offic. & potest. Iudic. delegat. &
cum aliis Fragoss. supr. n. 40. Scacc. ubi supr. nu. 104. sed
quòd id tantùm intelligatur in quatuor Patriarchis majo-
ribus Constantinopolitano scilicet, Alexandrino, An-
tiocheno, & Hierosolymitano, qui propriè Patriarchæ
dicuntur: non verò in aliis inferioribus, docent Card.
Lagunez de Fructib.

Jacobat. tract. de Concil. lib. 1. art. 1. n. 259. Scacc. de appel-
lat. q. 8. n. 99. vers. Quod si vellimus, quia hi impropriè Pa-
triarchæ dicuntur, & minoris sunt dignitatis, ac potiùs
Primates appellantur, ut in nostra Hispania est Archie-
piscopus Toletanus, in Alemania Magdeburgensis, in
Italia Pisanus, & alii, ut latè docent plura de his Patriar-
chis, tam majoribus, quàm minoribus, & de eorum dif-
ferentiis Panvin. de offic. & potest. Capit. sed. vacant. præ-
lud. 6. n. 13. in verb. Sunt etiam Primates, Card. Iacob. dict.
art. 1. n. 256. Gindelin. de iur. noviss. lib. 6. c. 4. n. 5. Gonzal.
in regul. 8. Cancell. gloss. 41. n. 14. Cassan. in Catalog. glor.
mund. part. 4. consider. 9. in princ., & pluribus aliis conge-
stis, August. Barbos. in appellat. utriusque iur. verb. Pa-
triarch. nu. 189. ubi quòd quoties in jure de Patriarchis
mentio fit, de illis tantùm quatuor majoribus, non de
aliis inferioribus intelligendum est, ad quod, & ad alia
plura, infinitis congestis, plenè Don. Michael Frances
de Urrutygoit. de Eccles. Cathedral. c. 1. nn. 57. & 76.
Et idem in appellatione à sententia arbitrorum, stante 86
recusatione Iudicis suspecti, quæ etiam ad Papam, omisso
medio, interponi potest, Abbas in dict. c. dilecti, vers.
7. n. 14. Speculat. in dict. §. Nunc tractemus, vers. Sed ad
quem, num. 5. in fin. lib. 2. Marant. ubi supr. n. 378.
Unum tamen nota, quòd supra dicta, ut appellatio, 87
omisso medio, ad superiorem jure Canonico interponi,
valeat, intelligenda sunt, non de quolibet superiore,
sed de illis tantum superius nominatis, Papa videlicet,
ejusve Legato, aut Nuncio, & quatuor Patriarchis ma-
joribus, qui superiorem jurisdictionem exercent, & ma-
gis conjunctam, ac immediatam authoritatem cum Pa-
pa habent, non verò de aliis inferioribus, ut sunt Archie-
piscopi, seu Metropolitani, ad quos ab inferiore Episco-
pi, veluti ab Archidiacono, seu à delegato ipsius Episco-
pi, omisso medio Episcopi, appellari nequit, sed ad Epis-
copum est appellandum, ut resolvunt per text. in c. Roma-
na, §. Ab Archidiacono, de appellation. in 6. August. Bar-
bos. & communiter Canonistæ ibidem, Gloss. in c. 2. in
verb. Official. de consuetud. in 6. Franch. in c. dilecti, n. 33.
de appellat. & in c. Romana, n. 5. eod. in 6. Paz in prax. 2. to.
5. part. c. unic. n. 4. Scacc. de appellat. q. 8. n. 99. vers. Limita
nunc, Ioann. Bapt. Ventrig. de jurisdict. Archiepiscop.
dict. cap. 134. num. 5. & numer. 9. † Idemque si à Vica- 88
rio non generali, sed foraneo appelletur, tenet Rota de-
cis. 9. num. 8. de offic. Vicar. Mohed. decis. 5. aliàs 113. n.
1. & seqq. de appellation. † Et idem si causa Vicario ge- 89
nerali per Episcopum delegetur; quia adhuc ad Episco-
pum, non ad Metropolitanum est appellandum; † Nisi 90
Episcopus, quia ipse erat suspectus, delegaverit: vel si
in fraudem fecerit, ut appellatio ad se reverteretur; quia
in his casibus ad Metropolitanum appellatur, ut benè
probat Scacc. de appellation. dict. quæst. 8. num. 19. & 28.
cum seqq. & cum aliis Ioann. Bapt. Ventrig. à num. 7.
Ad alia autem plura de materia appellationis, omisso 91
medio, maximè in rebus Ecclesiasticis plenè tractant
Dom. Covarruv. practic. capit. 4. ex num. 9. Gregor. Lo-
pez in l. 18. tit. 23. part. 3. Aviles in cap. 38. Prætor, gloss.
verb. Ante nos, Misinger. centur. 1. observat. 67. num. 2.
Gail. lib. 1. observat. 119. sub n. 2. Bortell. in summ. decis.
tom. 2. tit. de appellation. 33. à num. 22. usque ad 57. Paz in
prax. Ecclesiast. tom. 1. part. 6. in proœm. per tot. Marant. in
specul. part. 6. verb. appellatio, tot. Matth. Berlich. pract.
concl. p. 1. concl. 50. à n. 66. ad 92. Fragoss. de regim. Reipubl.
lib. 8. disput. 24. §. 3. tot. Sigismund. Scacc. de appellat. q. 8.
& q. 7. tot. & n. 58. † De harum causarum permissione, 92
seu delegatione per Papæ commissionem alii Iudici in
partibus, ut de justitia, seu injustitia appellationis cogno-
scat, & quid instante appellato, vel appellante, n. 82. &
83. † Et alia de materia D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 93
2. lib. 3. capit. 9. ferè per tot. ubi omnia supra dicta in
Regnis Indiarum limitat, in quibus appellatio ad Se-
dem Appostolicam non interponitur, sed à suffraga-
neo ad Metropolitanum appellatur: vel si prima sen-
tentia à Metropolitano fuit lata, ad viciniorem suf-

fraganeum ejusdem Metropolitani appellatio interponi debet; ita ut duæ sententiæ conformes vim rei judicatæ obtineant: si verò conformes non fuerint, tunc secunda appellatio interponitur ad alterum Metropolitanum, vel ad Episcopum viciniorem ei, qui primam sententiam tulit; quod ob longam locorum distantiam, & difficilem ad Sedem Apostòlicam aditum, inductum fuit ex constitutione Gregorii XIII. quam regiam schedulam anni 1606. servari jussit, ut refert D. Solorzan. *dict. c. 9.* ubi per totum de hujus constitutionis Gregorianæ observantia.

94 Ex quibus roborata manet nostrarum legum, quas supetius retulimus, decisio, & hujus Regni praxis, ut à sententiis Judicum oppidorum dominorum inferiorum ad Regem, seu ad Regia Tribunalia appellari valeat, omisso medio dominorum, quibus facultas cognoscendi in secunda instantia appellationum legitimè aliàs competit.

95 Quæ omnia supra dicta procedunt quoque in Dominis inferioribus, Episcopis, Abbatibus, seu aliis Ecclesiasticis personis, quibus jurisdictio temporalis in feudum, aut dominium, vel aliter sit concessa, quo casu appellatio ab eorum sententiis ad dominum directum, seu Regem, omisso Metropolitano, interponenda est: imò & præcisè omitti debet quilibet alius superior Ecclesiasticus, & sæcularis adeundus, ut *in Authent. ut Clerici apud proprios Episcopos, §. Si verò, vers. Aut propter causa naturam, collat. 6. & in Authent. de Sanctiss. Episcop. c. 21. §. Si quis contra aliquem, in fin. collat. 9.* ibi: *Si tamen ex Imperiali jussione, aut Iudiciali praecepto Episcopus judicat inter quascumque personas, appellatio ad Imperium, aut ad eum, qui transmisit negotium, referatur, cap. unic. §. Privilegia, vers. In Civitate, sub tit. de Pace Constant. post feudorum usus, cap. solita, de majorit. & obedient. cap. verum, de for. competent.* Abbas *in rubric. de appellation. n. 13. v. Sed quatenus*, & ibidem Franch. *n. 37. v. Tertiò quæritur*, Decius *à nu. 47.* & ibidem passim Canonistæ, Felin. *in dict. cap. super quæstionum, §. Porro, n. 14. de offic. & potest. jud. delegat.* & Speculatoris contrariam in hoc sententiam reprobans Joann. Andr. ad eund. Speculat. *lib. 1. tit. de jurisdict. §. 1. n. 16. in fin. verb. Pastoralis, post medium, à v. Ex prædictis*, Barthol. *in l. 1. §. Si quis in appellatione, nu.*
96 *54. vers. Veritas est ita.* † Quia in hoc casu Episcopus temporalem jurisdictionem exercens, non uti persona Ecclesiastica, sed uti laicus judicat, ut benè ad rem notant Mar. Cutell. *ad ll. Martin. in tractat. ibi adjuncto pro concordia inter Inquisit. & offic. ordinar. fol. mihi 402. v. Si enunciatio*, Bobadill. *in polit. l. 2. c. 17. n. 197.* novissimè Ioann. Bapt. Ventrig. *de jurisdict. Archiep. c. 134. nu. 3.* in quibus quòd appellationes ad Principem sæcularem, qui concessit, tamquam ejusdem superiorem devolvi, debeant, & ultra citat. docet noviter Faxard. *allegat. 33. n.*
97 *512.* † quia semper suprema illa potestas cognoscendi de appellationibus, & quærelis subditorum, non obstante generali jurisdictionis concessione, penes Principem remanet, ut in specie latè tradunt Marin. Frecc. *de subfeud. lib. 3. different. 53. n. 2. & 3.* Octav. Kakeran. *dec. 3. ex num. 6. & cons. 3. per tot.* Mart. *de jurisdict. cas. 198. ex n. 2.* Mastrill. *de Magistr. lib. 3. cap. 8. num. 17. 27. & 28. & lib. 4. cap. 16. per tot.*

98 Et hanc resolutionem de jure Germaniæ, Neapolis, Aragonum, Cathaloniæ, Lusitaniæ aliorumque Regnorum plenè exornant, & pluribus decisionibus comprobant Cancer. *part. 1. variar. c. 12. ex nu. 86. & part. 3. c. 13. num. 345. & 346.* Oliva *de jur. Fiscal. capit. 10. num. 2. & ex n. 12.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss. 10. part. 1. nu. 9. & decis. 341.* Svelves *cons. 14. nu. 70. lib. 3.* Leo. *dec. 2. ex n. 26. lib. 1.* Ramirez *de leg. Reg. §. 36. num. 5.* Gail. *lib. 1. observat. 30. num. 1. & 6.* Mysinger. *centur. 5. obser. 5.* Cabed. *decis. Lusitan. 11. nu. 2. & 8.* Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. ex num. 130.* & novissimè Fermosin. *in cap. cæterum, quæst. 14. ex nu. 2. de Iudic. & in cap. conquestus, quæst. 4. nu. 3. de For. competent.* Scobar *de Pontific. & Reg. jurisdict. c. 21. §. 9. ex n. 185.* Don Laurent. Matthæu *de regim. Regn. Valent. tom. 1. c. 2. §. 5. n. 50.* & latius *tom. 2. cap. 8. section. 3. ex nu. 280.* Merlin. *tom. 1. controver. c. 13. ex n. 40.* Bessold. *de pace, c. 5. nu. 5.* Bagnascus *post tom. 2. cons. Ossasch. in allegat. pro Duc. Saband. n. 51.* Natthen. *de justit. vulnerat. part. 2. tit. 1. c. 2. nu. 8.* Capiblanc. *de Baron. tom. 1. supr. pragm. 1. n. 41. & sup. pragm. 5. nu. 180.* Mar. Cutell. *in Cod. ad ll. sicul. ad ll. Federic. c. 22. not. 24. vers. Demum quoad Ecclesias, fol. 146. & ad ll. Martin. in tract. ibi adjuncto pro concord. inter Inquisit. & Offic. ordinar. cap. 4. & ult. n. 40.* ubi benè rem tractat, *& de prisca & recent. Eccles. libertat. lib. 2. c. 67. ex nu. 13.* Cyriac. *tom. 4. controvers. 552. ex num. 4.*
† Qui in jurisdictione tam in feudum, quàm liberè Eccle- 99
siasticis personis concessa loquitur, Andr. Knich. *in encycloped. Imper. c. 6. maximè ex n. 31. & de Saxon. non provocand. jure c. 5. & cap. 2. à nu. 6. ad 11.* Ioann. Anton. ab Eccles. *observat. tom. 2. obser. 5. ex num. 7.* Gaspar Klochius *de contribution. c. 3. ex nu. 8.* & melius post *tractat. cons. 2. tot. & consil. 3. fol. 51. column. 2. ad fin. vers. 1. & cons. 14. ex num. 31. & cons. 50. à num. 95.*

Et apud nos idem jure nostro Regio expresè cavetur 100
in l. 5. tit. 15. part. 2. vers. Las alcadas de los pleytos, l. 9. tit. 4. part. 5. illic; *Salvo ende, que las alcadas de aquel lugar deben ser para el Rey, que fizo la donacion, l. 8. tit. 3. lib. 1. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.* D. Covarruv. *lib. 4. var. c. 16. nu. 2.* in quibus semper suprema ista jurisdictio, & cognitio de appellationibus, & quærelis subditorum Principi donanti, vel aliter concedenti jurisdictionem etiam personis Ecclesiasticis; excepta, ac reservata censetur, quin ad Metropolitanos, vel alios Ecclesiasticos superiores appellationes devolvi debeant; & ex nostris, quòd hæc jurisdictio Episcopis, & aliis personis Ecclesiasticis concessa, semper temporalis remaneat, ipsi Regi suprema jurisdictione, & facultate cognoscendi in causa appellationum reservata, & quòd ideò ad Regem, & ejus Tribunalia appellari debeat, si jurisdictio per Regem sit concessa, optimè docet D. Covarruv. *pract. c. 4. nu. 2.* quem sequuntur, & eleganter ita resolvunt Didac. Perez *in l. 5. tit. 4. lib. 1. Ordinam. column. 156. ad fin. & in l. 2. tit. 1. lib. 3. Ordinam. column. 467. vers. Ex quo*, Paz *in prax. tom. 1. part. 5. c. unic. n. 4.* Aviles *in c. 1. Prætor. gloss. Nuestros, n. 3. vers. Et quid*, Azeved. *in l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopil. n. 12.* Bobadill. *in polit. l. 2. c. 17. n. 195. & 197.* Cevall. *qu. 345.* Narbon. *in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recop. gloss. 22. n. 68. & 74.* Hermoss. *in dict. l. 9. tit. 4. part. 5. gloss. 12. & 13. n. 64.* Vela *differt. 44. ex num. 42.* ubi Molin. Suarez, & alios refert D. Solorzan. *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 25. n. 32.* Cortiada *tom. 1. dec. 9. ex nu. 3.* Faxard. *alleg. Fiscal. 33. ex n. 500.*

Quod tamen intellige juxta eumdem Faxard. *in eadem* 101
alleg. 3. n. 532. quando inferioribus Prælatis Ecclesiasticis jurisdictio per Principem sæcularem conceditur: secus si Pontifici, quia tunc cum omni superioritate, & appellationibus translata censetur, & idem docent Ossasch. *cons. 3. n. 15.* Surd. *cons. 275. n. 12. volumin. 2.* Thesaur. *in dict. allegat. pro Duce Saband. post observat. 5.* Ioann. Anton. ab Eccles. *tom. 2. in part. 7. n. 71.* Parej. *de instrument. edit. tom. 1. tit. 5. resolut. 9. n. 92.* qui, & præcipuè Thesaur. & Faxard. in hoc casu intelligunt difficilem text. *in c. Romana, §. Debet, de appellat. in 6.* in quo expressè probari videtur, has appellationes ad Ecclesiasticos superiores deferri debere à sententiis Episcoporum temporalem jurisdictionem exercentium.

Et eandem intelligentiam, & distinctionem inter ju- 102
risdictionis temporalis concessionem Prælatis inferioribus, vel Ecclesiæ Romanæ, seu Papæ factam, sequuntur Barbos. *in l. competit. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. nu. 108.* Cabed. *decis. 40. num. 15. part. 2.* & novissimè Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg. 2. part. c. 8. n. 40.* & juxta *dict. nostram l. 8. tit. 3. lib. 3.* quæ expresè loquitur in concessione Episcopis, sive aliis Prælatis inferioribus facta, & *ex capit. si duobus 7. §. ultim. de appellation.* optimè Vela *dict. dissertat. 44. num. 42. & 43.* qui ita quoque intelligit *dict. capit. Romana, §. Debet*, quod

in

in donatione Italiæ Ecclesiæ Romanæ per Constantinum facta, & per alios Imperatores confirmata accidisse, ait idem Vela *dict. num.* 24. ubi plures de hac donatione tractantes refert.

103 Vel aliter non minùs eleganter intelligi potest *dict. cap. Romana*, §. *Debet*, ut procedat in casu, quo Prælati Ecclesiastici, licet inferiores, jurisdictionem temporalem habuerint ab absoluto Domino successorem non habente, cui ex concessione præjudicare possit, sed potiùs, qui eam liberè possidebat (qualis Imperator, Rex, vel alius Princeps reputari, nequeunt) vel cum jurisdictionem Episcopus, aut Ecclesia in bello quæsierint; in his enim casibus omnis jurisdictio, etiam quoad superioritatem appellationum quæsita censetur, ut ex Aufer. *in tractat. de potest. judic. Ecclesiastic. sup. laic. n.* 14. *vers.* 19. Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effect.* 1. *n.* 512. Mat. Cutel. *in Cod. ll. Sicul. ad ll. Martin. in dict. tract.* ibi: *Inserto pro concord. inter Inquisit. & Official. ordinar. c.* 4. *n.* 44. *fol.* 395. Faxard. *dict. allegat. Fiscal.* 33. *n.* 526. *& à nu.* 524. *usque ad* 544. plenissimè alios plures intellectus cumulat ad *dict. c. Romana*, §. *Debet*, de cujus etiam intellectu vide Covarruv. Narbon. & plures ex supr. citat. & novissimè cum Canonistis Prosper. Fagnan. & doctissimus D. D. Emanuel Gonzalez Tellez *in collect. ad ipsum text.* Dominicus Antunez de Portug. *de donat. Reg.* 2. *part. cap.* 8. *ex n.* 28. *&* 37. ubi plura adducit, & de nostra consuetudine, quod à Prælatis Ecclesiasticis temporalem jurisdictionem exercentibus ad Regem appelletur, qui eam concessit, testatur; quæ omninò juxta ipsum, *cap. Romana*, intelligi debent.

104 Ut igitur nostram principalem quæstionem prosequamur, & materia secundarum appellationum Baronum, seu Dominorum inferiorum plenè absolvatur, & quomodo ista facultate cognoscendi in secunda, vel tertia instantia ipsis concessa, tamquam fructu jurisdictionis uti debeant, & an privativè, vel accumulativè id facere teneantur? non abs re erit de aliquibus juribus externis, circa hoc; & de consuetudinibus aliquarum Provinciarum aliquid annectere.

105 In primis ergo in Regno Neapolitano valdè etiam dubitatur, an ista facultate cognoscendi in secunda, vel tertia instantia appellationis Baronibus privilegio, seu aliter competente, liceat nihilominus vassallis, hoc non obstante, omissa instantia appellationis dominorum, & sic, omisso medio, ad Regem appellare ita, ut talis instantiæ appellationum concessio non privativè, sed accumulativè cum Rege concedente intelligatur, ut apud nos servari, superius dictum remanet.

106 In qua quæstione aliqui existimarunt, vassallos, omissa secunda, vel tertia instantia dominorum, ad Regem, vel ad Magnam Vicariam appellare, posse per speciales constitutiones Regni Neapolitani, *in c. cum nova, de instrument. confec. & in constit. officiorum periculosa, de offic. secret.* ex quibus communiter resolvunt Neapolitani, juris communis dispositionem *in dict. l.* 1. §. *Si quis, l. Imperatores, de appellation.* ut appellatio gradatim, non omisso medio, fiat, correctam inveniri, & ita in praxi servari docent ex Neapolitanis Gloss. *in dict. Constit. cum nova, column.* 2. *in princ. verb. Sed ad celsitudinem*, Andr. de Isern. *in dict. constit. officiorum, lin.* 62. *lib.* 1. *fol.* 83. Marant. *in suo specul. part.* 6. *act.* 2. *princ. in verb. Et quandoque appellatur, limit.* 8. *n.* 377. *&* 398. Scacc. *de appellation. quæst.* 7. *à nu.* 99. Muscatel. *in prax. tom.* 1. *part.* 5. *gloss. tenebitur, à nu.* 2. ubi ad id refert duos ritus dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ, per quos statuitur, Magnam Curiam Vicariæ posse immediatè cognoscere de appellationibus, & nullitatibus sententiarum omnium judicum inferiorum, etiam si hi Iudices inferiores Officiales sint Prælatorum Ecclesiasticorum temporalem jurisdictionem in feudum possidentium: Ex quibus ritibus ibidem notat Caravita, appellationes, & nullitates inferiorum judicum totius Regni ad ipsam Magnam Curiam immediatè, &, omissis mediis, devolvi posse.

107 Et in terminis nostræ quæstionis, quòd in illo Regno possint vassalli in oppidis Baronum, Regem seu Magnam Curiam Vicariæ per viam appellationis adire, omissa secunda instantia Baronum, docent ex dictis *Constitut. cum nova, & Constit. officiorum*, Marant. *ubi supr. dict. nu.* 377. Scacc. *dict. q.* 7. *n.* 101. qui ad id referunt Iserniam, Afflict. & Caravit. quos etiam sequitur noster magnus Præsens D. Covarruv. *pract. qu. c.* 4. *n.* 9. *in fin.* quamvis idem Scacc. *eod. tract. de appellation. q.* 8. *num.* 11. *vers. Primò oppono, & vers. Ad primam*, circa observationem dictarum constitutionum ad practicos illius Regni se remittat.

108 Sed quidquid tanti Doctores dicant, contraria opinio verior, & communior mihi videtur, imò, quòd in illo Regno Neapolit. in terris Baronum, quibus jus cognoscendi in secunda, vel tertia instantia competit, non possint vassalli Regem, vel Magnam Curiam Vicariæ per viam appellationis adire, Baronum judicibus secundæ, vel tertiæ instantiæ omissis, ita ut tales appellationes interpositæ in Magn. Cur. admitti non debeant, sed potius ad Baronum Iudices, ad quos immediatè pertinent, remittantur, & hæc est verissima doctrina Matth. de Afflict. *in dict. Constitut. cum nova, n.* 6. *&* 7. *fol.* 252. ubi ex Anton. de Butr. Imol. & aliis, ita intelligit dictam Constitutionem *Cum nova*, ut non procedat in præjudicium ejus, cui ex consuetudine, vel privilegio jus secundarum causarum competit, sed quòd ad eum tales appellationes, non gradatim, sed per saltum interpositæ remittantur, maximè parte se opponente: & ita etiam intelligit dictum ritum Magn. *Cur.* 52. in prima, & secunda limitatione.

109 Quorum doctrinam sequitur, & ferè in hunc modum explicat Muscatel. *in prax. tom.* 2. *part.* 1. *glos. Tenebitur, n.* 3. *cum sequentib.* optimè, licet nullo ex his relato, Carol. de Tap. *sup. Constit. Neap. l.* 2. *de offic. Sacr. Consil. pragm.* 3. *n.* 9. *&* 10. qui, licèt in illo Regno, in causis ultra viginti-quinque uncias ad Sacr. Consil. omisso medio, appellari posse, asserat *ex dict. Constitut. officiorum*, hoc tamen intelligit absque præjudicio Baronum, qui cognitionem secundarum causarum habent: & quòd quotidiè in Sacr. Collateral. Consilio Regiæ provisiones expediantur, ne superiora tribunalia tales appellationes admittant, sed Baronibus petentibus, ipsorum secundarum causarum Iudicibus, ad quos immediatè pertinent, remittantur, idem docet Mat. Mut. *in c. Regn. Sicil. Reg. Martin. c.* 47. *n.* 65. *&* 66. & ita resolvunt ferè omnes recentiores Neapolitani licèt nullo ex dictis relato, Velmont. *tom.* 1. *jur. Reg. l.* 2. *tit. de offi. magistr. justit. n.* 33. benè Camill. Borrell. *de Magistrat. edict. lib.* 4. *cap.* 8. *à n.* 21. *&* 41. Novar. *de gravamin. vassallor. tractat.* 1. *gravamin.* 226. *num.* 2. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *pragmatic.* 3. *à num.* 158. Horat. Barbat. *de division. fruct.* 1. *part. c.* 12. *nu.* 171. Francisc. Mar. Prat. 1. *tom. practicar. observation. c.* 3. *num.* 3. *& tot.*

110 Qui frequenter per Collaterale Consilium provisiones expediri ait, quibus prohibentur vassalli, adire Regia Tribunalia per saltum, omisso medio Iudices secundarum, vel tertiarum causarum; ne alias in potestate sit vassallorum adeundo Regia Tribunalia, se eximere à jurisdictione Baronum, eamque eludere, quod facere nequeunt, Iacob. Rebuff. *in l. cives, n.* 3. *vers. Si autem non apparent justa causa, Cod. de incol. lib.* 10. Franch. *decis.* 417. *nu.* 2. *& decis.* 541. *num.* 3. Reg. Sanfel. *decis.* 29. *nu.* 4. *v. Nec auditus*, Franc. Mar. Prat. *tom.* 3. *discept. capit.* 5. *numer.* 28.

151 Quare ex his resolvitur alia quæstio per DD. maximè Neapolitanos valde controversa, an videlicet, liceat Baronibus, quibus secundarum causarum cognitio privilegio, vel præscriptione competit, banna pœnalia emittere, ne quisquam vassallorum audeat Regia Tribunalia per saltum adire, omissis Iudicibus Baronalibus primarum, seu secundarum causarum?

112 In qua quæstione, licèt Vincent. de Ann. *singular.* 62. dicat, pro quibusdam vassallis Griptaliarum fecisse judicare contra officiales Serenissim. Reginæ Poloniæ, ut videlicet, ne his Bannis adstringerentur; quin

Regia Tribunalia, omissis Baronum Judicibus, adirent: attamen contrariam opinionem in nostro casu veriorem existimo; nam ex eo, quòd Baronibus primarum, vel secundarum causarum cognitio competat, rectè talia Banna pro defensione suæ jurisdictionis emittere valent, ne alias ipsorum Baronum juribus præjudicetur, Regia Tribunalia vassallis in ejus fraudem per saltum adeuntibus, ut benè resolvunt Ioann. Fab. *in l. 1. Cod. de offic. Praefect. urb.* Paris de Puteo *in tractat. de syndicat. titul. de excessib. Baron. §. An Baro*, Nicol. Boer. *dec.* 114. *n.* 2. *&* 3. Petr. Foller. *in practic. crimin. §. Audiantur excusatores*, *n.* 84. Marin. Frecc. *de subfeud. Baron. lib. 2. authoritat.* 10. *num.* 2. Octav. Kakeran. *dec. Pedemont.* 78. *nu.* 12. Velmont. *ubi supr. n.* 33. *versic. Recursum habuerunt*, Massil. *in consuetud. Baron. pagin.* 73. *nu.* 15. Ursil. *in addition. ad Afflict. decis.* 275. *num.* 39. Camill. Borrell. *in summ. decis. tit.* 41. *de jurisdict. & Imper. à n.* 251. & latiùs *de Magistrat. edict. lib.* 4. *c.* 8. *nu.* 21. *cum sequentib.* ubi plenè rem tractat, & postquam *n.* 22. hæc edicta, aut banna, ne ad Imperatorem, Regem, vel alium supremum superiorem appelletur, reprobet tamquam supremæ jurisdictioni repugnantia, hoc tamen declarat, & limitat *à n.* 24. si pro defensione pro-
113 priæ jurisdictionis fiat, † ne in ejus præjudicium vassalli coram alio Iudice litigent, jurisdictionem alii prorogando, quòd Domino tamquam ordinario suorum vassallorum non consentiente, fieri nequit: nec talis prorogatio per vassallos jurisdictionis facta in alios, quam in Iudices Baronales admittitur, Bald. *in cap. Imperialem, column.* 1. *de probibit. alien. feud. per Federic.* Capyc. *dec.* 9. Ursil. *dec.* 155. Pont. *de potestat. Proreg. tit. de provis. fier. solit.* §. 1. Regens Constant. *in l. nullus*, *n.* 67. *Cod. de Decurionib. l.* 10. Novar. *de gravamin. vassallor. tract.* 1. *gravamin.* 235. *n. fin.* & idem post Iserniam, & alios notat Borrell. *ubi supr.* plures alias rationes pro his edictis, seu bannis afferendo.

114 Et hanc etiam resolutionem, quòd hæc banna, seu edicta pœnalia substineantur, sequuntur Surd. *dec.* 147. & noviter, licèt nullo ferè ex prædictis relato, Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *sup. pragmatic.* 3. *nu.* 159. *cum sequentib.* ubi pœnam ob contraventionem exigi posse, asserit juxta stylum illius Regni, & ita in Sacr. Consil. judicatum refert in causa universitatis Salossræ, ut refert quoque Thor. *in compend. decis. tom.* 1. *verb. Vassallus Baronis, fol.* 558. *column.* 2. quia aliàs frustratorium esset privilegium cognitionis secundarum causarum, si defendi non posset.

115 Novissimè sequuntur Ioann. Mar. Novar. *de gravam. vassallor. tractat.* 3. *gravamin.* 21. *& tractat.* 1. *gravamin.* 26. Horat. Barbar. *de division. fruct. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 71. Francisc. Mar. Prat. *practicar. observat. tom.* 1. *observation.* 5. *per tot.* qui tamen *n.* 17. & Barbat. *ubi supr.* Barones monent, ne propria authoritate hæc banna pœnalia emittant, sed ut cautiùs agant, brachium superiorem implorent, & obtinere procurent provisiones Collateral. Consilii, quibus vassalli, omisso medio, Regia Tribunalia sub aliqua pœna adire prohibeantur; quas quidem provisiones pro defensione jurium Baronalium facillimè, & frequenter impetrari asserunt, & idem testatur Novar. *dict. gravamin.* 226. *n.* 3. qui tamen *n.* 4. ab opinione Capiblanc. licèt eo non relato, circa exactionem pœnæ, & ab ejus exemplari, tamquam nimis rigido, recedit, aliud exemplar Magnæ Curiæ Vicariæ afferens pro sua opinione, ne pœna exequatur, ex Tartagl. *in prax. civ. cap.* 2. *num.* 1. cui, ut magis æquitati consentaneo, adhærendum, videtur.

116 Sed pro concordia Novar. & Capiblanc. dici posset, quòd aut propria authoritate Baro edicta pœnalia proclamare fecit, vel implorato auxilio, seu provisione Collaterali Consilii: In primo casu Novar. opinioni libenter adhærerem: In secundo verò à Capiblanc. doctrina non recederem, tamquam tunc edicto emisso Regia authoritate, & sic majori, quam in primo casu: & quòd in hoc secundo casu impetrata Regia provisione ad hæc edicta pœnalia promulganda, pœna debeatur, & per Barones exigi valeat, testantur etiam Horat. Barbat. & Prat. *ubi supr.*

Quæ tamen supra dicta circa hæc Banna aditum, seu 117
appellationem ad Principem, vel superiorem prohibentia substinenda, declarari, & intelligi debent, dummodo vassallos dumtaxat prohibeant, adire per saltum Regia Tribunalia per viam appellationis ante determinationem judicum Baronalium secundarum causarum, & sic, eis omissis: secùs verò si post istorum determinationem Regia Tribunalia, seu superiores Audientias, aut Tribunalia per viam appellationis, seu alterius ultimi recursus adire prohibeantur; quia in hoc casu nullo modo talia edicta substineri, debent? cum jam non ob defensionem propriæ jurisdictionis promulgari dici valeant: sed potiùs ad tollendam justam defensionem, seu ultimum ad Regem recursum vassallis competentem. Postquam enim per Baronum Iudices profertur sententia, eorundem officium conquiescit, quia semel eo functi fuere ad tex. *in l. Iudex postea quam*, cũ vulgaris. *ff. de re judic.*

Quapropter Barones, aut eorum Iudices, postquam 118
sententias suas in instantiis eis permissis protulerint, amplius se intromittere, non debent, sed, quòd Regia Tribunalia vassalli per viam appellationis, seu ultimi recursus libere adeant, libenter permittere, nec id egre ferrè, odio miseros vassallos appellantes ex eo prosequentes, multisque cautelis, ac dolosis argutiis pro retentione causarum utentes, in præjudicium quidem, ac contemptum supremæ jurisdictionis, quæ penes Principem semper remanet, cui ultimas appellationes, vel recursus cohærere latius diximus supra, & in fraudem pœnarum, seu condemnationum, quæ confirmatis postea sententiis, per Regios Iudices, Regio Fisco pertinent, ut latius suo loco dicam, quæ quidem multi Domini vassallorum, ac Barones minus rectè, & contra ipsorum conscientias faciunt, contra quos acriter insurgunt Luc. de Penn. *in l. si quis post hanc*, *Cod. ut nem. ad suum*
patroc. lib. 11. *column.* 8. † Ubi, quòd in crimine læ- 119
sæ Majestatis ob tales prohibitiones incidant, & quòd severè puniantur, Aviles *in capit. Praetor* 1. *gloss.* 1. *numer.* 3. *versic. Et an, de Iudicibus*, *cum seqq.* Avendañ. *de exequend.* 1. *part. cap.* 6. *numer.* 4. *versic. Et cum domini*, Gregor. Lopez *in l.* 22. *tit.* 13. *part.* 2. Dom. Covarruv. *in regul. possessor. part.* 2. §. 2. *à num.* 4. *de regul. jur. in* 6. Bobadill. *in politic. lib.* 2. *capit.* 16. *numer.* 81. optimè Farinac. *in prax. crimin. tit. de crimin. læsa Majestat. quaest.* 113. *n.* 62. *cum sequentib.* Carrer. *in pract. in princ. tract. de appellat. in* 11. *casu. n.* 32. & eleganter, aliis congestis, Mar. Muta *in c. Regn. Sicil. Reg. Mart. c.* 47. *n.* 5. *cum seqq.*
† Qui in illo Regno Barones appellationes in casibus ap- 120
pellabilibus prohibentes amissione jurisdictionis, & irremissibili deportatione puniri asserit per *dict. c. Regn.* 47. deferant ergo Domini inferiores libenter appellationibus vassallorum ex superioris saltim reverentia, ut dicitur *in c.* 1. *de appellation. in* 6. *Laudabile quippè est reverentiam superioribus deferro*, ut in *c. sciant* 2. *q.* 7. nec aliquod damnum in ipsorum personis, seu bonis inferre audeant; quia Rex sub sua protectione eos suscipit *in l.* 14. *&* 15. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordinam. & in l.* 1. *tit.* 1. *l.* 4. *Recopil.* & ex text. *singul. in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *ejusdem Ordinam.* & in nostra lege *de Guadalaxara*, ubi graves pœnæ in contrarium facientes irrogantur.

Et in terminis nostræ quæstionis in Regno Neapolita- 121
no optimè resolvit juxtà dictam distinctionem Ioan. Mar. Novar. *de gravam. vassallor. tr.* 1. *gravam.* 235. ubi, quòd post determinationem Iudicum Baronalium, Banna, seu edicta pœnalia probibitiva appellationis, seu reclamationis vassallorum ad superiora Tribunalia Regia injusta sint, & contra naturalem defensionem cunctis à jure elargitam: nimisque ex eo vassallos gravare dicantur, & ob id puniri debeant; & loquendo in quolibet recursu ad Principem, Proregem, vel suprema Tribunalia, hæc edicta pœnalia prohibitiva recursus improbant ex doctrina original. Luc. de Penn. *in l.* 1. *column. penult. v. Comites*,

Cod.

Cod. ut nemo ad suum patroc. lib. 11. Paris *de syndicat. tit. de excessib. Baron. c. an Baro teneatur*, *n.* 1. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 9. §. 9. *n.* 3. Caballin. *Milleloq. jur. q.* 734. idem Novar. *gravam.* 251. *eod. tract.* 1. *& gravam.* 21. *tract.* 3. nam licèt secundarum, vel tertiarum appellationum cognitio Dominis vassallorum privilegio, seu consuetudine competere valeat; ultima appellatio, seu recursus, ita supremæ jurisdictioni, ac Superioritati Principis cohæret, ut nec virtute cujuscumque concessionis, seu præscriptionis ab eo avelli, & in alium transire possit, *ut supr.* dictum remanet *à num.* 32.

122 Juxta quæ etiam, pace tantorum virorum Regnicolarum, mihi videri procedere, & intelligi posse in Regni Neapolit. dictæ Constit. *cum nova*, & Constit. *officiorum periculosa*, & Matth. de Afflict. doctrina *in dict. Constit. officiorum, rubric.* 59. de quarum magna dubietate, ac intelligentia, cum Doctoribus illius Regni latè egimus: sed harum constitutionum decisio, dum statuit, ac jubet, quòd à quocumque Iudice ad Regem, vel ad Magnam Curiam appellari valeat, quòd Domini vassallorum, seu Barones, nihil in contrarium faciant, vel statuant vassallos ab his appellationibus removendo, intelligi posset de ultimis appellationibus à sententiis Iudicum Baronalium in secunda instantia prolatis, quæ quidem appellationes, post ipsorum determinationem per Barones prohiberi non debent, cum per eas eorum jurisdictioni, jam post determinationem extinctæ non præjudicetur, ut dictum remanet; quæ tamen omnia, ut peculiaria illius Regni judicio, ipsius Doctorum Regnicolarum libenter relinquo.

123 Item prædicta, videlicet, quòd vassalli, omisso medio Iudicum Baronalium Regia Tribunalia per saltum adire, non valeant, declara secundo, & limita in Regno Neapolitano, & in alio quolibet, ubi appellatio gradatim, nec, omisso medio, fieri debeat; quando medius judex, qui debuisset, adiri per viam appellationis fuit aditus, & tamen palam, & evidenter justitiam facere denegavit; tunc enim appellatio, seu recursus ad suprema Tribunalia, eo omisso, permittitur, quin ex eo in aliquam pœnam Banni id prohibentis vassalli incidant, ut post Felin. *in cap. super quæstionum*, §. *Porro*, *n.* 14. *de offic. delegat.* & Mysinger. *observat.* 67. *centur.* 1. docent Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *c.* 66. *n.* 5. *cum seqq.* ubi, quòd tunc cognitio cumulativa sit cum Principe, & consequenter, Iudicibus Baronalibus omissis, Regia Tribunalia adiri poterunt, Camill. Borrell. *de Magistr. edict. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 43. ubi idem, si Iudex medius suspectus, excommunicatus, vel aliis defectibus inhabilis sit, & confirmatur ex sententia Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 7. *à n.* 37. *&* 43. ubi in his casibus generaliter appellationem, omisso medio, permittit, idemque docet Fragoss. *de regim. Reipubl. lib.* 8. *disputation.* 24. *num.* 25.

124 Et hæc de Baronibus Regni Neapol. circa usum, seu exercitium jurisdictionis in secunda, vel tertia instantia ipsis privilegio, vel aliter legitimè competenti.

125 Prosequendo igitur capitis materiam circa appellationes vassallorum à sententiis dominorum ad Regia Tribunalia, ipsis dominis omissis, admittendas, vel non: & quid maximè externo jure municipali aliquorum Regnorum convicinorum in hoc articulo servetur, & post Neapol. Regnum, quid in Siciliæ Regno dicendum? breviter notabimus: In Regno ergo Siciliæ, & eorum Baronibus, secundarum, vel tertiarum causarum cognitionem habentibus, quoad hujus jurisdictionis usum & exercitium idem servatur, ac in Regno Neapolitano superiùs servari diximus, ut nimirum hæc cognitio privativè eis competat, quin vassallis, Iudicibus Baronalibus secundarum causarum omissis, Regia Tribunalia, vel Magn. Reg. Curiam illius Regni per saltum adire, permittatur, ita ut similiter appellationes, omisso medio, interpositæ, ad Iudicem, ad quem immediatè pertinent, per Magnam Regiam Curiam remittantur, juxta jus commune *in dict. l.* 1. §. *Si quis, dict. l. Imperatores*, *ff. de appellation.* ut notat Mar. Mut. *in c. Regn. Sicil. Reg. Martin. c.* 47. *n.* 65. *&* 66. ubi *num.* 59. rectè intelligit dispositionem ipsius capitis 47. quo sub pœna irremissibilis deportationis statuitur, ne Barones, vel eorum Iudices appellationes vassallorum ad Regia Tribunalia prohibere audeant, ut procedat, quando ipsis Baronibus secundarum, vel tertiarum causarum cognitio non competit, sed tantum primarum.

In Gallia autem, quoad istas appellationes, omisso medio, admittendas, vel non, ita jus commune *in dict. l.* 1. §. *Si quis, & in dict. leg. Imperatores, ff. de appellation.* servatur, ut nec ad Regem, omisso medio, appellare liceat, sed ad Iudices, ad quos gradatim appellari debuit, remittitur, aliqua ex partibus id petente, ex Constitutione speciali illius Regni *in tit. de appellat.* ubi Rebuff. *gloss. unic. tot. & n.* 9. *&* 11. etiam si ad Papam, ejusve Legatum, seu Patriarcham appelletur, per concordata ipsius Regni §. 1. *tit. de frivol. appellation.* ubi idem Rebuff. † Et quòd hæc remissio in Gallia fiat expensis inordinatè appellantis, nisi à Iudice non Regio ad Curiam sit appellatum, idem Rebuff. *dict. gloss. unic. n.* 2. *&* 3. sed quòd indistinctè quotiescumque non potest appellari, omisso medio, appellans ad remissionis pœnam teneatur, sive malitiosè appellasse, clarè constet, sive non, docet idem Rebuff. *in eod. tract. de appellation. artic.* 3. *gloss. unic. n.* 24. *tom.* 3. *fol.* 569. Fragoss. *de regim. Reipubl. lib.* 8. *disput.* 24. *n.* 39. cui libenter assentirin, ne aliàs litigantes injustis dilationibus, ac expensis defatigentur. 126 127

Iure verò Imperiali, & Saxonico prædicta quoque jura juris communis in dict. *l.* 1. *l. Imperatores*, servantur, ita ut nec admittatur ad Cameram Imperialem appellatio, omisso medio nisi ob denegatam justitiam, vel ex aliis causis, de quibus Gail. *practic. observat. l.* 1. *observat.* 1. & docet Carpzou. *de process. tit.* 18. *art.* 1. *n.* 38. *& seqq.* & eleganter quòd ad Imperatorem appellatio omisso medio, non detur, maximè in præjudicium inferiorum Ordinariorum, Speculat. *tit. de appellat.* §. *Nunc tractemus*, *in princ. l.* 2. *fol.* 188. Restaur. Castal. *tract. de Imper. q.* 95. *n.* 2. Franc. *in rubr. de appellat. n.* 7. *v. de accidentibus, & in cap. si duobus* 7. §. *Denique*, *n.* 10. *de appellat.* Scacc. *de appellat. q.* 7. *nu.* 30. *&* 46. *v. Contra*, Fragoss. *de regim. Reip. lib.* 8. *disputat.* 24. *num.* 24. *in fin*, 128

Pro complemento igitur hujus materiæ secundarum causarum appellationis, & quando ad Barones, seu inferiores Dominos vassallorum, ut fructus jurisdictionis spectet? in omni casu pleniùs cognoscatur, non abs re erit, aliquot casus breviter annectere, in quibus an hæc facultas cognoscendi in secunda instantia appellationis eis competere debeat, necne? potest dubitari. 129

Primò notandum est, quòd quamvis in terris Regiis appellationes in causis quantitatem 10U. marapetinorum non excedentibus in nostro Regno ad Regia Tribunalia, seu ad Cancellarias non pertineant, sed earum cognitio oppidi Decurionibus, vel Consistorio competat *ex l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopil.* & notant plura de materia hujus appellationis, & quomodo, & qua forma in ea, per Consistorium procedatur? Gutierr. *pract. lib.* 1. *qu.* 107. *cum seqq.* & aliqua *in tract. de juram. confirm.* 3. *part. capit.* 5. Paz *in prax.* 1. *tom.* 6. *part. c.* 3. *per tot.* Villad. *in polit. capit.* 4. *nu.* 67. *cum seqq.* Curia Philipp. *part.* 2. §. 1. *tot.* Azev. *in Cur. Pisan. lib.* 4. *capit.* 6. *per tot.* & latissimè *in dict. l.* 7. & ex Aviles Avendan. & aliis plene Bobad. *in polit. l.* 3. *c.* 8. *n.* 183. *cum seqq.* usque *ad* 269. Carleval. *de Iud. tit.* 1. *disput.* 2. *n.* 1156. *&* 1174. *cum seqq.* hoc tamen non procedit in terris Dominorum inferiorum, quibus cognitio secundarum causarum competit, ut docent Azeved. *in dict. l.* 7. *nu.* 39. *in med. n.* 55. *& in Cur. Pisan. d. cap.* 6. *n.* 45. *litt. D. vers. Ita judicarem*, *& n.* 61. *lit. L.* Bobadill. *in polit. dict. cap.* 8. *nu.* 248. qui ita practicari testantur, non solùm cum Domini inferiores cognitionem in prima instantia habent, sed majori cum ratione, cum nulla primarum causarum cognitio ad eos spectat, ne alias omninò jurisdictione priventur, & idem Bobadill. 130

Digitized by Google

lib. 2. c. 16. n. 180. *fallent. 70.* de qua tamen ampliatione
valde dubito; imò non stante aliàs speciali Principis pri-
vilegio, aut præscriptione, de hac secundarum causarum
cognitione, de jure eam veram non reputo, *juxta dict.*
sup. hoc cap. à n. 4. ubi absque speciali Regia concessione,
vel præscriptione, secundam instantiam appellationis
competere non posse latiùs diximus: & quòd ante omnia
in hoc casu consuetudo attendi debeat, juxta verba dict.
l. 7. vers. Acostumbran ir, notat idem Bobadill. *dict. c.*
131 8. *n.* 248. † Et optimè de consuetudine in isto casu servan-
da, *n.* 195. *cum seqq.* Azev. ultra loca citata, *in l. 12. tit. 5.*
132 *lib. 2. Recop.* † ad quem tamen nota, quòd, ut hæc pro-
cedant, judex appellationis Dominorum debet residere
in eodem loco, ubi appellatur, quin intra octo leucas
adesse sufficiat; aliàs enim non ad ipsum, sed ad Consi-
storium in dictis causis appellabitur, Bobadill. *dict. c.* 16.
n. 80. quod iterum intellige, nisi in casu, quo primæ in-
stantiæ cognitio domino non competat, ex dicta ratione
per eundem Bobadill. in superiori casu allata, ne aliàs
omninò jurisdictione Dominus privetur, de cujus dicti
veritate jam dixi: in quo etiam casu consuetudinem ante
omnia attendi debere, ait idem Bobadill. ubi proximè.

133 Secundò quæri potest, an à Delegato Baronis, seu
Iudice commissario in aliqua causa speciali ad ipsum Ba-
ronem delegantem, vel ad Regia Tribunalia appellan-
dum sit in casu, videlicet quo aliàs facultas cognoscendi
in secunda instantia appellationis Baroni, seu Domino
vassallorum non competat?

134 In qua quæstione contra Dominos vassallorum, & sic
quòd ad Regia Tribunalia sit appellandum, latè resolvit
D. Covarruv. *pract. quæst. cap. 4. n. 8.* ex ea præcipuè ra-
tione, ne ita causas delegando per indirectum Domini
vassallorum de appellationibus, quas aliàs non habent,
cognoscant, & per hoc jurisdictio Regis, ipsiusque Tri-
bunalia circa harum causarum cognitionem defrauden-
tur: & hanc sententiam sequitur Marin. Frecc. *de subfeud.*
lib. 2. authorit. 13. ubi ita in Regno Neapolit. de praxi ser-
vari asserit Petra *de potest. Princip. fol. 99. n. 66.* Pont. *in*
135 *suo tract. de election. offic.* §. 1. *n.* 48. † Et etiam de hac pra-
xi Regn. Neapolit. testantur Scacc. *de appellat. q. 8. n. 29. &*
50. Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 8. part.* 1.
n. 180. *&* 181. in quibus, quòd ad Regiam Mag. Curiam
tales appellationes deferantur.

136 Sed quidquid hoc procedat de praxi speciali illius
Regni, jure tamen communi, ac nostro Regio attento,
contrarium verius mihi videtur, imò, quòd ad Domi-
num vassallorum delegantem sit appellandum.

137 Primò quia de jure communi, & Canonico de dele-
gato ad delegantem appellari debet, ut probant *text. ex-*
press. in l. 1. in princ. & §. 1. l. 3. ff. quis, & à quo appellet. l.
præcipimus, §. 1. & §. Hæc appellatio, ff. de appellat. cap. su-
per quæstionum, §. Porro, de offic. delegat. c. si delegatus, cap.
is cui, cap. si à delegato, de offic. delegat. in 6. ex quibus Ca-
nonistæ, & præcipuè Barbos. & Moderni *in collect. ad jus*
Canonic. communiter resolvunt appellandum esse à dele-
gato ad delegantem, quoties non tota jurisdictio, sed
ejus pars, & species, ut in nostro casu, est delegata.

138 Et in nostra specie, quòd Domino vassallorum dele-
gante, à delegato ad ipsum delegantem, jure commu-
ni attento appelletur, docent Marin. Frecc. *ubi supr. nu.*
3. Scacc. *dict. quæst. 8. nu.* 29. & ex prædictis juribus Bo-
badill. *in polit. lib. 2. cap. 16. num.* 76. ubi, quòd idem
139 procedat apud nos de praxi hujus Regni: † Et ex eadem
ratione idem servetur in Vicario foraneo Episcopi, à
quo, cum delegatus generalis in omni jurisdictione non
sit, sed in parte tantùm illius loci, quo Vicarius adscri-
bitur, ad ipsum Episcopum delegantem appellatur: ad
differentiam Vicarii Generalis, à quo ad Episcopum non
est appellandum, ex eo, quòd omnis jurisdictio sit ei
concessa, sitque ordinarius idemque Tribunal cum Epis-
copo constituat, eandemque jurisdictionem exerceat, ut
resolvit ultima ex his rationibus expressa D. Covarruv.
pract. q. 4. n. 8. & communiter Barbos. & alii Canonistæ *in*
cap. super quæstionum, §. Porro, de offic. delegat. & in cap. si
delegatus, cap. is cui, cap. si à delegato, de offic. delegat. in 6.
& pluribus congestis Fragoss. *de regim. Reipubl. l. 8. disput.*
24. *n.* 9. & cum aliis plenè Sigis. Scacc. *de appellat. dict. qu.*
8. *à num. 50. & à num.* 24. † Ubi, & in quocumque de- 140
legato Episcopi, quòd ad Episcopum appelletur, *& num.*
25. † Etiam si Vicario Generali delegatio fiat, ex doctri- 141
na Abbat. *in cap. dilecti 66. nu. 18. de appellat.* & idem re-
solvitur Ioann. Bapt. Ventrigl. *de jurisdict. Episc. cap.* 134.
num. 6. & 9. † Et ex eadem ratione à delegato Regis, 142
ad ipsum Regem est appellandum, Scacc. *dict. quæst. 8. à*
numer. 14.

Quæ tamen limita in Regno Neapolitano ex jure spe- 143
ciali illius Regni in Constit. *statuimus*, & Constit. *Magn.*
Cur. & aliis similibus, per quas statuitur, quòd à senten-
tiis judicum delegatorum ad Magnam Curiam appelle-
tur, ut notat Afflict. *in dict. constitut. statuimus, in 5.*
notab. Muscat. *in prax. tom. 1. part. 1. gloss. tenebitur, nu.*
11. *cum seqq.*

Quod adhuc juxta eandem Muscatel. sublimita, & in- 144
tellige nisi delegatus de Regio Collater. Consil. sit, quo
casu ad eundem Consil. Collaterale appellationem inter-
ponendam esse asserit Muscatel. reprobans Caravit. *qui in*
Rit. 56. Magnæ Curiæ voluit per eundem Ritum, & *Rit.*
62. dictam Constitut. *Statuimus*, corrigi, & quòd indistin-
ctè à quolibet Regis delegato ad ipsum Regem appellari
deberet,

Et hanc doctrinam, ac sublimitationem Muscatel. do- 145
cet quoque Marant. in *specul. judic. part. 2. verb. Et quan-*
doque appellatur, n. 398. Quod nota ad praxim nostri Re-
gii Senatus, ubi similiter à sententiis delegatorum, seu
Perquisitorum, quibus specialiter aliqua inquisitio, seu
certæ causæ cognitio committitur per eundem Regium
Senatum, ad ipsum appellatur: & hoc sive Auditores Re-
giarum Cancellariarum, Curiæ Prætores, vel alii mini-
stri inferiores ad id deputentur, ut cavetur per nostram *l.*
46. tit. 4. lib. 2. Recop. junct. l. 45. eod. ubi, quòd de arbitrio
Senatus, causæ gravitate considerata, & circumstantiis in-
spectis, causa in eodem Senatu retineatur, vel ad Prætores
Curiæ remittatur, imò & in commissionibus, quæ specia-
liter in gravioribus causis criminalibus Perquisitoribus
dantur, ut de mandato Consilii cognoscant, appellatio-
nes semper Regio Consilio reservantur.

Item notari debet, quòd quotiescumque jurisdictio 146
à Barone, seu Domino vassallorum non dependeat, ad
ipsum non est appellandum, licèt aliàs generaliter jurisdi-
ctionem, & cognitionem secundarum causarum habeat,
ut superiùs dictum remanet in judicibus ordinariis oppi-
dorum ex consuetudine, vel privilegio absque ulla depen-
dentia, vel confirmatione dominorum electis.

Ex quo infertur, quòd à judicibus, qui de extractioni- 147
bus rerum prohibitarum à Regno extrahi, cognoscunt
apud nos *de Sacas*, cum Iudices Regii sint, ad Iudices Re-
gios superiores, etiam in terris Dominorum inferiorum,
non ad ipsos Dominos appellari debet; *l. 3. tit. 11. l. 3. Re-*
copill. Avendañ. *dict. num. 4. vers. Et idem est decisum*,
Bobadill. *dict. cap. 16. num.* 94.

Et similiter à judicibus apud nos de *Mesta*, ò *Canna-* 148
das, in casibus, in quibus simul cum Iudicibus ordinariis
societati procedunt juxta *l. 1. c. 24. tit. 14. l. 3. Recop.* etiam
si in locis Dominorum cum Iudicibus ordinariis ipsorum
dominorum sociati procedant, ad Iudices Regios superio-
res, uti digniores, non ad Dominos vassallorum appella-
tur, ut docent Avendañ. *dict. nu. 4. vers. Item in casibus*,
Bobadill. *dict. n.* 94.

Item quæri potest, an à sententiis iudicum confrater- 149
nitatum, apud nos *de la Hermandad* in terris dominorum
ad eorum Iudices secundarum causarum appellari possit?
in quo articulo resolvendũ est, nullo modo ad eos appella-
ri posse, sed ad Regias Audientias appellationes interponi
debere, preterquã in causis quantitatẽ sex mille marapeti-
norũ nõ excedentibus, in quibus ad Correctores illius ter-
ritorii, seu proximiores Dominos, est appellandum, ut *ex*

l. qua-

Digitized by Google

l. quad.am quaterni confraternitatis, docet Avendañ. *de exeq. part.* 1. *c.* 6. *n.* 4. *v. Item in casibus cum seq. & ex l.* 9. 12. 48. *&* 49. *tit.* 13. *l.* 4. *Recop.* docent Azeved. *in ead. l.* 48. Bobadill. *in polit. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 94. *&* 158.

150 Quæ quidem comprobantur ex praxi Regni Neapolitani circa appellationes à Iudicibus, seu Magistris nundinarum, & ad quos Iudices interponi debeant, an ad Iudices Baronum, in quorum terris nundinæ exercentur, vel ad Regios deferantur? in qua quæstione sub distinctione resolvendum videtur; nam Iudices nundinarum ad primarum causarum cognitionem à Rege immediatè constituuntur, vel ab ipso Barone, cui creatio nundinarum cum jurisdictione speciali privilegio fuit concessa, vel ipso Barone, cum assensu Regio hos Iudices eligente: In primo casu non est dubitandum, quin ad Iudices Regios, uti superiores appellari debeat, cum jurisdictio Iudicis inferioris, à quo appellatur, à Rege immediatè dimanet; ideo ad ipsum Regem per appellationem refluere debet ad text. *in l.* 1. *§. Cum urbem, ff. de offi. præfect. urb.* Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *pragm.* 5. *num.* 26. Minadois *cons.* 24. *num.* 2. *cum seqq.* Horat. Barbat. *de divis. fruct. part.* 1. *capit.* 9. *numer.* 37. Contra verò in secundo casu in quo cum non à Rege immediatè, sed à Barone, etiam cum assensu Regio eligente, jurisdictio oriatur, ad ipsum est appellandum, ut in his terminis ita resolvit idem Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *cap.* 39. *per tot.* quidquid contrarium teneat Minadois *ubi supr.* cum Baro dumtaxat de Assensu Regio Officialem nominat; in quo articulo, licet Barbat. *supr. n.* 38. multum deferat opinioni Capiblanc. cogitandum tamen relinquit.

151 Et hæc tractasse sufficiat circa cognitionem, Officialium ad secundas causas electorum, & an, & quando jurisdictionis vassallorum dominis concessæ fructus, aut commoda, reputentur.

§. UNIC.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia capitis præcedentis circa emolumenta, sive fructus jurisdictionis ad secundas instantias appellationum Dominis inferioribus concessæ: Agitur de duobus principalioribus hujus jurisdictionis præeminentiis, vel commodis: Primò de facultate avocandi causas primæ instantiæ à Judicibus inferioribus: Secundò de præeminentia illa nobilissima Consilium habendi, sive Parlamentum, ubi per plures Judices causæ istæ appellationum terminentur: Pleneque tractatur de materia avocationis causarum, à quibus, & ex quibus causis fieri possit in vassallorum dominis inferioribus suorum judicum primarum causarum respectu? & quid si ab eis, vel ab ipsis oppidis eligantur: In Episcopis, & suis Vicariis: Correctoribus, & ipsorum locumtenentibus. Aliaque plura de materia avocationis causarum in cæteris superioribus.

SVMMARIVM.

1 *Proponuntur duæ in præsenti §. tractandæ quæstiones. Prima, an facultas avocandi causas primæ instantiæ à Iudicibus inferioribus vassallorum dominis ratione jurisdictionis ad secundas causas ipsis concessa, ut ipsius fructus competat?*

2 *Secunda, an ipsius jurisdictionis ratione inferiores domini facultatem habeant creandi Consilium, sive Parlamentum, ubi appellationum causæ terminentur?*

Laguñez de Fructib.

3 *Refertur, & fundatur affirmativa sententia: Primò ex text.* in l. judicium solvitur, ff. de judic. ibidem.

4 *Secundò, quia similiter Episcopi causas à suis Vicariis avocant, & infr. n.* 22.

5 *Et Correctores à suis locumtenentibus.*

6 *Referuntur Doctores, qui pro hac sententia in specie resolvunt.*

7 *Quod saltim aliquas causas, licet non omnes, Domini inferiores avocare possint.*

8 *Proponitur, & fundatur contraria negativa opinio, & num. seqq.*

Domini inferiores suos Iudices semel nominatos jurisdictione privare, vel absque justa causa amovere, prohibentur, ibidem.

9 *Publicè interest jurisdictionem liberè, & independenter à domino, per Iudices inferiores exerceri.*

10 *Ex avocationibus causarum valdè inferiorum jurisdictio minueretur, eaque in effectu privarentur saltim indirectè.*

11 *Graviores causæ per totum annum à dominis avocarentur.*

Majusque gravamen ex hoc inferretur vassallis, quam si semel in totum mutaretur judex.

12 *Domini judicem unum secundarum causarum simpliciter ad omnes causas constituere debent, non autem modò uni, modò alii causas delegare possunt.*

13 *Hujusmodi Iudices annales quoque debent esse.*

14 *Difficilius à judicibus in aliquibus causis delegatis justitia redditur, quia facilius quàm annales corrumpuntur, & eos, quos non ita stimulus, & syndicatus timor coercet.*

15 *Dominis, si ab eis causas avocare, & aliis delegare liceret, committerent eas personis, quas ipsis complacituras cognoscerent, & in effectu apud se eas retinerent, quod eis non licet.*

16 *Referuntur DD. pro hac negativa sententia contra Dominos resolventes.*

17 *Servatur id in Regno Neapol. maximè ex Regia illius Regni Pragmatica, quæ incipit:* Quætelæ expositione, *sub Rubric.* ubi de delict. quis conveniri debeat?

18 *Distinguitur pro concordia inter Iudices primæ instantiæ per locorum Dominos electos, vel ab ipsis oppidis, aut saltim ad nominationem oppidorum per Dominos confirmatos: & quid in quibuslibet ex his quoad avocationes ab eis per Dominos faciendas, vel non? & n. seqq.*

20 *Avocationes per superiores non aliter fieri debent, quàm ab illis Iudicibus inferioribus, quos superiores avocantes nominarunt.*

21 *Nostri Correctores non possunt avocare causas à Iudicibus Ordinariis locorum exemptorum, apud nos* Villas eximidas; *quæ in territorio Correctorum sint: quia non ab eis, sed per ipsa oppida eliguntur.*

22 *Secus in locumtenentibus ipsorum Correctorum, cum per ipsos Correctores eligebantur, à quibus ideò rectè causas avocabant.*

Contrarium servandum si per Suprem. Consil. Cameræ eligantur, ibidem.

Idem in quibuslibet aliis Iudicum electoribus, seu eos delegantibus, ut per hos ab illis rectè causæ avocentur, ibidem.

Et in Episcoporum Vicariis ibidem remissivè, & supr. a num. 4.

23 *Referuntur DD. pro præfata concordia, & distinctione in specie resolventes.*

24 *Declaratur in hac re doctrina Avendan. in contrarium allegati, & vers. Quibus.*

25 *In Regno Neapol. veriùs indistinctè negativa sententia procedit.*
Magis in illo Regno Baronum jurisdictio restringitur: maximè ne se intromittant in exercitio jurisdictionis suorum inferiorum Officialium, seu judicum: ne ve eorum processus, aut cognitionem in aliquo minuant, vel impediant; sed liberè eos exercere permittant: ibidem.
Intelliguntur in hoc casu DD. in contrarium pro negativa sententia superius relati, ibidem.
26 *Limitatur, & declaratur in quatuor casibus superior principalis conclusio, ne videlicet judex secundarum causarum causas à Iudicibus ordinariis locorum per ipsa oppida electis, avocare valeat.*
27 *Primò limitatur stante negligentia Iudicum inferiorum in justitia administranda.*
28 *Ex hujusmodi quoque ratione, Rex, ejusve superiora Tribunalia à Dominis inferioribus causas avocant, & justitiam supplent.*
29 *Idem in quolibet alio superioro.*
30 *Idem ob scandalum vitandum, vel ex alia justa causa.*
31 *Idem in dominis inferioribus, sive Baronibus suorum Iudicum inferiorum respectu.*
32 *Pro causa justificatione, an sufficiat ipsorum Dominorum declaratio?*
Quomodo de ea constare debeat? ibidem.
33 *Limitatur secundò, causa ad dominum, vel alium superiorem devoluta ob appellationem à sententia interlocutoria, quo casu, revocata sententia, & consequenter injustitia apparente, tota causa apud dominum, sive superiorem retineri poterit, & num. seq.*
35 *Limitatur tertiò in causis Pontentiorum, in quibus Iudicis inferioris authoritas non sufficis.*
36 *Limitatur quartò, si hujusmodi causarum avocationes privilegio, vel consuetudine dominis competant.*
38 *Intelliguntur superiora in nostris Correctoribus respectu Iudicum ordinariorum oppidorum, ne ab ois lites jam cœptas, nisi ex prædictis causis, avocent.*
Et in quolibet alio superiore, ibidem.
39 *Limita in Rege, ejusve Supremo Consilio.*
40 *Et in Gubernatoribus oppidorum, quæ Militaribus Ordinibus Divi Iacobi, Calatrava, & Alcantara subiiciuntur.*
41 *Referuntur plura remissivè de causarum avocationis materia, quando & ex quibus causis, & à quibus Iudicibus fieri valeat? & alia plura: cum numer. seqq.*
42 *Per avocationem superior judex avocans subrogatur in locum inferioris, à quo avocatur: Nec Iudicium mutatur, nec actio, nec instantia; ibidem.*
43 *Fidejussores ex hoc coram inferiori Iudice dati judicatis per superiorem, causa avocata, stare, coguntur.*
44 *Et causa à Regiis Cancellariis post sententiam primam visionis per supremum Senatum avocata, prolataque per eundem Senatum sententia, amplius ab ea supplicari nequit.*
45 *Refertur circa hoc notabilis nostri Senatus decisio.*
46 *Laudatur Amicus litteratissimus D. Gabriel de Espinosa Ribadeneyra, Regia hujus Curia doctissimus advocatus, ibidem.*
47 *Proponitur secunda §. principalis quæstio, an nempè Domini jurisdictionis, maximè secundarum causarum, ad quarum decisionem Iudices appellationum eligere possunt, ad id Parlamentum, sive plurimum Iudicum Consilium, in quo causa terminentur, crearo valeant? & num. seqq.*
48 *Resolvitur negativè, & num. seqq.*
49 *Parlamentum, sive Consilium creare, superioritatem denotat.*
50 *Parlamenta ista, aut Senatus supremi Magistratus dicuntur, ubi de ultimis appellationibus cognoscitur, & à quibus post secundam revisionis sententiam appellare, vel supplicare non licet.*
51 *Competit ideo Principibus superioribus dumtaxat; estque de regalibus reservatis ad supremam jurisdictionem, & altum dominium pertinens, & numer. 53.*
52 *Referuntur Doctores, pro hac negativa sententia contra dominos inferiores resolventes: & numer. seqq.*
54 *Audientia hujusmodi, seu Parlamenta, quæ aliqui Domini inferiores habent, non Consilia, vel supremi Magistratus dicenda, sed Iudicum tantum Collegia.*
Referuntur plura nostrorum Magnatum, & si minus propriè Consilia appellata.
Ab hujusmodi Magnatum Iudicum Collegiis, sive, ut ipsi volunt, Consiliis ad Regias Cancellarias appellandum, quin ad ipsa supplicatio admitti debeat: ibidem.
56 *Refertur circa hoc jus municipale Lusitania sub tit. 45. §. 4. lib. 2. Ordinam. quo Domini inferiores talia Consilia in suis locis habere prohibentur.*
57 *Idem apud nos nostris Magnatibus, aliisque vassallorum dominis negant Doctores Regni.*
58 *Similiter nec nostrorum Dominorum inferiorum judices appellationum Correctores nominandi, sed* Alcaldes Mayores.
59 *Limita hoc in Gubernatore Comitatus de Lemus in Villa de Monforte residente ex speciali privilegio.*

PRæcedentis capitis materiæ de emolumentis jurisdictionis ad secundas maximè causas inferioribus dominis concessæ proxima est duarum in præsenti quæstionum tractandarum cognitio: Quarum prima erit: An ejusdem datæ in secundis appellationum causis jurisdictionis commodum sit, vel præeminentia non solum de his causis postquam per legitimos tramites, sive gradus, post primas nempe sententias, fuerint devolutæ cognoscere; verùm etiam ante sententias prolatas hujusmodi causæ ab inferioribus primæ instantiæ Iudicibus avocari per vassallorum dominos possint, quibus secundarum causarum jurisdictio fuerit concessa. 1

Secunda quæstio erit circa præeminentiam illam, quam Magnatum Primates plurimi faciunt, habeodi Consilium, sive Parlamentum, ubi per plures Iudices congregatos secundarum causarum terminetur cognitio: an similiter hoc jurisdictionis ad secundas appellationum causas temporalibus dominis concessæ præeminentia sit, vel commodum? Quarum quæstionum cognitionem separatim, ut clariùs procedam, disputando resolvam. 2

In prima igitur ex propositis, quæstione circa facultatem, vel jus avocandi causas à Iudicibus inferioribus primæ instantiæ, an hæc præeminentia, ut jurisdictionis fructus, dominis locorum competat? plures DD. affirmativam sententiam tenent: Primò, ex text. *in l. Iudicium solvitur, de judic.* ibi: *Iudicium solvitur vetante eo qui judicare jusserat;* quare similiter idem dicendum videtur in dominis vassallorum, ut videlicet, eis renuentibus, & causas à suis Iudicibus inferioribus ad se avocantibus, Iudices amplius procedere non debeant, sed eas ad ipsos dominos remittere teneantur. 3

Secundò etiam hæc opinio comprobari videtur exemplo Episcoporum, qui eodem modo causas à suis Vicariis ad libitum avocant, ut *in cap. ut nostrum*, & ibi Barbos. & cæteri Canonistæ *de appellat.* & notant Rebuff. *in tract. de avocation. quæst. 5. sup. ll. Reg. tom. 1.* D. Covarruv. 4

Digitized by Google

varruv. *pract. quæst. cap.9. num.1. verf. Primo*, Avendan. *de exequend. part.1. cap.5. num. 12. verf. Solus*, & alijs pluribus ex Canonistis congestis noviter Prosper. Fagn.
5 *in collect. ad dict. cap. ut nostrum, de appellat.* † Ubi plenè: un & Correctores à suis locumtenentibus, cum ab eis nominantur, Aviles *in cap. Prætorum 1. gloss. Fiel. num 42.* Curia Philipp. *part.1.* §.8. *nu.3.* licèt secus quoties per nostram Regiam Cameram eligebantur ex speciali Regio decreto edito anno 1678.
6 . Et in nostra specie, quod Domini vassallorum à Iudicibus suorum locorum liberè causas avocare valeant, resolvunt ex Rebuff. *in dict. tract. de evocation. in princ. d. quæst.5. num.38.* Albert. Brun. *conf. feud. 92.* Petra *de potest. Princip. c.6. n.108.*
7 † Et quod maximè aliquas causas, licet non omnes Domini avocare possint, docet Rovit. *supr. Pragmat. Regn. Neapolit. in pragmat. 2. tit. de suspicion.* ubi plenè hanc sententiam fundat, & defendit, procedere in Regno Neapoli, & pro ea Indicatum refert in Principatu Cathaloniæ Fontanell. *de pact nupt. claus.4. gloss. 10. part.1. n.155.*
8 Contraria verò negativa sententia fundari potest: Primò ex quo Domini vassallorum suos Officiales jurisdictione privare, sive intra annum, vel ante tempus statutum absque justa causa amovere, vel ab eis totalem jurisdictionem avocare prohibentur, ut docet Bobadill. *in polit. lib.2. cap.16. num.26. & a numer. 155.* ne subditis gravamen inferatur in mutatione judicum infra annum, etiam ipsis Officialibus consentientibus, juxta decisionem Franch. 509. nec insuper possint domini in aliqun suorum judicum jurisdictionem minuere, ut notant Addent. ad eund. Franch. *dec.511*, Capiblanc. *de Baronib. tom.1. sup. pragmat.8. part.1. à num. 258.*
9 † Ex eo quod publicè intersit, ut jurisdictio libera, & independenter à Domino apud Iudicem inferiorem sit, Capiblanc. *eodem tract. tom.1. super pragmat.3. num.190.* & ad omne latius dixi ex Avendan. Azeved. Novar. Tassan. & alijs pluribus *in cap. præcedent.*
10 Ex quibus idem dicendum videtur in avocationibus, quarundam causarum, ut similiter Dominis prohibeantur, cum eodem modo valdè suorum judicum jurisdictio minueretur, & in effectu ea indirectè saltim priva-
11 rentur: † Et maximè, quia graviores causas avocarent, & alijs Iudicibus, quos vellent delegarent; ex quorum certè tot Iudicum mutatione majus gravamen, & præjudicium vassallis inferretur, quam si semel in anno aliquem Iudicem in totum mutarent, ut rectè considerat Capiblanc. *de Baronib. tom.1. super pragmat. 3. num. 194.*
12 † Et idem judicem unum secundarum causarum simpliciter ad omnes causas Domini vassallorum constituere tenentur, non verò modò uni, modò alteri causas delegare, Marin. Frecc. *de subfeud. authorit. 13. & num.3.* ubi ita decisum in Sacr. Consil. Neapolit. refert, & eum
13 sequitur Vivius *decis.356.* † Ubi quod Barones in illo Regno teneantur deputare in eorum terris Capitaneos, Assessores, & Iudices secundarum causarum ordinarios, atque annales: non autem causas, & processus modò huc, modò illuc cum patrimonii vassallorum dispendio, & cum ipsorum Dominorum conscientiæ jactura transmittere, idem tenent novissimè Dominic. Tasson. *in pragmat. de antefat. verf.3. observat.4. numer.56.* Ioann. Mar. Novar. *de gravamin. vassall. tract. 1. gravam. 102.* qui nullum majus gravamen contra vassallos excogitari
14 posse ait: † Et præcipuè ultra dicta inconvenientia, quia ab istis Iudicibus specialiter ad aliquas causas delegans, non ita justitia sperari poterit; quia non ita eos timor, ac stimulus syndicatus coercet: cum difficilius de ipsorum excessibus inquiratur; nam frequenter de his causis non syndicantur, uti Iudices annales, qui in fine anni rationem justitiæ administrationis formaliter
15 reddere sperant; † & quia alias fortè Domini causas delegabunt personis, quas ipsis complacituras, cognoscant, & ita in effectu causas apud se retinebunt, quod eis prohibetur, juxta dicta *supr. in cap. præcedent.* & benè ad rem notat Capiblanc. *dict. pragm. 3. num.216.*

Et in terminis hanc negativam sententiam, quod Domini vassallorum, seu Barones à suis Iudicibus causas avocare, non valeant, docent ex Paul. de Castr. *in l.nemo, Cod. de jurisdict. omn. judic. & in l. nulli, Cod. de Iudic.* & Ioann. Ripa *in cap. cum M. de constitut. column. penult.* Avendan. *de exequend. 1.part. cap. 5. num. 12.* & benè fundant Matth. Berlich. *decis. 158.* Capiblanc. *de Baron. tom.1. dict. pragmat.3. numer. 186. cum seqq.* ubi acerrimè hanc opinionem contra Rovit. defendit: Ioan. Maria Novar. *de gravam. tract.1. gravam. 274. tot.* qui hoc addit, hujusmodi Iudices secundarum causarum cum hac facultate avocandi causas primæ instantiæ, per inferiores dominos constitui non posse, † sequitur Paul. Staib. *conf.74. num.9.* qui maximè in Regno Neapolit. ita servari debere, asserunt, maximè ob Regiam Pragm. illius Regni, quæ incipit: *Querelæ expositione, sub rubric. ubi de delict. quis conveniri debeat*, qua statuitur, ne causæ primæ instantiæ à proprio domicilio extrahantur, & latius dixi *supr. cap. præcedent.* 16 17

Inter utorum DD. contrarias opiniones, ut magis specificè, & in terminis nostrorum Dominorum vassallorum, & eorum judicum loquamur, distinguendum mihi videtur inter Iudices inferiores, qui ab ipsis Dominis eliguntur, & ab eis immediatè jurisdictionem habent: & inter eos, qui per oppidorum Concilia privilegio, vel consuetudine in terris Dominorum inferiorum nominantur, quos *Alcaldes ordinarios* appellamus, vel qui saltim ad electionem, seu nominationem populorum per Dominos confirmantur. 18

In primo casu dicendum est, benè posse Dominos vassallorum, seu Barones à suis Iudicibus inferioribus absque ulla subditorum, & ipsorum judicum inferiorum injuria causas libenter avocare, cum ab eis jurisdictionem commissam habeant, ideoque ipsis Dominis votantibus, aut renuentibus, ut in aliquibus causis inferiores procedant, de eis cognoscere nō poterunt, ex tex. *in dict. l. judicium solvitur, ff. de Iudic.* ut & in Episcopo, & ejus Vicario supra dictum remanet; In secundo verò casu, cum nimirum Iudices inferiores non per Dominos vassallorum, sed per ipsa oppida eliguntur, vel ad ipsorum oppidorum electionem per Dominos confirmantur, nullo modo ab his Iudicibus causæ avocari poterunt per Dominos, nec per suos Iudices majores appellationum; quia hi Iudices omninò ordinarii sunt, adeoque firmam, & independenter à Domino jurisdictionem habent, ut eam tollere, vel aliquo modo impedire, aut minuere, Domini non possint: & consequenter, nec causæ per eos avocari; ne per indirectum, & in fraudem hi Iudices sua jurisdictione priventur juxta supra dicta pro sententia negativa, quæ his Iudicibus benè poterunt accommodari, cum omninò jurisdictionem ita liberam, & independenter à Dominis habere debeant, ut nullo modo Domini circa ejus exercitium se intromittere possint. 19

Quibus etiam pro eleganti nostræ distinctionis ratione adde, quod avocatio non aliter admittitur, quam si per superiores fiet ab illis Iudicibus, quos ipsi superiores nominarunt, ut docent ex doctrina Bald. *in l.1. in fin. Cod. de jurisdict. omn. Iudic.* Rebuff. *ad ll. Reg. in tract. de avocat. quæst.5. num.54.* optimè Bobadill. *in polit. lib.5. c.10. n.20. & 23.* † Ubi quod idem Correctores non possint avocare causas à Iudicibus ordinariis oppidorum exemptorum, apud nos *Villas eximidas*, quæ in territorio ipsorum Correctorum sunt; quia hi Iudices jure proprio oppidorum ex privilegio jurisdictionem exercent, non verò ab ipsis Correctoribus nominantur: † Secus verò in Iudicibus delegatis respectu delegantis: vel in alijs, qui ab aliquo eliguntur à quibus rectè causæ per eligentem, seu delegantem avocari poterunt, ut asserit idem Bobadill. ut in locumtenentibus Correctorum, cum per ipsos Correctores eliguntur, & 20 21 22

in

in Vicariis Episcoporum dictum remanet *supra à num. 4.*

23 Et in his terminis hanc inter Dominorum inferiorum Judices distinctionem, ita ferè docent Angel. *in d.l. judicium solvitur, ff. de Iudic.* Archidiacon. *in cap. persona 11. q. 1.* Ostiens. *in cap. volentes, de offic. deleg.* Nicol. Boer. *in tract. de ordin. grad. tit. de ordin. consistor. Reg. num. 58.* Rebuff. *in tract. de evocation. q. 5. num. 38.* qui omnes has avocationes per Dominos inferiores à Judicibus suarum terrarum per ipsos solos electos fieri permittunt, & ex nostris Regnicolis istam distinctionem in effectu sequuntur optimè D. Covarruv. *pract. quæst. cap. 9. num. 4.* Azeved. *in l. 45. tit. 4. lib. 3. Recopil. num. 3. 4. & 8.* Curia Philipp. *1. par. §. 9. num. 3.* Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 16. numer. 100. & vers. El primero*, benè Cancer. *lib. 3. var. resolut. cap. 13. numer. 268. cum seqq.* ubi latissimè hanc differentiam, & distinctionem explicat, & eam sequitur Fontanell. *de pact. nuptial. clausul. 4. gloss. 10. part. 1. à num. 155. & 159.* benè Bobadill. *ubi proxime*: quibus etiam in terminis intelligi quoque

24 debet doctrina Avendan. *dict. cap. 5. num. 12.* † Qui pro contraria opinione negativa indistinctè allegatur: sed certè expresse loquitur in Iudicibus ordinariis per ipsa oppida, vel ad eorum nominationem per Dominos electis, in quibus has avocationes cessare, rectè ait Avendan. ex doctrina D. Covarruv. *supr. citat.* qui etiam pro sua opinione ipsum Avendan. in dict. loco refert, & adde eundem Avendan. *eod. tract. de exequend. part. 1. cap. 19. num. 2.* ubi juxta doctrinam Boer. supr. citat. clarius rem declarat, cum loquatur in Iudicibus ordinariis locorum ex privilegio, vel præscriptione in terris Dominorum inferiorum per ipsa oppida jure proprio electis: à quibus hujusmodi Iudicibus asserit, & quidem rectè, causas avocari non posse per ipsos Dominos, nec per eorum majores Iudices, quos Correctores appellar, Avendan. vel qui vulgariter apud nos *Alcaldes majores* dicuntur.

25 Quæ quidem superius dicta circa Iudices per Dominos inferiores liberè electos, ut ab eis per dominos causæ avocentur; apud nos absque dubio procedunt: in Regno autem Neapolit. valde de hoc dubitatur, cum in illo Regno, magis jurisdictio Baronum restringatur, & præcipuè ne se intromittant in exercitio jurisdictionis Officialium, qui ab ipsis solis Baronibus eliguntur, neque eorum jurisdictionem aliquo modo minuant, vel impediant, sed liberè jurisdictionem eis semel commissam per ipsos exerceri patiantur, ut ex Neapolitanis, quos semper in suo Regno intelligerem *supr.* dixi pro fundamento contrariæ opinionis negativæ: ex quibus sanè in illo Regno, & ejus Baronibus verior opinio negativa videtur, sed doctissimis ipsius Regnicolis cogitandum relinquo, qui melius juxta praxim, & consuetudinem ibi servatam quæstionem resolvent.

26 Vnum tamen nota, quod prædicta conclusio, ut Domini vassallorum, vel eorum Iudex major appellationum causas à Iudicibus ordinariis oppidorum per ipsa oppida electis avocare non possint, in quatuor casibus limita-

27 ri debet. † Primò stante negligentia judicum ordinariorum in justitiæ administratione, ut notant Marin. Frecc. *de subfeud. lib. 2. author. 11. num. 1.* Puteo *de syndicat. in princ. cap. syndicantur, & in cap. si aliquis opprimatur, fol. 38.* Curia Philipp. *par. 1. dict. §. 9. num. 5.* Avendan. *de exequend. par. 1. cap. 5. num. 12. vers. Iudi-*

28 *ces tamen, & vers. Et eodem modo*: † Vbi quod similiter data negligentia in justitia administranda ex parte Dominorum inferiorum, possit Rex, causas avocare,

29 & justitiam supplere in prima instantia: † Et in quolibet Iudice superiore, Dom. Salgad. *de Reg. protect. 3. part. cap. 13. à num. 72.* ubi multos congerit, & in nostra specie ad omne notat Bobadill. *in polit. lib. 2. dict.*

30 *cap. 16. num. 100. vers. El primero.* † Et ob scandalum vitandum, vel ex alia justa causa ex singulari doctrina Paul. de Castr. *in authent. qua in Provincia, Cod. ubi de crimin. agi oport.* Avendan. *de exequend. 1. part. cap. 19. num. 2. vers. Si vere*, in quo etiam convenit Capiblanc. *de Baron. tom. 1. dict. pragmat. 3. à num. 206.* † Vbi 31
quod stante justa causa, Barones istas avocationes facere valeat: † Sed in eo dissentit, quod causam per Re- 32
gios superiores Iudices prius examinandam, & approbandam esse ait; nam apud nos pro negligentiæ comprobatione sufficit, si prius moniti, & requisiti Iudices ordinarii per Dominos vassallorum, vel eorum Iudices majores, adhuc justitiam ministrare neglexerint, ut docent Avendan. *dict. cap. 5. num. 12. vers. Iudices tamen; & vers. Negligentia*, Curia Philipp. *dict. §. 9. nu. 5.* Bobadill. *dict. cap. 16. vers. El primero*, & comprobatur per Rovit. *dict. pragmat. 2. tit. de suspicion. à num. 22.* nisi meo videri, aliter de gravi injustitia coram dominis, vel aliis superioribus constet, processu nempe ob appellationem ab interlocutoria delato, nam tunc rectè, & quidem facilius absque ulla monitione causa avocari, seu apud eos retineri poterit, ut proximè dicam.

Secundò limitatur dicta conclusio, causa ad Do- 33
minum vassallorum, vel ejus judicem appellationis devoluta ob appellationem à sententia interlocutoria super aliquo articulo minus principali prolata; quo casu justificata appellatione, & consequenter gravamine per judicem inferiorem illato, poterit tota causa principalis avocari, sive apud judicem appellationis ad instantiam partis, vel ex officio retineri, *ut ex cap. ut debitus honor. in fin. de appellat.* docent in quolibet Iudice appellationis August. Barbos. & communiter omnes Canonistæ ibidem, D. Covarruv. *pract. dict. cap. 9. num. 5. vers. Quinta conclusio*, & cum aliis Dom. Salgad. *de retent. bullar. 2. part. cap. 5. §. 2.* & probatur per nostram *l. 7. tit. 17. lib. 4. recopil.* ubi quod id superior facere debeat.

Et in nostra specie Dominorum inferiorum Montal. *in* 34
l. 6. tit. 11. lib. 2. For. gloss. penult. optimè Azeved. *in dict. l. 17. n. 12.* ubi quod in quolibet casu, in quo aliàs Dominis inferioribus causas avocare, non liceret, possint tamen ob ista gravamina in sententiis interlocutoriis id facere, idem tenent Curia Philipp. *dict. §. 9. num. 5.* Bobadill. *dict. vers. El primero.*

Tertiò limitatur dicta conclusio in causis Potentio- 35
rum, tam civilibus, quam criminalibus, in quibus non sufficit authoritas judicis inferioris; quia tunc rectè poterit, & debet Dominus superior causas avocare, Aviles *in cap. 6. Pretorum, gloss. notifiquen, num. 3.* Cur. Philip. *dict. §. 9. nu. 5. vers. El tercero*, Bobadill. *lib. 2. d. cap. 16. n. 100. vers. El primero, in med.*

Quarta limitatio erit qua Domini vassallorum, & ejus 36
Iudex causas ab ordinariis suorum locorum avocare poterunt, si id privilegio, & consuetudine eis competat, ut docet Azeved. *in l. 45. tit. 4. lib. 3. Recopil. num. 8.* Cur. Philipp. *dict. §. 5. num. 4. in fin.* ubi ad id refert *dict. l. 45. Recopilat.* & quod per eam tales consuetudines approbentur; sed certè per eam expresse reprobantur, ut in ipsa patet.

Extra hos quidem casus, seu limitationes, domini vas- 37
sallorum, vel eorum Iudices appellationum nullo modo causas à Iudicibus ordinariis per populos electis, etiam cum confirmatione ipsorum dominorum, avocare debent.

Quæ omnia intellige etiam in nostris Correctoribus 38
respectu judicum ordinariorum oppidorum, à quibus causas jam cœptas, nisi ex prædictis causis avocare non debent: & in alio quolibet Iudice superiore respectu inferioris, ut notat Cur. Philipp. *dict. §. 9. nu. 4.* de quibus casibus specialiter loquitur *l. judicium solvitur, de judic.* in illis verbis: *Vel etiam eo, qui majus imperium in eadem jurisdictione habet*: † præterquam in Rege, & ejus Su- 39
premo Consilio, Bobadill. *dict. cap. 16. nu. 100. in princ.*
† Et præterquam in locis quorum jurisdictio competit 40
Mili-

Militatibus Ordinibus D. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, in quibus gubernatores juxta suas antiquas Ordinationes, & consuetudines à quibuslibet Iudicibus inferioribus primæ instantiæ causas avocant, ut notant D. Covarruv. *practicar. d. cap.9. num.4.* Cur. Philippic. *dict. §.9. n.4. in fin.* Bobadill. *d.c.16. n.101.*

41 Ad alia autem plura de materia causarum avocationis quando, & ex quibus causis, & à quibus Iudicibus fieri debeat? latè tractant antiquiores *in d. l. judicium solvitur, ff. de judic.* & Canonistæ *in cap. ut debitus honor, de appellat.* ubi plures congerit Augustin. Barbos. & Fermosin. & novissimè Prosper. Fagn. & D.D.D. Emanuel Gonzalez, Rebuff. *ad ll. Reg. tit. de evocat.* D. Covarruv. *practic. quest. cap.9.* Vant. *de nullitat. tit. de nullitat. ex defect. jurisdict. num.66. cum seqq.* Cur. Philipp. *part. 1. dict. §.9.* Avendan. *de exequend. par.1. cap.19. ex num. 2.* Lancellot. *de attent. par.2. cap.10.* Bobadill. *in Polit. lib. 2. c.16. à num.100.* Fontanel. *de pact. dotal. clauf.4. glos. 10. par.1. à num.66.* Portoles ad Molin. §. *Evocatio*, Ripol. *de regalib. cap.25.* Guizzar. *decis.14.* ubi additio D. Salgad. *de retent. bullar. part.2. cap.31. à num.89. & cap. 5. §.2. & cap.6. & 22. & de Reg. protect. 3. part. cap.13.* & Tondut. *de prævent. judic. cap.7. part.1.* Castill. *de tertiis, cap.41. à num.122.* & novissimè aliqua de materia D. Mi-
42 chael. Cortiad. *tom.1. decis.16. num.13. cum seqq.* † Ubi eleganter quod per avocationem judex superior avocans subrogetur in locum Iudicis inferioris, à quo avocatur, quin judicium mutetur, nec actio, nec instantia, nec causa: sed eadem lis, actio, judex, & instantia, & Tribonal, & omnia in pristino statu permanent, ut optimè quoque docent Peguer. *decis.171. num.1. vers. Prædictis*, Cancer. *3. part. variar. resolut. cap.10. numer.8.* Fontan. *de pact. dotal. clauf.4. glos.10. part. 1. numer.67. vers. elegans, & decis.231. num.3. & decis.236. num.18. & decis.238. num.10. & decis.576. nu.10.* Coccin. *decis. 185. num.6.* Tondut. *de prævent. cap.7. num.11.* Ripoll. *de Magistr. logiæ maris, cap.7. num.6. & ad Peguer. in*
43 *practic. civil. rubric.29. num.85.* † Ubi quod ideo licet alias fidejussores in uno judicio dati, pro judicato in alio non teneantur, juxta text. *in l. cum apud, ff. judicat. solvi*, & latè tradita, pluribus congestis, per Noguet. *allegat. 15. ferè per tot.* attamen causa per superiorem avocata, pro ibidem judicatis erunt adstricti; quia idem Iudex, causa, & Tribunal censetur, & idem resolvunt Peguer. *dict. dec.171.* Fontanel. *in locis supr. citat.* Cancer. *2. variar. c.5. à n.120. & 3. p. c.12. à nu.107.* & alios plutes referens Cortiad. *d. decis.16. n.15.*

44 Ex quibus ad notabilem in praxi casum descendere non omittam, quod si post prolatam sententiam visionis in Regiis nostris Audientiis, seu Cancellariis, & lite pendente in instantia revisionis, & ita in calculo ferendæ ultimæ sententiæ revisionis, à qua amplius supplicari nequit: si tunc (inquam) causa per Regium Senatum avocetur, & ibidem sententia confirmatoria, vel revocatoria prius per Regiam Audientiam prolata proferatur, similiter ab ista sententia amplius supplicari non poterit, uti nec si esset prolata à Regia Audientia; quia in ejus locum Regius Senatus subrogatus censetur, & eadem instantia revisionis in eodemque Tribunali continuata intelligitur; & ita Senatus sententia erit ultima re-
45 visionis, a qua supplicari non potest, † & in hunc modum, dum hæc scribentem, fuit declaratum in nostro Regio Senatu in quadam magna causa inter D. Bernardum Ascanio Lezcaro, & D. Agnetem Ascanio de la Guerra, super successione cujusdam majoratus; nam cum post sententiam visionis Regiæ Audientiæ Hispalis, ubi ubi lis pendebat, lis ad Regium Senatum ob magnas causas avocaretur, sententia in eodem Senatu fuit prolata revocatoria sententiæ Regiæ Audientiæ, & interposita supplicatione pro parte Dominæ Agnetis, & magnis exemplaribus, ut admitteretur allegatis; è contra verò D. Bernardo, ne amplius supplicationi, locus esset prætendente, tanquam ultima sententia revisionis jam prolata: viso articulo supplicationem admitti non debete per Regium Senatum fuit declaratum ex prædictis fundamentis; † De quo alia plura eleganter congesta in- 46
venies in docta allegatione, quam pro defensione D. Bernardi edidit D. Gabriel de Espinosa Ribadeneyra hujus Curiæ doctissimus Advocatus, qui & meritò pro sua magna litteratura, ac prudentia, tam in civilibus, quàm in Canonicis causis defendendis inter primarios gradum, adhuc in virili ætate est assecutus, & hæc pro primæ hujus §. quæstionis expositione.

Ad secundam principalem quæstionem: an videli- 47
cet Barones, sive Domini vassallorum, aut jurisdictionis, maximè secundarum causarum, ad quarum decisionem Iudices appellationum creare possunt, hoc etiam facere valeant constituendo Parlamentum, vel Consilium, in quo per plures Iudices ibi congregatos causæ per appellationem terminentur? quod non minimum emolumentum, aut fructus jurisdictionis esset, imò ut magna præeminentia per Dominos inferiores prætendi solet.

In quo articulo breviter resolvendum est, nullo modo 48
jurisdictionis etiam appellationem Dominis superiorem recognosceotibus competere hoc Parlamentum, aut Consilium, aliosve Magistratus supremos constituendi facultatem; † quia hoc superioritatem denotat, & ad 49
supremam jurisdictionem penes Principem semper reservatam pertinet, ut benè notant Mastrill. Castill. & Faxard. proximè referendi: † Et comprobatur etiam ex 50
eo, quod Consilia ista, Parlamentum, aut Senatus, Magistratus Supremi dicantur, ubi de ultimis appellationibus cognoscitur, & à quorum sententiis ad alium non appellatur, ut notant Guid. Pap. *quest.43.* Thesaur. *in præfat. decis. num.15.* sed ad ipsum dumtaxat supplicatur, ut apud nos ex legibus Regiis 1. *& seqq. tit.19. lib. 4. recopilat.* † Quare Principibus tantum superiorem 51
non recognoscentibus competere posse, manifestum est, juxta tradita *supr. cap. precedent. num.34.* & in hoc cap. *ex num.32.*

Et ita hanc quæstionem contra Dominos inferiores 52
resolvunt ex doctrina Bart. *in l. & hoc Tiberius Cæsar. 41. ff. de hered. instit.* ubi tamen expressè id non asserit: sed apertè docet *in l.2. Cod. de Decurion. lib.10. in fin.* Guid. Pap. *decis.43.* Guilhelm. Benedictin. *in cap. Raynutius*, §. *Et uxorem nomine Adelasiam, numer.432.* Carol. de Grasal. *de regal. Reg. Fran. fol.111.* ubi quod sit de regalibus; & ita in Francia servari, asserunt Chassan. *in Catalog. glor. mund. part.7. considerat. 9. vers. Tale Parlamentum, & 5. part. considerat. 24. cas.17.* Ioann. Montaigne *in tract. de Parlament. in addit. versic. Et de Parlamento, numer.4.* Aviles *in cap.2. Prætor, glos. Heredad, num.9.* & cum aliis Castill. *de tertiis, cap.41. ex num.17.* Dom. Salgad. *de retention. 1. part. cap.14. num. 2. & 33.* optimè Mastrill. *de Magistratib. lib.1. c.1. n.17. & lib.4. c.17. n.2. & seqq.*

Qui hoc magis confirmat ex eo, quod ista Consilia, 53
aut Senatus, Supremosve Magistratus creare de regalibus reservatis sit, & ad supremam jurisdictionem, & altum dominium Principis pertineat: ad differentiam aliorum inferiorum officialium creationum, quæ jurisdictione concessa, & administranda per Dominos inferiores, ab ipsis fieri debent; & novissimè idem notat Faxard. *allegat.33. à numer. 1945. & 1956.* & benè contra Magnates, & alios Dominos inferiores resolvit Thesaur. *in dict. præfat. decis. n.15.* ubi quod in Sabaudia nullus, præter suum Ducem, Senatum, aut Parlamentum habeat; & præter Ducem Numercnioi, quem licèt Sabaudiæ Duci inferiorem ob Provinciam Genensem in feudum ab eo acceptam, Consilium habere cum Præside, & aliquot Senatoribus ait Thesaurus; † Sed rectè idem ani- 54
madvertit, hoc non propriè Parlamentum, vel Senatum appellari debere, sed tantummodo judicum Collegium absque qualitate supremi Magistratus dici posse: notat quoque nostra Cur. Pisan. *lib.1. cap.11. numer. 3.*

† Et

55 † Et idem apud nos dicendum est in aliquibus Ducibus, aut Dominis inferioribus hujus Regni; quia similia Consilia, seu Audientias ex privilegio, aut consuetudine immemoriali in suis terris habent; ut sunt Dux Methinæ Cœli in sua Villa Methinæ: Dux de Arcos in Civitate Marchenæ: Dux de Alva, in Alva, & alii plures, quæ quidem Audientiæ propriè Consilia, aut Senatus non sunt, sed judicum Collegia, aut Congregationes,, seu *Iuntas*, & præcipuè cum ab eis ad Regias Audientias, seu Cancellarias appelletur, non verò ad ipsos supplicetur, ut benè notant Cur. Pisan. *d.cap.*11.*nu.*3. Thesaur. *ubi supr.*

56 Et idem in Lusitania servatur, & specialiter statuitur per *tit.*45.§.4.*lib.*2.*Ordinam.* illius Regni, quo Domini inferiores talia Consilia, seu Parlamenta in suis terris habere prohibentur, & ibidem docent Lusitani, quos cnngerit Barbos. *in dict.*§.4. Cost. *in suo styl. annotat.*1.*num.*16. Cabed. *decis.*85.*num.*1.*part.*2. Fragos. *de regimin. Reipubl. part.*1.*lib.*3.*disput.*7.*num.*45.& novissimè Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg.* 2.*p.cap.*8.*num.*43.*&* 44.

57 Et apud nos hanc facultatem Domini inferioribus de-
negant, Aviles *in cap. Pratorum* 2.*Glos. Heredad*, *num.*
58 9. Bobadill. *in Polit. lib.*2.*cap.*16.*num.*93. † Vbi quod
nec Dominorum Iudices appellationum Correctores no-
minetur, sed *Alcaldes mayores* appellari debeant,
59 † ubi limitat in Gubernatore Comitatus de *Lemos*, qui
in Villa de Monforte residet, & Correctorem appellari
posse, ait Bobadill. ex Regio privilegio, quod ad id Co-
mitem de *Lemos* habere judicat.

CAP. XVIII.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia capitum præcedent. circa jurisdictionis fructus in Officialium electionibus consistentes. Plenè agitur quomodo in his electionibus faciendis, seu fructibus percipiendis domini jurisdictionis se gerere debeant? & quod præcisè electiones facere teneantur, quin ipsi jurisdictionem in aliquo exercere valeant; latè in examine testium, torturis infligendis, carcerandis, vel excarcerandis reis, & similibus actibus jurisdictionalibus, à quibus omninò domini inferiores abstinere debent, & liberè suis Officialibus jurisdictionem relinquere; nec jubere facias sic, vel non facias, nec ut summariè, & de plano procedant, aut quod ex processu informativo tortura ab eis infligatur: Quid in atrocioribus delictis, & ubi tumultus timetur, & periculum est in mora? An etiam contra suos Officiales ob delicta procedere possint? Et quid circa electiones faciendas servare debeant, maximè cum ad propositionem oppidorum eligunt: An majora suffragia habentes eligere, vel confirmare teneantur, vel aliquo casu, ultra personas nominatas eligere possint, & alia circa personas eligendas, earumque capacitatem, vel incapacitatem, & quando secundam vel tertiam propositionem ab oppidis fieri petere possint? Et an istas electiones, vel alios actus jurisdictionis voluntariæ, aut contentiosæ extra territorium exercere valeant? Et utrùm semel electos absque causa, vel cum ea intra annum removere possint? Et locata oppidorum jurisdictione, an conductor novas electiones statim facere possit, vel factis per locatorem stare, teneatur, ad *l. emptorem*, *Cod. locat.* ubi latè de singulari successore, qui per translationem, aut successionem succedit, quando facto antecessoris stare debeat? Et quid decedentibus jurisdictionis dominis, in eorum successoribus, an similiter electionibus prædecessoris stare cogantur, vel novas facere valeant? Latè distinguitur inter jurisdictionem liberam, vel majoratui annexam: aut quæ feudo ex pacto, & providentia, vel hæreditario cohæret: & quid denique cum electiones per antecessorem ad beneplacitum fuerunt factæ?

SVMMARIVM.

1 *PRoponitur materia hujus capitis, circa perceptionem fructuum jurisdictionis in electionibus Officialium consistentium, quomodo in eis domini inferiores se gerere debeant?*

2 *Domini inferiores, seu Barones in suis terris sunt Iudices perpetui, & ordinarii.*

3 *Iurisdictionem hanc per se exercere non debent, sed per suos Officiales, & ratio.*

Terrerentur vassalli ob reverentiam dominorum coram eis agentes, ibid.

4 *Eos, ut privatos Officiales, syndicare non auderent.*

6 *Domini inferiores ab omni actu exercitii jurisdictionis abstinere debent.*

7 *Servatur de praxi in Regno Neapol.*

8 *Iurisdictionem in dominium, non in administrationem habere dicuntur.*

9 *Vel in habitu, non in actu, seu exercitio ad differentiam caeterorum justitia Officialium, aut Magistrorum, qui è coontra jurisdictionem in administrationem, non in dominium exercent.*

10 *Officialium justitiæ electiones non solùm ad dominos jurisdictionis, ut fructus pertinent, sed ad eas faciendas præcisè sunt cogendi.*

11 *Iustitiæ administratio per dominos inferiores suis Officialibus liberè exercenda committi debet, cum num. seqq.*

Rescripta suis Magistratibus per dominos non sunt expedienda dicendo: Sic facias, vel non facias, *ibidem.*

12 *Vassallorum Domini suos Iudices, sive Officiales in exercitio jurisdictionis nullo modo impedire possunt.*

13 *Iustitiam tantùm excitare valent.*

14 *Domini inferiores non debent committere causas suis Officialibus, ita ut non aliter, quam eis consultis reos torquere, vel sententias in criminalibus proferre valeant.*

15 *Nec rescribere, quod de plano, & sine figura judicii procedant in causis jure ordinario tractandis.*

16 *Nec quod appellatione remota.*

17 *Limita in atrocioribus delictis ubi periculum, & scandalum sit in mora punitionis, vel tumultus timetur, ad text.* in l. Si quis filio, §. Qui tamen 9. ff. de injust. rupt. cum duob. num. seqq.

18 *Idem in quocumque alio judice inferiori Ordinario.*

20 *Commissa semel jurisdictione per dominos inferiores suis Officialibus, ab ea nudati remanent, nec in aliquo se intromittere valent.*

21 *Non possunt jubere Officiali semel electo, ne in una, vel in altera causa se intromittat.*

22 *Nec quod in jam cœpta supersedeat.*

23 *Increpantur domini vassallorum contrarium facientes, & aliquo prætextu, sive colore petentes processum à suis Officialibus, eumque retinentes, ne ad ulteriora procedant.*

24 *Prohibentur quoque vassallorum domini informationibus capiendis assistere, aut testibus examinandis, seu torturis infligendis.*

Te-

Digitized by Google

Testium animos dominorum præsentia de facili subvertere potest, ibid.

25 *Abstinere etiam debent à cognitione extrajudiciali an justè, vel injustè vassalli per suos Officiales carcerentur, vel excarcerentur.*

26 *Iubere non possunt, quod ex processu informativo tortura infligatur.*

27 *Quid in causis arduis, & atrocioribus?*

28 *Et in supremis Magistratibus, aut Regiis Audientiis, & dict. num. 27. & 29.*

30 *Vassallorum domini pro fructibus jurisdictionis meram dumtaxat, & nudam Magistratuum, ac cæterorum Officialium justitiæ electionem habent.*

31 *Publicè interest jurisdictionem per Officiales nominatos liberè, & independenter à domino exerceri.*

32 *Ipsi Officiales, sive dominorum judices an ab eorum jurisdictione sint exempti, quin circa excessus in exercitio jurisdictionis per dominos corrigi valeant, sed ad superiora Regia Tribunalia remittendi.*

33 *Quid finito officio?*

34 *Et in gravioribus delictis?*

35 *An finito officio domini inferiores suos Iudices syndicare valeant.*

36 *Quid circa prædicta apud nos servandum? cum num. seqq.*

39 *In Officialium electionibus formam, & ordinem consuetum domini servare debent, cum num. seqq.*

42 *Et si sit consuetudo, quod ad oppidi nominationem, sive propositionem certarum personarum, dominus eligat.*

43 *Vel per universitatem electos confirmet.*

44 *Quid si non per universitatem, vel oppidum, sed per ipsos Officiales prædecessores de consuetudine futuri eligantur?*

45 *Damnatur hæc consuetudo tanquam scandalosa, & nimis Reipublicæ prajudicialis, & declaratur in num. 46.*

47 *Stante oppidorum consuetudine, quod per oppidi concilium aliquot personæ proponantur, ut per dominos confirmentur, an dominus habentes majora suffragia, vel minora confirmare, seu eligere valeat?*

48 *Distinguitur inter meram confirmationem, & electionem, & quid in unaquaq; & n. 49. & infr. nu. 63.*

50 *Quid si habentibus majora suffragia inhabilitas aliqua, sive incapacitas obstet?*

51 *Dominis, si competat privilegium eligendi unum ex nominatis per universitatem cum clausula, quod si nullus sibi placuerit, alii proponantur: quousque nominationem respuere valeant, & aliam exigere?*

52 *Quid si semper personæ inhabiles proponãtur? & n. 55.*

53 *Incapacium nominatores arbitrio puniendi.*

54 *Quando ob id facultate nominandi priventur?*

56 *Domini, ut superiores cognoscere debent, de inhabilitate personarum, quæ ad electionem, seu confirmationem proponuntur.*

57 *Contrarium in Regno Neapol. statuitur.*

Barones in illo Regno in universitatum electionibus, aut dominationibus, se intromittere prohibentur, ibidem.

58 *Vassallorum domini benè de consuetudine extra personas oppidorum nominationes, sive propositiones facere possunt.*

59 *Plura de materia Officialium electionum, aut confirmationum, quomodo per dominos inferiores fieri debeant? cum num. seqq.*

De inhabilitate, seu incapacitate electorum ad infames, excommunicatos, debitores Reipublicæ, concilii œconomos, duodecim liberos habentes, Iudæos, Mauros, vel istorum radice infectos: Nobiles, plebejos, & alios inferioris conditionis: qui ab officiis publicis excusari, aut repelli possint, vel non? ibidem remissivè, cum numer. seqq.

60 *Idoneum ex nominatis per universitatem eligi à Domino sufficere, quin idoniorem eligere teneatur.*

61 *Semel factam electionem Dominus absque legitima causa mutare non debet, aliam nominationem per universitatem faciendam, petendo, ut iterum eligat.*

62 *Stante inhabilitate, seu incapacitate in aliquibus ex nominatis, an, & quando tota nominatio, ut individua, corruat, & de novo fieri debeat?*

63 *Quid inter nominationem, electionem, & confirmationem, quæ ad universitates, vel Domines inferiores pertinere solet?*

64 *Eligente oppidi concilio, & Domino confirmante, à quo electi jurisdictionem, vel officium accipiant?*

65 *Quid si Dominus ad propositionem oppidi eligat?*

66 *Et si unum ex pluribus confirmet?*

67 *Vassallorum Domini an extra propria territoria hujusmodi electiones facere valeant? cum num. seqq.*

68 *Iudices an extra proprium territorium jurisdictionem exercere possint? distinguitur inter jurisdictionem voluntariam, & contentiosam, ad beneficiorum collationes, & similia, cum num. seqq.*

71 *Jurisdictio contentiosa territorio cohæret, & tribunal, sive causa cognitionem requirit: secus voluntaria, & num. 72.*

Tribunal in alieno territorio, invito Domino, constituere, in Domini injuriam vertitur, d. num. 71.

73 *Vassallos, aut partes de una Provincia ad aliam pro sequandarum litium causa exire nimis gravè, & durum, ob litium sumptus, itinerum pericula, & alia.*

74 *Increpantur vassallorum Domini de una Provincia ad aliam vassallos litium causa exire cogentes.*

75 *Officiales pro administratione justitiæ extra territorium oppidi, aut feudi Domini deputare non debent.*

76 *Nec carceratos à propria patria extrahere, & transmittere ad carceres alterius terræ, & si ipsius Domini propria sit.*

77 *Quid in causa ardua, & si carceris fractio timeatur.*

78 *Vel si ad torturam infligendam, aut faciendam comprobationem personalem, aliave ex causa translatio fiat?*

79 *Domini inferiores plura oppida, aut terras habentes in unaquaque officialem justitiæ constituere, sive deputare debent, & n. 82.*

Quid si casalia, aut oppida parva, remota, vel convicinia sint? ibid.

89 *Quando causas primæ instantiæ extra proprium territorium delegare possint?*

81 *Quid in causis appellationum, an extra propria loca, aut territorium per dominos extrahi valeant, Iudices appellationum in remotis locis constituendo, aut Consultores quoque, seu Assessores causarum?*

83 *Quid stante pro dominis consuetudine.*

85 *Concluditur ex dictis, inferiores dominos extra proprium locum jurisdictionem contentiosam exercere non posse.*

86 *Id facere debent per suas litteras requisitorias: in citationibus, personæ captura, sententiæ executione, & similibus judicialibus actibus, ne, irrequisito Iudice, aut domino territorii, ubi fiunt, exerceantur, cum num. seqq.*

89 *In Barcinona Civitate conceditur per locumtenentem generalem Baronibus ibi commorantibus licentia, sive territorium, ubi jurisdictionem contentiosam exerceant.*

90 *Exercendi jurisdictionem in alieno territorio facultas inter proprios subditos consuetudine quæri potest.*

91 *Ex consensu subditorum in diversis oppidis unius domini habitantium, ut extra propria loca conveniantur, & judicentur.*

92 *Can-*

92 *Cautela, qua nostri domini inferiores utuntur, ut in Curia Regia jurisdictionē contentiosam exerceant.*
93 *Qui actus ad jurisdictionem voluntariam pertineant, ut in alieno territorio per dominos, vel alios Iudices rectè expediantur?*
94 *Quo tempore Officiales justitiæ, siva Iudices eligi debeant, & per quod tempus duratura electiones?*
95 *Electiones, ex quo fructus reputantur, ante tempus, hoc est intra terminum priorum electionum, fructus immaturi censentur, & num.107.*
96 *Oppida Officiales electos per dominos inferiores intra tempus anterioris nominationis recipere non debent.*
97 *Inferiores domini vassallorum Officiales semel electos ante tempus, sine justa causa privare non possunt.*
98 *Etiam ipso Officiali consentiente.*
99 *Quid si universitates, vel oppida consentiant, & quid si electionem, vel nominationem tantum domini inferiores habeant? & n.100.*
101 *Quid in hoc casu inter jus nostrum Regium, & Neapolitanorum intersit.*
Apud nos justitiæ Officialibus, sive Iudicibus per dominos inferiores absque justa causa remotis, Regia Tribunalia pro auferendo gravamine adeunda, ibidem.
102 *Locato per dominum, vel Baronem oppido, aut feudo cum sua jurisdictione, an conductor electionibus illius anni, vel biennii stare debeat, vel saltim novas facere possit? cum num. seqq.*
104 *Resolvitur negativè, cum num. seqq.*
Semel electionibus factis, fructus in eis consistentes percepti dicuntur, ibid.
105 *Singularis successor colono stare, tenere circa fructus pendentes anni incepti.*
Idem in emptore respectu coloni partiarii, ibid.
106 *Idem si pro quinquennio sit res locata, & sua natura unicum fructum in quinquennio reddat.*
107 *Fructus immaturi per conductorem percipi non possunt remissivè.*
108 *Exponitur text.* in L.emptorem, Cod. Locat. *ad quem assignatur duplex limitatio, cum num. seqq.*
109 *Procedit primo cum singularis successor succedit per viam privationis, & extinctionis: secus si per viam transmissionis, seu translationis.*
111 *Iurisdictionis conductor non per extinctionem, sed per transmissionem succedit.*
111 *Limitatur secundo, cum singularis successor non succedit in pleno jure antecessoris.*
113 *Iurisdictionis domino decedente post electionem jam factas, an electorum Officialium jurisdictio statim extinguatur, ita ut novus dominus successor in jurisdictione Officiales electos pro illo anno, vel biennio inchoato removere, & alios de novo eligere valeat? cum num. seqq.*
115 *Distinguitur inter dominos jurisdictionis ratione majoratus, cui coheret: & inter dominos libera jurisdictionis, necnon, inter jurisdictionem feudalem: & quid in unoquoque casu?*
Resolvitur affirmativè in primo casu, ibid.
116 *Dubitatur maximè circa assignandam rationem istius resolutionis.*
Iudices per dominos inferiores electos delegatos esse juxta aliquos, ibid.
117 *Verius est, jurisdictionem ordinariam exercere, & num.121. cum seqq.*
118 *Idem in locumtenentibus correctorum.*
119 *Locumtenentium electiones prius per Correctores fiebant, mox per Camera Supremum Senatum, & denique ipsis Correctoribus reddita.*
120 *Episcoporum Vicarii ordinariam jurisdictionem exercent.*
121 *Iurisdictione Dominis inferioribus concessa, creandorum quoque Officialium justitiæ facultas concessa censetur.*
122 *Necessariò hanc concessionem induci, quia domini inferiores per se ipsos jurisdictionem exercere prohibentur.*
124 *Redditur vera ratio superioris resolutionis, ut mortuo Duce, Comite, vel alio possessore majoratus, cui jurisdictio inhæret, Officialium electiones per possessorem prædefunctum facta extinguantur, nec eis successor stare debeat, cum num. seqq.*
125 *Iurisdictionis, & similium rerum majoratus dominium ad vitam ipsius possessoris est restrictum, & limitatum, nec ultra fructuum perceptione, ut sunt electiones Officialium, protrahuntur.*
126 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
127 *Successor majoratus succedit per viam extinctionis, aut privationis.*
128 *Fructus rerum majoratus inter novum successorem, & mortui haredem pro rata temporis dividendi.*
119 *Non obstat superiori resolutioni, ut mortuo possessore majoratus, Officialium jurisdictio spiret, quod jurisdictionem ordinariam exerceant; & redditur ratio.*
Idem in Vicario Episcopi, ibid.
130 *Et in locumtenentibus Correctorum: & quid de consuetudine, & praxi apud nos servetur?*
132 *Quid in successoribus libera jurisdictionis nullo majoratus vinculo subjecta, an Officialium electionibus à prædecessore factis stare debeant? cum num. seqq.*
133 *Quid inter hunc, & superiorem casum jurisdictionis majoratui subjecta, intersit, cum num. seqq.*
134 *In majoratibus jure sanguinis succedit, etiam si cum qualitate necessaria successores vocentur.*
Declaratur circa hoc Dom. Molin. *per ipsum in suis annotationibus, ibid.*
136 *Quid in jurisdictione feudali, an, & quando novi successores in feudo electionibus prædecessoris stare debeant?*
Distinguitur in feuda hereditaria, aut ex pacto, & providentia, ibid.
137 *In jurisdictione majoratus, aut feudi, in quo jure sanguinis succeditur, an successor, si simul prædecessoris hæres sit, ejus electionibus stare cogatur.*
138 *In superioribus casibus, Officialibus ad beneplacitum possessoris electis, an eo mortuo, statim spiret eorum electio, aut jurisdictio?*
139 *An saltim, quousque novi eligantur, eorum jurisdictio duret?*

QUibus ita circa dictum Officialium, & Ministrorum justitiæ creationes, tam in prima, quàm in secunda instantia in præcedennibus capitibus prænotatis, & quando ad Regem, Duces, Comites, Barones, & alios inferiores dominos jurisdictionis, tanquam ipsius fructus, & emolumentum pertineat? pro pleniori, & absoluta hujus capitis materiæ explanatione, restat nunc aliqua utilia, & nobilia ad praxim annectere circa horum fructuum, vel emolumentorum perceptionem, seu circa has Officialium electiones, quomodo per Dominos inferiores jurisdictionis, tam in prima, quàm in secunda instantia fieri, aut percipi debeant. 1

Primò igitur, quoad Judicem, & Magistratuum justitiæ creationes, quas ad Dominos inferioris jurisdictionis tanquam ipsius fructus spectare superius diximus, pro plena horum fructuum, & eorum pertinenntiæ ad Dominos jurisdictionis disquisitione, rem altius, & ab origine repetendo, dicendum est, ita ad Duces, Comites, seu Barones jurisdictionem in suis terris pertinere, ut in eis Judices ordinarii perpetui sint, Gloss. *in Authent. de quæstor. collat.* 6. Andr. de Isern. *in cap.1. col.4. tit. quid sit investitur. & in cap.1. §. Præterea, & in §. Scriba, de probibit. feud. alienat. per Federic.* & aliis in pluribus locis 2

locis paſſim per Feudiſtas relatis: Marin. Frecc. *de ſub-*
feud. authorit. 10. noſter Avendan. *de exequen. mandat.*
part.2.cap.10.num.5. Pont. *de poteſt. Proreg. tit.1.§.1.*
n.1. Capiblanc. *de Baronib. tom.1. ſuper pragmat. 5. num.*
149. Horat. Barbat. *de diviſ. fruct. p.1.c.9. num.4.* & ex
Pont. & aliis Dominic. Taſſ. *obſervat. jur. ſuper pragmat.*
de antefat. verſ.3. obſervat.4. nu.29. & in loco Regis eſſe
cenſentur, *l.12. tit.1. p.2.* ibi: *E tuvieſſen ſus lugares*,
l. fin. tit.5. lib.4. Fori. Avendan. *de exequend. c.7. n.1. &*
c.9. nu.1. p.1. Azeved. *in rubric. lib.4. recop. nu.5.* & Re-
gum etiam Vicarii; & apud nos Correctores dicuntur,
Innocent. *in cap. penult. de fid. inſtrument.* Bart. *in l. Bar-*
batius, ff. de offic. Prætor. Montal. *in l.1. verb. E no, tit.*
8. lib.1. fori, Avendan. *de exequend. 1. p. cap.5. n.6.* Aze-
ved. *in dict. rubr. tit.25. à n.4.* ubi Didac. Perez, Rode-
ric. Suarez, & alios refert Bobadill. *in politic. lib.2.c.16.*
num.9. & 19.

3 Quam quidem juriſdictionem Marchiones, Duces,
ſeu Barones, & alii inferiores Domini juriſdictionis per
ſe ipſos exercere non poſſunt, ſed per ſuos Officiales,
ne Vaſſalli alias coram eis agentes perpetui Domini re-
verentia terreantur, & ob id juſtitiam petere, omit-
tant, ut optimè notat Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.2. au-*
thorit.13. n.7. Vincent. de Franc. *deciſ.511. n.1. & 4.* Ubi
alios congerit Addit. Viſcont. & Amendol. *num. 6. & 7.*
benè Carol. de Tapp. *in pragm. Regn. Neapolit. tom.1. lib.*
2. rubric. de Officialibus in Reg. conſtituend. conſtit. ea
4 *qua ad ſpeciale, num.55. & 56.* † Vbi ideò etiam, præ-
ter dictam rationem, procedere eleganter ait, ut mu-
tatione Officialium, qui per Dominos eliguntur, mi-
niſterio finito, juſtitiæ complementum in Syndicatu
Vaſſalli ſperare, & petere valeant, quod non ita à ſuis
Dominis ob reverentiam, & potentiam exigere, aut
5 prætendere poſſent, † & ad alia plura iſtam reſolutionem
ſequuntur cum Muſcatell. Surd. & aliis Capiblanc. *de Ba-*
ron. tom.1. ſuper pragmat. 8. part.1. num.69. & nu.259. &
6 *melius ſuper pragmat.3. num.123. & numer.124.* † apud
quem, quod ab omni actu exercitii juriſdictionis Do-
mini ſe abſtineant, Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol. in*
rubric. de ſuſpic. Official. ſuper pragm.2. & 3. à num.124.
7 † Vbi quod in Regno Neapolitano quotidie Regiæ
proviſionis ad inſtantiam Vaſſallorum expediantur, ne
ullo modo Barones in juriſdictionis exercitio ſe intromit-
tant, ſed eam per Officiales ab ipſis deputatos liberè
exerceri permittant, & optimè, & noviter docent
Dominic. Taſſ. *in obſervat. jur. ſuper pragmat. de ante-*
fat. verſ.3. obſervat.4. num.136. Horat. Barbat. *de diviſ.*
fruct. par.1. c.9. n.5. Ioan. Maria Novar. *de gravam. Vaſ-*
ſall. tract.1. gravam.186. per tot.

8 Vnde Barones, & prædicti Domini Vaſſallorum ju-
riſdictionem in Dominium dumtaxat, non in admini-
ſtrationem habere, dicuntur, Capyc. *in inveſtitura feu-*
dal. verbo Magiſtratuum creatio, Horat. Barbar. *d. c.9.*
n.5. Novar. *ubi proximè, numer.2.* & cum aliis Capiblanc.
de Baronib. tom.1. dict. pragmat.8. part.1. numer.134. &
9 *tom.2. cap.19. num.10.* † vel in habitu, non in actu, ſeu
exercitio eam habeant ad differentiam Officialium, qui
per eos deputantur, qui è contrario juriſdictionem non
in dominium, ſed dumtaxat in adminiſtrationem, vel
in Officium exercent, Capiblanc. *dict. cap.19. num.10.*
& ut de cæteris aliis Magiſtratibus ſup. dictum remanet;
& idem tenent *Gloſſ. Pariſienſ. tit.1. gloſſ.5. nu.55.* Idem
Capiblanc. *d. pragmat.8. n.74.* & ex Vincent. de Franch.
idem Novar. *dict. gravam.186. n.2.*

10 Quare ex prædictis infertur, non ſolùm ad Comites,
Duces, & alios Dominos juriſdictionis Magiſtratuum,
& Officialium pro adminiſtratione juſtitiæ creationes,
ut ipſius juriſdictionis fructus ſpectare, ſed ad eas facien-
das præcisè cogi debere, quin per ipſos Dominos juriſ-
dictio exerceri valeat.

11 Quæ ſupradicta, ut Barones, ſeu Domini Vaſſallorum
ſuis Officialibus adminiſtrationem juſtitiæ committant,
ita amplia, ut tam liberè eis talis adminiſtratio, &
cauſarum cognitio committi debeat, quod nec reſcri-
pta, aut litteras ſuis magiſtratibus expedire valeant,
dicendo: facias ſic, vel non facias, ut ex Bald. *in cap.*
1, ſi de inveſtitura lis oriat. int. Domin. & Vaſſall. colum.
2. Avendan. *de exequend. part.1. cap.5. numer.7. verſ.*
Item infertur, Petra *de poteſtat. Princip. cap.1. numer.*
55. Capiblanc. *de Baronibus tom.1. pragm.3. num.122.*
& pragm.8. part.1. numer.259. & idem repetit, tom.2.
ſup. pragm.8. cap.42. numer.2. Horat. Barbat. *de diviſ.*
fruct. part.1. cap.9. num.7. † Quia ita firmam juriſdictio- 12
nem habent Iudices Dominorum Vaſſallorum ſemel
electi, ut nullo modo eam abſque legitima cauſa ipſi
Domini impedire poſſint, ut ultra relatos, tenent
ut noſtris Iudicibus ordinariis locorum, vulgò *Alcal-*
des Ordinarios, ad electionem populorum per Domi-
nos inferiores confirmatis D. Covarruv. *practic. quæſt.9.*
num.4. Azeved. *in l.45. tit.4. lib.3. recopil.* Bobadill. *in*
ſua politic. lib.2. cap.16. num.155. † Sed juſtitiam 13
ſolùm poterunt excitare Domini, & quod ipſa fiat, edi-
cere, Iaſ. *in l. juſtitia, de juſtit. & jur.* Avendan. *dict. cap.*
5. numer.7. verſ. Item infertur, Capiblanc. in locis ſup.
citatis.

Item nec ſuis Officialibus ita juriſdictionem Domini 14
Vaſſallorum, ſeu Barones committere poſſunt, ut non
aliter, quam eis conſultis, reos torquere valeant, vel
ſententias abſolutorias, aut condemnatorias proferre,
ſeu alio modo juriſdictionem reſtringere, optimè Capi-
blanc. *de Baronibus tom.1. dict. pragmat.6. numer.186.*
† Nec etiam reſcribere poterunt, quod ipſorum Offi- 15
ciales de plano ſine ſcriptis, & figura judicii pro-
cedant in cauſis, quæ jure ordinario tractari de-
bent, Lanfranc. *in Clement. ſæpè, de verbor. ſignificat.*
Anton. Sola *ad Decret. Sabaud. tit. de cauſ. miſerab.*
perſon. Decret. ſine juris ſolemnitate, num.1. pag. mihi
438. Roland. Cavagnol. *ad decret.2. Montisferr. §.9.*
ubi plures congerit, optimè Bobadill. *in polit. lib.2. cap.*
21. num.136. & cap.16. nu.179. † Vbi quod in commiſ- 16
ſionibus Iudicibus Perquiſitoribus expeditis tales clau-
ſulas non adiciant, nec clauſulam, ut appellatione re-
mota, procedant, *num.137.* contra quas clauſulas,
& juſſiones Dominorum benè agit Ægid. Boſſ. *in*
pract. crimin. tit. de Princip. num.287. ubi quod ob id
Senatus Mediolanenſis valdè contra Dominos Vaſſallo-
rum indignetur, & ex Marant. Caravit. & aliis Ca-
piblanc. *de Baronibus dict. pragmat.8. part.1. numer.*
258. Horat. Barbat. *de diviſ. fruct. dict. cap.9. numer.8.*
benè Fragoſſ. *de Regim. Reipub. lib.3. diſput.7. in prin-*
cip. num.10. & 11. † Vbi limitat, & intelligit, niſi de- 17
lictum ſit atrox, & ſcandaloſum, & periculum ſit in
mora punitionis, quia tunc benè poterit Dominus Vaſ-
ſallorum ſuo Iudici reſcribere, ut ſummariè, de plano
procedat, ſola facti veritate inſpecta, & quod poſtea
Principi de tali facto reſcribat, ex text. ſingular. *in l. ſi*
quis filio, §. Quod tamen 9. ff. de iniuſt. rup. Vbi Vlpian.
mirabiliter ad rem ita loquitur: *Niſi fortè latro ſit ma-*
nifeſtus, vel ſeditio prærumpta, factioque cruenta, vel
alia juſta cauſa, quam mox Præſes litteris excuſaverit,
moram non recipiat, non pœna feſtinatione, ſed præve-
niendi periculi cauſa; tunc enim punire permittitur, de-
inde reſcribere.

Quam limitationem non ſolùm in Dominis Vaſſallo- 18
rum, ſed in quocumque alio Iudice inferiori ſequitur
Bobadill. *in polit. lib.2. cap.21. numer.136. & 139.* ubi
Paris de Puteo, D. Covarruv. Gregor. Lopez, Go-
mez, & alios plures cumulat, quia in his caſibus ſpe-
cialibus cauſæ de ſua natura ſummariæ efficiuntur, ut
notat Paris de Puteo *de ſyndicat. verb. Sententia, cap.*
3. Avendan. *de exequend. par.1. cap.5. num.7.* Fragoſſ.
dict. num.11. & in his delictis enormibus, † & maximè, 19
ſi tumultum, vel aliud magnum ſcandalum in populo ti-
meatur ob pœnæ retardationem, quod de plano, & non
ſervata figura judicii, nec data reo copia indiciorum ad
pœnæ capitalis executionem procedi poſſit, Farinac.
in

in prax. crimin. quæst. 39. *num.* 9. Idemque resolvunt la-
tissimè materiam cum pluribus ampliationibus, & li-
mitationibus tractantes, ultra eundem Farinac. *dict.*
quæst. 39. *per tot.* Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 3. *cap.* 3. §. 9.
Bobadill. ultra loca sup. relata, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 16. D.
Salgad. *de protect.* 3. *par. cap.* 14. *num.* 46. Sanchez *in con-*
sil. moralib. lib. 6. *cap.* 3. *dub.* 15. *num.* 4. & cum aliis latè
Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resolut.* 8. *per*
totum.

20 Sed ultra hos casus, nullo modo Baronibus, seu Do-
minis Vassallorum licebit Judiciorum ordinem muta-
re, nec ad id suis Officialibus rescribere, quia ipsos
Officiales independenter jurisdictionem exercere, Do-
mini sinere debent; nam semel per eos Officialibus col-
lata jurisdictione, ita ab ea nudati remaneant, ut nihil
vetare, aut jubere valeant, nec in aliqua causa se intro-
mittere possint, ut ultra relatos, notant latè Rovit.
in pragm. Regn. Neap. rubr. de suspic. Official. pragm. 2.
& 3. *à nu.* 14. Scheplitzh. *in consuetud. Brundeburg. tit.*
6. §. 1. *part.* 2. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.*
395. *art.* 2. plenè Novar. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 164.
21 † Vbi quod nec Officiali semel electo jubere, ne in
aliqua causa se intromittat, possit, & idem Novar.
22 *de gravamin. Vassall. tractat.* 1. *gravam.* 295. † Vbi
quod nec rescribere, ut in jam cœpta supersedeat, &
idem docet Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *super prag-*
23 *mat.* 3. *num.* 186. † Vbi meritò insurgit contra Baro-
nes, seu Dominos Vassallorum, qui dum cognoscunt,
suos Officiales causas tractare æquè, & non rigidè, ut
ipsi cupiunt, vel è contra, causas ab eis evocant, & su-
persedere, faciunt processum petentes sub colore, quod
velint, consulere vel alio prætextu, qui tamen nunquam
regreditur, quod quidem injustissimum est, cum ob id
magnum gravamen Vassallis inferatur.

24 Item ex dictis prohibitum est etiam Dominis Vassal-
lorum, informationibus capiendis assistere, aut testi-
bus examinandis, seu torturis infligendis, cum de
facili eorum præsentia testium animos subvertere possit,
Angel. ad Foller. *in pract. crim. in fragm. tit. de jurisdict.*
omn. jud. & ita decisum in Senat. Neapol. & per plures
provisiones Baronibus prohibitum, testantur Novar. *de*
gravam. Vassal. tract. 1. *gravam.* 273. Capiblanc. *de Baro-*
25 *nib. dict. prag.* 3. *n.* 123. † Et *nu.* 124. quod abstinere de-
bent à cognitione etiam extrajudiciali, an justè, vel in-
justè Vassalli per suos Officiales carcerentur, vel excar-
cerentur? nec carcerariis, seu Officialibus jubere, ne
eis inconsultis excarcerentur, & idem docent Angel. ad
Foller. *in d. tit. de jurisdict. omn. judic. in fin.* Novar. *de*
gravaminib. Vassal. tract. 1. *gravam.* 298.

26 Quare nec jubere poterunt, quod ex processu infor-
mativo tortura infligatur, Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *su-*
27 *per pragm.* 8. *p.* 1. *numer.* 79. † Etiam in causis arduis, &
atrocioribus, in quibus id fieri, licet Supremis Ma-
gistratibus, ut in Magna Curia Vicariæ Regni Neapo-
litani practicari, testantur Præs. Franch. *decis.* 143. ubi
plures congerunt Addentes, & novissimè Carol. Anton.
Luc. ut in publicis viarum grassatoribus, Incendiariis,
assassinis, & aliis, Mastrill. *decis.* 191. Ioan. Bapt. Thor.
in compend. decis. verb. Tortura, tom. 1. & quod hoc et-
iam in Regiis Provinciarum Audientiis servetur, qui-
bus similiter ex processu informativo in prædictis, &
similibus atrocioribus delictis tortura infligitur, Franc.
Vivius *decis.* 142. Regens Tapp. *decis. S.C.* 22. & om-
ninò videndus *in pragm. Regn. Neapol. super pragm.* 11.
de Offic. judic. & alior. Official. cap. 48. *&* 54. latè
Capiblanc. *dict. pragmat.* 8. *part.* 1. *numer.* 75. *cum seqq.*
28 † Quod tamen Iudicibus inferioribus, aut Baronibus
non competit, nisi Regis, vel Supremi Senatus licen-
tia præcedente, Ioan. Bapt. Thor. *in compend. decis. verb.*
Torquens, tom. 1. & ex Afflict. Bursat. Natta, & aliis
Novar. *de gravam. Vassall. tract.* 1. *gravam.* 372. *à num.*
3. *& tot.* ubi & de reiteratione, de qua, & Anton. Luc.
29 *in dict. decis.* 143. Vincent. de Franch. † sed certe in
atrocioribus, & scandalosis delictis, ubi periculum est
in mora, & populi tumultus ob pœnæ retardationem ti-
metur, non est recedendum à prædicta, Fragoss. Bo-
badill. D. Salg. & aliorum opinione *supr. ex num.* 17. re-
lata, qui in difficiliori casu loquuntur, nimirum circa
pœnam infligendam, ad quam non data copia indicio-
rum, & sic ex processu informativo, procedi posse,
asserunt; quare, melius ad torturam infligendam per
quoslibet judices inferiores poterit deveniri, quod in
Curiis Baronalibus fieri posse, accedente tamen licen-
tia Proregis, & Collateralis Consilii, docent Afflict. *in*
Constitut. Regni, rubric. 5. *num.* 2. *lib.* 2. Thorn *in Com-*
pend. decis. verb. Torquens, tom. 1. & aliis apud Novar.
de gravaminibus Vassallor. part. 1. *gravam.* 372. *à num.* 3.
qui omnes propter criminis detestationem Officialibus
Baronum hanc concedunt potestatem, idque etiam te-
nent Grammatic. *vot.* 3. Capiblanc. *in pragm.* 8. *par.* 1. *nu.*
78. *de Baronib.* Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *c.* 16. *num.*
101. Novar. *ubi proxime, qui nu.* 5. id declarat, ut non
procedat, quando pœna esset arbitraria.

Ex quibus manifestè probatur, Barones, seu jurisdi- 30
ctionis Dominos pro fructibus ipsius jurisdictionis dum-
taxat meram, ac nudam Magistratuum, & cæterorum
Officialium justitiæ electionem habere, quin eorum ju-
risdictionem tam ante quàm post officium concessum,
limitare, aut minuere possint: † Cum publicè, & po- 31
pulorum intersit, quod jurisdictio apud officialem libe-
ra, & independenter à Barone, seu Domino Vassallo-
rum sit, ut ex aliis benè notat Capiblanc. *de Baronibus*
tom. 1. *super pragm.* 3. *n.* 190.

Quæ supradicta circa libertatem, & independentiam, 32
quam à Baronibus, seu Dominis Vassallorum in exer-
cenda jurisdictione ipsorum Dominorum Officiales ha-
bere debent, in tantum procedunt, ut per DD. dubite-
tur an Officiales Dominorum ab ipsorum jurisdictione
omninò sint exempti, quin de eorum excessibus,
maximè in exercitio jurisdictionis commissis Domi-
ni cognoscere valeant; sed ad superiora Regia Tribu-
nalia remittantur? in qua quæstione, quod in Regno
Neapolitano, nullo modo Barones contra suos Offi-
ciales cognoscere valeant, sed ad Magnam Curiam Vi-
cariæ illius Regni remittantur, ex speciali dispositio-
ne Ritus ejusdem Curiæ 49. communiter resolvunt
DD. Neapolitani Andr. de Isern. Matth. de Affli-
ctis *in constitut. Reg. Magister Iustitiarius*, Vincent.
de Franch. *decis.* 274. *numer.* 4. qui decisum refert, ut
procedat tam activè, quàm passivè, *& in decis.* 407. *nu.*
1. *cum seqq.* & ibidem plura Addentes, Horat. Barbat.
de divis. fruct. 1. *part. cap.* 9. *num.* 20. *cum seqq.* † Id am- 33
plians etiam finito officio, & etiam si Officialis
Baroni alias subditus sit, quia ejus civis est, Capi-
blanc. *de Baronibus tom.* 1. *super pragm.* 5. *à numer.* 61.
† Vbi quod in delictis gravioribus benè possit Baro, 34
aut Dominus Vassallorum informationem de suorum
Officialium excessibus capere, & ad Magnam Cu-
riam remittere, & idem Capiblanc. *eod. tractat. de*
Baronibus tom. 2. *super pragm.* 5. *cap.* 23. *num.* 9. Vbi &
quod eum carcerare, & suspendere valeat, quod in
gravissimo delicto, & stante fugæ suspicione intelli-
git, ne aliis via fraudibus aperiatur, & Barones sub
quolibet prætextu, & causa colorata contra suos Offi-
ciales inquirere possent, & ad suspensionem, & car-
cerationem prohibitam procedere; non verò punire,
aut suspendere, quia circa hoc ultimum cogitandum re-
linquit.

Ex quibus nec finito anno Iustitiæ administrationis 35
Barones in syndicatu Officialium in dicto Regno Nea-
politano intromittere se debent, ut testatur idem Capi-
blanc. *de Baronib. tom.* 1. *dict. pragm.* 5. *nu.* 185. & idem
in Lusitania servari *ex lib.* 1. *Ordinament.* illius Regni,
tit. 6. *in princip.* testantur Cabed. *par.* 2. *decis.* 68. Barbos.
in remiss. ad dict. tit. 60. *in princip. nu.* 3. *ad fin.* Fragoss. *de*
regim. Reipub. lib. 3. *disput.* 7. *num.* 12. † Sed licèt hoc in 36
illis

Digitized by Google

illis Regnis verissimum sit ob speciales supr. relatas Con-
stitutiones; jure tamen communi attento, & etiam
apud nos, contrarium verius videtur, imò, quod vir-
tute jurisdictionis cum mero, & mixto imperio Baro-
nes, seu Domini vassallorum suos Officiales de excessibus
circa officium commissis, durante tempore administra-
tionis, corrigere, & punire, valeant, & eo finito,
syndicare, & in specie, quoad primum, quod cognitio
de Officialium excessibus ad Barones, seu Dominos vas-
sallorum de jure communi pertineat, resolvunt benè
Roland. à Valle *cons.48. nu.32. volum.2.* ubi Curt. Junior.
& alios antiquiores refert Anton. à Vall. *lib.6. quæst. cri-
min. cap.8.* Cancer. *lib.3. variar. resolut. cap.12. num.237.*
37 optimè Mastrill. *decis.* 188. *à num.25.* † Ubi, quod si Ba-
rones, seu Domini vassallorum merum, & mixtum im-
perium habeant, benè cognoscere, & Officiales puni-
re, ac suspendere, possint, contra verò si eo careant,
quia tunc solum inquirere, & informationem de exces-
sibus facere, posse, ait Mastrillus, & ad carcerationem
procedere, quousque processus ad superiorem transmit-
tatur, non verò ad suspensionem, vel aliam pœnam in-
38 fligendam. † Quoad verò Officialium syndicationem in
locis Dominorum inferiorum, & quod per ipsos Domi-
nos, vel Judices ab eo deputatos syndicari debeant, la-
tius dixi *supr.* suo loco.
39 Item in his Officialium Justitiæ electionibus per Do-
minos inferiores faciendis notari, debet. Primò circa
ipsum factum eligendi, quod electiones, per Barones,
aut Dominos vassallorum fiant juxta formam, ordinem,
& modum servari consuetum, ut apud nos cavetur *per
leg.2. tit.4. part.5. leg.1. tit.9. lib.3. leg.2. tit.5. lib.3. leg.5.*
40 *tit.2. lib.7. Recop.* † Et in Regno Neapol. extat similis Re-
gia pragmatica invictissimi nostri Imperatoris Caroli V.
41 quæ incipit. *volumus*. † Et communiter docent in no-
stra specie, Bartol. *in leg. actuarios 7. numer.1. Cod. de
numerar. lib.* 2. Bertachin. *in repertor. verb. Electio Syn-
dici*, Montanar. *in pragmat.2. Regn. Neapol. de admini-
strat. universit. num.355.* & Rovit. *in eadem pragmat. n.24.*
Amendol. in addit. ad Franch. *dec.210.*
42 Item, si inter Baronem, vel Dominum vassallorum,
& universitatem, seu oppidum, extet consuetudo,
ut Officialium electiones non absolutè per Dominum
fiant, sed quod prius per universitatem aliquot perso-
næ nominentur, seu proponantur, ut ex eis Dominus,
43 quos voluerit, eligat. † Vel per universitatem electos
simpliciter confirmet; hæc consuetudo omninò servan-
da est, juxta jura, & DD. proximè relatos, & docent
Franch. *decis.* 210. *numer.* 3. Novar. *de gravam. vassall.
tract.1. gravam.234. numer.1. & quæstion. forens. qu.103.
tom.1.* Rovit. *in pragmat. 2. de administrat. universit. à
num.22.*
44 Qui ita in *numer.23.* consuetudinem in electionibus
servari, debere, asserit, quod etiamsi tales electio-
nes non per Dominum, nec per universitatem, sed per
Officiales prædecessores in aliquibus locis fieri, con-
45 sueverint, talis consuetudo servetur: † Sed certè contra-
ria opinio verior mihi videtur, imò, quod hæc consue-
tudo tanquam irrationabilis: & iniqua, valdeque Rei-
publicæ administrationi contraria, servari non debeat,
quia in locis ubi hujusmodi consuetudo servatur, semper
amicos, & consanguineos prædecessores nominant, &
ita fit, quod prædecessorum antea gesta, per successores
non redarguantur, & quod officia de aliquibus poten-
tioribus familiis in magnam perniciem Reipublicæ diu
non exeant, maximè in locis ubi sunt partialitates, seu
Vandos, quæ & magnæ inimicitiæ frequenter ob id su-
scitari, & perpetuo conservari solent, quare contra
hujusmodi consuetudines rectè resolvunt, Franch. *de-
cis.210. tot.* Ponte *de potestat. Proreg. tit. de abundant.
§.1. ex num.6.* Paul. Staiban. *cons.35. num.9. cum seqq.* Ca-
piblanc. *de Baronib. tom.2. super pragmat. 10. cap.69. n.8.*
ubi plures judicatum testantur Avendao. *de exequend. 1.*
46 *part. cap.19. nn.23.* † Qui rectè id intelligit, nisi per viam

propositionis nominatio fiat, ut per Concilium, vel ma-
jorem partem liberè confirmetur; quia tunc ipsius Con-
cilii electio censebitur.
Item stante sup. relata consuetudine, ut per oppidi 47
Concilium aliquot personæ proponantur, seu nomi-
nentur, & quod Dominus nominatos confirmet, val-
dè per DD. dubitatur, an Dominus confirmare debeat
habentes majora suffragia, vel minora habentes eligere,
aut confirmare valeat? in qua quæstione pro majora suf-
fragia habentibus, quod præcisè per Dominum confir-
mari, debeant, resolvunt Rovit. *in dict. pragm.2. nu.49.*
Joann. Platea *in l. si quos, in princ. vers. Quod intellige,
Cod. de Decurion. lib.10.* Franch. *decis.210. sub numer.1.*
Paul. Staiban. *cons.52.* ubi etiam si plenam electionem ha-
beat, & ibi Staiban. Junior. *in addit. nu.1. & 8.* Amen-
dol. ad Franch. *in dict. decis. 210. numer.33.* Domin. Tass.
in pragm. de antefat. vers.3. obs.4. n.75. Novar. *de gravam.
vassall. tract.1. gravam.234.* † Quæ tamen opinio intelli- 48
gi, posset, quoties Baro confirmationem tantum habue-
rit, veluti si absque ulla variatione, seu arbitrio nomina-
tus ab universitate confirmare, debeat, quia tunc ha-
bentes majora suffragia eligere, tenebitur, juxta Text.
in c. dudum, ubi Canonistæ *extra de election.* secus verò,
si non solum confirmatio, sed etiam electio ei competat,
& ad id universitas duplicatam nominationem propo-
nere, teneatur; quo casu benè poterit ad libitum eligere
habentes minora, vel majora suffragia; † Quia aliud est 49
eligere, aliud confirmare: eligere enim est, unum ex
pluribus confirmare, vel ad libitum inter plures aliquem
nominare, *leg. Scyphi, leg. si tibi electio, §.1. de option.
legat.* confirmatio verò nullam in se imbitam electio-
nem continet, sed tantum simpliciter approbat, &
confirmat per alium nominatos: & in effectu ita re-
solvunt, & intelligunt sententiam Rovit. & cæterorum su-
per relatam, Capiblanc. *de Baronib. tom.2. super pragm. 10.
cap.69. à num.9. & 11.* benè Novar. *dict. gravam.234. ex
num.5.* & novissimè Eliseus Danz. *impugn. Doct. tom.1. tit.
de privileg. Baron. cap.2. nu.6. & 7.* & facit, *n.11. & 12.*
in quibus differentiam inter electionem, & confirmatio-
nem invenies.
Quæ etiam supradicta Rovit. & aliorum opinio, ut 50
jus confirmandi habens majora suffragia habentem con-
firmare, teneatur, secundò intelligi debet, dummo-
do habentibus majora suffragia aliqua legitima exceptio,
vel inhabilitas non obstet, nam incapaces per oppidi
Concilium nominatos, etiam majora suffragia habentes
non tenetur, nec debet Dominus confirmare, ut no-
tant Platea *in dict. l. si quos, in princip. ver. Quod intellige,*
Rovit. *in dict. pragm.2. nu.49.* Staiban. Junior. in additionn.
ad Paul. Staib. *dict. cons.52. num.1. & 8.* Novar. *dict. gra-
vam.234. numer.4.* Joan. Baptist. Thor. *in compend. decis.
tom.2. verb. Baro, qui habet potestatem*, ubi plures judi-
catum testatur.
Ex quibus infertur quoque, quod quamvis Domi- 51
nis vassallorum, seu Baronibus competat privilegium
eligendi unum ex nominatis per universitatem cum
clausula, quod si nullus ex nominans sibi placuerit,
iterum alii proponantur, vel alia nominatio, seu (ut
ajunt) *Nomina* per oppidum mittatur, quousque ali-
qui Domino placeant: Quamvis, inquam, in hac specie
communiter resolvant DD. ultra tertiam vicem Domi-
num nominationem respuere non posse sub prætextu,
quod nullus ex electis sibi placeat, ne aliàs processus in
infinitum detur, ut latè, & ex aliis rationibus docent
Capit. *de regim. Reipublic. cap.4. numer.10.* Silvester
consil. 34. Rovit. *in dict. pragm. 2. numer. 48. de admini-
strat. universit.* Muta *super capit. Regn. Sicil. cap.64. n.50.
tom.6.* Amendol. in addit. ad Franch. *decis.210. numer.34.*
Joan. Maria Novar. *de gravam. vassall. tract. 1. gra-
vam.134. & in allegat. inserta apud Riccium in collect. dec.
part.7. cap.2544. vers. Et huic opinioni*, & novissimè cum
aliis Eliseus Danz. *impugn. DD. tit. de privileg. Baron. c.2.
n.13. cum seqq. tom.1.*

52 Hoc tamen juxta prædicta intellige, nisi justam causam respuendi nominationem Dominus habeat, veluti, quia inhabiles proponuntur, qun casu rectè eam renuet, nec eligere tenebitur, donec personæ habiles proponantur, ut tenent Novat. dict. gravam. 134. à num. 4. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. super pragmat. 10. cap. 69. num. 12. & 13. ubi, quòd Dominus prætendere, valeat, oppidi Concilium iterum congregari, debere: ut alia nominatio de habilibus, & personis idoneis fiat, ex quibus eligere, possit, & idem docet Elis. Danz. dict. c. 2. à nu. 13. cujus distinctio ad istam communem intelligentiam reducitur, & ex nostris resolvit Avendan. de exe-
53 quend. p. 1. cap. 19. nu. 22. vers. Si ergo. † Ubi, quod incapacium nominatores arbitrariè puniantur, & in vers. & de novo, quod ipse Dominus alias nominationes fieri, præ-
54 cipiat. † Non tamen ob id nominatores facultate nominandi pro illa vice priventur, & ad Dominum devolvatur, & idem tenet ex D. Molin. de primogen. Capiblanc. d. cap. 69. num. 18. & in nu. 19. id intelligit, nisi scienter, ac dolosè indignum elegerint; pro quo tamen licet Abbatem, & Fontanel. referat, cogitandum ipse reliquit.
55 † Et ad sectum Avendan. quòd ipse Dominus aliàs nominationes fieri, præcipiat, stante inhabilitate in primis per universitatis concilium nominatis, adde Bobadill. in
56 polit. lib. 2. cap. 16. numer. 156. † Ubi quod Dominus, ut superior cognoscere, debeat de inhabilitate, vel habilitate personarum, quæ ad electionem, seu confirmationem proponuntur, & ita judicatum refert pro Comite
57 de Coruña contra ejus Villam de Daganzo. † In quo tamen Doctores Neapolitani, & illius Regni praxis non conveniunt, ubi non per ipsos Barones circa hoc cognoscitur, sed ad eorum instantiam per superiorem determinatur, juxta Capiblanc. dict. numer. 12. & 13. quod procedit ob specialem ipsius Regni pragm. 10. tit. de Baronib. qua Barones in universitatum electionibus, aut nominationibus se intromittere, prohibentur, ut ibidem docet Capiblanc. quare non mirum, quod etiam cognitione de inhabilitate seu habilitate nominatorum privati censeantur, nec propria authoritate novas electiones fieri, præcipere, valeant, sed tantum coram Regiis Tribunalibus id prætendere.

58 Unum tamen nota, quod quamvis Domini vassallorum, quibus electio ex nominatis per universitatem competit, extra personas nominatas legitimè regulariter eligere, non valeat, hoc tamen limita, nisi ex consuetudine contrarium servetur, ut notat Bobadill. dict. cap. 16. num. 156. ubi quod ita servatur in aliquibus oppidis Comitis de Chinchon.

59 Alia verò plura circa materiam istarum Officialium electionum, aut confirmationum, & quomodo per Barones; vel Dominos vassallorum fieri, debeant, & de inhabilitate, seu incapacitate ad hæc officia publica, & ex quibus causis oriatur: Vid. Avendan. de exequend. 1. part. cap. 19. numer. 14. usque ad 28. ubi latè ad infames excommunicatos, debitores Reipublicæ, concilii œconomos, seu administratores, habentes duodecim liberos, Judæos, Mauros, & eorum descendentes, plebejos, Nobiles, homines inferioris conditionis, & alias personas, quæ ab Officiis publicis excusari, aut repelli, vel ad ea admitti, debent; de quibus, & ad aliàs plures causas quibus, reppelluntur, & de materia harum Dominorum electionum, seu confirmationum, latissimè tractant Amendol. in addit. ad Franch. dec. 210. Montanar. in pragmat. Reg. Neapol. 2. de administrat. universit. à nu. 217. usque ad 356. Rovit. in ead. pragm. Azeved. in l. 1. cum seqq. & in l. 20. tit. 3. lib. 7. Recop. aliqua Novar. de gravam. vas-
60 sal. tract. 1. gravam. 135. † Ubi, quod idoneum ex nominatis per universitatem Baronem elegisse, sufficiat, quin ad idoniorem eligendum teneatur.

61 Et quod semel factam electionem Baro amplius absque legitima causa mutare, non debeat, aliam nominationem per universitatem faciendam petendo ad effectum iterum eligendi, Novar. de gravamin. vassall. tract. 1. gravam. 136. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. dict.
pragm. 10. cap. 69. per tot. † Et à numer. 14. quod stan- 62
te inhabilitate, seu incapacitate in aliquibus ex nominatis, tota nominatio, ut individua, corruat, & de novo, fieri, debeat ex Cabed. decis. 84. numer. 15. part. 2. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 23. num. 53. Roman. cons. 66. quod intelligit, & temperat, idem Capiblanc. num. 17. ut dumtaxat procedat, quando dolosè, & in magno numero nominatorum esset inhabilitas, non verò, si absque dolo, & fortè unius tantum electio inhabilitatem contineret, ne aliæ omnes electiones subvertantur, ad alia autem circa istas electiones. Vide novissimè Eliss. Danz. impugn. Doctor. tom. 1. tit. de privileg. Ba-
ron. cap. 1. cum seqq. † Ubi à num. 16. dict. cap. 1. circa diffe- 63
rentiam inter nominationem electionem, & confirmationem, tam per universitates, quam per Barones faciendam, & quod aliud sit nominare, aliud autem eligere, Joan. Bapt. Thor. in addit. ad Pont. de potest Proreg. tit. 1. §. 1. nu. 9. Bald. in l. adscribar. Cod. de appellat. Capiblanc.
de Baronib. tom. 1. super pragmat. 10. nu. 83. † Ubi de con- 64
firmatione, quæ ad Barones spectat, absque aliqua nominatione, seu electione non ratione jurisdictionis, sed ob prærogativam, aut superioritatem Baronis, & civium obedientiam, quam meram confirmationem appellat Capiblanc. ad differentiam confirmationis, quæ in se nominationem, aut electionem continet, quæ meo videri, jurisdictionis ratione competit, de qua intelligi, debet D. Covarruv. pract. qu. cap. 4. num. 6. vers. Secunda conclusio, & idem Capiblanc. dict. tom. 1. pragmat. 8. part. 1. à num. 190. dum asserunt, Officiales ita electos jurisdictionem à Barone confirmante, non verò ab universitate eligente, seu nominantem accipere, secus si ob authoritatem dumtaxat Baro confirmater; quia tunc confirmans nihil dare, intelligitur, ut singulariter in specie notant Bald. in l. nominationes, in fin. Cod. de appellat. & facit elegans doctrina ejusdem Bald. in l. ex placito, C. de rer. permut. num. 12. & 13. ubi pulchrè, & Philosophicè loquitur ad quæstionem quando ex confirmante, vel ex prius actum gerente agatur, & an illum, aut istum dare dicendum sit, de qua quæstione alibi dicam, & in nostra specie dictam resolutionem docent Camer. in cap. Imperialem, fol. 90. lit. K. & est elegans locus ejusdem Capiblanc. eodem tract. de Baronib. super pragm. 10. cap. 69. nu. fin. ubi, quod ab isto Barone ita confirmante nullum officium concessum censeatur, sed ab universitate eli-
gente: † Et ibidem, quod secus sit, si Baro ex pluri- 65
bus nominatis ab universitate eligat, quia tunc ab ipso Barone electus officium, & jurisdictionem habebit:
† Et idem in confirmaote unum ex pluribus, quia istæ 66
propriè sunt electiones, ut ex leg. Scyphi, leg. si tibi electio, §. 1. de option. legat. idem Capiblanc. dict. num. fin. & num. 11. Eliss. Danz. dict. tit. de privileg. Baron. c. 2. nu. 11. & 12.

Item ad materiam nostri capitis, non in eleganter 67
quæri, potest, an Barones, & Domini vassallorum officialium creationes, & etiam alios actus jurisdictionis extra propria territoria facere, ac expedire valeant?

In qua quæstione negativè resolvendum videtur, ex 68
eo, quod Judices, seu alii jurisdictionem habentes extra proprium territorium eam exercere, prohibentur per Text. expressum, & vulgarem in leg. fin. de jurisdict. omni. judic. ubi communiter notant DD. & Canonistæ in cap. novit. de offic. delegat. plures congesti per Carlev. de Judic. tit. 1. disput. 2. à num. 26. D. Larr. decis. 82. numer. 1. & quod indistinctè hoc procedat, tam in jurisdictione contentiosa, quam in voluntaria, ad quam nostræ officialium creationes sunt referendæ, docet expressè ex dict. cap. novit. & ex Abbat. ibidem, numer. 2. & 3. & Decio consil. 557. numer. 10. & 11. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 21. numer. 1. 2. & 3. ubi reprobat distinctionem inter jurisdictionem voluntariam, & contentiosam, quam tradit Gloss. in l. 3. ff. de offic. Præsid. & idem
repe-

repetit Lotter. *eod. tract. lib. 2. quæst. 2. num. 3. & lib. 3. q. 7. num. 32.*

69 Sed quidquid vir, alioquin eruditus in contrarium
teneat pro nostræ quæstionis resolutione à supra dicta
glossæ distinctione inter contentiosam, & voluntariam
jurisdictionem, uti verissima, & communiter ferè om-
nium DD. calculo recepta non est recedendum, juxta
quam pro nostræ quæstionis resolutione dicendum est,
Barones, seu Dominos vassallorum, vel ipsorum, aut
alios Judices extra propria territoria jurisdictionem con-
tentiosam exercere, non posse, contra vero involunta-
ria, & actibus ad eam pertinentibus, quos rectè extra
territorium expedire, poterunt.

70 Quam glossæ distinctionem *in dict. leg. 3. ff. de offic. Præ-
sid. & in dict. leg. fin.* approbant communiter DD. in eis-
dem juribus, *gloss.* celebris *in dict. cap. novit. 7. de offic.
Delegat.* ubi communiter Canonistæ, quos congerunt
August. Barbos. & noviter Prosper. Fagn. & eruditus D.
D. D. Emanuel. Gonzalez *in collectan. ad eundem Text.* &
idem docet ibidem Abb. pro contraria opinione malè ad-
ductus, qui *num. 3.* distinctionem glossæ expresse appro-
bat, ubi postquam jurisdictionem contentiosam extra
territorium exerceri, posse, negavit; subdit: *Sed con-
ferre Beneficia, & causas delegare, & reliqua quæ sunt ju-
risdictionis voluntariæ, exercere, potest, & ista est bona
doctrina, & probatur secunda pars in l. 2. ff. de offic. Pro-
consul. Prima vero probatur in l. fin. ff. de offic. Præfect. Vrb.*
Avendan. *de exequend. part. 1. cap. 5. num. 5.* D. Covarruv.
sup. 4. Decretal. 2. part. cap. 8. §. 8. numer. 15. Cancer.
*lib. 2. var. resolut. cap. 2. à numer. 231. & lib. 3. cap. 13.
numer. 294.* Petr. Barbos. *in leg. 1. art. 1. numer. 184. de ju-
dic.* Cevall. *quæst. 59.* Franc. Marc. *decis. 141. part. 1. à nu-
mer. 11.* Cavall. *resolut. crim. cas. 120. num. 3. & 4.* Peguer.
dec. 14. Fulv. Constanc. *in l. unic. num. 159. vers. Secundò
adducebatur, Cod. de Clasic. lib. 11.* Garc. *de benefic. 5. par.
cap. 8. nu. 128.* plenè Scacc. *de re judic. gloss. 7. quæst. 7. spe-
cial. 2. numer. 42. cum plurib. seqq.* latissimè Carleval. *de
judic. tom. 1. disp. 2. quæst. 1. à numer. 25. ad 47. & quæst. 4.
à numer. 239. 756. & 775.* Franc. Tondut. *tom. 2. quæst.
canon. cap. 200. à numer. 7.* & infinitis congestis, D.
Larr. *decis. 32. numer. 1. cum. seqq.* D. Salgad. *de retent.
Bull. 2. part. cap. 3. numer. 14.* doctè D. Christ. Crespi de
Valdaur. *observat. 15. numer. 17. cum seqq.* & in Baroni-
bus, seu nostris Dominis vassallorum eandem distin-
ctionem sequuntur optimè Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 16.
num. 187. cum seqq.* Ripoll. *variar. resolut. cap. 1. num. 175.
& 176.* benè Capiblanc. *de Baronib. 2. tom. super pragm. 3.
cap. 19. per tot.*

71 Quorum plures præcipuè differentiæ rationem tra-
dunt: quia videlicèt jurisdictio contentiosa territorio
cohæret, *leg. fin. Cod. Vbi, & apud quem*, & tribunal
requirit, quare extra territorium exerceri, nequit; nec
tribunal in alieno territorio ad causas contentiosas absque
injuria illius judicis constitui, ut notant ex Text. *in Cle-
ment. Pastoralis de sentent. & re judicat.* Bartol. *in leg. 1.
§. 1. ff. de requiren. reis*, Bald. *in dict. leg. 3. numer. 2. ff. de
offic. Præsid.* Gothofr. *in leg. omnes 31. §. Executoribus 5.
vers. Verum si apparitor. litt. Y. Cod. de Episc. & Cleric.*
Matant. *de ordin. jud. part. 6. tit. quomod. concipiat. citat.*
72 *numer. 40. & 41.* Capiblanc. *dict. cap. 19. numer. 2.* † At
verò jurisdictio voluntaria nullam causæ cognitionem
desiderat, nec partis citationem, Leo. *decis. 20. nu-
mer. 30.* Fontanel. *de pact. nupt. clauf. 4. gloss. 10. part. 1. nu-
mer. 108.* quia in invitum non exerceretur, sed ea sola vo-
luntate Domini jurisdictionis dependet, *leg. ut est recep-
tum de arbitr.* Brun. *cons. 165. lib. 2.* Cancer. *variar. reso-
lut. lib. 2. cap. 2. num. 235. & lib. 3. cap. 13. num. 294.* Capi-
blanc. *dict. cap. 19. num. 8.* nec aliquod territorium, seu
tribunal requirit. Anton. Fab. in rational. ad Text. *in l. 2.
ff. de offic. Proconsul.* Cresp. *dict. observat. 15. numer. 28.*
Quare rectè jurisdictionem voluntariam jurisdictionis
Domini, aut Barones extra territorium exercere, pote-
runt, contra verò incontentiosa.

Quibus etiam alia non minus elegans ratio addi, po- 73
test, ne videlicet vassalli, aut partes de una Provincia
ad aliam exire, cogantur, quod nimis grave, & durum
partibus reputatur, ut notat Ulpian. *in l. sed, & hæ. 35.
§. 2. ff. de procurat.* ibi: *Cæterum cogi eum etiam in Provin-
ciam de Roma abire; vel è contrario: Vel à Provincia in
aliam Provinciam, & defendere durum est*; & facit Text.
in l. propter litem 21. §. 2. ff. de excusat. & est elegans Text.
in Authent. ut omnes obediant. §. Hæc considerantes, ibi:
*Neminem de Provincia ad Provinciam exhiberi, oportet.
Vltra Provinciæ terminos accusandi licentia non progrediα-
tur. Omnis accusatio intra Provinciam audiatur, & à
Comprovincialibus terminetur, nisi Prælatus sit, qui accu-
satur.* Cum non solum ex eo litium sumptus, per se satis
magni, crescant, & graviores efficiantur; sed etiam par-
tes itinerum periculis, alienorum hominum commerciis
pluribusque aliis ærumnis subjiciantur; ex quibus, & aliis
rationibus semper iniquum reputatur, litigantes à patria
pro litium defensione exire compelli, ut notant elegan-
ter Bald. *in c. Præterea, si contentio, n. 8. de prohibit. feud.
alienat.* Guid. Pap. *singul. 637.* Fontanel. *de pact. nupt.
clauf. 4. gloss. 10. part. 2. n. 15.* Cancer. *lib. 2. variar. c. 2. à n.
231. ad 238. & à n. 263.* Bobad. *in Polit. d. lib. 2. c. 16. n. 187.*

Qui in nostris Dominis vassallorum loquitur, & benè 74
notat, magnum gravamen vassallis inferri, si Dominus
eos exire, compellat ex propria Provincia, in aliam, li-
cèt propriam ipsius Domini, distinctam tamen, quoad
jurisdictionem, quia est alterius Status, seu Comitatus
Domini; & idem singulariter docet Marin. Frecc. *de sub-
feud. lib. 2. authorit. 3. num. 3. & 4. pag. 363.* † Ubi, quod 75
Barones officiales pro administratione justitiæ extra ter-
ritorium feudi deputare, non debeant, & facit elegans
doctrina Vincent. de Franch. *dec. 526. n. 8.* † Ubi, quod 76
Barones non possint, extrahere à propria patria carcera-
tos, & transmittere ad carceres alterius terræ, etiam pro-
priæ: quia non debent extrahi à propria patria, & domi-
cilio, ubi cum majori commodo consanguineorum, vel
aliorum ad eos attinentium vivere, possint, & majorem
commoditatem Advocatorum, & Procuratorum pro eo-
rum defensione habere, juxta Bobadill. *infr. n. 78. referen-
dum.* † Nisi causa sit ardua, & carceris effractio timeatur; 77
idem Franch. *ubi sup. n. 9.* Bellug. *in specul. in rubr. 26. §. 26.
col. fin. vers. Ad quartum dubium.* † Vel nisi ad torturam in- 78
fligendam, vel aliam comprobationem personalem fa-
ciendam, vel nisi delegatus in prima instantia, seu inqui-
sitione processerit, Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 32. nu-
mer. 103.* qui in Dominis vassallorum, & in eorum judi-
cibus appellationum, seu aliis Regiis Tribunalibus loqui-
tur, & ad dicta benè Novar. *de gravam. vassall. tract. 1.
gravam. 197.*

Quapropter, nec, si Dominus plures terras, aut 79
feuda habeat, poterit unum tantum constituere officia-
lem, qui jus eorum vassallis reddat, sed in singulis di-
stinctim proprium officialem destinare, & creare, tene-
bitur, ne aliàs cum eorum dispendio vassalli de uno loco
ad alium vagentur, ut in specie docet Franch. *decis. 166.
num. 6.* ubi ita per Sacr. Consilium Neapol. judicatum re-
fert Novar. *de gravam. vassall. tract. 1. gravam. 197. & 201.*
† Ubi, quod nec Barones causas primæ instantiæ extra 80
proprium domicilium vassallorum committant, & pro-
batur ea Surd. *cons. 210. tom. 2.* maximè in Regno Neapo-
litano ob specialem ad id *pragmat. 2. incipit: Querela ex-
positione, sub rubr. ubi de delict. quis conveniri debeat*; nisi
stante suspicione Judicis ordinarii loci, quia tunc con-
vicino causa delegare, potest, ut notat Rovit. *in d. prag-
mat. 2. n. 9.*

Idemque servandum, quoad Judices secundarum cau- 81
sarum, ut similiter Baro, seu Dominus plures terras, vel
feuda possidentes cum secundarum causarum cognitione
in quolibet territorio judicem appellationum constitue-
re debeant, Franch. *ubi proximè*, quem sequitur novi-
ter Dominic. Tass. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 4.
numer. 245. & 246.* Fontanel. *de pact. nup. clauf. 4. gloss. 10.*

part.2.nu.15.ubi, quod in locis remotis non constituantur, Cresp. observat.15.num.53. io quibus judicibus secundarum causarum, Consultoribus, seu Assessoribus,
seu aliis Magistratibus, Novar. de gravam. dict. tract.1.
gravam.199. ubi ne in longinquis partibus per Barones
constituantur, nisi in loco jurisdictionis, vel parum extra
eum Ann. singular.560. ubi plures decisum refert, & quod
illud parum extra interpretatum sit per octomilliaria: &
eum sequuntur Amendol. in addit. ad Franch. decis.526.
num.20. Novar. ubi proximè, num.4. optimè, ne judicea
secundarum causarum Consultores, seu Assessores extra
Provinciam in locis remotis per Barones deputentur, &
ne ultra dicta octomilliaria à proprio territorio, ex doctrina Abbat. in dict. cap. novit. de offic. delegat. Felin.
in cap. fin. column. penult. de judic. ubi Abbatis doctrinam
mirabilem ad hoc exclamat, Capiblanc. de Baronib.
tom.1. super pragmat.3.n.183.& 184.& n.227. cum seqq.
82 † Ubi in judicibus primarum causarum loquitur, & quod
in quolibet Cassali, seu oppido feudi, aut status unus Officialis, aut judex, qui jus reddere, debeat, per Baronem, aut Dominum constituatur, quod rectè limitat Capiblanc. si cassalia, aut oppida admodum parva, paucorumque vicinorum sint, in quibus singulis de per se non
possit stare, & vivere Officialis, quia tunc licebit Baroni unicum constituere Officialem qui conjunctim in illis
jurisdictionem exerceat, dummodo oppida contigua,
& convicina sint, quam limitationem sequitur Novar.
83 de gravam, tract.1. gravam.197. numer.3. † Et numer.5.
limitat etiam stante in contrarium antiquissima consuetudine, ut extra propriam patriam vassallorum per Dominum, vel suos Judices certo in loco jus reddatur, &
idem notant Franc. dict. decis.166. numer.6. & decis.526. numer.8. Bellug. in specul. Princ. rubr.20.n.17.
Fontanell. de pact. nupt. clausf.4. gloss.10. num.8. part.2.
84 Extra hos enim casus Domini vassallorum, seu Barones curare, debent, ut in proprio territorio, ac
domicilio vassallis jus reddatur, ne miseri litigantes itinere, & gravioribus expensis defatigentur extra proprios
lares longius in sequendo Judices, quærendo advocatos,
& cum magnis dispendiis in dies cursitando in testium adductione, & præsentatione scripturarum.
85 Ex quibus rationibus confirmata manet supra relata
resolutio, & glossæ, ac communis distinctio inter contentiosam jurisdictionem, & voluntariam, & quod
illa nullo modo Domini vassallorum, seu Barones, aut
ipsorum, vel alii Judices extra proprium territorium uti
non valent, voluntariam verò benè in quocumque loco
exercere, possint.
86 Quare Judices actus jurisdictionis contentiosæ in alieno territorio exercere volentes, ut citationes, sententiæ executionem, missionem in possessionem, & similia, quæ causæ cognitionem requirunt, prius obtinere, debent licentiam Judicis illius territorii, & id facere debent, & frequenter faciunt per suas litteras requisitorias ad Judicem illius territorii directas, ut in
citationibus verbaliter faciendis latissimè comprobat
hanc praxim plenè explicans ex Covarr. Azeved. Peguer.
Thes. Bobad. & aliis pluribus Carlev. de judic. tit.1. disp.2.
87 numer.25.& 26.& 229. ubi à numer.756.† Idem si realiter per capturam personæ citatio fieri debeat, quod similiter per requisitorias fiat, nec aliter substineatur,
sed potius ita captum judex extraneus capiens judici illius territorii tradere tenebitur, & postea litteris requisitoriis ab eo repetere, ut latè docent Gutierr.
lib.4. pract. quæst.25. numer.5.& 14. Boss. tit. de capt. in
pract. crim. numer.34. Cavall. resol. crimin. cas.291. à numer.3. & pluribus congestis, Bobadill. lib.2. cap.13.
à numer.66. Cresp. dict. observat.15. numer.36. Gomez 3.
variar. cap.9. numer.4.& 5. ubi infinitos congerit Aillon.
& etiam in duobus judicibus, sive oppidis unius Domini
inferioris distinctè tamen jurisdictionis, Bobadill. in Polit. lib.2. d.c.16.n.189.
88 Et idem in sententiæ executione extra proprium territorium facienda, quod eodem modo judex propria authoritate eam exequutioni mandare, nequeat, judice
illius territorii invito, sed per litteras requisitorias ipsum judicem territorii ad id requirat, cum pluribus tenet Bobadill. ubi sup. & infinitis congestis, Carlev. dict.
disput.2. in dict. loc. & à numer.775. & ex Covarruv.
Parlador. Cancer. Rodrig. Scacc. & aliis, D. Larr. decis.32. à numer.2. Quia absque beneplacito, & consensu Judicis, seu Domini territorii hi, & alii actus jurisdictionis contentiosæ exerceri, non possunt, Petr. Barbos. in leg.1. artic.1. numer.184.& 185. ff. de judic. Peguer.
decis.12. Cancer. 2. variar. cap.2. numer.236. Bobad. dict.
cap.16. numer.187. Fermosin. in cap. postulasti 14. de for.
competent. quæst.3. num.8. Ripol. var. resolut. cap.1. nu.17.
& à num.174.& numer.176. † Ubi quod ideo in Civitate 89
Barcinonæ Barones ibi commorantes supplicationem offerunt locumtenenti generali, & petunt, ut eis concedat territorium, sive licentiam exercendi in ipsa Civitate jurisdictionem contentiosam, & ipsis assignatur, ut
Tribunal habere possint, & jurisdictionem contentiosam intra Civitatem exercere, valeant: & idem in
Civitate Valentiæ practicari, & quod etiam carceres
assignentur, ut rei possint detineri, testatur D. Cresp.
dict. observat.15. num.38.& 42. ubi, quod hæc licentia
nunquam extendatur ad executionem sententiæ mortis,
vel verberum, aut alterius pœnæ, quæ per vicos, aut
plateas, sive per loca publica facienda est.
Quibus etiam adde, quod hæc facultas exercendi ju- 90
risdictionem contentiosam in alieno territorio inter proprios subditos benè consuetudine quæri potest, ut probat Text. in leg. viros, & ibi Glos. Cod. de divers. offic.
& in cap. cum contingat, de for. competent. Valenzuel. consil.16. numer.17. & judicatum refert Capiblanc. de Baronib. tom.2. cap.19. numer.7. quia ex tali consuetudine inducitur subditorum consensus, ut in specie notant
Fontanel. de pact. nuptial. clausf.4. gloss.10. part.2. numer.8. Cresp. observat.15. numer.53. qualiter hæc verò
consuetudo sit probanda, & qui actus ad eam inducendam sufficiant? Vid. in specie Rovit. in pragmat.1. de jurisdict. invicem non turband. Giurb. cons.72. Piag. de consuetud. qu.8.
Item, & consensu subditorum, dummodo non sit do- 91
minus territorii, qui repugnet, ut si dominus vassallorum plura loca possideat diversarum dignitatum, aut
Status, puta Marchionatum, & Comitatum, quæ
habeant inter se divisam, & separatam jurisdictionem,
in hoc enim casu, consentientibus vassallis, potest in
uno ex his locis vassallis alterius jus reddere, ut notat eleganter Bald. in l. testamenta, Cod. de testament. Avendan.
de exequend. 1. part. cap.5. num.4. vers. Si tamen, Bobadil. in Polit. lib.2. cap.16. num.187. Fontanel. de pact. nup.
clausf.4. gloss.10. part.2. numer.8. Cresp. dict. observat.15.
num.53.
Apud nos verò Domini vassallorum in hac Regia Cu- 92
ria residentes ea cautela utuntur, ut jurisdictionem contentiosam hic exercere, possint, maximè, in causis appellationum: Committunt primò alicui vassallo has causas, ut partibus auditis, de eis cognoscat, usque ad
conclusionem ad sententiam diffinitivam, & in eo statu processus originales ipsis dominis remittat, qui etiam suis Assessoribus remittunt, ut sententiam proferant, & deinde sententiam prolatam pronunciari, faciunt in proprio territorio per eum, qui de causa cognovit, ut testatur Bobadil. in Polit. lib.2. dict. cap.16. n.188.
E contra verò, ut finem nostræ quæstioni imponamus, 93
actus ad jurisdictionem voluntariam pertinentes, ut
sunt nostrorum Officialium electiones, de quibus principaliter agimus, exilii voluntarii pœnam remittere, licentiam scindendi ligna, vel ad aliud concedere, causas delegare, & similia, quæ ex sola Dominorum facultate, absque aliqua causæ cognitione dependent, benè poterunt per Dominos vassallorum extra proprium territorium expediri, juxta supr. relatam distinctionem,

Digitized by Google

ctionem, & DD. pro ea adductos, apud quos plura alia exempla invenies: & in nostris Officialium electionibus, Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. dict. cap. 19. tot.* & apud nos hi actus electionum, & similia jurisdictionem voluntariam concernentia per Dominos inferiores, in hac Regia Curia Matritensi commorantes quotidie expediuntur.

94 Item ad prædictos jurisdictionis fructus, seu Officialium electiones, notandum est, non tam liberè per Barones, vel jurisdictionis dominos percipi, posse, ut quocumque tempore ad eorum libitum istæ electiones fieri, valeant, vel tanquam fructus jurisdictionis colligi; sed dumtaxat in initio anni, vel triennii, alteriusve temporis pro administratione horum officiorum statuti, eligere, debebunt, ita ut electiones semel factæ per annum, vel triennium assignatum durent, nec ante id impletum in aliis fieri possint, ut notant Andr. de Iser. *in cap. 1. col. 3. num. 3. vers. Cum officia sint annalia de feud. guard.* Vicent. de Franch. *decis. 409. n. 1.* ubi Addent.
95 & infr. proximè referendi; † quia istæ electiones, cum jurisdictionis fructus sint, ut super. diximus, etiam renascentiam in initio cujuslibet anni, vel triennii habent, ideò, ante renascentiæ tempus percipi, non debent, quia nec ante messe dici possunt, & sic immaturè perciperentur, ut singulariter in specie notat *ex leg. & hac distinctio, ff. locat.* Capiblanc. *de Baron. tom. 1. sup. prag. 5. n. 110.*

96 Quare ultra, vel infra annum prioris nominationis alios Officiales Barones nominare, non possunt, ut ex Mastrill. & aliis tenet Joann. Mar. Novar. *de grav. vassal. tract. 1. grav. 188. numer. 3. & 4.* quod ita nominatos universitates non teneantur recipere, & idem docet cum aliis Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 33. numer. 55.* & apud nos Domini vassallorum suos Judices, vel *Alcaldes mayores*, ultra duos annos in exercitio jurisdictionis permittere, non possunt, juxta *l. 4. tit. 5. lib. 3. Recop.* ut not. Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 16. n. 206.* ubi intelligit computata prorogatione unius anni per *d. l. 4. permissa.*

97 Ex quibus etiam infertur, Officiales justitiæ semel per Barones, vel oppidorum dominos electos ante annum, vel tempus statutum absque justa causa removeri, non posse, ut novæ electiones fiant, ut communiter ex dict. decis. Franch. 409. per tot. resolvunt DD. & præcipuè Neapolitani, & quòd in eorum Regno prius causa remotionis in Sacr. Consil. Neapol. approbari, debeat, ut constat ex eodem Franch. *num. 2.* ubi ad id refert. speciale illius Regni, cap. 34. & ibidem, pluribus congestis, Addent. Boer. *decis. 149.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 5. num. 14. & 15.* Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 9. num. 16.*

98 Quod amplia etiam ipso Officiali consentiente: conquerente tamen oppido, aut universitate, ne aliàs indirectè in fraudem amoveatur, & idem tenet Rovit. *consil. 81. lib. 1.* Barbat. *dict. cap. 9. num. 17.* aliàs enim Officialis cum Barone colludere, posset, & aliquo recepto, recedere in præjudicium universitatis, cujus etiam principaliter interest, Officialium mutationem non fieri, ut benè fundat Franch. *dict. decis. 409. à num. 3.* ubi huic sententiæ apertè assentitur, quia licet in num. fin. causam de qua ibi circa hoc tractabatur, decisam non fuisse, referat, ideò tamen id accidisse, ait, quia ipse, ut Præses, Officialem suum officium continuare, mandavit, & idem resolvunt Carol. de Tapp. *super pragm. Regn. Neap. tit. de Baron. pragm. 5.* ubi quòd licèt in dict. decis. Franch. casus non decideretur; receptissima tamen sit ista opinio, pro qua etiam resolvunt Paschal. *de virib. patr. potest. part. 1. cap. 10. num. 10.* Ricc. ad Franch. *in dict. decis. 409.* Joann. Maria Novar. *in pragm. Reg. Neap. sup. pragm. de Baron. 5.*
99 *num. 5.* † Ubi secus accedente universitatis, seu oppidi consensu, quo casu Officialem recedere, posse ab officio, ait, sed adhuc in hoc casu contrarium verius existimo, quia, & publicè interest, ne ista officia intra annum, vel terminum, si fortè à lege assignetur, mutari, possint, ut docet Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super prag. 5. nu. 60.* cui interesse renunciare oppidum non poterit, ut in specie, quod in hoc casu Officialis etiam de consensu oppidi removeri, non valeat, tenet Ricc. *in addit.* ad Franc. *d. dec. 409.* ubi ad id refert Carol. de Tapp. *sup. pragm. 5. de Baron.*

Et idem apud nos, quod Judices dominorum vassal- 100
lorum, quos *Alcaldes mayores* vocamus, semel per dominos electi absque legitima causa ante tempus removeri, & alii eligi non possint, docet Bobadill. *in sua Polit. lib. 2. cap. 16. num. 26.* ubi idem procedere, ait in judicibus ordinariis locorum, vulgo *Alcaldes ordinarios*, qui ad nominationem populorum per dominos eliguntur, vel confirmantur, in quibus fortior est ratio cum non tam liberè à Dominis eligantur, & idem prosequitur Bobadill. *lib. 2. cap. 16. num. 155.* & in electis extra nominationem, seu propositionem Concilii, si id ex consuetudine Domino competat, *num. 156. verb. Tambien*, & ex D. Covarruv. *pract. quæst. cap. 9. n. 4.* Azeved. *in l. 45. tit. 4.*
n. 14. lib. 3. Recop. † In eo tamen nostra à Neapolitanorum 101
praxi differt, quod in illo Regno, etiam stante justa causa remotionis Barones propria authoritate Officiales amovere non possunt, sed prius causa in Sacr. Consil. illius Regni approbari, debet: apud nos verò ipsi Domini de causis cognoscunt uti, & in electionibus populorum per eos confirmandis de causis inhabilitatis, seu incapacitatis electorum cognoscere asserit Bobadill. *d. numer. 156.* si tamen per viam recursus, aut querelæ Judices remoti Regia Tribunalia adire, velint de causarum, & remotionis injustitia allegando, & quod in officiis redintegrentur, petendo, id benè facere, poterunt; cum hi recursus Supremæ Principis superioritati semper reservati censeantur juxta nostram *l. 1. tit. 15. lib. 4. Recop. & super. dicta.*

Quæ omnia, ut Officiales per Barones, seu Dominos 102
vassallorum semel electi removeri absque justa causa, non possint, procedunt etiam locato per Baronem, vel dominum feudo, aut oppido cum sua jurisdictione, & ejus fructibus; quia adhuc per conductorem removeri, & alii noviter eligi, non debent eo prætextu, quod fructus jurisdictionis, & consequenter novæ electiones ad eum spectent, ut in terminis resolvit Vicent. de Franch. *decis. 216. tot.* ubi ita decisum refert, quam decisionem communiter omnes consequuntur, ut constat ex Amendol. & Ricc. *in addition.* ibidem, Carroc. *de locat. part. 2. grad. 1. quæst. 6. nu. 3. & part. 4. ad l. emptorem, C. locat. & conduct. quæst. 13.* Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 11. nu. 12. & cap. 21. numer. 89. in fin. & lib. 4. cap. 17. numer. 9.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 5. à numer. 109.* &, licèt istis non relatis, dictam decision. Franch. sequitur August. Barbos. *in collectan. Cod. ad leg. emptorem, Cod. locat.*

De qua tamen decisione, ac resolutione dupliciter du- 103
bitari, potest; Primò ex eo, quod istæ Officialium electiones jurisdictionis fructus sint ex quo ad conductorem jurisdictionis cum cæteris fructibus à die locationis, ut noviter fiant, & ut fructus percipiantur, statim pertinere, videntur: Secundò *ob l. emptorem, Cod. locat.* ex qua singularis successor, ut est conductor, facto prædecessoris stare, non tenetur; consequenterque in nostro casu conductorem electionibus locatoris stare, non debere, sed noviter alias facere, posse videbatur.

Sed his non obstantibus à prædicta sententia Franch. 104
uti verissima, non est recedendum, nec prima objectio obstat; nam respondendum est, verum esse Officialium electiones, ut fructus jurisdictionis haberi, & ad conductorem spectare, sed non ideò, si jam per locatorem tempore locationis factæ sint, per conductorem revocari, & noviter fieri, posse, quia, semel per dominum electionibus factis, fructus, qui in eis consistit perceptus censetur, ut ad instar præsentationis factæ per habentem jus patronatus, quo præsentante fructus in præsentatione consistens similiter perceptus censetur,

optimè ad rem notant ex Innocent. *in cap. in litteris, in*
princ. de restit. spoliator. & Bellam. *decis. 701. propè fin.*
vers. Sed in casu nostro, Franc. de Ponte *cons. 31. à num. 17.*
tom. 1. Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 5. nu-*
mer. 113. Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 9. nu-*
mer. 2. Quare istas electiones conductor pro illo anno in-
choato revocare, non poterit, uti nec fructus per loca-
105 torem jam perceptos exigere, & ab eo abdicare: † Imò
nec pendentes illius anni inchoati, pro quo saltim succes-
sor stare colono, tenetur, ut singulariter notant, Bald.
in l. emptorem, num. 7. Cod. Locat. vers. Sed pone colonus:
optimè Petr. Surd. *decis. 52. num. 12.* Olasc. *decis. 82. in fin.*
ubi, quod emptor colono partiario pro fructibus penden-
tibus stare, cogatur, & ibidem addit. Borg. *à num. 16.*
benè Cavalcan. *decis. 44. numer. 23. & ferè per tot.* Franch.
decis. 293. ubi Addent. Capiblanc. *dict. pragm. 5. num. 114.*
106 *&* 115. † Imò, & si pro quinquennio res sit locata, &
sua natura unicum fructum in quinquennio reddit, pro
toto quinquennio stare, tenebitur, Alexand. *in l. divor-*
tio, §. Si vir, col. 1. in fin. Hieron. Gabriel. *cons. 68. tot.*
Surd. *sup. n. 13.*
107 Quibus etiam adde, quod sicuti Officialium jam fa-
ctæ electiones fructus percepti dicuntur, nec ideò ante
anni implementum per novum per locationem successo-
rem, nec per ipsum Baronem; amplius percipi, aut
fieri valeant, ut sup. dictum remanet, ita etiam electio-
nes futuræ fructus immaturi dicuntur, quousque annus,
vel terminus præcedentium jam factarum labatur, & eo
impleto novæ fieri debeant; quare donec impleatur, ta-
les novæ electiones tanquam fructus immaturi per con-
ductorem fieri, aut percipi, non poterunt, sicuti in aliis
fructibus immaturis communiter resolvunt DD. ex Text.
in dict. l. & hæc distinctio, ff. locat. de quo plenius dicam
in 2. tom. hujus operis p. . . . . c. . . . n. . .
108 Nec etiam obstat secunda dicta objectio deducta *ex leg.*
emptor. Cod. locat. quia ejus resolutio, ut singularis suc-
cessor prædecessoris facto stare, non teneatur, in nostro
casu locum habere, nequit, nam inter aliàs limitationes,
quas latissimè, & pluribus congestis, ad *d. l. emptorem,*
referunt August. Barbos. *in coll. C. ad d. l. emptorem,* Car-
din. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 10. tot.*
Petr. Surd. *decis. 172. 264. & 265.* Cancer. *variar. resolut.*
lib. 1. c. 14. nu. 31. cum seqq. Vincent. de Franch. *decis. 216.*
302. 334. & 488. ubi plura, & plures congerunt ejus ad-
dentes, D. Covarruv. *lib. 2. variar. c. 15. à nu. 1.* ubi ejus
Addit. Faria, Anton. Gomez *2. variar. c. 3. n. 9. &* 10. ubi
plenè Aillon. penes quos omnes DD. & limitationes *ad d.*
l. emptorem, cumulatos invenies.
109 Sed inter has, inquam; limitationes dupliciter ad
nostram quæstionem, *dict. leg. emptorem,* & ejus resolu-
tio limitatur, & intelligitur. Primò, ut procedat, cum
successor singularis succedit per viam privationis, & ex-
tinctionis juris, quod penes prædecessorem residebat:
secus si per viam transmissionis, seu translationis, ut in
nostro casu accidit, quo conductor, non extincto jure
locatoris, sed in eum transmisso, succedit, & tunc fa-
cto antecessoris singularem successorem teneri, docent
Petr. Barbos. *in l. filius fam. §. fin. n. 10. solut. matr.* Gutierr.
lib. 1. pract. qu. 8. num. 8. Stephan. Gratian. *discept. forens.*
cap. 37. numer. 6. Mart. *vot. 139. numer. 5.* Mar. Giurb. *de-*
cis. 63. numer. 7. August. Barbos. *in collect. Cod. ad dict.*
leg. emptorem: num. 6. & 7. D. Salgad. *de supplic. ad San-*
110 *ctis. 1. part. cap. 10. §. Unic. num. 83.* † Quare cum in nostra
specie jurisdictionis, vel ejus fructuum conductor, non
per extinctionem, sed per transmissionem in ipsum jus
locatoris succedat, facto quoque locatoris, & conse-
quenter ejus Officialium electionibus stare, tenebitur,
nec alias novas in illo anno facere, poterit, ut in specie
docet eleganter Vincent. de Franch. *dict. decis. 216. num. 5.*
ubi Amendol. *numer. 3. & 4.* qui etiam refert Guidonem
Papæ.
111 Secundò etiam dicta regula *leg. emptorem,* optimè ad
nostram quæstionem limitatur, cum singularis successor
non succedit, in pleno jure antecessoris, quo casu singu-
gularem successorem facto prædecessoris stare, teneri,
docet Alexander. *in d. l. emptorem, col. 3. vers. item fallit*
d. lex, ubi quod ideò emptor, non totius rei, sed fructuum
dumtaxat locationi per venditorem factæ stare, debeat,
& hanc limitationem tenent Duen. *regul. 240. limit. 6.*
Rot. apud Pacific. *post tract. de Salvian. interdict. dec. 105.*
num. 11. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 10.*
n. 25. Aug. Barbos. *in collect. C. ad d. l. emptorem, n. 27.*
Ex qua ratione idem in nostra specie dicendum est, vi- 112
delicet, jurisdictionis fructuum conductorem electioni-
bus Magistratum per locatorem jam factis pro illo anno
inchoato stare, debere, quia non potest, dubitari, quin
conductor in pleno jure locatoris, hoc est, in omni jure
jurisdictionis, non succedat, sed tantum in mera facul-
tate fructus percipiendi, ut ex prædictis constat, & la-
tius suo loco dicam.
Circa quæ supra tradita, ut jurisdictionis dominus ita 113
his commodis, aut jurisdictionis fructibus eligendi Of-
ficiales justitiæ uti, debeat, ut semel electos absque ju-
sta causa removere ab officio ante annum, vel biennium
statutum non possit, utiliter ad praxim dubitari, po-
test, an idem dicendum sit, decedente domino juris-
dictionis post electiones jam factas, ita ut successor
in eo Officiales electos pro illo anno, vel biennio
inchoato non possit removere, nec alios de novo eli-
gere?
Quam quæstionem optimè ad rem tractat, & sub plu- 114
ribus conclusionibus resolvit D. Molin. *de primogen. lib. 1.*
cap. 25. numer. 4. cum seqq. cuius doctrina attenta, dicen-
dum est.
Primò distinguendum esse inter dominos iurisdictio- 115
nis ratione maioratus, cui inhæret: & inter dominos
liberæ iurisdictionis nulli maioratus vinculo subiectæ:
Nec non inter iurisdictionem feudalem: In primo casu
dicendum est, Comitibus, Marchionibus, Ducibus,
& aliis dominis inferioribus, seu possessoribus maiora-
tus, cui tales iurisdictiones adhærere solent, postquam
iure proprio, & absque nominatione oppidorum suos Ju-
dices Vicarios, aut locum tenentes, vulgo *Alcaldes ma-*
yores, creaverint, intra annum, aut alium terminum ad
exercendam iurisdictionem assignatum decedentibus, iu-
risdictionem nominatorum absque dubio spirare, & iuris-
dictionis successorem, eis remotis, alios novos Judices
eligere, posse, docent in hoc casu intelligendi D. Molin.
de primog. dict. cap. 25. num. 11. D. Covarruv. *pract. cap. 4.*
num. 4. ubi rectè intelligit contrariam doctrinam Joann.
Fabr. *in §. Item si adhuc instit. mandat. num. 5.* ut procedat
in iudicibus per Principem superiorem non recognoscen-
tem electis, quam interpretationem ad nostram conclu-
sionem sequitur Bobadill. *in sua Polit. lib. 2. cap. 16. nu-*
mer. 145. & istam resolutionem in Baronibus, & aliis Do-
minis iurisdictionis feudalis, vel alterius, post electio-
nem Officialium decedentibus indistinctè tenent Vicent.
de Franch. *decis. 165. num. 7.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 5.*
cap. 6. num. 191. & lib. 1. cap. 27. à num. 26. & 28. & ex aliis
noviter Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragm. 5. nu-*
mer. 115. sed eorum doctrina, meo videri, intelligi, &
declarari, debet iuxta secundum, & tertium casum pro-
ximè referendum.
Quæ resolutio, licèt in nostris successoribus maio- 116
ratus, cui iurisdictio annexa est, verissima sit, &
tam apud Italos in feudis, quam apud nos communiter
usu recepta, in eius tamen assignanda ratione nimis tor-
quentur DD. nam aliqui eam assignare voluerunt, quia
nimirum, isti Judices per Dominos inferiores nominati
iurisdictionem delegatam dumtaxat exercere, dicunt,
ex eo, quod non à lege, vel à Principe iurisdictionem
habeant, quod requiritur, ut iurisdictio ordinaria dica-
tur, *l. 1. §. Cum urbem, ff. de offic. Præfect. Urb. l. 2. &* 18.
tit. 4. part. 3. leg. 5. tit. 9. lib. 3. Recop. D. Molin. *de primog.*
lib. 1. dict. cap. 25. numer. 11. & 12. D. Covarruv. *lib. 3.*
var. cap. fin. numer. 20. quare morte delegantis, aut
con-

constituentis spirare ; docent ex Text. vulgar. *in l. more*, & ibi DD. *ff. de jurisdict. omnium judic.*

117 Quæ tamen ratio substineri, nequit, quia, his minimè resragantibus, verius mihi videtur, hos Judices per dominos inferioris jurisdictionis nominatos jurisdictionem ordinariam exercere ; nam licet à Principe, vel à lege immediatè non creentur, ejus tamen tacita permissione, & præcipuè universali nostri Regni consuetudine jurisdictionem habent, ex qua ratione potius Judices ordinarios, quam delegatos dici, debere, docet in specie D. Molin. *de primog. lib. 1. dict. cap. 25. numer. 12. vers. Contrariam, & seqq.*

118 † Uti, & locum tenentes Correctorum similiter ordinariam jurisdictionem ex eadem ratione exercere dicuntur, & de causis meri imperii, quæ delegari, non possunt, cognoscunt, ut docet idem Molin. *ubi proximè*, ex doctrina Bartol. *in leg. nec quicquam, §. Ubi decretum, ff. de offic. Proconf. numer. 5. in 1. lectur. & in 2. lectur. numer. 8.* Castrens. *in rubric. de offic. Assessor. numer. 2.* & ex aliis antiquioribus D. Covarruv. *lib. 3. var. cap. fin. numer. 4.* quidquid contrarium, imò, quod isti Vicarii, seu locum tenentes jurisdictionem delegatam habeant, teneat Gregor. Lop. *in leg. 2. tit. 4. part. 5. verb. Estos tales*, quem benè in hoc reiicit Avendan. *de exequend. part. 1. cap. 3. num. 1. vers. Secundo*, & quia non solum locum tenentes Correctorum jurisdictionem ordinariam ex tacita Principis, & ejus Regii Consilii permissione, & generali consuetudine exercent, sed, quia per Correctores nominantur ex speciali facultate ad id eis frequenter concessa, & inserta in titulo ipsis suorum officiorum in Regia Camera expedito, & etiam ex legis facultate, ut constat *ex leg. 22. tit. 5. lib. 3. Recop.* ibi : *Y porsus Tenientes* ; & idem resolvunt doctrinam D. Molinæ sequentes Azeved. *in leg. 10. & 11. tit. 5. lib. 3. Recop. numer. 1. cum seqq. & in leg. 1. tit. 9. num. 7. & 8. eod. lib.* Marant. *de ordin. judic. 4. part. distinct. 5. numer. 17.* Paz *in prax. 2. tomo, prælud. 2. numer. 3. & 4.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. 1. numer. 10.* & ex Aviles, Marant. & aliis Bobadill. *in Polit. lib. 1. cap. 16. num. 45.*

119 Quæ hodie absque dubio jam procedunt cum omnes Correctorum locum tenentes per Cameram nostri Supremi Senatus ob speciale Regium decretum absque ulla Correctorum interventione eligantur : sed jam iterum, post hæc scripta locum tenentium electiones ipsis Correctoribus per Supremum Consilium redditæ fuere.

120 Ex quibus rationibus idem quoque communiter resolvitur in Vicariis Episcoporum, qui ordinarii etiam, & ordinariam jurisdictionem habere, dicuntur, quia similiter ex quadam permissione juris, eam mandatam sibi à Prælatis exercent, ut ex Gloss. *in cap. 2. de offic. Vicar. lib. 6. & in cap. Romana, in princip. verb. generaliter, de appellat. in 6.* & ex Felin. Abbat. & aliis Canonistis D. Covarruv. *dict. cap. fin. numer. 4.* & ad rem D. Molin. *ubi supr.*

121 Quæ omnia, etiam in nostris judicibus, per dominos inferiores creatis concurrunt, nam pariter in eorum creationibus tacita, imò, & expressa Principis, & legis permissio invenitur : Principis, cum eo ipso, quod his dominis inferioribus jurisdictionem concedit, creandorum quoque Officialium justitiæ facultatem concessisse, censetur, ut latè diximus, *sup. cap. 16. à n. 23.*

122 Imo jure istæ Officialium creationes non solum approbari, sed necessario fieri, jubentur, ex eo quod Barones, seu Domini jurisdictionis per se ipsos eam exercere, sunt prohibiti, & suos Officiales, aut Judices deputare coguntur, ut superius quoque *in hoc c.* dictum remanet *à nu. 3.*

123 Ex quibus remanet dicendum, Judices per dominos inferiores electos non delegatam, sed ordinariam jurisdictionem habere : & ita substineri, nequit supra relata ratio ad nostram principalem conclusionem, imò contrarium deduci, videtur, ut scilicet morte possessoris majoratus, cui jurisdictio inhæret, Officialis electi jurisdictio non spiret, ex eo quod ordinaria sit, ut probatum remanet.

Quare, re melius inspecta pro ratione prædicti pri- 124
mi casus resolutionis, dicendum videtur, ideò apud nos, mortuo Comite, Duce, vel alio simili possessore majoratus, cui frequenter jurisdictio inhæret, electiones per possessorem prædefunctum factas extingui, nec eis successorem stare, debere, sed potius novas facere, posse. † Quia jurisdictionis ; & similium re- 125
sum majoratus dominium ad vitam ipsius possessoris est restrictum, ac limitatum, ut docet D. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 19. numer. 39.* ubi Addit. ita ut successores per extinctionem juris possessoris, & in se translationem jure proprio ex fundatoris dispositione, ipsi fundatori, non ultimo possessori decedenti succedunt, idem D. Molin. *lib. 1. cap. 1. numer. 17. & lib. 2. cap. 4. numer. 6.* & consequenter ejus effectus, ut sunt Officialium electiones, & aliorum fructuum perceptiones post ejus mortem durare, non possunt ex vulgatis regulis, quibus docemur : † quod limitata causa 126
limitatum effectum producat, & quod etiam, resoluto jure dantis, jus quoque accipientis resolvatur, *leg. lex vectigali, cum vulgat. ff. de pignor.* & ad rem docet D. Molin. *lib. 1. dict. cap. 25. n. 13.* faciunt super. tradita *à numer. 109.* ubi ex hoc successorem per extinctionem juris prædefuncti electionibus per antecessorem factis stare non debere, sed novas facere, posse, diximus.

127 Ex quibus non mirum, si, possessorem majoratus post factas electiones mortuo, successor in quem jurisdictionis dominium aut jus ipso jure transfertur, cum electionibus per antecessorem factis stare non teneatur, sed imò novas statim facere possit, fructus ita majoratus, aut jurisdictionis pro suo tempore percipiendo ; quin obstet quod possessor, post factas electiones, & sic post fructuum perceptionem, decesserit, ex quo dicendum videbatur successorem novas electiones facere, non posse, vel aliquos fructus percipere, donec annus impleatur, ut dicitur usufructuario post fructuum perceptionem decedente, in proprietario, qui in usufructu succedit, qui similiter quidquam fructuum perceptorum prætendere nequit, ut latius suo loco dicam & etiam ut supr. hoc c. diximus in locatore, quia, ut ibidem dictum remanet, *ex n. 100.* diversum ius est in locatore, qui succedit per iuris transmissionem, aut translationem, & ideò facto sui prædecessoris stare, tenetur, nam ab eo ius habet, & eius nomine ipsiusque vicem gerendo fructus percipi : Secus verò cum per extinctionem iure proprio succeditus, ut in nostris maioratibus accidere, diximus.

128 Nec quicquam faciunt dicta in usufructuario, nam in eo speciali iure procedunt, quia sola perceptione fructus omnes acquirit, quin aliquid ex eis postea intra annum decedente proprietario debeatur, ut alibi dicam · secus in aliis rerum dominis decedentibus per quorum obitum ipsarum rerum ius ex alterius dispositione in alios transfertur, nam licet post fructuum perceptionem decedant, statim novis successoribus fructus pro suo tempore deberi, incipiunt, & divisio pro rata temporis fit, ut in beneficiis, fideicommissis, & similibus rebus, eorumque successoribus latius suo loco per singula capita dicam, quare idem dicendum est in iurisdictionis novis successoribus iure maioratus, in quos dominio, aut iurisdictionis iure per mortem possessorum translato, fructuum percipiendorum quoque ius pro suo tempore translatum censetur, & consequenter pro sui temporis rata facere, poterunt novas Officialium electiones, in quibus etiam fructuum iurisdictionis perceptio consistit, quæ præcipuè procedunt in successoribus maioratuum, quibus iurisdictiones sunt annexæ, nam in eis maiori ratione fructuum divisio pro rata temporis admittitur,

ritur, quia cum tales majoratus ea principali ratione instituantur, & fructus possessoribus relinquantur, ut subeant onera familiæ, ejusque nobilitatem, & splendorem conservent, mortuo possessore, necessario ad successorem fructus pro tempore, quo hæc onera subire incipit, spectare, debent, & ex eadem ratione in beneficiorum, & similium rerum successoribus dicam suo in loco.

129 Nec obstat, quod Judices per possessores majoratus electi jurisdictionem ordinariam exerceant, ut ex eorum nominatio, mortuo eligeute, non spiret, quia adhuc nominantis jure resoluto, & ad alium per ejus extinctionem translato, tales electiones ex dictis regulis extingui, debent, ut singulariter, & expressè comprobatur exemplo Vicarii Episcopi, cujus jurisdictio ordinaria est, ut dictum remanet *sup. numer.* 120. & tamen, mortuo Episcopo nominante, spirat, ut docent *gloss. fin. in Clement.* 1. *de procurator.* ubi Imol. *numer.* 17. & ex antiquioribus communiter docent D. Covarruv. *pract. quæstion. cap.* 4. *numer.* 4. Avendañ. *de exequend. part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 3. Aviles *in cap.* 5. *Prætor, gloss. suspendidos, num.* 10. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 1. *numer.* 9. Azeved. *in leg.* 1. *tit.* 9. *numer.* 13. *lib.* 3. *Recop.* & ex Marant, Navarr. Ugolin. Enriquez, & aliis Pater Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 30. *numer.* 1. *&* 2. & ad nostram quæstionem D. Molin. *dict. cap.* 25. *ubi Addit.* 1. &, pluribus congestis, Bobadill, *in Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 145. D. Covarruv.
130 *pract. quæst. cap.* 4. *n.* 4. † Ubi, & quod ex eadem ratione idem apud nos dicendum sit in locumtenentibus Correctorum, quorum jurisdictionem, licet ordinariam, similiter spirare ait morte Correctorum, à quibus nominantur; & Avendañ. increpat, qui in suo tractatu *de exequend. part.* 8. *cap.* 3. *numer.* 3. contrarium asserit, imò quod eorum jurisdictio morte Correctorum non extinguatur: pro quorum tamen concordia dicendum videtur D. Covarruv. opinionem attento juris rigore procedere, debere, cum nulla differentia inter locumtenentes per Correctores nominatos, & inter Vicarios Episcoporum assignari, possit, ut ipse D. Covarruv. notat: Avendañi autem doctrinam locum habere ex usu, & generali nostræ Hispaniæ consuetudine, ex qua locumtenentes post mortem suorum Correctorum in exercitio jurisdictionis remanent, habita prius nova Supremi Senatus commissione, quæ frequenter ad id expeditur, ut in casu Correctoris absentiæ idem statuitur *per leg.* 7. *tit.* 15. *lib.* 5. *Recop.* & hunc sententiæ D. Covarruv. & Avendañ. intellectum tenent idem D. Covarruv. *in dict. cap.* 4. *numer.* 4. *in fin. in nova Addit.* Bobad. *in sua Polit. lib.* 2. *dict. cap.* 16. *numer.* 145. & eandem Avendañ. sententiam sequuntur Paz *in prax.* 1. *part. tom.* 1. *temp.* 1. *numer.* 9. Cur. Phillipp. *part.* 1. *§.* 4. *numer. fin.* Quare melius, & absque dubio hodie non spirare dicendum erat, cum jam non per Correctores, sed per Cameram nostri Supremi Senatus locumtenentes eligerentur: Quod tamen correctum jam invenitur *ut supra num.* 119. diximus.

131 Ex quibus constanter resolutum manet, Comites, Duces, & alios successores majoratuum, quibus jurisdictio inhæret, non teneri, stare Magistratuum electionibus per antecessores factis, sed potius, ut domini jurisdictionis ipsius fructibus, & emolumentis statim post mortem possessoris uti posse, & novas electiones pro suo tempore facere, vel, ut me expediam, percipere, cum fructus jurisdictionis sint, ut supr. dixi, *cap.* 16. *in princ.*

132 Hæc circa primum casum superioris distinctionis, successorum videlicet jurisdictionis majoratus vinculo subjectæ. In secundò vero casu, cum jurisdictio libera est, & in ea successores jure hæreditario succedunt, contrarium dicendum, mihi videtur, quia tunc electionibus per defunctum factis hæres stare, tenebitur, nec eas revocare, poterit, & ratio est evidens, quia qui, ut hæres, & jure hæreditario succedit, facto defuncti stare, tenetur, ut ex Text. *in l. cum à matre, C. de rei vindic. l. post mortem* 25. *ff. de adoption.* & aliis pluribus juribus, & authoritatibus resolvunt D. Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 1. *ex nu.* 16. ubi Addent. Flores de Men, *ad Gam. dec.* 67. Fusar. *de substit. quæst.* 557. *n.* 9. D. Valenz. *cons.* 18. *n.* 100. Hermos. *to.* 1. *in l.* 37. *tit.* 5. *p.* 5. *gloss.* 1. *n.* 41. Guzm. *de evict. q.* 38. *n.* 5. Mangil. *de evict. q.* 32. *maxime à n.* 5. *& q.* 43. *q.* 44. *& q.* 56. & melius *q.* 59. Roaas *de incomp. p.* 5. *cap.* 6. *à n.* 5. *& tot.* & plenè de hac regula ad plures quæstiones.

Quod in successoribus majoratuum locum non ha- 133
bet, quia omnes indistinctè jure sanguinis, non jure hæreditario succedunt, ut docent doctè D. Molin, *de primog. lib* 1. *cap.* 8. *à num.* 1. & Velazquez de Avendañ. contrariam sententiam impugnantes Joann. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 82. *num.* 6. Mieres *de majorat. part.* 4. *quæst.* 1. *à num.* 203. & cum aliis Castill. *tom.* 6. *contr. cap.* 157. *nu.* 5. *& a* 1. quia non ultimo possessori, ut ejus hæres, sed primo institutori proprio jure succeditur D. Molin. *d. cap.* 8. *à nu.* 2. *& lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 48. ubi Add. D. Solorz. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 19. *& n.* 18. idem in commendis Indorum asserit.

Quæ non solum procedunt, cum majoratus succes- 134
sio filiis defertur, vel ad eam filii simpliciter, & descendentes vocantur, ut ex hac ratione id in majoratibus voluit D. Molin. *dict. cap.* 8. *numer.* 3. *cum seqq.* quasi contrarium sit, si cum qualitate hæreditaria tantum sint vocati; verum etiamsi cum ista qualitate hæreditaria, & ita suis hæredibus majoratus relinquatur, quia ad huc de hæredibus & successoribus sanguinis intelligendum est, & hoc ratione subjectæ materiæ, & ex natura nostrorum majoratuum, qui propter consanguineos, & familias in eis conservandas instituuntur, & in nostris terminis docent idem Molin. se ipsum corrigens *in annot. post tract. de primog. nu.* 6. *&* 7. & ibidem, aliis congestis, prim. Addit. quidquid aliter D. Molinam intelligar, secund. Addit. *in dict. cap.* 8. *num.* 12. *&* 13. & hanc etiam intelligentiam tradit optimè Capyc. Latr. *consult.* 10. *ex num.* 59. licèt ipsum D. Molin. in sua additione non referat.

Ex quibus, in successoribus majoratus, cui jurisdi- 135
ctio annexa est, indistinctè resolvendum mihi videtur, eos electionibus Officialium per antecessorem factis stare, non debere, cum non jure hæreditario, sed jure proprio, aut sanguinis succedant.

In tertiò verò casu superioris distinctionis, cum vi- 136
delicet jurisdictio feudalis est: distinguendum est inter feuda ex pacto, & providentia, in quibus jure sanguinis succeditur, ut notant D. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 8. *ex num.* 5. Jul. Clar. *lib.* 4. *sentent. §. Feudum qu.* 9. *vers. Quandoque verò*, & ibi Addit. Frecc. *de sub feud. lib.* 3. *in different. inter feud. ex pact. & hæredit. diff.* 31. Harthman. Pistor. *quæst.* 15. *ex numer.* 29. Joan. Koppen. *decis. German. quæst.* 39. & cum aliis Capyc. Latr. *consult.* 23. *ex numer.* 28. *&* 55. & quæ majoratibus assimilantur, ut docent D. Molin. *dict. lib.* 1. *de primog. cap.* 7. *ex num.* 3. Capyc. Latr. *consult.* 10. *num.* 68. & inter feuda hæreditaria, quorum successio jure hæreditario defertur Pinel. *in leg.* 1. *de bon. mater.* 3. *part. ex numer.* 84. optimè D. Molin. *dict. cap.* 8. *numer.* 7. Jul. Clar. *ubi supr.* Peregr. *de fideicom. artic.* 32. Surd. *decis.* 322. Larr. *cons.* 74. *num.* 2. *& cons.* 28. *à numer.* 44. ut in illis similiter, ut in majoratibus, successores Magistratuum electionibus per ultimos possessores factis stare, non debeant, sed potius novas, facere, possint, earum commoditate, tanquam jurisdictionis fructu pro suo tempore utentes: contra verò in istis, in quibus omninò eis stare, debent, quia, ut antecessoris hæredes succedunt, & ita ejus facto, novas electiones faciendo, contravenire, non possunt, & ita breviter, & singulariter in feudis distinguit Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *pragm.* 5. *num.* 115. in quo loco se remittit *ad pragm.* 8. *part.* 2. ubi tamen hoc dictum non inveni.

Quæ

Digitized by Google

137 Quæ quidem, tam in majoratibus, quàm in feudi successoribus supradicta singulariter limitari debere, videntur, nisi feudi, aut majoratus successor etiam jure sanguinis aliàs ultimo possessori, hæres quoque extiterit, quo casu electionibus ab eo factis stare, debere, dicendum videtur, quia indistinctè successor majoratus, vel feudi, simulque ultimi possessoris hæres ejus facto stare, tenetur, ut communiter resolvunt in alienationibus rerum feudalium, seu majoratus, & similibus contractibus, quibus aliàs successor stare, cogi, non posset, resolvunt, ex Text. *in l. vindicantem, ff. de eviction. l. cum à matre, Cod. de rei vindicat. l. unum ex familia 67. §. Sed si non, & §. Sequenti, ff. de legat. 2. l. filius famil. 113. §. Cum pater, ubi etiam gloss. verb. Exheredatos, ff. de legat. 1.* ubi docent Bartol. & alii DD. Ferd. Loazes *in l. filius famil. §. Divi, num.* 191. Roder. Suarez, qui id latissimè disputat, *in l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. testament. ampliat. 7. num. 4. cum sequentib.* Greg. Lopez, qui id etiam optimè resolvit, *in l. 24. tit. 15. part. 5. verb. Entonce*, Anton. Gomes. *in l. 40. Taur. num.* 84. D. Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 1. ex num.* 17. ubi plures congerunt Add. Peregr. *de fideicommiss. art. 33. num. 6.* Mieres *de majorat. 4. part. quæst. 16. à numer. 1. usque ad 33.* Vincent. de Franch. *decis. 83. numer. 2. & decis. 153. numer. 17. & decis. 355. num. 4.* Cald. Pereir. *de renovat. emphyteus. quæst. 16. à num. 32.* Decian. *cons. 55. lib. 3.* Simon. de Præt. *de interpr. ultim. volunt. fol. 513. à num.* 58. Flor. de Men. ad Gam. *decis. 67.* Cæs. Barz. *decis. Bonon. 42. & 64.* Mastril. *decis. Sicil. 56. à num. 34.* Surd. *cons. 284. numer. 5. & 10, lib. 5.* Guzm. *de evict. quæst. 38. numer. 19.* Vincent. Fusar. *quæst. 557. num. 9.* Barbos. *vot. 44. tot.* Mangil. *de evict. quæst. 32. à num. 3. usque ad 8. & quæst. 35. à numer. 3. usque ad 16. & quæst. 54. à num. 4.* & plenè resolvit Roxas *de incompat. part. 5. cap. 6. ex num.* 12. in quibus latissimè ad plures quæstiones, ut successor majoratus, aut feudi ex pacto, simulque hæres ultimi possessoris ejus facto stare, teneatur.

138 Unum tameonota, quòd supra tradita conclusio, ut successor majoratus, aut feudi electionibus Officialium per antecessorem factis in aliquibus casibus stare non debeat indistinctè in omni casu procedere, debet, si Magistratus, vel alii Officiales ad beneplacitum sint, nam tunc absque dubio morte eligentium electiones spirant, ut in quibuslibet aliis ad beneplacitum concessionibus docent DD. ex Text. *in l. 4. ff. locat.* ubi Bartol. & communiter DD. *cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* & in nostris terminis benè D. Molin. *de primogen. lib. 1. dict. cap. 25. num. 4. cum seqq.* ubi, quòd successor statim, mortuo possessore, qui ad beneplacitum Magistratus creavit, alios

139 †novos eligere, possit: Et à num. 6. optimè disputat, an saltem, dum novi eliguntur, priùs electi jurisdictionem exercere, valeant, vel penes quem residere, debeat.

Quibus plenè absoluta manet hujus capitis materia circa jurisdictionis fructos in Officialium creationibus consistentes: Pro pleniori autem istarum electionum, seu jurisdictionis fructuum cognitione alia plura dicam in capit. sequentib. ubi præcipuè de Officialium electionibus in secunda, aut tertia instantia appellationis, quando, ut jurisdictioois fructus ad Barones, seu dominos inferiores jurisdictionis spectent, & quomodo isti in hoc secundarum causarum exercitio se gerere, debeant: necnon, & alia plura jurisdictionis emolumenta, seo fructus in duobus capitibus sequentibus cumulabo.



CAP. XIX.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia eapitum præcedeutium, & agitur de Tabellionum ereatione, an jurisdictionis fructus sit, ut consequenter per Duces, Comites, aliosve Dominos inferiores fieri, valeat: Pluraque de materia Tabellionum, de ipsorum differentia, & facultate citea exercitium suorum ostieiorum, tam in terris Dominorum inferiorum, quàm in Regiis.

SUMMARIUM.

1 *PRoponitur hujus capit. quæstio: An Tabellionem creandi potestas jurisdictionis fructus sit, eamque consequenter Duces, Comites, aliique Domini inferiores in suis terris habeant?*
2 *Refertur opinio affirmativa in favorem Dominorum.*
3 *In Episcopis jurisdictionem temporalem habentibus.*
4 *In Regno Aragonum.*
5 *Ex concessione jurisdictionis Magistratuum creandorum potestas, qui eam exerceant, data videtur.*
6 *Tabelliones voluntariam jurisdictionem exercent.*
7 *Appellantur Iudices, & chartularii, & n. 8.*
9 *Reiicitur hæc ratio.*
Verius est, nullam jurisdictionem habere, ibid.
Eorum exercitium potius officium, aut ministerium, quam munus jurisdictionale dicendum, ibi.
10 *Nec Iudices chartularii appellandi Tabelliones, inter quos magua versatur differentia, remissive.*
11 *Fundatur alia ratione superior affirmativa sententia, quoad Notarios saltim ad judicilia.*
Notarii adjudicialia, & si nullam jurisdictionem exerceant, sunt pars quotitativa, & Ministri judiciorum, ibi.
12 *Refertur contraria negativa opinio, imò dominos inferioris jurisdictionis nullam Tabelliones creandi potestatem habere.*
13 *Tabellionum creationes inter regalia annumerantur, dumtaxat que per Principem facienda, non per alium inferiorem.*
14 *De consuetudine circa hæc in Regno Neapol.*
15 *Concordantur contraria decisiones Neapolitana.*
16 *Distinguitur pro vera concordia hujus capit. principalis quæstionis inter jus commune, & nostrum Regium, & quid, utroque attento, in hac quæstione resolvendum? cum n. seqq.*
De jure communi resolvitur pro affirmativa sententia in favorem dominorum, ibid.
17 *De jure nostro Regio distinguitur inter Notarios, & Tabelliones ad acta judicilia, vel extrajudicialia, seu instrumenta conficienda: illos minimè, cessante privilegio, aut consuetudine per dominos inferiores creari posse, resolvitur: istos vero sic.*
18 *Adducitur pro hac distinctione* l. 3. tit. 19. part. 3.
19 *Comprobatur Doctorum authoritate, & n. 20.*
21 *Reiicitur contraria doctrina Robadil.*
22 *Quid apud nos de consuetudine servetur circa creationes Tabellionum faciendas, vel non? & num. 23.*
24 *Ad judicilia Tabelliones creare posse, declaratur.*
25 *Stante privilegio, aut consuetudine, Tabellionum creandi potestas indistinctè etiam in extrajudicialibus ad dominos inferiores, seu ad ipsa oppida pertinere, poterit.*
26 *Probatur hæc resolutio circa privilegium.*

27 *Non*

Digitized by Google

27 *Non sufficit generalis concessio, sed spetialis requiritur.*
28 *Speciali nota, quæ digna sunt, si omissa fuerint, neglecta censentur.*
29 *Idem resolvitur in generali concessione, quoad alias regalias.*
30 *Amplia, etiam si castrum concedatur, cum omni jure, quod Princeps ibi habet, vel cum omnibus suis pertinentiis, aliisque generalissimis clausulis, & num. seqq.*
32 *Flumina in his generalibus concessionibus non veniunt.*
34 *Procedit hoc maximè in regalibus majoribus.*
35 *Plures limitationes remissivè.*
36 *Stante consuetudine, aut legitima præscriptione, Tabellionum creationes ad inferiores dominos pertinere, possunt.*
37 *Et ad oppida, seu Civitates.*
38 *Regalia maiora consuetudine quoque, aut præscriptione quæruntur, de qua præscriptione remissivè.*
39 *Immemorialis requiritur, & n.40.*
Idem in aliis juribus regalibus præscribendis, ibid.
41 *Cujus temporibus possessio ad creationem Tabellionum in possessorio sufficiat: & differentia inter possessorium, & proprietatis, iudicium ad iura nostra Regia* in l.10.tit.1.lib.7. Ordinament. l.4.5.& 8. tit.2.lib.7.Recopil.
42 *Declarantur hæc iura Regia, ut non tantum in oppidis, aut Civitatibus, sed etiam in dominis inferioribus procedant.*
43 *In his casibus, in quibus privilegio, aut consuetudine inferioribus dominis Tabelliones creandi facultas competit, examini subiiciuntur, apud nos, & approbantur in Supremo Senatu, vel in Regiis Chancellariis.*
Text. in l.2.& 5.tit.25.lib.4. Recopilat. *declarantur, ibid.*
44 *Tabelliones exactè examinandi, ne eorum ignorantia, totus mundus litibus repleatur.*
45 *Tabelliones per Dominos vassallorum creati, & examinati in Senatu, dumtaxat, in Dominorum territorio suum munus in iudicialibus, aut extraiudicialibus exercere, possunt, & n.47.*
46 *Declara nisi per Regium Senatum facultas generalis, sive titulus exercendi in toto Regno eis concedatur.*
47 *Regis Tabellio in spiritualibus se ingerere, nequit, prout è contra, nec Apostolicus Notarius in temporalibus.*
48 *An saltim inter subditos dominorum extra eorum territorium instrumenta conficere, valeant?*
49 *Tabelliones generales, qui per totum Regnum Tabellionatus munus exercent, à Dominis inferioribus creari, non possunt, sed à Rege tantum, & num.51.*
50 *Intelligitur in hoc casu contraria negativa oppinio: & Constitut. unic. Fori Regn. Aragon.* lib.4. decret. Notat.
52 *Nec suffragatur Dominis consuetudo circa creandos Tabelliones generales.*
53 *Tabelliones generales per Regem creati, utrum in terris Dominorum inferiorum exercere, possint, & num.54.*
54 *Stante in oppidis, sive designato certo numero Tabellionum, alii ad instrumenta, vel ad cæteros actus non admittuntur.*
55 *Instrumenta in præfatis prohibitis casibus confecta, & si nulla sint, benè tamen contractus, & conventiones in eis contentæ, per alias probationes probari, possunt.*
56 *Instrumentum dumtaxat probationem, non contractus substantiam respicit.*
57 *Concluditur, & resolvitur juxta præfata hujus capitis principalis quæstio: an, & quando Tabellionum creationes inter jurisdictionis fructus, seu proventus computanda?*

Difficilis quidem hujus cap. quæstio: An Tabellio- 1
nes creandi potestas jurisdictionis fructus sit? &
consequenter eorum creatio ad Duces, Comites, aliosque
dominos inferiores spectet? † In quo dubio articulo 2
varii extant Doctores: nam primo D. Molin. *de primogen.
lib.1. cap.25. à num.1.* inter fructus majoratus, cui alicujus
oppidi jurisdictio cohæret, Tabellionum creationes,
& aliorum officiorum justitiæ connumerat, & vassallorum
dominis, puta Ducibus, Marchionibus, & aliis
oppidorum Dominis inferioribus competere, asserit, &
in espresso id in favorem dominorum inferiorum, non
obstante nostra *l.3.tit.19.part.3.* (de qua infrà) Bobadil.
in polit. lib.2.cap.16.num.43.& 44. Montal. *in dict. l.3.* ex
Avendañ. Azeved. *in l.1.tit.25.num.6.lib.4.Recop.* Bobadil.
qui hoc *in 43.* Addit consuetudine apud nos servari,
de qua tamen contraria in nostro Regno dicam proximè,
& de jure communi idem resolvunt Hostiens. & Joann.
Andr. *in cap. cum P. Tabellio, de fid. instrament.* ubi Imola
col.4. hoc esse Doctorum commune placitum, quibus
ibidem adstipulatur Henr. Boic. dicens, Comites, &
Prælatos jurisdictionem habentes in ipsorum oppidis indistinctè
tam ad judicialia, quàm ad extrajudicialia Tabelliones
creare, posse; & idem Hostiens. *in summ. de
fid. instrument. column.2. & in tit. ne Cleric. vel Monach.
column.2.* Speculat. *in tit. de instrument. edit. §. Restat,
column.3.* & illic Joann. Andr. in Additione incipiente,
igitur, Bart. *in l. nec ei, §. Eorum, column. fin. ff. de adoption.
& in l.1. ff. de offic. Proconf. & Legat.* Oldrad. *consil.75.*
† Ubi in Episcopis, & aliis etiam Prælatis tempo- 3
ralem jurisdictionem habentibus, loquitur Rebuff. *in l.2.
column.4. Cod. de Primic. lib.12. & in l. generali, Cod. de
Tabell. column.1.* Abbas *cons.104.* hanc esse communem
opinionem attestans, quem sequitur Purpur. *in l. quæcumque,
num.388. ff. de offic. ejus*, Felin. *in dict. cap. cum
P. Tabellio num.14.* Paul. de Castr. *cons.34. super primo,
num.1. versic. Si vero non reperiat lib.2.* Boer. *decis.489.
num.2.* Franc. Marc. *decis.489. num.2. cum seqq.* cui etiam
opinioni, jure communi attento, adstipulantur Boer.
decis.242. num.2. Franc. Marc. *decis.489. num.2. cum seqq.*
Burgos de Paz *in l.3. Taur. num.* 1060. Capyc. *in cap. Imperialem,
§. Scriba in 6. conclus. de probib. feud. alienat.
per Federic.* ubi, quòd creandi, Tabelliones potestas
Baronibus communicata sit, & eum sequuntur Marin.
Frecc. *de subfeud. lib.2. in tract. de different. inter feuda
quaternata, ac plana, & de tabula, numer.38.* Sipatula
ad Isern. *tit. quæ sint Regal. verb. Ad justitiam, sub num.67.*
& ita pluries decisum refert in Regno Neapoli, Joann.
Bapt. Thor. *in compend. decis. part.2. verb. Jurisdictio generalis*,
ubi, quòd concessa jurisdictione, potestas quoque
creandi Magistros Actorum, seu Notarios, & alios
Administratores tacitè translata intelligatur, & idem docent
Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol. de Notariis, in principio
num.2.* Paul. Staib. *cons.48. num.12.* Sess. *decis.83. à
num.25.* † Ubi, & quòd idem in Regno Aragonum pro- 4
cedat, optimè Burg. de Paz *in l.3. Taur. na.159. & 1060.*
ubi in fin. huic oppinioni, jure communi attento, magis
accedit, & ad eam adducit, Text. *in cap. statutum, §. fin.
de rescript. in 6.*

Quæ affirmativa opinio ex ea præcipuè ratione (ul- 5
tra has adductas per Matth. de Afflict. *in rubric. de probibit.
feud. alienat. per Federic. numer.16.*) corroborari
potest, quia ex concessione jurisdictionis, Magistratuum
creandorum potestas concessa censetur, ut dictum
remanet, supr. in cap.16. à num.20. & à num.63. qua ratione
ab eisdem quoque dominis jurisdictionis Tabelliones
creari, posse, videtur, dicendum: ex quo, & Tabellinnes
jurisdictionem exercere, dicunt Doctores, &
ex hoc fundamento pro hac sententia, latè resolvit Cancer.
lib.2. variar. cap.2. num.60. cum seqq. quo solo, &

Ripol.

Digitized by Google

Ripol. relatis idem noviter tenet D. Christ. Crespi de Valdaur. *observat.* 15. *à num.* 170. & Joann. Bapt. Thor. ubi proximè.

6 Quòd autem Tabelliones jurisdictionem exerceant, & quòd ea voluntaria sit, notant Abb. *in cap. P. & G. num.* 14. *de offic. delegat.* Innocent. *in cap. cum à nobis, de*
7 *testib.* † Ubi, & quòd Judices appellentur Novar. *de gravam. vassallor. tract.* 2. *gravam.* 87. *numer.* 14. & Judices particulares, Andr. Gail. *lib.* 1. *observat.* 1. *num.* 13. & *observat.* 71. *num.* 13. *vers. Communis est, lib.* 2. & ex aliis
8 Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 12. † Qui eos Judices Chartularios vocat, idem docent Castrens. *in l.* 1. *num.* 18. *ff. de judiciis*, Zass. *in paratit. ff. de procurat. n.* 3. *vers. & coram Notario, & in l. acta, num.* 2. *vers. Notarius tamen, ff. de re judicat.* Marant. *de ordin. judicior. part.* 4. *distinct.* 18. *num.* 3. & *ex l. nulli, Cod. de numerar. actuar. & Chartular. lib.* 12. *l.* 3. *Cod. de canon. largition. lib.* 10. notat Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol. in rubric. de*
9 *Notariis, in princip. numer. fin. in fin.* Sed quidquid hi DD. etsi eruditissimi dicant, hanc ultimam rationem non approbo, imò verius esse existimo, nullam jurisdictionem Notarios exercere; sed potiùs eorum exercitium magis officium, aut ministerium, quam munus jurisdictionale dici, debere, ut benè notant Cardinal. Tusch. *pract. conclus. litt. N. conclus.* 72. *numer.* 23. Petr. Barbos. *in l.* 1. *art.* 1. *numer.* 175. *ff. de judic.* D. Cresp. *inf. à num.* 151. & ideò nec Magistratus esse ait Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol. in rubric. de Notariis, in princip. num.* 3. ex Andr. de Isern. *in cap.* 1. *verb. Ad justitiam expediendam, num.* 65.
10 & *sequentib. quæ sint regalia.* † Nec Carthularios dici, posse; quia cum istorum munere nihil ministerium Tabellionum commune habere, sed inter eos magnam differentiam esse, notant eleganter Petr. Gregor. *lib.* 49. *syntag. jur. univers. cap.* 1. *numer.* 7. Pancirol. *var. lect. lib.* 1. *cap.* 27. & *cap.* 86. *vers. Constantinopoli, in fin.* & *lib.* 2. *cap.* 188. *vers. Interiectis duobus*, Prateius *in lexic. jur. vers. Chartularii*, Lothet. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 23. *num.* 22. & 23. & colligitur ex Amay. *in l.* 3. *Cod. de canon. largit. num.* 2. *cum seqq.* & expresè, & optimè docet D.D. Christoph. Cresp. *observ.* 15. *num.* 158.

11 Sed adhuc ex alia ratione prædicta affirmativa sententia, quoad Notarios ad judicialia non in eleganter firmari, posset; quia videlicet actuarii, seu Notarii ad judicialia, quamvis aliquam jurisdictionem non exerceant, sunt tamen pars quotuativa ad judicium, & ejus ministri, ut notat Rovit. *decis.* 72. *num.* 51. Guizzarel. *decis.* 24. Elis. Danza *in pugn. Doctor. tit. de offic. actuar. num.* 1. Novar. *de gravam. vassallor. tractat.* 1. *gravam.* 87. *numer.* 5. quare, ut Officiales justitiæ haberi, poterunt, & consequenter per jurisdictionis Dominos inferiores creari.

12 Contrariam verò opinionem, imò quòd Tabellionum creatio per jurisdictionis dominos inferiores fieri, nequeat, jure communi tenent Innocent. & DD. *in cap. cum P. Tabel. de fid. instrument.* Andr. de Isern. *in tit. de prohibit. feud. alienat. per Federic. vers. Scriba, column. fin.* ubi, quòd hæc sententia communior, & verior sit, & idem
13 repetit *in cap.* 1. *quæ sint Regal.* † Ex quo solus Rex Tabelliones creare, possit: quia inter regalia tales creationes numerantur, ut notant Camerat. *in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Federic. pag.* 641. *vers. Septima conclusio*, ubi, & quòd inter majora, Matth. de Afflict. *in cap. unic. verb. Regalia, num.* 22. *quæ sint regalia*, & ibidem Borcholt. *num.* 4. Zass. *part.* 5. *num.* 14. & *conclus.* 16. *numer.* 94. *lib.* 2. Rosentb. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 15. *numer.* 2. Ferrar. Montan. *de feud. lib.* 2. *cap.* 1. & *lib.* 5. *cap.* 7. & cum multis Sixtin. *de regalibus, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 35. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 14. & per alias pulchras rationes hanc Innocentii opinionem tenent Roman. *in suo tractat. de Tabellion.* ubi contrariæ sententiæ fundamentis respondet Matth. de Afflict. *de feud. in tit. de prohib. feud. alienat. verb. Tertiodecimo not. num.* 16. ubi pro ista
14 opinione resolvit. † Et quòd in Regno Neapolitano ita consuetudine servetur: & idem noviter resolvit, licet prædictis non relatis, Horat. Barbat. *de divis. fruct. part.* 1. *cap.* 9. *à num.* 41. & 48. ubi, quòd Notariorum creatio per Dominos inferiores, aut per alium, quàm per Regem, semota consuetudine, vel privilegio speciali, fieri, non possit, ex eo quòd de regalibus sit, & præcipuè in Regno Neapolitano ex speciali illius Regni constitutione Magistri Camerarii, ubi, quòd Notarii ad judicialia præcisè ex his qui à Rege sint creati, sumantur. † Quare 15
contrarias decisiones per Joan. Bapt. Thor. & alios Neapolitanos, sup. num. 12. in contrarium relatas, ut per Barones jurisdictionem habentes Magistri actorum eligi, possint, intelligerem dummodò de creatis à Rege juxta dict. constit. eligantur ad inferius dicenda ex jure nostro, & idem novissimè asserit Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. part.* 1. *numer.* 12. *cap.* 12. & *part.* 3. *cap.* 44. *n.* 37. ubi, & quòd idem in Lusitania caveatur in Ordinam. illius Regn. *lib.* 2. *tit.* 45. §. 25.

Inter quorum Doctorum varias opiniones, pro vera 16
concordia, jure communi attento, prima in favorem Dominorum vassallorum sententia communior mihi videtur. † Jure autem nostro Regio inspecto, semota con- 17
suetudine, aut speciali concessione, ut infrà dicam, & cujusque Regionis lege municipali, juxta quam plures ex relatis loquuntur, pro vera concordia, & resolutione distinguendum existimo, inter Notarios, seu Tabelliones ad acta judicialia, vel ad extrajudicialia, seu instrumenta constituendos, ut illi rectè possint per dominos vassallorum ad judicium eligi: quia, & per ipsos judex, vel justitiæ Magistratus eliguntur: at verò ad instrumenta, & alia extrajudicialia nullo modo per eos Notarios creari, posse, dicendum est, nisi specialiter eis eorum eligendi facultas per Principem sit concessa.

Quæ distinctio de jure Regio, quo maximè attento, 18
pleríque ex superioribus Doctoribus dissentientibus loquuntur, apud nos expresè traditur in *l.* 3. *tit.* 19. *part.* 3. ubi postquam creandorum Tabellionum potestatem ad Imperatorem, seu Regem dumtaxat pertinere, statuit noster Rex; loquens deinde circa alios Dominos inferiores, qui hanc etiam facultatem ratione jurisdictionis prætendere solent, ita mirabiliter ad nostram quæstionem, & distinctionem loquitur: *Pero dezimos, que aquellos que pueden poner juzgadores en sus lugares, pueden, y poner Escrivanos, que escrivan las cosas que passaren en juizio ante ellos. Mas Escrivanos publicos de Concejo, cuyas cartas deben ser creidas por todo el Reyno, ninguno non los puede poner, si sennaladamente non les fuesse otorgado poderio del Rey de los fazer, por las razones que ya diximos*,

Et hanc etiam distinctionem, seu restrictionem opi- 19
nionis Hostiens. tenet noster Gregor. Lop. ibidem lit. H. ubi, quòd hodie, stante nostra lege, opinio Innocentii absque dubio sequenda sit, quoad extrajudicialia, ad quæ Tabelliones per vassallorum Dominos inferiores creari, non poterunt, nec consequenter coram eis testamenta; venditionis, locationis aliorumve contractuum instrumenta confici, valebunt, quæ omnia singulariter notat Gregor. ad consulandum communem intellectum Doctorum, qui indistinctè, ut ipse ait, hanc potestatem Episcopis, Comitibus, & aliis Dominis inferioribus tribuunt.

Quam distinctionem, nostra lege Regia attenta, am- 20
plectitur quoque doctè Burg. de Paz *in dict. l.* 3. *Taur. num.* 1059. licet pro contraria referatur per Bobadil. *in dict. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 43. *lit. H.* Montalu. *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 1. *Fori, verb. E otro no*, Paz *in prax. in princip. oper. annot. ultim. à num.* 13. ubi distinguit inter dominos superiores, uti sunt Reges, & alios inferiores, quorum primos ad judicialia, & extrajudicialia; secundos ad judicialia tantùm Tabelliones creare, posse, ait, & idem ex eadem lege Partit. tenet Avendan. *de exequend. mandat. cap.* 10. *num.* 1. *vers. Quod jure Regio probatur*, & *num.* 2. *vers. Et jure Regni*, ubi quamvis istam facultatem ad extrajudicialia etiam extendat, intelligendum est,

stante

Digitized by Google

ſtante ad id præſctiptione, aut conſuetudine, ut ipſe ait,
& inf. proximè dicam.
21 Nec huic de jure Regio reſolutioni obſtat authoritas,
ſemper magni habenda, noſtri Bobadil. lib. 2. d. cap. 16.
num. 43. quem ſuperius pro Dominis vaſſallorum adduxi-
mus, utporè contra expreſſam litteram leg. Reg. 3. partit.
ut ex ipſa proximè ad litteram relata patet: nec quidquam
facit argumentum per eundem Bobadil. deſumptum ex
l. 12. tit. 1. part. 2. quæ certè tantùm probat, dominos
oppidorum ea facere, poſſe, quæ ratione dominii pro-
veniunt, quod non negamus; ſed an Tabelliones crean-
di facultas ratione dominii oppidorum competat? & an
propter Dominium inferioribus conceſſum: vel propter
altum, & Supremum penes Principem retentum? hoc
ipſum quærimus, nec dicta lex 12. part. reſolvit: Sed
ſtante circa hoc præfatæ, l. 3. part. clara, & ſpeciali de-
ciſione, quid aliarum legum argumentis opus eſt?
22 An autem vigore ſaltim noſtri Regni generalis conſue-
tudinis, hoc Tabelliones creandi jus Dominis inferiori-
bus debeatur, non tantùm in favorem dominorum, ut
verior adſtrui poſſet, ex ejuſdem Bobadil. doctrina, qui
in dict. cap. 16. num. 44. de hac generali, apud nos conſue-
tudine teſtatur, ibi: Y porque la coſtumbre, que en eſto dà
derecho, lo tiene ya introducido. De eademque conſue-
tudine teſtatur Azeved. in rubr. tit. 25. lib. 4. Recopil. nu. 8.
ibi: Sed hodie Tabelliones per dominos creati indiſtinctè
in terris ſuis de conſuetudine exercent judicialia, & extra-
23 judicialia. † Sed quidquid Doctores iſti de hac conſue-
tudine atteſtentur, & quidquid ſuo tempore vera eſſet,
hodie in Supremo noſtro Senatu, & in Regiis Chancel-
lariis contrarium juxta dict. l. 3. ſervatur, ut non aliter,
quam ex ſpeciali Regia conceſſione, aut privilegio vaſ-
ſallorum Domini Tabelliones in ſuis terris creare, va-
leant: ut mihi, de hac conſuetudine, & praxi incon-
cuſſe ſervata, atteſtati fuere Senatus Regii Notarii, &
Chancellariarum peritiſſimi Advocati.
24 Quod autem diximus, oppidorum dominos apud nos
ad judicialia ſaltim Notarios creare, poſſe ex dict. l. 3.
Partit. adhuc intelligendum eſt, non de vera, aut nova
creatione, ſed de electione ex jam legitimè creatis, ut
videlicet ad judicialia domini, vel etiam Judices juriſdi-
ctionem exercentes Tabelliones eligant, dummodo de
creatis à Rege, vel à ſe ipſis ex Regio privilegio, aut le-
gitima conſuetudine.
25 Unum tamen eſt, quòd ſtante Principis privilegio,
aut conſuetudine, hæc Tabellionum creandi poteſtas
benè indiſtinctè etiam in extrajudicialibus ad iſtos Do-
minos inferiores, ſeu ad ipſa oppida pertinere, poterit;
26 † Stante privilegio, probatur per dict. l. 3. tit. 19. Part. 3.
& in privilegio Civitatibus, ſeu aliis univerſitatibus con-
ceſſo, notant ferè omnes Doctores ſuperius pro, utraque
opinione relati.
27 Quibus tamen adde, non ſufficere generalem conceſ-
ſionem oppidi cum juriſdictione, meroque, & mixto
imperio, ſed ſpecialem requiri, ut conſtat ex dict. l. 3.
ibi: Sennaladamente; & ibidem in noſtra ſpecie, cum
aliis juribus Regni docet Gregor. gloſ. 3. & Innocent.
Abb. Bart. & Bald. per eundem Gregor. adducti in gloſ. 1.
& ferè omnes pro opinione Innocent. ſuperiùs relati;
quia iſtæ Notariorum creationes inter regalia connume-
28 rantur, ut ſupra dixi. † Quæ ut magni præjudicii, ac
momenti, & per hoc ſpeciali nota digna, cap. fin. de Præ-
bend. cap. cum Clerici, de verbor. ſignif. ſi nominatim, &
expreſsè eorum mentio non fiat, neglecta cenſentur, ut
ex Text. vulgar. in l. item apud Labeonem, §. Ait Prætor,
de injur. l. eos, Cod. de aquæduct. lib. 11. docet Menoch.
de adipiſcend. poſſeſſion. remed. 4. num. 834. & alibi ſæpè di-
29 xi. † Quare ſimiliter in generali etiam conceſſione rega-
lia, & conſequenter prædictas Tabellionum creationes
non venire, ſed ſpecialem neceſſariam eſſe, docent, ex
cap. per tranſlationem, de offic. delegat. & ex l. 5. tit. 15.
part. 2. verſ. Y aun por mayor, Boer. decis. 50. numer. 12.
Gregor. Lop. in l. 9. tit. 4. part. 5. gloſ. 5. Menoch. lib. 3.
præſumpt. 97. num. 4. & 42. Petr. Bellug. in ſpecul. Princip.
rubr. 14. verſ. Nunc videamus, Myſinger. conſ. 39. num. 6.
& 7. Wesembec. conſ. 32. num. 11. cum ſeqq. & conſ. 45. à
num. 37. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 14. num. 8.
Auguſt. Barboſ. vot. 126. numer. 318. Giurb. de feud. §. 2.
gloſ. 7. num. 3. & noviſſimè Dominic. Antunez de Portu-
gal. de donat. Reg. part. 2. cap. 7. num. 52. latè, & cum
multis Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 5. n. 74. cum ſeqq.
Quæ amplia etiam ſi caſtrum concedatur, cum omni 30
jure, quod Princeps ibi habet ex Tappia, Laudenſ. Pe-
regrin. Tiraquel. Surd. & aliis Sixtin. dict. cap. 5. num. 81.
† Et etiam ſi caſtrum, cum omnibus ſuis pertinentiis ſit 31
conceſſum, Sichard. in l. quoties, num. 9. Cod. famil.
herciſcund. Matth. de Afflict. in cap. unic. verb. Flumina,
num. 7. quæ ſint regal. † ubi quòd, nec flumina, quæ de 32
regalibus ſunt Roſſenth. de feud. cap. 5. concluſ. 14. num. 1.
† Ubi quòd regalia non comprehendantur in generali 33
conceſſione, etiam cum his verbis univerſalibus, cum
omnimoda juriſdictione, vel cum omnibus juribus, & perti-
nentiis, Prukman in Rubric. quæ ſint regal. cap. 5. num. 41.
cum ſeqq. † Quod abſque dubio procedit in regalibus ma- 34
joribus, ut noſtræ Notariorum creationes ſunt, Pruk-
man ubi proximè, ſequitur Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 5. à
num. 92. & 97. † Et à num. 82. plures fallentias, & limi- 35
tationes latiſſimè adducit, in quibus in generalibus con-
ceſſionibus regalia venire, ſolent, juxta Afflict. Roſſent.
Schenei de Vuin. & alios Feudiſtas ibi congeſtos.
Stante verò conſuetudine, aut legitima præſcriptio- 36
ne, ſimiliter Tabellionum creandi facultas ad Barones,
vel ad alios Dominos inferiores pertinere, etiam poterit,
ut ex Text. in l. ſuper creandis, Cod. de jur. Fiſc. lib. 10.
l. actuarios, Cod. de num. & actuar. lib. 2. cap. cum dilectus,
de fid. inſtrum. & deducitur per plura jura noſtri Regni,
ut in l. 1. tit. 18. lib. 2. Ordinam. l. 8. 9. & 10. tit. 1. lib. 7.
Ordinament. l. 12. tit. 1. Part. 2. l. 2. 4. & 5. tit. 2. lib. 7. Re-
copil. docent Innoc. in dict. cap. cum P. Tabellio, de fid.
inſtrum. & illic Felin. num. 14. & Specul. de inſtrum. edict.
§. Reſtat, columm. 7. Bald. in rubr. de fid. inſtr. columm. 3.
Andr. de Iſern. in §. Ad juſtitiam, num. 68. tit. quæ ſint re-
gal. in uſib. feud. Ægid. Bell. deciſ. 21. Alexand. conſ. 96. in-
cipit: in cauſa, & lite, columm. fin. lib. 1. Greg. Lop. in
dict. l. 3. tit. 19. part. 3. gloſ. 2. optimè, & pluribus funda-
mentis comprobat Oldrad. conſ. 75. Burg. de Paz in l. 3.
Taur. à num. 1062. Avendañ. de exequend. cap. 10. à nu. 2.
Paz in prax. princ. annot. ultim. nu. 16. Cur. Philip. 1. part.
§. 2. numer. 4. Horat. Barbar. de diviſ. fruct. part. 1. cap. 9.
num. 49. quidquid contrarium voluerint Mieres de maio-
ratib. part. 4. quæſt. 21. num. 81. † Quæ conſuetudo, aut 37
præſcriptio etiam favore Civitatum, vel univerſitatum
circa Tabelliones per ipſas creandos ſervanda erit, ut ca-
vetur per dict. l. 2. 4. & 5. tit. 2. lib. 7. Recopil. & ibidem do-
cet cum aliis Azeved. & in Cur. Piſſan. lib. 1. cap. 13. nu. 7.
Avendañ. dict. cap. 10. num. 2. Seſſ. deciſ. 83. num. 25. Bar-
bat. dict. cap. 9. num. 50. † Quia, & conſuetudine, aut 38
præſcriptione Regalia, licèt majora, acquiri, poſſunt,
ut latè docent D. Covarruv. in Reg. poſſeſſor. part. 2. nu. 7.
verſ. Tertia ſpecies, de regul. jur. in 6. Balb. de præſcript.
2. part. 5. part. princip. quæſt. 3. numer. 3. verſ. Iam primo,
Roſſent. de feud. cap. 5. concluſ. 16. num. 3. & cum aliis mul-
tis Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 5. numer. 130. ubi latiſſimè
hanc regalium præſcriptionem, & ejus requiſita tractat,
de quibus latè etiam, & pluribus congeſtis, Caſtil. de
tertiis, cap. 21. num. 2. & 3. Giurba obſervat. 72. numer. 2.
Pereir. de manu Reg. 2. part. cap. 37. à numer. 12. D. Molin.
de primog. lib. 2. cap. 2. num. 20. D. Valenz. conſil. 93. nu. 42.
Antunez de donat. Reg. 2. tom. part. 3. cap. 45. nu. 24. & 25.
quod procedit etiam de jure Luſitano.
Circa tempus autem ad conſuetudinem, ſeu præſcri- 39
ptionem inducendam, in dicta Tabellionum creandi fa-
cultate acquirenda, multum variant DD. ſed pro verio-
ri reſolutione breviter dicendum eſt, quòd retenta ſupra-
dicta Innocent. opinione, ex qua diximus, hanc poteſta-
tem creandi Notarios de regalibus eſſe, & ſoli Principi,
tion

non verò Baronibus, aut vassallorum Dominis jure communi competere, consequenter dicendum est, immemorialem jure communi necessariam esse in consuetudine, seu præscriptione hujus facultatis, sicuti in aliis regalibus, & præcipuè majoribus, & de reservatis præscribendis requiri docent ex cap. super quibusdam, §. Præterea, de verb. signific. Bald. cons. 242. antiqua quæstio, num. 1. versic. Si autem incipias à consuetudine, volum. 2. Alexand. in l. more, num. 13. ff. de acquir. hæredit. & alios antiquiores adducens Cravet. cons. 349. numer. 9. & consil. 814. num. 5. Gail. observat. 31. numer. 4. lib. 2. Rossent. de feud. cap. 5. conclus. 58. numer. 22. Mysing. observat. 29. numer. 10. centur. 5. licet observat. 41. numer. 9. centur. 6. decenium sufficere, teneat, quem tamen, & alios plures idem docentes benè rejicit Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 5. à numer. 135. & à numer. 136. & immemorialem requiri, firmat ex multis, quos adducit Antunez dict.
40 cap. 45. num. 24. & 25. † Et in nostra specie creationis Tabellionum, quòd similiter non alia præscriptione, quam immemoriali, quæratur resolvunt, ex dict. cap. super quibusdam, §. Præterea, de verbor. significat. ibidem Abb. & in cap. cum nobis, column. 3. de præscript. & in tractat. de Tabell. column. 3. Matth. de Afflict. in tit. de judic. annal. in Constit. Neapol. lib. 1. num. 7. Greg. Lopez in d. l. 3. tit. 19. p. 3. glos. 2. Burg. de Paz latè disputans in l. 3. Taur. à n. 1063. & 1067.

41 Jure autem Regio, quoad proprietatem facultatis Notarios, vel similes officios creandi, idem dicendum, ut etiam immemorialis requiratur, quoad verò jus possessorium, quadragenariam possessionem sufficere, verissimum est, ut optimè docet Gregor. in dict. l. 3. gloss. 2. & est etiam in id, l. 10. tit. 1. lib. 7. Ordinam. hodiè l. 4. tit. 2. lib. 7. Recopil. ubi ad horum officiorum creationis acquisitionem quadragintaannorum usum sufficere, dicitur, & l. 8. ejusdem tit. quæ consuetudinem antiquam privilegio æqualem, & ita immemorialem requirit, quas benè, & doctè intelligit, & concordat, idem Gregor. ubi proximè, ut l. 10. quoad possessorium, l. 8. quoad proprietatem procedant, quidquid contrarium velit Burgos de Paz in dict. l. 3. Taur. à nu. 1063. & 1066. ubi aliter prædict. ll. concordare nititur, quadragenariam indistinctè ad proprietatem, & ad possessorium sufficere asserens, sed à distinctione Gregorii non est recedendum, maximè, cum expressè etiam comprobatam inveniamus per l. 5. tit. 2. lib. 7. Recopil. ubi expressè deciditur, ita intelligi, debere legem D. Regis D. Alphosi, quæ est prædicta l. 10. Ordinam. ibi: Y declaramos, que la ley del Rey Don Alonso, que dispone, que bastan quarenta annos de possession, se entienda en quanto à el juicio possessorio, per quam legem turbationes Doctorum circa prædictarum legum interpretationem omninò cessant, & ita etiam docent Avendañ. de exequend. part. 1. cap. 10. num. 2. & 3. Paz in prax. in princ. annotat. ultim. num. 16. Azeved. in rubr. tit. 25. lib. 4. Recopil. numer. 14. & in l. 4. tit. 2. lib. 7. Recopil. à num. 1. & in Cur. Pissan. lib. 1. cap. 13. num. 7. ubi, & quòd ideò in dict. l. 10. Ordinam. & l. 4. non sine mysterio per verbum uso, loquatur noster Rex, ut ex hoc intelligeremus de possessione tantùm agi; in l. autem 8. Ordinam. aut 5. Recop. per verbum costumbre, quòd proprietatem denotat, ut singulariter docet Bald. in cap. cum Ecclesia, column. fin. extr. de election. & etiam observat Burg. de Paz in d. l. 3. Taur. n. 1064.

42 Nec huic pro Baronibus, & aliis Dominis inferioribus resolutioni, ut jure nostro Regio per immemorialem in proprietate: per quadragenarium verò in possessione Tabelliones creandi tueantur, obstat, quòd prædicta jura Regia in oppidis, & universitatibus tantùm loquuntur, quare ad Dominos particulares extendi, non posse, videntur; quia contrarium est veriùs, imò, quòd etiam in Dominiis inferioribus intelligantur, nec aliqua discriminisratio in hoc casu excogitari, potest, ut optimè in specie docet Burgos de Paz in dict. l. 3. Taur. num. 1066. in fin. nec est, cur magis hæc præscriptio in universitatibus, quæ sunt personæ fictæ, & repræsentatæ, procederet, quàm in personis veris Dominorum, ut doctè ad rem notat Avendañ. de exequend. dict. cap. 10. numer. 3. vers. Et cum, maximè, cum & jure Regio hoc jus privilegio quibuslibet concedi, possit, ut ex dict. l. 3. tit. 19. part. 3. supr. dictum remanet, ideò & immemoriali præscriptione acquiri; quia quidquid privilegio concedi potest, præscriptione quoque immemoriali quæri, valet, ut in aliis juribus regalibus communiter resolvunt DD. congesti per D. Salgad. de Reg. protect. part. 1. cap. 1. n. 125. & seqq. Antunez de donat. Reg. part. 2. lib. 1. cap. 33. num. 24. & part. 3. cap. 13. num. 3. D. Larrea alleg. 69. nu. 3. Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 5. num. 138. Reinoso observat. jur. 65. num. 1. ubi additio quam plurimos in id adducit Castillo de tertiis, cap. 22.

Quibus tamen unum apud nos notabiliter adde, hu- 43
jusmodi nempè Tabelliones, qui per Dominos, sive vigore consuetudinis, aut privilegii creantur, debere etiam, postquam fuerint creati, in Supremo nostro Senatu, vel in Regiis Chancellariis examinari, & approbari, nec aliter judicialia, aut extrajudicialia exercere, possunt, ut expressè deciditur per Text. singulat. in l. 2. tit. 25. lib. 4. Recopil. & in l. 5. eodem tit. docent Curia Philipp. part. 1. §. 2. num. 4. Azeved. in dict. l. 2. numer. 1. & in rubr. ejusdem, tit. 25. num. 9. & in nostra specie docent Paz in prax. in princip. annot. ultim. num. 15. & ex Luc. de Penn. in l. contra publicam, column. 8. in princip. versic. Examinatio, Cod. de re milit. lib. 12. optimè docet Bobadil. in Polit. lib. 2. dict. cap. 16. num. 96. ibi: Falencia 12. es, que aunque los Sennores de Vassallos pueden crear, y elegir Estrivanos para sus Villas, y territorios, como arriba diximos: pero non los pueden examinar, aprobar, ni calificar en la edad, suficiencia, y buena fama, que se requiere, por que esto pertenece à la Suprema Real potestad, & idem in Lusitania servari ex illius Regni jure municipali, lib. 2. Ordinam. tit. 45. §. 16. docet Dominic. Antunez Portug. de donat. Reg. part. 3. cap. 44. num. 37. ubi, quòd inferiores, quibus creandi Tabelliones, potestas competit, Regio Senatui præsentare debeant idoneas personas, quibus examinatis, & approbatis, litteræ Regiæ ibidem expediantur, ut Tabellionatus officia exercere, possint.
† Quarum legum dispositio justissima, & laudabilis est, 44
ut ita, præhabito examine, Tabellionum imperitia vitetur, ne eorum ignorantia totus mundus litibus, & erroribus repleatur, ut sæpè accidit, & benè considerant Angel. cons. 295. & cons. 388. Bobadil. in Polit. lib. 3. cap. 14. num. 44. & DD. Petr. de Salzed. ad leges noviss. Recopil. in l. 7. tit. 21. lib. 2. numer. 57. ubi de aliis nostri Regni juribus examen ob id in Tabellionibus exactè requirentibus.

Item adde, quòd tales Tabelliones per Dominos vas- 45
sallorum creati, & in Regio Senatu approbati judicialia, aut extrajudicialia dumtaxat intra territoria ipsorum Dominorum exercere, valent, non verò extra, ut notant ex l. 1. ff. de offic. Procons. Bartol. ibidem, & in l. apud Proconsulem, ff. de manumiss. vindict. Imol. in cap. cum Tabellio, de fid. instrum. column. 4. & alii relati per Felin. ibidem, num. 18. Roch. de Curt. de consuetud. numer. 774. Purpurat. in l. quæcumque, n. 388. ff. de offic. ejus, Petr. de Unzo in pract. Notariatus, num. 27. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 19. gloss. 7. & 8. Paul. de Castr. cons. 34. num. 1. volum. 2. Orosc. in l. omnia, column. 368. num. 15. ff. de offic. Præfect. urb. cum aliis pluribus, benè Burg. de Paz in dict. l. 3. Taur. num. 1061. ad quem se remittit, Azeved. in rubr. tit. 25. lib. 4. Recopil. & Bobadil. in Politic. lib. 2. cap. 16. num. 45. Sesse decis. 83. num. 26. cum seqq. ubi ex hac doctrina rectè intelligit quodam forum illius Regni, Joan. Platea in l. duum viri, in fin. Cod. de decurion. lib. 10. & ex Bald. Salycet. Abb. Specul. & aliis antiquioribus, D. Palac. Rub. in rubr. de donat. inter in introduct. nu. 21.

ubi

ubi indistinctè, quòd Tabelliones extra territorium
46 creantis instrumenta conficere, nequeant, † Et quòd
ideò, nec Regis Tabellio in causis spiritualibus, nec
Notarius Apostolicus in temporalibus se intromittere,
valeant, ad quod est Text. singular. & unic. *in l.8. tit.18.*
lib.2. Ordinam. quæ est *l.19. tit.25. lib.4. Recopil.* ubi,
cum multis Azeved. Rebuff. *super leges Regias in tract.* 1.
de litter. obligat. art.2. glos.1. num.34. & ex aliis D. Co-
varruv. *pract. conclus. quæst.19. num. fin. versic. fin.* & ex
Scacc. Valasc. & aliis D. Cresp. *observat.15. numer.162.*
& 159.

47 Et in nostra quæstione, & Tabellionibus per Domi-
nos inferiores creatis, quòd extra eorum territoria exer-
cere, non possint; & insttumenta extra ea confecta fi-
dem non faciant, ultra relatos, resolvit, & latè prose-
quitur D. Cresp. *dict. observat.15. à num.157. & num.168.*
quòd contractus substineantur, & testibus probari, pos-
sint, ex Tusch. & Mascard. ibi relatis: quod semper in-
tellige nisi cum in Regio Senatu, examinantur, & ap-
probantur, & facultas eis concedatur, sive titulus non
tantùm pro exercendo in territorio dominorum, sed ge-
neraliter per totum Regnum; nam tunc generales Regii
Tabelliones erunt, de quibus proximè.

48 An autem inter subditos dominorum creantium ex-
tra illorum tamen territorium instrumenta conficere,
possint? vide congestos per eundem Burg. de Paz *supr.*
numer.1061. & optimum consilium Rolland. à Vall. 91.
volum. 3. ubi pro negativa ex Ægid. Bellamer. Abb. &
aliis contra Bald. Paul. de Castr. & alios antiquiores re-
solvit: sed pro Bald. & Castrens. affirmativa opinione ex
ipso Abbate sibimet contrario, & multis aliis veriùs re-
solvit Scacc. *de re judic. glos.7. quæst.4. special.2. num.124.*
& 125. quæ sententia maximè procedere, debet, si in-
strumenta conficiantur inter subditos creantis de re in
ipsius loco existente, & ibi exequenda, quo casu absque
dubio licet extra ejus territorium recepta substineri, de-
bent, ut tenent Tusch. *pract. conclus. lit. N. conclus. 72.*
num.30. & ex Cravet. Farin. & aliis D. Cresp. *d. observ.15.*
à num. 171.

49 Ex qua doctrina, quòd extra territorium creantis Ta-
belliones suo officio uti, non possint, infertur etiam,
quod nec Notarii generales, qui per totum Regnum suo
officio in rebus aliàs permissis uti, possint, per Dominos
inferiores creari poterunt, Innocent. *in cap. cum P. Ta-*
bellio, de fid. instrument. Bald. *in l. imperium, 1. lect.*
column.3. ff. de jurisdict. omn. judic. Gregor. Lopez *in dict.*
l.3. tit.19. Partit.3. glos. fin. in quibus quòd hoc solùm
ad Principem spectet, benè Didac. Perez *in l.2. tit.5. lib.2.*
Ordinam. q.2. in fin.

50 Quo casu notabiliter intelligi, potest contraria nega-
tiva sententia, seu, quod communiter jactatur videlicet,
Notariorum creationes, ad solos Reges, vel Imperato-
res aliosve Superiorem non recognoscentes spectare, ut
in istis Tabellionibus generalibus procedat, quorum in-
strumentis per totum Regnum fides adhibetur, non verò
de aliis Notariis per inferiores creatis, quibus saltim in
eorum territoriis fides adhibetur, ut explicat singulari-
ter Didac. Perez *dict. quæst.2. in fin.* qui ita etiam intelligit
Constit. unicam fori Regn. Aragonum, lib.4. de Creatione
Notar. & Constit. qua incipit à la creacion, tit. de Tabellio-
nib. & in quibus nulli alii, quam Regi, Tabellionum
creationes permitti, videntur, quæ jura eodem modo
51 intelligit, Sess. *dict. decis.83. à num.26.* † ubi, quòd ho-
rum Notariorum generalium creatio dumtaxat ad Re-
gem pertineat, & idem resolvit Bobadil. *in Polit. lib.2.*
52 *cap.16. num.46.* † Ita, ut nec consuetudo aliqua hoc jus
eis tribuere, possit, juxta Bald. *in rubr. de consuetud. n.13.*
Rebuff. *in 3. tom. const. Franc. tit. de consuetud. in præfat.*
num.77. Azeved. *in rubr. tit.25. lib.4. Recopil. numer.12.*
53 † Imò, nec ipsi Tabelliones generales, seu Reales per
Regem creati poterunt intra territoria Dominorum infe-
riorum instrumenta conficere, vel aliter suum officium
exercere, ut docent Paul. Castrens. *cons.34. numer.1.*
volum.2. Bobadil. *dict. cap.16. num.48.* ubi Rebuff. Didac.
Per. & Azeved. refert, latè Avendañ. *de exequend. part.1.*
cap.10. à n.4.

Quod tamen intellige juxta eundem Avendañ. *num.7.* 54
vers. Ideò, ut Duces, ut Regii Notarii tunc in oppidis do-
minorum inferiorum instrumenta, seu testamenta alia-
ve facere, non possint, si in eis certus numerus tabellio-
num populi, vel Conciliorum consensu, aut ordinatio-
ne sit deputatus; quia eo casu ipsi soli Notarii de numero
in suis locis exercere, possunt, ut in cæteris oppidis, &
Civitatibus Regni servatur, in quibus dumtaxat publici
Tabelliones, quos vulgò *del Numero*, vel *de Concejo*
vocamus, instrumenta conficere, valent, ex *l.1. tit.25.*
lib.4. Recopil. & aliis juribus Regiis relatis, benè Didac.
Perez *in l.2. tit.5. lib.2. Ordinam. quæst.11.* latè Azeved.
in dict. l.1. Recopil. ubi ex Rebuff. Covarruv. Burg. de Paz,
Suarez, Gomez, & aliis agit, & disputat de nullitate
contractuum, testamentorum, & aliorum instrumento-
rum ex eo, quòd per Notarios, qui de numero non sint,
facta inveniantur.

Quæ omnia in casibus supra relatis dicta circa nullita- 55
tem instrumentorum, ex eo, quòd confecta sint per
Notarios extra locum, vel res ad quas anthoritatem ha-
bent, notabiliter intellige, ut licet talia instrumenta
nulla sint, nec aliquam fidem faciant, neque etiam, ut
publica exequi, possint; hoc tamen, quoad contractus,
seu conventiones in eis celebratis non procedat, quæ
benè per testes, aut alias probationes probari, poterunt,
& eorum virtute via ordinaria agi, ut originaliter tenuit
Angel. *in l. universos, Cod. de Decurion. lib.10.* ubi quòd
stante statuto prohibente instrumenta per alium confici,
quàm per Notarium in matricula descriptum, si per non
descriptum conficiatur instrumentum, adhuc tamen
contractum in eo celebratum substineri, debere, ait,
& in confecto per Notarium extra proprium territorium
idem respondit Decius *cons.17. viso puncto, column.2.*
num.3. vers. Tertio principaliter, & in cons.169. diligen-
ter pro tenui facultate mea, *column.2. in princip. post n.2.*
vers. Sed tunc esset considerandum, & ex Bartol. Bald.
Alex. & aliis antiquioribus optimè Mascard. *de probat.*
conclus.927. à num.15. † ubi quòd instrumentum dumta- 56
xat probationem, non contractus substantiam respiciat,
& eandem conclusionem noviter tenent D. D. Christ.
Cresp. de Valdaur. *observ.15. num.168.* & jure nostro Re-
gio, expressè probatur *in dict. l.1. tit.25. lib.4. Recopil.*
ibi: *Las tales escrituras no hagan fee, ni prueba, aunque*
bien permitimos, que se puedan probar por otro genero de
probança.

Ex quibus omnibus pro ultima, & principali hujus 57
capitis resolutione concludendum est, Tabellionum ele-
ctiones, aut creationes nullo modo de jure communi in-
ter fructus jurisdictionis inferioribus concessæ, compu-
tandas, nisi consuetudine, privilegio, aut aliquo jure
speciali, vassallorum dominis competant, quibus in ca-
sibus rectè fructus dicerentur, eo quòd non semel, sed
pluries, iteratisque vicibus, ejus occasione perci-
piuntur.

CAP. XX.

ARGUMENTUM.

Utrum mulctæ, pœnæ pecuniariæ, & bonorum mobilium, vel immobilium confiscationes, similesque alii proventus, fructus jurisdictionis sint, necnè? discutitur plenè ad plures juris effectus: Ad solutionem relevii, vel adhoæ, vitam militiam, sive alimenta secundogenitis præstanda per primogenitos feudorum, vel majoratuum possessores: Necnon tractantur ali-

qua

Digitized by Google

qua de emolumentis ex sigillandi jure ratione jurisdictionis perceptis, & denique an hæc omnia revocata feudi, vel majoratus, aut jurisdictionis alienatione, in fructuum restitutione, quoties facienda est veniant, vel non?

SVMMARIVM.

1 *Quæstio hujus cap. utrùm mulcta, seu pœna pecunaria, vel similia jurisdictionis commoda, aut proventus ipsius jurisdictionis fructus habenda sint, necne?*

2 *Fundatur opinio negativa, ex Text.* in l. divortio, §. Si vir, ff. solut. matrim.

Renascentia qualitas, ut quid fructus dicatur, necessaria, ibid.

3 *Mulcta, & confiscationes, non renasci, videntur.*

4 *Vel saltim, non certè in qualibet anno, sed pro judiciorum eventu inaqualiter percipi.*

5 *Emolumenta incerta in fructu non habentur, & num. 6.*

7 *Emphyteuta incidente in commissum, caducitatis pœna, non ad fructuarium emphytuesis; sed ad proprietarium pertinet.*

8 *In liquidatione relevii ex fructibus feudi, per feodatarios noviter in feudis succedentes, præstanda non veniunt mulcta, & alia jurisdictionis pœna pecuniaria, cum num. seqq. & num. 11.*

14 *Idem in adhoa solutione similiter ex fructibus feudi facienda, & num. 15.*

Plura de materia relevii quibus casibus solvendum, & quam partem fructuum contineat, & ad alia, d. n. 8. cum seqq.

16 *Refertur, & fundatur contraria affirmativa opinio, & pro ea, ut veriori, resolvitur mulctas nempè, condemationes, & similes proventus in jurisdictionis fructu computandas.*

17 *Mulcta ista, & proventus, licet ex ipsa jurisdictione immediatè non nascantur, ab ea tamen proveniunt ejusve occasione, juncta Officialium industria, percipiuntur.*

18 *Refellitur in hoc contrarium tenens Ioseph de Rosa, ex Officialium tantum industria provenire, asserens.*

19 *Fructus non solum ea emolumenta dicuntur, qua immediatè ex re percipiuntur, sed etiam qua rei occasione mediatè proveniunt.*

Ad interesse pecunia vecturam navis, laudemium, & similia emolumenta.

20 *Iurisdictionem in dotem data, mulcta, aut condemnationes, ut cæteri dotis fructus marito debentur.*

21 *Idem in quolibet alio fructuario oppidi, seu castri, cui jurisdictio coheret, ut similiter jurisdictionis mulcta, & confiscationes ad eum spectent: & infrà num. 64.*

22 *In possessore majoratus, cui annexa est jurisdictio.*

23 *Vtrùm hæc procedant non solum in confiscatione mobilium, sed etiam si immobilia confiscantur, maximè ratione jurisdictionis dotalis, an tunc immobilia, ratione confiscationis marito domino jurisdictionis dotalis quæsita, soluto matrimonio uxori sint restituenda? cum seqq.*

29 *Nostra jurisdictionis mulcta, & confiscationes, conductori fructuum jurisdictionis debentur.*

29 *Et emptori redituum rerum Fiscalium.*

30 *Et legatario usufructus omnium bonorum, si aliquod castrum cum jurisdictione in hæreditate sit.*

31 *Referuntur Doctores in specie pro superiori principali affirmativa sententia resolventes.*

32 *Diluuntur argomenta in contrarium objecta, cum num. seqq.*

33 *Declaratur Text.* in dict. l. divortio, §. Si vir, ff. solut. matrim.

Mulctarum, seu confiscationum emolumenta, licèt non in specie, aut numero, in genere certa dicuntur.

35 *Hæc certitudo, seu in genere renascentia, sufficit, ut quid in fructu dicatur.*

36 *Vniformitas emolumentorum, ut fructus sint, non ita aqualis quotannis exigitur, ut eadem quantitas in quibuslibet annis percipiatur.*

37 *Mulcta, aut proventus jurisdictionis ex ipsa jurisdictione, vel saltim ejus occasione principaliter percipiuntur, licèt juncta industria Officialium.*

38 *Hoc idem in cæteris fructibus, industrialibus, & officiorum invenitur.*

39 *Commissi, seu caducitatis pœna ad proprietarium, non ad fructuarium pertinet, quia non ut fructus, sed tanquam augmentum substantiale emphyteusis per se subsistens, & à fundo separatum habetur.*

40 *Dominium utile emphyteosis ob caducitatem, vel aliter amissum, cum ipsa proprietate consolidatur, & ad proprietarium spectat.*

41 *Mulcta, & confiscationes, non ut partes substantiales, sed ut jurisdictionis emolumenta considerantur.*

42 *Commissum ad proprietarium, non ad fructuarium directi domini spectare, intelligitur quoad proprietatem, non quoad usumfructum; nam ista semper fructuario in re, quæ in commissum incidit, debebitur, & num. 43.*

Idem in alluvione, & in similibus rerum augmentis, ibi remissivè.

44 *Mulcta, & confiscationes, in multis Provinciis in liquidatione fructuum feudalium pro relevii solutione computantur.*

45 *Limita in Regno Neapol. sed hoc non ex quo fructus non sint, sed ex alia ratione.*

46 *Doctores Neapolitani, qui ex jurisdictionis mulctis deductionem relevii faciendam negant, eas ad alios juris effectus in fructu esse, fatentur.*

47 *Venireque etiam in restitutione fructuum, revocata feudi alienatione.*

48 *Mulcta, & confiscationes, & alii jurisdictionis proventus destinantur pro salariis Officialium justitia, pro alendis pauperibus incarceratis, & similibus expensis; ideò ex eis relevium, non deducendum.*

49 *Quid si salaria ista, & onera per universitates, vel oppida ex solvantur?*

50 *Assignatur alia ratio differentia, ne ex his jurisdictionis proventibus deducatur relevium.*

51 *Concluditur ex præfatis, jurisdictionis multas, aut confiscationes in fructu reputandas, inspecta maximè latiori, & generali verbi* Fructus *significatione, sub qua quæcumque commoda, etiam mediatè rerum occasione provenientia, fructuum nomine veniunt.*

52 *Inferuntur aliqua notabilia ad praxim ex hac principali resolutione, cum num. seqq.*

53 *Sigillandi jus, & si quod emolumentum ejus ratione percipiatur, jurisdictionis fructus censetur.*

54 *Sigilla habere pro signandis sententiis, aliisve decretis, est quid jurisdictionale, competitque Supremis Magistratibus, Consiliis, Chancellariis, Ducibus, Marchionibus, aliisque Dominis inferioribus jurisdictionem exercentibus, necnon Episcopis, Archiepiscopis, & similibus Prælatis, & & d. n. 53.*

Plura sigillorum emolumenta remissivè.

55 *In his sigilli emolumentis feudum constitui potest.*

56 *Et*

56 *Et majoratus.*
58 *Episcopus, aliusve Prælatus an pro sigillo litterarum spiritualium, quid temporale absque labe simonia exigere, valeat?*
59 *Plus, minusve stipendii solvi non debet, quamvis plures, vel pauciores sub una charta, aut provisione comprehendantur.*
60 *Nec ex numero consortium augenda est merces. Item ex præfata principali hujus cap. resolutione infertur, decimam jure nostro ex fructibus rerum pupillarium debitam ex jurisdictionis proventibus præstandam.*
63 *Vita quoque militia per feudi successores primogenitos loco alimentorum, seu secundogenitis ex his emolumentis deducenda.*
64 *Solvitur ex feudalibus fructibus, estque fructuum onus, non feudi.*
65 *In ejus consequenter solutione in fructuum liquidatione proventus jurisdictionis computandi.*
66 *Idem apud nos in alimentis per possessores majoratuum, immediatis successoribus præstandis.*
67 *Revocata alienatione jurisdictionis, vel castri, cui cohæret, si fructus medii temporis, cum ipsa jurisdictione, vel castro per emptorem restitui debeant, mulctæ quoque, & alii jurisdictionis proventus sunt restituendi.*
68 *De aliis jurisdictionis honorificis commodis, ac emolumentis, & de mulctarum proventuum re jurisdictionis acquisitione remissive.*

1 IN hac quidem eleganti, utilique ad praxim quæstione,
an scilicet mulctæ, seu pœnæ pecuniariæ, vel similia
jurisdictionis commoda, aut proventus, ipsius jurisdictionis fructus habenda sint, necne? multi negativam sententiam tenuerunt.
2 Et primò opinio ista negativa fundari, videtur ex
vulgari regula Text. *in l. Divortio* 8. §. *Si vir*, *ff. solut. matrim.* ubi illud, quod non renascitur, fructum dici non posse, asserit Consultus, & ex hoc Text. communiter docent Bart. & antiquior. ibidem, ubi etiam Gloss. Alexand. & alii Chassan. Baez. & alii relati per
3 Petr. Barbos. *in eodem* §. *Si vir*. † Cum autem mulctæ,
& confiscationes renasci, non videantur, ut in specie docent Marin. Freccia *de subfeud. lib. 2. author. 3. num. 43.* Nicol. Intrigliol. *de feud. centur. 1. art. 5. numer. 639.* Regens Moles *de iuribus Regalibus Regn. Neapol. tit. de iur. relevior. quæst. 10.* Andr. Capan. *de iur. relev. part. 4. quæst. 2. numer. 13. cum sequentibus*, & novissimè Joseph de Rosa *in suis consultat. iur. consult. 30. à num. 43.* fructus dici non posse, videntur.
4 Secundò pro ista opinione negativa facit, quod ju-
risdictionis mulctæ, & condemnationes, etsi quandoque percipiantur, incertæ tamen, ac inæquales sunt, & omninò à dubio eventu delictorum, & Judicis sententiæ condemnatoriæ, ac etiam ex Officialium industria pendent, ut asserunt iidem Freccia *dict. author. 3. in final. verbis*, Regens Moles *in decis. 4. tit. de iur. relevior.* Fulv. Constant. *in dict. l. 1. numer. 70.* Andreas Capan. *dict. quæst. 22. num. 13. & num. 16.* ubi quòd incerti, & inæquales isti proventus sint, & idem tenent Botiller. *de succes. ab intest. cap. 3. Theor. 111. numer. 37.* Joseph. de
5 Rosa *dict. consult. 30. num. 43. & num. 45.* † Qua in certi-
tudine, ex tot. capitibus stante, fructus nullo modo dici debere videntur juxta doctrinam in capitibus præ-
6 cedentibus traditam. † In quibus, quod emolumen-
ta incerta, quæ certam formam annuæ erogationis non habent, inter fructus connumerari non possint, latè fundavimus, & in specie istius mulctarum incertæ renascentiæ, ut ex eo fructus nomen non mereantur, Baez. *de decim. tutor. cap. 22. num. 11.* Regens Constant. *in l. 1. num. 70. in fin. Cod. pœn. Fiscal. credit. præferr. lib. 10.*
7 Tertiò pro dicta opinione negativa facit doctrina communiter recepta Oldrad. *in cons. 240.* ubi quòd si emphyteuta incidat in commissum, utilitas commissi, seu pœna caducitatis fructus emphytheusis non sit, nec ad usumfructuarium emphyteusis, sed ad proprietarium pertineat, & Oldrad. sequuntur in feudo, etiam loquentes plures relati per Tiraquel. *de retract. lignag. in fin. tit. numer. 110.* Guillielm. de Benedict. *in cap. Raynutius, de testament. verb. Cætera bona, numer. 33. in fin.* Paris. *de reintegr. feud. quæst. 83.* Petr. Barbos. *in l. divortio*, §. *Si vir*, *n. 43. ff. solut. matrim.* Riminald. Jun. *cons. 481. num. 99.* Nicol. Bellon. *cons. 6. num. 16. & 17.* Joann. Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 30. num. 12.* Amad. de Pont. *quæst. laudem. 20. num. 5.* Castil. *de usufr. cap. 36. num. 46. & sequentib.* Niget. *de laudem. part. 1. quæst. 13. num. 82. & 83.* Cyriac. *tom. 2. controv. 397. num. 43.* & alibi dicam: ergo ita similiter mulctæ, & confiscationes ratione jurisdictionis obvenientes ipsius fructus dici non poterunt, nec ad fructuarium pertinere.
Quartò opinio hæc negativa fortiter fundatur ex eo, 8
quòd quamvis servitium relevii, quod per feudatarios noviter in feudis succedentes pro nova investitura ex consuetudine dominis præstari, solet, juxta Andr. de Isern. Afflictis, & communiter feudistas congestos per Andr. Capan. *de jur. relev. part. 1. quæst. 1. 4. & 5.* & quamvis hoc servitium ex fructibus feudi solvi, debeat, ita ut certa portio fructuum unius anni in aliquibus solvatur.
† Prout ex cujusque Provinciæ consuetudine quantitas 9
designetur, ut docent communiter feudistæ Petr. Greg. *de concess. feud. part. 8. quæst. 16. numer. 7. de jur. relev.* Joseph. de Cumia *in repetit. cap. si aliquem, verb. In antiquis, num. 234.* Mastril. *decis. Regni Siciliæ 112. numer 8. & 9. volum. 2.* Mar. Mut. *super cap. Regni Siciliæ, tit. de jur. relevii*, in quibus, quòd in illo Regno Siciliæ per transversales succedentes dimidia pars fructuum feudi illius anni, in quo moritur feudatarius, solvatur *ex Constit.* specialis illius Regni incipit, *studiosè:* quod & in Regno Neapolitano indistinctè servatur, ubi à quocumque successore ob mortem feudatarii medietas fructuum illius anni, quo decessit, solvitur, ut ex doctrina Andr. de Isernia *in cap. 1.* §. *Similiter, vers. Sunt relevia, de Capit. Conrad.* cui omnes Neapolitani ibidem conveniunt, quos congerit Nard. Lyparula, *ibi verb. Medietas*, Vincent. de Franch. *decis. 121. n. 2.* ubi addent Andr. Georg. *allegat. 18. num. 23.* Paris de Puteo *de verb. feudal. signific. in verb. Relevium*, Camil. Borrel. *in summ. decis. tit. 18. num. 3. & 4. & cons. 55. n. 5.* Scip. Theodor. *alleg. 21. n. 18.* & aliis congestis Andreas Capan. *de jur. relev. part. 1. quæst. 5. num. 17.* & doctè *quæst. 18. à num. 7.* Camil. de Curt. *in sua resolut. feudal. cap. 3. num. 46. quæ extat in tom. 1. resol. Marin. in fin.* ipse Marin. *tom. 2. resol. cap. 183. n. 1. cum seqq.* & novissimè Joseph. de Rosa *consult. 30. num. 19. & 20. & latiùs dixi supr. cap. 18. à num. 128.* † Ubi, & 10
quòd ista medietas fructuum anni, quo feudatarius decessit, non taxativè, sed demonstrativè intelligatur, ita ut etiam, nullis fructibus in eo anno collectis, adhuc tamen medietas pro relevio debeatur, habita ratione valoris fructuum præcedentium annorum.
In hac tamen relevii solutione (ut rem nostram prose- 11
quamur) mulctæ, & supradicta jurisdictionis feudalis emolumenta in liquidatione fructuum feudi non veniunt, ut ex eis etiam inter fructus feudi computatis, prædicta medietas pro jure relevii deducatur, ut communiter docent Marin. Frecia *de subfeud. author. 3. à n. 41. & in num. 43.* refert decisionem Regiæ Cameræ summariæ Neapolis, quem sequitur Nicol. Intrigl. *de feud. centur. 2. art. 5. num. 639. & 640.* ubi etiam refert decisum in Neapolitano Collaterali, Consilio in liquidatione introituum feudalium Status Fernandinæ, & Montisalvani in causa Excellentissimi Dom. D. Garcia de Toledo, & idem testatur Regens Moles *in sua decis. 4. tit. de iur. relevii*, Regens Constantius *in l. 1. C. pœn. Fiscal. creditor. præfer. num. 68. cum sequentibus*, *qui in num. 70.* † Idem 12
affir-

affirmat, etiam si nullum salarium Officialibus justitiæ
præstetur per Barones; sed potiùs per ipsas universita-
tes, & ita jurisdictionis proventus omninò ex causa lu-
crativa percipiant, resolvuntque etiam Moles *de jur. re-
lev. cap.*10. Anna *in repetit. cap.*1. *num.* 152. *de vassallo
decrepit. ætat.* Camil. de Curt. *in resol. feudal. cap.*3. *nu.*
66. *&* 67. ubi de praxi Regiæ Cameræ, & Collateralis
Consilii Neapolis Andr. Capan. *de jur. relev. part.*4. *qu.*
2. *à num.* 9. *& de vita Militia, quæst.*37. *num.* 11. Bo-
tiller. *de success. ab intest. Theorem.* 111. *num.* 36. *&* 37.
13 † Ubi limitat, nisi castrum cum jurisdictione fuerit lo-
catum, quia tunc ex pretio locationis relevium deberi,
asserit ex Minad. *in quadam Apostilla*, de qua mentio-
nem facit Marin. *quotidian. resol. lib.*2. *cap.*184. *num.* 3.
& 4. & ipse Marin. *per tot. resolut. & res.*84. *num.*4. *eod.
lib.*2. & dictam resolutionem tenet novissimè Ioseph. de
Rosa *consult.*30. *num.*44.
14 Qui ex *numer.* 43. idem procedere debere, ait in ad-
hoæ solutione, ut similiter ex jurisdictionis proventibus
deduci non debeat, licèt eodem modo, ut relevium,
servitium adhoæ ex feudi fructibus ex consuetudine sit
solvendum, & juxta eorum quantitatem taxari debeat,
ut notant Andr. de Isern. *in cap.*1. §. *fin. in fin. quis dica-
tur Dux, & in cap.*1. §. *Similiter, sub numer.*27. *in fin.
& ex cap.*1. §. *In ostenditiis, de Cap. Conrad.* Georg. *in
repet. feud. cap.*62. *num.*48. Amat. *cons.*12. *num.* 6. Re-
gens Ayell. *de jur. adhoa, num.*17. & aliis congestis Ca-
pan. *de jur. adhoa, quæst.*1. *& quæst.*5. *& passim per tot.
tract.* & cum Franch. Capiblanc. & aliis multis Rosa *dict.
consult.*30. *n.*41.
15 Et in specie hanc negativam sententiam tenent Moles
*de jur. relev. cap.*10. *& decis.* 4. *eodem tit.* Anna *in repe-
tit. cap.* 1. *num.* 152. *de vassall. decrepit. ætat.* Marin. Frec-
cia *de subfeud. auth.*3. *à num.* 42. *& num.*52. *in fin. lib.* 2.
Capiblanc. *de Baronibus, tom.*1. *pragm.* 5. *num.* 46. In-
trigliol. *de feud. cent.* 2. *art.*5. *à num.* 639. Fulvius Con-
stant. *in l.*1. *à num.*68. *Codic. de pœnis Fiscal. creditor.
præferr.* ubi *in num.*70. asserit quod jurisdictionis obven-
tiones, & emolumenta, non verò fructus dici debeant,
Camill. de Curt. *in suis resol. feudal. cap.*3. *à numer.* 66.
Andr. Capan. *de jur. relev. part.*4. *quæst.*2. *numer.* 9. *cum
seqq.* Marin. *lib.* 2. *quotid. resolut. cap.* 184. *numer.* 4.
*& cap.*84. *num.*4. Botiller. *de success. ab intest. dict. Theor.*
111. *num.*36. *&* 37. Ioseph. de Rosa *dict. consul.* 30. *num.*
43. *&* 44.
16 Sed his non obstantibus contrariam affirmativam opi-
nionem veriorem, & receptiorem existimo: imò quod
nostræ mulctæ, confiscationes, & alii proventus juris-
dictionis ipsius fructus censeantur, & præcipuè attenta
verbi fructus lata, & generali significatione, prout ex
juris Civilis interpretatione accipi debere, latè diximus
*supr. cap.*3. *per tot.*
17 Et primò opinio ista affirmativa fundatur ex eo, quod
mulctæ hæ, & condemnationes, licèt ex ipsa jurisdictio-
ne immediatè non nascuntur: ab ea tamen principaliter
proveniunt, & ejus occasione, quamvis mediatè, &
juncta Officialium industria, percipiuntur, ut patet,
& fatentur, Bald. *in l.* 1. *Cod. de fructibus, & litium
expens.* ubi quod jurisdictio earum mulctarum sit produ-
ctiva, Peregrin. *de jur. Fisc. lib.*6. *tit.*5. *num.*42. & opti-
mè Guizzar. *decis.*34. *num.*40. & docent ipsi feudistæ re-
lati per Capan. *de jur. relev.* 4. *part. dict. quæst.*2. ubi quod
ex ipsa jurisdictione ob factum, & industriam Officia-
18 lium procedant. † Quidquid contrarium, imò quod
ex ipsorum industria tantùm, extra causam feudalem
proveniunt, teneat Joseph de Rosa *consult.* 30. *à num.*
43. *&* 48. sed certè à supradicta Baldi doctrina non est re-
cedendum, & confirmatur ex traditis per Ioan. Gutierr.
de tutel. 3. *par. cap.*23. *numer.*10. ubi quod jurisdictionis
isti proventus ob ipsam jurisdictionem provenire, abs-
19 que dubio censeantur. † Ex quibus apertè constat, mul-
ctas, & jurisdictionis proventus inter ipsius jurisdictio-
nis fructus connumerari debere, quia licèt strictè, &

nimis propriè, verbo *Fructus* accepto, ejus appella-
tione, ea dumtaxat emolumenta veniant, quæ ab ipsa
re immediatè nascuntur, ut sunt fructus naturales, &
industriales, lato tamen modo, & juxta generalem ju-
ris Civilis interpretationem fructus vocabulo sumpto,
ejus nomine comprehenduntur quæcumque emolumen-
ta ex re, vel extra rem, sive occasione rei provenien-
tia, ut ex text. *in l. usuræ* 32. *l. prædiorum* 36. *ff. de usur.
l. item si fundi* 10. *ff. de usufruct.* & aliis juribus docent,
ex antiquioribus Chassan. *in Consuetud. Burg. rubric.*
4. *verb. Et faires les fruictz, num.*7. Franc. Conan. *com-
mentar. jur. civil. lib.*4. *cap.*1. *num.*2. Escobar. *de ratiocin.
cap.* 29. *ex num.* 1. *&* 7. Anton. Niger. *de laudem. tom.* 1.
*quæst.*13. *ex num.*12. *&* 54. Ciarlin. *tom.*1. *controv.* 47. *ex
num.*8. & latius dixi, & fundavi *supr. cap.* 3. ubi quod
ideò usuræ pecuniæ, pensiones domorum, vecturæ na-
vium, & similia emolumenta, quæ ab ipsis rebus imme-
diatè non proveniunt, sed solum earum occasione, jun-
cta hominum industria inter fructus connumerentur; &
in laudemio, quod similiter ob emphyteusim percipitur,
ut docent Jul. Clar. *in* §. *Emphyteusis, quæst.* 23. *ad fin.*
ex aliis Gutier. *dict. cap.*23. *num.*10. & ideo etiam inter
fructus emphyteusis connumeratur, ut latius dixi *supr. à
num.*17.
Secundò pro hac opinione affirmativa facit, quod 20
jurisdictione in dotem data, ejus mulctæ, & condemna-
tiones, sicuti cæteri dotis fructus, ad maritum perti-
nent, ut docent Bald. *in l. divortio*, §. *Si vir, in fin. ff.
solut. matr.* & idem Alex. *num.*10. & Zass. *num.*8. qui de
communi testatur, & idem resolvunt Dom. Palac.
Rub. *in Rubr. de donat. inter* §.62. *num.* 11. Franc. Con-
nan. *comment. jur. lib.* 4. *cap.*1. *numer.*3. Boer. *decis.*180.
*n.*4. Tiraquel. qui alios congerit *de retract. convention.*
§.5. *gloss.*4. *n.*18. doctè Petr. Barbos. *solut. matr. in dict. l.
divortio*, §. *Si vir, num.*41. ubi etiam Cotiass. *in princip.
ejusd. leg.* Gutierrez *de tutel. part.*3. *c.*23. *num.*7.
Qui *ex num.*8. idem tenet in quolibet alio fructuario 21
oppidi, aut castri, cui jurisdictio cohæret, ut similiter
jurisdictionis mulctæ, & alii proventus ad eum perti-
neant, & idem optimè resolvit D. Molin. *de primogen.
lib.*1. *cap.*25. *num.* 20. *cum seqq.* † Ubi & quod idem 22
procedat in possessore majoratus, cui annexa est aliqua
jurisdictio, & ad id plures adducit Additio prima ibidem,
ultra quos ad maritum, & alios fructuarios adde conge-
stos per Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.*9. *tit.*6. *num.*
16. *vers. Idem an mulcta*, optimè Menoch. omninò vi-
dendus *cons.*66. *tot.* & congestos per Guizzar. *decis.* 34.
*num.*19. Arismin. Tepat. *var. jur. concl. tit.* 456. *cap.* 29.
Baez. *de decim. tutor. c.*22. *n.*22.
Quæ juxta eundem Baez. ubi proximè amplia, ut 23
non solum procedant in confiscatione mobilium, sed et-
iam si immobilia confiscentur, quæ eodem modo ad
maritum, vel alium fructuarium, ut jurisdictionis emo-
lumenta irrevocabiliter, & absque onere restituendi
spectant, ex eo, quod omnes isti proventus jurisdictio-
nis ipsius fructus censeantur, nec aliqua differentia in-
ter mobilia, vel immobilia circa hoc constitui potest.
† Quæ quidem doctrina, ut etiam immobilium confi- 24
scationes, ut jurisdictionis fructus ad maritum, vel
alium quemlibet fructuarium irrevocabiliter pertineant
fuit etiam Bartol. *in dict. l. fin. numer.*1. *ff. solut. matr.* &
Paul. *ibidem, num.*2. Alex. *num.*2. Campeg. *de dote*, 2.
*part. quæst.*34. & ex aliis Baez. *de decim. tutor. cap.* 22.
*num.*14. Chassan. *cons.*61. *numer.*6. *&* 14. † Quidquid 25
contrarium velit Bald. *in dict. l. fin. ff. solut. matrimon.*
qui constanter asserit, prædictam solum in confiscatio-
ne mobilium, non verò in immobilium procedere, qua-
si ipsa immobilia territorio cohærentia, ipsi etiam juris-
dictioni cohæreant, & consequenter cum ipsa jurisdi-
ctione dotali, rei cujus usufructus alienus est, suo tem-
pore per maritum, vel fructuarium restitui debeant,
nec aliter jurisdictio plenè restituta censeatur. † Quam
Baldi opinionem sequuntur *Alberic. post Iacob. de Ra-*

ven. in l. usufruct. legato, num. 2. ff. de usufruct. & in l. si verò nu. 5. ff. solut. matrim. Angel. in l. fin. ff. solut. matr. Anna in cap. 2. ult. notabil. ne Prælat. vices suas, & Tiraquel. de retract. convent. §. 5. in fin. num. 100. ubi hanc Baldi sententiam communiter receptam asserit.

27 Sed certè supradicta Bartoli opinio verior, & communior est, & eam receptiorem tam antiqui, quam moderni contra Baldum fatentur, ut constat ex Alex. Imol. Aretin. Soccin. Dec. Corn. Natta, & aliis antiquioribus, congestis per Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. tit. 5. numer. 43. ubi pro Bartol. opinione resolvit, & idem ex novioribus docent, pluribus congestis, Castill. de usufr. dict. c. 36. nu. 30. Niger. de laudem. par. 1. quæst. 13. à num. 69. quia non ita immobilia territorio cohærent, ut in eo jurisdictionem habens, illorum etiam dominium habere videatur; ob idque, licèt prædicta non restituantur, ipsius jurisdictionis substantia in aliquo diminuta videri non potest, ut optimè contra Bald. ex prædictis antiquioribus advertunt D. Molin. de primogen. lib. 1. c. 25. n. 24. Petrus Barbos. ff. solut. matr. in d. l. divortio, §. Si vir, num. 42. Ioan. Gutierr. de tutel. p. 3. c. 23. num. 9. ubi asserit, falso Tiraquel. loquutum fuisse dum dictum Bald. communiter receptum dixit.

28 Tertiò hæc nostra verissima affirmativa opinio, ut mulctæ, & confiscationes jurisdictionis fructus sint, fundatur ex eo, quod isti proventus ad conductorem commoditatis, aut fructuum jurisdictionis spectant, ut ex veriori resolvunt Alex. in leg. si quis id quod, column. fin. vers. In quantum, ff. de jurisdict. omn. judic. Aretin. in §. Pœnales, column. 4. in fin. institut. de action. & ibidem Iacobin. numer. 17. benè & latè Socin. consil. 36. num. 12. lib. 4. & aliis relatis, Peregrin. de jure Fisc. lib. 6. tit. 5. num. 43.

29 Et similiter emptori reddituum rerum Fiscalium confiscationes, seu pœnæ tanquam fructus debentur, Peregrin. ubi proximè.

30 † Et legatario usufructus omnium bonorum, si aliquod Castrum cum jurisdictione in hæreditate sit aliis, ut cum Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 16. & in conductore fructuum Castri resolvunt Boer. decis. 180. num. 6. Barbat. in cap. relatum 2. num. 6. de testament. Baez. de decim. tutor. cap. 22. num. 17. Ioann. Gutier. de tutel. part. 3. dict. cap. 23. num. 12. Qui omnes merito reprobant Oldradi cons. 148. ubi has confiscationes ad fructuum conductorem pertinere, negat, licèt eum sequantur Alberic. in rubric. de usufr. col. 2. vers. Item quæritur, Angel. in l. si quis id quod, ff. de jurisdict. omn. judic. quos etiam refutat Gutier. ubi supr. juncto num. 4.

31 Et in specie hanc verissimam affirmativam sententiam, ut mulctæ, & confiscationes, & similia emolumenta, occasione jurisdictionis percepta, ipsius fructus sint, communiter resolvunt DD. ex text. in l. mulctarum, Cod. de mod. mulct. cap. 1. §. è contrario, de investitur. de re alien. fact. Bart. in l. fin. num. 1. ff. solut. matr. Bald. in l. 1. Cod. de Fruct. & lit. expens. & ex Alexand. Imol. Aretin. Angel. Boer. Corneo, Tiraquel. & aliis pluribus antiquioribus Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. tit. 5. num. 42. & 43. & ne plures referendo, immoremur, referam tantùm noviores, rem ex professo, & benè tractantes in quibus alios multos congestos invenies optimè D. Molin. de primog. lib. 1. cap. 25. num. 20. cum seqq. ubi alios cumulat Addit. prim. Baez. de decim. tutor. cap. 22. num. 15. cum seqq. Thesaur. in respon. pro vassallis Ducis Sabaudiæ edito post ipsum, decis. 131. numer. 5. benè Menoch. cons. 66. tot. Petr. Barbos. in dict. l. divortio, §. Si vir, ff. solut. matr. à numer. 41. Ioan. Gutierr. de tutel. 3. part. cap. 23. num. 6. cum seqq. Scobar. de ratioc. cap. 29. à nu. 1. Sixtin. de regalibus, lib. 2. cap. 8. nu. 41. Villadieg. in Politic. cap. 5. §. 12. num. 3. ubi ad id Avendan. & l. 5. tit. 1. lib. 2. Recop. benè adducit Cavalcan. de Brach. Reg. cas. 262. à num. 2. & ex Surd. Petr. Gregor. Riminald. & aliis Mastrill. decis. 12. numer. 1. Guizzat. decis. 34. num. 19. ubi alios pro ista opinione congerit, & ejus Addit. Mele numer. 89. ubi Theodor. Cened. & alios refert, Castill. de usufr. cap. 36. à num. 29. & ex Capyc. Iacobin. Chassan. Bossio, & aliis Barbat. de divis. fruct. part. 1. cap. 13. numer. 1. & alios novissimè adducentes Anton. Niger. de laudem. part. 1. cap. 13. à nu. 69. Cyriac. controv. 580. à num. 6. Besold. cons. 70. à nu. 2. tom. 2. & cons. 233. num. 44. tom. 5. & idem tenet Marin. lib. 2. resol. c. 84. n. 6. & 7. licet contrarium, quoad deductionem relevii, ibi teneat ut supr. dixi ex ratione differentiæ infr. proximè referenda.

Qua igitur affirmativa sententia, ut verissima, & tot argumentis, & authoritatibus fulcita, retenta superest, ut fundamenta contrariæ opinionis diluere, curemus. 32

Et ad primum deductum ex regula text. in dict. l. divortio, §. si vir, ff. solut. matrim. quæ habet, quod ea, quæ non renascuntur, in fructu esse non possint, dicendum est, quod quidquid Marin. Freccia, Intrigliol. Capan. & cæteri feudistæ supr. adducti in numer. 2. teneant mulctas nostras, & jurisdictionis confiscationes non renasci; verius tamen est, ista emolumenta ejus generis esse, ut sæpius renascantur, nam cum delicta ob quæ tales mulctæ, & aliæ pœnæ imponuntur, pluries committi soleant, ideo quodammodo ex novis delictis in genere saltim, licèt non in numero, aut in specie renasci, censeantur, ut mirabiliter notavit Bartol. in dict. l. fin. ff. solut. matrim. quem omnes DD. communiter ibi sequuntur, & Bald. in l. 1. num. 16. Cod. de fruct. & lit. expens. ait Bartolum in hoc subtiliter loquutum fuisse, & quod Baronis banna, & aliæ mulctæ fructus jurisdictionis sint, quia jurisdictio sit earum productiva toties quoties expedit: idemque resolvunt D. Molin. de primogen. lib. 1. dict. cap. 25. num. 24. Baez. de decim. tutor. dict. cap. 22. num. 16. ubi quod in genere renascantur, & quotidianæ sint, ut experientia docet, Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. tit. 5. numer. 42. Petr. Barbos. in dict. leg. divortio, §. si vir numer. 42. ff. solut. matrim. nec requiratur, ista emolumenta in specie renasci, ut fructus sint, sed sufficiat, quod in genere renascantur, & idem in nostra specie docent, optimè Ioan. Gutierr. de tutel. part. 3. cap. 23. num. 11. Petr. Barbos. ubi proximè, Anton. Guizzar. decis. 34. à num. 19. & quod magis est, id etiam fatetur Fulv. Constant. in dict. l. 1. num. 70. Cod. pœn. Fiscal. creditor. præferr. licet ibi ex feudistis hos jurisdictionis proventus, quoad deductionem relevii fructus esse neget. 33

Ad secundum fundamentum, quod mulctæ, & aliæ pœnæ incertæ videantur, & etiam ex industria Officialium pendeant, respondeo, nullo modo incertas esse; imò ipsarum certitudinem colligi ex eo, quod supr. proximè diximus, in genere renascantur, quod nihil aliud est, quam in genere, quoque certitudinem habere, ut per se patet; nam si renascuntur, & quotidianæ sunt, ut testantur Baeza, & Gutierrez in loc. in superior. num. citat. à fortiori ista emolumenta certa etiam in genere, 34

ex tali renascentia censeri debent. † Quæ certitudo 35
sufficit, ut cujuslibet rei emolumenta fructus dici debeant; ut ex D. Molin. Barbos. & aliis DD. supr. relatis apertè colligitur.

Nec obstat altera incertitudo in numero, in qua Capan. Marin. & feudistæ supra pro negativa opinione relati eam etiam fundant, dum dicunt, jurisdictionis proventus, seu pœnas inæquales esse, nec uniformitatem habere, ut fructus esse possint; nam si hoc verum esset, nulli fructus, nec etiam naturales, fructus dici valerent, cum in nullis talis certitudo in numero inveniri posset, nec aliquod prædium tam æqualiter fructus ferre potest, ut uniformiter ex eo iidem in numero in singulis annis percipiantur, nisi fortè locetur, & certa pensio pro fructibus sit assignata. 36

Nec obstat, quod in eodem secundo fundamento feudistæ asserunt, hos fructus, non ex ipsa jurisdictione, sed ex industria Officialium justitiæ provenire; 37

nam

nam hoc apertè falsum est, & constat *ex dictis sup.* pro
secundo nostræ opinionis fundamento, *& ex DD. supr.
relatis*; ex quibus dictum remanet, quod jurisdictio sit
productiva horum proventuum, seu mulctarum, & quod
ejus occasione percipiantur; nec obstat, quod hoc fiat,
38 juncta Officialium industria. † Quia hoc etiam in om-
nibus fructibus industrialibus, & officiorum procedit:
nec ideò minus prædiorum, vel officiorum fructus di-
cuntur; quia causæ principales eorum productivæ sint
ipsa prædia, vel officia, & in nostra quæstione jurisdi-
ctio, inspici debet, ut ab ea fructus originem, & deno-
minationem habere censeantur.

39 Ad tertium autem fundamentum deductum ex deci-
sione Oldrad. *in consil.* 240. ex quo diximus, commis-
si, seu caducitatis pœnam fructum emphyteusis non es-
se, nec consequenter ad ejus usumfructuarium, sed
ad dominum proprietatis pertinere, dicendum est,
quod licèt hæc resolutio Oldrad. verissima sit, *ut supr.
num.*7. pluribus relatis dixi, non tamen inde sequitur,
quod similiter jurisdictionis fructus non sint; nam inter
hos casus manifesta est ratio differentiæ; quia videlicet
commissi pœna emphyteutæ non potest considerari tan-
quam fructus, sed potius tanquam augmentum per se
subsistens, & à fundo separatum, quod ad fructuarium
non pertinet, *l. item si fundi* 10. *§. huic vicinus, ff. de*
40 *usufruct. & latius suo loco dicam*. † Maximè, quia do-
minium utile emphyteusis, quod separatum est à pro-
prietate, si ob caducitatem, vel aliter amittatur, cum
ipsa proprietate consolidari debet, ex natura, & lege con-
tractus emphyteutici; & ita ad dominum directum pro-
prietarium, non ut fructus, sed ut pars substantialis ip-
sius emphyteusis jure unionis, & consolidationis perti-
nebit: non verò ad fructuarium, ad quem solum emo-
41 lumenta, salva rei substantia, pertinent: † Mulctæ au-
tem, & confiscationes, non ut partes substantiales ju-
risdictionis considerari debent, sed ut ipsarum rerum
emolumenta ab ipsis provenientia, quæ nec ad eas ite-
rum aliquo jure consolidationis spectare poterunt, &
ideò merito, ut fructus, ad fructuarium pertinere de-
bent; & ita in specie docent, licet tam expresè ex
doctrina ipsius Oldrad. *dict. cons.* 240. Petr. Barbos. *in
d. l. divortio, §. Si vir, n.*43. Ioan. Gutierr. *de tutel. p.*3.
*c.*23. *n.*10. optimè Amad. de Pont. *de laudem. q.*20. *nu.*6.
42 Niger. *de laudem. p.*1. *q.*13. *n.*82. *&* 83. † Qui prædicta,
quod commissum ad proprietarium, non verò ad fru-
ctuarium directi dominii spectet, eleganter intelligit
quoad proprietatem dumtaxat, non quoad usumfructum,
nam iste fructuario jure, quæ in commissum incidit, ut
in re accessoria competet, qua ipsius vita durante, em-
phyteusi caducata, frui, debebit: sicuti in alluvione, &
aliis rerum augmentis latius alibi dicemus: ubi quod
43 † similiter ista augmenta, quamvis, ut fructus non ha-
beantur, & ideò ad proprietarium spectent, quoad usum-
fructum tamen ad fructuarium pertineant; ut eis cum
ipsis rebus principalibus, ejus vita durante, utatur, &
fruatur.

44 Nec quartum, & ultimum fundamentum obstat, ex
quo dicebamus, jurisdictionis proventus inter fructus
Castri non connumerari ex eo, quod in liquidatione fru-
ctuum feudi non computentur ad solutionem relevii:
cui objectioni responderi potest, quod præterquam
quod hoc in omni Provincia, ubi feuda, & eorum rele-
via frequentantur, verum non sit, imò in aliquibus lo-
cis jurisdictionis proventus inter fructus feudi ad dedu-
ctionem relevii computentur, ut in tota Britannia serva-
tur, ut testantur Bertrand. Argentreus *in consuetudin.
Britan. tit. dez. droitz. du Prince, artic.*72. *&* 74. Capan.
*de jur. relev. part.*1. *quæst.*5. *nu.*10. *vers. In Britannia, &*
45 4. *par. q.*2. *num. fin. in fin.* † Adhuc in Regno Neapoli-
tano, in quo feudistæ supra pro dicto quarto fundamen-
to relati loquuntur, non ideò procedit, quod relevium
non deducatur ex proventibus jurisdictionis, quia ipsius
fructus non sint, sed aliunde provenit; nam licet plures
ex feudistis supra citati id ex prædicta ratione, asserue-
rint, quia nimirum eos fructus indistinctè non esse, di-
cunt. † Verior tamen ratio ex aliquibus Neapolitanis 46
Authoribus assignari potest, qui non absolutè fructus
esse, negant, sed solùm quoad relevii solutionem eos,
ut tales non considerant; quoad verò alios juris effectus
jurisdictionis mulctas, & alios proventus ipsius fructus
esse, benè consentiunt, ex supr. dictis rationibus, quia
videlicet ab ipsa jurisdictione proveniunt, & in genere
renascuntur, ut optimè, & singulariter deducitur ex
Fulv. Constant. *in dict. l.* 1. *Codic. pœnis Fiscal. creditor.
praferr. lib.*10. *num.*70. ubi jurisdictionis proventus fru-
ctus esse, quia & in genere renascuntur, rectè docet ex
nostro Petr. Barbos. licet quoad relevii solutionem inter
feudales fructus non considerari, postea resolvat, & idem
mirabiliter ad rem tenet Marin. *lib.* 2. *var. resol. dict.
cap.*84. *num.*12. *&* 13. † Qui *in num.*6. benè ait, quod 47
in liquidatione, & restitutione fructuum, revocata alie-
natione feudi, veniant mulctæ, & alii jurisdictionis pro-
ventus, quia ejus fructus sunt, licet contrarium in solu-
tione relevii asserat *in num.* 5. & idem ferè sentit Capi-
blanc. *de Baronibus, tom.*1. *pragm.*6. *à num.*18. *& à nu.*
19. † Cujus differentiæ rationem eam eleganter assi- 48
gnat idem Capiblanc. ut nimirum, ideo relevium de istis
proventibus uti de cæteris feudi fructibus, non solvatur,
quia à jure sunt destinati pro salariis Officialium justitiæ,
& aliorum Ministrorum, necnon, & pro alendis paupe-
ribus incarceratis, & similibus impensis publicis, in
quo casu loquitur Marin. Freccia. † Nec obstabit si sub- 49
tiliter replicetur, quod quamvis ista salaria, & onera
per universitates solvantur, non verò per Baronem ex
istis proventibus, adhuc tamen relevium ex eis solvi,
non debere ait Regens Moles *de jur. relevior. c.*10. quem
sequuntur Fulv. Constant. *in dict. l.* 1. *num.*70. Capan. *de
jur. relev. part.*4. *quæst.*2. *num.* 9. *vers. Sed adhuc*, quia
quamvis in hoc casu ad manus Baronis absque aliquo
onere perveniant; attenditur tamen primæva destina-
tio, ob quam receptum est, ut indistinctè ex istis pro-
ventibus relevium non solvatur, ut optimè in specie no-
tat Capiblanc. *d. pragm.*6. *n.*20.

Vel etiam ad rationem differentiæ dici, post cum eis- 50
dem Marin. *in dict. resolut.*184. *num.* 5. & Moles *ibi re-
lato*, quod ideo ex jurisdictionis fructibus non solvatur
relevium, uti de aliis fructibus feudi, quia jurisdictio,
cum feudum cum vassallis à Rege conceditur, gratio-
sè, & absque aliquo onere cum omnibus suis proventi-
bus concessa censeatur, cujus rationis ratio prædicta re-
ctè assignari posset, ut ob id jurisdictionis ista concessio
gratiosè, & absque onere relevii ex ejus proventibus de-
ducendo, concessa videatur nimirum, ut ex his fructibus
salaria Officialium justitiæ, & similia impensa per Baro-
nes solvantur, & etiam quia non solum ex ipsa jurisdi-
ctione, aut corpore feudi proveniant, sed injuncta
quoque Baronum industria, & labore percipiantur, ut
notant ad rem Marin. Freccia *de subfeud. lib.*2. *author.* 3.
*à num.*43. *&* 51. *in fin.* Intrigliol. *de feud. cent.*2. *artic.*5.
à numer. 639. Capan. *de jur. relev. part.* 4. *dict. quæst.* 2.
num. 13.

Quibus argumentis resolutis, firma remanet supra di- 51
cta nostræ quæstionis resolutio, ut mulctæ pœnæ pecu-
niariæ, & alii jurisdictionis proventus ipsius fructus
sint, quod præcipuè, & absque dubio procedere debet,
attenta verbi fructus lata, & generali significatione, pro
ut ex juris civilis interpretatione frequenter accipitur, &
accipi debere, docent Chassan. *in consuetud. Burgund.
rubr.* 4. *§.*17. *verb. Et faire les fruictz fienz*, *pag.* 184.
Franc. Conan. *comment. jur. lib.*4. *cap.*1. *numer.* 2. Ho-
thom. *de verbor. signif. verb. Fructus, el* 1. *in fin. & in* 2.
*fol.*832. Ioan. Garzia *de expens. cap.* 23. *ex num.* 1. jux-
ta quam, quælibet emolumenta ex re, vel propter
rem, aut occasione rei mediatè, vel immediatè pro-

venientia fructuum appellatione, licet cum aliqua im-
proprietate veniunt, Escob. *de ratiocin. cap.*29. *ex num.*
1. *&* 7. Petr. Barbos. *in l. divortio, ff. solut. matrim. ex*
*num.*37. Guizzat. *decis.*34. *ex num.*15. *&* 22. Paul. Chri-
stin. *in consuetud. Meclinens. tit.*11. *artic.* 29. *ex num.*6.
Niger. *de laudem. tom.*1. *quæst.*13. *ex num.*12. *&* 54. ple-
nèque resolvi *sup. cap.*3. *per tot.* & juxta hanc latam signi-
ficationem idem sentire videtur in nostra specie, & ju-
risdictionis proventibus Capan. *de jur. relev. dict. quæst.*
2. *num.*16.

52 Ex qua verissima nostra resolutione plura utiliter ad
praxim deduci poterunt.

53 Et primò, quod cum Magistratus, seu Iudices, aut
consilia sigillo proprio, vel Principis utantur ad signan-
das expeditiones, vel sententias, ut testantur Thesaur.
*lib.*2. *quæst. forens.*91. *n.*1. Theodor. Hoeping. *de jure si-*
*gillor. cap.*4. ubi quod Supremi Magistratus, & univer-
sales, ut sunt Senatus, & Præfecti Principis sigillo, alii
verò Iudices inferiores, & vassalli proprio uti debeant,
& idem Theodor. Hoeping. *de jur. sigillor. cap.*5. *num.*60.
54 & etiam Archiepiscopi, Episcopi, & alii Prælati jurisdi-
ctionem ordinariam exercentes, similiter in suis decre-
tis, aut litteris sigillo proprio utantur, Rebuff. *in com-*
ment. ad Constitut. Regias, tractat. de litter. obligat.
artic. 1. *gloss.*7. *num.*4. Gilman. *tom.*4. *suypb. par.*1. *vot.*
3. *num.*83. *& decis.*17. *numer.*25. *lib.*2. *& decis.* 51. *num.*
43. Nicol. Everard. *tract. de fid. instr. cap.* 12. *num.* 4.
Mascard. *de probat. conclus.*1302. *num.*46. Franc. Vi-
vius *decis.*54. *num.*6. *lib.*1. Vvesembec. *consil.* 48. *num.*
20 Hoeping. *de jur. sigillor. cap.*4. *numer.*47. *cum seqq.*
Parlad. *rerum quotid. lib.*2. *cap. fin. part.* 1. §. 11. *numer.*
11. Honthem. *de art. Notar. lib.*4. *cap.* 11. *numer.* 29.
Matth. Coler. *cons.*28. *numer.*225. Rulant. *de commiss.*
part. 2. *lib.*5. *cap.*30. *num.*2. *&* 4. in quibus, & quando
55 probet, vel non. † Quod quidem jus sigillandi cum præ-
dictis personis ratione jurisdictionis, quam exercent,
competat, ut notant Anton. Faber *in Codic. lib.*1. *tit.*3.
defin. 29. Hoeping. *dict. cap.*4. *num.* 49. & in comitibus,
Baronibus, & aliis oppidorum dominis jurisdictionem
in suis locis exercentibus docent Ioann. Lecyrier. *lib.*1. *de*
*jur. primog. quæst.*23. *vers.*1. Rebuff. *dict. artic.* 1. *gloss.*7.
*num.*2. Vvesembec. *cons.*260. *num.*90. inter ipsius juris-
dictionis fructus computari debet, & etiam emolumen-
ta sigilli, ut notat Castill. *de usufruct. cap.*36. *numer.*30.
56 † Et in feudum tales redditus concedi posse, docent
Zasius *in tract. de feud. tit. qua res in feudum dar. possunt,*
*num.*18. Henrich. Rossenth. *de feud. cap.*4. *concl.* 3. *num.*
57 1. Gothofr. Anton. *disput.*3. *feudal. Thes.*4. *litt.H.* & de
emolumentis sigilli plura tradunt Hoeping. *de jur. sigil-*
*lor. cap.*4. *per tot.* Ioann. Martin. Vran. *cons.*5. *per totum*
58 *vol.* 1. † Vbi eleganter quæstionem illam pertractat
an Prælatus possit ista emolumenta temporalia exi-
gere pro sigillo litterarum spiritualium? optimè abs-
que labe Simoniæ posse, resolvit; quia non pro quanti-
tate seu ipsis rebus in instrumento contentis accipiun-
tur, sed solius laboris, & præstitæ industriæ merces sol-
59 vitur. † Ita ut nec plus nec minus solvatur, quamvis
plures pauciores ve res sub una charta, aut provisione
comprehendantur, *cap. felicis, de censibus in* 6. *& extra-*
vagant. cum ad Sacrosancta unic. de sentent. excommun.
60 Vran. *dict. cons.*5. *num.* 47. *& seqq.* † Vt nec ex nume-
ro consortium augenda est merces, idem *in dict. num.*
47. *in med.* Ioann. Platea *in l. fin.* §. *Vt autem, Cod. de re*
*militar. lib.*12. & optimè ad rem Hoeping. *dict. cap.*4. *à*
*num.*70.

61 Item infertur, quod jurisdictionis mulctæ, confisca-
tiones, & alii proventus non solum ad maritum, cui ju-
risdictio dotalis competit, ut ipsius fructus spectare de-
bent; sed etiam ad quemlibet alium usufructuarium,
ut *supr.* pro secundo, & tertio fundamento dixi, & la-
tius *infr. in suis locis dicam*, dum de fructuum acquisi-
tione tractem.

Item infertur, quod decima tutori jure nostro com- 62
petens ex fructibus rerum pupillarium, deduci etiam
debet ex istis jurisdictionis proventibus, ex eo, quod
inter ejus fructus connumerentur, ut in specie docent
Baez. *de decim. tutor. cap.*22. *num.*11. *cum seqq.* Gutierr. *de*
*tutel. p.*3. *c.*23. *per tot.*

Et idem in vita militia, quæ per feudi successores pri- 63
mogenitos loco alimentorum, seu legitimæ secundoge-
nitis apud feudistas ex consuetudinibus feudalibus præ-
statur juxta congestos per Capan. *de vita militia, quæst.*
2. *à num.*1. 3. *& tot. & quæst.*3. Anton. Guizzar. *decis.*37.
*num.*45. *cum seqq.* ubi Addentes Botill. *de success. ab in-*
test. Theor. 109. *à numer.* 42. & novissimè Ioseph de Ro-
sa *consult.* 28. *à num.*1. & 22. † Quæ cum de fructibus 64
feudi solvi debeat, ut docent Matth. de Afflict. *in con-*
stitut. Regn. Neapol. in cap. Comitib. Nicol. Intrigliol. *de*
feud. centur. 1. *quæst.* 57. *num.* 44. Tapia *decis.*44. *num.*
num. 3. Botill. *dict. Theor.*109. *à num.*45. Giurb. *decis.*
24. *num.*24. *in fin. in vers. Quod verum intellexit*, ubi
ipsorum fructuum onus esse ait; non verò feudi contra
aliquos feudistas, qui ut feudi onus eam considerant,
quos benè intelligit ipse Giurb. dicens, verum esse, vi-
tam militiam feudi onus esse; sed hoc respectivè ad ipsius
feudi fructus, non verò ad proprietatem; idemque ele-
ganter docuit Puteus *de reintegrat. feud. cap.*40. *numer.*
19. *cum seqq.* ubi quod vita militia non sit pars feudi,
sed de ejus fructibus deducatur, & optimè Petr. Gre-
gor. *de vita militia, quæst.*3. *num.*4. Molfes. *consil.*9.
numer. 13. Intrigliol. *de feud. cent.*1. *dict. quæst.*57. *num.*
28. *cum seqq.* in quibus, quod nec corpus feudi,
vel utile dominium, aut proprietatem, sed solum ip-
sius fructus tangat, & de eis debeat, ne alias feudum
dividatur, & ejus destructio sequatur, ut aliis pluri-
bus congestis, docent Andr. Capan. *de jur. relev.*
part. 2. *quæst.*14. *sub numer.*10. *& de vita militia, qu.*
6. *num.*7. & Merlin. *de legitim. lib.*2. *tit.*1. *quæst.*2. *num.*
14. Giurb. *ad Cons. Messan. cap.*2. *gloss.*14. *n.*7. Staib.
resol. 170. *num.*38. *& resol.* 171. *num.* 50. & novissimè
Ioseph. de Rosa *consult.*28. *à num.*24.

Quare consequenter infertur, quod etiam ex proven- 65
tibus jurisdictionis, uti de cæteris feudalibus fructibus,
vita militia deduci debeat, ut in specie notant Matth.
de Afflict. *in cap. Imperialem*, §. *Præterea Ducatus*,
num. 23. *de probib. feud. alien. per Feder. & in constit.*
*Regn. Neapol. in pragm.*24. *de feud. numer.* 5. Capan.
de vit. milit. quæst. 37. *num.*11. quidquid contrarium
velit Botill. *de success. ab intest. dict. Theor.* 111. *num.*
34. ad quod citat Afflict. & Capan. (vide hunc, &
Gallup. *in method. feudal. part.* 3. *cap.* 4. *numer.*67. *&*
quæst. 37. *num.*21.) *in locis citat.* quos tamen vidi, &
supra dictam affirmativam opinionem, ad quam eos
supr. retuli in expresso tenent, à qua, ut veriori rece-
dendum, non existimo, cum absque dubio jurisdictio-
nis proventus ipsius fructus sint, ut supra probatum re-
manet.

Ex quibus etiam infertur, quod cum apud nos in no- 66
stræ Hispaniæ majoratibus similiter per eorum posses-
sores immediatis successoribus alimenta ex fructibus ma-
joratus debeantur, quæ & juxta eorum quantitatem, &
personarum qualitatem taxari debent, ut docent Greg.
Lop. *in l.*24. *tit.*9. *part.*6. *glos.* 4. Castill. *lib.*3. *controver-*
*siar. cap.*27. *num.*67. Monter. à Cueva *decis.* 16. *num.*29.
& his, & aliis relatis D. Larr. *decis.*47. *num.*11. *& num.*
46. *ex l.* 1. §. *Toties, vers. Etsi incertum, ff. de ventr.*
inspic. & ex l. extraneo 6. *ff. eod.* & quomodo hæc ali-
menta sint taxanda, quoties in concursu creditorum,
vel ipsi Majoratus possessori, vel his, quibus ille ali-
menta subministrare tenentur, sint decernenda, docet
latè D. Salgad. *in labyr. cred.* 1. *p. c.*24. *ex n.*32. *cum mult.*
*seqq. & à n.*139. *&* 140. eodem modo jurisdictionis majo-
ratus proventus in liquidatione fructuum pro deductio-
ne horum alimentorum facienda, imputari debent.

Item

67 Item ex prædictis infertur, quod revocata alienatione jurisdictionis, vel Castri, cui cohæret, si fructus medii temporis cum ipsa jurisdictione, vel Castro per emptorem restitui debeant mulctæ etiam, & pœnæ pecuniariæ aliique jurisdictionis proventus, ut ipsius fructus in restitutione venient, ut in specie, singulariter docet Donat. Anton. Marin. *lib. 2. resol. jur. c. 84. à num. 1. & 5. & in num. 11. cum seqq.* ubi in aliis difficilioribus casibus decisum refert, & quod idem de proventibus istis, ac de cæteris jurisdictionis, vel Castri fructibus judicari debeat: quod verum reputo, & notandum ad plures alios casus, & juris effectus, in quibus jurisdictionis proventus, ut aliarum rerum fructus, considerandos esse, existimo ex *Doctoribus supr. relat. nu. 46. & per totum hoc cap.* latè tradita.

68 Quæ pro nostræ quæstionis indagatione sufficiant: circa mulctas, aliasve pœnas pecuniarias, ut in jurisdictionis fructu computentur: De aliis verò ipsius jurisdictionis honorificis commodis, ac præeminentiis tractatur plenè in cap. seqq. de acquisitione mulctarum, & similium proventuum jurisdictionis suo loco tractabitur in 2. tom. hujus operis.

CAP. XXI.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia fructuum jurisdictionis, seu proventuum, & plura cumulantur emolumenta, aut præeminentiæ, quæ ratione jurisdictionis, necnon & dominii Magistratibus, aut Dominis vassallorum, seu Baronibus competunt. Plenè de armorum in locis, aut operibus publicis appositione: furcarum, aut virgarum erectione: carcerum constructione; pluraque contra carceres privatos, vel tenebrosos, aut subterraneos habentes, & alia de materia carcerum adducuntur. An rei judicatæ derogare, & post eam novas revisiones concedere, jurisdictionis quoque fructus sit? & an supremæ jurisdictionis, vel potius ordinariæ inferioribus concessæ? Quomodo hac regalia Princeps uti debeat? An etiam instantias peremptas inferiores Domini instaurare valeant? Et an de crimine falsæ monetæ, & de violentiis judicum Ecclesiasticorum cognoscere possint? Chartas tuitivas maximè in Lusitania concedere? Pœnas confiscationum indicere? Filios naturales, aut spurios legitimare? Infantes emancipare? veniam ætatis minoribus, vel moratorias debitoribus ære alieno gravatis concedere? Hospitia in domibus vassallorum habere, eorumque animalia pro iter faciendo accipere? Quæ omnia an jurisdictionis, aut dominii concessi fructus sint, & ad dominos inferiores pertineant? plenè discutitur.

SUMMARIUM.

1 *HUjus capitis cum præcedentibus connexio.*
Proponitur matera hujus capitis, de aliquibus, videlicet honorificis emolumentis inter jurisdictionis fructus reputandis, ibid.
2 *Arma seu insignia in locis publicis collocare, inter honorifica emolumenta, aut fructus habendum.*
Armorum consequenter, seu insignium appositio inter jurisdictionis fructus, aut emolumenta connumeranda, ibid.
3 *In hoc etiam jurisdictio consistit.*
4 *Per armorum in locis publicis appositionem probatur jurisdictio, & dominium.*
5 *Et jus patronatus: de aliisque effectibus ex hujusmodi armorum appositionibus, & n. 10.*
6 *Quid si Ecclesiæ ornamentis, aliisque rebus, seu utensilibus donatis, apposita arma inveniantur.*
7 *In aliis rebus profanis insignia, & arma turribus, portis, aliisve locis insculpta dominium, & jurisdictionem denotant.*
8 *Quid si in moneta inveniantur?*
11 *Arma, sive insignia in locis publicis collocare, an jurisdictionis civilis, vel criminalis fructus reputandum, cum num. seqq.*
12 *Jurisdictio criminalis, sive merum imperium jurisdictione civili dignius.*
13 *Dominus jurisdictionis civilis verus dominus terræ reputatur; non dominus jurisdictionis criminalis.*
15 *Jurisdictionis criminalis dominus an saltim in domo, ubi jurisdictionem criminalem exercet, sua insignia depingere valeat?*
18 *Judices, sive alii Magistratus an propria arma, in loco, in quo jurisdictionem exercent, collocare possint?*
19 *Officialibus ad opera publica ex pecunia publica conficienda, deputatis, an & quando insignia propria in eis collocare liceat, ad text.* in l. opus novum cum l. sequent. l. qui libertate 2. ff. operib. de public. *cum num. seqq.*
20 *Quid si infra Regia arma, aut Civitatis propria collocent? cum num. seqq.*
21 *Propria arma cum Principis insigniis apponere, minus decens, & superbum reputatur.*
22 *Quid circa inscriptionem Officialium, aut Magistratuum, qui operi publico astitere, in eo ad perpetuam rei memoriam apponendam, vel non? & num. 23.*
24 *Quid si non publica pecunia, sed ipsorum Officialium publicum opus fuerit factum?*
25 *Et si Episcopus ex pecunia necessariò in pauperes eroganda Ecclesiam construxerit, aut refecerit?*
26 *Dux generalis triremium, aut Classis in ea jurisdictionem habet, & plura de hac jurisdictione.*
27 *Habet eam in officium, seu administrationem, non in dominium.*
Ideo arma, aut insignia Regia, non propria in Classe, vel triremibus gestare debet, ibid.
28 *In triremi Pretoria, aut pupi Regia propria insignia simul cum Regiis collocanda, & ratio.*
29 *Plura remissivè de materia armorum, sive insignium in Ecclesiis, Capellis, aliisve locis publicis appositorum: & quod perpetuo manere debeant, nec deleri, aut abradi valeant, & de remediis contra ea abradentes, aut delentes.*
30 *De pœna contra aliena arma delentes.*
31 *Ob crimen læsæ Majestatis potest judex in pœnam arma ex capella rei abradere, secus Clerici, aut Religiosi propria authoritate.*
32 *Heredes, aut successeres in majoratu fundatoris insignia ex capella tollere, & propria collocare non possunt.*
33 *Nec Rectores Ecclesiæ, aut Monasterii.*
34 *Quid feudo alienato quoad novum dominum?*
35 *Furcarum erectio inter effectus, aut fructus jurisdictionis reputatur.*
Est jurisdictionis signum, ibid.
36 *Et per eam jurisdictio probatur.*
37 *Etiam si in ea nullus fuerit suspensus.*
38 *Quid si in territorio unius oppidi depopulati per aliam universitatem furcæ fiat erectio, an tunc in favorem istius currat præscriptio?*
39 *Et quid si populus ob bellum, vel ex alia causa à proprio loco recesserit?*
40 *Furcarum erectio, ut jurisdictionale emolumentum an ei competat, qui cognitionem tantùm*

Digitized by Google

criminalem habet, absque capitalium pœnarum executione?

Quid si unus condemnationem, alius verò executionem habeat, cui furcarum erectio debeatur? ibid. vers. Quare.

41 *Etsi jurisdictio plurium communis sit, an unus, aliis invitis, furcas erigere valeat,*

42 *Merii Imperii dominus, si locum non habeat, ubi commodè furca apponatur, poterit compellere privatum dominum vendere partem fundi, ubi erigatur commodè.*

43 *Item virgam, sive baculum justitia portare, est principalis effectus, ac preeminentia jurisdictionis.*

44 *Denotat, ut Regis sceptrum, jurisdictionem merum, & mixtum imperium.*

45 *Per ejus delationem praescribitur, ac probatur jurisdictio.*

46 *Iudices Regii, aut Correctores prohibere debent, ne alius extraneus in ipsorum territorio virgam deferat.*

47 *Possunt, & debent ab eo titulum, aut commissionem ostendi, exigere, ac jubere, & ea sufficienti non exhibita, virgam frangere, & deferentem punire.*

48 *Iudex virgam in suo territorio extraneo erigere permittens, aut dissimulans tenetur arbitrariè in syndicatu.*

49 *Iudex extraneus alienum territorium pro capiendis malefactoribus in illud transilientibus virga erecta ingredi, non debet.*

Eos capiens Iudici territorii relinquere, aut remittere, tenetur, & ipsos posteà petere, si aliquo jure cognitio ei competit, ibid.

50 *Resistens gestanti virgam formam consuetam habentem, vim contra justitiam committit.*

51 *Officialibus justitia virga signum, quo cognoscantur, non deferentibus, quando impunè resistitur? & quid in oppidis parvis, vel si alias absque eo signo constet, quem Officialem justitia esse, & n. 52.*

53 *Ignorantia crassa, vel supina non excusat.*

54 *Quibus Officialibus justitiam administrantibus virgam portare liceat? & de Iudicibus Confraternitatis, Alguacellis Sancta Inquisitionis, & aliis.*

55 *Quid in Alguacellis, caeterisque Officialibus Ecclesiasticis, & quomodo, & qua forma, stante ad id consuetudine per eos virga deferenda?*

56 *Iurisdictione inter duos divisa, quorum uni criminalis, civilis alii competit, quis virgam deferre debeat? & alium circa hoc prohibere.*

57 *Plura de origine, antiquitate, & praeminentia virga, sive baculi justitia remissivè.*

58 *Carceres habendi facultas habetur etiam inter emolumenta, aut fructus tam jurisdictionis civilis, quam criminalis, cum num. seqq.*

Est quid necessarium pro exercitio jurisdictionis, ibidem.

61 *Nullus privatus jurisdictionem non exercens carcerem habere, vel aliquem licet per breve tempus, carcerare potest.*

Plura remissivè de carceribus privatis, & quibus pœnis eas habentes subjiciantur, ibid. cum num. seqq.

62 *Carcerem privatum habere, est crimen lasa Majestatis, & pœna mortis vindicatur.*

63 *Est casus Confraternitatis.*

65 *Temperatur hodiè pœna mortis, & mitior imponitur.*

66 *Referuntur plures persona, qua detinendo aliquos, tanquam in carceribus privatis, in hoc crimen non incidunt: ut parentes, domini, Abbates, & similes, qui filios, servos, & subditos detinere possunt.*

67 *Creditor debitorem fugitivum, an & quando, & per quod tempus propria authoritate capere, & detinere valeat?*

68 *Quid si Clericus sit.*

69 *Etsi tantum sit suspectus de fuga?*

70 *Carcerum construendi onus an ad dominos jurisdictionis, vel potius ad ipsa oppida pertineat? cum num. seqq. & concluditur, n. 85.*

72 *Expensarum onera pro justitia administratione per eum fieri debent, cui jurisdictionis fructus, aut proventus competunt: in ministrorum expensis, alimentis pauperum carceratorum, & similibus, cum num. seqq.*

76 *Reparatio castrorum, turrium, & murorum oppidi, aut Civitatis; an domini jurisdictionis, vel potius oppidi expensis facienda?*

77 *Expensa pro carceratis ad locum supplicii mittendis, si rei sint inopes, an per dominos jurisdictionis facienda?*

78 *Quid in remissione rei, vel causa de uno tribunali ad aliud?*

79 *Iurisdictiones, pœna Fiscales, & alii proventus inferioribus dominis competunt, ut justitiam suo sumptu administrent, & num. 84.*

Idem in Rege, quoad easdem pœnas Fiscales, & alios Regni redditus, ibid.

80 *Quid in privatis judicibus, aliisve justitia Officialibus: unde hujusmodi sumptus facere debeant, & num. 81. in remissionis maximè expensis, & numer. 82.*

83 *Quid si Iudices perpetui, aut temporales sint?*

86 *Quid in expensis pro faciendis cypis, catenis, compedibus, & similibus ad custodiam reorum pertinentibus, an dominorum sumptu fieri debeant?*

88 *Rejicitur Capiblanc. distinctio inter carceres criminales, & civiles, quoad jurisdictionis, ut eos suo, vel oppidorum sumptu facere debeant, vel non.*

89 *Ex carceribus criminalibus, & civilibus aquale commodum, aut utilitas Reipublica, sive civibus redundat, & num. 90.*

91 *Referuntur Regni Neapol. decisiones contra dominos inferiores, ut carceris construendi, custodiendive onere adstringantur.*

92 *Apud nos quid consuetudine, & praxi servetur quoad carceres per dominos inferiores faciendos, vel non, aliaque catenarum, compedum, & similia onera subeunda? & n. 93.*

Declaratur ad rem l. 15. tit. 6. lib. 3. Recopil. *ibidem.*

94 *Quid in reparatione, sive constructione domorum Pretoriarum, sive Concistorii, an per dominos inferiores, vel oppida sint facienda?*

95 *Et in domibus Vacarii, seu macelli pro piscibus, vel carnibus vendendis?*

97 *Quid circa hujusmodi domorum expensas in Regno Neapol. servetur? concordantur nostra, & Neapolitanorum circa hoc jura, & praxis.*

Domos pro habitatione justitia Officialium, an inferiores jurisdictionis domini praestare tenentur? ibidem. Resolvitur, tam in nostris dominis, quam in Regni Neap. Baronibus, & num. 98. & 99.

100 *Salaria per dominos jurisdictionis Officialibus justitia ab eis electis, non per oppida sunt praestanda, & num. 101.*

102 *Quid si per oppida eligantur, & confirmentur tantùm per Dominos?*

103 *Aut stante consuetudine, aut praescriptione immemoriali, ut per oppida praestentur salaria?*

104 *Idem quoad habitationes Officialium, si de consuetudine per oppida, non per dominos praestentur.*

Et in constructione domorum publicarum Concilii, ib.

105 *Concluditur, carceres habere, quid jurisdictionale esse, ad dominosque jurisdictionis, ut ipsius fructus pertinere.*

106 *Domini inferiores ad carcerum pœnam in suo territorio, per suos Iudices damnare possunt.*

107 *Et*

107 *Et ad perpetuos carceres.*

108 *Carceris perpetui pœna jure Civili prohibeatur, & quid hodie de universali praxi servetur? cum duob. num. seqq.*

109 *Antiquitus apud Persas, Syracusanus, Messanios, & alias nationes hæc pœna imponi solita refertur.*

110 *Pœnæ mortis carceris perpetui damnatio æquiparatur.*

111 *In crimine læsæ Majestatis aliquando pœna carceris perpetui imponitur.*

113 *Domini inferiores carceris perpetui pœnam commutare possunt in pœnam triremium, vel ut in bello Regi serviant.*

114 *Vassallorum domini non debent habere carceres obscuros, vel subterraneos, sed claros, & in locis luminatis.*

115 *Subterranei carceres, ac tenebrosi, ut nimis crudeles, ac durissimi, de jure prohibentur.*

116 *Maximè in levioribus delictis, & quando alias carceres sunt securi.*

117 *In his durissimis, ac tenebrosis carceribus verosimiliter carcerati vitam perdere possunt.*

118 *Carcer debet esse talis, ut carceratus vivere valeat.*

119 *Nec quidquam cruciatus præter fidam custodiam continere debet.*

120 *Regulariter carceres non ad pœnam, sed ad custodiam fuerunt adinventi.*

Declaratur hoc quoad inventionem, & originem carcerum: secus hodie jure Canonico, & universali Regnorum consuetudine, ac legibus municipalibus, ibid.

121 *Carceribus subterraneis, & tenebrosis utentes, potius carceratos necare, quam custodire videntur.*

122 *Increpantur Barones, aut domini vassallorum, his carceribus utentes, & tanquam homicidæ damnantur, & n. 124. in fin.*

123 *Idem quoad Episcopos ad eosdem carceres subterraneos damnantes, & quod morte sequuta irregulares remaneant.*

124 *Vassallorum domini, qua de causa his carceribus subditos damnare soleant.*

125 *Similiter domini vassallorum, alii ve, quibus carceres habendi facultas competit, eos fœtides, & absque cloacis pro necessaria corporis exoneratione, habere non debent.*

Neque facere, quod in die carcerum fenestræ claudantur, ibid.

Nec quod catenis, manicis ferreis, & cypis, maximè in levioribus delictis carcerati ligentur, ibid.

126 *Procedunt hæc maximè si id domini inferiores faciant, quia superiora tribunalia vassalli adierint.*

127 *Domini inferiores infirmos in carceribus existentes curari, permittere debent.*

Et quod Lectus, Medicos, Chirurgos, & similia necessaria in carceribus habeant, ibid.

128 *Carceratos inopes infirmitate laborantes domini jurisdictionis suis expensis curari, facere debent.*

129 *Facultas revocandi sententias in rem judicatam transactas, & aliam revisionem concedere, an jurisdictionis commodum, sive fructus sit, & consequenter ipsis inferioribus dominis competat? cum num. seqq.*

131 *Jurisdictionis supremæ potius, quam inferioris, an hæc facultas sit? superioribusque Principibus, non inferioribus dominis competat? cum num. seqq.*

132 *Domini inferiores, vel eorum Judices in criminalibus, si de innocentia rei post rem judicatam constet, quid facere debeant?*

133 *Rei judicatæ derogatio per Principem superiorem, quando, & ex quibus causis fieri debeat? & plura de materia, cum num. seqq. & ex n. 138.*

135 *Absque ulla appellatione, seu partis instantia nova* *Lagunez de Fructib.* *revisio per Principem concedenda, si de injustitia condemnati constet.*

136 *Circa hunc recursum nova revisionis concedendum, vel non, quærendum tantùm an injustitia, seu gravamen adsit?*

137 *Quid si causa, appellatione remota, sit commissa, an adhuc hic ad Regem recursus locum habeat?*

Recursus iste ob injustitias inferiorum semper Supremæ potestati, & alto dominio Principis inhæret, ibid. remissivè.

139 *Ob sorditatem maximè judicum prioris instantiæ recursus hic admittendus.*

140 *In causis nobilitatis secunda supplicatio cum pœna 1500. duplarum apud nos non admittitur.*

Quid in his causis in præfato ultimo recursu ad Regem per viam querelæ delatis? ibid.

141 *In criminalibus maximè secunda revisio per Principem concludenda, si de rei innocentia appareat, & num. 144. & 145.*

Judex inferior in criminalibus quid facere debeat, si post sententiam de rei innocentia constet, an ipse executionem propria authoritate suspendere, vel sententiam revocare valeat, aut potius Principi rescribere debeat? ad text. in l. 1. §. Si quis ultro, ff. de quæstion. l. 4. tit. 30. p. 7. d. n. 141. cum n. seqq.

146 *Domini inferiores, aut Barones, an cadavera punitorum in furca pendentia, vel in patibulo affixa suis consanguineis, vel aliis petentibus sepelienda concedere possint, quasi hoc jurisdictionis commodum habeatur: an verè soli Principi, hæc facultas competat? cum num. seqq.*

148 *Corpora punitorum in patibulo remanere pars pœnæ judicatur.*

149 *Sanctissimum Corpus Domini nostri Salvatoris per Joseph Hierosolymis fuit impetratum à Pilato, qui fungebatur vice Principis, declaratur hoc exemplum.*

150 *Quid in Francia circa hoc servetur.*

151 *Cæteri Judices inferiores præfatam licentiam punitorum sepeliendi cadavera, an concedere valeant?*

152 *Declaratur text.* in l. 1. ff. de cadaver. punitor. & dict. num. 150.

154 *Judici, postquam sententiam protulerit, eam, inconsulto Principe, immutare non licere, declaratur, ut in ipsa pœna principali procedat, secus in aliquibus accessoriis post pœnam jam inflictam, & num. 158.*

155 *In furcis, aut patibulis punitorum cadavera remanere quid accessorium pœnæ, non verò ipsius pars principalis reputatur.*

156 *Quid si in sententia fuerit comprehensum, ut cadavera in perpetuum furcis, vel patibulis dilacerata publico spectaculo remaneant?*

157 *Relegati, aut deportati cadaver, seu ossa ex loco deportationi, seu relegationi assignato, inconsulto Principe, alibi transferre, non licet, & quare? ad declarationem text.* in l. 2. ff. de cadaver. punitor. cum l. 1. & 3. eodem.

158 *Referuntur plura de materia circa punitorum cadavera, cum num. seqq.*

Cadaver à furca sine licentia Judicis sublatum perlatumque ad Ecclesiam, an immunitate gaudeat? dict. num. 158.

159 *Judex in cadaveribus punitorum nimis sævire non debet, ea in patibulis diu publico spectaculo detinens, aut Ecclesiasticam sepulturam eis denegans.*

Limitatur si criminis gravitas id expostulet, ibid.

160 *Supplicia ob criminis gravitatem etiam in cadaveribus exacerbanda, ut pœnarum metu, & horrore terreantur cæteri.*

Acerbitas ulciscendi maleficii optima vivendi disciplina, ibid.

162 *Corpora delinquentium qui se ipsos ante, vel post*

Digitized by Google

sententiam occiderunt, an & quando supplicio afficienda? Quid in hoc casu quo ad pœnam confiscationis? ibid. in fin.

163 *Cadaveris de uno ad alium locum translatio, an de licentia Dominorum inferiorum fieri debeat, quasi hoc jurisdictionis sit præminentia? cum seqq.*

An aliquod Vectigal. pro translatione eis pendatur, vel ipsis oppidis, si Regia sint; aut conductoribus gabellarum, ibidem cum seqq.

164 *Ad principem Supremum has licentias concedere, spectare proponitur.*

Referuntur pro hac sententia, tex. in leg. ossa, ff. de Religios. & sumpt. funer. l. nemo 14. Cod. eod. cap. Corpora Sanctorum 37. de consecratione, dist. 1. l. 7. tit. 13. part. 1. *ibid.*

Princeps vivorum, & mortuorum, rerumque Religiosarum protector: ibid.

166 *Dispositio, sive testatoris jussus, ut haredes corpus suam, postquam fuerit sepultura traditum, usque ad certum tempus in patriam transferatur, an servari debeat, vel ut impossibilis conditio ex voluntate Principis pendens reiicienda? & n. 172.*

Conditio circa permissionem, aut licentiam à voluntate Principis pendentem, solitam tamen concedi, impossibilis non habetur ad text. in l. apud Julianum, §. Constat, versic. Sed ea prædicta, ff. de legat. 1. *ibid.*

168 *Licentia ista pro cadaveribus transferendis an à Principe saculari, vel Ecclesiastico sit impetranda? jure communi, Regio & Canonico, cum nu. seqq.*

Referuntur, & declarantur text. in l. ossa, ff. de Religiosis, dict. l. nemo, l. si nec dum 10. l. 1. Cod. eodem tit. dict. cap. corpora Sanctorum 37. de consecrat. dist. 1. *ibid. & ex n. 173.*

175 *Plura jura in Cod. Iustiniani immunitati, & privilegiis Ecclesiasticis adversantia inveniuntur, & quare?*

Iura hac contemnenda potius quam servanda, ibid.

Summi Pontifices in initio nascentis Ecclesia, cum nondum privilegia Ecclesiastica in viridi observantia essent, multa eis contraria prudenter tollerabant, ibid.

176 *Declaratur juxta hac text.* in l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcopis, & Clericis.

177 *Refertur ad dictam quastionem pro Prelatis Ecclesiasticis, ut prafatas licentias concedant,* l. 11. tit. 13. part. 1.

178 *Servatur hoc de praxi omnium Tribunalium Ecclesiasticorum nostra Hispania.*

179 *Discutitur superior secunda questio circa vectigal, sive tributum pro cadaveris translatione, an solvi debeat, vel non, & an hoc emolumentum jurisdictionis fructus reputetur, inferioribusque dominis in suis oppidis competat, & quid in Regiis conductoribus jurium regalium? cum num. seqq.*

Resolvitur negativè de jure novieri Codicis, ibid.

Adducitur pro hac sententia text. in l. fin. C. de Religiof. & sumpt. funer. *ibid.*

180 *Iure antiquiori Digestorum Vectigalia aliqua pro his cadaverum translationibus solvebantur, pro declaratione text.* in l. funeris 37. ff. dict. tit. de Religiof. & sumpt. funer.

183 *Improbatur contraria, ut ambitiosa, consuetudo circa hoc Vectigal, quod pro cadaverum translationibus in nostri Regni oppidis exigi solet, defunctorum corpora ob id detinendo.*

184 *Etiam si aliquod tributum de jure deberetur, vel ob quacumque ipsorum defunctorum legitima debita detineri, non deberent.*

135 *Reprobatur contraria sententia Angel.*

186 *Quid si haredes nimis potentes sint, nec aliter quam per detentionem cadaveris conveniri valeant? & num. 190.*

187 *Quid si debita clara, & liquida, & de eis constet instrumentis guarentigiis, vel confessionatis?*

188 *Haredes nec cautionem pro debito, vel aliam securitatem: ne funus impediatur, prastare teneatur.*

189 *Cadaveris humatio celerem exequutionem requirit.*

192 *Nec pro quarta Parochiali, vel alterius Ecclesiastica portionis debito defunctorum funera detinenda.*

193 *Limitatur hoc in usurario manifesto, quousque haredes de restituendo caveant.*

195 *Refertur cujusdam calidissimi Iudicis stratagema contra quemdam creditorem debitoris cadaver detineri desiderantẽ, quousq; ei de credito satisfieret.*

196 *Tributum passagii, aut portagii, quod pro hominum, vel animalium, rerumve transitu prastari solet, an ratione jurisdictionis, vel dominii debeantur, & ipsius fructus reputetur, Dominisque inferioribus competat? cum num. seqq.*

197 *Inter regalia, ut catera Vectigalia hac tributa referenda, resolvitur, cum num. seqq.*

198 *Quid in Regno Neap. quoad ipsius Barones in hoc articulo servetur?*

199 *Plura remissivè circa hac tributa pontagii, aut portagii quando, & à quibus, & ex quibus rebus solvi debeant?*

200 *Apud nos hac jura an prascriptione immemoriali per privatos querantur, cum num. seqq.*

201 *An privilegio, si in libris, seu Codicibus Regiis inscriptum non inveniatur? remissivè de hac inscriptione.*

202 *Facultas instaurandi instantias peremptas, an Dominis inferioribus, ut jurisdictionis fructus, competat, vel potius de regalibus sit? cum nu. seqq.*

203 *Inter regalia connumeranda, Principique superiori competere, ipsiusque ossibus, & Corona inharere resolvitur.*

204 *Plura remissivè de materia instaurationis instantia in Regno Neapol. quibus personis, & Audientiis Regiis hac facultas competat?*

206 *Facultatem cognoscendi in crimine falsa moneta an domini inferiores ratione jurisdictionis ipsis concessa habeant?*

207 *Monetam cudendi facultas ad eos non pertinet, sed dumtaxat ad Principem, superiorem non recognoscentem.*

208 *Quando hoc privilegio, prascriptione, vel aliter habere valeant.*

209 *Domini inferiores, aut sui Iudices an cognoscere possint in delictis, in quibus publicationis bonorum pœna imponenda venit? cum num. seqq.*

210 *Quid in crimine usurarum?*

212 *Quid si hac publicationis pœna à jure municipali, vel communi statuta sit, vel non?*

Declaratur l. 1. Cod. ne sine juss. Princip. liceat confisc. *ibidem, & d. n. 209.*

213 *Confiscationes Domino inferiori jurisdictionis, ut ipsius fructus debentur, nisi ex delicto in dominum directum sive in Principem commisso sint indicta.*

214 *Referuntur alia jurisdictionis honorifica commoda, & an ipsius jurisdictionis inferioribus concessa, vel potius superioris penes Principem remanentis fructus sint necne?*

215 *Domini inferiores an ratione jurisdictionis cognoscere valeant de violentiis inter Ecclesiasticas personas, ut ipse Rex, vel Regia Tribunalia?*

216 *Quid stante in ipsorum favorẽ consuetudine? & n. 217.*

218 *Praxi seu consuetudo, circa hac restringenda.*

219 *Domini inferiores chartas tuitivas in beneficialibus protuenda possessione, ut in Lusitania per Regia Tribunalia fit, concedere nequeunt.*

220 *Est hac praeminentia de majoribus regalibus omninò servatis, suprema potestati coherens.*

221 *Non transit in inferiores, etiam per amplissimas concessiones.*

Digitized by Google

222 *De materia hujus Regalia in Lusitania.*

223 *Et in Principatu Cathalonia.*

224 *Et in Regno Gallecia.*

223 *Cognitio inter Ecclesiasticos, Religiosos, maximè per viam violentia, seu vitandi scandali ratione, quando in secularibus Tribunalibus admittenda?*

Adeundi potiùs Ecclesiastici superiores, si per eos scandalum vitari possit, ibid.

Cognitio hac secularium per viam violentia est remedium extraordinarium, & subsidiarium, nec aliter quam ordinario cessante admittendum, ibid.

Majus scandalum, & publica, Religionumque perturbatio ex his cognitionibus sequi solet, ibid.

226 *Legitimandi spurios, aut naturales facultas an dominis inferioribus ratione jurisdictionis, vel dominii, ut ejus fructus, competat?*

227 *Potestatem hanc de regalibus esse verius est, & ad supremam jurisdictionem pertinere.*

228 *Quid si specialiter hoc jus dominis inferioribus per Principem sit concessum?*

229 *Pro-Rex Neapolitanus id habet.*

230 *Qualiter, & quando Princeps hujusmodi legitimationes concedere valeat? ad citationem propinquorum, & substituti: ad causas istarum legitimationum in successionibus bonorum liberorum, necnon in fideicommissis, feudis, & majoratibus: etsi successionis spes variabilis, aut invariabilis sit, & ad alia plura de materia.*

231 *Filiorum infantium emancipationes an dominorum inferiorum interventu fieri debeant? & numer. 232.*

Hujusmodi emancipationes coram quo Iudice faciendae? ibid.

233 *Veniam atatis concedendi facultas an inferioris jurisdictionis, vel suprema potius potestatis sit?*

234 *Quid in supplemento atatis ad Decurionatus, alteriusve officii publici administrationem requisita, per quem concedendum?*

236 *Plura de materia hujus venia concessionis, & de contractibus sub ea celebratis per minores ad restitutionem, & alia, & num. 237.*

238 *Moratorias, seu inducias pauperibus debitoribus concedere, an inter fructus, seu emolumenta jurisdictionis connumerari debeat, & consequenter inferioribus dominis competat? cum numer. seqq.*

240 *Suprema jurisdictionis praeminentiam esse resolvitur.*

241 *Regiis Cancellariis, & Proregibus, & an hoc competat? cum num. seqq.*

242 *In Regno Neapol. quid servetur? & nu. 249.*

245 *Plura remissivè de moratoriis, seu inducsis debitorum, quando, & quibus causis concedi debeant, & an data prius fidejussione, & qua debita sub eis comprehendantur, & an fidejussores quoque debitorum?*

246 *Tributorum, seu gabellarum immunitas ob duodecim liberos, aliisve de causis, an per dominos inferiores ratione jurisdictionis concedi valeant? in Medicis, & aliis personis quibus hac exemptio concedi solet, cum num. seqq.*

248 *Quid in Regno Neapol. circa hoc servetur?*

249 *Inferiores domini novos incolas, aut vicinos ad sua loca de Regiis oppidis transeundum, hujusmodi immunitatis concessionibus, invitare non debent.*

Apud nos hujusmodi exemptiones ob duodecim liberos, vel ex aliis causis in Aula Gubernationis Supremi Senatus conceduntur: ibidem.

250 *In alienationibus bonorum oppidorum, vel censûs super eis constitutione, in quibus aliàs in oppidis Regiis Regia facultas exigitur, an in locis dominorum inferiorum ipsorum Dominorum licentia sufficiat? cum num. seqq.*

253 *Distinguitur pro concordia inter oppida, aut vassallos Burgensaticos, & inter vassallos de* Mansata apud nos Solariegos, *cum numer.*

253 *Oppidorum* Solariegos *termini, & quidquid in solo continetur dominorum inferiorum reputatur.*

256 *Nihil in his locis Princeps apud nos habet prater supremum dominium, & monetam foreram: & numer. 260.*

258 *Probata per vassallos consuetudine alienandi sua pradia, absque suorum dominorum licentia, solarii prasumptio excluditur, prout ex contraria consuetudine probatur.*

261 *Inferiores domini, an, & quando licentiam adificandi, seu plantandi in solo publico vassallis concedere valeant?*

262 *An easdem licentias Decuriones concedere possint?*

263 *Rejicitur Antunez circa hoc sententia.*

264 *De hujusmodi licentiis ad nova adificia, vinearum, & alias plantationes in locis publicis ex oppidorum tantum licentia factis, de eisque evellendis, censuve super eisdem imponendo, juxta nostram Regiam pragmaticam* de Iaen in l. 9. tit. 7. & ad l. 11. eodem tit.

263 *Inferiores Domini an prohibere valeant, ne vassalli in propriis privatis locis adificent?*

266 *Cuilibet in suo adificare licet, & altius, usque ad cœlum extollere: ad plures istius regula ampliationes, & limitationes remissivè.*

267 *Quid quando adificatur ad amulationem: & quando amulatio prasumatur?*

268 *Vassallorum dominis, an facultas, seu potestas concedendi licentiam ad testandum incapacibus, vel inhabilibus, ut jurisdictionis commodum, seu praeminentia competat? cum numer. seqq.*

POstquam igitur in capitibus præcedentibus de Of- 1
ficialium, sive Magistratuum electionibus: necnon
de mulctis, & confiscationibus egimus: & inter fru-
ctus, aut jurisdictionis proventus computari debere,
diximus, restat adhuc in præsenti agere de aliis variis
jurisdictionis, aut dominii honorificis emolumentis,
seu proventibus: quæ etiam inter fructus, aut emolu-
menta jurisdictionis computari debent, & vassallorum
Dominis, seu Baronibus ratione jurisdictionis compete-
re solent: quorum multa breviter, & quasi per indicem
cumulabo.

In primis igitur, Armorum, seu insignium in locis 2
publicis appositionem inter præcipua honorifica emolu-
menta, sive fructus reputari, nemo dubitat, juxta no-
tabilem text. in *l. qui libertate 2. ff. de operib. public.* ibi:
*Munificentia sua fructum de inscriptione nominis sui ope-
ribus, si qua fecerit, capere*, & consequenter inter fru-
ctus etiam, aut jurisdictionis emolumenta connumerari
debet: Quare rectè hanc præeminentiam jurisdictionis
Dominis inferioribus competere, asserunt Capyc. *decis.
27. ex numer.* 41. Fab. de Ann. *cons.* 72. remissivè Pont.
de potestat. Proreg. tit. de divers. provisionib. à num. 8.
Mart. Mager. *de advocat. armat. capit. 6. ex num.* 644.
† Nam inter principales jurisdictionis effectus armo- 3
rum, seu insignium in locis publicis appositio reputa-
tur, cum in ea jurisdictio quoque consistat: † Et per 4
eam etiam jurisdictionis usus, seu possessio, & ipsa quo-
que jurisdictio, & dominium probetur, ut ex text. *in l.
qui libertatem, ff. de operib. public. l. stigmata, Cod. de
fabricensib. lib. 11. capit. si Iudex, de sentent. ex commu-
nicat.* docent Ric. *collect.* 1608. Cancer. 3. *var. cap* 13.
num. 344. D. Valenz. *cons.* 100. *nu.* 37. optimè Mart. Ma-
ger.

ger. *de advocat. armat. cap.* 18. *nu.* 111. Faxard. *allegat.*
Fiscal. 33. *à num.* 1921. Balmased. *de collect. quæst.* 7. *nu-*
mer. 9.

5 Et ad alia plura, maximè in jure patronatus probando,
plenè tractant Novar. *decis.* 120. Lott. *de re beneficiar. l.*
2. *quæst.* 13. *à num.* 146. Franc. Tondut. *canon. quæst. cap.*
73. *num.* 9. Augusl. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. lib.*
3. *capit.* 12. *numer.* 93. *&* *de potest. Episcop. allegat.* 72.
num. 37. D. Salgad. *de protect. Reg.* 3. *part. capit.* 10. *à nu-*
mer. 260. novissimè Ioan. Bapt. Ventrig. *in prax. rer. Ec-*
clesiast. annot. 19. §. *unic. num.* 31. Balmass. *de collect. qu.*
8. *numer.* 14. Philipp. Knischild. *de Civitat. Imper. lib.*
1. *capit.* 12. *num.* 37. *ad* 56. pluribusque Rotæ decisio-
nibus adductis, D. Michael Frances de Urrutygoit. *de*
Eccles. Cathedr. capit. 16. *ex numer.* 72. & melius, *cap.*
6 20. † Qui rectè *in numer.* 30. & in *dict. capit.* 16. *nu-*
mer. 82. id limitat in ornamentis, aliisque rebus, seu
utensilibus Ecclesiæ donatis: in quibus licèt donatorum
insignia adsint, non ex hoc dominium in eis probatur:
quia ista insignia in rebus Ecclesiæ donatis non apponun-
tur ad effectum retinendi dominium, sed ut remaneat
memoria illorum, qui Ecclesiæ fuerunt benefactores,
ut in specie singulariter docet Merlin. *decis.* 384. *num.* 6.
7 quem sequitur Urrutygoit. *ubi supr.* † contra verò in
aliis rebus prophanis, in quibus insignia in turribus,
portis, aliisve locis insculpta dominium denotant, &
jurisdictionem dominorum, ad quos ea spectant, ut *ex*
dict. l. stigmata, Cod. de fabricensib. lib. 11. *l. qui liber-*
tatem, de operib. public. tenent Benaven. Strach. *de mer-*
cat. part. 2. *num.* 86. *&* 87. Marin. Frecc. *lib.* 2. *de sub-*
feud. authorit. 47. *num.* 2. *circa fin.* Chassan. *in catalog.*
glor. mund. p. 1. *consid.* 55. Peregr. *cons.* 57. *lib.* 3. *cap.* 1.
ideò Mœniorum dominium esse Principis, cujus arma,
& insignia in his depicta inveniuntur, tradit Roland. à
Vall. *cons.* 84. *ex num.* 23. & novissimè notat, pluribus
congestis, Andr. Knich. *in Epop. Dauth. num.* 289. ubi
eleganter, quòd armorum, & insignium pictura intus,
vel extra Civitatem ædibus publicis, & muris apposita
superioritatem, & dominium denotent, idemque resol-
vunt Coppin. *de legib. Andum. lib.* 2. *part.* 2. *capit.* 1. *tit.*
4. *num.* 7. Vvesembec. *cons.* 21. *numer.* 68. Schomborn.
Politicer. lib. 5. *capit.* 30. Anton. Sola *in commentar. ad*
const. Saband. sup. decret. de insign. & arm. gloss. 2. noster
Zevall. *commun. opin. quæst.* 745. *ex nu.* 4. Gvlm. Simph.
tom. 2. *part.* 1. *tit.* 2. *num.* 23. ubi rectè infert, quamdam
Civitatem Archiepiscopo Moguntino esse subjectam
fuisse probatum, ex eo, quòd illa ipsius insignia in sigil-
8 lo conferat. † Quod fortius procedit si in moneta:
juxta illud D. Lucæ *cap.* 20. *Ostendite mihi numisma cen-*
9 *sus, cujus habet imaginem, & inscriptionem.* † Et
similiter Gothofred. *in l.* 5. *Cod. ut nem. privat. tit. præd.*
suis, vel alienis, litt. I. Urbem Imperialem censeri as-
serit, in cujus portis, aut ædificiis publicis insignia Im-
10 peratoris longissimo tempore fuerint. † Et idem quo
ad patronatum, si in aliqua Ecclesia Aquilæ Imperiales
pendentes inveniantur, Philipp. Knischild. *de Civit.*
Imperial. lib. 1. *capit.* 12. *num.* 37. *ad* 56. Faxard. *dict.*
allegat. 33. *à num.* 1108. *&* 1923.

11 Ex quibus etiam singulariter infertur ratio decidendi
ad aliam quæstionem quam in præsenti frequenter mo-
vent DD. cujus videlicet jurisdictionis sit hic fructus,
seu armorum impositionis honorificum commodum,
an jurisdictionis civilis, vel criminalis? & consequenter,
an etiam ad dominum jurisdictionis civilis, vel crimina-
lis hæc præeminentia pertineat?

12 In qua quæstione pro Domino jurisdictionis civilis
breviter resolvendum existimo; nam licèt jurisdictio cri-
minalis, sive merum Imperium jurisdictione civili di-
gnius, ac nobilius sit, ut per text. *in l. Imperium, ff.*
de jurisdict. omn. judic. notat ex Luc. de Penn. Nicol. Bo-
er. *in tract. de custod. clav. num.* 55. Vincent. Cavot. *dis-*
put. de jur. publ. lib. 2. *capit.* 2. Martin. Mager. *de advo-*
13 *cat. armat. capit.* 6. *numer.* 598. † Attamen Dominus
jurisdictionis civilis est verus dominus terræ: non verò
dominus criminalis, qui jurisdictionem potiùs in of-
ficium, aut in exercitium, quam in dominium habere
dicitur, Frecc. *de subfeud. authorit.* 2. *&* 4. Vincen. de
Franch. *decis.* 131. *&* 170. *ex num.* 2. Capiblanc. *de Ba-*
ron. tomo 1. *sup. pragmat.* 1. *num.* 65. & latius alibi dixi.
† Quare cum armorum, seu insignium appositio, jux- 14
ta proximè dicta dominium denotent: consequenter ea
apponendi facultas Domino jurisdictionis civilis compe-
tere debet, & ita resolvunt Fab. de Ann. *cons.* 72. Capyc.
decis. 27. *ex num.* 41. *ad* 52. † Ubi singulariter, quòd 15
Domino criminalis jurisdictionis dumtaxat in domo, ubi
suus Capitaneus, vel Officialis pro justitia administran-
da residet, arma, seu insignia propria depingere liceat:
non verò in Ostiis terræ, vel in aliis locis publicis, idem
docent Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *authorit.* 47. *in princ.* ubi
decisum refert Ioan. Bapt. Thor. *in compend. decis. tom.* 1.
verb. Arma Baronis. † Et, quamvis, nullo ex his 16
relato, hanc principalem resolutionem sequuntur Capi-
blanc. *dict. pragm.* 5. *num.* 65. Mager. *dict. capit.* 6. *ex nu-*
mer. 626. *&* *à num.* 639. ubi optimè respondit pluribus
objectionibus, quæ pro Domino jurisdictionis crimina-
lis opponi possent: † Ad alia autem de concursu Do- 17
mini jurisdictionis civilis cum Domino criminalis in plu-
rium similium emolumentorum, aut fructuum jurisdi-
ctionis acquisitione latius dicam suo loco.

Item ex prædicta ratione Iudices, seu Magistratus 18
pro justitiæ administratione in aliquo loco deputati, non
poterunt in ea arma propria collocare; quia similiter non
in dominium jurisdictionem habent, sed eam tantùm in
officium exercent, ut dictum remanet.

Quare Officialibus operibus publicis ex pecunia pu- 19
blica conficiendis, deputatis, propria arma, seu insignia
in eis collocare, non licere, communiter resolvunt DD.
per text. *in l. opus novum, §. fin. cum leg. seq. ff. de operib.*
public. Paris de Put. *de syndicat. verb. Potestas*, Avendañ.
de exequend. 2. *part. capit.* 13. *num.* 4. *vers. Sed an illi*,
Aloys. Leo *in l.* 1. *Cod. ut nemin. liceat sin. jud. author.* Man-
grol. ad Bart. *in rub. Cod. de stat. & imagin.* Ricc. *collect.*
1608. † Et quamvis plures DD. teneant, benè lice- 20
re Magistratibus, seu aliis Officialibus, quorum cura
opus publicum pecunia publica factum fuerit infra arma
Regia, & Civitatis, cujus fuerit pecunia propria, etiam
insignia collocare, quod magis probari videtur per dicta
jura *in l. opus novum, §. fin. ff. de operib. public.* ibi: *Inscri-*
bi autem nomen operi publico, alterius quam Principis,
aut ejus cujus pecunia id opus factum sit, non licet, juncta
l. seq. eod. tit. ibi: *Nec Præsidis quidem nomen licebit su-*
perscribere, quasi contra, si infra arma Regia, vel Ci-
vitatis inscribantur, & ex text. *in l. si qui Iudices, dict.*
tit. de operib. public. communiter resolvunt gloss. & Plat.
in l. absit, Cod. de privileg. dom. August. lib. 12. Puteo *de*
syndicat. verb. Expensæ, cap. 2. *numer.* 3. Petr. Gregor.
syntag. jur. lib. 3. *capit.* 21. *num.* 7. & ita servari in Fran-
cia, & aliis Provinciis testantur Alberic. *in l. qui liberta-*
tem, ff. de operib. public. Salicet. *in dict. l. qui Iudices*,
Chassan. *in Catalog. glor. mun.* 1. *part. consid.* 16. & de no-
stra antiqua praxi testantur etiam Paris de Puteo *dict. tr.*
de syndic. in princip. verb. Evidentialia, fol. 1.

Sed certè in casu, quo Principis insignia in operibus, 21
aliisve locis publicis, vel in Ecclesiis inveniuntur, cum
eis simul privatorum arma etiam quarumcumque illu-
strium personarum appendi, non posse, verius censeo:
hoc quippè semper minùs decens, reputatum est; nam
qui arma sua cum insigniis Principis conjungit, se eidem
parem facere velle, videtur, ut optimè in specie notat
Bald. *in l.* 5. *Cod. quæ res vend. non poss.* & ex eo resolvunt
Iaso. *in l.* 1. *in princ. Cod. ut nem. privat.* Marin. Frecc.
de subfeud. authoritat. 47. *num.* 2. Mart. Mager. *de advo-*
cat. armat. cap. 18. *num.* 155. D. Solorzan. *de jure Indiar.*
tom. 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 156. qui contra Episcopos, &
etiam Proreges loquitur.

Quare à prædicta opinione, ut nullo modo his Officia- 22
libus,

Digitized by Google

libus, seu Magistratibus arma propria in operibus publicis collocare liceat, non est recedendum, qua retenta pro intelligentia secundæ affirmativæ opinionis distingui potest inter armorum appositionem, vel nominis dumtaxat Magistratuum, aut Officialium inscriptionem: ut videlicèt arma per Officiales nullo modo in operibus publicis collocari possint, contra verò in nominis dumtaxat inscriptione, quæ infra arma Regia, & Civitatis ad perpetuam rei memoriam benè adjici potest, & in hac nominis inscriptione expressè loquuntur *dict. l. opus novum*, *§. fin. cum l. seq. ff. de operib. public. dict. l. si qui, Iudices*, *Cod. eod. tit.* supra pro contraria opinione citatæ, & per ejus sectatores adductæ.

23 Et hanc distinctionem tradunt eleganter Pont. *de potest. Proreg. tit. de insig. num. 6.* quem novissimè sequitur Franc. Mar. Prat. *observat. jur. cap. 49. num. 15.* optumè noster Bobadill. *in Polit. lib. 3. cap. 5. num. 58.* ubi, quòd ita apud nos servetur ab anno 1579. ex quo tempore Correctorum arma operibus publicis per eos apposita jussu Supremi Senatus frequenter deleri, testatur.

24 Quæ etiam intellige, quando non Officialium pecunia, sed publica opus constructum fuerit; nam si ipsorum pecunia, benè propria arma, & nomen collocare poterunt, ut in quolibet alio privato, cujus pecunia opus publicum, vel Ecclesia in totum, vel pro magna parte facta, aut reædificata fuerit, cui ipsius arma, vel insignia ibidem collocare licere, per text. *in l. qui libertate 2. dict. l. opus novum 3. §. fin. ff. de operib. public.* communiter resolvunt gloss. & Alberic. *in dict. l. 2.* Decian. *tract. crimin. tom. 2. lib. 7. quæst. antepenult. nu. 20.* Capyc. *decis. 27. quæst. 16.* noster Gregor. *in l. 3. tit. 4. part. 6. gloss. 8. in fin.* Cassan. *in catal. glor. mund. 1. part. consider.* 6. Petr. Gregor. *lib. 3. syntagm. jur. dict. c. 21. nu. 7. tom. 1.* Bobadill. *dict. cap. 5. num. 58.* Vincent. de Franch. *decis.* 443. *n. 2.* ubi Addent. Cœpol. *de servitut. urbanor. prædior.*
25 *c. 71. de pictur. n. 11. vers. Item ille.* † Ubi pulchrum casum tradit, de quodam Episcopo, qui expendit de bonis erogandis in pauperes in fabrica Ecclesię majoris Veronę duo millia ducata, & insignia sua sculpi, fecit, quæ postea fuerunt abrasa, & merito (ait Cœpola) ex eo, quòd non erat pecunia sua, cum omnino eam erogare teneretur, ex text. *in cap. relatum*, & ibi DD. *extra*, *de Præbend.* & infrà latius suo in loco dicenda.

26 Item ex dictis infertur, quòd quamvis Dux, seu generalis triremium, vel Classis, jurisdictionem habeat, eamque in triremibus, aut navibus exercear, ut ex nostra *l. 24. tit. 9. l. 4. tit. 24. part. 2.* docent ibidem Gregor. Curia Philipp. *part. 2. lib. 3. cap. 3. n. 4. 5. & à num. 13.* quia ipsæ naves, aut triremes, ut illius jurisdictionis habentur, etiam in quolibet mari occupato, ut notat alia plura de materia hujus jurisdictionis afferens, benè Franc. Rocc. *de offic. regim. rubr. 14. §. 11. ex num. 9.* & plura de
27 hac jurisdictione *rubr. 6. per tot.* † Attamen, cum hanc jurisdictionem Classis Generalis non in dominium, sed in exercitium habeat, nec navium Dominus sit, similiter arma, seu insignia propria, quæ dominium, ut dictum remanet, denotant, in navibus, aut triremibus gestare,
28 non debet: sed dumtaxat Regia: † præterquam in Triremi Prætoria, vel Pupi Regia, vulgò, *la Capitana Real:* in qua simul cum armis Regiis insignia quoque Generalis sunt collocanda, ut cæteræ naves ibi eum adesse cognoscant, quòd singulariter statuitur per nostram *legem Regiam 14. dict. tit. 23. part. 2.* Curia Philipp. *dict. cap. 3. nu. 3.* & ex nostra lege Regia notat quoque Fulv. Constant. *in l. unic. Cod. de Class. lib. 11. à n. 142.*

29 Alia plura de armis, seu insigniis in Ecclesiis, Cappellis, vel aliis operibus appositis: & quòd perpetuo manere, debeant, nec deleri, aut abradi, valeant: & de remediis contra ea delentes, vel auferentes ad dict. *l. qui libertate*, ubi Bart. & DD. *ff. de operib. public. l. quæ tutores, §. Nec verò, Cod. de administr. tutor.* & ad alias quæstiones plenè tractant Avendañ. *de exequend. mandat. part. 2. cap. 13. num. 4. ad fin.* Lambertin. *de jur. patronat. artic. 4. quæst. 5. princip. lib. 3. num. 9. fol. 18.* Cened. *collect.* 153. *ad Decret. ad text. in cap. quicumque, de Eccles. ædificand. num. fin.* Cassan. *in Catalog. glor. mund. part. 1. dict. considerat. 16. & 38.* & ex aliis Bobadill. *lib. 3. dict. capit. 5. num. 58.* Seraphin. *decis. 542.* Gratian. *decis. 26. ex n. 18.* Carol. Marant. *controver. jur. lib. 1. respons. 16. nu. 19. cum seqq.* D. Valenzuel. *cons. 18. à nu. 43.* & ferè *per tot.* Franc. Tondut. Sanleger. *resolut. benefic. part. 1. q. 73. nu. 11. cum seqq.* Ioann. Bapt. Thor. *in Compen. decis. part. 1. verb. Delens.* Vincent. de Franch. *decis. 443.* ubi Addent. Lara *de Vit. homin. c. 13. n. 24.* plenè ad plures quæstiones, aliis congestis, Martin. Mager. *de advocat. armat. c. 18. ex*
n. 104. cum seqq. † Et *n. 126.* de pœna contra arma delen- 30
tes, vel abradentes, & quòd sit arbitraria Roman. *cons.* 474. *ex text. in l. qui libertate, ff. de operib. publ.* Menoch. *cons. 281.* Rebuff. *in comment. ad Reg. constit. Gall. tom. 3. tit. de mat. possess. artic. 1. gloss. 2. num. 35.* latè de materia novissimè, & doctè D. Michael. Franc. de Urrutygoit. *in sue copioso tract. de Eccles. Cathedral. c. 16. ex n.*
72. & n. 83. † Vbi quòd ob crimen læsæ Majestatis re- 31
ctè possit judex in pœnam arma patroni hujusmodi criminis rei ex Cappella delere, quamvis Clerici, aut Religiosi, hoc propria authoritate facere, nequeant.

Et *num. 81.* quòd neque hæres, vel successor testato- 32
ris ea delere valeant, ut in specie consuluit contra agnatum ex linea fœminea hæredem fundatoris ejus insignia amovere, & sua collocare, volentem, Joann. de Ananias *cons. 83.* & quòd neque ab hæredibus, † vel Recto- 33
re Ecclesiæ, vel Monasterii abradi valeant, novissimè docet cum aliis Joan. Bapt. Ventrig. *in prax. Ecclesiast. annot. 19. §. unic. ex n. 29.* Mager. *dict. cap. 16. num. 132. & 133. & num. 227.* hoc rectè intelligit in insigniis in Ecclesia, vel Cappella, ratione constructionis appositis: † 34
Secus verò in feudo alienato, quoad insignia prioris domini, quæ licitè per novum dominum tolli, & propria collocari possunt, ex doctrina Marin. Frecc. *de subfeud. l. 2. authorit. 47. num. 3.* & alia plura novissimè tradit Franc. Mar. Prat. *observat. jur. c. 49. ex n. 25. cum seqq.* & plenius dicam ad alia plura de materia armorum, vel insignium, maximè circa ea in Cappellis, vel Ecclesiis per Patronos collocanda, ad probationem juris Patronatus, & ad alia *cap. 32. §. 1. per tot.*

Item ad principalem materiam nostri capitis redeun- 35
do, furcarum erectio inter effectus, seu fructus jurisdictionis criminalis, sive meri Imperii connumerari debet, & ipsius est signum, ut notat Bald. *in cap. 1. quid sit investitur. in usib. feudor. n. 6. & in l. 1. Cod. ut nemin. liceat sign. impon. & in l. 1. §. Initio, ff. de offic. Præfid. Vrb. n. 2.* Cassan. *in consuetudin. Burgund. rub. 1. §. 8.* D. Covarruv. *var. resolut. lib. 4. cap. 5. nu. fin.* Card. Tusch. *pract. conclus. litt. F. conclus. 537. nu. 2.* † Et per eam jurisdictio proba- 36
tur, ut communiter resolvunt Andr. Alciat. *lib. 9. parerg. c. 24.* Oldrad. *cons. 161.* D. Covarruv. *dict. c. 5. num. fin.* Mascard. *de probation. conclus. 647. n. 10.* Aviles *in cap. Prætor. 24. gloss. varas. à nu. 3.* Avendan. *de exequend. mandat. part. 1. c. 4. nu. 39. vers. & ultra, cum seqq. & part. 2. cap. 21. n. 3.* D. Larr. *allegat. 69. num. 8.* † Etiam si nullus in ea fuerit 37
suspensus; quia non exigitur actus, sed aptitudo, Burg. de Paz *in l. 1. Taur. n. 137.* & ex doctrina Bald. *in l. arboribus, §. Nam etsi agrum, ff. de usufruct. & quemadm. quis utatur,* Aviles *dict. gloss. varas. num. 4.* Caball. *resol. crimin. centur. 3. cas. 277. num. 1.* D. Valenz. *cons. 100. num. 60.* Mastrill. *de Magistr. lib. 6. cap. 8. ex nu. 94.* & cum aliis Posthius *de manutent. observat. 3. numer. 25.* Balmass. *de collect. qu. 7. num. 4.* † Nisi in territorio oppidi depopulati per aliam 38
universitatem fiat erectio: quia tunc non currit in favorem istius præscriptio, cum non detur persona adversus quam præscriptio possit currere, ut notat Avendañ. *dict. cap. 4. num. 39. vers. Item si destruitur.* † Vel nisi popu- 39
lus ob bellum, vel ex alia causa à proprio loco recesserit, nam postea revertens primæva jura recuperavit, non obstante furcarum etiam per 30. annos per convicinum oppidum erectione, Bald. *cons. 158. in fin. lib. 3.*

Tusch.

Digitized by Google

Tusch. *pract. conclus. litt. F. conclus.* 537. *numer. fin.*
40 Quæ quidem dicta, ut furcarum erectio jurisdictionis criminalis fructus sit, ejusque domino competat, intellige: si non solùm cognitionem criminalem, sed pœnarum quoque capitalium executionem habeat, ut ex Oldrad. *cons.* 161. docent D. Covarruv. *variar. resolut. lib. 4. dict. c. 5. nu. fin.* Avil. *dict. gloss. varas. n.* 7. Tusch. *dict. conclus.* 537. *n.* 2. quare si unus habeat condemnationem, alius verò pœnarum executionem, ad hunc furcarum erectionem pertinere, resolvunt Bald. *in dict. c.* 1. *quid sit investit. in usib. feudor. n.* 6. Aviles *in dict. gloss. va-*
41 *ras. n.* 9. † Ubi ex Philipp. Decio *cons.* 249. Alexand. *in l.* 2. §. *ex his, ff. de verbor. signif.* & aliis antiquioribus singulariter notat, quòd quando jurisdictio communis est inter plures, nullo modo unus, aliis invitis, furcas pro administratione justitiæ erigere valeat, nisi ei soli executio competat.
42 Quibus adde, quòd in tantùm Domino meri imperii hæc furcarum erectio competit, quod si locum non habeat, ubi commodè furca apponatur, poterit compellere quemlibet privatum dominum vendere partem fundi, ubi commodè erigatur, ob publicam utilitatem, Oldrad. *dict. cons.* 161. *n.* 5. *vers. & ex his*, Paris de Puteo *de syndicat. verb. Contumacia, num.* 8. Aviles *dict. c. prætor.* 42. *gloss. varas. n.* 8. Cardin. Tusch. *dict. litt. F. conclus.* 537. *n.* 4. Hermosill. *in l.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 1. *nu.* 88. ut de animali, quo reus pro executione ad supplicium portetur jam diximus.
43 Similiter etiam virgam, sive baculum justitiæ portare, est principalis effectus, ac præeminentia, quæ ratione jurisdictionis competit, & ipsius principale signum Bartol. *in l. prohibitum, Cod. de jur. Fiscal. lib.* 10. ubi Ioann. Platea, Aviles *in dict. cap. prætor.* 42. *gloss. varas.*
44 *num.* 1. † Et ut Regis sceptrum, jurisdictionem, merum, & mixtum imperium denotat, ac repræsentat, Cassan. *in Catal. glor. mund. part.* 1. *consider.* 38. *conclus.* 6. *& part.* 1. *consid.* 23. Cœl. Rodigin. *lection. antiquar. lib.* 21. *cap.* 6. Azeved. *in l.* 33. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop. ex num.* 1.
45 Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 13. † Per ejusque delationem jurisdictio præscribitur, ac probatur, Paris de Puteo *de syndicat. verb. Iurisdictio*, Accac. Ripol. *variar. resolut. c.* 1. *à n.* 276. Azeved. *dict. l.* 33. *n.* 2. Avendañ. *de*
46 *exequend. part.* 2. *c.* 21. *num.* 2. *& nu.* 4. † Vbi, quòd ideò per Regios Iudices, aut Correctores prohiberi debeat, quòd alius extraneus judex in ipsorum territorio virgam deferat, etiam cum ejus fractione, idem docet
47 Bobadill. *in polit. lib.* 2. *c.* 19. *num.* 6. † Qui hoc amplius addit, quod Corrector, aut Iudex ordinarius oppidi, si alius ibidem virgam erexerit, eum vocet, & titulum, vel commissionem ostendi jubeat, quo sufficienti non exhibito, virga frangatur, & deferens ob id puniatur.
48 † Et quòd alias Iudex virgam in suo territorio extraneum erigere, permittens in syndicatu arbitrariè puniri debeat; quia id dissimulat, quod jure non permittitur, Luc. de Penn. *in l. nullus, Cod. de censib.* Avendan. *dict. c.* 21. *nu.*
49 *fin.* Azeved. *in dict. l.* 3. *tit.* 6. *lib.* 4. *Recop. num.* 3. † Et quòd magis est, etiam ad capiendos malefactores, in alieno territorio transilientes, non poterit judex extraneus, virga erecta, in illud ingredi; imò forte reum ibi capiat, eum Iudici territorii relinquere, aut remittere, tenebitur: & postea ipsum petere, si aliquo jure de ea causa cognoscere, debeat, ut contra plures, ex Bald. Boss. Iul. Clar. Gomez, Farinac. & aliis resolvit Bobadill. *in polit. lib.* 2. *c.* 13. *ex nu.* 66. *&* 67.
50 Et in tantum virgæ delatio est significativa jurisdictionis, quòd si quis resistat gestanti virgam, formam consuetam habentem, vim contra justitiam committit, ut ex pluribus juribus docent Puteus *dict. tract. de syndicat. verb. Mitius*, Platea *in dict. l. prohibitum, Cod. de jur. Fiscal. lib.* 10. Avendan. *dict. c.* 21. *n.* 4.
51 E contra autem Officialibus justitiæ hoc signum, quo cognoscantur, non deferentibus, potest impunè resisti, Bart. *in l. eum qui*, §. *fin. ff. commodat.* & ibidem Alexand. in Addit. Iasson. *in* §. *Quadrupli, instit. de actionib. colum.* 3. *num.* 25. Montalu. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 1. *For. leg. gloss.*
Concejo in princ. † Quod limita, & intellige, nisi aliàs 52
constet, eum Officialem justitiæ esse, ut quia valdè est notus, maximè in oppidis parvis, ut probatur argumento text. singul. *in l. apud*, §. *Si quis virginem, ff. de injur.* ubi ad rem notat Angel. & text. *in l. si quis ignorans, ff. locat.* tenent Puteus *dict. tract. verb. Familiaris, sive familia, num.* 5. Aviles *dict. gloss. varas. num.* 1. *in fin.* † Vbi 53
etiam, quòd ignorantia crassa, vel supina quis non excusetur.
Quibus Officialibus justitiam administrantibus virgam 54
portare, liceat? Vid. Bobadill. *in polit. lib.* 2. *c.* 19. *n.* 6. ubi, quòd nulli alii apud nos id permittatur, nisi Iudicibus Regiis, Confraternitatis, apud nos *de la Hermandad*, Alguacellis Sanctæ Inquisitionis, per nostram *leg.* 33. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop.* ubi Azeved. † Non verò Alguacellis, & 55
aliis Officialibus Ecclesiasticis, nisi stante ad id antiqua consuetudine, juxta nostram *leg.* 10. *tit.* 23. *lib.* 4. *Recop.* ubi quomodo tunc, & qua forma virga per eos deferi debeat, statuitur.
Etsi in aliquo loco jurisdictio divisa sit, unusque me- 56
rum imperium, & sic gladii potestatem habeat: alius verò jurisdictionem civilem: rectè ille alium justitiæ virgam portare, prohibere poterit, nisi adveniente casu meri imperii, ut ex tex. *in Authent. de collat.* §. *ad hoc prohibemus*, docent Caltc. *decis.* 27. *n.* 34. & ita in Catalonia decisum testantur Peguer. *decis.* 81. Ripol. *var. resolut. c.* 1. *à nu.* 276. quod intellige semper, nisi in contrarium legitima extet consuetudo.
Alia plura de origine, antiquitate, ac præeminentia 57
virgæ, sive baculi justitiæ, vide apud Cassan. *in Catalog. glor. mund. part.* 1. *consider.* 38. *conclus.* 6. *&* 5. *part. consider.* 23. Petr. Gregor. *syntag. jur.* 3. *part. lib.* 47. *cap.* 25. *ex nu.* 5. Aviles *in c. Prætor.* 42. *gloss. varas.* Azeved. *in l.* 33. *tit.* 6. *l.* 3. *Recop.* Bob. *in polit. l.* 3. *c.* 2. *ex n.* 11. *cum seqq.*
Item carceres habendi facultas, competit ratione ju- 58
risdictionis, tam civilis, quam criminalis, cum aliàs ea exerceri commodè, in pluribus casibus non posset, si domini jurisdictionis, & eorum Iudices carceres non haberent, ubi malefactores, necnon, & debitores ex causa civili capti detineri, ac custodiri possent; & ideò præambulam esse, & necessariam ad exercitium jurisdictionis, ex text. *in l. oratio, ff. de sponsal.* notat Avendan. *de exequend. mandat. part.* 1. *c.* 20. *nu.* 5.
Quare carceres habere, jurisdictionale esse ex *l. fin. Cod.* 59
de custod. reor. cui consonat nostra l. 15. *tit.* 29. *par.* 7. docent Cardinal. *in Clement.* 1. §. *Sanè, in v. Secundo quæro, de hæretic.* Bald. & alii DD. *in l. Imperium, ff. de jurisdict. omn. judic.* Avendan. *de exequend. dict. cap.* 20. *num.* 4. † 60
Consequenterque inter emolumenta, aut fructus jurisdictionis hæc facultas connumerari debet, & ad jurisdictionis Dominos inferiores, sive Barones pertinet, *dict. l.* 15. *tit.* 29. *part.* 7. & de jure communi tenent Bald. & Cardinal. *ubi supr.* Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *sup. pragm.* 19. *n.* 28. *& tom.* 1. *sup. pragm.* 19. *c.* 96. *nu.* 4. & novissimè Ioann. Maria Novar. *de gravam. vassall. tract.* 1. *gravam.* 255. *ex n.* 3.
Ex quibus infertur, quòd nullus privatus jurisdictio- 61
nem non exercens, carcerem habere, vel aliquem, licet per breve tempus, carcerare valeat, ut latè docent plura de Carceribus privatis afferentes, & quibus pœnis subjiciantur, *ad l.* 1. *& tot. tit. Cod. de privat. carcerib. l.* 1. *Cod. de curios. & stationar. lib.* 12. *l.* 1. *Cod. de cohortalib. eod. lib.* 12. *l.* 15. *tit.* 29. *part.* 7. † In quibus, quòd hoc 62
delictum crimen læsæ Majestatis sit, & pœna mortis vindicetur, & ad plures casus circa privati carceris crimen, vide *l.* 12. *tit.* 4. *l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *For. l.* 5. *tit.* 14. *lib.* 3. *Ordinam.* quæ est *l.* 5. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recop. & l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recop.* † Ubi hoc delictum casus confraternitatis, 63
apud nos *de la Hermandad*, appellatur,
Vltra quæ Regia jura plura alia ad materiam carceris 64
privati, & de ejus pœna, cum pluribus ampliationibus,

& li-

Digitized by Google

& limitationibus tractant Gregor. Montalu. Didac. Pe-
rez, & Azeved. in dictis Regiis juribus Boss. in pract. cri-
min. tit. de carcerib. ex nu. 26. & tit. de plurib. violent. n.
61. Tiber. Decian. in tract. crimin. 2. tom. lib. 7. c. 10. Iul.
Clar. lib. 5. recept. sentent. §. fin. quæst. 46. & 68. n. 32. Afflict.
decis. 149. Boer. decis. 275. Alciat. de præsumpt. regul. 1. præ-
sumpt. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 305. Petr. Gregor.
syntagm. jur. lib. 31. cap. 33. Didac. Canter. q. criminal. c.
de furto, ex num. 33. Farinac. in prax. crimin. in tract. de
carcer. quæst. 27. n. 8. cum seqq. latè Azeved. in l. 2. tit. 13.
65 lib. 8. Recop. ex n. 138. & in l. 5. tit. 13. l. 4. Recop. † Ubi
plures limitationes adducit, & quòd pœna mortis sit ho-
die temperata, & mitior imponatur, idemque docent
Clar. dict. quæst. 68. n. 32. Pichard. in manuduct. ad prax.
part. 3. §. 4. num. 23. & à nu. 21. plures congerit de mate-
66 ria Bobadill. in polit. lib. 3. cap. 15. ex num. 13. † Ubi
ad plures personas, quæ detinendo aliquos tamquam in
carceribus privatis, in hoc crimen non incidunt; ut sunt
parentes, Domini, Abbates, & similes, qui filios,
67 servos, & subditos detinere, possunt. † Et etiam cre-
ditorem fugitivum, ut supponitur in l. ait prætor. 10. §.
Si debitorem 16. ff. quæ in fraud. creditor. idque expressè
cavetur, dummodo intra vigintiquatuor horas tradatur
judici, per nostram l. 2. tit. 13. lib. 8. Recop. & ibi Azev.
à n. 154. ubi alia jura, & ampliationes circa debitorem
fugitivum propria authoritate capiendum, congerit,
usque ad n. 204. Pichard. dict. §. 4. n. 22. Petr. Gregor. l. 2.
syntag. c. 6. Farinac. dict. q. 27. n. 71. Morl. in empor. tit. 8.
q. 15. Caball. quæst. 267. latè Osuald. ad Donell. l. 17. com-
mentar. cap. 2. litt. N. Carleval. de judic. tit. 1. disput. 2.
quæst. 3. Bobadill. in polit. dict. lib. 3. cap. 15. n. 14. & no-
vissimè cum aliis Scanarol. de visitat. carcer. l. 3. §. 3. c. 2.
68 Gutierr. pract. lib. 1. q. 82. † Idemque resolvunt in Cle-
rico debitore fugiente, dummodo statim ad suum Iudi-
cem Ecclesiasticum remittatur, Azeved. in d. l. 2. ex nu.
133. D. Covarruv. l. 2. variar. c. 1. n. 9. vers. Cæterum, in
fin. & vers. Verum si Clericus, ubi ejus Addit. Faria, Gu-
tierrez dict. q. 82. Farinac. dict. q. 27. nu. 71. & in prax.
crimin. tom. 1. qu. 8. nu. 119. Bobadill. in polit. dict. lib. 3.
c. 15. nu. 16. & latiùs ex Palac. Rubios, Didac. Perez,
Baez, & aliis idem Bobadill. lib. 2. c. 18. nu. 52. licèt id
non practicari dicat: sed certè, ubi non est copia Iudi-
cis, & periculum est in mora, non video cur tantorum
virorum opinio practicari, non debeat, & creditor Cle-
ricum debitorem suum in actu fugientem, & sic ejus pa-
trimonium auferentem detinere, non valeat, & novis-
simè idem tenent congesti per Scanarol. dict. §. 3. cap. 2.
69 à numer. 71. † Quamvis contrarium esset dicendum in
Clerico debitore suspecto tantùm de fuga, non verò in
actu fugiente, ut ita communem opinionem, & quidem
rectè ac singulariter intelligunt Rebuff. in l. vinculorum
appellatione, num. 77. ampliat. 5. ff. de verbor. significat.
Azeved. in dict. l. 2. tit. 13. lib. 8. Recop. nu. 163.

70 Sed ad nostram quæstionem redeundo utiliter ad pra-
xim quæri potest, an sicuti carceres habere ad Barones,
aut Dominos vassallorum ratione jurisdictionis pertinere
diximus, ita similiter carcerum constructio ad ipsos Ba-
rones, seu Dominos jurisdictionis spectet?

71 In qua quæstione Iul. Clar. lib. 3. receptar. sentent. §.
fin. quæst. 46. num. 3. Cappel. Tolosan. decis. 41. Aven-
dañ. de exequend. part. 1. cap. 20. num. 5. vers. Tamen, &
2. part. cap. 10. num. 6. in fin. asserunt, hoc onus ad uni-
versitates, seu oppida, non ad Dominos attinere, ea
præcipuè moti ratione, quia custodia carceratorum com-
modum publicum respicit, ut indè abducti publicè pu-
niantur, l. licitatio, §. fin. de publican. & vectigal.

72 Contraria verò opinio, quod carceres construendi
onus ad Barones, aliosve Dominos jurisdictionis spectet,
de jure verior mihi videtur, nam sicuti commodum, &
fructus jurisdictionis, ut sunt mulctæ, confiscationes, &
alii proventus eis competunt, ut supr. dictum remanet, c.
20. per tot. ita, & onus carceres construendi, & similia pro
administratione justitię expendēda ad eos spectare debēt;
quia onus impensarum eum tangit, ad quem rei fructus
pertinent, juxta tex. in l. eum, de usufr. † & in expensis mini- 73
strorum, & ad administrationem justitiæ pertinentibus
quòd eas Domini jurisdictionis, quibus ejus proventus
competunt, subire, teneantur, docent Paris de Puteo de
synd. verb. Manivoltus, latè Petra de potest. Princ. fol. 44.
num. 37. Garcia de expens. cap. 21. num. 5. Gutierr. lib. 3.
pract. quæst. 36. Addent. ad Franch. decis. 78. † Ad quæ, 74
& ad alimenta pauperum carceratorum, quorum onus
quoque ad jurisdictionis dominum pertinet, Caball. reso-
lut. crim. cas. 201. † Et provisionem Officialibus tribue- 75
te Luc. de Penn. in l. annonas, C. de erogat. milit. annon.
lib. 12. Foller. sup. pragm. cens. fol. 131. numer. 225. Ma-
strill. de Magistr. lib. 1. cap. 21. nu. 100. † Et reparatio 76
castrorum, turrium, ac fortalitiorum, ad quæ oppida
non tenentur, Franch. dec. 78. ubi addent: præterquam
in mœnibus ipsius oppidi, quorum reparatio, & constru-
ctio ad universitatem respicit, Surg. de Neap. illustr.
fol. 438.

Et similiter expensæ in carceratis ad locum supplicii 77
mittendis ad Dominos jurisdictionis pertinent, & ab eo
fieri debent, si rei sint inopes, Camp. cap. Regn. Neap.
58. Marant. de ordin. judic. in artic. appellat. num. 190. † 78
Et in remissione rei, vel causæ per Baronem ab aliquo
Tribunali ad suum petita, Franch. dec. 510. nisi ad instan-
tiam partis remissio prætendatur, ut benè distinguunt Bo-
er. decis. 303. Ann. singul. 271. Luc. de Pen. in dict. l. an-
nonas, † Ubi, quòd ideò jurisdictionis dominis pœnæ 79
Fiscales, & Regii redditus Regni competant, ut suo sum-
ptu justitiam ministrari faciant, idque voluit Gregor. Lo-
pez in l. 7. tit. 17. part. 3. verb. Debe dar. Foller. in prax.
crimin. verb. notatos capiat, num. 22. & eleganter Anton.
Fab. in l. neminem, Cod. de appellat.

Qui singulariter animadvertit, teneri judicem facere 80
remissionem delinquentis propriis expensis, si reus bona
non habeat, quibus fieri possit; quòd intelligit, & de-
clarat benè Azeved. in l. 32. & 35. tit. 13. lib. 8. Recop.
nu. 6. ut non ex propria ipsorum bursam Officiales, seu
Judices id solvere, debeant, sed ex pecunia publica; ut
& voluit D. Covarruv. pract. c. 11. n. 11. † Quòd etiam 81
subintellige non ut ex qualibet pecunia publica, quæ
est in patrimonio populorum id fiat; sed ex ea quæ Fisco
applicatur ex confiscationibus, & aliis pœnis; quæ in
his justitiæ expensis erogari debent, maximè si ad id sint
specialiter applicatæ, apud nos, paragastos de justicia,
ut eleganter docent Avend. de exequend. part. 2. cap. 20.
n. 16. vers. Publica, & seq. Aviles in cap. 27. prætor. n. 16.
Bobadill. in polit. lib. 5. cap. 7. num. 7. benè Escobar. de
ratiocin. cap. 25. num. 19. † Qui de consuetudine nostri 82
Regni asserunt, reum captum bona non habentem de pe-
cuniis sumptibus justitiæ applicatis remittendum: & ita
quoque intelligunt nostram l. 3. tit. 16. lib. 8. Recop. qua
cavetur, quòd remissio expensis prius delinquentis, &
ob istius bonorum defectum accusatoris sumptu fieri de-
beat: quo etiam paupertate laborante, Officiales justitiæ
id expendere debere, ait lex.

Quæ quidem nostra lex, & supradicta doctrina, ut 83
Officiales justitiæ in defectum bonorum delinquentis, &
accusatoris remissionis expensas subire, teneantur, ad-
huc eleganter, ac mirabiliter ad nostram quæstionem in-
telligi debent, si Officiales, aut Judices sint perpetui,
ut sunt nostri Domini vassallorum: qui cum pœnas Fisca-
les, & omnia emolumenta jurisdictionis percipiant, ad
expensas quoque istas remissionis, & similes justitiæ
sumptus rectè gravantur in defectum bonorum delin-
quentium, & accusatorum, ut optimè, ac distinctè in
nostris dominis vassallorum, ad differentiam aliorum ju-
dicum temporalium, quibus non tam plenè jurisdictionis
emolumenta competunt, docet Ias. in l. 1. num. ff. de ju-
stit. & jur. & fuit judicatum per Cappellam Tolosanam d.
decis. 100. Avendañ. de exequend. 2. part. cap. 10. nu. 16.
Villadieg. de hæret. quæst. 11. numer. 7. & 11. quem ita in-
telligit, & benè rem explicat Escob. de ratiocin. num. 17.
& 18.

& 18. & licèt his non relatis, idem in effectu docet Capi-
84 blanc. *de Baron. tom. 1. sup. pragm.* 19. *nu.* 38. † Ubi quòd inferiores Domini jurisdictionis ad istas, & similes expensas pro justitiæ administratione teneantur, cum ob id in compensationem pœnas, & confiscationes Fiscales, aliosque jurisdictionis proventus habeant: quòd etiam semper intellige, dum non solum rei, aut accusatoris bona, sed neque pecuniæ sumptibus, justitiæ destinatæ ad id sufficiant, juxta nostram consuetudinem, ut ex Bobadill. & Scob. dictum remanet.

85 Ex quibus ad nostram principalem quæstionem redeundo circa carcerum constructionem per Barones faciendam, vel non in ea ex dictis resolvendum videtur, hoc onus, ut sunt supradictæ pro justitiæ administratione expensæ, Dominis jurisdictionis incumbere; cum ad necessarium usum, & exercitium propriæ jurisdictionis, & ad justitiæ administrationem carceres quoque spectent: & in his terminis, licèt præfatis non adjectis, contra Dominos jurisdictionis resolvunt Matth. de Afflict. *in constit. Regni Castellani*, Iul. Clar. *lib. 5. receptar. sentent. §. fin. q. 46. nu.* 3. quem sequitur contrariam opinionem Avendan. supr. citat. reprobans Azeved. *in dict. l. 15. num. 9. in fin.* Rol. Cavag. *decis.* 70. *n.* 25. *l.* 2. & novissimè Ioan. Maria Novar. *de gravam. vassall. tract.* 1. *gravam.* 255. ubi ita decisum refert in Regia Audientia Capitinatæ Apuleæ in Regno Neapol. & provisum per
86 illius S. Reg. Consil. *& gravam.* 257. † Ubi idem resolvit in expensis pro cippis, catenis, compedibus, manicis ferreis, funiculis, & similibus, tamquam ad reorum custodiam, & ad executionem justitiæ pertinentibus reprobans *in n.* 6. sententiam Paris de Puteo qui *in tract. de syndicat. v. Carceratio, nu.* 6. affirmavit, has expensas pro cippis, & catenis per Decuriones, vel oppida fieri debere.

87 Et in carcerum constructione, quòd ad Barones pertineat, resolvit Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *sup. pragm.* 19. *ex n.* 28. quæ sententia de jure verior mihi videtur, quidquid ipse Capiblanc. *eod. tract.* 2. *tom. sup. pragm.* 19.
88 *c.* 96. *ex n.* 3. *& n.* 6. † Distinguat inter carceres criminales, & civiles, ut ad illas construendas Barones, ad istas verò universitates, vel oppida teneantur; quasi major utilitas, aut commodum ex civilibus, quam ex criminalibus Reipublicæ, & civibus sequatur, juxta rationem Avend. *de exequend. dict. part.* 1. *c.* 20. *n.* 5. *vers. Tamen*, quem in hoc sequitur Capiblanc. cui etiam intelligentiæ, & distinctioni subscribit quoque novissimè Novar. *dict. gravam.* 255. *num.* 8. *&* 9. ex doctrina Aiell. *de jure adhoa, num.* 59.

89 Sed certè hanc distinctionem approbare non audeo; nam præterquam quòd carceres principaliter, & pro majori parte rebus criminalibus deserviunt, quin separatim, maximè apud nos, pro civilibus construantur: & ultra quod tam civilium, quam criminalium carcerum constructio reputari debet onus, & impensa ratione jurisdictionis civilis, & criminalis, ut ad ejus administrationem pertinentia, ad supra ex eodem Capiblanc. & aliis fundata: quæ major utilitas Reipublicæ considerari potest, quam, quæ ex carceribus criminalibus sequitur cum in eis malefactores compescantur: & ad pœnas demeritas subeundas inclusi serventur: totalisque sedatio Reipublicæ in earum constructione consistat, quia, ut eleganter ait Cicer. *lib.* 2. *in Catilin. vindicem nefariorum, & manifestorum scelerum majores carcerem esse voluisse:* quæ omnia, absque comparatione, in favorem Reipublicæ magis præponderare debent, quam commodum in carceribus civilibus per Capiblanc. consideratum; & tamen non obstante hac magna utilitate, quæ in favorem Reipublicæ, seu oppidorum ex carcerum criminalium constructione resultat, non ad ipsa oppida, sed ad Dominos jurisdictionis carcerum criminalium constructionem spectare, diximus, ut cæteræ aliæ expensæ ratione jurisdictionis, vel iustitiæ administrationis faciendæ, ut ipse Capiblanc. consentit: ergo nec ad populos carcerum civilium constructionem pertinere debere, dicendum est, cum nec tam magnum commodum eis, ut ex criminalibus ipsis, oppidis sequatur.

Nec superiori resolutioni obstabit magis, si quis in 90
carceribus civilibus, utilitatem aliam respectu civium considerare velit, ut nimirum commodiorem mansionem habeant, ut dicunt Capiblanc. & Novar. nam præterquam quod non agitur, ut ipsi cives carceres construant, sed ut universitas; quare istius commodum in universum erat dumtaxat considerandum non privatorum, attamen istorum quoque eadem utilitas, & major in carceribus criminalibus, quoad bonam mansionem versatur, cum frequentiùs in eis ob crimina includantur.

Et pro superiori sententia maximè in Regno Neapoli 95
indistinctè resolvit Ioann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tract.* 2. *gravamin.* 172. *per tot.* ubi, quòd ita fuit iudicatum, contra quemdam Baronem, ut carceres tutos, & fidos carcerarios, sive custodes haberet, non solùm pro delinquentibus, sed pro debitoribus ex causa civili custodiendis; & quòd aliàs ad damnum ob fugam carceratorum teneatur, facitque latè tradita per eundem Novar. *in tract. de elect. for. quæst.* 6. *ex n.* 9. *sect.* 9. *in addit. novissima*, & latè comprobat Cyriac. *contr. forens. to.* 1. *cap.* 184.

Sed, licet hæc opinio, ut carcerum constructionis 92
onus de iure, & iuxta rationes prædictas ad dominos pertineat, verior mihi videatur, & in Regno Neapol. servetur; apud nos tamen contrariam sententiam videlicet ad oppida, ob utilitatem publicam, supra ponderatam hoc onus potius pertinere praxi, ac usu receptam invenio, & eam ex nostris sequuntur, ultra Avendañ. *ubi supr.* Ioan. Gutierr. *practicar. lib.* 1. *quæst.* 36. qui in *num.* 3. adducit nostram *leg.* 15. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop.* & eum sequitur Scobar. *de ratiocin. cap.* 25. *num.* 10. qui per dict. *leg.* 15. *Recop.* id expressè caveri ait: sed certè contrarium melius ex ea deduci posset; nam dum jubet, ut oppida carceribus, & vinculis, & domibus consistorii provideantur, eorum constructionem non ipsis oppidis, sed curæ Correctorum, & sic Officialibus iustitiæ committit.

Sed hoc adhuc non obstante à nostrorum Regnicola- 93
rum sententia, uti apud nos praxi recepta, non est recedendum: qui omnes loquuntur etiam in cippis, & catenis, compedibus, & manicis ferreis, quibus securiùs scelerati detinentur: † Necnon, & in reparatione, seu 94
constructione domorum Pretoriarum, sive Consistorii, vel de *Ayuntamiento*, quòd ad ipsa oppida, & quidem maiori cum ratione, attinere, docent, ex doctrina Avend. *part.* 5. *dict. cap.* 20. *& part.* 2. *cap.* 20. *num.* 6. *in fin.* Azeved. *in dict. l.* 15. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop.* † Ubi idem in do- 95
mibus Vacarii, seu macelli pro piscibus, vel carnibus vendendis publicè deputatis: nec (unquam) contrarium audivi, ut in nostro Regno Domini vassallorum ad tales constructiones, vel reparationes aliquando compellerentur, † Ut in Regno Neapol. servatur in domibus Præto- 96
riis, vel consistorii, quas construere, debere Barones, communiter resolvunt DD. Neapolitani Amendol. *in addit. ad* Franch. *decis.* 78. *num.* 15. Petra *de potest. Princip. fol.* 44. *column.* 2. Regens Constant. *in l. unic. Cod. de Palat. & domib. lib.* 11. *num.* 33. Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *sup. pragmat.* 19. *num.* 31. & novissimè Novar. *de gravam. vassallor. tract.* 1. *gravam.* 259. qui pluries decisum testantur per Sacrum Consilium illius Regni.

Ultra quæ adhuc pro concordia praxis nostræ, & 97
Neapolitani Regni distingui potest, inter domos pro iustitia administranda, & publicis congregationibus faciendis, destinatas, quæ propriè consistoriales, & Prætoriæ dicuntur: vel quæ Officialibus pro ipsorum habitatione sunt præstandæ: ut ad illarum constructionem, tam apud nos, quàm apud Neapolitanos, universitates, non verò Barones, teneantur: ad istarum verò præstationem Barones, seu Domini iurisdictionis sint adstringendi, *ut ex l. unic. C. de Palat. & domib. lib.* 11. *l. Pretoria, Cod. de operib. public.* Ioann. Platea, & DD. *in dict. l. unic.* ita

distin-

distinguit idem Capiblanc. post tract. de Baron. tom. 1.
98 fine d. 46. † Quòd verum repuro: nam & apud nos do-
mos pro habitatione Domini vassallorum suis Officiali-
bus justitiæ præstare debent, etsi proprias non habeant,
eas ad id conducere, ut tenent Gutierr. pract. quæst. lib. 3.
99 cap. 36. à num. 26. Garcia de expens. cap. 21. num. 5. †
A quas etiam domorum constructiones, pro Officialium
habitatione, in defectum propriam, Barones in Neapo-
li tenentur, ut notant Addeot. ad Franch. dict. decis. 79.
Capiblanc. de Baren. dict. tom. 1. pragmat. 19. numer. 32.
Dominic. Tassl. sup. pragm. de antefat. vers. 3. observat. 4.
100 num. 63. Novar. dict. gravam. 259. num. 3. † Quia &
salarium per dominos jurisdictionis Officialibus justitiæ
ab eis electis debetur, ob commoda, & emolumenta
ipsius jurisdictionis, ad eos pertinentia, ut laté, & ad
plura notant Luc. de Penn. in l. Annonas, Cod. de erogat.
milit. annon. lib. 12. Afflict. decis. 265. num. 76. Gratian.
discept. forens. cap. 257. num. 10. Mastrill. de Magistrat.
lib. 1. cap. 21. num. 100. Ioann. Mar. Novar. de gravam.
101 vassall. tract. 1. gravam. 258. † Ubi, quòd nimis in-
justè oppida graventur, si per ea hoc salarium solvi, Do-
mini prætendant; & ex nostris Avendañ. de exequend.
part. 1. cap. 10. num. 5. benè Garcia de expens. cap. 21. n.
102 20. † Nisi ab eis tantum confirmentur, Burg. de Paz
cons. 48. num. 12. Scob. de ratiocin. cap. 27. ex numer. 4.
103 † Vel nisi de immemoriali præscriptione, aut consuetu-
dine per oppida sit solutum: Avendañ. dict. cap. 10. n. 5.
vers. Quod limitarem, Scobar, ubi proximè ex num. 8.
quare domos quoque pro habitatione præstare eis, de-
bent; quia, & salarii, sive alimentorum nomine habi-
tatio etiam venit, ut docet D. Solorzan. tom. 2. de jur. In-
diar. lib. 1. cap. 6. num. fin. & lib. 2. Politica, cap. 8. fol.
104 108. † Quòd similiter intellige, nisi in contrarium ex-
tet consuetudo, ut hæc domus, seu habitationes Officia-
libus Dominorum per oppida præstentur, ut in specie te-
net Novar. dict. gravam. 259. à nu. 4. ubi etiam in domi-
bus Prætorii, seu Consistorii loquitur.
105 Ex quibus in nostro articulo concludendum est, car-
ceres habere, quid jurisdictionale esse, & consequenter
ad Dominos jurisdictionis, maximè meri imperii, ut
ipsius jurisdictionis fructus pertinere.
106 Ex qua etiam superiori proxima resolutione notabili-
ter infertur, rectè dominos inferiores in ipsorum territo-
rio per suos Judices ad carcerum pœnam damnare posse,
107 Bobadill. in polit. lib. 2. cap. 16. num. 56. † Ubi, &
quòd magis est, ad perpetuos carceres damnare posse,
108 ait; † nam licèt hoc jure civili prohiberetur ex text. vul-
gari in l. aut damnum, §. Solent, ff. de pœn. hodiè tamen
hæc pœna praxi, & usu recepta est, ut laté docent Fa-
rinac. in prax. crimin. 1. tom. tit. 4. de carcer. quæst. 27. n.
104. qui quotidiè in Roma in locum pœnæ mortis Cleri-
cis, & laicis ab Ecclesiastica jurisdictione imponi testa-
tur, laté Bernard. Diaz in prax. verb. Ac in perpetuum
carcerem, cap. 137. & ibidem plenè ejus Addit. Salced.
qui etiam apud nos eandem praxim refert, & ex Gregor.
109 & aliis Bobadill. in polit. lib. 3. cap. 15. num. 7. † & apud
Persas, Syracusanos, Messanios, & alias nationes,
hanc pœnam carceris perpetui imponi, solitam fuisse,
referunt Cœlius Rodrigin. lib. 17. lection. antiquar. c. 8.
Alexand. ab Alexandr. lib. 3. dier. genial. capit. 5. Valer.
Maxim. lib. 6. cap. 8. Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 89.
& novissimè Marth. Bejerlinch. in theatr. vit. human. tom.
110 1. verb. carcer. † & de eorum hodierno usu plenè testan-
tur plura de carceris perpetui pœna, quòd morti æqui-
paretur, & ad alia Paz in prax. 2. tom. part. 4. ex num. 7.
& aliis congestis, laté D. Valenzuel. advers. Venet. c. 3.
ex numer. 214. Carleval. de judic. tom. 1. disp. 2. nu. 754.
D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 14. à num.
101. Donat. Ant. Marin. variar. resolut. tom. 1. capit. 5.
num. 1. benè ad pœnæ mortis æquiparationem Capyc.
Latr. decis. 177. ex numer. 14. & consultat. 6. ex nu-
111 mer. 141. & 187. † Vbi, quod aliquando in cri-
mine læsæ Majestatis imponatur, cum morti proxi-
ma sit, imò, & majorem pœnam esse, ait ibidem, idem
Capyc.
Et in nostra specie, quòd Domini vassallorum, & eo- 112
rum Judices carceris perpetui pœnam infligere, possint,
docent ex doctrina Bald. in Authent. interdicimus, Cod.
de Sacresanct. Eccles. ultra Bobadill. ubi supr. novissimè
Dominic. Tassl. in pragmat. de antefat. vers. 3. observat.
1. num. 76. Bellug. in specul. princip. rub. 23. §. dicimus,
n. 7. fol. mihi 126. † qui etiam eam dominos commuta- 113
re posse, ait in pœnam triremium, vel ut in confinibus
Africæ contra Sarracenos perpetuo in bello Regi ser-
viant. Bobadill. dict. cap. 16. num. 56. & dict. lib. 3. capit.
15. num. 2.
Vnum tamen nota, quòd Barones, sive Domini vassal- 114
lorum, non debent habere carceres obscuros, & subter-
raneos, vel in foveis: sed claros, & in locis luminaris,
ut in specie docent Boss. in tract. crimin. tit. de carceribus,
ex num. 3. Gabriel Verat. in specul. visitat. tit. de Vicar.
bajul. & alguz. cap. 16. num. 26. in fin. Vivius decis. 211.
Petr. in specul. princip. rubr. jud. lib. 2. centur. 8. cas. 305.
Capiblanc. de Baronib. tom. 1. super pragmat. 19. ex nu-
mer. 1. Ioann. Mar. Novar. de gravamin. vassall. tract. 1.
gravamin. 268. † Quia tales carceres subterranei, ac 115
tenebrosi, ut nimis crudeles, ac durissimi de jure pro-
hibentur, ut ex l. 1. Cod. de custod. reor. laté docent Go-
mez 3. variar. resolut. cap. 9. num. 6. Foller. in pract. cri-
min. in 1. part. 2. part. princ. verb. Vel carceratos, ex nu-
mer. 2. Boss. tit. de carcer. numer. 2. Menoch. de arbitrar.
lib. 2. cas. 305. ex num. 2. Farinac. in prax. crimin. tom. 1.
tit. 4. de carcerib. quæst. 27. num. 96. & seqq. Parlador. l.
2. rer. quotidian. part. 5. cap. 6. ex num. 4. Bobadill. in po-
lit. lib. 3. cap. 15. num. 8. † Vbi maximè in levioribus 116
delictis, & quando alias carceres sunt securi, Dom. Sal-
gad. de Reg. protect. 2. part. capit. 4. numer. 121. † In his 117
enim durissimis, ac tenebrosis carceribus, vero similiter
carcerati vitam perdere possunt, Iodoch. in pract. crimin.
capit. 17. tit. de carcerat. seu commentariens. num. 9. Bos-
sio ubi proximè, num. 3. † & carcer debet esse talis, ut, 118
eo non obstante, carceratus vivere, valeat, idem Boss.
proxim. citat. † Nec quidquam cruciatus præter fidam 119
custodiam continere debet, ut dixit eleganter Imperat.
Constantin. in dict. l. 1. Cod. de custod. reor. Menoch. dict.
cas. 305. Parlador. & plures ex supr. relat. † Quia regu- 120
lariter carceres non ad pœnam, sed ad custodiam fuerunt
adinventi, ut ex l. aut facta, §. Solent, cum vulgaris,
ff. de pœn. notant omnes supr. citati; sed hoc quoad in-
ventionem; postea enim maximè jure canonico, & Re-
gio in pœnam quoque dari consueverunt, ut ex pluribus
juribus comprobat Bobadill. in polit. dict. lib. 3. c. 15. ex
numer. 6. idemque universali Regnorum jure, & consue-
tudine servatur.
Sed quidquid hoc sit; carceres hi subterranei, & te- 121
nebrosi nimis duri, & crudeles omni jure prohibentur;
cum eis utentes potiùs necare carceratores, quàm custo-
dire, videantur, ut benè, & cum aliis notat Novar. de
gravamin. vassallor. tractat. 1. gravamin. 268. num. 5. &
tot. † Vbi acriter insurgit contra Barones, seu Dominos 122
vassallorum his carceribus sat inhumanè utentes: quos
etiam uti homicidas puniendos, docent Bald. in l. de pe-
coribus, ad leg. Aquil. optimè Capiblanc. de Baronib.
dict. pragmat. 19. numer. 3. † Vbi quòd similiter Episco-
pi reos ad loca subterranea, & periculosa damnantes gra- 123
viter puniri debeant, morte secuta, & irregulares rema-
neant, idem tenet Bellug. in specul. princip. rubr. 23. c. 1.
numer. 15. † Cujus magni gravaminis causa frequenter 124
Dominorum avaritia, & sævitia esse solet, ut carcerati
tædio pœnæ, & mortis timore affecti ad votum ipsorum,
& magnas compositiones inducantur, ut benè animad-
vertit idem Capiblanc. ubi proxime, num. 2. ex eadem
pragmat. 19. Regni Neapol. ubi ab his gravaminibus in-
ferendis sub gravibus pœnis Barones arceantur.
Et eodem modo Barones, seu Domini vassallorum, 125
aliisve, quibus carceres habendi facultas competit, eos
facti-

Digitized by Google

fœtidoi, & absque cloacis pro necessaria corporis exone-
ratione habere, non debent; neque facere quòd in die
carcerum fenestræ claudantur, ne communi luce, ac so-
latio miseri carcerati priventur; nec quòd catenis, ma-
nicis ferreis, & cippis, maximè in levioribus delictis,
126 carcerati ligentur; † Et præcipuè si id fiat, quia supe-
riora Tribunalia vassalli adierint, ex quibus quidem ma-
127 gnum gravamen inferretur: † Vel si infirmos in carce-
ribus existentes curari Domini, aut carcerarii non per-
mittant; & Lectus, Medicos, Chirurgos, & similia
128 necessaria in carceribus introire, prohibeant: † Vel, si
carcerati inopes sint, propriis expensis domini jurisdi-
ctionis curari, non faciant; à quibus, & aliis gravami-
nibus, quæ miseris vassallis carceratis inferri, solent,
abstinere debent Barones, aut domini vassallorum, alii-
ve Judices carceres habentes, ut plenè ad omne docet,
pluribus congestis Ioann. Mar. Novar. *de gravam. vassal-
lor. tractat. 1. gravamin. 264. cum sequentib. usque ad* 284.
129 Item circa principalem hujus capitis materiam dubita-
ri potest: An facultas revocandi sententias in rem judica-
tam transactas; & aliam revisionem ex justa causa con-
cedere, quæ Principibus superioribus (ut proximè di-
cam) competit, sit commodum jurisdictionis, ut ipsius
ratione proveniat: & consequenter, tamquam ejus fru-
ctus hoc jus Baronibus, sive jurisdictionis Dominis infe-
rioribus competat?
130 In quo articulo breviter resolvendum est, hanc facul-
tatem absque dubio commodum, seu effectum esse juris-
dictionis, sed non istius jurisdictionis ordinariæ inferio-
ribus concessæ; sed illius potius supremæ potestatis, &
alti dominii penes Principem etiam absque ulla reserva-
tione remanentis, de quo dictum remanet sup. hac *part.
cap. 17. à num. 14. cum multis seqq.*
131 Et in nostra specie, nullo modo Dominis jurisdictio-
nis inferioribus hanc facultatem derogandi rei judicatæ,
& aliam revisionem concedendi competere, docent
Bald. *in l. rescripta, num. 6. Cod. de precib. Imperat. of-
ferend.* Anton. Gomez *in l. 40. Taur. n. 10. vers. Quartò,*
Galupp. *in prax. S. C. part. 2. cap. 13. num. 31.* Bobadill.
in polit. lib. 2. cap. 16. num. 145. Cabed. *decis. 67.* Pereir.
*de man. Reg. 2. part. cap. 37. & 1. part. ad ordinat. tit. do
Regimento do paço, §. 116.* Fragos. *de regimin. Reipub. part.
1. l. 3. disput. 7. n. 54. & in princ. n. 9.* Ioann. Maria Novar.
de gravamin. vassallor. tr. 1. gravam. 387. & gravam. 418.
132 † Qui in criminalibus loquitur, & resnlvit, inferiorem
Dominum, vel ejus Iudicem Regi rescribere debere, si
de innocentia rei post rem judicatam constet, non verò
novam revisinnem propria authoritate concedere, idem
tenet Bobadill. *ubi supr.* & Fragos. *dict. n. 9.* de quo articu-
lo in aliis Iudicibus Regiis inferioribus latius proximè
dicam.
133 Quare concludendum est, facultatem istam ad Prin-
cipes dumtaxat superiorem non recognoscentes pertine-
re, ut latè resolvunt, ad plures quæstiones circa mate-
riam rei judicatæ derogationis, quando, & ex quibus
causis fieri debeat? plenè agentes Decius *in l. res judica-
ta, ex nu. 3. ff. de regal. jur.* Turret. *cons. 79. ex nu. 25. vo-
134 lum. 1.* † Ubi, quòd specialis derogatio requiratur, &
idem asserunt Nonius *cons. 42. n. 3.* Marc. Anton. *variar.
resolut. l. 1. resolut. 42. num. 3.* Galupp. *in prax. S. C. par.
2. dict. c. 13. n. 31.* quia in dubio rei judicatę per rescriptum
derogari, nisi exprimatur, non censetur, Aviles *in cap.
Prætor. 11. gloss. juzgada, n. 7. & 11.* & tenet Ioann. Ma-
ria Novar. *dict. gravam. 387. n. 3.* ubi quòd fieri, non
possit nisi per superiorem non recognoscentem, Gom. *in
dict. l. 40. Taur. n. 10.* Ricc. *in collect. decis. 998. part. 4.*
135 benè Bobadill. *in polit. lib. 2. dict. cap. 16. n. 145.* † Ubi
etiam, quòd absque ulla appellatione, vel partis instan-
tia, res judicata aperiatur, si de justitia condemnati con-
stet; quia tunc in conscientia per Principem nova revi-
sio, non obstante re judicata, est concedenda, ut rectè
notant Giubr. *decis. 66. numer. fin. & decis. 30. numer. 8.*
Cyriac. *controvers. 182. num. 86.* quia si de injustitia, aut
gravamine rei judicatæ apparet, hic recursus, & tertia
revisio potius de justitia, quàm ex gratia est reputanda,
& de præcisa obligatione Principis est concedenda, ut
contra Surd. optimè fundant Oliva *in usat. alium namque,
cap. 14. ex num. 113.* Fontanell. *decis. 286. ex n. 10.* nam
hoc privilegium non ex alia ratione Principibus superio-
ribus competit, nisi, ut suos vassallos, vel miserabiles
personas quocumque gravamine, vel injustitia per infe-
riores oppresos liberet, ac defendat: quod quidem omni
jure facere debent, & præcipuè, Divino, ut constat ex
cap. Regum 23. q. 5. ubi hoc earum munus, & officium es-
se dicitur, & in *Epistol. inter claras, Cod. de summ. Trinit.
& fid. Catholic.* & ultra DD. in his locis latè exornant, Leo
decis. Valent. nu. 1. Peguer. *in pract. crimin. cap. 22. per
tot.* Giurb. *cons. 66. tot.* & latissimè de hoc recursu agens
Oliva *dict. cap. 14. num. 100. cum plurib. seqq.* † Quare 136
circa hunc ultimum recursum concedendum, vel non,
id solum examinari, debet, an injustitia, vel gravamen
adsit, necnè? nam si adest, non est cur denegari, debeat.
Imò nec obstabit, quod causa, appellatione remota, 137
per statutum, vel aliter sit commissa; quia adhuc, stan-
te injustitia, non tollitur hic recursus ad Regem, Ioann.
Bapt. Cost. *de remed. subsid. remed. 22.* Paris de Puteo *de
syndic. in verb. Condemnatio,* Gail. *lib. 1. pract. observat.
cap. 135.* ubi latè Bernard. Græve *considerat. 1.* Minad. *dec.
27.* Magon. *decis. Lucens. 27.* Gratian. *decis. 51.* Capyc.
Latr. *decis. 173. nu. 3. & decis. 161. nu. 5.* hic enim ulti-
mus recursus ob injustitias inferiorum semper supremæ
potestati, & alto dominio Principis inhæret, ut latius
diximus supr. *cap. 17. à numer. 24. & seqq.* † Ad alia au- 138
tem plura de materia hujus rei judicatæ derogationis per
Principem superiorem faciendam pluribus congestis Ca-
still. *de tertiis, cap. 41. ex numer. 126.* & ad causas, &
alias quæstiones plenè Carrasc. *ad leg. Reg. Recop. in quæst.
de revisionibus conced.* † Ubi ob sorditatem judicum 139
prioris instantiæ: & alia, Donad. *de renunciat. cap. 25.*
Pereir. *de revision. capit. 98.* Portugal. *de donat. Reg. part.
2. capit. 8. ex numer. 23.* † Et quòd similiter in causis no- 149
bilitatis hic recursus apud nos locum habeat: quia quam-
vis in eis secunda supplicatio cum pœna 1300. duplarum
non admittatur, Avendañ. *de secund. supplicat. num. 9.*
D. Salgad. *de retent. bullar. 1. part. cap. 16. num. 92.* attra-
men per viam simplicis quærelæ ad Supremum Senatum
devolvi, possunt, & iterum ibi ex justa causa revideri,
non obstante re judicata Regiarum Audientiarum, ut no-
tant Garcia *de nobilitat. gloss. 1. §. 2. n. 19.* Balmased. *de
collect. quæst. 38. n. 9.* ubi ita practicari in quibusdam ex
his causis vidisse, testatur.
Quæ quidem in criminalibus præcipuè, & absque du- 141
bio procedunt: in quibus si de rei innocentia, quando-
que, etiam post sententiam constet, nullo modo senten-
tia exequi, debet, dummodò probatio in hoc casu per
evidentiam facti inducatur: sed Principi judex rescribere,
debet, & interim in pœnæ executione supersedere, ut
per text. *in l. 1. §. Si quis ultro, ff. de quæstion.* & ibi Bartol.
& communiter DD. docent Aviles *in cap. Prætor. 1. gloss.
mandamos, num. 27.* Carrer. *in pract. in mater. appellat.
§. Tertius casus, num. 12.* Bossi. *in tract. crimin. in tit. de
remed. contr. Bann. n. 2. & in tit. de lit. princip. n. 3.* & cum
pluribus Farinac. *in prax. crimin. q. 81. num. 25. & q. 75.
n. 420.* † Imò ipse judex, inconsulto Principe, senten- 142
tiam revocare poterit, ut per singularem nostram Regiam
l. 4. tit. 30. part. 7. v. Pero si, resolvunt communiter Regni-
colæ, & optimè Anton. Gomez *3. tom. variar. c. 13. n. 9.* ubi,
quòd per dict. leg. Partitæ corrigatur, *dict. l. 1. §. Si quis ul-
tro, ff. de quæstion.* per quam Iudicem inferiorem Principi
rescribere in hoc casu, & interim executionem dumtaxat
suspendi, cavebatur.
Quæ sententia nostri Gomezii, & decisio dictæ leg. 143
Partitæ intelligi debet, juxta elegantem doctrinam Gre-
gor. Lopez in eadem *leg. partit. gloss. 7.* qui tunc procede-
re, debere, ait, quandn ex notorietate facti, senten-
tiam injustam esse constaret: secus verò, si non ita evi-
den-

Digitized by Google

denter, sed per aliquas probationes de innocentia rei ap-
pareat: quo casu Principi rescribi, debere, & in execu-
tione pœnæ supersedere, ait, quin propria authoritate
sententia per Judicem inferiorem revocetur, & hanc sen-
tentiam Gregorii sequuntur Paz *in prax. 5. part. tom. 1.*
cap. 3. §. 10. num. 6. & 7. Curia Philipp. *tom. 1. part. 3. §. 25.*
numer. 9. Pichard. *in prax. part. 3. §. 3. numer. 27.* licèt le-
gem Partitæ non invenire, dicat (sed eam citatam habes)
Matienz. *in dialog. relator. 3. part. cap. 49.* Bobadil. *in po-*
lit. lib. 2. cap. 16. num. 145. Pareja *de instrument. edit. to. 2.*
tit. 6. resolut. 3. ex num. 69. qui omnes in eo casu loquun-
tur, cum per evidentiam facti de innocentia rei constat,
& quòd tunc ipse judex, in consulto Principe, sententiam
revocare, possit: alios plures de materia congerit Aillon.
in addit. ad Gomez *d. cap. 13. n. 34.* ubi aliam quoque di-
stinctionem affert.

144 Quòd verò in criminalibus, si de injustitia sententiæ
condemnatoriæ, vel oppressione constet, Princeps præ-
dictum remedium recursus injustitia, & in conscientia
concedere debeat: imò etiam si per nullum expostuletur,
hoc gravamen, & oppressionem tollere, teneatur, tra-
ctant optimè Oliva *in dict. usat. alium namque, cap. 14.*
num. 113. Fontanel. *dict. decis. 186. per tot. & ex num. 10.*
145 † Et quidem majori cum ratione ob majus damnum,
quàm in civilibus, in quibus idem dictum remanet à
num. 134.

146 Ex quibus alia elegans quæstio resolvi potest: An vi-
delicet Domini vassallorum, seu Barones, aut eorum
Judices cadavera punitorum in furca pendentia, vel pa-
tibulo affixa suis consanguineis, vel aliis petentibus sepe-
lienda concedere, possint: quasi hæc facultas sit quoque
commodum jurisdictionis: an vero soli Principi hoc com-
petat?

147 In qua quæstione ad Principem dumtaxat supremum
non verò ad Barones, vel ad alios inferiores spectare,
tenet Capiblanc. *de Baronib. super pragm. 8. numer. 72.*
148 † Qui ea principali ratione movetur, quòd ita corpora
punitorum in patibulo remanere, sit etiam pars pœnæ,
quam post sententiam inferior à Principe immutare, non
valet, juxta Text. *in dict. l. relegati, ff. de pæn.* & supra di-
149 cta in præcedenti quæstione, † ad quod adducit Capi-
blanc. exemplum Sanctissimi Corporis Domini Nostri
Salvatoris, quòd sepeliendum per Joseph Hierosolymis
fuit impetratum à Pilato, qui vice Principis fungeba-
tur.

150 Quod etiam in Francia servari, testantur Rebuff. *in*
Constit. illius Regn. tom. 1. tit. 1. gloss. 5. num. 54. Jacob. de
Sancto Georg. *in tract. de feud. super verb. Princeps, co-*
lumn. 17. Chassan. *in Constitut. Burgund. tit. Des justices,*
rubr. 1. §. 1. gloss. du Prince, numer. 5. & in Cathal. glor.
mund. 5. part. considerat. 24. vers. 126. Jul. Clar. *in pract.*
§. fin. quæst. 100. num. 1. qui omnes, præcipuè in illo Re-
gno, per nullum alium, quam Principem, has cadavera
punitorum sepeliendi licentias concedi, posse, asserunt,
& ad id adducunt, Text. *in l. 1. & 2. ff. de cadaver. punitor.*
& quoad Dominos inferiores idem resolvit in specie Bo-
badil. *in polit. lib. 2. cap. 16. n. 124. vers. Niputden.*

151 Quæ quidem, licèt quoad Dominos inferiores veris-
sima reputem, maximè ex dictis sup. cap. 18. à num. 20.
ubi quòd omnia ad jurisdictionis exercitium spectantia
ad suos Judices pertineant, quin in aliquo se intromitte-
re debeant, quo verò ad aliam partem, in hoc Supremus
Princeps dumtaxat concedere, debeat, quin aliis Judi-
cibus inferioribus id facere, liceat, qui fortè delinquen-
tes condemnarunt, vel sub quibus sententia exequitur,
de jure procedere non posse existimo: imò tales licentias
eos concedere posse verius mihi videtur, & in expresso
docent Accurs. *in dict. l. 1. de cadaver. punit.* & ibidem
Gothofred. noster Azeved. *in l. 6. tit. 18. lib. 4. Recopil.*
num. 12. Bobadil. *dict. cap. 16. num. 124. & lib. 3. cap. 15.*
num. 143.

152 Nec contrarium cavetur *in dict. l. 1. ff. de cadaver. pu-*
nitor. siquidem in ea dumtaxat dicitur, punitorum
cadavera sepelienda impetrari, debere: non vero à
quo.

Nec quidquam facit exemplum adductum Sacratissimi 153
Corporis Domini Nostri Jesu Christi, quia, cum Pilatus
eum damnasset, à nullo alio licentia exigi, poterat; ma-
ximè in loco supplicii stante: vel aliter dic, ut infrà pro-
ximè, punitorum corpora in patibulis pendere non esse
partem pœnæ principalis, & ideò rectè circa id inferio-
res dispensare, posse.

Nec etiam obstat, quòd supra diximus ex *l. relegati 4.* 154
ff. de pæn. ut non possint Judices postquam sententiam
protulerint, eam, inconsulto Principe, immutare; quia
hoc procedit, & verissimum est in ipsa pœna principali:
non verò in aliquibus accessoriis, postquam delinquen-
tes pœnam passi fuerint, ut in nostro casu, in quo rei su-
spensi, vel aliter supplicio affecti pœnam principalem jam
sunt passi: † Et quòd in furcis, aut patibulis eorum cada- 155
vera remaneant, est quidem accessorium, nec pars pœ-
næ principalis reputari, debet; undè meritò in hoc Ju-
dices inferiores, sub quibus sententia fuit executa, di-
spensare, possunt: & tales licentias consanguineis, vel
aliis concedere, ut per eos corpora sepeliantur, postquam
pœna est executa: aliàs enim, si ex toto Regno ad Princi-
pem pro his licentiis impetrandis recurrere, deberent
prius cadavera ob distantiam locorum corrumperentur.
† Quæ tamen singulariter intelligerem, nisi in sententia 156
comprehensum quoque sit, ut punitorum cadavera ad
aliquod tempus, vel in perpetuum in furcis, vel pa-
tibulis dilacerata publico spectaculo, vel exemplo re-
maneant, in quo quidem Judices inferiores dispensare,
non posse, judicarem; quia pars pœnæ principalis repu-
tari, debet.

Ex quibus intelligi quoque debet *dict. l. 2. ff. de cadaver.* 157
punitor. quæ loquitur in pœna relegationis, vel deporta-
tionis, quæ post mortem durat, ut ipse Text. ait; ideò
relegati, aut deportati cadaver, aut ossa ex loco depor-
tationi, aut relegationi assignato, inconsulto Principe
alibi transferrè, non licèt; pro quorum comprobatione
notandum est, quòd in dict. l. 2. dum Martianus licen-
tiam pro cineribus deportati, aut relegati transferendis
requisivit, hanc à Principe impetrari, debere, exprimit:
at verò *in dict. l. 1. & 3. eod. tit.* licet Ulpianus, & Paulus
similiter licentiam requirant pro cadaveribus aliter pu-
nitorum sepeliendis, hoc tamen simpliciter dicunt, quin
à Principe, ut in dict. l. 2. impetrandam asserant: quòd
forsam non sine mysterio omiserunt, quasi à quolibet Ju-
dice, qui sententiam tulit, vel eam exequitur, impetrari,
possit.

Ad alia autem circa punitorum cadavera, vide Fran- 158
ces *in pastoral. regular. 3. part. vot. 8. num. 48.* ubi quæ-
stionem tractat, an cadaver à furca sine licentia Judicis
sublatum, aut subreptum, & ad Ecclesiam perlatum im-
munitate gaudeat? & pluribus novissimè congestis pro
affirmativa resolvit, contra quem extat, *decis. 90.* Michael.
Cortiad. ubi latè quæstionem disputat, & contrarium re-
solvit.

Unum tamen Judex animadvertere, debet, ne, vide- 159
licet, in cadavera punitorum nimis sæviat, ea in pati-
bulis suspensa, & insepulta diù publico spectaculo deti-
nens, & aliquando Ecclesiasticam sepulturam eis dene-
gans, nisi fortè criminis gravitas id expostulet, ut benè
notat D. Covarruv. *lib. 2. variar. cap. 1. num. 11.* & com-
probatur per *dict. l. 1. & 3. de cadaver. punitor.* † Nam ali- 160
quando quorundam maleficiorum supplicia ob frequen-
tiam, & gravitatem etiam in cadaveribus punitorum exa-
cervari debent, ut tam gravium pœnarum metus, & hor-
ror cæteris iniciatur, & pœna in posterum ad pauciores
perveniat; unde eleganter dixit Melevit. *lib. 6. ut terreatis*
vivos, malè tractatis mortuos, quia juxta Gellium *lib. 20.*
noct. Atticar. cap. 1. Acerbitas ulciscendi maleficii benè,
atque cautè vivendi, est disciplina, ideò apud nos quotidie
delinquentium cadavera dilacerata, ac insepulta in pati-
bulis relinqui, videmus, ut metu similis pœnæ reliqui

Digitized by Google

ram immanè spectaculum in se veriti, ab eisdem facino-
tibus arceantur, quòd & apud majores fuit servatum,
teste Quintilian. *declamat.* 274. illic: *Non satis putaverunt
majores eas pœnas constituere, quas posset aliquis excipere in
vita, multos magis tangit sepultura: ad cogitationem post se
futurorum plerique gravius moventur.*

161 Pluraque alia circa jam punitorum cadavera adhuc
aliis pœnis afficienda, vel non ex bonis litteris tradunt
Petr. Fab. *lib.* 1. *semest. cap.* 18. Just. Lipsius *de milit. lib.* 5.
dialog. 18. ex Plutarcho, Livio, Dionisio, & aliis Tira-
quel. *de pœn. temperand. num.* 47. D. Solorzan. *de pœn. par-
ricid. cap.* 2. & multa exempla mirabilia adducit Bejerlin-
ch. *in theatr. vit. human. cap.* 2. *in verb. Cadavera, pag.* 18.
162 19. & 20. † Et quid in delinquentibus, qui antea, vel
post sententiam se ipsos occiderint, an eorum corpora, &
in quibus delictis, supplicio affici, debeant? plenè tra-
ctant infiniti congesti per Farinac. *quæst.* 10. *ex num.* 36. &
de hæretic. quæst. 197. *num.* 89. Joann. Gutierrez *lib.* 2. *Ca-
nonic. quæst. cap.* 18. *ex num.* 47. & *cap.* 3. *numer.* 22. Zevall.
quæst. 464. Menchac. *illustr. cap.* 6. *ex numer.* 7. & *cap.* 96.
Menoch. *de arbitr. cas.* 285. Peregrin. *de jur. Fisc. lib.* 4.
tit. 5. *per tot.* ubi 17. casus congerit, Hermosil. *in l.* 5. *tit.* 3.
part. 5. *glos.* 1. & *in l.* 10. *tit.* 4. *glos.* 8. *num.* 13. & *in l.* 56.
tit. 5. *glos.* 1. *ex num.* 39. & 49. August. Barbos. *in collect.
cap. fin. de sepult.* & *in cap.* 6. *de stat. Monachor.* D. Joseph
Vela *dissertat.* 14. *ex num.* 21. Amaja *in l.* 10. *Cod. de jur.
Fisc. lib.* 10. Amescua *de potestat. in se ipsum, lib.* 1. *cap.* 23.
ex num. 70. Guazzin. *de defension. reor. defens.* 38. *cap.* 6.
ex numer. 3. noster Gomez 3. *variar. cap.* 5. *ex numer.* 78.
ubi alios congerit novissimè Aillon, Dominic. Antunez
de Portugal. *de donat. Reg.* 3. *part. cap.* 41. *ex numer.* 51. in
quibus, quid etiam quoad pœnam confiscationis? latè
invenies.

163 Item supradictis proxima est alia quæstio, an cadave-
tis de uno ad alium locum translatio de licentia domino-
rum inferiorum in suis territoriis fieri, debeat, quasi
hoc ratione jurisdictionis tanquam ipsius commodum eis
competat? & an ob transitum cadaveris per loca domi-
norum aliquod vectigal eis debeatur? vel etiam ipsa op-
pida, si Regia sint, aut conductores gabellarum id præ-
tendere, valeant?

164 In quo articulo, quoad primam partem, breviter re-
solvendum est, nullo modo hanc licentiam concedere,
ad eos pertinere, sed id ad Principem Supremum specta-
re, qui dicitur protector vivorum, & mortuorum, &
rerum Religiosarum, *l. sacra, ff. de rer. divis.* & in specie
sunt Text. *in l. ossa, ff. de Religios. & sumpt. funer. l. nemo*
14. *Cod. eodem,* & *in cap. corpora Sanctorum* 37. *de conse-
crat. distinct.* 1. & *nostra l.* 11. *tit.* 13. *part.* 1. cum intellectu
proximè referendo; & resolvunt *glos. in dict. cap. corpora
Sanctorum,* optimè Paul. de Castr. *in dict. l. nemo, Cod.
de Religios.* & cum aliis ibidem Barbos. & *in l.* 1. *ex num.* 1.
165 *Cod. eod.* † Et in nostra specie contra dominos inferiores,
ut nullo modo per eos licentiæ istæ sint concedendæ, sed
potiùs per Principem, resolvit Capiblanc. *de Baronib.
tom.* 1. *super pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 74. Ex quo dicebat
166 † Paul. de Castr. ubi proximè, si testator per suos hæredes
corpus suum; postquam fuerit sepulturæ traditum, usque
ad annum, in patriam suam transferri, jusserit, talem
dispositionem necessariò servandam non esse, quia licen-
tia, seu permissio Principis ad id requisita, tanquam ex
ipsius Principis voluntate dependens impossibilis reputa-
tur, juxta Text. vulgar. *in l. apud Iulianum, §. Constat,*
167 *vers. Sed,* & *ea prædia, de legat.* 1. † Sed contrarium, &
verius resolvunt in hac specie Menchac. *de success. creat.
tom.* 1. *lib.* 1. §. 7. *numer.* 10. Spin. *in specul. testam. glos.* 2.
princip. num. 8. Barbos. *in dict. l.* 1. *num.* 3. qui dictum com-
muniter per DD. *ex dict. §. Constat,* limitant, & intelli-
gunt, cum tales permissiones, quæ à voluntate Princi-
pis dependent, solitæ sunt concedi, quo casu impossibi-
les non reputari, dicunt nec à testamentis, eorumve
dispositionibus rejici, sed præcisè impleri, debere, in-
ter quæ licentiæ relatæ pro cadaveribus transferendis sunt
connumerandæ, cum frequenter à Principe impe-
trentur.

An verò licentiæ istæ pro cadaveribus transferendis à 168
Principe sæculari, vel Ecclesiastico impetrari, debeant?
utiliter ad praxim dubitari potest, quòd dubium, ejusque
resolutionem apud nullum ex Doctoribus, quos præci-
puè in dictis juribus vidi, tractatum inveni, præter Gloss.
in dict. cap. corpora Sanctorum, de consecrat. distinct. 1. quæ
verbum *Principis,* hujus Text. de Papa breviter in uno
verbo intelligit ibi, att glos. *intellige, Papa.*

Sed pro veriori, & clariori hujus dubii ex omni jure 169
resolutione distinguendum mihi videtur inter Jus Civile
Digestorum, aut Codicis, vel Canonicum, & nostra-
rum legum Partitarum: Jure Digestorum attento hanc
transferendorum corporum licentiam Princeps sæcula-
ris, vel Ecclesiasticus cumulativè concedebant, ut ma-
nifestè probatur per Text. *in dict. l. ossa, ff. de Religios.* &
sumpt. funer. ibi: *Sine decreto Pontificum, vel jussu Prin-
cipis:* cui etiam de jure Canonico convenire videtur Text.
in dict. cap. corpora Sanctorum, de consecrat. distinct. 1.
ibi: *Sine Consilio Principis, vel Episcoporum, Sanctaque
synodi licentia:* At verò jure Codicis hoc correctum vi-
detur per Text. etiam expressum *in dict. l. nemo, Cod. dict.
tit. de Religios.* ubi id privativè Principi sæculari tribuitur
illic: *Nemo humanum corpus ad alium locum sine Augusti
affatibus transferat,* quod quidem jure Codicis intellige
si perpetuæ sepulturæ corpus traditum est; secus si dum-
taxat per aliquod tempus depositum, quo casu, incon-
sulto Principe, benè transferri, posse, declaratur *in l. si
necdum* 10. *C. dict. tit. de Religios.* vel si necessitas immi-
neat; quia tunc Præsidis, vel Judicis ordinarii præsentis
authoritas sufficier, *l.* 1. *Cod. eodem,* † & ad utramque 170
limitationem optimè notat gloss. *in dict. cap. corpora San-
ctarum, verb. Principis,* & easdem limitationes tradunt in
corporibus, vel reliquiis Sanctorum, Silvester *in summ.
verb. Reliquia, q.* 3. & in eodem verbo, Tabien. & Armil.
n. 4. & 3. P. Sanchez *lib.* 2. *cons. moral. cap.* 43. *nu.* 25. Bar-
bos. *in collect. ad d. cap. corpora Sanctorum.*

Sed quidquid hoc jure Digestorum, & Cæsareo sta- 171
tueretur; jure tamen Canonico contrarium servari, de-
bere, censeo, imò hanc licentiam à Principe Ecclesia-
stico privativè impetrandam esse, ut ex *dict. cap. corpora
Sanctorum,* notat gloss. ibidem, quam sequitur cum aliis
P. Thom. Sanch. *in præcept. Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 43.
num. 25. idemque de jure Hispano decisum invenitur *in
l.* 11. *tit.* 13. *part.* 1. & ibi Gregor. *glos. de una Iglesia à otra,*
ibi: *Et vult ista, l. Partitarum, quod hoc possit fieri de man-
dato Episcopi,* & dicam infrà num. 177. qui ii, distinctè in
quibuslibet cadaveribus loquuntur, † licèt *in d. cap. cor-* 172
pora, dumtaxat de corporibus, aut reliquiis Sanctorum
agatur, in quibus minor est difficultas, ut non aliter,
quàm de Ecclesiastici authoritate earum translatio fiat,
ut cum aliis notat P. Sanchez *d. lib.* 2. *in præcept. Decalog.
cap.* 43. *n.* 25. quin sæcularis Princeps in his rebus Sanctis
intromittere se debeat, sed certè idem in rebus Religiosis
dicendum est, quarum curam ad Ecclesiasticos dumtaxar
pertinere certissimum est, & frequenter praxis admisit.

Nec huic resolutioni obstat *dict. cap. corpora, in verb.* 173
Principis, quòd verbum aliqui de Principe sæculari in-
telligere, voluerunt, sed certè malè, quia potius de Ec-
clesiastico juxta glos. est intelligendum, quæ intelligen-
tia, meo videri, una, & quidem singulari consideratione
expressè comprobatur; quia videlicèt in dict. Text. de
corporibus, & reliquiis Sanctorum agitur; quare verbum
Principis præcisè de Ecclesiastico accipi debet, non verò
de sæculari, quæ in his rebus Sanctis, aut Religiosis in-
tromittere se non debere, nemo dubitat.

Nec mirum, quòd jure Codicis contrarium servare- 174
tur *ex dict. l. nemo,* tempore Valentiniani, Theodosii,
& Arcadii Imperatorum, & sic, cum jam Ecclesia, &
Christiana Religio in Romano Imperio servabatur, con-
dita; † Quia dicta lex Cæsarea, & aliæ plures per Im- 175
peratores conditæ privilegia, & immunitates, resque

Ecclesiasticas tangentes, potiùs per aliquam tunc justam,
& politicam tolerantiam, quàm de jure in initio Floren-
tis Ecclesiæ per Pontifices substinebantur, cum non-
dum privilegia Ecclesiastica in viridi observantia essent,
nec per Imperatores exerceri, permissa: sed potiùs mul-
ta per eos more antiquo ethnicorum retenta, quousque
postea crescente Ecclesia, & Catholica Religione Dei
misericordia aucta, Ecclesiasticæ immunitates, & pri-
vilegia paulatim Conciliaribus Constitutionibus, diver-
sisque juribus Canonicis stabilita fuere, & alia multa per
Christianissimos Principes concessa: & ita fermè intel-
liguntalia jura Codicis, quæ manifestè juribus, atque
immunitatibus Ecclesiasticis contrariantur (contemnen-
da quidem potius, quam servanda, juxta Text. *in cap.
Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. gloss. in cap. sicut anti-
quitus* 17. *quæst.* 4. Bellug. *in specul. Princip. rubr.* 11. §. *Sed
vera, num.* 12. D. Covarruv. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 3. Gu-
tier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 9. Giurb. *cons. crimin.* 90. *sub
num.* 22. *in fin.* latissimè, multisque relatis Alexand. Spe-
rel. *tom.* 2. *decis.* 103. *ex num.* 14. *usque ad* 25. & de inceps)
optimè DD. per Balboam adducti *ad tit. de for. competent.*
176 † Ubi ipse ita interpretatur difficilem Text. *in l. si quis in
conscribendo, Cod. de Episcop. & Cleric.* cui etiam conve-
nit *l. Si quis in conscribendo, Cod. de pact.* in quo fori Cle-
ricalis renunciationem, sæcularisque prorogationem
tunc substineri per Justinianum deciditur; quod nullo
modo hodie servari, debet, cum expresè in principalis
Clericorum privilegii derogationem tendat, cujus re-
nunciatio, & per Clericos in alios Judices sæculares pro-
rogatio, tanquam Ecclesiasticæ jurisdictionis incapaces,
neutiquam jure Canonico admittitur, Text. *in cap. si di-
ligenti, de for. compet.* & notant Petr. Barbos. *in l.* 1. *art.* 3.
ex num. 173. *ff. de judiciis*, Jas. *in l.* 2. *num.* 39. *ff. si quis in
jus vocat. non ierit*, D. Covarruv. *practicar. quæst. cap.* 33.
num. 2. Azeved. *in l.* 1. *num.* 21. *tit.* 5. *lib.* 4. *Recopil.* Carlev.
de judic. lib. 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 8. *sect.* 2. *num.* 1076. ubi
quòd neque prorogatio procedat etiam cum licentia
Superioris Clerici, quæ solum admittitur ad proro-
gandum in judicem Ecclesiasticum aliàs non competen-
tem.
177 Quæ jure Canonico supradicta verissima resolutio, ut
ab Episcopo, aliove Superiore Ecclesiastico licentiæ re-
latæ pro cadaveribus transferendis sint impetrandæ, non
solum etiam nostro jure Partitarum expresè confirmata
invenitur *in d. l.* 11. *tit.* 13. *part.* 1. ubi has corporum tran-
slationes de Episcopi, & non alterius licentia fieri, debe-
re, jubetur, cum prædicta tamen intelligentia *dict. l. si
necdum* 10. *Cod. de Religios.* ut notat quoque Gregor. *ibi-
178 dem gloss.* 2. † Sed, & praxi, & stylo omnium Tribuna-
lium Ecclesiasticorum nostri Regni observatur, in quibus
frequenter licentiæ istæ ab ordinariis locorum impetran-
tur, quidquid contrarium, imò quòd nulla licentia exi-
gatur, indistinctè voluerint Zerol. *in prax. Episcop.* 1. *p.
vers. Corpora Sanctorum, num.* 4. Plinius *lib.* 10. *epistolar.
in Epistol. ad Trajan. de reliq. sepult. transferend.* ubi Tra-
jani dictum refert, quem de hac re consultum respondis-
se, ait Plinius: *Durum esse necessitatem imponere adeun-
dorum Pontificum, pro transferendis reliquiis*; idemque,
& si breviter, tenet, & Lata *de Cappellan. lib.* 1. *cap.* 25.
n. 45. sed prædictam resolutionem tene, quia jura sunt ex-
pressa, & praxis relata inconcussè servatur.
179 Quoad secundam verò partem, superius propositæ
quæstionis, an videlicet aliquod vectigal, seu gabella
pro cadaverum translatione solvi, debeat, quod vulgò
dicitur *Passagium*, vel Pontagium, & hoc jus, seu emo-
lumentum jurisdictionis, vel dominii fructus sit, & do-
minis inferioribus competat? negativè resolvendum est:
nullum videlicet vectigal pro hujusmodi cadaveris tran-
slatione ab aliqua persona, sive Regio administratore
gabellarum, aliove jurium Regalium conductore de ju-
re exigi, posse, ut jure noviori Codicis cavetur *in l. fin.
Cod. de Religios. & sumpt. funer.* ibi: *In nullo quopiam loco
vectigal ab aliqua persona pro corporum ex uno in alium lo-*

Lagunez. de Fructib.

cum translatione præstetur: & notant optimè Cujacius
lib. 11. *observat. cap.* 21. † Qui benè animadvertit, per hanc 180
legem correctum fuisse jus antiquum Digestorum, quo
aliqua vectigalia ex hujusmodi translatione solvebantur,
ut conjici, potest ex *l. funeris* 37. *ff. d. tit. de Religios.* quæ
id supponit in *verb. Et si qua vectigalia.*
Et hanc immunitatem his corporum translationibus 181
expresè tribuunt ex nostris pragmaticis, Lata *de anniversf.
& Cappellan. lib.* 1. *cap.* 25. *ex num.* 1. & 44. Navarr. *consil.
fin. num.* 1. August. Barbos. *in collect. ad dict. l. fin. Cod. de
Religios.* † Et magis in nostra specie contra dominos infe- 182
riores, quòd nullo modo hoc emolumentum, seu vecti-
gal, ut jurisdictionis, vel dominii fructus prætendere,
valeant, etiam ratione passagii, quòd aliàs pro homini-
bus transeuntibus privilegio eis competit, singulariter
Joan. Maria Novar. *de gravam. vassal. tract.* 3. *gravam.* 85.
numer. 12. ubi ita in Consilio Neapolitano decisum re-
fert.
Ex quibus improbanda est contraria consuetudo, quæ 183
contra, vel saltim præter omne jus, satisque ambitiosè
servatur in omnibus nostri Regni oppidis, tam domino-
rum inferiorum, quam Regiæ jurisdictioni immediatè
subjectis, in quibus, eveniente casu alicujus cadaveris
translationis, vectigal aliquod sive pontagium pro hac
translatione ex adversa consuetudine, per gabellarum,
seu juris passagii, aut pontagii conductores, vel admini-
stratores, aut per ipsa oppida prætenditur defunctorum
corpora ob id detinendo, quousque hoc tributum eis sol-
vitur: sed quidem minus justè, & contra omnem pieta-
tem, cum nulla lege hoc vectigal eis sit debitum, imò
potiùs ejus exactio clarè prohibeatur per *dict. l. fin.* † Et, 184
quod magis est, quamvis aliquod tributum jure debere-
tur, non tamen ejus solutionis prætextu cadaverum de-
tentio esset permittenda, quia nec ob ipsorum defuncto-
rum quæcumque legitima debita per creditores detineri,
vel funus impediri, posset, ut singulariter cavetur, &
quòd ex hac ratione cadavera detinentes actione injuria-
rum teneantur *in l. fin. cum authent. sequenti, Cod. de se-
pulchr. violat.* & in nostra *l. ultim. tit.* 13. *part.* 1. *l.* 13. *tit.* 9.
part. 7. & *in l.* 5. *tit.* 18. *lib.* 4. *Fori*, plenèque resolvunt,
etiamsi debitum omninò liquidum sit, Panormit. *in cap.
ex part. de sepult.* Felin. *in cap. sicut Iudæi, col.* 1. *de Iudæis*,
Guillelm. de Benedict. *in cap. Raynutius, de testam. verb.
Mortuo itaque testatore, num.* 56. Boer. *decis.* 287. Hypo-
lit. *singular.* 159. Menoch. *de arbitr. cas.* 487. *nu.* 16. & 20.
Joseph. Ludovis. *decis. Perus.* 78. *nu.* 24. Cened. *in collect.
ad decretal. collect.* 40. *num.* 3. Bellet. *disquis. Cleric. part.* 1.
tit. de Cleric. debitor. §. 3. *num.* 38. † Qui meritò increpant 185
contrariam sententiam Angeli *in authent. ut defunct. seu fu-
ner. eorum*, §. 1. *column.* 5. qui loquens in instrumentis
confessionatis, & sic executivis juxta statutum Perusii,
ait, ob talia debita, tanquam omninò liquida, & execu-
tiva defunctorum funera, seu cadavera per creditores
impediri, vel detineri, posse, cujus sententiam tenent
quoque gloss. *in cap. ei, qui, §. Si quis etiam* 2. *quæst.* 6.
quæ ad id allegat, *cap. qua fronte, de appellat.* Hipol. *in l.* 1.
num. 64. *ff. de quæstion.* Segur. *in l. si ex legatis causa, num.* 73.
ff. de verbor. obligat. Archidiacon. *in cap. qua fronte, de
appellat.* † Qui per hunc Text. cadaveris detentionem sal- 186
tim admittit in eo casu, quo hæredes sunt nimis potentes,
ita, ut de facili creditor jus suum aliter consequi, nequeat,
& eandem sententiam ex ipso Textu, ita eum intelligen-
do, admittit ibidem Tancred. in casu, quò defunctus non
solum de usura, sed etiam de furto, rapina, vel alio crimi-
ne in vita fuisset damnatus.
Sed contra hanc Angeli, eorumque sequacium opinio- 187
nem, tanquam nimis duram, & ab omni humanitate,
& pietate Christiana alienam, communiter resolvunt
DD. eam omnes, ut crudelem, & impiam explodentes,
maximè nostri Pragmatici, qui loquuntur in quocum-
que debito claro, seu in nostris instrumentis guarentigiis,
vel confessionatis, aliterve omninò liquidis, aut executi-
vis, quòd nullo modo eorum prætextu debitorum paupe-

rum funera, seu cadavera detineantur, Roderic. Suarez
*in l. post rem judicatam, ff. de re judicat. ampliat. 6. ad l.
Regn.* Didac. Perez *in l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordinam. col.* 1076.
& in l. 7. tit. 1. lib. 1. eiusd. Ordinam. column. 49. *&* 50. ubi
alios plures allegat benè Baeza *de inop. debitor. cap. 1. n. 19.
cum seqq.* qui contra Angel. & alios hanc sententiam opti-
mè fundat; eamque magis communem, longèque verio-
rem dicit Petr. Dueñas *in regul.* 277. *limit. 4. fol.* 99. ele-
ganter D. Covarruv. *lib. 2. variar. cap. 1. num.* 10. qui tam
in pauperibus, quàm in divitibus, eorumque cadave-
rum detentionem loquitur, quam non solum apud Chri-
stianos, verum etiam apud ethnicos impiam, & iniquam
esse, ait rationique naturali, & divinæ, humanæque
legi contrariam, idem D. Covarruv. *in cap. Raynaldus*,
188 *de testament.* §. 3. *num.* 3. † Ubi quòd, nec aliquam pro
debito cautionem, vel securitatem hæredes præstare co-
gantur, & ultra omnes polchrè, & eleganter Gregor.
Lopez *in dict. l. 13. tit. 9. p. 7.*
189 Qui doctè explicat, & intelligit *dict. cap. qua fronte,
de appellation.* ut ex eo argomentum à contrario sensu,
tanquam contra expressa jura supra adducta sumi, non
190 debeat, † & contra Angeli, Tancred. Archidiacon. in-
telligentias supra relatas optimè, & magistraliter resol-
vit, ut cadaverom hujusmodi detentiones nullo modo
procedant, nec per Judices admittantur, sive debitum
sit liquidum, sive non, sive per sententiam, vel instru-
mentum goarentigium debeatur, sive ex contractu furto,
rapina, vel alio delicto, præter usuram, ut proximè di-
cam, & sive hæredes ita potentes sint, ut de facili aliter,
quam per detentionem cadaveris creditores jus suum
consequi, nequeant: & ita Salmanticæ se consuluisse,
& practicari, fecisse, testatur Anton. Gomez 2. *tom. va-
riar. cap. 11. num.* 65. quem cum aliis sequitur Jo: Gotierr.
de jurament. confirm. part. 2. cap. 4. num. 17. qui dictum An-
geli satis inhumanum appellat. *in num.* 18. *vers. ita inve-
nio*, concludit, Gomezii, & aliorum sententiam, tan-
quam æquiorem, & veriorem absque dubio practican-
dam esse, & pro ea consulendum, Garcia *de expens. cap.* 8.
num. 19. Parlador. *lib. 2. rer. quotidianar. cap. fin. part.* 5.
§. 3. *num.* 26. Emanuel. Suarez *in Thesaur. receptar. sen-
tentiar. verb. Cadaver.* Pichard. *in princip. instit. de inter-
dict. ex n.* 130. *qui n.* 138. omnem appellationem rejicien-
191 dam esse, probat, † cum res ista, seu cadaveris humatio
celerem expeditionem exigat, ut ex Text. *in l. ult. ff. de
appellat. excipiend. l. 11. tit. 16. lib. 3. Ordinam.* & ex aliis
juribus, & DD. notant in specie D. Covarruv. *dict. cap.* 1.
num. 10. & ibidem ejus addition. Faria, Valdes ad Suarez
in dict. l. post rem judicatam, extens. 5. Aillon. in addition.
ad Gomez, *dict. cap. 11. num.* 57. optimè probat D. Salgad.
192 *de Reg. protect. 2. part. cap. 8. ex num.* 72. † Et loquens in
debito quartæ Parochialis, vel alterius Ecclesiasticæ
portionis, ut nec hoc prætexto defunctorum humatio,
vel funera detineantur, vel suspendantur, novissimè,
licèt prædictis non relatis, D. Michael Anton. Frances de
Urrutygoit. *in suo pleno, & erudito tract. de Eccles. Cathed.
cap. 17. numer.* 169.
193 Quæ tamen communiter limitant DD. in debitore usu-
rario manifesto, cujus corpus Judex Ecclesiasticus deti-
nere, potest, quousque hæredes de restituendo caveant,
quia & ei Ecclesiastica sepultora Canonicis sanctionibus
denegatur, *cap. quia in omnibus, de usur. cap. quamquam,
de usur. in 6.* ubi latè notant Canonistæ, & per nostram
l. 9. tit. 13. part. 1. & ad rem Gregor. *abi suprà*, Cœrol. *in
prax. Episcop. 1. p. verb. Funus, vers. 3. cadaver.* D. Salgad.
ubi proximè *numer.* 75.
194 Quæ quidem latiùs notavi, ut abhorreant Judices has
cadaverum, vel funerum detentiones, quas ob æs alie-
num creditores frequenter prætendere, solent, cum ma-
gnis contra Judices contrarium facientes protestationi-
bus, quas timere non debent, utpotè Christianæ pietati
rationique divinæ, & naturali juribusque supra adductis
195 adversantes: † Nec reticebo cujusdam calidissimi Judi-
cis stratagema, qui à quodam creditore interpellatus,
ne debitoris cadaver sepeliri, sineret, donec ei debitum
persolveretur, & cum postquam se id jure facere, non
posse, Judex respondisset, instante adhuc creditore, &
pro suo debito vociferante, atque protestante, ne cada-
ver funerandum duceretur, consensit Judex, sed ita, ut
illud creditor acciperet, in suamque domum secum per-
ferret; cui oblationi obmutuit creditor, & ab iniqua præ-
tensione destitit; quia non tale debitoris consortium, sed
suum debitum cupiebat.
Sed ut ad principalem nostri tractatus materiam re- 196
deamus, præcedenti de cadaverum translatione quæ-
stioni, & ob id de solotione tributi superius relatæ, pro-
xima est resolutio alterius generalis quæstionis circa simi-
le tributum, quod in transitu aliarum rerum, vel anima-
lium in multis locis solvitur, quod vulgò dicitur: *Passa-
gium*, seu *Pontagium*, necnon, & *Portagium*, aliisque va-
riis nominibus cognominatur respectu locorum, seu ter-
minorum, per quos merces transferuntur, & in quibus
pro transitu hujusmodi vectigal solvitur, juxta cujuslibet
Provinciæ diversa jura, & consuetudines, quæ jura ju-
risdictionis, vel dominii fructus, seu emolumenta esse
vassallorum domini frequenter prætendunt, ipsisque
competere: † Sed quidem minus rectè, quia est genus 197
tributi, nec aliter per inferiores, quàm Regio privilegio,
vel alio titulo, aut consuetudine immemoriali, quæri,
potest, ut jure communi attento, in specie horum jurium
passagii, aut pontagii, & similis pro rerum, vel hominum
transitu tributi, resolvit Joann. Maria Novar. *de gravam.
vassallor. tractat. 3. gravam. 85. per tot.* † Ubi quòd jura 198
ista inter cætera Regia vectigalia, & jura *Dohanæ* Regni
Neapolis connumerentur, ut constat ex speciali jure il-
lius Regni, in Ritu Regiæ Cameræ Neapolis, *sub rubr. de
jure fundaci, in finalibus verbis, vers. Passagium verò*, & ex
alio Ritu *sub rubr. de jure passagii*, incipit: *Passagium:* ob
quòd idem Novar, *ex num.* 3. tradit, quod temporibus
nostri Catholici Regis Ferdinandi de ipsius decreto gene-
rali per totum Regnum Neapolis fuit inquisitum contra
Barones, & Dominos inferiores illius Regni prædicta jura
exigentes, qui per Regiam Cameram fuerunt citati, & eis
jussum, ut titulum exhiberent, & multis processibus com-
pilatis, ob defectum tituli, vel saltum consuetudinis im-
memorialis fuerunt damnati, quod à tali exactione in po-
sterum se abstinerent, † ut testatur Novar. *ubi proximè*, 199
apud quem *in d. gravam. 85. cum duob. seqq.* vide alia plu-
ra circa prædictorum jurium passagii, aut pontagii exa-
ctionem, quando, & à quibus, & ex quibus rebus solvi de-
beat, & de transeuntibus per alia loca, vel per aquas, quam
per pontem, vel schapham ejus solutionis fraudandæ, vel
vitandæ causa, & ad alias quæstiones.
Unum tamen nota, quòd apud nos hæc jura, com inter 200
Regia vectigalia connumerentur, nec immemorialis præ-
scriptio circa eorum perceptionem inferioribus proderit,
quæ per nostras *l. 1. & 2. tit. 15. lib. 4. Recop.* in Regiis ve-
ctigalibus sublata invenitur, & tradunt D. Larrea *allegat.
Fisc. 7. n. fin.* & latius *alleg. 15. per tot.* Azev. *in l. 1. tit.* 18.
lib. 1, Recop. Gregor. Lop. *in l. 6. tit. 29. p. 3. gloss.* 4. Aven-
dañ. *de exequ. mandat. 2. part. cap. 4. num.* 20. *&* 27. La-
sart. & Girond. *de gabell. ille cap. 19. numer. 4. hic 1. part.
à num. 43. & part. 7. in princ. num. 1. & in tract. de privileg.
quæst. 6. num.* 27. Parlador. *lib. 2. rer. quot. cap. 3. numer.* 34.
Gutier. *de gabel. q.* 5. Alfaro *de offic. Fisc. glos.* 20. iterum
D. Larrea *alleg. 13. n. 34. & seq.*
Imò, nec privilegium ad hæc, & similia jura percipien- 201
da apud nos prodetit, si descriptum, vel annotatum non
inveniatur in libris, seu codicibus Regiis, quos vulgò *de
lo salvado* dicimus, ut pro forma, & essentiali requisito
id cavetur per nostras *l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. l. 1. tit.* 18.
eod. lib. de quarum interpretatione, & declaratione latè
agit Castillo *de tertiis, cap. 20. per tot.*
Item similiter quæri potest, an facultas instaurandi in- 202
stantias peremptas jurisdictionis Dominis inferioribus
competat? quasi hæc facultas ipsius jurisdictionis com-
modum sit.

In

Digitized by Google

203 In quo articulo resolvendum est, hanc facultatem nul-
lo modo dominis inferioribus competere, nec commo-
dum jurisdictionis ipsis concessæ reputari, ut in specie
resolvunt Matth. de Afflict. *in cap. 1. quæ sint regal. in usib.
feudor. & decis. 165. numer. 3. & 5.* Glossa celebris *in l. ab
hostibus, §. Sed quod, ff. ex quib. caus. major.* Vantius *de
nullit. sentent. ex defect. jurisdict. ordin. num. 127.* Angel.
in l. si tempora, Cod. de tempor. appellat. Grammat. *de-
cis. 103. numer. 11.* optimè Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 16.
num. 210.* & noviter Domin. Tasl. *in pragmat. de antefat.
vers. 3. observat. 4. num. 212.* qui omnes communiter te-
nent, hoc jus dumtaxat Principibus superiorem non re-
cognoscentibus competere, ipsorumque ossibus, & Co-
ronæ inhærere, & latè etiam docent Natta *cons. 636. n. 96.*
Boerius *decis. 247. num. 10.* Rolland. à Vall. *cons. 82. à nu-
204 mer. 11. volum. 4. & cons. 4. ex num. 60. volum. 4.* † Et alia
plura de materia instaurationis instantiæ peremptæ affe-
rentes Castil. *decis. Sicil. 11. num. 20.* D. Franc. de Leo
decis. 107. lib. 1. num. 6. Surd. *cons. 197. num. 23.* Mastrill.
*decis. 70. num. 8. & lib. 3. de Magistrat. cap. 4. numer. 368.
& 369.* Nicol. Anton. Gravat. in addit. ad Octav. Vest.
lib. 7. cap. fin. litt. K. fol. 572. Capyc. Latr. *decis. 68.* ubi
Guizz. in addit. D. D. Petr. de Salced. *de leg. Polit. lib. 1.
cap. 11. num. 14.* & novissimè Dominic. Antunez de Por-
tug. *de donat. Reg. 2. part. cap. 20. num. 1. & tot.* Ad plures
205 † quæstiones de materia, & quòd in Regno Neapoli Pro-
regi, & Præsidi Sacri Consilii, necnon, & aliquibus
Regiis Audientiis hæc facultas competat, refert Domin.
Tasl. *dict. num. 212.*

206 Item Domini vassallorum facultatem cognoscendi in
crimine falsæ monetæ prætendere, solent ratione juris-
dictionis ipsis concessæ; sed quidem nullo modo hoc
procedere, potest, cum hujus criminis cognitio sem-
per Regi, ipsiusque Judicibus reservata sit, *l. unic. Cod. de
fals. monet. l. 9. tit. 7. part. 7. l. 8. tit. 12. lib. 4. For.* & ita
contra jurisdictionis dominos inferiores tenet Grammat.
cons. 6. quem sequuntur Tiber. Decian. *tract. crimin. to. 1.
lib. 4. cap. 52.* Bobadil. *in Polit. lib. 2. cap. 16. numer. 195.*
207 † Ubi nec eandem monetam cudendi facultas ad eos
pertinet; sed dumtaxat ad Principem superiorem non
recognoscentem, ut ex *l. 1. Cod. de fals. monet. l. 2. tit. 1.
l. 12. tit. 2. part. 2.* Gregor. Lop. *in dict. l. 2. verb. Batir*,
Anton. Gom. *in l. 40. Taur. num. 10.* Bobadil. *dict. cap. 16.
num. 144.* & aliis congestis, Barbos. *ad Ordinam. Lusitan.
lib. 5. tit. 12. numer. 7.* D. Valenzuel. *consil. 30. numer. 10.*
D. Larrea *decis. 12. num. 5.* & ad plures quæstiones novis-
simè, & latè Dominic. Antunez de Portugal. *de donation.
208 Reg. 2. part. cap. 25. per tot.* † Ubi plenè quando privile-
gio, præscriptione, vel aliter id domini inferiores habe-
re, possint?

209 Item in delictis, in quibus publicationis bonorum
pœna venit imponenda cognoscere, non posse Dominos
inferiores, vel suos Judices, multi tenent *ex l. 1. Cod. ne
sine juss. Princip. lit. consistar.* Grammat. *cons. crimin. 6.*
ubi, quòd in Regno Neapoli dumtaxat Magna Curia de
210 his criminibus cognoscat; † & idem tenent in crimi-
ne usurarum, & aliis Afflict. *decis. 28. in fin.* Franc. Vi-
vius *decis. 137.* qui refert, sæpius contra Barones in Ma-
gna Curia obtinuisse, & pluribus congestis Mastril. *de
Magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 397.* ubi quòd hoc sit de re-
galibus.

211 Sed contraria opinio verior mihi videtur: imò, quòd
Domini jurisdictionis cum mero, & mixto imperio, de
his quoque delictis cognoscere, valeant: & hanc senten-
tiam tenent Jacobin. *de feud. versic. Et cum mero imperio*,
Boss. *tract. crimin. tit. de pœn. num. 21.* Peregr. *de jur. Fisc.
lib. 1. tit. 2. num. 29. & 82. & lib. 5. tit. 1. numer. 30.* & ex
Cravet. Rossenthal. & aliis ita dictam conclusionem li-
mitat Mastril. *dict. cap. 10. num. 400.* Quia dict. *lex 1.* in-
212 telligi, † debet de publicationis pœna à jure non statuta
imponenda, quæ per Judices inferiores imponi, nequit,
ut ipsa lex ait: secus si jure communi, vel jure munici-
pali hæc pœna sit statuta, quia tunc benè per quemlibet

Lagunez. de Fructib.

Judicem inferiorem in suo casu imponi, potest, ut fre-
quenter fit, & ita in effectu docent latè Salicet. *in d. l. 1.*
Mastril. *decis. 145. & de Magistrat. dict. cap. 10. num. 403.*
Ricc. *in collect. 140.* benè Peregr. *de jur. Fisc. art. 2. nu. 87.
& lib. 5. tit. 1. num. 25.* & noviter ad rem ita intelligit dict.
l. 1. & contrariam sententiam Capiblanc. *de Baronib. to. 1.
super pragmat. 8. part. 1. ex num. 207. & 209.* & juxta hanc
resolutionem decisum testatur in S. C. Neapol. idem Vi-
vius *dict. decis. 237. in fin.* causa in eo per viam appellatio-
nis à Magn. Cur. devoluta: † Et quòd ideò tales confisca- 213
tiones domino inferiori jurisdictionis, ut ipsius fructus,
competant (nisi fierent ex delicto commisso in Domi-
num directum, sive Principem) docent Mastril. *d. cap. 10.
num. 401. & decis. 145. num. 94.* Guid. Papa *quæst. 76.* Petra
de potestat. Princip. cap. 6. num. 27. & 102. de quo articulo
latius suo loco dicam, ubi de acquisitione mulctarum,
confiscationum, aliorumve jurisdictionis proventuum
agam.

Ultra superiora igitur jurisdictionis honorifica com- 214
moda, sunt alia minus principalia emolumenta, aut præe-
minentiæ, quæ inter ipsius jurisdictionis fructus, con-
numerari, debere, frequenter prætendunt Domini in-
feriores, & consequenter, quòd ad ipsos pertineant:
quæ tamen supremi jurisdictioni, & alto dominio, sem-
per pœnes Principem reservato, ut majora Regalia co-
hærent, & consequenter ad dominos inferiores, etiam
cujuslibet amplissimæ concessionis virtute pertinere,
non poterunt, ut videbis infr. in pluribus casibus, quos
breviter pro majori claritate, & omni dubietate tollen-
da specialiter hic annectere, decrevi, ubi, & è contra
alia quoque commoda, aut præeminentias referam, quæ
ut jurisdictionis emolumenta eis competunt, licèt supre-
mæ jurisdictioni cohærere, videantur.

Primò igitur dubitari potest, an Domini inferiores ra- 215
tione jurisdictionis per Regem ipsis concessæ de violentiis
inter Ecclesiasticas personas, ut ipse Rex, vel Regia Tri-
bunalia cognoscere, valeant?

In qua quæstione resolvendum est, nullo modo hanc 216
cognitionem eis competere, posse, ut tenent Avendañ.
de exequend. part. 1. cap. 1. num. 32. vers. & cum hæc, Bo-
badil. *in Polit. lib. 2. dict. cap. 16. à numer. 90. & num. 218.
circa fin.* † Ubi, quòd nec per Regiam concessionem, 217
aut consuetudinem id quærere, valeant; quia ista extra-
judiciali cognitione dumtaxat utuntur Principes superio-
rem non recognoscentes: & hoc non ratione jurisdictio-
nis, sed protectionis, aut extrajudicialis defensionis,
quam adversus violentias suis subditis exhibent, ex inve-
terata, maximè apud nos, consuetudine per nostras leges
Regias confirmata, ut constat ex *l. 5. tit. 1. lib. 2. Ordina-
ment. l. 16. tit. 5. lib. 2. Recopil.* & aliis adductis per D. Sal-
gad. *de Regia protect. part. 1. cap. 1. ex num. 14.* † Quæ pra- 218
xis, seu consuetudo ad Dominos inferiores extendi non
debet, sed potiùs nimis est restringenda, ut notant Aven-
dañ. & Bobadil. *in loc. sup. cit.*

Item nec Domini inferiores charras tuitivas concede- 219
re, poterunt, quas frequenter in Lusitania in beneficia-
libus, & aliis rebus Ecclesiasticis pro tuenda possessio-
ne, vel quasi, Rex concedit, ut tenent contra Dominos
inferiores, Cabed. *part. 2. decis. 66.* Fragoss. *de regimin.
Reipub. part. 2. lib. 3. disput. 7. num. 54.* † Quia hæc pote- 220
testas ad supremam dignitatem pertinet: & in signum
supremæ potestatis, tanquam de majoribus regalibus
omninò reservatis, ei competit, Oliva *de for. Ecclesiast.
1. part. quæst. 25. num. 2.* Cabed. *decis. 71. num. 2. part. 2.*
Pereir. *de man. Reg. 2. part. cap. 37. num. 27.* † Qui nec 221
per amplissimas concessiones: imò nec per expressas in
Dominos inferiores per Principem transferri posse, asse-
rit, quem sequitur novissimè Dominic. Antunez de Por-
tugal. *de donat. Reg. 2. part. cap. 32. num. 1. & 2.* † Et ad 222
alia plura de his tuitivis chartis, & de earum præcipuè in
Lusitania praxi plenè tractant Lusitani Cabed. *2. part. de-
cis. 66. per tot.* Valasc. *consultat. 79.* Pereira ibi proximè,
& à numer. 37. & 1. part. cap. 21. per tot. Dominic. An-

tunez de Portugal. *de donat. Reg. 2. part. cap. 32.* ubi latissi-
223 mè materiam explicat: † Et etiam de hac praxi in Princi-
patu Cathalooiæ inter Religiosos aliasque personas Ec-
clesiasticas pro ipsorum conservandis, nec turbandis pos-
sessionibus, tollendisque scandalis, testatur Caocer. 3.
224 *variar. cap. 14.* ubi per tot. de materia: † Idemqoe in Re-
gno Galleciæ servari, refert Gaspar. Rodriguez *de annuis
reddit. lib. 1. q. 17. ex n. 21.*
225 Quæ inter Ecclesiasticas personas extrajudiciales per
Regia Tribunalia, aliosve Supremos Magistratus co-
gnitiones semper, nec aliter intelligerem, quàm cum
scandala, rixæ, & publicæ perturbationes, quæ inter
has Ecclesiasticas personas timentor, per suos superiores
sedari, non possunt; nam si hoc per eos fieri, potest,
ipsi potius, quam sæculares adeundi, cum illorum re-
medium ordinarium sit, istorum verò extraordinarium,
& in subsidium tantùm illius: aliàs namque ad quid de-
serviret, Ecclesiasticos suos superiores habere? Punian-
tur ergo Ecclesiastici, Religiosi maximè intra claustra, &
suorum superiorum etiam aliquando insipientium man-
data patienter substineant, quia in hoc magis viget vera,
ac Religiosa disciplina: Nec discoli ad sæcularia tribu-
nalia prætextu scandali admittantur; nam ea hoc forsan
majus scandalum sequitur, & Religioorum pax, necnon,
& publica perturbatur,
226 Item dubitari solet, an facultas legitimandi spurios, aut
naturales Dominis inferioribus ratione jurisdictionis, vel
dominii oppidorum competat?
227 In quo articulo similiter dicendum est, hanc potesta-
tem ad supremam jurisdictionem pertinere, & inter Re-
galia coonumerari, juxta Text. *in §. Illud, Authent. quib.
mod. natural. efficiant. sui,* & Afflict. *in rubr. quæ sine re-
gal. in usib. feudor. num. 1. & infr.* referendis, consequen-
terque ad dominos inferiores spectare, non potest: nec
alius, nisi Princeps Supremus legitimare poterit, ut com-
muniter resolvunt in nostra specie ex *l. 3. ff. de natalib. re-
stituend.* Paul. de Cast. *cons. 34. per tot. volum. 2.* Gregor.
Lop. *in l. 4. tit. 15. Part. 4. & in l. 12. tit. 1. part. 2.* Gomez
in l. 40. Tauri, num. 10. Bobadil. *in Polit. lib. 2. cap. 16.
num. 165.* Mandel. de Alb. *cons. 143.* Vivius *decis. 339.* Pe-
regr. *de fideicom. art. 23. per tot. & à num. 44.* & aliis coo-
gestis, Mastril. *de Magistrat. lib. 3. cap. 10. ex numer. 32.*
Pont. *de potestat. Proreg. tit. 10. de legitim.* Camil. Bottel.
in sum. decis. tit. 41. de jurisdict. & imper. n. 51. ubi, quòd
hæc potestas sit de maximo imperio Principis, Fragoss. *de
regim. Reipublic. d. lib. 3. disp. 7. num. 8. & 54.* Pereir. *de
man. Reg. 2. part. cap. 37. num. 28. vers. Certum est,* Cabed.
decis. 39. num. 1. & decis. 72. num. 2. part. 2. quia imperfe-
ctionibus naturæ succurrere, maculas abstergendo, à
celsitudine Principis dependet, optimè ad rem Capiblanc.
de Baronib. tom. 1. sup. pragm. 8. p. 1. nu. 285. & tenet Joan.
Maria Novar. *de gravam. vassal. tract. 1. gravam. 390.*
228 Quæ intellige, nisi specialiter hoc jus legitimandi Do-
miois inferioribus per Principem concedatur, ut rectè
limitant Afflict. *decis. 128.* Ruin. *cons. 76. num. 10. & 24.
volum. 3. & cons. 67. num. 2. & cons. 68. num. 1. eod. volum.*
Bobadil. *dict. cap. 16. num. 165.* Novar. *dict. gravam. 390.
num. 5.* Pereir. *de mann Reg. dict. part. 2. cap. 37. num. 28.
vers. Certum est, quod legitimare, &c.* Peregrin. *d. art. 23.
& 47. 90. & 44.* qui loquitur in Comitibus Palatiois, quos
etiam haoc facultatem legitimandi in terris Imperii exer-
cere, non posse, ait, nisi specialiter per Imperatorem eis
sit concessa: notat quoque ibidem Franc. Censal. in addit.
ad num. 90. & in aliis dominois inferioribos tenent conge-
sti per Portugal. *de donat. Reg. p. 2. cap. 16. num. 1.* (qui in
oum. seqq. latè agit, & disputat an per Principem supe-
riorem possit concedi hæc facultas legitimandi inferiori-
bus Dominis) Poote *de potestat. Proreg. tit. 10. de divers.
provisionib. rubric. de legitimat. & restit. natal. à numer. 1.*
229 † Ubi, quòd Proregi Neapolitano hoc jus competat, &
idem supponit Capiblanc. *dict. pragmat. 8. part. 1. nu. 185.*
& notat Censal. ubi proximè.
230 Qualiter autem tam Domini superiorem non recogno-
scentes, quam inferiores, virtute suorum privilegiorum
spurios, aut naturales legitimare, debeant, & quando
citatio propinquorum, vel substituti requiratur tam in
successionibus bonorum liberorum, quàm in fideicom-
missis, feudis, & nostris majoratibus? & an, & quan-
do causa requiratur: & quid si successionis spes variabi-
lis, vel invariabilis sit; & stante conditione, si sine liberis
legitimis, vel aliter adjecta? & ad alias plures quæstiones
circa materiam legitimationis per rescriptum, quando ita
legitimatus ad fideicommissa, feuda, majoratus cum ex-
clusione substituti, & aliorum proximiorum admittatur,
necnon ad successionem ascendentium cum aliis filiis le-
gitimis, & naturalibus? plenè tractant (ultra DD. supr.
relatos, specialiter in legitimationibus, quæ ex privile-
gio per nostros dominos inferiores fiunt loquentes) Dom.
Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 2. ex num. 1. & tot. & cap. 3.
per tot.* & maximè *num. 2. & 7. vers. Eadem,* Ponte *de po-
test. Proreg. dict. tit. 10. rubric. de legitimat.* latè Peregrin.
de fideicommiss. art. 23. per tot. ubi optimè materiam tra-
ctat, Græven. *conclus. pract. lib. 2. conclus. 140. cum seqq.*
Mieres *de majoratib. part. 2. quæst. 2.* & apud nos, quoad
successiones parentum extat *l. 10. tit. 8. lib. 5. Recopil.* quæ
est *l. 12. Taur.* 10 quibus Gomez, Matienz. D. Covarruv.
3. variar. cap. 6. ferè per tot. & Azeved. & cum aliis Mor-
quech. *de divis. bonor. lib. 4. cap. 6. à num. 28.* & ad omnia
supradicta, ut in paucis recentioribus plura, & plures
congeras, vide Moderniores plenissimè materiam tra-
ctantes Fusar. *de substitut. qu. 408. cum seqq.* Barbos. *vot. 68.*
D. Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 17. ex num. 33.*
ubi, & ad successionem Commendarum Indiarum, Mer-
lin. *tom. 2. controvers. cap. 88. & 89. & controvers. 1.* latè
Castil. *de tertiis, cap. 41. ex n. 97.* Capyc. Latr. *decis. 150.
& 166.* & aliqua *in decis. 3. à num. 17.* ubi de Bulla Pii Pa-
pæ IV. ad cujus intelligentiam optimè distinguit *à num. 1.*
cum Fachin. *lib. 4. contr. cap. 53.* & ad alia Guizz. in addit.
ad Capyc. Latr. *in dict. decis. 3. ex num. 7.* & idem Latr. &
Guizz. *decis. 4.* ubi, quòd paterna nobilitate ita legitima-
ti gaudeant, & idem tenent Garzia *de nobilitat. gloss. 21.
num. 69.* Matienz. *in dict. l. 10. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 8.*
Escobar. *de purit. & nobilit. prob. part. 1. quæst. 4. §. 6. n. 14.*
& ad omnia supradicta Michalor. *de duob. fratrib. part. 3.
cap. 25. & 26.* D. Larr. *decis. 8.* & ad omne latissimè Franc.
Censal. in addit. ad Peregr. *dict. art. 23.* Franc. Roch. *de
offic. regimin. rubr. 8. ex num. 120.* & alios congerentes Ad-
dent. ad Molin. *in loco supr. citat.* Roxas *de incompatibilit.
part. 1. cap. 6. §. 6. ex numer. 66.* D. Cresp. *observat. 23. ex
num. 37.* Franc. Maria Prat. *tom. 1. discept. forens. cap. 33.*
Faxard. *in tract. de legitimat. per subseq. num. 13. cum seqq.*
Domin. Antun. Portug. de *de donat. Reg. 2. p. cap. 16. per tot.*
Item similiter in emancipatione filiorum infantium 231
Domini inferiores se ingerere non debent; quia quamvis
emancipationes regulariter coram quovis judice ordina-
rio fieri, valeaot, quia ad merum imperium hoc perti-
net, ut ex *l. fin. Cod. de emancipat. liberor.* & ibi gloss. &
ea doctrina Bartol. *in l. Imperium, num. 22. de jurisd. omn.
judic.* tenet Paris de Puteo *de syndicat. in verb. Lissua,
§. Quæro, de quæst. pragmat. num. 183.* Morot. *consil. 52.*
Sainxoo. *in consuet. Turon. tit. Des Droicts, de vasse Iusti-
ce, gloss. 1. col. 3.* Nicol. Iuirigliol. *de feud. art. 79. num. 68.
centur. 2.* Mansuet. *in pract. tit. de judic. & ar. jurisdict.
n. 12. & 13.* Clement. *in tract. de patr. potest. effect. fin. n. 79.*
Camil. Bottel. *in summ. decis. tit. 41. de jurisdict. & imper.
num. 56.* hoc tamen intelligendum est in emancipationi-
bus majorum septennio, qui benè coram Judice ordina-
rio loci emancipari, possunt, quia proprium habent
consensum in emancipationibus requisitum per *l. iube-
mus, Cod. de emancipat. liberor.* secùs verò in emancipatio-
nibus infantium, quibus, cum consensus proprius defi-
ciat, minorem authoritatem, quam Principis non suf-
ficere, rectè docent D.D. Angel. *in dict. l. iubemus,* ubi
quamdam emancipationem cuidam infanti damnosam
se destruxisse, testatur, ex quo absque Principis rescri-
pro erat facta: idem notat Paschal. *de patr. potest. p. 1. c. 1.
num. 3.*

Digitized by Google

num.3. & ex Cabed. Barbos. & aliis Fragoss. ita intelligen-
dus de regim. Reip. p.1. lib.3. disp.7. n.54.
232 Et in nostra specie, quòd ideo tales emancipationes
coram Dominis inferioribus fieri, non valeant, docent
Bald. in l. rescripta, num.6. C. de precib. Imperat. offerend.
Bobadil. in Polit. lib.2. cap.16. num.152. Joan. Maria No-
var. de gravam. vassal. tract. 1. gravam. 388.
233 Et eodem modo à veniæ ætatis concessione, quæ mi-
noribus per Principes superiores concedi, solet, Domi-
ni inferiores abstinere, debent: neque jus eam conce-
dendi ratione jurisdictionis ipsis concessæ, tanquam ejus
commodum prætendere, poterunt, ut in specie docent
Bald. in l. rescripta, numer.6. Cod. de precib. Imperat. offe-
rend. Anton. Gom. in l.40. Taur. num. 10. Bobadil. in Po-
234 lit. lib.2. cap.16. num.172. & 95. † Ubi in venia, seu ætatis
supplemento ad Decurionatus, seu alterius officii publi-
ci administrationem; & in qualibet veniæ ætatis conces-
sione, Fragoss. de regimin. Reipub. part. 1. lib. 3. disput. 7.
235 num.8. † Ubi, quòd in Lusitania jure speciali, lib. 2. Or-
dinat. tit.45. §.40. Magnatibus, & Dominis inferioribus
illius Regni specialiter prohibeatur: idem tam jure com-
muni, quàm Lusitano tenet Dominic. Antunez de Por-
tugal. de donat. Reg. lib.2. part.2. cap.19. num.2. quia hæc
veniam ætatis concedendi facultas potiùs ad maximum
Imperium, supremamque Principis jurisdictionem, ut
ejus emolumentum, & fructus pertinet, quàm ad juris-
dictionem dominorum inferiorum, ut ex l.1. & 2. Cod.
de his, qui veniam ætat. impetr. resolvunt plura de mate-
236 ria hujus veniæ, † & de contractibus celebratis per mino-
res, qui eam impetrarunt ad restitutionem, & ad alia re-
scissoria remedia frequenter in praxi prætensa, Bartol.
in l. Imperium, num.14. ff. de jurisdict. omn. jud. Paul. de
Castr. in dict. l. 1. C. de his, qui veniam ætat. Joan. Horosc.
ad Text. in l. non ambigitur, n.5. & 8. ff. de legib. Ripol. de
regal. cap.10. n.24. Mautic. de in integr. restitut. cap. 225.
D. Joseph Vela differtat. 1. num.27. & tot. Mastril. de Ma-
gistrat. lib.5. cap.6. numer. 270. Hieronym. Leo decis. 22.
num.2. lib.3. Camil. Borrel. in summ. decis. tit.41. num. 51.
Constanc. Harmenopol. in promptuar. Iur. Civil. lib. 1.
tit.12. vers. Solus Princeps, Jacob. Callic. in margarit.
Fisc. dub.8. prærog. Princip. 14. & 123. Eman. Barbos. ad
Ordinat. dict. tit.42. in princip. num. 3. Menoch. de arbitr.
cas.57. num.42. D. Crespi de Valdaur. observat.17. num.21.
Augustin. Barbos. qui plures refert ad dict. l. 1. num.6. C.
de his, qui veniam ætat. impetr. plenè Vela differtat.1. n.27.
237 & tot. & differtat.6. à num.47. & seqq. † Qui latè tractat
an restitutio minoribus, qui veniam impetrarint, ad-
huc concedi, debeat? cum quo acerrimè pugnat Guz-
man verit. 11. tot. & ad omne Dominic. Antunez de Por-
tugal. de donation. Reg. lib.1. part.2. dict. cap.19. à num. 1.
& latissimè per tot. ubi novissimè alios congerit, Castillo
de tertiis, cap.41. à num.99.
238 Item, quæri potest, an moratorias, seu inducias
pauperibus debitoribus concedere, inter jurisdictionis
emolumenta, aut fructus connumerari, debeat, & con-
sequenter ad jurisdictionis dominos inferiores pertinere
valeat?
239 In quo articulo breviter resolvendum est, hanc fa-
cultatem moratorias concedendi nullo modo emolu-
mentum, aut fructum jurisdictionis, aut dominii terra-
rum Dominis inferioribus concessi, reputari debere, nec
ipsis Dominis competere, posse, ut in specie resolvunt
contra quoscumque Dominos superiores recognoscentes
Castrens. in l. 1. §. Qui Magistratum, num.9. ff. quod quisq.
jur. per Text. & gloss. ibidem Genua de script. privat. tit.
de litter. judic. quæst. 2. Carroc. in tract. de except. cap.138.
num.6. Grass. de except. except.42. numer.45. Bobadil. in
Polit. dict. lib.2. cap. 16. numer. 125. Anton. Gomez in
l.40. Taur. numer. 10. D. Joann. del Castil. de aliment.
cap.12. num.4. Fragoss. de regimin. Respubl. part. 1. lib. 3.
dict. disput.7. num.8. & idem in Regno Neapoli in ejus
Baronibus, seu Magnatibus servari, testantur Caravit.
in Rit. Magn. Cur. Vicar. 287. num. 3. Dominic. Tass. in
Lagunez de Fructib.

pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 4. num. 196. Joann.
Maria Novar. de gravamin. vassal. tract. 1. gravam. 381.
per tot. † Quia hæc potestas soli Principi superiorem non 240
recognoscenti ratione supremæ jurisdictionis competit,
ut, ultra relatos, tenent ex Teat. in l. quoties, & l. uni-
versa, & ibi communiter DD. Cod. de precib. Imperat.
offerend. cap. universa 23. quæst. 4. ubi, & Canonistæ. Me-
noch. de arbitr. cas. 336. Thesaur. decis.186. Giurb. cons.
crimin. 76. num.5. & aliis congestis, Castil. (ultra loc. sup.
cit.) in tract. de tertiis, cap.41. num.101. & alii per Boba-
dil. ubi supr. dict. num.125. † Ubi, quòd nec per Regias 241
Cancellarias, quæ tam amplam jurisdictionem habent,
moratoriæ concedi, valeant, quòd expressè cavetur per
nostram l.15. tit.5. lib.2. Recopil. † Licèt contrarium in 242
Regno Neapoli, & ejus Audientiis Provincialibus servari,
testetur Novar. d. gravam. 185. num.5. † Et idem esse in 243
Proregibus, quos etiam moratorias concedere posse, ait
D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib.4. cap.10. n.73. & in
Polit. lib.5. cap.18. fol. 883. verb. En quanto, in fin. col. 2.
† quòd fortè in Regiis Audientiis extra Regnum longi à 244
Rege sitis, & in Proregibus ob locorum distantiam acci-
dit, quia aliàs difficulter miseri debitores pro moratoriis
consequendis Reges adire, possent.
Ad alia autem plura de moratoriis, seu indiciis debi- 245
toribus concedendis: quando, & ex quibus causis id
fieri, debeat? & an fidejussione prius data de solvendo,
transacto tempore moratoriæ, necnon an debitorum quo-
que fidejussoribus moratoriæ prosint? quæ debua com-
prehendant? ad aliasque plures de hac materia quæstio-
nes plenè tractant Mel. integr. tract. de induc. debitor.
Avendañ. de censib. cap.110. D. Covarruv. 2. variar. cap.1.
ubi ejus addit Faria, Azeved. in l.15. tit.5. lib. 2. Recop. &
in l.2. tit.14. lib.4. ex numer.34. Ricc. collect. 8. Surd. de-
cis. 301. Barz. decis.78. Novat. de elect. for. sect.3. quæst.13.
Collantes in pragmat. agricol. lib.2. cap. 13. Genua de scri-
ptur. privat. cap.52. cum seqq. Valasc. de privil. pauper. 1. p.
quæst.139. Petr. Gregor. syntag. lib.22. cap.7. Paz in prax.
tom.1. part.4. cap.6. & 9. Morla in empor. jur. tit.8. quæst.2.
num.10. cum seqq. Muscatel. in prax. part. 3. gloss. detinebi-
tur, num. 103. cum seqq. in prax. fidejuss. quæst.9. Amat.
resolut.2. ex num.3. & ut alios omittam, plures conge-
runt August. Barbos. in dict. l.2. Cod. de precib. Imperat.
offerend. Castil. in loc. supr. citat. Galerat. de renunciat.
tom.2. centur.2. quæst.196. latè Leothard. de usur. quæst.85.
D. Salgad. in Labyrinth. 2. par. cap. 30. per tot. & 4. part.
cap.16. numer. 2. & novissimè Balmassed. de collect. q.93.
Magret. ad constit. pragmat. Regn. Sicil. §.29. observat. 1.
Dominic. Antun. de Portug. de donat. Reg. 3. part. cap.42.
n.35. cum seqq.
Item per Dominos inferiores prætendi solet, ipsis jus, 246
vel facultatem competere concedendi vassallis gabella-
rum, tributorumque immunitatem ob duodecim libe-
ros, aliisve de causis, tanquam hæc præeminentia ju-
risdictionis, vel dominii ipsis concessi, sit effectus, aut
commodum.
Sed negativam sententiam, quam veriorem judico, 247
tenent in specie Bald. in l. vacantia, Cod. de Decurion.
lib. 10. Joann. Maria Novar. de gravam. vassallor. tra-
ctat. 2. gravam.170. † Ubi, quòd in Neapoli tales immu- 248
munitates in Regia Camera Summariæ expediri, de-
beant: & apud nos docent Azeved. in Cur. Pisan. lib. 2.
cap.18. num.34. Bobadil. de Polit. lib.2. dict. cap.16. n.147.
& num.176. qui loquitur in immunitatibus Medicis,
aliisve personis concedi solitis, & quòd nullo modo
per Dominos inferiores concedantur: quia esset in ma-
gnum præjudicium cæterorum contribuentium, quibus
exemptorum portio in majus gravamen accresceret.
† Et in immunitatibus, quas Domini inferiores novis in- 249
colis, aut viciniis concedere, solent, ut ita ad sua lo-
ca, de Regiis oppidis incolæ transire invitentur, ex-
pressè loquuntur nostra jura Regia in l.2. & 3. tit.9. lib.7.
Recopilat. in quibus id sub gravibus pœnis Dominis infe-
rioribus prohibetur; & notant Bobadil. dict. numer. 147.

Digitized by Google

Azeved. in loc. citat. ultraque in his omnibus casibus, in
quibus gabellarum immunitatus ob duodecim liberos,
vel ex alua causis concedi, debent, id apud nos fit in Aula
Gubernationis nostri Supremi Senatus, ubi frequenter
circa hoc Regiæ Provisiones expediuntur,
250 Item in casibus, quibus Regia facultas, aut licentia
requiritur ad alienationes bonorum oppidorum, vel ad
censuum super eis constitutionem, aliosve contractus,
dubitatur, an tunc in locis dominorum inferiorum hanc
licentiam concedendi facultas ratione jurisdictionis, aut
dominii ipsis Dominis competat?
251 In qua difficili quæstione affirmativam sententiam te-
nent Avendañ. de exequend. mandat. 1. part. cap. 1. num. 24.
Mexia ad leg. Tolet. 2. fundament. part. 9. num. 48. & 49.
D. Joann. del Castil. de usufruct. cap. 54. num. 56. Mature
disquisit. legal. cap. 32. num. 29. quia inferiores Domini in
loco Regia sunt, ut notant isti DD. & loco Præsidis, per
quem aliàs hæc licentia dari, solebat, ut ait Avendañ. ubi
proximè.
252 Contrariam verò sententiam, ut per Reges dumtaxat
facultates istæ, aut licentiæ, etiam in locis Domino-
rum, concedi, debeant, communiorem, & receptio-
rem invenio, quia pro ea resolvunt Azeved. in l. 11. tit. 7.
lib. 7. Recopil. Rodriquez de ann. redditib. lib. 1. quæst. 14.
num. 67. vers. Amplia etiam si redditus, Gutierrez. lib. 4.
practicar. quæst. 60. numer. 8. Avendañ. de censib. cap. 68.
num. 3. Zevallos commun. contra commun. quæst. 749. ex
num. 35. Oter. de pascuis, cap. 11. num. 9. Hermosil. in l. 15.
tit. 5. partit. 5. gloss. 2. num. 11. & ita praxi receptum te-
statur, D. Salgad. in Labyrint. creditor. part. 1. cap. 1. §. 2.
num. 21,
253 Pro quorum concordia distinguendum mihi videtur
inter oppida, aut vassallos Burgensaticos, qui dumtaxat
ratione jurisdictionis, vel generalis dominii ipsorum
oppidorum Dominis subjiciuntur: & inter oppida, seu
vassallos de Mansata, apud nos Solariegos, qui etiam
ratione territorii, vel possessionum, mansionis, aut sola-
rii accepti, sunt subjecti.
254 In primis ergo negativam sententiam procedere, de-
bere, dicendum est, ut in eorum rerum publicarum alie-
nationibus Regia licentia necessaria sit: contra verò in
secundis, quos Solariegos appellamus, in quibus licen-
tia ad tales alienationes à suis dominis est impetranda;
255 Quia horum oppidorum termini, & quidquid in solo
continetur, domini est, Avendañ. de censib. dict. cap. 68.
in fin. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 16. n. 153. Mieres de ma-
jorat. 4. part. quæst. 20. num. 63. & 74. D. Larrea allegat. 46.
256 num. 7. † Nec in his locis quidquam præter supremum do-
minium Rex habet, & in ejus signum, tributum mone-
tæ apud nos Moneda forera, quod ei penditur, ut pro-
bat nostra l. 3. tit. 25. part. ibi: E en tales solariegos como
estos no à el Rey otro derecho ninguno, sino tan solamente
moneda, esta se dà en reconocimiento de el Sennorio Real,
D. Larrea dict. allegat. 46. numer. 5. Valeron. de transact.
257 tit. 4. quæst. 3. num. 48. † Quare, si quæratur de alienatio-
nibus hujusmodi oppidorum rerum, quæ in eorum ter-
minis, ac solo continentur, licentia Dominorum suffi-
ciet, imò necessaria erit, ut comprobant expressa jura
in dict. l. 3. tit. 25. part. 3. illic: Mas no pueden enagenar
aquel solar, ubi Gregor. gloss. 4. l. 2. tit. 3. lib. 6. Recopil.
ubi optimè Azeved. ex num. 2. qui Burgos de Paz, Mercat,
Jul. Clar. & alios refert ad plures quæstiones in similibus
loquentes, & etiam in nostris oppidis Solariegos, tenent
Mieres dict. quæst. 20. num. 102. D. Larrea dict. allegat. 46.
258 num. 22. † Qui ita necessariam licentiam Dominorum in
his alienationibus, ait, ut eo ipso, quòd probetur, vas-
sallos absque licentia Domini sua prædia alienare con-
suevisse, solarii præsumptio excludatur, idem notat Va-
ler. de transact. tit. 4. quæst. 3. num. 50. quare ex his optimè
animadvertit Gregor. Lopez d. gloss. 4. ex doctrina Isern.
ibi relati, quòd cauti sint domini, & advocati vassallos
Solariegos probare volentes, ut articuletur, & probe-
tur, nunquam vassallos sine licentia Domini aliquid
vendidisse: idem monet ex doctrina Burgos de Paz, Di-
dac. Perez, & ex feudistis Azeved. in dict. l. 2. tit. 3. lib. 6.
Recopil. n. 4.
Et huic distinctioni assentiunt Valeron. de transact. 259
dict. tit. 4. quæst. 3. num. 45. Balmassed. de collect. quæst. 4.
num. 13. qui, dum in his alienationibus licentiam Re-
giam, etiam in locis Dominorum inferiorum, requi-
runt, id limitant in oppidis Solariegos, in quibus suo-
rum Dominorum licentiam necessariam esse, asserunt,
& idem sentire, videtur, licèt id non exprimat, Boba-
dil. in polit. lib. 2. dict. cap. 16. num. 153. in fin. † Ubi inter 260
vassallos Burgensaticos, & Solariegos, seu de Mansata,
differentiam agnoscit, quoad dominium terminorum,
aut solarii, quod apud Dominos residere, ait in istis: con-
tra vero in illis.
Unum tamen nota, benè posse Dominos inferiores et- 261
iam in oppidis Burgensancis licentias ædificandi in solo
publico viciniis concedere, dummodò hoc fiat absque
magno oppidorum præjudicio, veluti si pro domibus
ædificandis, hortibus parvis faciendis id fiat, pro qui-
bus, & similibus incolarum ministeriis necessatis par-
va solatia de publico concedere, possunt, ut notat Bo-
badil. dict. cap. 16. num. 153. † Ut & Decurionibus oppi- 262
di liberi hoc sine Regia licentia facere, licet, idem Bo-
badil. lib. 3. cap. 8. num. 80. quamvis alias terras publicas,
vel de Concilio absque licentia Regia donare, vel aliter
alienare prohibeantur per nostram l. 11. tit. 7. lib. 7. Recop.
& ex Avendañ. Azeved. & aliis Bobadil. ubi proximè:
† Idque etiam in casu nostræ limitationis de jure procede- 263
re debere, ne videlicet præfatæ ædificandi licentiæ per
Decuriones, vel dominos concedi valeat, ait novissimè
Portugal. de donation. Reg. 3. part. cap. 3. num. 33. sed in
praxi observantur, & quidem magna ratione, cum ma-
jorem utilitatem oppidi consequantur, quam præjudi-
tium, quòd aliàs ob alienationem parvi solarii conside-
rari, posset: † Ad alia autem, & de pensione, aut cen- 264
su imponendo eis, qui ædificarunt, vel vineas, aut aliàs
plantationes cum licentia tantum oppidorum in terris
publicis fecerunt, quin dirui, aut avelli, possint, si ab
occupatione, vel plantatione viginti anni fuerint transa-
cti, juxta Pragmaticam de Iaen, quæ extat in l. 9. tit. 7.
lib. 7. Recopil. benè tractant Avendañ. de exequend. part. 1.
cap. 12. ex numer. 21. & 23. Bobadil. dict. cap. 8. numer. 8.
Azeved. in l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. ex num. 61. & optimè
in dict. l. 9. Recopil. ubi benè eam concordat cum dict.
l. 11. eod. tit. quæ adhuc intelligerem, cum plantationes,
vel ædificia sunt magna, nec minimam partem soli pu-
blici occupant: secùs, si parva sint, quo casu nullam
pensitationem imponendam judicarem, maximè si sola-
ria ista parva concedantur, vel jam sint concessa perso-
nis benemerentibus, & quæ Civitatibus, vel oppidis in
officiis publicis, vel aliter benè, & approbatè diu ser-
vierint.
Ex quibus eo magis excludendi sunt Domini vassallo- 265
rum, vel Barones, qui vassallos in proprio privato lo-
co absque eorum licentia ædificare, prohibent: hoc jus
ob commodum ipsis ratione jurisdictionis, vel dominii
ipsis competere, asserentes; sed malè quidem, & absque
ullo fundamento, ut in specie contra eos resolvit Joann.
Maria Novar. de gravam. vassallor. tract. 2. gravam. 59.
† Ex vulgari regula, cuilibet licere in suo loco ædificare, 266
& altius usque ad cœlum extollere, l. altius, C. de servit.
& aqua, l. si intercedat, & ibi gloss. ff. de servitut. urban.
prædior. & notant plenè circa hanc regulam agentes, &
plures ampliationes, & limitationes cumulantes Socin.
regul. 237. Marsilis singul. 154. Dueñas regul. 32. Menoch.
de arbitr. lib. 2. cas. 56. Matth. de Afflict. decis. 358. Cœpol.
in tract. de servit. urbanor. prædior. cap. 39. Magon. de-
cis. 29. Franc. Marc. decis. 495. tom. 1. Vivius decis. 306.
Thesaur. decis. 23. & 41. Gratian. disceptat. forens. tom. 3.
cap. 432. latè Viscont. in conclus. in verb. Aedificare, &
plenius novissimè Ursellius in examin. sive conclus. legal.
conclus. 62. verb. Aedificare. † In quibus plura de materia 267
inve-

Digitized by Google

invenies: & quid quando in proprio loco, ad æmulationem tamen ædificatur: & quod æmulatio non præsumatur, & quando secus; de quo etiam ultra relatos, & ad alias limitationes, vid. Gail. *lib. 2. observat. 69.* ubi Grævei. Burat. decis. Rot. Roman. 38. & 631. Capyc. Latr. *decis. 50.* ubi Addit. Guizz. *num. 32. & 33.* Carpzov. *dec. 108.* & aliis adductis, Horat. Barbar. *de divis. fruct. part. 1. cap. 3. ex num. 68. ad 73.* Franc. Tondut. *resol. civil. cap. 60. num. 19.* qui in notabili casu ad probandam æmulationem loquitur, & novissimè Franc. Maria Prat. *discept. forens. tom. 1. cap. 41. ex num. 25. & 2. tom. cap. 30. ex nu. 20.* Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. 3. part. cap. 4. numer. 18. & 51.*

268 Item Domini vassallorum, vel Barones prætendere solent, facultatem concedendi licentias ad testandum incapacibus, vel inhabilibus, ut fructus, aut commodum jurisdictionis, vel dominii haberi, debere, & consequenter ad eos spectare.

269 In quo articulo resolvendum est, has concedendi licentias facultatem nullo modo inter feudi, aut oppidorum fructus connumerari, debere, nec ad Dominos spectare posse, quia id solius Principis est, quod satis ex juribus, & authoritatibus superius adductis colligere, licet.

CAP. XXII.

ARGUMENTUM.

Agitur de tribus præeminentiis, aut commodis quæ an inter fructus, aut dominii concessi connumerari, debeant? dubitari solet: Et primò de immunitate, quam rei ad domos Magnatum, aliorumve Dominorum inferiorum, necnon ad ipsorum personas in suis locis confugientes prætendere solent, an hæc præeminentia jurisdictionis, vel dominii emolumentum, aut fructus sit, Dominisque in suis oppidis competat? & quid in Rege, & Palatio Regio: & in domibus Nobilium Aragonum, & Infanzonum Navarræ. Secundò de securitate, aut salvoconducto, quæ apud Italos *Salvagnardia*, aut *Guidaticum* appellatur, an id concedendi facultas jurisdictionis, vel dominii fructus sit? & latè distinguitur inter securitatem, quæ per schedulam Regiam concedi, solet, apud nos *Carta de Amparo*, *y Seguro Real*, quæ ob timorem potentiorum expeditur, & quæ cum cautione de non offendendo vulgariter per quemlibet judicem conceditur *ex leg. denunciamus, Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* & inter securitatem, quæ delinquentibus absentibus ante sententiam, vel post eam ex causa, vel sine ea ad tempus, vel perpetuò tribuitur, quæ salvusconductus, vel apud Italos *Guidaticum* dicitur, & quid coram aliis judicibus Regiis inferioribus, & in tribunalibus superioribus, quando, & quomodo per eos ista securitas sit concedenda? & de salvoconducto legatis concedi solito? Tertiò tractatur de remissione, aut indultu pœnarum, an similiter eum concedere, ut jurisdictionis præeminentia, aut commodum habeatur, & ad Magnates pertineat? & quid si hæc remittendi facultas speciali privilegio eis sit concessa, quomodo ea uti valeant, an ante, vel post sententiam, vel saltim, pendente appellatione, virtute hujus privilegii indulgere, possint: & pro coronide aliqua notabilia adducuntur circa has remissiones per Regem concedendas, vel non, ex quibus causis, & in quibus delictis id fieri debeat? & quam parce his remissionibus, ne justitia violetur, sit utendum.

SVMMARIVM.

1 *Proponuntur tres in præsenti cap. discutiendæ quæstiones: Circa immunitatem videlicèt domorum Magnatum: Salvumconductum, aut securitatem: Necnon, & remissionem delictorum concedendam; an præeminentia ista inter jurisdictionis fructus computentur, debeanturque inferioribus dominis?*

2 *Prima quæstio: an delinquentes in terris dominorum ad ipsorum personas, vel domos confugientes exinde extrahi, valeant, necne: seu an præeminentia ista, ut jurisdictionis commodum habeatur, dominisque inferioribus competat?*

3 *Sententia affirmativa.*

4 *Duces, Comites, & alii domini inferiores Vicem-Regis obtinet.*

Rei ad Regem confugientes delictorum immunitate gaudent, ibidem.

5 *Imò si damnati, dum ad supplicium feruntur, Regem viderint, à pœna liberantur.*

Idem in antiquis virginibus Vestalibus servabatur, & in aliis personis.

7 *Nunc Cardinales hoc privilegio potiuntur.*

8 *Ampliatur si ad Principis statuam delinquentes confugiant.*

9 *Nulla quoad hoc inter Principis statuam, & ædem sacram differentia.*

10 *Limita hoc, si in contrarium extet consuetudo.*

11 *Quoad domos Magnatum, & similium dominorum inferiorum eodem immunitatis privilegio gaudere, juxta plurium sententiam.*

12 *Habent hoc privilegium Regia Palatia.*

13 *Non possunt ab eis extrahi delinquentes, nisi jubente Rege, aut in crimine læsæ Majestatis.*

14 *Eadem immunitate gaudent domus Infanzonum Regni Navarræ.*

15 *Et Nobilium Regni Aragonum.*

17 *Resolvitur contrarium in nostris dominis inferioribus, nisi immunitas ista eis de consuetudine, vel privilegio specialiter competat.*

18 *Immunitas hæc est privativa Principum superiorem non recognoscentium.*

19 *Infanzonibus Regni Navarræ, & Nobilibus Aragonum suis legibus municipalibus sive fori hoc privilegium debetur.*

20 *Proponitur secunda hujus capitis quæstio: an videlicèt securitates, vel salvosconductos delinquentibus concedere, sit quid jurisdictionale, dominisque inferioribus hæc præeminentia debeatur? cum num. seqq.*

21 *Negativa opinio.*

22 *Hujusmodi securitates, vel salvosconductos concedendi facultas est de regalibus omninò Principi reservatis, juxta plures DD.*

23 *Salvumconductum ab alio, quàm à Principe concessum, etiam juramento firmatum non tenet.*

24 *Judices inferiores à Principe salvumconductum concedere, non possunt.*

25 *Etiam sub prætextu, quod reus veniat ad se defendendum.*

27 *In statu Mediolani, præter Regem, non alius, quam Senatus salvosconductos concedere potest.*

28 *In Aragonia etiam Princeps solus eos concedit.*

29 *In Roma Summus Pontifex.*

30 *Refertur in favorem dominorum inferiorum affirmativa opinio.*

31 *Idem resolvunt multi in favorem judicum inferiorum.*

32 *Pro concordia prænotantur aliqua. Quid sit securitas, & salvusconductus, & de istorum verborum differentia, ibi: cum n. seqq.*

33 Apud

33 *Apud nos securitas quid? & de schedula Regia*, Carta de amparo, y seguro Real.

Conceditur etiam in hac securitatis schedula, ut quis arma non solum defensiva, verum etiam offensiva, portaro valeat, ibidem.

34 *Quid apud Italos?*

Quando concedatur ob inimicitiam, odia, & similes causas, ibidem.

35 *Inter vassallum, & dominum ex eisdem causis Princeps vassallis hanc securitatem concedere, debet.*

36 *Et Summus Pontifex Clericis, cum Episcopo litigantibus.*

37 *De materia hujus securitatis, ut subditus ejus ratione in totum, vel in aliquibus causis à jurisdictione domini, vel alterius superioris eximatar.*

38 *De facili vassallis contra Dominos, non concedenda, ne à debita obedientia deficiat.*

39 *Dicitur etiam securitas, quæ per quemlibet Iudicem inferiorem expeditur timentibus à suis inimicis vexari, simul cum cautione de non offerende.*

Quando hæc securitas concedi, debeat, & quæ inimicitia, aut mina ad id requirantur; ad leg. denunciamus, Cod. de his, qui ad Eccles. confug. *ibidem.*

40 *Habet hoc remedium locum non solum pro principali, qui se injuriandum, vel offendendum, timet, sed, & pro suis amicis, consanguineis, & familiaribus.*

41 *Agitur de alia securitate, quæ delinquentibus, Bannitis, & damnatis absentibus ad tempus ex aliqua justa causa conceditur.*

42 *Securitas ista legatis quoque inimicorum, & aliorum Principum conceditur, & in hoc casu salvusconductus appellatur: ibidem.*

43 *De hujus salviconductus ob fidem publicam inviolabilitate, & pœna frangentis, seu offerendis legatos, & n.46. & 49.*

44 *Legati Sancti appellantur.*

45 *Oculi Reipublicæ, & Regnorum aures.*

48 *Legato offendentes Principi, à quo fuerunt missi, puniendi traditi referuntur plures.*

50 *Eadem indemnitas servanda quibuslibet aliis privatis personis securitatem à Principe habentibus: & de pœnis eos offendentium.*

51 *Ex præfatis securitatibus, quas domini inferiores, & alii similiter inferiores Iudices concedere, valeant? cum n. seqq.*

52 *Securitatem, aut salvumconductum legatis concedendi facultas habetur inter majora regalia Coronæ affixa.*

53 *Securitas timentibus ab aliis offendi à dominis inferioribus, & similibus Iudicibus concedi, potest.*

54 *Frequenter tamen, ut hæc securitas majoris roboris sit, per Supremum Regium Senatum timentibus contra potentiores Regia schedula expeditur.*

55 *Hoc per schedulam, aut Provisionem concedi nequit per dominos inferiores, aliosve Iudices; & quomodo id facere, aut concedere debeant?*

56 *Declaratur in hoc articulo doctrina Bobadill. hanc securitatem per Regem tantum concedi, posse asserentis ad Text.* in dict. leg. denunciamus, C. de his, qui ad Eccles. confug.

57 *Quid in securitate, quæ delinquentibus, bannitis, aut damnatis conceditur, an hæc per dominos inferiores, aliosve similes Iudices concedi valeat? distinguitur inter concessionem ex causa, vel sine ea, cum n. seqq.*

61 *Quid in hoc casu in Regno Neapol. servetur?*

62 *Et apud nos de jure Regio?*

63 *Quid in Iudicibus inferioribus, an, & quando securitatem istam concedere, valeant?*

64 *Domini vassallorum, seu Barones pleniorem jurisdictionem, quam alii Iudices inferiores obtinent.*

65 *Quæ causæ justæ, aut legitimæ sint, ut inferiores Iudices, vel domini hanc securitatem delinquentibus concedant? referuntur plures causæ, ut videlicet testimonium in alia causa dicant, crimen læsæ Majestatis, aut conspirationem detegant, cum aliis reis confrontentur, & alia multa.*

66 *Patefiunt multoties delicta ex delinquentis præsentia, qua constantia, qua trepidatione respondeat? contemplando.*

67 *Inferiores Iudices, vel domini ex justa causa temporaliter tantum, non perpetuo securitatem reis concedere, possunt.*

Perpetuo tantum Princeps delicta remittit, ibidem.

68 *Reis jam damnatis, aut Bannitis, an Iudices inferiores, vel vassallorum domini ex justa causa ad tempus securitatem, vel salvumconductum concedere, valeant?*

69 *Distinguitur inter reos damnatos ab eo Iudice, à quo securitatem prætendunt, vel ab ejus antecessore: etsi ab inferiore, vel superiore Iudice.*

70 *Quid si ab æquali Iudice, jussu tamen superioris.*

71 *Quid in damnatis, seu Bannitis pro rebellione, aliove crimine læsæ Majestatis.*

72 *Promissa, aut data securitate per Iudices inferiores, vel dominos in casu, quo id eis facere, non licet, an adhuc servanda.*

73 *Etsi lege aut statuto speciali salvumconductum per inferiores à Principe concedi, prohibeatur.*

75 *Proponitur tertia principalis hujus capitis quæstio: An indultum, vel remissionem de delicti, pœnas corporales remittendo, aut minuendo inter jurisdictionis emolumenta reputetur, & consequenter inferioribus dominis hoc debeatur?*

76 *Affirmativa opinio.*

77 *Resolvitur pro negativa contra dominos vassallorum, cum n. seqq. & ex n.82.*

78 *Hæc indulgendi, aut remittendi crimina potestas est de regalibus reservatis, dumtaxatque Principi Superiorem non recognoscendi competit.*

79 *Denegatur etiam Præsidibus, Regiis Cancellariis, & aliis à Principe inferioribus Magistratibus, & num.80.*

81 *Referuntur Doctores pro hac negativa sententia contra dominos inferiores resolventes, cum numer. seqq.*

83 *Refertur circa hoc praxi Regni Aragoniæ Neapol. & Status Mediolani, aliarumque Provinciarum, cum n. seqq.*

86 *An hæc indulgendi facultas privilegio per inferiores quæri possit? & n.87. & ex n.90.*

88 *An præscriptione?*

92 *Quid, stante privilegio circa hanc indulgendi facultatem, an ante sententiam, vel etiam post condemnationem intelligi, debeat?*

93 *Etsi domini inferiores secundarum causarum appellationis cognitionem habeant, & appellatio fuerit interposita, an, ea pendente indulgentiam delictorum concedere valeant, virtute privilegii, quo generaliter eis conceditur?*

94 *Quid si specialiter id eis concedatur, ut etiam post sententiam hujusmodi remissiones faciant?*

95 *Apud nos privilegia ista nulli ex nostris Magnatibus, aliisve dominis inferioribus competunt, sed omnes indultus, aut criminum remissiones per Principem fiunt, examinatis prius causis, & qualitate delictorum in Suprema Camera Regii Senatus.*

96 *Plura de materia istius remissionis, seu indultus specialis, aut generalis per Principem concedendi, vel non: aut etiam per dominos inferiores virtute suorum privilegiorum, in quibus delictis, & quibus circumstantiis concurrentibus.*

Non

Non aliter hujusmodi indultus concedi, debent, quam, præcedente partis offensæ remissione: & de hac materia: ibidem.

67 *Nec aliter, quam ex justis, & rationabilibus causis.*

98 *Magnum ex indultorum irrationabilibus concessionibus Reipublicæ præjudicium infertur.*

99 *Ex unius minus justa indulgentia, plura alia exitia sequuntur.*

100 *Justa, è contra nec violata delictorum punitione, cæteri mali territi à criminibus arcentur.*

101 *Hujusmodi injustis indulgentiis nocet bonis, qui parcit malis.*

102 *Dicuntur ideò misericordia ista injusta, & crudeles.*

103 *E contra magna pietas contra pessimos esse crudelem.*

104 *Congerunt plures aliæ Reipublicæ utilitates ex justitia rectè servata, nec violata, indulgendi facilitate.*

105 *Nulla major, ac jucundior Deo victima, quam pessimos ultimo supplicio affici.*

106 *Improbantur maximè Principis remissiones delictorum, pretio, seu pecunia accepta concessa.*

107 *Crescit multitudo peccantium, & scelerum quoque copia magis augetur, cum impunitas delictorum venditur, aut de facili venia habenda speratur.*

108 *Pœnarum indultorum frequentioribus, quam decet, concessionibus, jura in ludibrium veniunt.*

109 *Efficiturque Princeps scelestorum hominum asylus, ac receptaculum.*

110 *Replentur Regna latrociniis, & aliis criminibus.*

111 *Nullum majus cadentis Reipublicæ indicium, quam delinquentes non puniri, nec bonos præmio affici.*

112 *Declarantur præfata ne contra pietatem per aliquem existimentur.*

Locum habent maximè in delictis proditoriis, ibidem, in fin.

113 *Non tantum peccant Principes in atrocissimis delictis remittentes; sed etiam Magnates, & alii intercedentes pro his gratiis; & quando hujusmodi intercessiones licitè fiant?*

114 *Quomodo Principes in his delictorum remissionibus se gerere debeant, delicta, eorumque qualitates discernendo?*

115 *Inter duo extrema misericordia, damnandum magis misericordia, quam justitia adhærere, si in aliqua justitia lædatur,*

Ob summam, & contra justitiam misericordiam, quod est de justitia aufertur: per rigorem verò justitia, quod est tantum gratia, denegatur, ibidem.

1 TRes illas nobilissimas præeminentias pro materia
hujus capitis discutiendas proponimus, immunitatem nempè, quam delinquentes ad domos Magnatum
confugientes, prætendere solent: securitatem, aut
salvumconductum: necnon, & ipsorum criminum remissionem, an hæc inter jurisdictionis fructus, aut emolumenta reputanda sint, necne? ut consequenter ea inferiores domini exercere valeant, vel non?

2 Quoad primam ergo ex tribus propositis quæstionibus,
an videlicet præeminentia illa, ne delinquentes in terris
Dominorum inferiorum ad ipsorum personas, vel domos
confugientes exinde abduci, valeant, jurisdictionis fructus, aut commodum sit, & consequenter dominis inferioribus ratione jurisdictionis, vel dominii concessi
3 competat? † In primis dicendum videtur, præeminentiam istam jurisdictionis, vel saltim dominii fructuum
esse, & consequenter ad dominos inferiores ratione jurisdictionis, vel dominii pertinere.

4 Quæ sententia quoad confugientes ad personas Magnatum, Ducum, Comitum, & similium, quòd hac
immunitate gaudeant, fundari potest, ex eo, quod
confugientes ad Principem, in cujus locum inferiores
dominos esse subrogatos, in capitibus præcedentibus sæpius diximus, immunitate gaudere, tenent Remig. de
Gon. *tract. de immunit. Ecclesiast. quæst.* 1. *ampliat.* 14. Castald. Petrus *in tractat. de Imperat. quæst.* 96. *fol. mihi* 166.
Fragoss. *de regimin. Reipubl.* 1. *part. lib.* 3. *disputat.* 7. *numer.* 18. † Et quod magis est, damnatos, dum ad suppli- 5
cium feruntur, si Regem viderint, à pœna liberari, tenent cum Paz, & aliis Cur. Philipp. *tom.* 1. *part.* 3. §. 12. *numer.* 4. Fragoss. *de regimin. Reipub. dict. disputat.* 7. *num.* 19.
Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 89. † qui *à numer.* 87. 6
de Virginibus Vestalibus, & aliis personis agit, quibus
antiquitus hæc prærogativa erat concessa. † Ut, & nunc 7
Cardinalibus competere, ait idem Bobadill. *num.* 83. ubi
infinitos DD. congerit de hoc Cardinalium privilegio
agentes.

Imò, etsi ad Principis statuam confugiant, ut ex Text. 3
in leg. 2. §. *Ideoque*, ibi: *Ad statuam confugerunt*, *ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. leg.* 1. §. *Servos*, *ff. de offic. Præfect. Vrb.* §. *Nam Antonius*, & §. *ult. institut. de his,
qui sunt sui*, &c. † Ubi quod ad istam immunitatem ædes 9
sacra, & statua Principis non differunt, ut notat Cardinal. *in cap. unic. de immunitat. Eccles*, & per Text. *in leg. unica*, *Cod. de his, qui ad stat. confug.* Remig. *dict. quæst.* 1. *ampliat.* 23. Guillielm. de Mont. Laudun. *in Clement.* 1. *de Pœn. & remiss.* Curia Philipp. *supr. numer.* 4. Paz *in prax.
tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 3. *num.* 51. *in fin.* † Qui benè ex Re- 10
mig. & Guillielm. id limitat, nisi in contrarium extet consuetudo.

Quoad vero domos Magnatum, & similium, quòd 11
eodem immunitatis privilegio gaudeant, similiter ex eadem ratione fundari potest; † Quia sicuti procedit in Pa- 12
latio Regio, à quo delinquentes extrahi, non posse, resolvunt ex *leg.* 2. *tit.* 17. *partit.* 2. Montalv. *in leg.* 7. *tit.* 5. *lib.* 1. *Fori*, *gloss. penult.* Remig. de Gonni *de immunitat. dict. quæst.* 1. *ampliat.* 25. *numer.* 1. Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 208. Camill. Borrell. *in summ. decis. tit.* 3. *numer.* 20. & ex dict. nostra *leg.* 2. *tit.* 17. *part.* 2. & ibi gloss.
Curia Philipp. *dict. part.* 3. §. 12. *num.* 4. † Nisi jubente Re- 13
ge, vel si crimen sit læsæ Majestatis, Remig. *ubi proximè*, Paz *in prax. tom.* 1. 5. *part. cap.* 3. §. 2. *numer.* 20. *cum seqq.* Fragoss. *de regimin. Reipublic. part.* 1. *lib.* 3. *disputat.* 7. *num.* 18.

Et, quod magis est, in Regno Navarræ hac immunita- 14
te gaudere domus Infanzonum illius Regni testantur Remig. *dict. quæst.* 1. *ampliat.* 22. Paz *dict.* §. 3. *num.* 54. Curia Philipp. *ubi proximè*, *num.* 5. Bobadill. *ubi supr. & lib.* 2.
cap. 14. *num.* 10. † Et in Regno Aragoniæ eadem immuni- 15
tate fruuntur nobilium domus ex Foro illius Regni, *tit. de his, qui ad Eccles. vel Palat. Infanzon. confug.* Remig. *dict. quæst.* 1. *ampliat.* 2. Bobadill. *dict. cap.* 14. *nu.* 10.

Ita similiter idem dicendum videbatur in personis, & 16
domibus dominorum inferiorum, maximè Magnatum,
Comitum, Marchionum, & similium, qui ultra quod
locum Regis obtinent, majore dignitate, ac nobilitate
clariori, quam *Infanzones*, & nobiles supra relati potiuntur.

Sed, his minimè obstantibus, contrariam senten- 17
tiam in nostris Dominis inferioribus veriorem existimo,
ut nullo modo eorum domus hac immunitate, de jure
gaudeant, nisi de consuetudine, vel privilegio eis sit concessa, ut in specie resolvunt Socio. *in leg. plerique*, *ff. de in jus vocand.* benè Paz *in prax. dict.* §. 3. *num.* 53. Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *dict. cap.* 16. *numer.* 208. Fragoss. *de regimin.
Reipublic. part.* 1. *lib.* 3. *disputat.* 7. *numer.* 19. † Qui omnes 18
hanc immunitatem dumtaxat Principibus superiorem
non recognoscentibus, & eorum Palatiis competere, testantur, non vero aliorum Dominorum inferiorum, quorum domus, nec Palatia appellari, debere, ait idem Bobadill. *ubi proximè*, & in eodem *c. n.* 93. & Fragoss. *in loco citat.* & novissimè Dom. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers. Observat.*

Nec

19 Nec obstat, quod *Infanzonibus* Regni Navarræ, & Nobilibus Aragoniæ hoc immunitatis privilegium competat, ut dictum remanet; quia hoc non de jure, sed per leges municipales sive foros illorum Regnorum procedit, ut notant Remig. *dict. ampliat.* 22. Paz *dict.* §. 3. *num.* 54.

20 Quoad secundam autem principalem hujus cap. quæstionem, an videlicet securitates, vel salvosconductos delinquentibus, aut reis damnatis, seu Bannitis, vel aliis personis, ex variis causis concedere, sit quid jurisdictionale, ut inter emolumenta jurisdictionis connumeretur, & consequenter ad Duces, Comites, vel Barones, seu alios dominos inferiores, eorumve Judices ratione jurisdictionis spectet? valde per DD. dubitatur, qui ex diametro in hujus quæstionis resolutione contrariantur.

21 Primò igitur has securitates, vel salvosconductos per dominos inferiores concedi, posse, negant relati per Blanc. *in pract. crimin.* §. *Ignorantia*, *numer.* 190. & per Franc. Herculan. *in tract. de cautel. de non offenden. cap.* 37. *rubric. de salvoconduct. numer.* 18. & per Cæphal. *cons.* 304. *num.* 14. *lib.* 3. & in expresso Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 226. qui contrariam Farinac. sententiam in dominis superiorem non recognoscentibus intelligi, debere, ait.

22 Quæ opinio eo principali nititur fundamento, quod has securitates, vel salvosconductos concedendi facultas de regalibus omninò Principi reservatis videatur, cui soli eos concedere, licet, ut expressè inquit Marcian. *in leg. relegati* 4. *in fin. ff. de pænis*, ibi: *Et nemo potest commeatum, remeatumve dare exule, nisi Imperator.* & Modestin. *in leg. ad bestias*, §. *Ex Provincia*, *ff. eod.* & notant Angel. *in leg. utimur*, *num.* 4. §. *de pæn.* Bald. *in cap.* 1. *de pac. jurament. firmand.* Nicol. Boer. *decis.* 179. *numer.* 1. Castal. *in tract. de syndic. quæst.* 115. *num.* 92. *vers. Et nota quia, securitas*, Nellus *de Bannit. in* 2. *part. secund. tempor. quæst.* 15. *vers. Ad secundum respondeo*, Jodoc. *in rubric. criminal*, *cap.* 26. *tit. de public. fid. aut salvoconduct. num.* 2. Quintil. Mandos. *in pract. commiss. in tractat. de signatur. grat. in rubric. de salvoconduct. vers. Salvumconductum perpetuum*, Franc. Herculan. *dict. cap.* 37. *numer.* 18.
23 † Ubi salvumconductum ab alio, quam à Principe concessum, etiam juramento firmatum, non valere, ait Franc. Marc. *decis. Delphin.* 68. *num.* 6. *part.* 1. & noviter D. Crespi *observat.* 85. *num.* 33. ex quibus videtur dicendum, nullo modo hanc assecurandi, vel salvumconductum concedendi facultatem aliis dominis inferioribus competere, posse.

24 Quod, & confirmari potest ex sententia plurium DD.
ex prædictis juribus *in dict. leg. relegati*, & *leg. ad bestias*,
§. *Ex Provincia*, *ff. de pæn.* asserentium, alios quoque
Judices inferiores à Principe securitatem, vel salvum-
conductum concedere prohiberi, ut tenent ultra proxi-
mè relatos benè Salicet. *in leg. indulgentia*, *Cod. de sen-*
25 *tent. pass.* † Ubi dicit, quod nec sub prætextu, ut veniat
reus ad se defendendum, possit Judex Bannito, etiam
condemnato, salvumconductum concedere; quia ex
quo Principi soli hæc facultas in dictis juribus reservata
dicitur, necessario sequitur, nullis aliis Judicibus eam
competere posse, nam si competeret, non utique Prin-
cipi dumtaxat reservata diceretur, ut optimè ad rem ar-
guit Blanc. *in pract. crimin. in* §. *Ignorantia*, *num.* 189. &
26 *seqq.* Et expressè inferioribus à Principe id denegant, &
doctrinam Salicet. nulla adhibita distinctione, sequuntur
relati per Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. quæst.* 81. *ex numer.* 1.
Ægid. Boss. *in tract. crimin. tit. de citat. num.* 39. ubi con-
27 trariam Bartol. & aliorum sententiam impugnat: † Et
quod ita de consuetudine servetur in Statu Mediolani,
ubi non Judices, sed solum Senatum salvosconductos
concedere ait, de qua etiam consuetudine testantur Me-
noch. *dict. quæst.* 81. *num.* 6. *in fin.* Jul. Clar. *lib.* 5. *receptar.*
28 *sentent.* §. *fin. quæst.* 32. *vers. Sed hic quæro.* Et idem in Re-
gno Aragoniæ ex foro speciali servatur, Dom. Cresp. *d.*
observat. 85. *num.* 34. † Et de eadem praxi in Roma testa- 29
tur Farinac. *in prax. crim. tit. de carcer. quæst.* 29. *num.* 84.
ubi, quod Romæ, inconsultis Summis Pontificibus,
hujusmodi salviconducti per alios, quam per eosdem Sum-
mos Pontifices, non concedantur: & istam sententiam
defendunt Tiber. Decian. *cons. crimin.* 96. *ex num.* 6. *lib.* 3.
Andr. Fachin. *lib.* 6. *controver. jur. cap.* 62. *vers.* 1. & *seq.*
quare similiter idem dicendum videtur in nostris dominis
inferioribus, ut eodem modo, ut inferiores à Principe
hac facultate uti, non debeant.

30 Contrariam verò affirmativam sententiam tenent in expresso pro dominis inferioribus Nicol. Moron. *in tract. de fid. treg. & pac. quæst.* 105. *num.* 9. Menoch. *cons.* 100. *numer.* 167. & relati, ac secuti per Tiber. Decian. *cons. crimin.* 96. *numer.* 1. *vers. Attamen qualibet Civitas*, *lib.* 3. Nellus *dict. tract. de Bannit.* 2. *part. secund. tempor. qu.* 15. *ad med. vers. Principaliter*, Marin. Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *authorit.* 45. Vincent. de Franch. *decis.* 370. ubi cum aliis Add. latè Farinac. *in prax. crimin. tit. de carcer. quæst.* 29. *num.* 102. *cum seqq.* & noviter pro ista opinione resolvit Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *sup. pragm.* 6. *num.* 152. *cum seqq.* qui omnes tenent, Barones, aliosve dominos inferiores securitates, vel salvosconductos vassallis ob crimina damnatis, & absentibus concedere, posse ex eo præcipuè, quia in locum Principis sint subrogati, ut ultra relatos, benè notat Menoch. *de arbitr. centur.* 4. *cas.* 337. *num.* 27. & præcipuè apud nos ex nostra *leg.* 12. *tit.* 1. *p.* 2. quod sufficere, ut salvosconductos concedere, valeant notant quoque Oldr. *in tractat. de rescript. prælud.* 25. *numer.* 60. Elis. Danz. *impug. Doctor. tom.* 2. *tit. de guiddatico*, *cap.* 1. *n.* 10.

Et eodem modo alios Judices inferiores salvumconductum concedere, posse, docent Bartol. *in leg. illicitas*, §. *Ne potentiores*, *circa fin. ff. de offic. Præsid.* & *in leg. is, qui reus*, *ff. de public. judic.* Bald. *in leg.* 1. *ff. de dolo*, Jacob. de Belui *in authent. de mandat. Princip. in* §. *Sed neque*, Nicol. Moron. *in tract. de fid. treg. & pac. dict. quæst.* 105. *num.* 9. Marsil. *in pract. in* §. *Aggred. num.* 104. Grammat. *vot.* 25. *nu.* 11. Menoch. *cons.* 100. *num.* 167. & ferè omnes ex proximè relatis. 31

Pro quorum dissidentium Doctorum concordia, ut clarius me expediam, & veram resolutionem hujus quæstionis assequamur, aliqua prius circa horum verborum, *Securitas*, vel *Salvusconductus* significationem, & varias acceptiones notanda sunt, ex qua cognitione verissimam resolutionem, & Doctorum concordiam deducendam mihi videtur. 32

Primò ergo *Securitas* dicitur schedula Regia, aut *Salvaguardia*, quæ per Regem, aut ejus Supremum Senatum vassallis conceditur ob ipsorum justum, timorem, ne per aliquem potentiorem offendantur, quæ apud nos vocatur, *Carta de amparo*, *y seguro Real*, in qua sub protectione, & Regia securitate vassalli recipiuntur, & etiamsi necessitas expostulet, arma non solum pro defensione, sed, & pro offensione eis portare, conceditur, ut benè notat Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 126. *ex leg.* 1. ibi: *Securitatem*, *ff. ad leg. Jul. Majestat.* & ex nostra *leg.* 1. *tit.* 2. *vers. La novena*, *part.* 7. Bartol. *in dict. leg. illicitas*, §. *Ne potentiores*, *ff. de offic. Præsid.* Aviles *in cap. Prætor.* 6. *gloss. Pobres*, & cum antiquior. Gregor. Lopez *in d. l.* 1. *verb. Seguro*, Elis. Danz. *impug. DD. tom.* 2. *tit. de guidatico*, *c.* 1. *ex n.* 1. 33

Quæ etiam securitas, vel apud Italos *Salvaguardia*, 34
dicitur quoque illa, quæ similiter conceditur vassallis
litigantibus cum proprio domino, ne ob id per eum mo-
lestentur, vel alia gravamina eis inferantur, ut frequen-
ter accidit ob inimicitiam, & odia, quæ ex litibus; &
præcipuè inter vassallum, & dominum oriuntur, cum
dominorum superioritas ægreferat, vassallos adversus
eos litigare, qua de causa apud Ecclesiast. 8. consulitur:
Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus
illius: non contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te
constituat litem tibi: † Et idem, si aliter urgens inimici- 35
tia

Digitized by Google

tia inter vassallum, & dominum intervenerit, de qua
securitate, aut Salvaguardia in utroque casu latè tractant
Petr. Gregor. de concession. feud. part. 8. quæst. 16. Mar. Mut-
ta in cap. Regn. Siciliæ, tom. 6. cap. 77. num. 4. Avendañ.
de exequend. mandat. Reg. 1. part. cap. 21. Anton. Sola super
decret. Sabaud. tit. de guardia, gloss. 1. Cavalcan. de brach.
Reg. part. 2. num. 268. Matt. de clausf. part. 2. cap. 7. Pont.
de potestat. Proreg. tit. de divers. provis. rubr. de insign. in
fin. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 6. numer. 210. & de-
cis. 263. numer. 7. Lanar. consf. 5. Dominic. Tasson. in prag-
mat. de antefat. vers. 7. observat. 3. ex num. 99. Capiblanc.
de Baronib. tom. 2. super pragmat. 3. cap. 13. ubi benè mate-
riam hujus salvæguardiæ explicat, & quod Princeps, si
urgens sit causa inimicitiæ, vel magnæ litis, eam vassal-
lis concedere, debeat, quia ad ejus officium pertinet,
subditos protegere, ne aliàs per potentiam, & sævitiam
Dominorum opprimantur, ut ea Text. in leg. si adversus,
Cod. de heretic. dict. leg. illicitas, §. Nè potentiores, ff. of-
fic. Præsid. ubi ad rem Bartol. & communiter antiquiores,
docent Lanar. dict. consf. 5. Guid. Pap. decis. 62. Grammat.
decis. 104. optimè Capiblanc. eod. tract. de Baronib. tom. 1.
36 sup. pragmat. 3. num. 76. cum seqq. & num. 82. † Ubi quod
etiam in Curia Romana per Summum Pontificem Cleri-
cis cum Episcopo litigantibus concedatur, & lite du-
rante, generalis exemptio à jurisdictiones Episcopi solet
eis concedi, ut notant Staphil. de liter. justitia, §. In-
dultum, num. 10. Lancellot. de attent. 2. part. cap. 4. decla-
rat. 3. Gonzalez. in reg. 8. Cancel. gloss. 56. numer. 18. † Et
37 latè de hac Salvaguardia, aut protectione inter sæculares,
vel Ecclesiasticos, & quando generalis, vel specialis
sit, ut subditus in totum, vel in aliquibus causis dumta-
xat à jurisdictione domini, vel alterius superioris per eam
eximatur, plenè Martin. Mager. de advocat. armat. cap. 3.
38 num. 125. cum seqq. † Caveant tamen Principes, ne has
securitates, vel salvamguardiam de facili, & absque ju-
sta causa vassallis concedant, ne sub hoc clypeo ad ino-
bedientiam contra ipsorum Dominos ac veniant, ut no-
tant Nevizz. consf. 338. Cavalcan. de brach. Reg. part. 2. nu-
mer. 181.

39 Item hæc securitas dicitur illa, quæ frequenter per
quemlibet Judicem, inter alias inferiores personas expe-
ditur ad instantiam timentium, per suos inimicos vexa-
ri, aut aliqua injuria affici, petendoque ob id cautio-
nem de non offendendo ab eis præstari, quam securita-
tem cum dicta cautione, stante causa justi, & non vani
timoris per inimicos præstandam Judices statim decerne-
re, debent, ut ex vulgar. Text. in leg. denunciamus, Cod.
de his, qui ad Eccles. confug. notant plura de hac praxi af-
ferentes, & quam inimicitiam, & an minas executioni
proximas intervenisse requiratur, & ad alia videndi Bar-
tol. & antiquiores in dict. leg. denunciamus, & idem Bar-
tol. in leg. illicitas, §. Nè potentiores, ff. de offic. Præsid.
Bald. in Authentic. habita, num. 13. in fin. Cod. ne filius
pro patr. Plaza de delict. lib. 1. cap. 5. Menoch. de arbitr.
centur. 2. cas. 139. cum duobus seqq. latè Aviles in cap. Præ-
tor. 6. num. 7. cum seqq. Paz in prax. 3. tom. cap. 9. §. 4. Vil-
ladiego in form. libelland. nu. 214. fol. mihi 235. Jul. Clar.
lib. 5. recept. sent. §. fin. quæst. 47. num. 3. & 4. Petr. Gregor.
syntagm. jur. lib. 48. cap. 4. num. 16. Zevall. comm. opinion.
quæst. 846. num. fin. & cum aliis August. Barbos. in collect.
Cod. ad dict. leg. denunciamus, in quibus latè de hoc re-
40 medio: † Et quod cautio per inimicum, à quo offendi,
quis timet, præstari, debeat, non solum pro se, sed
& pro suis amicis, cousanguineis, & familiaribus, ex
doctrina Bartol. in dict. l. illicitas, §. Ne potentiores, Avi-
les d. c. 6. n. 20. & 21. Paz ubi sup. n. fin.

41 Alia verò securitas est, quæ delinquentibus, Banni-
tis, aut damnatis absentibus, vel rebellibus, ad tem-
pus ex aliqua justa causa, vel absque ea solet concedi,
quæ Salvusconductus dicitur, ut notant Menoch. de ar-
bitr. centur. 4. cas. 337. à numer. 1. Coll. de remed. sub-
sidiar. remed. 20. numer. 3. Sfortia in tractat. de in integr.
restitut. & apud Italos, maximè, Neapolitanos Gui-
daticum appellatur, ut refert Elisæus Danz. impugn. Do-
ctor. tom. 2. de guidat. cap. 1. num. 10. de qua securitate ultra
Menoch. & relatos, plenè plures congerentes idem Eli-
sæus Danz. in dict. tit. de Guidat. per plura capit. D. Cresp.
observat. 85.

Quæ etiam securitas legatis inimicorum, aut quorum- 42
libet Principum conceditur, & tunc salvusconductus
quoque appellatur; † de quo, & ejus apud omnes gen- 43
tes inviolabilitate, & quibus pœnis hanc securitatem
violantes afficiantur, optimè Pomponius in leg. ult. ff. de
legationib. † Ubi ideò legati Sancti appellantur, ut in leg. 44
Sanctum est 8. ff. de rer. divis. † Et oculi Reipublicæ, & 45
Regnorum aures vocantur per Guicchardin. lib. 5. histor.
Arnisæus de doctrin. Polit. cap. 16. pag. 412. † Et lege Julia 46
de vi publica eos injuriantes tenentur, l. lege Julia 7. ff. ad
leg. Jul. de vi public. † Plenè ad hæc omnia Arnisæus dict. 47
cap. 16. fol. mihi 413. & 414. Petr. Barbos. in leg. 2. §. Le-
gatis, num. 55. ff. de judic. Hugo Groc. de jur. bell. lib. 2.
cap. 18. D. Joann. Antonio de Vera en el Embaxador, di-
scurs. 1. fol. 46. cum seqq. D. Cresp. observat. 113. ubi plures
congerit, & cum aliis novissimè DD. Petr. de Salzed. in
theatr. honor. ad leg. 16. tit. 1. lib. 4. Recopil. gloss. 26. Domi-
nic. Antunez de Portugal. de donation. Reg. part. 2. cap. 35.
ex num. 15. ubi ex Herodoto, Polybio, Justino, & aliis
exempla affert hanc salviconducti fidem publicam violan-
tium, temere legatos interficiendo, vel aliter injurian-
do. † Et quod ob id Principibus, à quibus legati erant 48
missi puniendi fuerunt traditi. † Ad alia autem de hac le- 49
gatorum fide publica, aut salvoconducto servando plura
quoque congerunt ex bonis litteris Besold. & ab eo relati
in dissertation. Politic. & legali delegato, cap. 3. & seqq.
† Et in aliis: quibuslibet personis Regiam securitatem, 50
aut salvumconductum habentibus, & contra eos offen-
dentes, Guid. Pap. decis. 417. Nevizan. consf. 83. Nicol.
Boer. decis. 179. Menoch. de arbitr. centur. 4. cas. 338. Fa-
rin. in prax. crim. tit. de carc. quæst. 29. & plures ex proxi-
mè relatis.

His itaque præhabitis pro cognitione variarum accep- 51
tionum verbi Securitas, aut salvusconductus, faciliter
nostræ quæstionis resolutio patebit, quando, videlicet,
securitates ista vel salvosconductos Magnates, Barones,
aliique Domini vassallorum, seu jurisdictionis concede-
re, valeant?

Et in primis in ultimo casu, cum securitas, seu salvus- 52
conductus legatis conceditur, extra dubium est, dum-
taxat per Principes superiorem non recognoscentes con-
cedi, posse, quia, & jus mittendi, & recipiendi lega-
tos his solum competit, ut tenent Hugo Grot. de jur. bell.
dict. cap. 18. §. 3. D. Joan. Antonio de Ver. en su Embaxa-
dor, dict. discurs. 1. fol. 35. Besold. in synops polit. doctr. lib. 2.
cap. 13. num. 3. & in dissertat. de legat. cap. 3. Dominic. An-
tunez de Portugal. dict. cap. 35. ex num. 1. ubi, quod in-
ter majora regalia Coronæ affixa hoc jus connumererut.

Quando autem securitas ista timentibus ab aliis offen- 53
di in tutamen suarum personarum expediri, prætenditur
cum cautione de non offendendo juxta dict. leg. denuncia-
mus, Cod. de his, qui ad Eccles. confug. & supr. tradita
num. 39. tunc non dubitatem, quin per Dominos inferio-
res, aut suos Judices concedi, posset; quia, & per alios
quoslibet Judices ordinarios inferiores conceditur, ut
comprobari potest, per Bartol. Plaza, Paz, Aviles,
Villad. & supr. relatos, dict. num. 39. licet id non dispu-
tent, sed per transitum id supponant; quod expressè
dicitur in dict. leg. denunciamus, in illis verbis: Li-
ceat ei adire Judicem, & legitimum postulare præsi-
dium.

Quæ etiam securitas, ut majoris roboris sit, per Su- 54
premum Regium Senatum vassallis timentibus per poten-
tiores offendi Regia schedula expeditur, & tunc voca-
tur, Seguro Real, ò Carta de amparo, & solet concedi
cum clausula, ut timenti arma pro defensione, & of-
fensione portare, liceat, ut dictum remanet supr. nu-
mer. 33.

In

55 In qun tamen nota, hoc remedium extraordinariè, & per schedulam, ant provisionem per Dominos inferiores concedi, non posse mihi videri, nec per alios Judices inferiores, qui tantum securitatem cum dicta cautione præstari, in suis decretis decernere, debent, non verò aliquam schedulam, vel Provisionem securitatis
56 seorsim concedere: † Et ita procedere, debere, videtur opinio Bobadill. *lib.2. dict. cap.16. nu.126.* quam *supr. num.33.* retuli, qui licèt indistinctè loquatur in securitatibus, quæ nmennbus ab aliis injuriari, conceduntur, & per Dominos inferiores, vel alium, quam Regem concedi, posse, neger, non tamen meminit de securitate, aut remedio *d. l. denunciamus*, cum cautione relata, quæ à quolibet Judice inferiori absque difficultate peti, & decerni, potest, ut jam dixi, cui etiam doctrinæ licèt *d. l. denunciamus*, non relata, nec explicitè, ac distinctè, assentire, videtur idem Bobadill. in eod. loco *n.127.*

57 In securitate verò, quæ delinquentibus, Bannitis, aut damnatis conceditur, & *Salvusconductus* ferè apud omnes appellatur, & apud Italos *Guidaticum*, ut *supr.* dictum remanet, major extat difficultas, an hæc securitas, sive salvusconductus, per Dominos inferiores concedi, valeat? ut constat ex Doctoribus supr. relatis, qui ut dixi, in contrarias sententias tendunt, & principaliter in hoc casu loquuntur.

58 In quo articulo pro verissima resolutione, & omnium concordia distinguendum prius, mihi videtur, inter securitatem, aut salvumconductum ex aliqua justa causa delinquentibus concedendum, vel qui absque ulla causa concedi, prætenditur: in primo casu dicendum est: benè per Barones, aut Dominos inferiores cum mero, & mixto imperio investitos, ipsorumve Judices concedi, posse; quia non solum in locum Principis sunt subrogati, sed ejus Judices ordinarii sunt, ut dixi *supr. hoc cap. à numer.4.* & alibi sæpè. Quare uti alii Judices Inferiores, ratione jurisdictionis hanc securitatem ex justa causa delinquentibus concedere, possunt (ut proximè dicam) multo magis Domini inferiores, vel sui officiales id facere, poterunt cum jurisdictionem non in administrationem dumtaxat, ut cæteri Judices, exerceant, sed in Dominium, & proprietatem eam habeant, & jure proprio per suos officiales exercent, ut optimè ad rem, & ad alia plura hanc differentiam inter Judices, seu Magistratus, & Dominos inferiores jurisdictionis notant Gloss. *Parisiens. tit. 1. gloss.5. ex n.55.* Anton. de Butr. *in c. Prudentiam, col.5. vers. Ratio autem, de offic. delegat.* Vincent. de Franch. *dec.370. ex n.1.* Pont. *de potest. Proreg. rubric. de provision. fieri solit. tit.1. §.4. ex n.53.*

59 In secundò verò casu, si absque causa pro suo libitu securitatem istam concedere, intendant, id facere, non poterunt, quia hoc supremam Principis superioritatem, ejusque liberam voluntatem sapit, à qua, & à mera ipsius gratia dependet.

60 Et in effectu in specie Dominorum inferiorum, seu Baronum sub hac distinctione ex doctrina Bartol. *in l. is qui reus, ult. col. ff. de public. judic.* Bald. *in l. reos, col.9. C. de accus.* Felin. *in c. accedens, vers. Tenementi, ut lit. non contest.* & Matth. de Afflict. *dec.4. n.2.* optimè ita resolvunt Marin. Frecc. *de subfeud. lib.2. authorit.45.* latè, & optimè Farinac. *in prax. crimin. tit. de carcerib. q.29. ex n.102.* & resolvit *nu.111.* Mastrill. *de Magistr. lib.4. c.16. nu.188.* Sess. *de hinibit. §.1. c.5. n.67.* benè Ponte *de potest. Proreg. rubric. de provision. fieri solit. tit.1. §.4. ex n.53.* ubi, quod hæc facultas, stante justa causa securitatis delinquentibus concedenda, non sit de suprema potestate Regi reservata;
61 † Et ultra relatos hoc etiam in Baronibus Regni Neap. procedere, testatur idem Ponte *& n.57.* rectè intelligit illius Regni *Prag.1. sub tit. de receptat. malefact.* per quam facultas ista in illo Regno Baronibus prohiberi, videtur:
62 † Et apud nos idem in hoc casu servari, ait Bobadill. *in Politic. lib.2. dict. cap.16. numer.127.* noviter ex Menoch. & aliis Capiblanc. *de Baronib. tom.1. sup. pragmat.6. ex numer.152. & 154.* ubi quod sine legitima causa soli Principi guidare, vel assecurare delinquentes liceat.

Quæ circa dominus inferiores distinctio optimè com- 63
probatur exemplo cæterorum Judicum inferiorum, qui similiter assecurare, vel salvumconductum ex justa causa delinquentibus concedere possunt, non verò, sine ea, ut pro concordia Bartol. & prædictorum Doctorum in hoc quoque articulo dissidentium, quos *supr. ex num.24. & 31.* retuli, rectè resolvunt idem Bartol. *in leg. is qui reus, col. ult.* ex ipso Text. & ibidem *gloss. ff. de public. judic.* idem Bartol. *in l. ambitiosa, num.8. vers. Ad civitatem tamen, ff. de decret. ab ordin. facien.* Bald. *in leg. reos, col.9. C. de accusat.* Matth. de Afflict. *dec.4. n.2.* ubi ad eum Ursil. *in addition.* *Alberic. 4. part. statut. qu.39.* Salicet. *in l. cum indulgentia, in fin. C. de sentent. pass. & restit.* benè Menoch. *de arbitr. lib.1. q.81. ex n.1. & lib.2. cas.337. ex n.1.* Marsil. *in pract. §. Aggredior, n.104.* Jodoc. *in pract. crimin. cap.26. rubr. de public. fid. nu.3.* Blanc. *in pract. crimin. in §. Datis defension. num.15. cum seqq.* ubi benè quæstionem ad partes disputat, *& in n.24.* sub ista distinctione resolvit Farinac. *in prax. crimin. tit. de carcerib. q.29. ex n.80. & 81.* Franc. Marc. *dec. Delphin.68. in princ. & n.4. p.4.* Pont. *de potestat. Proreg. rubric. de provision. fier. solit. tit.1. dict. §.4. ex numer.53.* Sess. *de inhibit. §.1. dict. cap.5. à num.65.* qui optimè, tam jure communi, quam specialibus foris Regni Aragonum in quolibet Judice inferiore jurisdictionem ordinariam exercente, distinctionem relatam procedere, ait Franc. Marc. *decis.68. in princ. à num.4. part.4.* qui loquitur in officialibus, seu Judicibus Baronum, vel Dominorum inferiorum, quibus hanc securitatem concedere, licere in Delphinat. ait, & idem in Neapoli notant Caravit. *rit.288. num.4.* Addit. ad Capyc. *decis.133.* & contra Vincent. de Franch. qui contrarium tenuit *in decis.370.* noviter Capiblanc. *de Baronib. tom.1. super dict. pragmat.6. nu.153. & 154.* † Quare mul- 64
to magis id ex legitima causa Baronibus, aliisque dominis jurisdictionis, aut eorum nomine suis officialibus licebit, quia, ut dictum remanet, pleniorem jurisdictionem, quam alii Judices habent, si quidem eam in dominium, & proprietatem possident, alii verò Judices in administrationem tantum exercent.

Quæ autem causæ justæ, ac legitimè sint, ut Judi- 65
ces, & Domini inferiores securitatem, vel salvumconductum delinquentibus concedere, valeant, latè tractant Blanc. *dict. §. Datis defensionibus, ex nu.15. & 26.* Nellus *de Bannit. 3. part. secund. tempor. quæst.15. in princip. vers. Item potest dari à Judice, cum seqq.* Paris de Puteo *de syndicat. verb. Salvusconductus, cap.1. nu.3.* Menoch. *d. quæst.81. ex num.1. & dict. cas.337. num.2.* Farinac. *dict. quæst.29. ex nu.82. & 85.* & ferè omnes supracitati, apud quos illud præcipuè pro justis causis habetur, quoties reus ex uno delicto, ad se defendendum in alio graviori vult comparere, vel, ut testimonium in alia causa dicat Carena *de offic. S. Inquisit. part.3. tit.5. §.8. num.36.* quæ justa est causa, ut elucescat veritas, ne fortè ea ignorata innocens opprimatur, & ut transfugas, aut crimen læsæ Majestatis, aut conspirationes contra Principem detegat, & ut cum alio reo carcerato confrontetur, ex eorumque vultu præsentia, & constantia in responsionibus veritas inveniatur, judex enim omni conatu pro veritate detegenda studere, debet, *leg.2. Cod. si contr. jus, vel utilitat. public. cap. judicantem 30. quæst.5.* Bald. *cons.100.* & cum aliis Criminalibus Bobadill. *in Polit. lib.5. cap.2. ex num.42.* † Et in delictis optimè veritas aliquando pate fit 66
ex delinquentis præsentia; nam magna sumitur conjectura, qua vultu, quo animi motu, qua constantia, qua trepidatione reus respondeat, ut dicitur *in l. de minore, §. Plurimum, ff. de minorib.* & eleganter Cicero *in topic.* illic: *Pastor, vultus, rubor, & titubatio faciunt, ut minus fidei alicui adhibeatur:* nam ut canit Poeta

Heu, quam difficile est, crimen non prodere vultu.

Quæ dicta, ut domini, vel Judices inferiores secu- 67
ritatem, vel salvumconductum ex dictis causis delinquentibus concedere, valeant, sub alia quoque

ve-

verissima distinctione intellige, ut procedat, si id temporaliter faciant pro, ut dictæ causæ expostulant, secus si perpetuò salvumconductum concedere, velint, quia tunc non salvusconductus, sed potius plena restitutio, aut indultum delicti erit, cujus concessio dumtaxat ad Principem spectat, ut infr. hoc cap. dicam, & istam dictionem optimè docent Bald. in dict. l. reos, column. 9. C. de accusat. gloss. in cap. hortamur 3. quæst. 9. Angel. in leg. ultim. num. 4. vers. Temporalis autem, ff. de sepulchr. violat. optimè noster Gregor. in l. 1. tit. 2. part. 7. gloss. assegura, Matth. de Afflict. decis. 4. num. 2. Vital. in tractat. de clausul. verb. Securitate pendente, Addit. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. recep. sentent. §. fin. quæst. 32. numer. 26. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. quæst. 105. numer. 13. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 81. num. 13. benè Farinac. in prax. dict. quæst. 29. num. 90. & expressè in Baronibus, aut Dominis vassallorum loquentes, Marin. Frecc. de subfend. lib. 2. dict. authorit. 45. Bobadil. in politic. lib. 2. dict. cap. 16. num. 127. & ex Mastril. & aliis Capiblanc. de Baronib. tom. 1. dict. pragm. 6. ex n. 152.

68 Item prædictam resolutionem, quòd Judices inferiores, aut Domini vassallorum salvumconductum ex legitima causa, & ad tempus delinquentibus concedere, valeant, notabiliter intelligit Salicet. in dict. l. cum indulgentia, Cod. de sentent. pass. & restitut. ut eo casu procedat, quo rei, quibus concedi prætenditur, dumtaxat accusati, vel inquisiti de crimine sint: secus si jam damnati, Banniti, aut fori judicati inveniantur; quia tunc solum Principem assecurare, vel salvumconductum concedere, posse, ait Salicetus, quem sequitur Bartoli contrariam doctrinam reprobans Ægid. Boss. tract. crimin. tit. de citat. num. 39. & hanc doctrinam, & intelligentiam sequuntur Marin. Frecc. de subfend. lib. 2. dict. authorit. 45. Petr. de potestat. Princip. fol. 54. ex num. 52. & noviter Capiblanc. de Baronib. d. pragm. 6. n. 154. & 157. & expressius, n. 170.

69 Sed quidquid hi DD. dicant, istam limitationem ita indistinctè acceptam, ut ipsi tradunt, veram non judico, imò pro veriori resolutione distinguendum mihi videtur: Aut igitur delinquentes, quibus securitatem, vel salvumconductum concedi, prætenditur, sunt Banniti, seu condemnati ab eodem Judice, à quo salvusconductus petitur: vel ab ejus antecessore, aliove inferiori, & tunc rectè poterit salvumconductum ex dictis causis ad tempus concedere: secus verò, si à superiore fuerint damnati, inferior enim non potest contra factum superioris dispensare, cap. inferior 21. distinct. cap. ut nostrum, de appellat. l. penult. §. penult. ff. de aqua pluv. arcend. & hanc distinctionem ex Matth. de Afflict. decis. 4. numer. 5. & Bartol. Joan. de Immol. Angel. & aliis antiquior. tradit, Nicol. Moron. in tract. de treg. fid. & pac. quæst. 105. num. 8. in fin.
70 † Ubi si ab æquali, jussu tamen superioris damnentur, quia tunc à superiore damnati censentur, Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 337. num. 11. Grammat. vot. 25. numer. 11. Blanch. in pract. §. Datis fidejussoribus, num. 40. & 41. & verb. Ignorantia, num. 189. & 190. Franc. Hercul. in tract. de cautel. de non offenden. cap. 37. rubr. de salvoconducto,
71 num. 8. Farinac. in prax. dict. quæst. 29. num. 88. † Ubi in num. 89. quòd ideò judex nec etiam ex causa salvumconductum concedere, possit Bannito, aut condemnato pro rebellione, aliove crimine læsæ Majestatis, ut & notarunt Jas. in l. conventionum, num. 4. ff. de pact. Afflict. d. decis. 4. num. 4. in fin. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 81. num. 14. & dict. cas. 337. à num. 10.

72 Unum tamen nota, quòd promissa, aut data securitate per Judices, aut dominos inferiores, etiam in casu, quo eis id facere, non licet, servari, debet, & reus, si ita capiatur, in pristinam libertatem reponendus erit: quia indecens est, ut quis sub fide publica, & officii authoritate deceptus remaneat, ut ex l. 1. Cod. de his, qui veniam ætat. impetr. communiter resolvunt Alberic. in tract. de statu, quæst. 39. num. 16. part. 4. Paul. de Castr. cons. 423. num. 9. vers. Sed si expressè, & ex aliis antiquioribus Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 336. num. 27. & 33. & cas. 337. num. 5. & 6. Jul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 32. versic. Sed his quæro, in fin. Perrin. Bell. in tract. de re milit. tit. de salvisconduct. num. 10. in fin. Vincent. de Franc. decis. 258. num. 1. in fin. Andr. Fachin. lib. 9. controvers. jur. cap. 63. Petr. Bellug. in specul. Princip. rubr. 23. vers. Sed pone, Capiblanc. de Baronib. tom. 1. in dict. pragm. 6. n. 154. Farinac. in prax. dict. quæst. 29. numer. 95. & in numer. 96. vers. Prima opinio, hanc sententiam contra plures communiorem asserit, & à num. 97. eam in aliquibus casibus doctè limitat, & intelligit, & in eodem num. 97. in fin.
refert decis. Peguer. 39. † Ubi plenè defendit, & compro- 73
bat dictam conclusionem procedere, debere, etiam stante lege, aut statuto speciali prohibente, salvumconductum per inferiores à Principe concedi, quia adhuc de facto concessum servari, debere, resolvit Peguer. ob dictam rationem, ne sub fide publica, quis decipiatur, quod nec lex facere potuit, quia esset contra jus naturale; cui resolutioni assentire videtur Farinac. & eam expressè sequitur contra Cabal. qui in casu 51. contrarium voluit, benè D. Crespi observ. 5. num. 190.

Ex quibus quæstio circa securitatis, aut salviconductus concessionem, an inter fructus, seu emolumenta jurisdictionis connumerari, debeat, & ad ipsius Dominos inferiores spectet, plenè resoluta manet. 74

Quoad tertiam verò nostri capitis principalem quæstionem, an videlicet indultum, vel remissionem de delictis concedere, pœnasque corporales remittere, vel minuere, aut in pœnam pecuniariam transmutare; emolumentum, aut fructus jurisdictionis appellari, valeat, & consequenter ad Duces, Comites, & Barones aliosque jurisdictionis dominos inferiores ex vi dumtaxat jurisdictionis, etiam cum mero, & mixto imperio concessæ, pertineat? 75

In qua quæstione affirmativam sententiam tenet doctissimus vir D. D. Christophor. Crespi in observat. 5. n. 4. ubi, quòd jurisdictione cum mero, & mixto imperio in dominium, & proprietatem concessa, ut dominis inferioribus conceditur, indulgendi quoque potestas, tamquam jurisdictionis emolumentum translata censeatur, licet contra si tantùm in exercitium sit concessa ad quod refert D. Cresp. Vincent. de Franch. decis. 370. in num. 2. Giurb. cons. 74. num. 21. Mastril. in tract. de indul. cap. 2. num. 26. ubi, & alios adducit idem Mastril. in numer. seqq. & eandem sententiam servari in Regno Aragonum, ait idem D. Cresp. d. observ. 6. à num. 145. 76

Sed, quidquid vir eruditus dicat, contraria negativa opinio verior, & receptior de jure mihi videtur, videlicet, hanc, indultum, seu remissionem concedendi facultatem nullo modo inter jurisdictionis, aut meri, & mixti imperii emolumenta, aut fructus connumerari, debere, nec ejus ratione ad Dominos inferiores spectare. 77

Primò, quia hæc indulgendi, aut remittendi crimina potestas est de regalibus reservatis, quæ dumtaxat ad Principem Superiorem non recognoscentem, non verò ad alios inferiores spectat, ut jure communi ex l. 1. §. Si quis ultro, ff. de quæstion. l. relegari 4. l. ad bestias, §. Ex Provincia, ff. de Pœn. & jure nostro Regin l. 1. tit. 32. part. 7. ibi: Catales perdones, como esto, non à otro poder de los facer, si non el Rey, Olasch. decis. 101. Tiraquel. de pœn. temperand. num. 12. Martin. Laudens. in tract. de Princip. vers. 219. Boss. in tract. crim. tit. de Princip. 227. & tit. de remed. ex caus. Clement. Princip. num. 51. Sforc. de restit. in integr. part. 2. qu. 93. Cartar. de execut. capt. bann. cap. 3. num. 5. Petra de potest. Princip. cap. 8. num. 34. & 38. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 92. Calic. in margarit. Fisc. dub. 8. versic. 26. Gomez tom. 3. variar. cap. 13. numer. 38. Sebastian. Novius ad tit. quæ sint regal. num. 333. Calixt. Ramir. de leg. Reg. §. 25. num. 45. Azeved. in l. 1. numer. 7. tit. 25. lib. 8. Recopilat. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 3. cap. 35. ex numer. 1. Arnisæus de jur. Majestat. lib. 3. cap. 3. numer. 7. plenè Farinac. in prax. tom. 1. quæst. 6. ex num. 1. 78
Selle de inhibit. cap. 1. §. 5. ex num. 1. † ubi num. 3. quòd 79
nec

Digitized by Google

nec id competat Præsidibus , nec aliis Judicibus inferio-
ribus à Principe ex doctrina Bald. in leg. Præses , Cod. de
transaction. in quibus idem resolvunt ex Text. in d. l. rele-
gati , ff. de Pœn. & ibidem Bartol. Alberic. & cæteri an-
tiquiores , & est optimus Text. in d. l. 1. §. Si quis ultro ,
ff. de quæstion. per quem communiter notant DD. Judices
inferiores has pœnarum remissiones etiam ex justa causa
propria authoritate facere , non posse , ut constat ex re-
solut. nostri Gomez 3. variar. cap. 8. num. 4. vers. Item ad-
de , qui in pœna exilii benè loquitur , optimè ad rem
Osas. dict. decis. 101. nu. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 1. dict.
quæst. 92. & præcipuè num. 6. Farinac. in prax. dict. quæst. 6.
num. 10. & cum aliis Aillon. in addition. ad Gomez in loc.
80 citat. † Qui etiam loquitur optimè in Regiis Cancellariis ,
& in Correctoribus , aliisque Judicibus ordinariis circa
pœnas exilii, & circa pœnas corporales, Bobadill. in Polit.
lib. 2. cap. 16. num. 123. & 124. quia cum remittere crimi-
na , & peccata sit supra legem , & contra legem , ut no-
tant omnes ex Innocent. in cap. cum P. Tabellio , de fid. in-
strument. cumque solius Principis sit legem condere , aut
ei derogare , quin hoc alii inferiores superiorem recogno-
scentes , facere , valeant , ut alibi latius dicam ; meritò
ad Principem tantum , non ad alios inferiores hoc jus
spectare , dicendum est.
81 Et in nostra specie , quòd ratione jurisdictionis con-
cessæ , vel alterius generalis concessionibus Ducibus ,
Marchionibus , aliisque Dominis inferioribus potestas
ista non competat , resolvunt optimè Jul. Clar. lib. 5. re-
ceptar. sententiar. §. fin. num. 17. & 20. Azeved. in d. leg. 1.
num. 8. Mastrill. post lib. 3. de Magistrat. in tract. de indult.
general. cap. 2. ex num. 4. ubi infinitos refert , & licèt D.
Cresp. in d. observat. 5. n. 4. eundem Mastrill. in dict. cap. 2.
num. 26. referat pro contraria opinione , ut ratione juris-
dictionis in dominium , & proprietatem , & cum mero ,
& mixto imperio concessæ , hæc facultas in Dominos in-
feriores transeat , minus tamen rectè , & non integro
loco perlecto , eum retulit , si quidem in eodem loco
ex num. 27. contrariam nostram sententiam fundat optimè
82 idem Mastrill. † Et num. 34. expressè pro ea de jure resol-
vit , licet contrarium de facto fieri per Barones , dicat ;
imò , & in num. 29. idem procedere , ait , etiam si feu-
dum , aut oppidum cum mero , & mixto imperio , &
omnimoda jurisdictione concedatur , ut cum aliis docet
Farinac. dict. quæst. 6. num. 5. & eandem sententiam ex ipso
Mastrill. Farinac. & aliis veriorem agnoscit idem D. Cre-
83 spi dict. observat. 5. num. 144. † Licet in num. 145. in Regno
Aragonum contrariam servari testetur : sed hoc de con-
suetudine non de jure intellige , prout infr. proximè in aliis
Regni servari , dicam.
84 Et hanc nostram resolutionem contra Dominos infe-
riores optimè ultra relatos tenent Ripol. de regalib. c. 45.
num. 7. & 9. Azeved. in leg. 1. tit. 8. lib. 8. Recop. num. 5. &
in leg. 15. tit. 5. lib. 1. ubi in pœna exilii præcisè loquitur ,
quam per Dominos inferiores remitti , non posse , pro-
bat , & idem in pœna exilii , & aliis corporalibus , te-
nent ex eodem Azeved. Aviles , & aliis , Bobadill. in Po-
lit. dict. cap. 16. num. 123. & 124. Aillnn. in additioo. ad
Gomez in loco citato , & aliis congestis , D. Joann. del
Castill. tom. 7. controver. cap. 41. ex num. 145. & novissimè
Dominic. Antunez de Portug. de donat. Reg. 2. par. cap. 18.
ex num. 1. Sess. dict. §. 5. ex num. 3. & numer. 5. ex Jul. Clar.
& aliis ait , aliquos cum indulto , aut gratia per Domi-
nos inferiores concessa , collo annexa fuisse suspensos , &
idem referunt Anton. Sol. in constitut. Sabaud. in decret.
indulgentiam , gloss. unic. n. 7. tit. de indulgent. Boss. d. tit.
85 de remed. ex caus. Clement. Princip. n. 51. † Ubi id accidis-
se , testatur in Statu Mediolani tempore , quo eum Galli
dominabantur, & idem tradit Camill. Borrell. de præstant.
Reg. Catholic. c. 38. ex n. 9.
86 Imò , nec istam regaliam , aut potestatem , tanquam
ossibus Principis affixam Dominis inferioribus concedi ,
posse , tenet Dominic. Antunez d. cap. 18. nu. 4. ubi ad id
quoque refert Sess. d. §. 5. n. 7.

Sed , hujus viri alioquin doctissimi , pace , contra- 87
rium est verius , & communiter per DD. receptum , qui
ferè omnes , maximè Neapolitani , hoc jus indulgendi ,
vel ut ipsi dicunt aggratiandi privilegio , vel aliter per
Principem inferioribus concedi , posse , tenent Bartol. in
l. ambitiosa , n. 8. ff. de decret. ab ordin. faciend. Barthnlom.
Soccin. cons. 83. nu. 3. volum. 4. Osasch. d. dec. 101. num. 3.
† Et à num. 14. optimè quoque tractat , an etiam præscrip- 88
tione quæri valeat ? & affirmativè resolvit , quia regula-
riter quidquid privilegio concedi potest , præscriptione
etiam acquiri valet , ut latius dixi supr. cap. 17. à num. 25.
† Et ad nostram conclusionem , quòd indulgendi facul- 89
tas Principis privilegio , vel alia Regia concessione acqui-
ri , possit , benè resolvunt Boss. de remed. ex sol. Clement.
Princip. num. 52. Mandel. de Alba cons. 84. num. 45. Natt.
cons. 487. num. 31. Menoch. cons. 191. Jul. Clar. in d. §. fin.
quæst. 59. vers. Et hæc quidem conclusio . † Ubi quod ita in 90
Statu Mediolani servari testatur , Farinac. in prax. dict.
quæst. 6. num. 3. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 7. num. 4.
Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 38. num. 10.
ubi quod tenor investituræ , aut privilegiorum inspicia-
tur , ut an hoc jus in concessionibus veniat , vel non ?
cognosci , valeat.
Et idem in Regno Neapolit. servari , imò omnibus il- 91
lius Regni Baronibus virtute suorum privilegiorum hanc
facultatem indulgendi , seu aggratiandi competere , do-
cent communiter DD. Neap. Ann. singul. 457. & cap. 1. de
vassall. decrepit. ætat. à numer. 134. Paul. Fusc. singular. 14.
Tapp. in pragm. Regn. Neapol. 21. sub tit. de Baron. & in
hoc casu intelligi , debent Vincent. de Franch. d. dec. 370.
ex num. 1. Giurb. dict. cons. 74. num. 21. & 24. relati pro
contraria sententia per D. Crespi supr. num. 76. qui qui-
dem in Baronibus Regni Neapol. loquuntur , quibus
hoc jus virtute suorum specialium privilegiorum compe-
tit , ut expressè notat , ultra relatos , idem Franch. in ea-
dem decis. 370. ex num. 1. & Giurb. ubi proximè , & novi-
ter Capiblanc. de Baronib. tom. 1. super pragm. 6. num. 31.
† Qui omnes hanc conclusionem ita communiter intelli- 92
gunt , ut Barones , vel alii Domini inferiores , quibus
hoc speciali privilegio competit , ante sententiam dum-
taxat vel condemnationem , gratiam , seu indultum con-
cedere , valeant , non verò post eam , quia ea lata , functi
sunt officio suo , & eorum jurisdictio extincta censetur ,
ut ex vulgat. Text. in l. Iudex posteaquam , ff. de re judicat.
ultra alios, notant optimè ad rem Franch. d. dec. 370. n. 11.
Capiblanc. & DD. supr. citati.
Quod sub intellige nisi Barones , aut Domini inferio- 93
res cognitiooem etiam secundarum causarum appellatio-
nis habeant , quo casu , interposita appellatione , à pri-
ma sententia , cum adhuc eorum jurisdictio duret , &
cognitio in secunda instantia ipsis remaneat , primaque
sententia interim per appellationem extincta , vel saltim
suspensa sit Text. in l. appellatione , Cod. de appell. cap. bo-
na memoria 5. extr. eod. tit. & causa ad terminos litis con-
testatæ reducatur , l. ita demum , C. de procurator. rectè po-
terunt domini inferiores virtute suorum privilegiorum ,
pendente appellatione in secunda instantia , remissionem ,
vel indultum concedere , ut in specie docent eleganter
Joann. Baptist. Palomb. in tractat. de Reg. official. n. 34. &
latè fundat Vincent. de Franch. dec. 370. ex n. 10. & n. fin.
ita decisum refert ex eleganti doctrina nostri Gomezii ,
quem ad id refert Franch. & eodem modo dictam conclu-
sionem intelligunt Anna in dict. cap. 1. de vassall. decrepit.
ætat. n. 134. & d. singular. 457. Bajard. ad Clar. §. fin. q. 59.
num. 23. Amendol. ad Franch. ubi proximè , num. 2. & 3.
Capiblanc. de Baronib. tom. 1. dict. pragmat. 6. ex num. 34.
† Ubi eandem conclusionem limitat , & intelligit , nisi 94
Barones , aut Domini inferiores , quamvis cognitionem
secundarum causarum non haberent , eis tamen pri-
vilegium speciale competeret , ut etiam post senten-
tiam primæ instantiæ has remissiones , vel indultos con-
cedere , possint , ut in hoc casu , tenent quoque Me-
noch. de arbitr. lib. 1. quæst. 92. num. 7. Thesaur. decis. 101.
num. 3.

Digitized by Google

num. 3. & 4. Franch. *dict. decis.* 370. *num.* 12. non verò si specialiter non sit concessum, Anna *dict. cap.* 1. *ex nu.* 39. ubi, quòd ideò, cum quidam in sua investitura hoc specialiter non habuerit, & voluisset post sententiam quandam causam compoenere, fuit ex hoc carceratus, & idem testatur Ricc. *in addition. ad* Franch. *dict. dec.* 370. *in med.* quod privilegium raro Baronibus concedi testantur, & in Neapoli duntaxat Principem Bisinianum, & Ducem Martinæ id habere, referunt Capiblanc. & proximè relati.

95 Apud nos quidem nulli ex nostris Magnatibus, aut Dominis inferioribus, nec post sententiam, nec ante eam hanc indulgendi facultatem privilegio, vel aliter competere, audivi; omnes enim indultus, seu criminum remissiones per nostrum Regem fiunt, examinatis prius causis, & qualitate delictorum in Regia Camera Supremi Senatus, ubi an indultus concedi debeat, necnè? plenè cognoscitur, & Regi circa id consulitur, ut Cameræ consultatione visa per ipsum Regem gratia fiat, vel non: in quo nostri Reges, prout justitiæ amantissimi, semper suffragia Regiæ Cameræ attendunt.

96 Ad alia autem de materia pœnarum remissionis, seu indultus specialis, aut generalis per Regem, vel etiam Dominos inferiores, virtute suorum privilegiorum concedendi, vel non: quando, & ex quibus causis, in quibusve delictis locum habeat, aut concedi debeat, necnè? & quòd non nisi prius partis offensæ remissione obtenta, & alia plura de materia. Vide apud nos *tit.* 32. *partit.* 7. & *tit.* 25. *lib.* 8. *Recop.* ubi repetentes plenè tractant: vide etiam Tiber. Decian. *tract. crimin. l.* 3. *c.* 35. optimè Osasc. *dec. Pedemont.* 101. Sfort. *de in integr. restitut. p.* 2. *q.* 92. Menoch. *lib.* 1. *de arbit. q.* 92. & *centur.* 4. *casu* 536. & *cons.* 191. Gomez 3. *tom. variar. c.* 13. *n.* 38. ubi cum pluribus Aillon. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 25. *l.* 8. *Recop.* Anton. Sola *ad constitution. Saband. tit. de indulgent. grat. & remission.* latè Farinac. *in prax. to.* 1. *q.* 6. *per tot.* Iul. Clar. *l.* 5. *receptar. sentent.* §. *fin. qu.* 59. ubi Addit. Bajard. Sess. *de inhibit. c.* 1. §. 5. *per tot.* Rovit. Novar. & alii Neapolitani *in pragmat. Regn. Neapol. ad tit. de abolit.* Petr. Foller. *in commentar. ad indultum general. in Neapol.* & concessum in anno 1554. ubi plura cumulat, Rovit. *dec.* 91. ubi de causis indultum generale concedendi, de quibus latius apud Mastrill. D. Larr. Cresp. & alios proximè referend. Molin. *de justit. & jure tr.* 4. *disput.* 48. Parlador. *different.* 31. §. 1. & 2. Gutierr. *practicar. l.* 4. *q.* 49. Andr. Facbin. *l.* 9. *controvers. jur. c.* 17. & 18. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. c.* 38. Mastrill. *de Magistrat. l.* 3. *c.* 7. & post eandem *l.* 3. *in tract. de indult. general.* ubi latissimè per plura capita, Ripol. *de regalib. c.* 45. & 23. aliqua Cyria. *contr. jur. to.* 1. *contr.* 20. Marin. *l.* 1. *resolut. jur. c.* 183. D. Larr. *dec.* 25. *cum seq. usq; ad* 30. ubi de indulto generali per Regem nostrũ Philipp. IV. concessum ob nativitatem Principis D. Balthas. & plures congerentes Pater Diana *resol. moral. p.* 6. *tractat.* 6. *resol.* 1. D. Ioan. del Castill. *to.* 7. *controvers. c.* 41. *n.* 145. *cum seqq.* aliqua novissimè Franc. Rocc. *de offi. regimin. rubr.* 14. §. 8. ubi an indulto generali crimen extractionis rerum prohibitarum comprehendatur? & ad alia de materia, tam circa indultos generales, quàm speciales plenè D. Cresp. *observat.* 5. & novissimè Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg.* 2. *p. cap.* 18. *per tot.*

97 In quibus indultorum concessionibus unum quidem animadvertere, non omittam, ut nimirum Domini Reges, & alii inferiores, quibus privilegio hoc jus competit præ oculis habeant, ne absque justa, & rationabili causa istas remissiones faciant, quia ultra quòd Principes delictis sine causa indulgendo, & eorum pœnas à jure statutas pro arbitrio absoluto remittendo, graviter peccant, ut ex Divo Thoma 2. 2. *q.* 67. *art.* 4. communiter resolvunt DD. Sess. *de inhibit. c.* 1. §. 5. *nu.* 11. 17. & 34. & eleganter Petr. Gregor. *l.* 36. *c.* 21. *n.* 2. *part.* 3. Mastr. *de Magistr. l.* 3. *c.* 7. *ex n.* 6. 17. & 42. Pater Diana *resolut. moral. p.* 6. *tr.* 6. *resolut.* 1. D. Cresp. *dict. observat.* 5. *ex n.* 192. & novissimè Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg. p.* 2. *dict. c.* 18. *n.* 46.

Lagunez de Fructib.

nec aliter id eis facere liceat, quàm tribus concurrentibus
cap. magna de vot. nimirum, quòd liceat secundùm æquitatem, quòd deceat secundùm honestatem, & quòd expediat secundùm utilitatem, Cajetan. *in sum.* §. 4. *in verb.*
Iudicis peccatum, Nav. *in manual. c.* 25. *n.* 14. † Magnum 98
namque ex indultorum irrationabilibus concessionibus præjudicium, & nocumentum Reipublicæ infertur, cujus magni interest, corruptos homines, & facinorosos de medio tollere, ne alii multi ad eadem facinora remis-
sionis spe provocentur. † Et ex unius minus justa indul- 99
gentia plura alia exitia sequantur, ut dicitur ex Divo Ambrosio, & ex Deuteronom. *c.* 19. *in c. est injusta* 23. *q.* 4. illic: *Non ne cum uni indulget indigno, plurimos facit ad*
prolapsionis contagium provocare: † E contra autem ex 100
justa, nec violata punitione, non solum delinquentes justas luunt pœnas: sed, & cæteri mali punitorum exemplo à criminibus arcentur, Divus Augustin. *lib.* 19. *de Civitat. Dei, cap.* 16. ubi mirabiliter ait: *Non est innocentia parcendo, sinere, ut in malum gravius incidatur; pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini malum inferre, verum etiam punire peccatum, ut ipse, qui plectitur, corrigatur, experimento, ut alii terreantur exemplo: & boni, ac innocentes securius, & absque ullo damni timore vivant,* & eleganter quoque tradit idem D. Augustin. *in cap.* 54. *ad Macedon.* quod extat *in cap. non frustra* 23. *q.* 5. *Non frustra* (inquit) *sunt instituta potestas Regis, cognitoris jus, ungula carnificis, arma militis, disciplina dominantis: habent enim omnia istas suas utilitates: hec cum timentur, & mali coercentur, & quietius*
inter malos vivunt boni: † Hinc dicebat Seneca: *Nocet* 101
bonis, qui parcit malis: † ex quo *in Deuteronom. ubi sup.* 102
tales misericordiæ injustæ dicuntur, & increpantur illic: *Non ne innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exi-*
tia cogitantem. † Non potest igitur hęc dici justa misericor- 103
dia; imò magna est pietas contra pessimos esse crudelem, aliàs enim in ipsorum delinquentium, pœnarum remissionem inhiantium, majus damnum indulgentia verti solet; nam ut inquit Divus Ambrosius *in Psalm. Beati immaculati: Si talis est, qui emendari, non queat, aufertur è medio, ne graviora committat. unde nonnulli Philosophi* (prosequitur ipse Sanctus) *disputarunt, obesse improbis absolutionem, mortem verò prodesse, eo quòd in illa sit incentiuum delinquendi; in morte autem finis: mortuus enim*
jam nescit errare. † Aliasque plures, tam publicas, quam 104
privatas utilitates ex justitia rectè servata, nec violata indulgendi facilitate sine causa cumulat eleganter Divus Cyprianus de duodecim abusibus, ibi: *Iustitia Regis pax est populorum, tutamen patria, immunitas plebis, monimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, securitas maris, terra jucunditas, solatium pauperum, hereditas filiorum, & sibimetipsis spes futura beatitudinis,*
† Undè optimè dixit noster Paul. de Castr. *in l. nemo, Cod.* 105
de Episcop. audient. nullam esse majorem, ac jucundiorem victimam Deo, quàm pessimos ultimo supplicio affici.

Quæ omnia Reipublicæ, & privatorum commoda ob 106
justitiæ rectam administrationem, tunc sanè deficient, & certissimè omnia mala; & damna eorum loco succedent ob delictorum, pœnarumque continuas absque causa prolibito Principis remissiones, maximè si tales indultus pretio, vel pecunia accepta concedantur, nam, ut ait Calic. *de jur. Fisc. dubitat.* 3. *v.* 34. & Sess. *de inhibit. c.* 1. §. 5. *n.* 13. ex Dionys. Gotofr. *in authent. ut jud. sine quoque suffrag. in præ-*
fat. † *Cum pœna delictorum venduntur, omnia mala nas-* 107
cuntur, quia ut eleganter dicitur *in c. est injusta* 23. *q.* 4. *in fin. Facilitas venia incentiuum tribuit delinquendi.* Nam juxta Arnob. *Crescit multitudo peccantium, cum redimendi spes datur: Cito enim*, ut inquit Divus Isidorus *l.* 3. *de sum. bon. c.* 58. *violatur auro justitia, nullamque reus pertimescit*
culpam, quam redimendam, nummis existimat, † Quare ex 108
his indultorum frequentioribus, quam decet, concessionibus, omnia jura, omnesque leges contemptui, & ludibrio
erunt: † Et domus, aut gratia Principis scelestorum homi- 109
num asylus, ac receptaculum fiet: † Regna q; juxta D. Aug. 110

Digitized by Google

absq; recta justitiæ administratione non nisi magna latrocinia erunt: nam, ut eleganter contra has remissiones, pretio minus justè factas, exclamat noster Justinianus *in dict. Authent. ut judic. sine quo suffrag. in præfat. in fin.* illic: *Quis enim sine periculo non furetur? quis non latrocinabitur sine reatu ad administratorem respiciens? Illum namque videns omnia auro vendentem, & præsumens, quia quidquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet, hinc homicidium, & adulterium, & invasiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum confusio, & contemptus legum, & Judicum, omnibus hæc venalia proposita esse putantibus, tamquam aliquod vilium mancipio-*
111 *rum*: † Quæ omnia in manifestorum Monarchiæ exitium erunt; nam ut mirabiliter ait Divus Augustinus, nec ulli Politicorum in dubium vertitur: *Nullum est majus, & evidentius cadentis Monarchiæ initium, quam si justitiam declinare, & reos non puniri, & bonos non præmia-*
112 *ri, ac honorari videris.* † Nec ullus hæc dicta contra delictorum de facili indultus, seu remissiones sub specie misericordię, ac pietatis reprobet; nam ultra quòd omnia supra tradita litteraliter, & absque ulla ponderatione jure divino comprobantur, ut constat ex Deuteronom. *dict. cap.* 19. & ex dict. *cap. est injusta* 23. *quæst.* 4. in quibus locis, & apod tot Sanctos, Doctissimosque viros prædictæ delictorum remissiones acriter reprobantur: ea quidem maximè contra homines valdè sceleratos procedere debent, & præcipuè contra proditoriè alios occidentes: quis enim horum pretio, aut precibus miserebitur: & quo pretio unius hominis, & quidem cujuslibet inferioris vita appendi, sive appretiari poterit? queve magna licet urgentissima causa superare valebit publicæ injuriæ vindictam, in qua quidem omnis Reipublicæ
113 salus, omniumque securitas consistit? † Ex quibus non solum peccare Principes in his atrocissimis remittentes; sed etiam pro his gratis magnates, vel alios supplicantes, vel intercedentes, rectè notant Sot. *de justit. & jur. lib.* 5. *q.* 4. *artic.* 9. Navarr. *in rubric. de judic. nn.* 98. Dominic. Tass. *in pragmat. de antefat. v.* 12. *observat.* 1. *n.* 84. optimè, & quando pro delinquentibus, salva conscientia intercedi valeat, ut eis minuantur, vel remittantur pœnæ, loca D. Augustini pro Donatistis, & aliis criminosis intercedentis *in epist.* 158. 159. *&* 160. *&* 54. eleganter, ac docte explicans Alphons. de Gastr. *de potestat. leg. pœnal. lib.* 2. *c.* 13. *per tot.*

114 Caveant ergo Principes ne à justitiæ tramite devient, sed per lineam mediam inter justitiam, & misericordiam, quin ulla earum conculcetur, rectè ambuleot; non enim justitiæ rigorem omnino insectandum consulimus; sed quòd crimina discernantur, eorumque qualitates considerentur, quibus plus, minusve graviora, & consequenter indultu, aut ira Principis digna efficiuntur; nam juxta Aristotel. 3. *ethicor. Irasci, in quibus non oportet, insipientis est, sed non irasci, in quibus oportet, stupidi esset*: medius igitur Princeps in hac re, ut in aliis tutissimus
115 ibit juxta Ovid. † Sed licet extrema semper, ut damnosa, per omnes damnentur, damnosius quidem esset misericordiæ extremum, quam justitiæ (intellige si in aliquo, misericordiæ adhærendo, justitia lædatur) nam ob summam, & contra justitiam, misericordiam, si tunc tale nomen meretur, quod est de justitia aufertur: per rigorem verò justitiæ, quod est tantum gratiæ denegatur; ex quibus rectè dicebat Frontinus Consul. *Malum est eum imperare, sub quo nemini quidquam concessum sit, sed longe pejus vivere sub eo, sub quo maximè licet.*

CAP. XXIII.

ARGUMENTUM.

Nundinarum, seu Mercatuum creatio, an jurisdictionis fructus sit? ejusque ratione Ducibus, Comitibus, aliisve Dominis inferioribus competat? Pluraque etiam de materia Nundinarum, & Mercatuum, de eorum gabellarum, alteriusve tributi immunitate, apud nos *Francos*, quando per Dominos inferiores similiter id concedi valeat? & de an loco ad locum ipsę Nundinæ, aut Mercatus transferri possint? & obiter quid in concessionibus Regiis circa creationem Nundinarum, ut in aliquo oppido noviter fiant, an ob id præjudicium oppido convicino inferatur, ex eo, quòd commercium Nundinarum, quæ etiam Regia concessione ab antiquitus exercentur, per novarum creationem valdè minuatur, ad retentionem gratiæ, tam jure communi attento, quam dispositione nostræ *l.* 11. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat.*

SUMMARIUM.

1 *QUæstio hujus capitis: utrùm Nundinarum Mercatuumve creatio jurisdictionis, feudi, aut oppidi fructus sit: ita ut in jurisdictionis, vel territorii simplici concessione nundinas, vel mercatus creandi potestas, comprehensa quoque censeatur?*

3 *Nundina, aut Mercatus sunt de regalibus, nec aliter, quàm de speciali Principis privilegio exerceri, valent, cum duob. num. seqq.*

4 *Mulctatur apud nos gravibus pœnis accedens ad contrahendum in nundinis absque Regia licentia institutus.*

5 *Privilegium insuper requiritur, quod in codicibus regalibus, sive libris apud nos* de lo Salvado *inscribatur, vel inscriptum inveniatur.*

7 *Utrùm nundinarum novam creationem Princeps concedere, valeat, si ob id aliquod præjudicium Civitatibus convicinis similiter nundinas habentibus concedatur, ob concursum aut commercium diminutum? cum num. seqq.*

Refertur sententia negativa Sixtini, & aliorum, ibidem.

8 *Convicina oppida prius, circa hoc prejudicium, juxta eundem Sixtin. exaudienda.*

9 *In Regno Neapol. nundinarum concessionem præcedit informatio, alias nundinas convicinas non esse, quibus præjudicium ex secundarum nova institutione inferri possit.*

10 *Procedit hoc maximè juxta aliquos, si in ipsa die, quæ ad novas nundinas designari, prætenditur, Civitas convicina ex privilegio, aut præscriptione suas nundinas exerceat.*

11 *Contrarium, ut verius resolvitur; imò, non obstante præjudicio superius ponderato per oppida convicina, antiquiores nundinas habentia, benè posse Principem alteri, etiam eadem die, nundinas novas concedere, cum num. seqq.*

12 *Princeps ex hac nova concessione nullum præjudicium principaliter, sed secundario tantum infert, cum suo jure regali concedendi nundinas, utatur.*

13 *Præjudicium secundariò in Regiis concessionibus, quominus exequantur, non attenditur.*

Non consideratur apud nos in gratiarum, seu privilegiorum retentione ex nostra l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopil. *ibi.*

Procedit maximè superior in nundinarum secunda concessione resolutio, si Princeps nundinas in convicinis locis fieri non ignorans, novas creari, concesserit: ibidem.

15 *Declaratur pro nostra resolutione notabilis doctrina Ponte in contrarium adducti.*

16 *Quid in concessione, aut privilegio Principis in favorem artificum collegii, ne alius eorum officium citra suas constitutiones exerceat, an adhuc aliis privilegium concedere valeat, ut citra eas officium exerceant?*

17 *Nun-*

Digitized by Google

17 *Nundinarum creatio ita inter regalia habetur, ut non solum absque speciali Regia concessione creari non debeant; sed nec tam Regia authoritate creata, sine novo Regio assensu de uno ad alium locum mutari, valeant.*

18 *Nec dies in privilegio destinata in aliam transferri.*

20 *Similiter nundinarum revocatio ad Principem spectat.*

21 *Quid si per longissimum tempus Civitas, vel oppidum eas exercuerint?*

Quæ præscriptio sit necessaria? ibi.

22 *Intelliguntur præfata, quoad nundinas revocandi Principis potestatem, si ex privilegio gratioso: secus si pretio, aut pecunia interveniente, aliave causa onerosa, sint concessa.*

23 *Privilegiũ hoc, an & quando per non usum amittatur.*

24 *An idem dicendum sit in creatione mercatuum, qui in singulis hebdomadis fieri solent, ut similiter inter jurisdictionis, vel castri concessi fructus imputari, non debeant, nec consequenter per inferiores dominos eos exercendi facultas ipsis cõcedatur?*

25 *Affirmativam sententiam, & sic nullam differentiam inter nundinas, & mercatus circa hoc assignari posse, tenent aliqui.*

26 *Contrarium, ut verius, resolvitur, imò ad hos mercatus exercendos nullam Regiam licentiam necessariam, sed authoritatem dominorum inferiorum sufficere.*

27 *Differunt valdè à nundinis.*

Solum factum, hoc est observantiam absque ulla immunitate, aut securitate continent mercatus, ibi. & num. 29.

28 *De jure gentium, ut alia commercia proveniunt.*

32 *Idem dicendum in Civitatibus, vel oppidis, ut similiter in eis mercatus isti absque ulla immunitate exerceantur.*

33 *Exponitur, juxta præfata, difficilis* text. in l. unic. Cod. de nundin. & mercat. *in contrarium per DD. adductus, cum num. seqq.*

34 *Intelliguntur etiam* l. 3. tit. 7. part. 3. & l. 1. & 2. tit. 20. lib. 9. Recopil.

35 *Hodie apud nos antiqua jura immunitatis, aut franchisiæ nundinarum, & mercatuum sunt antiquata, nec observantur, nisi specialiter Regio privilegio sint concessa.*

1 SUccedit igitur utilis in præsenti resolvenda ad praxim
quæstio, an nempè Nundinarum, Mercatuumve
creatio jurisdictionis, vel feudi, aut oppidi fructus sit:
ita ut in jurisdictionis, vel territorii simplici concessione
nundinas, vel mercatus creandi potestas comprehensa
quoque censeatur?

2 In qua quæstione, quoad nundinarum creationem,
negativè, & quidem rectè resolvit Horat. Barbat. *de di-
vis. fruct. part. 1. cap. 9. n. 28. cum seqq.* ubi quòd earum
creationes absque speciali Principis licentia, aut conces-
sione fieri non possunt, quin in generali jurisdictionis,
aut castri donatione comprehendantur, & notant quo-
que Reg. de Pont. *de potest. Proreg. tit. de Mercat. seu
nundin.* Bald. *in l. unic. Cod. de nundinis*, & cum aliis,
Ioann. Mar. Novar. *de gravaminib. vassallor. gravamin.*
3 *326. n. 5. vers. Nec eisdem concessum.* † Quia de regali-
bus sunt, & ad Supremam Majestatem spectant, nec
aliter, quàm speciali Principis privilegio, aut conces-
sione exerceri valent, ut probant jura *in l. 1. ff. de nundin.
l. unic. Cod. eodem*, ibi: *Qui exercendorum mercatuum,
aut nundinarum licentiam, &c. l. 2. tit. 1. p. 2. l. 3. tit. 7. p. 5.*
ibi: *Fueras ende si el Rey otorgasse por su privilegio*, ubi
4 Gregor. *l. 1. cum seqq. tit. 20. l. 9. Recopilat.* † In quibus,
& quòd nullus sub gravibus pœnis accedere, audeat ad
contrahendum in nundinis absque Regia licentia institu-
tis, Ioan. Gutierr. *de gabell. q. 46. n. 28. & q. 124. nu. 42.*
D. Larr. *allegat. Fisc. 7. nu. 13. & 14.* & pluribus conge-

Laguzez de Fructib.

stis D. Ioann. del Castill. *de tert. c. 41. n. 96.* Girond. *de ga-
bell. part. 7. §. 2. nu. 62.* † Vbi hoc amplius privilegium 5
scriptum requirit in libris, aut Codicibus Regalibus, apud
nos *De lo Salvado*.

Et quòd nundinarum creatio ad Regem solum, uti de 6
regalibus, pertineat, latè plura de nundinis, & eorum
privilegiis, ac immunitatibus adducentes Henning. Ar-
nisæus *de jurib. Majestat. l. 2. c. 3. n. 18.* Camill. Borrell.
de præstant. Reg. Catholic. c. 36. à n. 11. & tot. Andr. Gail.
l. 2. observat. 19. n. 24. cum seqq. Thesaur. *decis. 264. à n.
2.* ubi in additis Thesaur. Filius, Rebuff. *ad leg. Galliæ, to.
2. tit. de Magist. artific. artic. 4. gloss. 2. n. 1.* Petra *de potest.
princip. c. 10. à nu. 28.* Petr. Gregor. Tholos. *p. 3. syntag.
jur. univers. l. 25. c. 3. tot.* Bodin. *de regimin. Reipub. l. 1.
c. 10.* & pluribus relatis novissimè Dominic. Antunez de
Portug. *de donation. Reg. p. 2. c. 23. tot.* Ioan. Mar. Novar.
de gravaminib. vassallor. dict. gravamin. 326. nu. 1.

Imò Nundinarum novam creationem per Principem 7
concedi, non debere, si ob id aliquod præjudicium Ci-
vitatibus convicinis similiter nundinas habentibus, in-
feratur; quia fortè ob vicinitatem noviter instituenda-
rum, antiquarum concursus, & commercium, minui
potest, resolvit Sixtin. *de regalibus, l. 1. c. 6. n. 31. in fin.* † 8
Qui ideo convicina oppida prius circa hoc exaudienda as-
serit, idemque animadvertunt Matth. de Afflict. *in cap.
si quis investierit, n. 26. de feud. in vic. leg. commiss.* Capi-
blanc. *de Baron. to. 1. pragm. 8. p. 2. n. 54.* Dominic. Tas-
son. *in pragmat. de antefat. v. 3. observat. 4. nu. 259. cas.
117.* † Vbi, quòd in Regn. Neapolis informatio præce- 9
dere debeat, alias Nundinas convicinas non extare, qui-
bus præjudicium ex secundarum, ob Regiam concessio-
nem, nova institutione inferri possit: ad quod Tasson re-
fert Ponte, qui tamen de urbanitate loquitur, non ve-
rò de rigore juris, *ut infr.* videbis.

Sed dictam Sixtini sententiam, ultra relatos, tenet 10
Alciat. *cons. 24. n. 2. l. 5.* ubi quòd maximè hoc procedat,
si in ipsa die, quæ ad novas nundinas designari prætenn-
ditur, Civitas convicina ex privilegio, aut præscriptione
suas nundinas exerceat: quo casu secundum privilegium
alteri Civitati concessum, ut in ipsa die nundinæ fiant, ser-
vari, non debere, ait, & idem docent Cæphal. *consil. 342.
l. 3.* Aym. Cravet. *cons. 640.* Andr. Gail. *l. 2. obser. 19. nu. 25.*

Sed, quidquid isti Doctores asserant, contrarium ve- 11
rius mihi videtur: Imò, quòd, non obstante præjudicio
superius ponderato, & allegato per oppida convicina an-
tiquiores nundinas habentia, rectè Princeps possit alteri,
etiam in eadem die, nundinas novas concedere.

Cujus resolutionis notabilis extat, & concludens ra- 12
tio: quia nimirum præjudicium relatum non principali-
ter, sed secundariò ex nova Principis concessione sequi-
tur; nam, cum in his nundinarum concessionibus Princeps
suo jure, Regali utatur, nemini ex hoc directè præjudi-
cium inferre, dicendus est, licet per accidens oppidis simi-
lia nundinarum privilegia habentibus aliquod præjudi-
cium sequatur: † Quod quidem præjudicium, 13
ut secundarium, non est considerandum ad istarum,
vel similium Principis gratiarum revocationem: Prout
nec apud nos attendi, debet in granarum, seu privilegio-
rum ob tertii prejudicium revocationem, vel retentio-
nem in Aula Iustitiæ nostri Senatus, quæ frequenter præ-
tenditur ob singularem, & Pragmaticis valde cognitam
decisionem, aut remedium nostræ Regiæ *leg. 11. tit. 4. l. 2.
Recop.* ut in his gratiarum, aut privilegiorum revocatio-
nibus latè docent distinguentes, inter privilegia gratuita,
& ea, quæ pecunia mediante, & quæ in vim contractus
concessa sunt, ut in illis revocatio procedat, in istis verò
non, Dec. *consil. 286. n. 4.* Bellon. *consil. 28. n. 10.* Roland.
consil. 13. l. 3. n. 3. & cum aliis Ripoll. *in puncto de regalib.
c. 42. n. 38. & seqq.* Castrens. *consil. 287. tom. 1.* Petra *de
potest. princip. c. 24. n. 227.* multi relati per Castill. *de ter-
tiis, c. 18. n. 138.* D. Larrea *allegat. Fiscal. 77. num. 22.*
D. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 30. & lib. 4. c.
3. num. 16.* D. Covarruv. *lib. 3. variar. cap. 6. numer. 1.*

Cancer. *variar. part.* 3. *capit.* 3. *num.* 130. Feloaga *in en-*
chirid. cap. 2. *à n.* 81. *& infr. num.* 22. quod in quam plu-
rimis causis retentionis in supremo, ac Regio nostro Ca-
stellæ Senatu decisum vidi.

14 Et in specie pro nostra sententia resolvunt Camill. Bor-
rell. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 36. *n.* 31. & novissimè
Dominic. Antunez de Portugal *de donationib. Reg.* 2. *par.*
cap. 23. *num. fin.* qui id absque dubio procedere, ait, si
Princeps nundinas in convicinis locis fieri non ignorans,
novas creari, concessit.

15 Sed, ultra omnes, optimè quæstionem tractat, & pro
nostra opinione resolvit Ponte *de potest. Proreg. tit.* 10. *de*
nundin. & mercat. numer. 3. qui licet de urbanitate Re-
giam Cameram, ubi tales gratiæ expediuntur, præju-
dicium ob novam concessionem nundinarum inspicere
debere dicat, de rigore tamen juris attendi, non debe-
re resolvit; quia nec ex prioribus nundinarum concessio-
nibus, facultatem sibi ademisse Princeps censeri debet,
ut idem privilegium aliis condere, non possit.

16 Quibus pro hujus resolutionis confirmatione notabi-
liter adde, quòd si Princeps alicui artificum collegio con-
cesserit, ne quis eam artem exercere possit, nisi juxta
præscriptas eorum ordinationes, easque confirmaverit,
adhuc aliis privilegium concedere potest, ut citra eas of-
ficium exerceant, de qua quæstione extat singularis lo-
cus, & decisio Xammar. *rer. judicat. part.* 2. *diffinit.* 116.
sed, ut quod sentiam, fatear, difficilior mihi videtur
illius casus resolutio, dum Princeps non simpliciter exer-
cendi officium facultatem concessit, sed specialiter ne
etiam alius citra artificum constitutiones exerceret;
quam specialem clausulam, si in generali nundinarum
concessione invenirem, ne videlicet aliud oppidum nun-
dinas exerceat, intra certum spatium Civitatis, cui prius
conceduntur: in hoc quidem casu privilegium prius sine
dubio servandum resolverem, nec in ejus præjudicium
secundam nundinarum concessionem admittendam,
judicarem.

17 Et ut ad nostram quæstionem principalem redeamus,
ita nundinæ inter fructus jurisdictionis, aut oppidi re-
putari, non debent; sed potiùs inter regalia, ut non so-
lum earum creatio jurisdictionis, vel oppidi domino,
aut alii absque speciali Regia concessione competere ne-
queat; sed nec jam Regia facultate creatæ, propria oppi-
dorum, vel dominorum authoritate sine novo Regio as-
sensu de uno loco ad alium mutari, possint, ut ex addu-
ctis per Luc. de Pen. *in l.* 1. *&* 2. *Cod. de rustican.* tenent
Sichard. *in dict. l. unic. Cod. de nundin.* Thesaur. *dict. de-*
cis. 264. *num.* 3. *vers. Post.* Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *cap.* 6.
18 *num.* 31. Ripol. *de regalib. cap.* 42. *à numer.* 16. † Ubi
quòd, nec dies in privilegio destinata in aliam, incon-
sulto Principe, transferri possit, quem sequitur novis-
simè Dominic. Antunez de Portugal *de donationib. Reg.*
19 *part.* 2. *cap.* 23. *num.* 12. † Et in mutatione de loco ad
locum, ultra relatos, cum aliis Novar. *de gravaminib.*
20 *vassallor. tom.* 1. *gravam.* 326. *num.* 5. † Ubi *in num.* 2.
& tot. quòd similiter earum revocatio, vel translatio de
loco ad locum ad Principem spectet, idque ipse efficere,
21 valeat, ex Natt. *cons.* 511. *&* 512. † imò, & quòd aufer-
re eas possit oppido, aut Civitati, licet per longissimum
tempus illas exercuerit, & ita decisum refert Thesaur.
dict. decis. 264. *num.* 3. ubi contrarium consuluisse refert
Alciatum *cons.* 208. cujus Alciati sententiam tunc veram
putat Thesaur. si tam longissima præscriptio interveniat,
ex qua concessionis titulus à Principe præsumi possit, ut
si saltim centenaria sit: & eum sequuntur Novar. *de gra-*
vamin. vassallor. tract. 1. *gravam.* 326. *n.* 3. Ripol. *de re-*
galibus, dict. c. 42. *n.* 14. Quam sententiam verissimam
censeo, ex quo sit hoc jus præscriptibile, quia & conces-
sibile juxta Ripol. & alios Regalistas: & comprobatur
singulariter per nostram *l.* 3. *tit.* 7. *part.* 5. ibi: *Si non en*
aquellos, que antiguamente las acostumbraron facer: &
ibidem notat Gregor. *gloss.* 3. præterquam quòd imme-
morialem requirit, quæ privilegio æquipollet, *capit.*
super quibusdam, §. Preterea, de verbor. signific.

Quæ tamen dicta circa revocationem, intellige, etiam 22
si ex privilegio, dummodo gratiosum fuerit, nundinas op-
pida habeant: secus si ex causa onerosa, pretio, aut pe-
cunia interveniente, competant, ut tenent Camill. Bor-
rel. *de præstant. Reg. Catholic. c.* 36. *n.* 17. *&* 18. & ex Sixtin.
& aliis Ripol. *de regal. dict. c.* 42. *à n.* 38. † Qui tamen in 23
n. 37. notat, hoc privilegium per non usum amitti per tex.
ad rem singular. *in dict. l.* 1. *ff. de nundin. l.* 3. *tit.* 7. *part.* 5. *l.*
42. *tit.* 18. *part.* 3. ubi Gregor. Lopez, & idem resolvunt
Thesaur. *dict. dec.* 264. *n.* 3. Sixtin. *de regalib. dict. c.* 6. *n.* 30.
& 32. *in fin.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. dict.*
c. 36. *nu.* 27. *& in nu.* 28. rectè id tribus modis intelligit,
quem novissimè sequitur ex Gloss. Archidiac. & aliis Do-
minic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. p.* 2. *d. c.* 23. *n.* 21.

An autem idem dicendum sit in creatione mercatuum, 24
qui in singulis hebdomadis peculiaribus diebus ferè in
omnibus oppidis nostri Regni, & plerumque in Civitati-
bus fieri solent, ut similiter inter jurisdictionis, vel Castri
concessi fructus imputari, non debeant? & consequenter
eorum exercendorum facultas per Barones, seu jurisdi-
ctionis, vel oppidorum dominos absque Regia licentia
concedi, nequeat? magis dubitant Doctores; † Et affir- 25
mativam sententiam, ut nimirum idem in mercatibus ac
in nundinis dici debeat, defendit Camill. Borrell. *de præ-*
stant. Reg. Catholic. dict. c. 36. *à n.* 20. ubi nullam differen-
tiam inter nundinas, & mercatus circa hoc assignari pos-
se, contendit, & optimè fundat novissimè Dominic. An-
tunez de Portugal. *de donation. Reg. dict. c.* 23. *n.* 9. *cum se-*
quentib. & expressè probari videtur per text. *in l. unic.*
Cod. de nundin. in illis verbis: *Qui exercendorum merca-*
tuum, aut nundinarum licentiam.

Quibus tamen non obstantibus contraria negativa opi- 26
nio verior, ac communior mihi videtur: Imò, quòd ad hos
mercatus exercendos nulla Regia licentia exigatur, sed
potius authoritate Baronum, vel oppidorum dominorum
induci valeant, † Ex eo, quòd à nundinis valdè differant, 27
quia tales mercatus potius factum, hoc est observantiam,
quam jus continent, cum omnibus privilegiis, & immu-
nitatibus careant, quæ nundinis concedi solent, ut origi-
naliter optimè notant Nicol. de Matarel, & Bald. *in dict.*
l. unic. column. 1. *Cod. de nundin.* Restaurus Castald. *de Im-*
per. q. 110. *privileg.* 100. *fol. mihi* 203. benè Anton. Thesau.
dict. decis. 264. *n.* 4. † Ubi subdit, hoc etiam jure gentium 28
indultum videri, ut scilicet homines mercandi causa simul
in uno loco conveniant: nam commercia de jure gentium
communiter reputantur, *l. ex hoc jure, ff. de justit. & jur.*

Pro qua opinione communiter etiam resolvunt Franc. 29
Marc. *decis.* 53. *n.* 2. *cum seqq.* Ripol. *de regalib. dict. c.* 42. *n.*
11. *&* 12. ubi, quòd in his mercatibus, qui frequenter in
oppidis fiunt, non competat securitas, nec aliæ immuni-
tates, quæ alias circa merces, & eas deferentes in nundi-
nis competere solent. † Quare, licet nundinæ per Baro- 30
nes, aut oppidorum dominos absque Regia licentia creari
nequeant, quia magis solemniter, & cum aliquibus im-
munitatibus exercentur, hoc tamen in mercatibus ex di-
ctis rationibus non procedere, docet optimè Ponte *de po-*
testat. Proreg. tit. de mercat. & nundin. num. 20.

Et hanc sententiam, ut veriorem, & communiorem se- 31
quuntur Moderni, Restaur. *de Imperator. q.* 110. *privileg.*
101. Joan. Mar. Novar. *de gravam. vassall. tract.* 1. *gravam.*
326. *n.* 6. & ex Bald. Thesaur. & aliis, ultra relatos, Horat.
de divis. fruct. p. 1. *c.* 9. *n.* 30. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *in*
dict. pragmat. 8. *p.* 2. *n.* 8. † Ubi idem in oppidis, & Civita- 32
tibus resolvit, ut similiter in eis mercatus ibi in aliquibus
diebus hebdomadæ absque aliqua gabellarum, vel alia im-
munitate fieri valeant, ut apud nos ferè in omnibus Regni
Civitatibus, & oppidis observatur, in quibus semel, vel bis
in hebdomada; absque ulla tamen franchisia, vel exem-
ptione (nisi adsit speciale privilegium) exercentur, ut be-
nè notant noster Gregor. *in l.* 3. *tit.* 7. *part.* 5. *gloss. Mer-*
cados, & glos. Por su privileg. Girond. *de gabel. p.* 7. *§.* 2. *n.* 19.

Nec huic resolutioni obstat *dict. l. unic. Cod. de nundin.* 33
& mer-

Digitized by Google

& mercat. qua expresè contraria opinio probari videtur, videlicet, non solum ad nundinas, verum etiam ad mercatus Principis licentiam requiri, ibi: *Qui exercendorum mercatuum, aut nundinarum licentiam, vel veterum indulto, vel nostra authoritate meruerunt, &c.* quia hæc lex intelligi debet in mercatibus, cum gabellarum, vel alia immunitate apud nos Francos, quibus, & nundinis hæc immunitas, aut exemptio antiquitus competebat ex *dict. l. unic.* ut ibidem notant Bald. & DD. non verò, si absque immunitate, vel exemptione fiant, sicuti in nostro Regno plerumque exercentur, ut ex ipsius *dict. leg. unic.* tota contextura constat, in qua principaliter id agitur, ne in mercatibus, aut Nundinis concurrentes ibi molestentur, aut conveniantur: & consequenter de nundinis, vel mercatibus solemnioribus, cum hoc privilegio, vel aliis immunitatibus intelligi debet.

34 Et ita singulariter notat noster Gregor. Lop. *in dict. l. 3. tit. 7. part. 5. gloss. 2. & 4.* ubi eodem modo intelligit ipsam *leg. 3. part. & l. 1. & seqq. tit. 20. lib. 9. Recopilat.* in quibus similiter tales nundinæ, & mercatus absque Regio privilegio fieri prohibentur, intelligendum quoque, ut in ipsis legibus, & in earum epigraphis exprimitur, si cum vectigalium immunitate fiant, ut constat etiam ex ipsa rubrica *dict. tit.* 20. sub quo dictæ leges Regiæ jacent, ibi: *De las Ferias, y Mercados francos*, & cum hac distinctione, licet difficultate ex dict. *l. unic.* non proposita, Girond. *de gabell. dict. part. 7. §. 2. n. 19.*

35 † Ubi *num.* 16. benè notat, privilegium immunitatis, vel franchisiam, quæ antiquitus Nundinis, & mercatibus *ex dict. l. unic.* competebat, hodie jam esse antiquatum, & speciale requiri, ut probatur etiam ex *dict. l. 1. & tot. tit. 20. lib. 9. Recopilat.*

CAP. XXIV.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia capitum præcedentium de jurisdictionis emolumentis, aut fructibus: Agiturque in præsenti de præeminentia claves, vel ipsa oppida custodiendi: an ratione jurisdictionis Dominis inferioribus competat? Et quid etiam in oppidis, vel Civitatibus nulli alii, quàm Regi subjectis? Etsi plures sint Domini castri? Pluresve fratres, an ad majorem spectet? Etsi nullus sit minor: ad plura specialia de materia *l. fin. ff. de fid. instrument.* & an tempore belli Princeps privatorum castra, & fortalitia in confinio hostium existentia munire, & custodire, valeat? Quid in Ecclesiarum turribus, & in ipsis Ecclesiis? Et de expensis in privatorum Castellis, vel oppidis custodiendis, an cessante bello, & suis Dominis restitutis, per eos Regi exsolvi debeant? Et denique incidenter tractatur, quàm necessariò hujusmodi limitanea oppida in Regia Corona propter Regni securitatem conservari, debeant: & de eorum alienationis prohibitione, & jam factæ revocatio, quando liceat, vel fieri debeat?

SUMMARIUM.

1 *Quæstio hujus capitis, an castra, vel oppida dominorum inferiorum custodiendi facultas, portarumve claves habendi potestas, belli tempore maximè jurisdictionis, vel dominii fructus seu honorificum commodum habendum, ad ipsosque consequenter dominos pertineat, vel ad quem?*

2 *Quæstionem hanc Regnicolæ nostri nimis generaliter Lagunez de Fructib. tractant loquentes in Villis, aut Civitatibus nulli inferiori, sed solum Regi subjectis.*

3 *Præeminentia ista Consulibus, sive Decurionibus per Regnicolas tribuitur, nulla inter oppida Regia, vel dominorum inferiorum, distinctione facta.*

4 *Cum eadem generalitate loquitur nostra* l. 11. tit. 1. lib. 7. Recopilat.

5 *Admittitur hæc sententia in oppidis, aut Civitatibus Regiis.*

6 *Dubitatur quid dicendum in oppidis Baronum, aliorumve dominorum inferiorum?*

7 *Quæstionem hanc exteri DD. nimis quoque breviter, & generaliter absque ulla disputatione tractant, & contra Dominos pro oppidorum Decurionibus, aut Consulibus resolvunt.*

8 *Discutitur plenius per Authorem, nonnullis fundamentis, & rationibus pro utraque parte adductis: cum num. seqq.*

9 *Fundatur Decurionum, aut Consulum pars contra inferiores dominos.*

Custodire Civitatem, & portarum claves habere in facto potius, quàm in jurisdictione consistit, juxta aliquos, ibidem.

10 *Custodes Civitatum, vel castrorum nullam habent jurisdictionem circa delicta, sed delinquentes judici loci remittere, tenentur: contra infr. ex numer. 26.*

11 *Statutum de officiali reformando non habet locum in custode arcis, sed in officiali habenti jurisdictionem.*

12 *Decuriones Civitatis eligunt officiales, quorum officia nudam administrationem bonorum Reipublicæ, vel nudam custodiam corporum absque ulla jurisdictione habent: ad Medicos, Thesaurarios, custodes annonæ, & similes per Decuriones eligendes.*

13 *Duobus in aliquo actu concurrentibus, uno principaliter, & immediatè, alio in consequentiam, & mediatè, illud præferendum.*

14 *Commodum, vel damnum, quod ex bona, vel mala custodia Civitatis Decurionibus, vel aliis Civibus sequi potest, tangit principaliter, ac immediatè Civium personas, Dominos verò oppidorum, ut dominos consideratos mediatè ex ipsis vassallorum personis.*

15 *In custodienda Civitate præferendi illi, qui majus interesse in ejus Custodia habent.*

16 *Medicorum electio per Decuriones, aut Consules fieri debet, qui in eis ipsorum, suorumque liberorum vitam, & salutem constituunt.*

17 *Idem in obstetricum, Professorum, & similium electionibus.*

18 *Facilius unus, quàm plures, sive ipsa universitas, corrumpitur.*

19 *Civitatis portarum duo esse debent custodes.*

20 *Duobus non ita fraudandi patet occasio, sicut uni soli.*

22 *De generali ubique locorum consuetudine juxta plures DD. Decurionibus Civitatis, aut Consulibus, qui Republica Regimen exercent, clavium, aut Civitatis custodia committitur.*

23 *Referuntur DD. in specie pro hac sententia contra dominos inferiores resolventes.*

26 *Fundatur contraria in favorem dominorum opinio, & pro ea resolvitur, cum numer. seqq.*

Custodire Civitatem, seu portarum claves habere, quid jurisdictionale esse, verius est: ibi.

Adducitur in comprobationem text. in l. officium, ff. de re milit. ibidem.

27 *Clavium, sive oppidi custodia principaliter consistit in coer-*

in coercendo, aut prohibendo, ne viatores ob pestis suspitionem, vel aliam causam oppidorum ingrediantur.

28 *Est de proprietate, & natura custodia, custodem posse vincere, detinere, cogero, & similes coercitiones facere.*

29 *Hujusmodi coercitiones meri imperii sunt.*

30 *Est etiam actus jurisdictionalis delatio juramenti, qua maximè, tempore pestis per custodes fit volentibus Civitatem ingredi, an à loco suspecto veniant, vel post quadraginta dies ab eo discesserint?*

31 *Officialium omnium jurisdictionem exercentium electio jurisdictionis fructus est, nullique alii, quàm ejus domino competit: remissivè.*

32 *Custodia castri in feudum dati, vel terre recommendatae ad dominum, vel ei, cui fuerit recommendata, pertinet.*

33 *Pluribus Dominis stantibus, tot custodes deputari, debent, quot sint domini ad* Clement. 1. §. Sanè, de hæretic.

34 *Quid si non aequales partes in jurisdictione, & imperio habeant, sed inaquales an tunc majorem portionem habens in custodia totius Civitatis, vel Castri sit praferendus?*

35 *Quid in hoc casu quoad ipsius jurisdictionis exercitium, & in caeteris negotiis prater custodiam, & administrationem? dict. num. 34.*

36 *Quid si ex pluribus jurisdictionis dominis unus jurisdictionem, alter merum imperium habeat, quis in custodia Civitatis est praferendus?*

37 *Merum imperium nobilius, & digniùs ipsa jurisdictione: majerque, & superior id habens reputatur.*

38 *Custodia Civitatis principaliter in coercendo, detinendo, cogendo, & similibus consistit, qua non nisi merum imperium habenti, competere, possunt.*

40 *Meri imperii dominus in condominum, cui jurisdictio tantum competit, & in ejus subditos, imperium, ratione custodia, exercere, potest.*

41 *Domino feudi, & castri decedente, pluribus filiis relictis, custodiam castri penes filium majorem manere, debere, resolvunt DD. nulla Decurionum, aut Consulum facta mentione.*

42 *Idem quoad instrumenta communia, vel libros, sigillum, signum, aut marcham patris artificis,* ad text. in l. fin. Cod. de fid. instrument.

43 *Quid si plures socii, vel haredes sint?*

44 *Et in pluribus fratribus quoad exercitium jurisdictionis.*

45 *Quid si fratres omnes, propter primogenitum, minores sint? vel si omnes majores, cui in his casibus jurisdictionis exercitium sit committendum: nec non & clavium, aut Civitatis custodia? cum numer. seqq.*

48 *Quid si fratres majores in exercitio jurisdictionis discordaverint, quomodo exerceri debeat?*

49 *Ecclesia si sita sit in limite duarum Diœcesum, & utriusque territorio Parochianos habeat, discordantibus Episcopis quoad dispositionem, vel Episcopalia jura, quomodo uti debeat?*

50 *Ecclesia ista communis censetur, ut arbor in confinio prædiorum nata.*

51 *Oppidi Dominus, ipsum oppidum, vel castrum suis expensis, invitis etiam vassallis, custodire, potest, proprium Capitaneum apponendo.*

53 *Oppidorum Dominis, necnon Principibus Supremis, aut Regibus ipsorum oppidorum, Regnorum, vel castrorum possessio per clavium traditionem in primo castrorum ingressu dari consuescit.*

54 *Per hoc vassalli se, & sua dominorum protectioni, & defensioni submittere, dicuntur.*

55 *Recommendatur etiam oppidum domino in primo ingressu, laudibusque extollitur ipse.*

56 *Hac omnia, maximè clavium traditio, nihil aliud quàm castri possessionem, ipsiusque custodiam, & protectionem domino committi, denotant.*

57 *Confirmantur hac ex antiqua consuetudine, qua claves portarum domus novis nuptis tradebantur, ut ex tunc rerum mariti, & possessionis participationem, ac etiam custodiam haberent.*

58 *Pariformiter, ut inter virum, & uxorem matrimonium carnale, & inter Prelatum, & Ecclesiam spirituale contrahitur, ita quoque inter Principes, aliosve dominos inferiores, & sua Regna, aut oppida temporale matrimonium celebrari, intelligitur.*

59 *Oppidorum domini vassallos custodire, debent, & protegere ab injuriis, & incursibus latronum, & etiam extraneos transeuntes, vel existentes in eorum territorio.*

60 *Stratam publicam, seu itinera secura habere, debent, maximè si in eodem loco portagia, aut pedagia, vel vectigalia percipiant.*

61 *Tenentur emendare damnum, si aliquis in suo territorio spolietur.*

62 *Tribuuntur eis pedagia, aut vectigalia pro strate publica defensione, itinerumque securitate.*

63 *Idem dicendum in universitatibus, vel oppidis dominis inferioribus non subjectis, similiter ob pedagia, que percipere, solent.*

64 *Idem in Iudicibus perpetuis, qui nostris dominis inferioribus assimilantur.*

65 *Et in Iudicibus, aut Gubernatoribus non perpetuis, qui etiam ad custodiam suorum territoriorum tenentur.*

66 *Et in privatis dominis agrorum, ubi furtum, vel maleficium accidit, si id cum potuissent, non prohibuerint.*

67 *Et in nostris antiquis Iudicibus* Adelantados, y Merinos, *juxta nostram* l. 4. tit. 4. lib. 5. Recopilat.

68 *Prafati omnes Iudices, & domini inferiores Vicem-Regum obtinent.*

69 *Eodem modo Reges sua Regna custodire ob vectigalia, & pedagia, que à vassallis percipiunt, eaque secura, & ab incursibus latronum libera habere, debent.*

70 *Probatur de jure Regio notabili, l. 4. tit. 9. part. 5. in fin. prafata conclusio, ut domini inferiores ad custodiam suorum territoriorum sint adstricti itinera publica à latronum incursu secura habendo, etiam si nulla vectigalia percipiant, sub damni, quod contigerit, pœna.*

71 *Declaratur hac conclusio, quoties Villa, castrum, aut dominus prohibere latronum incursus potuerunt, nec tamen prohibuerunt.*

72 *Quando potuisse prohibere intelligatur, aut prasumatur? & nu. 73.*

74 *Quid si qui fecerunt violentiam, aut damnum, fortiores erant domino, etsi maleficium in confinibus Villa, aut territorii domini fuit commissum, & incontinenti prædator ad alium territorium se transtulit: vel si nocte fuerit perpetratum.*

76 *Quid quoad has quæstiones, si dominus, vel Villa pedagia percipiant.*

77 *Furta si extra territorium subditis fieri acciderit, domini, aut Villa ad emendam, vel latrones persequi non tenentur.*

78 *Resolvitur contrarium in Principibus Supremis, quoad confinia Regnorum, qua tam in mari, quàm in terra secura à Pyratis, aliisve inimicis habere, debent, propter pedagia, & vectigalia, qua à vassallis percipiunt.*

79 *Qua*

79 *Quæ fiunt in confinibus Regni, in ipso Regno fieri, dicuntur.*

81 *Castra, vel fortalitia, & villarum muros tempore belli, aut pacis reficere, seu reparare, ad ipsorum dominos spectat?* ad text. in leg. turres 18. Cod. de operibus publicis.

82 *Nulla tributorum impositio pro hujusmodi reparatione inter subditos per dominos indicenda, sed suis sumptibus id facere, debent.*

83 *Adducitur ad hoc notabilis, l. 1. tit. 18. part. 2.*

84 *Regia antiqua consignationes certorum redditnum pro reparatione murorum Civitatum, vel villarum Regalium cessare debent, postquam tales Villæ, vel Civitates in dominos inferiores fuerint translatæ juxta singularem l. 18. tit. 10. lib. 5. Recopilat.*

85 *Hæc muros villarum, vel castra reparandi obligatio, aut onus eorum dominis incumbit; quia, & castrorum custodia ad ipsos pertinet.*

86 *Reparandi, & muniendi castra, aut fortalitia obligatio nihil aliud, quàm ipsa custodia.*

Custodia in eo principaliter consistit, ut oppida, & castra hominibus, & armis munita sint, eorumque mœnia, & Castella benè reparata habeantur, ibidem.

88 *Quilibet privatus propria domus custodiam, & claves habet.*

Domus principales partes sera, & claves reputantur? Veniuntque in venditione, aut domus legato.

89 *Per earum traditionem dominium domus, & possessio quæritur.*

90 *Ratione superioritatis oppidorum, claviumque custodiam vassallorum dominis, potius, quàm Decurionibus competere, probatur.*

Domini vassallorum Decurionibus, & Consulibus suorum oppidorum superioritate praeminent, ibid.

91 *Præstant in aliquibus locis juramentum, fidelitatis ipsis dominis, eorumve officialibus.*

92 *Superioritas principaliter consistit in cura claudendi portas castri, ipsiusque claves retinendi.*

93 *Domini si hac præeminentia, & superioritate non gauderent, propriis subditis contra omne ius subiicerentur;* ad text. in cap. cum inferior, de majoritat. & obedient.

94 *Claudi possent dominis per suos vassallos porta Villæ, aut castri.*

95 *Plerumque adversantur dominis vassalli ob privatas lites, & discordias.*

96 *Actus custodiendi castrum, vel oppidum principaliter versatur circa ipsius iurisdictionis, & dominii custodiam & universalem omnium protectionem, non autem circa ipsarũ rerum privatorũ curã.*

97 *Domino ex hoc custodia est committenda tamquam maius, & principale interesse habenti.*

98 *Respondetur secundo fundamento contrariæ sententia agi nempè principaliter de custodia personarum.*

99 *Vtilius, & securius Republica per unam, quam per plures, vel ipsum populum Regi.*

Segnius expediuntur pluribus commissa negotia, ibidem.

100 *Gubernium Monarchicum Aristocratiæ, & Democratia preferendum, comprobatur aliquibus Sanctorum, & Politicorum authoritatibus.*

101 *Nulli magis salutem Reipublica tueri, creditur convenire, nec alium sufficere, quàm dominum.*

102 *Excubiarum jus, eorumque onus vassallis indicere, eosque punire, si in hoc deficiant, ad dominum pertinet.*

103 *Aliqua remissivè circa excubiarum onus, ne aliquis tempore pestis, aut belli earum immunitate gaudeat: ad Magistratus, Regiosve officiales forenses, viatores, & alios, & numer. 104.* *Lagunez de Fructib.*

105 *Quid in Clericis?*

106 *Exempti in subsidium, vel defectum non exemptorum an munera personalia subire cogantur? in scholaribus, Senibus, Medicis, Doctoribus, Clericis, & aliis.*

108 *Referuntur DD. in specie in favorem dominorum hujus capitis principalem quæstionem contra Decuriones resolventes.*

109 *Custodes clavium, vel Civitatis electi per Decuriones, saltim à domino confirmandi; juxta Rip.*

111 *Adducitur, & exponitur, pro superiori sententia text. apud nos singularis in l. 1. tit. 18. part. 2. cum duob. num. seqq.*

Castellorum, aut villarum nostri Regni custodia juxta dict. l. 1. part. ad quem pertineat? declaratur, ibidem.

114 *Ob malam suorum Castellorum, aut castrorum custodiam domini inferiores, quâ pœna damnentur.*

115 *Respondetur argumentis in contrarium pro Decurionibus adductis: cum num. seqq.*

116 *Improbatur, seu declaratur aliquorum Doctorum dictum, clavium custodiam de universali consuetudine Decurionibus, non dominis committi debere, & quomodo intelligatur?*

117 *In aliquibus oppidis per tollerantiam tantùm dominorum procedit.*

118 *In facultativis non habet locum præscriptio.*

119 *Constituitur aliqua in hac re differentia inter præscriptionem, & consuetudinem.*

120 *Consuetudo bene præscripta omnino servanda circa clavium Civitatis, vel castrorum custodiam, ut penes Decuriones, Correctorem, Castellanum, Ducem, vel alios officiales claves sint.*

121 *Clavium, aut castrorum custodiendi praeminentia, an, & quando Principi supremo, etiam in locis dominorum inferiorum, competere possit?*

122 *Princeps Supremus tempore belli, aut eo imminente, castra, & fortalitia Dominorum inferiorum, præcipuè in confinibus existentia, visitare potest, & munire, sive custodire per suos milites, & numer. 123.*

124 *An ea demolire valeat, si hostibus adjuvamentum esse possint?*

125 *Quid si castrum, vel fortalitium Ecclesiæ, aut Episcopi, aliarumve personarum Ecclesiasticarum sit, an id Princeps pro defensione status, aut patria custodire, sive munire possit?*

126 *In campanili, aut turri Ecclesiæ.*

127 *Republica, aut patria defensionis necessitate expostulante, omnia jura, & privilegia cessare debent.*

128 *Quid in ipsa Ecclesia, an eam tempore Belli Principi munire, seu in Castellare adversus hostes, liceat?*

An ad id licentia Episcopi exigatur? et si pro defensione, aut inimicorum offensione fiat?

129 *Princeps, finito bello, restituere debet vassallo, aut inferiori domino castrum, quod custodiendum accepit.*

130 *Quid in hoc casu circa impensam in ipsius castri munitione per Principem facta, an hujusmodi sumptus per Principem à Domino repeti, valeat, & interim castrum, vel fortalitia, retineri?*

Expendens principaliter pro sua utilitate, non potest repetere ab eo, in cujus commodum secundario cedit: ibidem.

131 *Belli, & similes pro totius Regni defensione expensa ex redditibus Regni facienda: non per privatos*

castrorum Dominos, aut per ipsas Villas, aut Civitates, quæ muniuntur.

132 *Finito bello, an possit Princeps instrumenta, & alios belli apparatus tollere è castris privatorum, in quibus eos suis expensis fecit.*

133 *Castrum, aut oppidum vassalli per Principem ab hostibus recuperatum, an ipsi vassallos restitui debeat, quin ab eo sumptus in recuperatione factos Princeps exigere possit?*

Quid si culpa Vassalli, vel sine ea fuerit amissum? ibidem.

134 *Regnorum confinia, & ibi castra, aut fortalitia existentia magni habenda, ut principale tutamen, & claves Regnorum.*

135 *Romanorum tempore militibus præsidiariis hæc loca, & prædia limitanea assignabantur, ut alacrius pugnarent, & imperii confinia, ut propria defenfenderent: & num. seqq.*

136 *Hujusmodi prædia hinc limitanea, & eorum milites limitrophi, aut limitanei dicebantur.*

Intelligitur de eis text. in l. Lucius 11. ff. de eviction. l. 15. ff. de rei vindicat. *ibidem.*

137 *Oppida, aut territoria, fortalitia maximè in confinibus Regni existentia difficilius per Principem donanda, seu alienanda.*

138 *Hujusmodi confinia, portus, & alia loca maritima omnino à Regia Corona alienari, non debent.*

Refertur circa hoc decisum seu ordinatum in Supremo Italiæ consilio, & in collaterali Regni Neapol. ibidem. & num. 140.

139 *Oppida ipsa si se ita contra publicam utilitatem alienari, viderint, quid facere debeant?*

141 *Hæc confinia, & loca maritima, semel alienata, vel donata an ob magnam læsionem, & præjudicium, ad Regiam Coronam revocari, valeant?*

142 *Quid si ex antiquissima Regia concessione ea possessores habeant?*

143 *Quid in nostri Regni confinibus, quorum multa per Regni Magnates possidentur.*

Laudatur Hispanorum, Principum maximè, & Magnatum erga nostros Reges semper servata fidelitas; ibidem.

1 PRæcedenti circa jurisdictionis fructuum tractationi proxima est præsens quæstio, sive illa principalissima præeminentia circa facultatem custodiendi castra, vel oppida Dominorum inferiorum, custodesve, maximè tempore belli, in eis deputandi, & circa claves portarum, penes quem esse debeant: an hujusmodi custodia, vel claves habere, jurisdictionis, vel dominii fructum, seu honorificum commodum habendum, ad ipsosque consequenter Dominos pertineat? vel ad quem?

2 Quam quæstionem, valde generaliter nostri Regnicolæ tractant, eamque indistinctè resolvunt, ut conjici potest, in oppidis, & Civitatibus hujus Regni, quin aliquam mentionem faciant de nostrorum Dominorum oppidis, imò dumtaxat de Villis, aut Civitatibus nulli inferiori, sed solum Regi subjectis loqui, videntur, maximè Bobadill. proximè referendus.

3 Cum hac igitur generalitate loquentes nulla inter oppida Regia, vel Dominorum inferiorum distinctione facta, sed, ut colligi potest, hanc claves habendi, sive custodiendi potestatem ad Civitatum Consules, sive Decuriones, aut Syndicos, aliosve Gubernatores pertinere, docent Avendañ. *de exequend. mandat. Reg. 1. part. cap. 21. nu. 1.* Rec. Patr. *de Republic. lib. 9. tit. 3. fol.* 119. Azeved. *in l. 15. tit. 1. lib. 7. Recopilat. num.* 1, Bobadill. *in politic. lib. 3. cap. 8. num.* 22. ubi quòd apud seniorem per text. vulgarem *in l. cum Pater, §. Pater pluribus, ff. de legat.* 2. ubi Bartol. & communiter ibidem notant DD. & per text. *in l. fin. Cod. de fid. instrument.* & idem resolvit Aviles *in c. Prætor. 19. gloss. uno de los Regidores, n.* 1. licèt in *nu.* 3. magis distinctè loquatur, ut infrà referam: † & sub eadem generalitate idem apud nos statuitur in nostra *l. 11. tit. 1. lib. 7. Recopilat.* 4

5 Sed licèt hæc opinio, ut Civitatum, vel oppidorum custodia, & portarum claves penes Decuriones, seu oppidi Consules esse debeant, verissima mihi videatur in locis, aut Civitatibus immediatè Regi subjectis, † In 6 oppidis tamen, quæ Baronibus, aliisve dominis inferioribus subjiciuntur, magna potest esse quæstio, & dubitatio, an potiùs istis, quàm Decurionibus, vel Consulibus clavium, vel oppidi custodia committenda sit? ut jurisdictionis, vel dominii fructus, seu honorificum commodum; de qua quæstione nobis in præsenti principaliter agendum.

7 Hanc igitur quæstionem quamvis contra Dominos inferiores expressè resolvant, Guid. Pap. Fontanell. Dominic. Tasson. & Novar. proximè referendi; id tamen absque ulla disputatione faciunt, nec ullis rationibus pro, vel contra adductis, imò principaliter nituntur in præfata generali doctrina Avendan. Bobadill. & aliorum DD. quos proximè retuli, qui certè loquuntur in Civitatibus nullius inferioris subjectioni addictis, sed immediatè Principi subjectis, in quibus, nulla est dubitatio, ut jam dixi: † Quare in nostrorum Dominorum inferiorum op- 8 pidis, seu Civitatibus loquendo, hanc quæstionem plenius discutiam, & resolvam, aliqua fundamenta, & rationes, pro utraque parte referendo.

9 Pro parte igitur Decurionum Civitatis, aut Consulum primò facit, quòd, custodire Civitatem, vel custodes eligere, & portarum claves habere in facto solum consistere, nudamque custodiam, sive prærogativam absque aliqua jurisdictione continere, dicunt Iasson. *in l. cum quid, columm. ult. vers. Ista lex remanet, ff. si cert. petat.* qui allegat Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratr.* & Bald. *in cap. si duo fratres, in ultimis verbis*, secundùm unam lecturam *de duob. fratrib.* & ita fundat Nicol. Boer. *in tractat. de cust. clau. num. 28. 37. & 38.* Fran. Ripp. *in tract. de pest. tit. de remed. ad conservand. ubertat. numer.* 416. idem Bald. *in l. 1. ff. de jurisdict. omn. judic.* † Ubi quòd 10 custodes Civitatum, vel castrorum nullam habent jurisdictionem circa delicta, sed delinquentes Iudici loci denunciare, vel remittere, teneantur, & hanc Bald. doctrinam sequitur Mart. Mager. *de advocat. armat. c. 10. num.* 27. Alexand. *in l. 1. col. 1. de jurisdict. omn. jud.* ubi quòd custodia arcis, officium sine jurisdictione dicatur, † & quòd ideo statutum de officiali reformando non ha- 11 beat locum in custode arcis, sed in officiali habenti jurisdictionem, nisi ex verbis statuti aliud colligatur, ut tenet quoque Bald. *in l. 1. ff. de offic. Præfect. urb.* Boer. *ubi suprà, num.* 28.

12 Ex quibus, claves Civitatis, vel custodum electionem non ad Dominum loci ratione jurisdictionis, ut alia officia jurisdictionalia pertinere, videtur dicendum: sed ad Decuriones, vel Consules ipsius Civitatis, quibus etiam electiones similium officiorum nudam administrationem bonorum Reipublicæ, vel nudam custodiam corporum habentium, competunt, ut sunt medici, thesaurarii, custodes annonæ, & similes, quorum omnium electio ad Decuriones Civitatis spectat, *l. 2. l. nominationum, Cod. de Decurion. lib.* 10. ubi plenè Amaja *l. item eorum, §. Si Decuriones, ff. quod cujusque universitat. nomin.* optimè Ioann. Plat. *in rubr. Cod. de administr. Reipubl. lib.* 10.

13 Secundò facit, quòd quando in aliquo actu unum principaliter, & immediatè venit, & aliud in consequentiam, & mediatè, illud præferri debet, quod venit principaliter, & immediatè, *l. fin. ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. 2. §. Idem Labeo, ff. ne quid in loc. public.* † Qua- 14 re cum commodum, vel damnum, quod ex bona, vel mala custodia Civitatis Decurionibus, sive aliis civibus sequi potest, principaliter veniat, & immediatè, id in propriis personis, eorumque vita pati valeant, ut in

Authent.

Digitized by Google

Authent. ut judic. sin. quoque suffrag. §. Cogitatio, & in l.
unic. §. penult. Cod. de caduc. tollend. Dominis verò op-
pidorum, ut dominis consideratis, mediatè ex ipsis vas-
sallorum personis, ut probari potest, per text. in l. plenum,
§. Si usus, ff. de usu, & habitat. l. quod Principi, cum l.
sequenti, ff. de legat. 2. authent. licentiam, C. de Episcop.
& Cleric. dicendum ergo videtur, ad Decuriones Civi-
tatis ejus claves, & custodes apponere pertinere.

15 Quibus etiam convenit, quod in custodienda Civita-
te sunt præferendi illi, qui majus interesse in ejus custo-
dia habent, ut benè notant Chassaneus in Catal. glor.
mund. part. 11. considerat. 17. Mart. vot. decisiv. 62. num.
16 17. † Ut & in medicorum electione, quæ per Decurio-
nes, & Consules fieri debet, l. 1. ff. de decret. ab ordin.
faciend. quia in eis similiter, ut in custodibus Civita-
tum, ipsorum, suorumque liberorum vitam, & salu-
17 tem constituunt: † Et ex eadem ratione obstetricum,
professorum, & similium electio ad Decuriones spectat,
l. 1. §. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit. notat optimè
Ripa in tract. de pest. tit. de remed. ad conservand. ubertat.
num. 412. & 413.

18 Tertiò facit, quod facilius corrumpi, & decipi po-
test unus solus, videlicet, Dominus, quàm ipsa uni-
versitas, vel ejus Decuriones, argumento text. in l. hac
consultissima, in fin. Cod. de testament. Authent. hoc am-
plius, Cod. de fideicommiss. l. jus jurandum, Cod. de testib.
19 † Et quod duo debeant esse custodes portarum Civitatis
20 dicitur in Clement. 1. §. Sanè de heretic. † Quia non ita
duobus fraudandi patet occasio, sicuti uni soli, benè Rip.
21 de pest. dict. tit. de remed. num. 421. † Ergo non soli Do-
mino, sed potius Decurionibus oppidi custodia commit-
ti debet, ne res tam magna in qua Reipublicæ indemni-
tas, civiumque vita consistit, sub minimo etiam peri-
culo, aut suspicione relinquatur.

22 Quartò facit generalis ubique locorum consuetudo,
quod Decuriones Civitatum, vel Consules, qui Reipu-
blicæ regimen exercent, habeant quoque ejus custo-
diam, & claves, easque aliquibus personis committant,
ut de hac consuetudine testantur Ripa ubi proximè, num.
115. Nicol. Boer. de custod. clav. numer. 35. & 36. Mart.
vot. decisiv. 62. num. 15. Ioann. Maria Novar. de gravam.
vassallor. tract. 1. gravam. 343. num. 3. & 4. quam con-
suetudinem circa custodiam, & claves Civitatis per ali-
quos habendas omnino servandam esse, notant ultra
proximè relatos, Bobadill. in Politic. lib. 3. cap. 8. num.
22. Dominic. Tasson. in pragmat. de antefat. vers. 3. ob-
servat. 4. numer. 40. in fin. quod etiam statuitur in nostra
l. 11. tit. 1. lib. 7. recopil. ubi notant Azeved.

23 Et pro hac sententia contra vassallorum Dominos re-
solvunt in specie Guid. Pap. cons. 1. num. 10. Fontanel. de
pact. nuptial. claus. 4. gloss. 10. part. 2. num. 17. Capiblanc.
de Baronib. tom. 2. super pragmat. 19. cap. 100. num. 8. qui
ultimi pro hac sententia referunt Nicol. Boer. in tractat.
de custod. clav. sed malè, ut infra videbis: sequitur no-
viter Dominic. Tasson. in pragmat. de antefat. vers. 3. ob-
servat. 4. num. 40. in fin. Capur. de Regimin. Reipubl. cap.
7. §. 3. numer. 6. Novar. de gravam. tract. 1. dict. gravam.
343. nu. 1. qui pro hac sententia adducit etiam Avendan.
de exequend. 1. part. cap. 21. num. 1. & Mart. vot. decisiv.
61. ubi latè resolvit pro Tribuno Civitatis, & in num. 15.
pro Decurionibus, sed loquuntur quidem duo isti Do-
ctores simpliciter, & generaliter in Decurionibus,
quin de Dominis vassallorum aliquam mentionem
faciant.

24 Item pro hac sententia præfati DD. adducunt princi-
paliter, & originaliter Francisc. Ripam in tract. de pest.
dict. tit. de remed. ad conser. ubertat. ex num. 412. cujus
tamen doctrina non ita indistinctè intelligi, ac procede-
re debet, sed juxta declarationem proximè referendam.

25 Pro contraria autem in favorem Dominorum senten-
tia, quam in puncto juris veriorem, & pro ea resolven-
26 dum existimo, faciunt sequentia fundamenta: † Pri-
mò quod custodire Civitatem est quid jurisdictionale,
ut clarè probatur in l. officium, §. officium, ff. de re milit.
ubi inter alios actus jurisdictionis clavium Civitatis custo-
dia collocatur, & Tribuno, vel ei, qui exercitui præ-
est, tribuitur, ibi: Claves portarum suscipere, &c. de-
licta castigare, & querelas commilitonum audire, &
quod sit actus jurisdictionalis in specie notant Nicol.
Boer. in tractat. de custod. clav. num. 73. & 81. quem se-
quitur Cyriac. tom. 2. controvers. 201. num. 67. ubi quod
custodia clavium non sit sine aliquali jurisdictione, &
huic doctrinæ assentitur Ripa de pest. dict. tit. de remed.
num. 417.

Et eleganter comprobari potest, ex quo clavium, seu 27
oppidi custodia principaliter consistit in coercendo,
sive prohibendo, ne viatores ob pestis suspicionem,
vel aliam causam Civitatem ingrediantur, Mart. Mager.
de advocat. armat. cap. 6. num. 656. † Est enim de pro- 28
prietate, & natura custodiæ, custodem posse vincere,
detinere, cogere, & similes coercitiones facere, l. Di-
vus, ff. de offic. Præsid. & per alia jura Luc. de Penn. in
l. 2. C. de exactor. lib. 12. col. 2. † Quæ cum personas re- 29
spiciant, cap. si Ecclesia 23. quæst. 4. l. Medicus, ff. de
var. & extraordinar. cognit. lib. 1. §. Deinde, ff. arbor.
furt. cæsar. meri imperii sunt, nec ad alium, quàm id
habentem pertinere poterunt, ut singulariter, & opti-
mè tradit Luc. de Penn. in loc. cit.

Item est etiam actus jurisdictionalis delatio jura- 30
menti, quæ frequenter tempore pestis per custodes fit
volentibus Civitatem ingredi, an è loco suspecto veniant?
vel post quadraginta dies ab eo discesserint? ut probat
Ripa, ubi proximè num. 418. per text. in l. admonendi,
ff. de jur. jurand. vers. Solent autem.

Quare cum omnium officiorum, sive officialium ali- 31
quam jurisdictionem exercentium electio jurisdictionis
fructus sit, nec ulli alii, quàm ipsius Domino compe-
tat, ut plenissimè dixi cap. 18. tot. sequitur etiam, quod
hujusmodi custodum portarum electiones, vel claves ad
Dominos jurisdictionis pertineant, & hac ratione, licèt
non satis expressè; colligi potest resolutio ista ex Mart.
in compend. decis. tom. 4. tit. de custod. cap. 2. circa fin. &
ex Mart. Mager. de advocat. armat. cap. 6. num. 648. cum
seqq. & ex num. 655.

Unde etiam custodiam castri in feudum dati, vel ter- 32
ræ recommendatæ ad Dominum, vel ei, cui fuerit re-
commendata, pertinere, tenet post Angel. in l. fin. in
fin. Cod. de litigios. Bertachin. in repertor. jur. verb. Custo-
dia castri, & verb. Custodia terræ. † Etsi sint plures Do- 33
mini, tot custodes deputari debent, quot sunt Domini,
ut animadvertit etiam per Clement. 1. §. Sanè, de here-
tic. idem Bertachin. verb. Custodes castri communis, &
ex decis. Anton. Capyc. 17. Mart. in compend. decis. tom.
4. dict. tit. de custodia, cap. 2. in fin. † Sed hoc intellige, 34
si æqualem jurisdictionem, & imperium habeant; secus
si inæquales in jurisdictione, vel imperio sint; nam tunc,
qui majorem portionem habet in custodia totius Civita-
tis, vel castri, imminente bello, aut necessitate, est
præferendus, optimè Luc. de Penn. in l. quicumque, Cod.
de exactor. lib. 12. Nicol. Boer. in dict. tr. de custod. clav.
num. 66. cum antecedent. † Qui benè id intelligit, ac de- 35
clarat, non ut per hanc administrationem, & custodiam,
qui majorem portionem habet, omnem jurisdictionem
aliorum condominorum totaliter absorbeat, sed quod so-
lum custodiam, & superintendentiam habeat, cæteris
condominis in suis partibus circa alia negotia, & delicta
servata jurisdictione, & imperio, idemque tenet ad alia,
ex Petr. de Vbald. Cardin. Tusch. practic. conclus. litter.
C. concl. 288. n. 4.

Ex quibus alia quoque pro supr. adducti fundamenti 36
corroboratione resolvitur quæstio circa duos Dominos,
quorum unus jurisdictionem: alter verò merum impe-
rium in tota Civitate habet, quis nempè eorum in cla-
vium, vel Civitatis custodia præferri debeat? & quod
meri imperii Dominus præferatur. † Quia merum im- 37
perium nobilius sit, & dignius ipsa jurisdictione, leg.

impe-

Digitized by Google

imperium, ff. de jurisdict. omn. judic. & ex eo major et-
iam, & superior habens merum imperium reputatur ;
38 † Et quia custodia principaliter in coercendo, detinen-
do, cogendo, servando, & similibus consistit, quæ
non nisi habenti merum imperium competere possunt,
ut superius dixi.

39 Et ita pro Domino meri imperii optimè, & elegan-
ter resolvit Luc. de Penn. *in dict. l. quicumque, colum. 2.
cum seqq. Cod. de exactor. lib.* 12. qui loquitur in eo, qui
in aliqua tantùm Civitatis portione merum impe-
rium habet, *& in col. fin. vers. Ex is patet*, fortiùs affir-
mat in id habente in tota Civitate, Nicol. Boer. *in dict.
tract. de custod. clav. num. 54. in fin. & num.* 55. Et con-
sentit Mart. Mager. *de advoc. armat. cap. 6. ex num.* 650.
40 † Et *in numer.* 653. quod possit Dominus, qui merum
imperium habet, in alium condominum, cui jurisdi-
ctio tantùm competit, & in ejus subditos, imperium ra-
tione custodiæ exercere, idemque notat Luc. de Penn.
ubi proximè, *col. fin.*

41 Et corroboratur etiam dictum fundamentum, ut ni-
mirum, Civitatis custodia, vel claves penes jurisdictio-
nem in feudum, vel Dominium habentem esse debeant,
exemplo plurium filiorum, vel fratrum in feudo, vel
castro, patre defuncto, succedentium, quo casu com-
muniter resolvunt DD. penes filium majorem, vel pri-
mogenitum manere debere; nulla facta mentione De-
curionum Civitatis, ut in specie resolvunt per text. vul-
garem *in l. fin. Cod. de fid. instrument.* & per text. *in leg.
cum pater, §. Pater pluribus, ff. de legat.* 2. Bart. ibidem,
& Bald. *in l. procurator, Cod. de edend. & in tract. schis-
mat. posito post tit. si quis aliq. testar. probib. col.* 9. Iason. *in
l. cum quid, col. penult. vers. ult. ff. si cert. petat.* Petr. de
Vbald. *in tract. de duob. fratrib. quæst. 11. part.* 11. Barb.
in addit. ad Bald. de feud. guard. in §. Item, Bero. *consil.*
38. *num. 4. lib.* 2. Cardinal. Tusch. *practic. conclus.* 188.
numer. fin. Michalor. *de duob. fratribus part. 3 cap. 37. ex
num.* 3.

42 Vt & similiter resolvunt idem quoad instrumenta com-
munia, vel libros, sigillum, signum, aut marcham
patris artificis, & apud nos nobilitatis executoriam,
resolvunt plenè per dict. *l. fin. Cod. de fid. instrum.* Lara
de annivers. & Capell. lib. 1. cap. 7. per tot. Narbon. *in l.
1. tit. 13. lib. 7. recopilat. gloss. 1. num. fin.* Pareja *de in-
strument. edit. tit. 5. resol. 13. per tot.* & videndus *in addit.
ad num.* 1. ejusdem resolutionis, *tom. 2. pag.* 589. Giurb.
ad consuetud. Messanens. cap. 10. gloss. 7. ex num. 18. Gutz.
ad Capyc. Latr. *decis. 28. ex num.* 20. Michalor. *dict. cap.*
37. *per tot.* & novissimè doctissimus Domin. D. Alfons.
43 de Olea *de cession. jur. tit. 7. quæst. 1. nu.* 18. † Apud quos
etiam latè videre poteris, quid si plures socii, vel hære-
des sint?

44 Et in pluribus fratribus, quoad exercitium jurisdi-
ctionis, quod nimirum penes majorem esse debeat, ut
constat ex pluribus *ex supr. proximè relatis Doctoribus.*
45 † Quod tamen singulariter intellige, ut similiter supra
diximus, in pluribus condominis, si omnes, præter
primogenitum, minores sint; quia tunc benè ad majo-
rem totius jurisdictionis exercitium pertinebit, tanquam
de jure administratorem bonorum ipsorum fratruum:
& in hoc casu, quoad clavium custodiam, & jurisdictio-
nis exercitium optimè præ aliis loquuntur Bart. *in dict. l.
cum pater, §. Pater pluribus, ff. de legat.* 2. & Bald. *in dict.*
46 *l. Procurator, Cod. de edend.* † Secus si omnes majores
sint; nam tunc ad omnes æqualiter jurisdictionis exerci-
tium pertinebit, nec unus, sine alio eam exercere pote-
rit, ut originaliter tenuit Guliel. de Cun. *in l. 1. ff. de of-*
47 *fic. Consul.* Et idem in custodia Civitatis, quod unicui-
que ex filiis (intellige majoribus) tradenda sit una cla-
vis Civitatis, vel castri, Cardin. Zabarell. & Imol. *in
Clement. 1. §. Sanè, de hæretic.* & ita eleganter, & do-
ctè distinguit Nicol. Boer. *in tract. de custod. clav. ex nu.*
57. *&* 65.

48 Iuxta quem etiam notabiliter resolvendum ad casum,
quo filii majores in exercitio jurisdictionis discordave-
rint, quod tunc superior possit eos, ad concordiam co-
gere, ut inter ipsos exercitium jurisdictionis alternis an-
nis, vel etiam pro regionibus dividatur, aut unum Iu-
dicem, vel locumtenentem communiter constituant,
juxta doctrinam Bart. & antiquior. *in l. Lucio*, per eun-
dem text. *ff. de aqua quotid. & æst.* & per text. *in Clement.
plures*, ibi: *Alternis vicibus præsentando, de jure patron.*
Alexand. *cons. 7. & cons. 26. vol.* 5. Angel. *in l. 2. §. Ex his*,
& ibi pulchrè Andr. Barbat. *col. 9. cum seqq. ff. de verbor.
obligat.* Abbas *in cap. fin. col. 1. de re judicat.* per Gloss. ce-
lebrem *in cap. licet 16. quæst.* 3. † Quæ singulariter lo- 49
quitur in Ecclesia sita in limite duarum Diœcesum, & in
utriusque territorio Parochianos habente, quo casu, si
Episcopi, vel Parochiani, quoad dispositionem, vel
Episcopalia jura discordent, alternis annis Episcopali
officio, uti debere ait Gloss. † Quia communis censetur, 50
ut arbor in confinio nata, *l. arbor, ff. communi dividund.*
de qua quæstione ad jurisdictionis communis divisionem
plenius, & cum moderniotibus dicam infrà suo loco, ubi
latè de jurisdictionis communis fructuum, vel emolu-
mentorum, aut ipsius exercitii inter plures condominos
divisione, sive acquisitione.

Ex quibus omnibus clarè constat, Civitatis, vel castri 51
custodiam, vel ipsius portarum claves habere, quid ju-
risdictionale esse, & ad Dominum meri imperii, vel sal-
tim jurisdictionis pertinere.

Secundò pro hac nostra sententia facit, quod per ali- 52
quos DD. & si circa aliud dubitantes, traditur, Domi-
num, videlicet oppidi, ipsum oppidum, vel castrum,
invitis etiam vassallis, custodire posse tempore belli,
vel necessitatis, ut notant Bald. *in cap. 1. §. Quid ergo,
de investit. de re alien. fact. in usib. feud. claus.* 10. &
ibidem Cardinal. & Alexand. Ioann. Sanxon. *in consuet.
Burg. tit. de schastelenniens, art. 1. in fin.* Ripa *de pest. tit.
de remed. num.* 432. Bertachin. *in repertor. verb. Domi-
nus feudi, nu.* 20. proprium Capitaneum, vel custodem
apponendo, ut per text. *in l. 2. §. In Sardiniana, Cod. de
offic. Præfect. Prætor. Aphric.* notat Guid. Pap. *in singular.*
266. dum tamen id propriis expensis, non subditorum,
faciat, ut per text. *in l. fin. C. de stat. & imagin.* declarat.
benè Nicol. Boer. *dec. 212. n. 10. &* 11. Mart. *in compend.
decis. tit. de custodia, c. 2. tom.* 4.

Tertiò facit, quod cum oppidorum Dominis, necnon 53
Principibus Supremis, & Reginis ipsorum oppidorum,
aut Regnorum, vel castrorum possessio datur, hoc fieri,
consuevit per traditionem clavium in primo ingressu ca-
strorum, juxta text. vulgarem *in l. clavibus*, ubi Bart.
& DD. *de contrahen. empt.* quod fit in signum & reco-
gnitionem superioritatis, cum illa vulgari acclamatio-
ne, & lætitia *vivat Dominus, l. 1.* & ibi DD. & Ludo-
vic. Bolog. *Cod. de quæstor. lib.* 12. Nicol. Boer. *in consuet.
Bitu. in tit. de consuetud. feud. §. penultim. in ult. addit.*
† Per quod se, & sua Dominorum protectioni, & defen- 54
sioni vassalli submitti dicuntur, *Authent. ut judic. sin. quo-
que suffrag. §. Eos autem, collat. 2. & in §. Denique compe-
tens, de mandat. Princip.* idem Boer. *de custod. clav. num.*
50. *in fin.* † Et *in num.* 51. quod eis noviter Civitatem, 55
vel castrum ingredientibus per aliquem ex subditis laudi-
bus extollantur, & recommendatur oppidum; † Quæ 56
omnia, & maximè clavium traditio nihil aliud, quàm
præter castri possessionem, ipsius quoque custo-
diam, & protectionem Domino committi deno-
tant.

Et confirmantur hæc ex antiqua consuetudine, qua 57
claves portarum domus similiter novis nuptis tradeban-
tur, ut per hoc ex tunc rerum mariti dominii, & posses-
sionis participationem, & etiam custodiam haberent,
argument. *l. cum pater, §. Pater pluribus, ff. de legat.* 2.
meminit ex aliis Anton. Gubert. Constant. *in tract. de
sponsa, tit. de rit. nupt. num.* 50. prout è contra in divor-
tiis ob eandem rationem claves adimebatur, Cicer. *in
Philipp.* 2. juxta illud leg. xii. tabul. *Claves ademit,*

forasque

Digitized by Google

forasque exit. Ergo similiter per clavium traditionem
oppidorum Dominis in primo ingressu fieri consuetam,
non solum dominium, & possessionem, verum etiam
58 ipsius oppidi custodiam transferri, dicendum est. † Ma-
ximè cum pariformiter, ut inter virum, & uxorem ma-
trimonium carnale, & inter Prælatum, & Ecclesiam
spirituale contrahitur, cap. sicut 7. quæst. 1. cap. quoniam,
de immunitat. Ecclesiast. lib. 6. Ita quoque inter Prin-
cipes, aliosve Dominos, & sua Regna, aut oppida ma-
trimonium temporale contrahi, notat optimè Luc. de
Penn. in l. quicumque, column. 3. prope fin. Cod. de omn.
agr. desert.

59 Quartò facit commune dictum Doctorum, quod op-
pidorum Domini teneantur custodire, & protegere
vassallos ab injuriis, & incursibus latronum, & etiam
extraneos transeuntes, vel existentes in eorum territo-
60 rio, † cum stratam publicam, aut itinera secura ha-
bere teneantur, maximè si in eodem loco pedagia,
aut portagia, vel vectigalia percipiunt, docent Bart.
& Angel. in l. ne quid, ff. de incend. ruin. & naufrag.
per text. in l. 1. Cod. de littor. & itiner. custod. optimè
Alexand. in cons. 88. col. ultim. vers. Præterea, ille actus
custodiendi, vol. 5. Nicol. Boer. decis. 212. numer. 2.
61 † Quod ita procedit, ut si aliquis derobetur in illo ter-
ritorio, Domini damnum emendare teneantur, Bald.
in cap. 1. §. Marchio, vers. Extra quæro, qui in feud. dar.
poss. & in cap. 1. §. Conventicula, de pac. constant. Gloss.
in Authent. ut null. judic. §. Quoniam verò, in verb. Vi-
62 tiis, col. 9. † Quia pro hujusmodi stratæ publicæ defen-
sione, itinerumque securitate pedagia, aut vectigalia
eis tribuuntur, ut optimè resolvunt plene Hostiens. in
summ. tit. de censib. §. Ex quibus, vers. Sed nunquid sine
causa, Archidiacon. in cap. si quis Romipetas, per illum
text. 24. quæst. 3. Anton. de Butr. & Abbas in cap. 1. de re-
stitut. spoliat. Rip. de pest. d. tit. de remed. nu. 411. Ioann.
Plat. in l. 1. Cod. ne rustic. ad ull. obseq. lib. 11. Cæpol. de
servit. viæ, cap. 50. eleganter Gramm. decis. Neapol. 47.
Horat. Barbat. de divis. fruct. 1. p. c. 8. n. 49. & novissimè
Dominic. Antunez de Portugal de donat. Reg. 3. p. c. 3.
n. 20. cum seqq.

63 Quæ etiam servantur in universitatibus, vel oppidis
Dominis inferioribus non subjectis, quæ similiter ob
pedagia percepta stratas, vel itinera à latronum incursi-
bus secura habere, tenentur, suaque territoria custodi-
re, ex dict. l. ne quid, ff. de incend. ruin. & naufrag. no-
tant ibidem Gloss. & Bart. & alii ex præfatis Doctoribus,
Gandin. de malefic. tit. de aliq. quæst. sub §. Nunc est vi-
dendum, n. 8. Azeved. in l. 3. tit. 9. lib. 8. recopilat. num. 6.
Jul. Ferret. in tract. de Gabell. seu vectigal. n. 20. in tom.
12. tract. DD. pag. 80. in novior. ubi quod idem servetur
in Regno Siciliæ per cap. Regis Roberti.

64 Et idem in Iudicibus perpetuis, qui nostris Dominis
inferioribus assimilantur, & lato modo appellantur Do-
mini in suis territoriis juxta Ioann. Fabr. in §. Sed isti qui-
dem, col. 7. in tit. de action. & tradita per Bart. in l. Ti-
65 tia, ff. de legat. 2. † Imò, & in Iudicibus, aut Guber-
natoribus non perpetuis, quos omnes ad custodiam suo-
rum territoriorum, & villarum, & ad emendam damni
ob rapinam, quam prohibuere potuerunt, teneri docent
Gregor. in l. 4. tit. 7. part. 5. gloss. fin. Azeved. in l. 3. tit. 9.
66 lib. 7. recopilat. numer. 19. & 20. † Vbi idem ex Gregor.
in privatis dominis agrorum, ubi furtum, vel malefi-
cium accidit, si id cum potuissent, non prohibuerint.
67 † Et in nostris antiquis Iudicibus apud nos Adelantados,
y Marinos expressè cavetur in nostra l. 4. tit. 4. lib. 3. reco-
68 pilat. † Nam hi omnes, & nostri Domini inferiores,
69 ut sæpius diximus, obtinent Vicem Regum, † qui eo-
dem modo sua Regna custodire, & ob vectigalia, aut
pedagia, quæ à vassallis percipiunt, ea secura, & ab
incursibus latronum libera habere debent, ut probat
text. in Authent. ut judic. sine quoque suffrag. §. Oportet.
vers. Illud scientes, collat. 2. Andr. de Isern. in usib.
feudor. tit. quæ sint regal. in part. vectigal. col. 3. Bald. in
dict. §. Conventicula, Ripa in l. quominus, col. 4. ff. de
flumin. Luc. de Penn. in l. annonas, Cod. de erogat. mili-
tar. annon. lib. 12. Avendan. in cap. 1. Prætor, n. 11. vers.
Aut enim quæritur, part. 1. & ex Bobadill. & aliis latè
Escobar de ratiocin. tom. 1. cap. 25. num. 13. plenè, & ele-
ganter noster Gregor. in l. fin. tit. 20. part. 2. gloss. Las mis-
siones, & jure nostro Partitarum id statuitur in l. 2. tit. 10.
p. 2. & in l. 11. tit. 28. p. 3.

Et specialiter in nostri Regni oppidis, & Civitatibus, 70
necnon, in Comitibus, Ducibus, aliisque Dominis in-
ferioribus, quod ad custodiam suorum territoriorum sint
adstricti, suosque vassallos, & extraneos per ea tran-
seuntes à latronum incursu defendere, & liberare
debeant, etsi fortè deprædentur, ad emendam tenean-
tur in subsidium bonorum latronum, expressè, & sin-
gulariter cavetur in nostra l. 4. tit. 7. part. 5. in fin. ubi
nec ad id aliqua mentio fit vectigalium, aut pedagio-
rum perceptionis ex parte Dominorum, vel oppidi,
ibi: E si los robadores non pudieren ser fallados, ni los
bienes dellos non cumplieren à fazer la enmienda: el
Concejo, ò el Sennor, so cuyo Sennorio es el lugar do fue
fecho el robo, ge lo deven pechar de lo suyo; & ita docent
ex nostris optimè Gregor. in dict. l. 4. gloss. 7. qui benè no-
tat, non ita expressum de jure communi inveniri, ut in
nostra leg. Partitæ, Didac. Perez in l. 1. tit. 16. lib. 8. ordi-
nament. gloss. Los defendiren, plenè Azeved. in l. 3. tit. 9.
lib. 8. recop. n. 1. cum seqq.

Qui tamen optimè pluries hanc conclusionem limitat, 71
& principaliter in num. 8. eam intelligit, quoties villa,
castrum, aut Dominus prohibere robaria potuerunt,
nec prohibuerunt, ut per Bald. in dict. l. ne quid intelli-
git quoque Gregor. in dict. gloss. 7. in princip. Didac. Pe-
rez in dict. gloss. Los defendiere, Silvest. in summ. verb.
Rapina, num. 2. † Ex quo delicti scientiam requiri, ut 72
potuisse prohibere dicatur, tenent per Angel. in dict. l.
ne quid, ubi proximè, Bos. in pract. crimin. tit. de damn.
dat. n. 6. ubi quod scientia præsumatur, quando factum
est palam, Azeved. in loc. cit.

Ex quo Civitatem, vel Dominum potuisse prohibe- 73
re, præsumi, si in locis suspectis, ubi talia maleficia fre-
quenter perpetrantur, deprædationem fieri, contige-
rit, quia in eis custodes tenere debuerunt; notat benè
Azeved. supr. num. 10. quare contrarium est dicendum,
si damnum sit illatum in via insolita, & obliqua (intel-
lige, nec suspecta) ut notat Bart. in l. 1. §. Summa, ff.
de his, qui deiecer. vel effuder.

Item prædicta limitant DD. si nimirum, qui fece- 74
runt violentiam, aut damnum erant fortiores, quo ca-
su Dominos, vel Villas ad emendam non teneri, benè
animadvertunt, per text. in cap. fin. de pœn. n. 6. Bald. in
l. ideo, Codic. de his, quib. ut indign. Gregor. in dict.
gloss. 7.

Et idem dicunt, si maleficium in confinibus Villæ, 75
vel territorii domini fuit commissum, & incontinenti
de prædator ad alium territorium se transtulit; vel si no-
cte fuerit perpetratum, ita quod in notitiam Domini,
vel hominum Villæ, vel majoris partis eorum non vene-
rit, juxta Bart. in l. 1. §. Occisorum, ff. ad Syllanian. &
in dict. l. ne quid. Gregor. dict. gloss. 7. † Sed hoc intelli- 76
ge, si Dominus, vel Villa nulla pedagia percipiant:
alias enim, si ea habeant, ad custodiam quoque confi-
nium tenentur, ut per dictum Angeli in dict. l. ne quid.
benè intelligit, & resolvit Gregor. in dict. gloss. 7. in med.
sequitur Azeved. in dict. l. 3. n. 13. & 18.

Iuxta quæ majori cum ratione Domini, vel Villæ ab 77
hujusmodi damnorum refectione sunt immunes, si ex-
tra territorium furta etiam subditis fieri, acciderit, nec
tunc latrones domini persequi debent, quia DD. sem-
per loquuntur respectu sui districtus, & est de men-
te Archidiac. in cap. si quis Peregrinos 24. quæst. 3. te-
neor Angel. in dict. l. ne quid. ff. de incend. ruin. & nau-
frag. Hostiens. in summ. tit. de censib. † Quod singulari- 78
ter limitat noster Gregor. in l. fin. tit. 2. part. 2. gloss. Las
missio-

Digitized by Google

missiones, que huvieren de fazer; in Principibus Supre-
mis, vel Regibus, quos propter pedagia, & alios Re-
gni redditus ad custodiam, & defensionem vassallorum,
sive per terram, sive per mare teneri, ait, non solum
intra districtum Regni, sed etiam extra Regnum, cir-
ca illud tamen, in mari videlicet adjacenti, si Pyratæ,
vel Cursarii id frequenter subditos Regis deprędando,
pro quibus facinoribus, & damnis vassallorum coer-
cendis classem tenere, debere Regem, benè resolvit
Gregor. & probatur *in l. unic. Cod. de class. lib.* 11. ubi
79 notant Bart. Luc. de Penn. & Joann. Plat. † Quia quæ
fiunt in confinibus Regni, in ipso Regno fieri, dicun-
tur, argumento *l. arbor. in princ. ff. commun. dividund.*
& l. Mævia. §. 1. ff. de ann. legat. & ad similia notat Luc.
de Penn. *in l. 1. Cod. ne rustic. ab ulla obseq.*
80 Et hæc pro quarto fundamento pro superiori in favo-
rem dominorum resolutione, & de materia custodiæ,
quam ad oppidorum dominos, necnon, & ad ipsa op-
pida, circa furta, violentias, & alia damna pertinere
diximus.
81 Quintò eadem in favorem dominorum sententia, ut
ad ipsos, non ad Decuriones in suis terris oppidorum,
vel clavium custodia pertineat, fulcitur ex eo, quod ca-
stra, vel fortalitia, & villarum muros tempore belli,
aut pacis reficere, seu reparare, ad ipsorum Dominos
spectat, ut de jure communi resolvunt per text. *in l. tur-*
res 18. *Cod. de oper. public.* Angel. ibidem, Iason. *in l. di-*
vortio, §. Impendia, ff. solut. matrim. & in l. ex hoc ju-
re, col. 2. ff. de just. & jur. Bald. *in l. si ita, §. Dominus,*
ff. de usu, & habitat. Zasius *in dict. §. impendia*, Luc. de
Penn. *in l. 2. Cod. de exactor. lib.* 12. Don Ferdinand. de
Loazes *in allegat. pro oppide de Mula, dubit. 1. num. 17.*
& 18. §. Si forsan, pag. 168. Petr. Gerard. *singular.* 37.
82 Ioann. Garzia *de expens. cap. 12. num.* 53. † Ita ut nullam
impositionem pro hujusmodi reparatione inter subditos
indicere possint, sed suis sumptibus id facere debeant,
ut notant, ultra Angel. Iason. & proximè relatos, Nicol.
Boer. *de custod. clav. num.* 46. ubi ita de consuetudine in
Francia servari, testatur, & ex nostris notant Avendan. *de*
exequend. 2. part. cap. 3. num. 4. in princip. optimè Avi-
les *in c. Prætor 22. gloss. Torres, n. 11. & 37.* Matienz. *in l.*
18. tit. 20. lib. 5. recopilat. gloss. unic. num. 2. Azeved. *in*
83 *l. 2. & 3. tit. 5. lib. 6. recopilat. num. 4.* † Et est text. apud
nos expressus, & notabilis *in l. 1. tit. 18. part. 2.* ibi: *Ca*
aquellos que lo an por heredamiento, debenlos tener la-
brados, vastecidos de omes, è de armas, ò de todas las
otras cosas, que les fuessen menester: De guissa, que por
culpa dellos no se pierdan, nin venga dellos danno, nin
84 *mal al Rey, nin al Reyno*, & ibidem notat Gregor. † Et
comprobatur etiam noviori nostro jure *in l. 18. tit. 10. lib.*
5. recopilat. ubi Regias antiquas consignationes certo-
rum redditiuum pro reparatione murorum Civitatum,
vel Villarum regalium cessare, jubetur, postquam tales
Villæ, vel Civitates in dominos inferiores fuerint trans-
latæ ex prædicta nimirum ratione, quia earum repara-
tio expensis suorum dominorum fieri debet.
85 Quod quidem, ut tales murorum, Villarum, vel ca-
strorum reparatio ad ipsorum Dominos spectet, nulla
alia ratione procedit, nisi quia & castrorum custodia
86 ipsorum Dominorum sit: † Imò hujusmodi reparandi,
& muniendi castri, & fortalitia onus, maximè tempo-
re belli, nihil aliud est, quàm ipsa custodia, quæ prin-
cipaliter in eo consistit: ut oppida, & præcipuè ca-
stra hominibus, & armis munita sint, eorumque mœ-
nia, & Castella benè reparata habeantur, ut singulari-
ter dicitur *in dict. l. 1. partit.* & satis expressè notant
Avendan. *dict. cap. 3. num. 4. vers. Nam regulariter, in*
fin. & vers. Et resolutio, Ioann. Garzia *dict. cap.* 12. &
Azeved. *in dict. l. 3. num. 4. in fin.* qui promiscuè de cu-
stodia, & reparatione castrorum loquuntur, & ad
87 utrumque eorum Dominos teneri, asserunt. † Qua-
re ex his omnibus in hoc fundamento adductis clarè in-
infertur, nostris Dominis inferioribus suorum oppi-
dorum, & terrarum custodiam privativè competere,
necnon custodum electiones facere, & portarum claves
habere.
Sextò pro hac sententia, & resolutinne facit, quod 88
quilibet alius ex privatis hominibus propriæ domus cu-
stodiam, & claves habet; quia ejus partes principales
seræ, & claves reputantur: & in venditione, aut do-
mus legato veniunt, *l. quæsitum, §. Fistula, ff. de fund.*
instruct. ubi Bart. & DD. † & per earum traditionem to- 89
tius domus dominium, & possessio quæritur, *l. clavibus,*
ubi DD. *ff. de contrahend. emption.* ergo Villæ, aut ca-
stri, tanquam rei propriæ custodia, & claves ad domi-
num spectare debere, dicendum est.
Septimò facit, quod vassallorum Domini valde supe- 90
rioritate præeminent Decurionibus, & consulibus suo-
rum oppidorum; † Imò plerumque in aliquibus locis 91
juramentum fidelitatis ipsis Dominis, & eorum officia-
libus præstant, antequam Consultum ingrediantur, ut
habetur *in cap. 1. §. Hoc quod nos, versic. Consules, &*
in §. Consules, ubi Bald. Alvar. & Alexand. *de pace tenend.*
idem Bald. *in cap. 1. §. 1. column. 2. vers. Quid de Civitate,*
quo tempore miles invest. pet. Ergo salnm, ut superiores
in hac prærogativa, aut præeminentia Consulibus vassal-
lis sunt præferendi, † cum superioritas principaliter 92
consistat in cura claudendi portas castri, ipsiusque claves
retinendi, per quos actus superioritatem probari, notant
per text. *in Clement. 1. §. Sanè, de hæretic.* Cardinal. &
Imol. ibidem, Purpurat. *cons. 40. num. 13. lib. 1.* Vincent.
de Honded. *cons. 100. num. 7. tom. 2.* † Alias enim si hac 93
præeminentia Domini, & superioritate non gauderent,
propriis subditis subucerentur, quod satis ridiculum
esset, & contra vulgarem regulam, *l. minor autem Ma-*
gistratus, ff. de minoribus, c. cum inferior, & ibi Canoni-
stæ *de majorit. & obedient.* & in specie est bona doctrina
Luc. de Penn. *in l. quicumque, col. 4. in fin. C. de exactor.*
& executor. lib. 11. † Et insuper magnum aliud absur- 94
dum sequeretur exinde, ut nimirum per inferiores vas-
sallos ipsorum Dominis portæ Villæ, aut castri claudi
possent, Bald. *in l. etiam, col. 4. C. de execution. rei judic.*
vers. Quæro quid si rustici claudunt portas? † Quod multo- 95
ties accideret, cum plerumque ob privatas lites vassalli
dominis invideant, ut notat Gloss. *ult. in l. famosi, §.*
fin. ff. ad leg. Iul. Majestat.
Octavò facit, quod actus custodiendi castrum, vel 96
oppidum principaliter versatur circa ipsius jurisdictio-
nis, & dominii custodiam, & universalem omnium
protectionem: non autem circa ipsarum rerum privato-
rum curam, ut singulariter animadvertit Nicol. Boer.
de custod. clav. num. 78. † Ergo potius, quam alii civi, 97
vel vassallo, Domino ipsius oppidi, & jurisdictionis hu-
jusmodi custodia est committenda, tanquam majus, &
principale interesse habenti, juxta doctrinam superius
pro secundo contrariæ sententiæ fundamento adductam.
† Nec obstare potest, quæ ibi dixi, principaliter perso- 98
nas vassallorum custodiri: nam etiam inter eas Domini
persona est numeranda; quare hujus quoque respectu
Domino principale, & immediatum interesse non de-
ficit, & quidem majus, quam alii cum sua persona ma-
jor, & principalior, quam cujuslibet cæterorum habea-
tur.
Nonò facit, quod secundum veriorem Politicorum 99
sententiam melius, & utilius est Reipublicæ per unum,
quam per plures, vel ipsum populum regi: segnius enim
expediuntur pluribus commissa negotia, & faciunt text.
in l. si plures, §. Quod in tutoribus, ibi: *Sanè cum facilius*
unus tutor. &c. ff. de administrat. tutor. l. 2. §. Novissimò,
ibi: *Vt necesse esset Republica per unum Consuli, ff. de ori-*
gin. jur.
Et eleganter, præ aliis pluribus exemplis, compro- 100
bat Divus Hieronymus, *epist. 4.* ibi: *Grues unam sequun-*
tur, Imperator unus, Iudex unus Provincia, Roma duos
fratres simul Reges habere non potuit, & parricidio dedi-
catur unus: in navi unus gubernator, in domo unus domi-
nus,

nus, ut quovis grandi exercitu unius signum spectatur, quamvis enim ex utroque gubernio sequantur pericula, facilius tamen, & quidem maxima sequuntur ex regimine plurium, quam ex regimine unius, & tradit latè Divus Thomas *lib.1. de regimin. Princip.c.4. & 5.* qui ex eo optimè concludit, magis expediens esse, sub unius Imperio regi, quam ex plurium regimine vivere, idem Divus Thom. eod. *lib.1. cap.2.* & ita pro gubernio Monarchico contra Aristocratiam, & Democratiam magis communiter resolvunt Aristotel. *lib.3. Polit. & 8. ethicor. c.10.* Senec. *lib.2. de benefic. c.20.* Xenophon. *in cyriped.* Divus Thom. *de regimin. Princip. lib.1. c.2.4. & 5.* Divus Hieronym. *epist.4.* Divus Augustin. *lib.2. de Civitat. Dei*, Fenestell. *in lib. Magist. urb. Roman. & Patrit. lib.1. tit. 1.* latè Chassan. *in Catal. glor. mund. part.12. consid. 55.* Petr. Gregor. *syntagmat. jur. univers. tom.3. lib.47. cap. 15. num.24.* Frat. Marc. Anton. *in sua microcosm. 1. par. dialog. 5. pag.42. col. 2.* Simanc. *de republic. lib.2. cap.5. & lib.3. cap.2.* & latissimè *in cap. 3.* & aliis congestis, optimè resolvunt noster Politicus, & doctus Bobadill. *in Polit. lib.1. cap.1. num.13. cum seqq.* Pater Marquez, *en su Governador Christiano, lib.2. cap.21. §. 4.* & extat apud nos singularis *lex 7. tit.1. part.2.* ibi: *E esto, sejendo muchos, podria ser, que algunas vegadas se desacordassen, porque naturalmente las volumtades de los omes son departidas, les unes quieren valer mas, que los otros, è por ende fue menester por derecha fuerca, que oviesse uno que fuesse cabeca dellos, por cuyo seso se acordassen, è seguiassen, assi como todos los miembros del cuerpo seguian, e se mandan por la cabeca, è por esta razon convine, que fuessen los Reyes, è los tomassen los omes por Sennores*: & ibi plenè, & doctè resolvit noster Gregor. *in gloss.5. & in l.1. eodem tit. gloss.9.*

101 Quo certissimo stante fundamento, quis majori ratione, quam Dominus securitati custodiæ castri est præficiendus? nam juxta illud Psalm. 126. *Nisi Dominus custodierit Civitatem frustra vigilat, qui custodit eam*: quia salutem Reipublicæ tueri nulli hominum magis creditur, convenire, nec alium sufficere, quam Dominum, ut dicit text. notabilis *in l. nam salutem, ff. de offic. Præfect. vigil.* & in similibus terminis notat Guid. Papa *decis.631. num.10.*

102 Decimò facit, quod jus excubiarum, earumque onus vassallis indicere ad castri, vel Villæ Dominum spectare, eosque punire, si in hoc munere deficiant, dicunt optimè Guid. Pap. *decis.631. numer.10. vers. Ad quintum,*
103 & per Bald. & Alexand. & facit decisio Boer. 212. † Ubi plura de hoc onere per vassallos in favorem Dominorum subeundo: & ad alia plura de materia excubiarum, & quod nullus ex Civibus tempore pestis, aut belli earum immunitate gaudeat, tractant plenè & eleganter Æn.
104 Robert. *lib.2. rer. judicatar. cap.11.* † Ubi latè, & eruditè, quod nec Magistratus, vel Regii officiales excusentur, nec forenses, viatores, vel alii causa negociationis ibi commorantes, aut relegati, Luc. de Penn. *in l. est verum 3. Cod. de incol. & ubi quis domic. hab. vid.*
105 *in princ. vers. An autem*, Boer. *decis.212. num.6.* † Ubi quod nec Clerici tempore belli: & idem notat Luc. de Penn. *in l. si divina 8. Cod. de exactor. tributor. col.3. in princip. & in l.2. circa fin. Cod. de quibus muner. nemin. lic. lib.10.* sed hoc intellige in præcisa necessitate, dum custodia, propter civium inopiam, aliter expediri nequit, juxta text. singularem, ita intelligendum *in cap. pervenit, de immunit. Ecclesiast.* & ita declarat Bobadill. *in Polit. lib.4. cap.2. num.19. vers. En abrir*, & expressè
106 deciditur in aliis muneribus *in l.2. Cod. qui ætat.* † Ubi quod exempti, in subsidium, vel defectum non exemptorum munera personalia subire cogantur: & in specie, quod scholares, senes, minores, medici, Doctores, Clerici, & alii, qui tempore pestis à custodia portarum immunitatem habent, ea gaudere non debeant, si propter magnam convicinorum contagionem aliter oppidum absque auxilio exemptorum custodiri non valeat, tunc enim omnes ultimus labor vocat, notat plenè Ripa *in tract. de pest. tit. de remediis ad conservand. ubert. à num. 244. & aliis.*

Ex quibus omnibus Civitatis, vel castri custodiam, 107
& portarum claves habere, ad vassallorum Dominos pertinere, concludendum est.

Et ita in specie pro hac sententia in favorem Domino- 108
rum resolvunt, licet ita non disputent, nec prædicta fundamenta congerant, Ioan. Philipp. *cons.50. nu.15.* Fab. de Ann. *cons.72. nu.12. tom.1.* Luc. de Penn. *in l. est verum, Cod. de incol. lib.11. & in l. quicumque, col.2. Cod. de exactor. & executor. lib.12.* Claud. Cote *in tract. de jur. & privileg. milit. cap.37. de custod. & excub. colum. 1. in tract. DD. tom.16. fol.436. col.2.* optimè Nicol. Boer. *in tract. de custod. clav. ex num.42.* qui pro hac opinione benè adducit Guid. Pap. *in decis.631. nu.10. vers. Ad quintum*, & cum Boer. residet noster Aviles *in cap. Prætor 19. gloss. Uno de los Regidores, n.2. in fin.* & ita sentit Mart. *in compend. decis. tom.4. tit. de custodia, cap.42.* & eandem sententiam sequuntur Bald. *in l. si ita, §. Dominus, ff. de usu, & habitat.* Florian. *in l. si arbor. §. Si per eundem, ff. commun. divid.* Luc. de Penn. ultra loc. cit. *in l.2. Cod. de exactor. & executor. lib.12.* Avendan. *de exequend. 2. par. cap.3. num.4.* Azeved. *in l.2. & 3. tit.5. lib.6. recopil. n.4.* dum omnes asserunt, castrorum, vel oppidorum custodiam ad eorum Dominos inferiores pertinere.

Ultra quos, quod saltim custodes clavium portarum 109
Civitatis electi per Decuriones à Domino Civitatis sint confirmandi propter magnum interesse Domini in servanda Civitate, & quia hujusmodi custodum officium præeminentiam, & aliquam jurisdictionem in se continet, ut superius fundavimus, resolvit per text. *in l.1. Cod. de irenarch. lib.10.* Rip. *de pest. tit. de remed. ad convand. ubertat. à num.427.* licèt per contrariæ opinionis Doctores pro sua sententia indistinctè contra Dominos inferiores referatur, imò in authoritate Ripæ principaliter omnes suam contrariam opinionem fundant, sed malè, ut videri potest.

Item pro præfata nostra resolutione allegari etiam pos- 110
sunt, prout in specie loquentes Bart. Bald. Bertachin. Petr. de Ubald. Card. Tusch. Michalor. Mart. Mager. & alii superius pro primo hujus sententiæ fundamento relati, dum expressè dicunt, castri, vel feudi custodiam quid jurisdictionale, & meri imperii esse, ipsiusque claves, inter plures dominos, vel filios ad majorem spectare, juxta declarationes ibi adductas.

Apud nos verò, ut hæc resolutio sine dubio procedat, 111
nota text. singularem, & à nemine animadversum *in l.1. tit.18. part.2.* de qua superius ad quintum fundamentum, ubi agens sapientissimus noster Rex de Castellorum, & Villarum hujus Regni custodia, & ad quem pertineat: primò ad omnes vassallos Regni generaliter spectare ait: secundò, & quidem magis specialiter ad Dominos inferiores, quibus per Regem fuerunt data, ibi: *E esta guarda es de dos manteras; la una, que pertenesce à todos comunal*
mente, è la otra à omes sennalados. † Et postquam de 112
primi casus custodia generali omnium vassallorum tractat, prosequitur circa custodiam, quam Villarum, vel Castellorum Domini inferiores habere debent, ibi: *Mas la otra, que es de omes sennalados, se parte en dos maneras; la una, de aquellos à quien el Rey dà los Castillos* (vel Villas, juxta principium legis) *por heredamiento; è la otra, à quien les dà por tenencia. Ca aquellos, que les han por heredamiento debenlos tener labrados, bastecidos de omes, è de armas, è de todas las otras cosas, que les fuessen menester de guissa, que por culpa dellos non se pierdan, nin venga dellos danno, nin mal al Rey, nin al Reyno.*

Ex qua satis expressa nostræ legis decisione clarè apud 113
nos constat, Castellorum, vel oppidorum custodiam, eorumque claves habere, & custodes eligere, ad eorum Dominos pertinere, ipsosque habere, debere portarum claves, & custodes eligere, quos magis fideles, & ca-
strorum securitati aptiores judicaverint, † cum alias ob 114
ma-

Digitized by Google

malam custodiam pœna mortis damnarentur per eandem, *dict. leg. 1. part.*

115 Qua verissima resolutione retenta, non obstant fundamenta pro Decurionibus superius adducta: Nam primum secundum, & tertium fundamentum per contrariæ nostræ sententiæ fundamenta, videlicet primum septimum, & octavum diluuntur.

116 Ad quartum autem fundamentum circa consuetudinem generalem, ut Consules, vel Decuriones Civitatis, vel oppidi portarum claves habeant juxta DD. ibi relatos, dicendum est, hanc consuetudinem principaliter servari in Civitatibus, & Villis demanialibus Regio dominio immediatè subjectis, & de horum locorum consuetudine expresse loquuntur, & intelligi debent, Azeved. Bobadill. & Mart. in quarto fundamento adducti, dum simpliciter, de Decurionibus nulla facta mentione, Dominorum potestati id tradunt, nam in aliis Dominorum inferiorum locis, non ita hujusmodi generalis consuetudo servatur, maximè in nostro Re-
117 gno: † Imò in pluribus locis, in quibus Decuriones, vel Consules portarum claves habere, consueverunt, hoc
118 fit solum de permissu, & tolerantia Dominorum: † Quare præscribere non potuerunt, juxta text. vulgarem *in l. malè agitur, & in l. competit;* ubi communiter notant DD. *Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* nisi secundum Bald. *in dict. l. malè agitur*, & alios DD. in actibus facultativis loquentes, ex parte vassallorum contradictio intervenisset, & ab illo contradictionis tempore remansissent in possessione, quia ex tunc benè inciperet præscriptio, ut benè animadvertit Nicol. Boer. *in dict. tract. de*
119 *custod. clav. num. 73.* † Qui singulariter addit *in nu. 76. & 77.* circa nostrum jus; præfatam præscriptionem necessariò exigi, quin consuetudo per populum in hac re propriè dari possit; quia consuetudo illa propriè dicitur, quæ ex tacito consensu populi, & cursu temporis aliquod jus inducit, quod populus expressè consentiendo facere, potuisset, juxta *l. 1. C. quæ sit long. consuet. l. de quibus, ff. de legib.* præscriptio autem, cum populus contra tertium præscribit, quod si vellet statuere non posset, juxta Boer. *ubi proximè.*

120 Vnum tamen nota, quod in hac, ut in aliis præeminentiis, ante omnia consuetudo benè præscripta, ut proximè dixi, omninò est servanda, ut constat ex DD. suprà pro quarto contrariæ sententiæ fundamento adductis, & apud nos expressè, & singulariter statuitur *in l. 11. tit. 1. lib. 7. recopilat.* & ibi Azeved. benè Bobadill. *in Polit. lib. 3. cap. 8. numer. 22. & lib. 4. cap. 2. numer. 19.* in quibus locis an claves Civitatis esse debeant penes Correctorem, vel Seniorem Decurionem, vel Castellanum, apud nos *Alcayde del Castillo*, vel apud Capitaneum cum sua legione Civitatem custodientem, totum consuetudini relinquit: Sed de jure, si inter Correctorem, & Decuriones, aliosve Magistratus Civitatis, & inter Tribunum, vel Ducem militum, cui Civitas tempore belli custodienda est commissa, contentio oriatur, militum Tribuno claves habendi potestatem competere judicarem, quia ad hujusmodi defensionem est electus, & expressè deciditur per text. singularem *in l. officium, §. fin. ff. de re militar.* optimè Marr. *vot. 62. num. 12.* qui etiam per tot. votum pro Magistratibus tempore pacis resolvit.

121 Quibus resolutis circa castrorum custodiam per dominos inferiores in suis locis habendam, ut jurisdictionis præeminentiam, sive honorificum fructum, restat adhuc unum notabile animadvertere: videlicet quandoque etiam Principi Supremo hanc præeminentiam ratione Supremi dominii, aut jurisdictionis competere posse, tempore nempè belli, aut eo imminenti, quo casu benè Princeps Supremus.

122 Poterit visitare castra, & fortalitia aliorum Dominorum inferiorum, præcipuè in confinibus existentia, eaque in Castellare, aut munire, sive per suos milites custodire, ut originaliter tenet Angel. *in l. fin. in fin. Cod. de litigios. & in Authent. nunc si heres, Cod. eodem*, per text. *in l. si ita legatus 16. §. Dominus, ff. de usu, & habitat.* ubi notat Gothofred. *litt. Q.* & possunt allegari text. *in l. 1. Cod. de navib. non excusand. l. Lucius, ff. de evictión. l. fin. §. fin. ff. de pignorat. action.* & in specie resolvunt Bald. in singulari, *cons. 358. vol. 1. & in c. 1. §. Quid ergo, de invest. de re alien. fact.* Alberic. *in d. l. si ita legatus, §. Dominus*, Bertachin. *in repertor. verb. Castrum in feudum datum*, noster Gregor. *in l. 20. tit. 32. p. 3. gloss. Los Castillos, in fin.* Nicol. Boer. *de custod. clav. nu. 43.* Iacob. de Sanct. Geor. *de feud. vers. De Castro Rubei montis, n. 11.* extat in tract. *DD. volum. 10. p. 1. fol. 190. col. 3. & in tract. de homag. col. fin. vers. Rursus*, Petr. Bellin. *de re militar. p. 10. tit. 2. n. 24. & 25. in tract. DD. tom. 16. fol. 366. col. 3. & 4.* Martin. Laudens. *de Castellan. & Castr. qu. 6. in tract. DD. d. tom. 16. pag. 278.* idem Martin. Laudens. *in tract. de bell. qu. 36.* D. Palac. Rubios *in rubric. de donation. inter vir. & uxor. § 65. n. 62.* Capyc. *decis. 27.* Marin. Frecc. *lib. 2. de subfeud. authorit. 12.* Videudus Roland. à Vall. *cons. 69. vol. 2.*

Et ex modernioribus, licèt prædictis non relatis, Vi- 123
vius *decis. 4. num. 40.* Avendan. *de exequend. p. 2. c. 3. n. 4. vers. Et ista resolutio*, Vincent. de Anna *allegat. 94. nu. 9. vol. 2.* Ioann. Garzia *de expens. & meliorationib. c. 21. nu. 30. & 31.* Poni. *de potestat. Proreg. tit. de elect. offic. § 1. nu. 25.* Montan. *de regalib. verb. Plaustrorum, n. 23.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. c. 16. ex nu. 177.* & licet nullum referat, Anton. Perez *in Cod. tit. de fund. limitroph. n. 15.* & novissimè Franc. Rocc. *de regimin. Reipubl. rubr. 9. ex nu.*
63. † Qui, *& num. 66.* hoc amplius addit, ut hujusmo- 124
di privatorum Dominorum castra, vel fortalitia demoliri Princeps facere, valeat, puta, si hostibus essent adjuvamentum, ut notat quoque Andr. Gail. *lib. 2. observat. 56. in fin.*

Quæ ita procedunt, etiam si castrum, vel fortalitium 125
Ecclesiæ, vel Episcopi, aliarumve personarum Ecclesiasticarum sit, quia adhuc pro defensione status, & patriæ per Principem muniri, propriisque militibus custodiri poterit, ut originaliter notat Cyn. *in l. nullus ha-*
reticus, Cod. de summ. Trinitat. & fid. Catholic. † Qui 126
loquitur in campanili, vel turri Ecclesiæ, si aliquod fortalitium habeat, & sequuntur Martin. Laudens. *in dict. tractat. de Castell. quæst. 30.* Nicol. Boer. *de custod. clav. num. 43.* Petr. Bellin. *in dict. tract. de re militar. tit. 2. numer. 24. in fin.* noster Gregor. *in l. 20. tit. 32. part. 3. gloss. Los Castillos*, Aviles *in cap. Prætor. 22. gloss. Torres, num. 11. in med.* optimè cum aliis antiquioribus Iacobus de Sanct. Georg. *in dict. tract. de feud. vers. De Castro*
Rubei montis, num. 20. † Qui optimè aliquibus objectio- 127
nibus respondet: & principaliter tempore necessitatis, & cum Reipublicæ, & patriæ defensionis necessitas expostulat, omnia jura privilegia, & inconvenientia cessare debent, quia *salus publica suprema lex Esto*, & novissimè, licet hii non relatis, Franc. Rocc. *de regimin. Republica, dict. rubric. 9. numer. 67.*

Imò, & in ipsa Ecclesia tempore belli propugnacula 128
fieri, eamque per Principem muniri, seu in Castellari adversus hostes licere, dicunt legistæ antiquiores Jacob. de Aretin. Cyn. & alii quos allegat, & sequitur Bald. *in dict. l. nullus*, pro quorum tamen concordia singulariter distingue cum Hostiens. *in summ. §. In quantum, vers. Item Ecclesia*, aut igitur pro necessaria defensione id fit adversus hæreticos, paganos, vel alios hostes, vel pro bello inferendo: in illo casu benè posse, fieri de licentia Episcopi ait Hostiens. dummodo necessitare cessante propugnacula constructa demoliantur: Secus verò in secundo casu; & hanc concordiam sequitur Archidiacon. *in cap. Sanctorum 10. quæst. 3.* qui brevius dicit, id fieri posse ad defensam, non ad offensam, & prosequitur latius Abb. *in cap. non minus*, aliàs *capit. cum Ecclesia, de immunit. Eccles.* optimè resolvit Petrus Bellin. *dict. tractat. de*

re

re militar.part.6.tit.2.num.13. in vol. DD.tom.16.fol.
351.col.4.
129 Vnum tamen nota, quod Princeps, finito bello, de-
bet restituere vassallo, seu Baroni castrum, quod custo-
130 diendum accepit: † sed quia circa impensam in ipsius
castri munitione per Principem factam, fortalitia aliqua,
sive propugnacula pro defensione faciendo, dubitari so-
let, an hujusmodi sumptus Princeps à domino repete-
re valeat, & interim castrum, vel fortalitia retinere?
resolve breviter: quod non, sed quod statim absque ulla
impensarum repetitione restituantur, quia id principa-
liter Princeps fecit ad sui utilitatem, licet secundario ce-
dat in utilitatem vassalli, ut benè comprobatur per jura
singularia *in l. si absente, ff. de usufruct. l. fin. ff. de impens.*
in reb. dotal. fact. l. 2. §. Item Labeo, ff. ne quid in loc. pu-
blic. l. 2. ff. de authorit. tutor. l. si quis nec causam, ff. si cert.
petat. l. ex duobus, ff. de negot. gest. & ita in terminis resol-
vunt Bald. *in l. si aliquam, ff. de offic. Procons. & legat.* &
in Authent. *nunc si heres, sub num. 2. Codic. de litigios.*
Mart. Laudens. *in tr. de castell. & castr. quaest. 6. in tr. DD.*
tom. 16. fol. 278. Petr. Bellin. *de re milit. par. 10. tit. 2. nu.*
24. in fin. Iacob. de Sanct. Georg. *in tract. de feud. §. De*
Castro Rubei Montis, num. 14. in tract. DD. tom. 10. par.
1. fol. 90. col. 4. Roland. à Vall. *cons. 69. num. 29. volum. 1.*
& cons. 56. volum. 4. Nicol. Boer. *de custod. clav. num. 50.*
benè Aviles *in capit. Prætor 22. gloss. Torres, num. 36.*
131 Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. cap. 16. num. 179.* † Et quod
istæ, vel similes belli expensæ, cum pro totius Regni
defensione fiant, ex redditibus Regni fieri debeant,
non per dominum castri, aut per ipsas Villas, vel Civi-
tates, quæ muniuntur, optimè, licèt prædictis non
congestis, docent Vasq. Menchac. *contr. illustr. cap. 6.*
ex num. 1. Ioann. Garzia *de expens. cap. 21. num. 30. & 31.*
132 † Vbi quod possit Princeps, finito bello, tollere instru-
menta, & alios belli apparatus, qui sine læsione auferri
possunt, sequitur noviter Anton. Perez *in Cod. tit. de*
fund. limitroph. num. fin.
133 Quid autem si castrum, vel oppidum vassalli per Prin-
cipem ab hostibus recuperatum sit, an ipsi vassallo resti-
tui debeat, quin ab eo sumptus in recuperatione factos
Princeps exigere valeat? quod sic, nisi causa, vel culpa
vassalli castrum ab hostibus fuerit occupatum, resolvit
Anton. Perez *ubi proximè.*
134 De quibus autem supradictis, quod Princeps castra,
vel fortalitia Dominorum in confinibus Regni existentia
tempore belli pro defensione Regni, occupare, & cu-
stodire valeat, mirari non debemus, cum semper hæc
confinia, eorumque castra, & fortalitia apud omnes
nationes tanti fuerint habita, tanquam principale tuta-
men, & claves Regnorum; ut Regni, vel Imperii mi-
litibus munirentur, quin aliis privatis donari, aut com-
135 mitti valerent, † ut tempore Romanorum servaba-
tur, qui hujusmodi loca, & prædia limitanea militi-
bus præsidiariis, & legionibus Imperii assignabant, ut
ita confinia Imperii magis munita essent, & milites,
ac limitanei Duces alacrius pugnarent, nec reformi-
darent, in hostes irruere, sua prædia defensuri, ut no-
tant Lamprid. *in Alexandr.* Cujacius *lib. 1. observat. cap.*
25. Pompon. Lætus *lib. 2. histor. Roman.* qui tempore
Constantini hujusmodi arces, terras, pascua, & paludes
militibus emeritis, eorumque hæredibus concessas fuis-
se testatur, Amaja *lib. 1. observat. cap. 1. numer. 60. cum*
seqq. Anton. Perez *in Cod. tit. de fund. limitroph. ex nu.*
2. de quo extant ita declaranda jura *in l. 1. & tot. tit. Cod.*
de fund. limitroph. lib. 11. & præcipuè *in l. 2.* ubi Hono-
rius Imperator prædia, aut territoria limitrophia à solis
militibus possideri, jussit, *& in l. 2. §. 8. de offic. Præfect.*
Prætor. Aphric. l. 8. Cod. de pasc. public. & privat. lib. 11.
l. 7. vers. Completis, Cod. Theodos. de tyronib. l. 5. & 12.
136 *§. 9. ff. de capt.* † Vnde hæc præsidia limitanea, & eo-
rum milites limitrophi, aut limitanei dicebantur, ut ex
prędictis juribus, & authoribus constat, apud quos de plu-
ribus Imperatoribus, qui hæc prędia non solú ab hostibus
capta, verum etiam à privatis possessa ab eis auferre ob
publicam causam, & militibus dare, consueverant,
ut constat juxta veriorem intellectum, *l. Lucius 11. ff. de*
evictio. l. 15. ff. de rei vindicat. ut declarant Amaja, &
Anton. Perez ubi proximè.
Quare etiam hodiernis temporibus providè oppida, 137
aut territoria, & maximè fortalitia in limitibus, vel con-
finibus Regni existentia difficilius per Principem alie-
nantur, vel donantur, non solum, quia sub Regia im-
mediata potestate, & protectione magis munita, & se-
cura sunt, sed ob magnum quoque detrimentum, quod
Regno evenire posset, si fortè donatarii ab ipso Princi-
pe donatore deficerent, ut notant Hieronym. Grat.
respons. 147. ex numer. 16. & 21. lib. 2. Francisc.
Marc. *quæst. Delphinat. 87. numer. 4. & 12. part. 1.*
Negus. *cons. 12. inter consil. Brun. numer. 53. versic.*
Tacetur octavo, optimè Menoch. *cons. 1003. numer. 58.*
vers. Secundus est casus, Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. c.*
12. num. 49. vers. Vel Civitas donata, D. Valenzuel. *cons.*
59. num. 33.
Quinimò hujusmodi territoria, vel confinia, aut por- 138
tus, vel loca maritima per Principem à Regia Corona
alienari, non debere, resolvunt ex prædictis DD. *& per*
d. l. quicumque 2. Cod. de fund. limitroph. l. legatum, §.
Fines publicos, ff. de oper. public. Petr. Gregor. Tolos. *syn-*
tagmat. jur. lib. 26. cap. 2. numer. 8. & 9. Claud. Saysell. *in*
spec. feud. in rubric. qui feud. dar. poss. column. 9. vers. au-
tem, & ita decisum refert in Supremo Italiæ Consilio
Reg. Tapia *decis. 5. Supremi Consil. num. 121. & 122.* D.
Cresp. *observat. 34. num. 3.* Franc. Rocc. *de offic. regimin.*
rubr. 9. ex num. 60. † Vbi & quod talia oppida alienata 139
de facto resultere possint: quod tamen non probo, sed
solum, quod per humilem deprecationem eorum cives
Regiæ Majestati supplices inconvenientia repræsentent,
ut Princips melius informatus ab his alienationibus ab-
stineat.
Et quod ita sit ordinatum in Collaterali Consilio Re- 140
gni Neapol. ne hujusmodi oppida à Regia Corona alie-
nentur, testatur Franc. Rocc. *ubi proximè, num. 62.* &
idem cavetur in pragmat. ejusdem Regni *12. tit. de empt.*
& vendit. ubi notat Reg. Carol. de Tapp. & de eadem
reservatione Capyc. Galeot. *respons. Fisc. 23. numer.*
133. Antonius Perez *in Cod. dict. tit. de fund. limitroph.*
num. 13.
An autem hujusmodi oppida maritima, seu confinia 141
jam alienata, vel donata ob magnam læsionem, &
præjudicium superius ponderatum ad Regiam Coronam
reduci debeant? affirmativè resolvunt per text. *in cap.*
intellecto, de jur. jurand. Menoch. *dict. cons. 1003. num.*
58. Grat. *consil. 147. numer. 16. lib. 2.* Capyc. Galeot. *ubi*
proximè, num. 132. D. Crespi *dict. num. 3.* & novissimè
Dominic. Antun. de Portug. *de donat. Reg. 2. part. cap. 4.*
num. 11. quod tamen intelligerem, quando probabilem
occasionem scandali, vel suspicionem seditionis præbe-
rent, ut singulariter intelligit Matth. de Afflict. in Con-
stitut. Regn. Neapol. *Castra munitiones,* cui assentire
videtur Franc. Rocc. *ubi proximè, num. 42.* † Maximè, 142
si per tempora vetusta castra possederint juxta eundem
Afflict. in eodem loco, & Franc. Rocc. *num. 49.* & ani-
madvertit Ioann. Plat. *in dict. l. quicumque, C. de fund.*
limitroph. num. fin. in fin. & Boer. *decis. 320. num. 16.* ibi:
Nisi illis, quibus antiquitas designavit, quæ declaratio
meo videri tunc maximè procederet, cum antiquissima
etiam esset Regia concessio viro illustri, ac Magnati ob
magna servitia facta, à quo nulla scandali, aut seditio-
nis suspicione stante, hæc loca per Principem auferri,
non debent, præcipuè, nullo in Regno timore belli
imminente, alias enim ejus honor, & fidelitas valdè,
cum inconfidentiæ nota sigillaretur, ipsiusque fama apud
omnes nota maneret.
Quam declarationem majori cum ratione in nostro 143
Regno procedere debere, censeo, quoad oppida ma-
ritima in eo existentia, & per nostros Magnates pos-
sessa,

Digitized by Google

ſeſſa, cum nullus apud nos belli timor immineat; ubi ſeditiones timentur, nec noſtris Magnatibus hujuſmodi ſcandala, & ſeditiones ob Hiſpanorum innatam, ſemperque erga noſtros Reges ſervatam fidelitatem præſumi debent: DD. autem proximè relati loquuntur reſpectu Regnorum, ubi frequenter ſeditiones, & tumultus exoriri ſoleant, Montan. *de Regalib. pag. mihi* 291. *verſ. Fateor tamen*, Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *ſup. pragm.* 8. *part.* 2. *ex num.* 8. Rocc. *de offic. Regim. dict. rubric.* 9. *ex num.* 20. *&* 43. *cum ſeqq.* Iſern. *in conſtit. incip. caſtra, & munitiones, de ædific. privat.*

Quibus abſoluta manet noſtra circa clavium, ſeu oppidorum, caſtrorumve cuſtodiam quæſtio, quam non ita alibi diſcuſſam, & reſolutam invenies.

C A P. XXV.

A R G U M E N T U M.

Angaria, & Perangaria, ſive vaſſallorum perſonalia ſervitia, an, & quando juriſdictionis, vel dominii, aut feudi inferioribus conceſſi fructus ſint? ut conſequenter ipſis Dominis, vel Baronibus debeantur? Plenè de natura horum ſervitiorum: de eorum origine, gravitate, & compenſatione: & in quibus vaſſalli Angarii, & Perangarii cum antiquis Romanorum Adſcriptitiis, & noſtris vaſſallis Burgenſibus conveniant, vel differant. Reſolvitur latè, nullo modo de jure hujuſmodi ſervitia, oppidorum, vel feudorum Dominis deberi, niſi privilegio, aut præſcriptione ea habeant: Quomodo hæ limitationes procedant? Et quid in judicio poſſeſſorio, aut ſummariſſimo: & ſtante inter ipſos Dominos, & vaſſallos circa ea exſolvenda aliqua conventione? Poſtremò quid in Principibus ſupremis quoad hæc ſervitia à ſuis vaſſallis exigenda? & quod facilius eorum favore admittantur.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur quæſtio, an angaria, vel perangaria juriſdictionis, vel dominii fructus ſint?*
Aliqua pro iſtius quæſtionis pleniori intellectu prænotantur: ibidem.
2 *Servitiorum perſonalium vaſſallorum tres ſpecies, & quæ?*
3 *Angaria eſt ſervitium perſonale ſumptibus domini exhibendum: Perangaria expenſis vaſſallorum exſolvitur.*
4 *Unde angariarum, & perangariarum ſervitia originem habuerint?*
6 *In quibus angaria, & perangaria conſiſtant, vel quæ ſervitia eorum ratione debeantur, ad varias ſpecies ſervitiorum perſonalium vaſſallorum: & n.* 7. 11. 13. 14. *&* 15.
8 *Adſcriptitii Romanorum his angariarum, vel ſimilibus perſonalibus ſervitiis adſtringebantur.*
9 *Angariarum originem à Græcis referunt aliqui.*
10 *Reſolvitur, quod à Perſis.*
11 *Plures ſignificationes verbi* Angaria *referuntur.*
12 *Corrigitur* Otalor. *qui hoc verbum Latinum eſſe, voluit.*
16 *Angariarum, & perangariarum ſervitium humile, & ſordidum reputatur.*
17 *Et quodam modo ſervitutis ſpecies.*
18 *Vaſſallis an, & quando à terris Dominorum recedere, liceat, & in alias ſe transferre?*
19 *Quid circa hoc ſervetur in Regno Neapol. & numer.* 20.
Vaſſalli angarii, & perangarii in fraudem ſervitiorum invito domino, Clericari nequeunt, dict. num. 18.
20 *Camerariatus, & Ærariatus officia per vaſſallos neceſſariò ſubeunda: non fiunt ex hoc angarii, vel perangarii.*
21 *Vaſſalli angarii, & perangarii propriè ſervari non ſunt, habent teſtamenti factionem activam, & paſſivam, & ſimilia ingenuis convenientia.*
22 *In quibus vaſſalli angarii, & perangarii adſcriptitiis Romanorum conveniant?*
Adſcriptitiis Clericari, vel Monachari, ſive aliter terras deſerere, non licebat, dict. numer. 22. *cum ſeqq.*
Adſcriptitii ſervi reputabantur, ſed non propriè.
Iure Codic. etiam invitis dominis, Clericari, poterant ad differentiam eorum, qui propriè ſervi ſunt, qui nec volentibus dominis, ſine ſpeciali manumiſſione Cleriçari poterunt, ibid.
25 *Differentia inter adſcriptitios, & colonos antiquos Romanorum ad plurium jurium declarationem.*
26 *Verba* Angaria, & Perangaria *frequentiora apud Feudiſtas, apud nos inuſitata, ſed ſunt plura noſtrorum vaſſallorum ſervitia, quæ eis correſpondent, & num.* 27.
28 *Proponitur hujus capitis principalis quæſtio, an* Angaria, & Perangaria *inter fructus juriſdictionis, vel dominii connumerentur?*
29 *Reſolvitur negativè, & quod ſolum Principibus Supremis, non Ducibus, Comitibus, vel aliis dominis inferioribus debeantur.*
30 *Limita dupliciter, niſi ſtante in favorem Dominorum inferiorum Regali conceſſione, vel præſcriptione legitima.*
Obiiciuntur aliqua contra has limitationes, nn. 31. *cum ſeqq.*
33 *An ſufficiat conceſſio generalis, vel ſpecialis requiratur?*
Quid ſtante clauſula in conceſſione feudi, vel oppidi cum angariis, & perangariis, numer. 34. *cum ſeqq.*
35 *Clauſula generalis, & de ſtylo in privilegiis adiici ſolita, nihil operantur ad clauſulam etiam guarentigiam, hypothecariam, Codicillorum, conſtituti, & ad alias ſimiles.*
Quæ præſcriptio requiratur pro quærendis angariarum, & perangariarum, vaſſallorum ſervitiis, num. 37. *cum ſeqq.*
39 *Longi, aut longiſſimi temporis præſcriptio excluditur.*
40 *Imò, quod nec immemorialis ſufficiat, & numer.* 41.
42 *Nec manutentio pro his ſervitiis competat.*
Admittitur immemorialis, n. 43. *cum ſeqq.*
43 *Excluduntur aliqua objecta contra immemorialem hujuſmodi ſervitiorum vaſſallorum, maximè vis, metuſve, præſumptio, quæ contra Dominos inferiores obiicitur: cum num. ſeqq.*
46 *Referuntur Doctores in ſpecie hanc immemorialem Angariarum, & Perangariarum approbantes.*
47 *Intelliguntur plures DD. qui ſimpliciter præſcriptionem in angariis, & perangariis admittunt, ut eorum dicta immemoriali tantum procedant.*
48 *Refertur pro comprobatione recepta immemorialis Pragmatic.* 16. Regni Neapol. *ſub rubric.* de Baronibus.
Centenaria an, & quando immemoriali æquipolleat? dict. num. 48.
49 *Comprobatur immemorialis in ſervitiis perſonalibus vaſſallorum per noſtram* leg. Regiam 8. tit. 15. lib. 4. Recopilat.
50 *Ad poſſeſſorium in his ſervitiis perſonalibus jure noſtro*

nostro Regio, in dict. l. 8. quadragenaria possessio exigitur, & n. 51.

Quid jure communi, latè resolvitur, & si servitia sint insolita, vel consueta, d. n. 51. cum seqq.

66 *Angaria, & per Angaria an conventione vassallorum Dominis inferioribus acquiri, possint?*

57 *An in his conventionibus Regia licentia exigatur? & d. num. 56.*

58 *Concluditur, non aliter Angaria, vel per Angaria, sive servitia personalia vassallorum per Dominos inferiores quari, posse, quàm si privilegio: immemoriali: vel legitima conventione sint debita.*

59 *Referuntur aliqua servitia personalia, quibus vassalli feudales, & si Angarii, aut Perangarii non sint, ex natura tamen feudorum ad ea adstringuntur, etiam, semota Regia concessione, aut consuetudine, cum n. seqq.*

60 *Vassalli Burgensatici ratione jurisdictionis nullis servitiis personalibus Dominis subjiciuntur, deficiente Regia concessione, vel alia extrinseca acquisitione legitima, & n. 76.*

61 *Vassalli feudales tenentur ad colendas terras, feudi vineas putandas, & similia rusticalia, & numer. 62. & 63.*

64 *Tenentur ad plaustra, animaliaque pro servitiis feudalibus, intra feudi tamen territorium.*

65 *Extra feudum verò, vel pro aliis servitiis, quæ feudalia non sint, ad hæc plaustrorum, vel animalium servitia vassalli non adstringendi, nisi parum extra feudum divertantur, & n. 67.*

66 *Principes supremi plaustris, animalibus, navigiis vassallorum etiam extra fines Regni ad bellum, vel quid aliud necessarium uti, possunt, cum seqq.*

Iudices, vel Magistratus inferiores subditos ad hæc servitia in transitu exercitus, aliave expeditione bellica, vel necessitate compellere, possunt, n. 70. cum seqq.

72 *Iudices inferiores pro negotio publico, justitia exequenda, sive damnato ad furcam ducende, animalia privatorum capere, possunt.*

73 *Equæ de ventre jure nostro Regio pro nullo Regali servitio capi, valent.*

74 *Præfata circa animalia vassallorum capienda per Reges, suosve Magistratus, vel Dominos feudorum, intellige, præstita pro eis justa mercede.*

75 *An captis bobus, vèl curru pro reo ad furcam, aliudve suplicium ducendo boum omnis æstimatio Domino per Iudicem sit præstanda.*

Iuxta aliquos cum hujusmodi animalibus terra postea elaborata sterilis redditur, quod tamen rejicitur.

1 DE operibus igitur, sive servitiis personalibus, quæ apud Italos, sive Feudistas *Angaria*, & *Perangaria* dicuntur, acturi, & an jurisdictionis, vel dominii, aut feudi inferioribus per Principem concessi, fructus, vel emolumentum sint, & aliquibus casibus Baronibus, sive dominis per vassallos præstari, debeant, vel penès Principem, non obstante oppidi, vel feudi concessione hæc jura, & emolumenta remaneant? utiliter pro clariori hujus quæstionis resolutione aliqua prius in genere de his vassallorum operibus, vel servitiis sive Angariis, & Perangariis prænotanda sunt, ut in quo consistant, & eorum differentia benè percipiatur.

2 Primò ergo vassallorum servitia personalia, sive operæ apud Italos, & Feudistas ad tres species, meo videri, reduci, poterunt: Prima est servitiorum personalium, quæ per vassallos, licèt angarii, vel perangari non sint, Baronibus, sive utilibus dominis feudorum de natura ipsorum feudorum pro eorum cultura, fructuumque feudalium perceptione, sumptibus tamen dominorum, debentur, quamvis ob eorum præstationem vassalli Angarii, aut Perangarii non sint, de quibus plenè dicam infra *ex num. 3.* Secunda, & tertia species hujusmodi servitiorum personalium sunt, quæ frequenter per feudistas *Angaria, & Perangaria* appellantur, juxta Text. *in c. unic. quæ sint regal.* ubi Aod. de Isern. Afflict. & alii Feudistæ proximè referendi: de quibus angariarum, & perangariarum servitiis pro eorum plena, & quidem necessaria ad nostram principalem quæstionem cognitione, proque ipsius clariori resolutione, aliqua specialia prænotabo.

Primò: *Angaria* juxta Iserniam *in dict. cap. unic. numer. 52.* & Afflict. *num. 1. & 2. Est onus, vel servitium personale, quod vassalli suo domino exhibere, tenentur, illius tamen sumptibus: Perangaria* vero similiter *est onus, & servitium personale, ipsorum tamen vassallorum expensis exsolvendum:* quam differentiam, & distinctionem communiter docent Feudistæ *in d. c. unic. quæ sint regal. in verb. Angaria*, ubi Isern. Alvarot. *num. 5.* Præposit. *num. 6.* Rossenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 70. num. 33. & 3.* Mastrill. *de Magist. lib. 3. cap. 10. nu. 331.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 18. & ad plura alios congerentes Capiblanc. *de Baronibus, tom. 1. super pragmat. 10. num. 55. & tom. 2. super pragmat. 14. cap. 89. num. 1. & 2.* Joann. Maria Novar. *de gravaminib. vassallor. tractat. 1. gravam. 103. ex num. 1.* & melius in eodem *tract. 1. prælud. 12. ex num. 5.* Donat. Anton. Marin. *variar. resolut. 107. num. 25.* Dominic. Tasson. *in pragm. de antefat. vers. 3. observat. 4. n. 149.* & idem notant in antiquis Romanorum Angariis, & Perangariis Joann. Platea *in rubric. Cod. de curs. public. & Angariis, & Perangar.* Luc. de Penn. *in leg. cum ad fælicissimam, in fin. C. de quib. muner. vel præstation. nomin. lic. & in l. 1. in princip. Cod. quemadmod. civil. muner. indicent. lib. 10.* & notant Cyn. & antiquiores *in l. neminem, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* ex quo etiam vassalli angarii, & perangarii appellantur, ut apud Capyc. *dec. 168.* Luc. de Penn. *in dict. l. 1.* Gail. *lib. 2. observat. 52.* & apud Novar. & alios ex relatis, quare rejiciendus est noster Otalor. *de Nobilitat. part. 1. cap. 2. num. 5. vers. Angaria*, qui aliter hæc verba Angaria, & Perangaria exposuit nullo tamen ex feudistis relato, à quibus non est recedendum, quia melius naturam horum verborum percaluerunt, ex quo apud eos hujusmodi servitia utilissima, & frequentissima sint. 3

Unde autem hæc personalia servitia, vel quodammodo servitutum species juxta Capiblanc. *dict. cap. 89. numer. 4.* originem habuerint, & quid significent? non est incomperto: Jacobin. de Sanct. Georg. *in tractat. de feud. tit. de homag. n.* 30. ait; principium habuisse à condemnatis ad mortem, qui ut hanc pœnam evitarent, supplicabant, ut in has servitutes commutaretur pœna illa; quam angariarum originem referunt quoque Capyc. *dict. decis. 168. num. 2.* & Capiblanc. *in dict. pragm. 10. numer. 64. in fin.* Dominic. Tasson. *in pragmat. de antef. vers. 3. observat. 4. num. 119. & 120.* qui ad id refert casum Comitis Rogerii Normandi, & proditionis in eum per quemdam Sergium ejus excubiarum Præfectum cum aliis 200. militibus tentatæ; & per Beatum Brunum Cartusianorum fundatorem tum longè in Calabriæ montem viventem divinitus ipsi Rogerio in somnis patefactæ, in cujus pœnam milites capti ad mortem damnati fuere, & precibus beati Brunonis mortis pœna fuit eis remissa, ita ut cum filiis suis cumque omnibus ipsorum bonis mobilibus, & immobilibus habitis, & habendis in perpetuum servi manerent. 4

Sed quidquid Doctores hi doctè velint, verius tamen censeo, angariarum, & perangariarum, & aliorum servitiorum personalium onus vetustiorem originem habuisse, eaque antiquitus Romanorum temporibus cognita fuisse, ut expresse constat ex integro *tit. & rubric. Cod. de curs. public. & angariis, & perangar.* ubi tractatur de his servitiis personalibus, sive angariis, & perangariis, de quibus etiam ad plura in aliis multis juribus, *ff. & C. ut in leg. 18. §. 4. & §. Patrimonium 21. & §. Sivè autem 29. ff. de munerib. & honorib. l. 10. §. Angariorum 1. & §. Sunt munera 11. ff. de vacat. & excusat. muner. l. neminem 11. C. de Sacrosanct. Eccles. l. 2. §. Ad perangariam 3. l. qui sua 39.* 5

§. Non oportet 1. *Cod. de Episcop. & Cleric. Authent. item nulla communitas, Cod. eodem, l. 1. C. quemadmod. civil. muner. lib. 10. l. 2. C. de quib. munerib. vel præstat. nemin. lic. eod. lib. 10. l. 20. l. 21. C. de curs. public. l. 7. vers. Quotiens, C. de fabricensib. lib. 11. l. constitutio 19. C. de erogat. militar. annon. lib. 12. l. maximarum 12. C. de excusation. muner. lib. 10. l. 3. C. de silentiar. & decur. eor. lib. 12. Constitut. Fider. de statut. & consuetud. contr. libertat. Eccles. §. item nulla potestas, in lib. 2. Feudor. tit. quæ sint regal.* 57.

6 † In quibus inter alia publica munera, & onera latè mentio fit de nostris angariis, & perangariis, quæ in eo præcipuè antiquitus consistebant, quòd Provinciales, sive Imperii subditi cum suis equis, mulis, & plaustris pro armorum, & annonæ publicæ, aliarumque rerum publicarum delatione, necnon, & ad similia servitia publica propriis sumptibus, vel Principia, *juxta supra dicta, n. 3.* tenebantur, ut benè explicant latè de his antiquioribus tempore Romanorum angariis, & perangariis agentes, aliquibus, ex prædictis juribus relatis, & præcipuè *ex d. l. 1. Cod. quemadmodum civil. muner. in dict. lib. 10. leg. 2. Cod. quib. munerib. vel præstat. lib. 11. & ex dict. tit. Cod. de curs. public. & angar. & perangar.* optimè ibidem Joann. Plat. *in rubr. dict. tit. Cod. de curs. public. & angar. & perangar.* Luc. de Penn. *in d. l. 1. C. quemadmod. civil. muner. lib. 10. & in l. cum ad fœlicissimam 2. in fin. C. de quibus muner. vel præstat.* Gloss. & alii antiquiores *in d. l. neminem 11. C. de Sacrosanct. Eccles.* & præcipuè Cyn. ibidem, & Alciat. *in verb. Angariis*, & etiam antiquiores *in d. l. 2. §. Ad perangariam 3. C. de Episcop. & Cleric.*

7 Et ad plura, & quòd ratione angariarum oneris non solum ad equorum, cæterorumque animalium, & plaustrorum præstationes subditi teneantur, sed etiam proprias naves offerre debeant, ut per mare, fluviosque prædictæ res deferantur, & Reipublicæ subveniatur, si belli navalis, aut terrestris, alteriusve casus necessitas expostulet, comprobatur per Text. *in l. penult. ff. de veteran.* ubi naves angariari dicuntur Hothoman. *in d. cap. unic. quæ sint regal.* Rossenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 70. num. 3.* Ferrariens. *de feud. lib. 5. cap. 7. vers. Sunt, & alia munera*, Sixtin. *de regalib. cap. 13. num. 10.* Caluin. *in suo Lexic. jur. verb. Angaria*, Anton. Perez *in Cod. d. tit. de curs. public. lib. 12. n. 5.* Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg. p. 1. c. 2. n. 4.*

8 Quibus etiam, vel similibus personalibus servitiis antiquitùs quoque Romanorum coloni adscriptitii erant obligati, ut notant Gloss. *in l. quemadmodum, Cod. de agricol. & censit. lib. 12.* & ibidem Luc. de Penn. qui, & servi quoque, ut de nostris angariis proximè dicam, erant dicti *l. 1. dict. tit. Cod. de agricol. & censit.* & Imperatores Romani antiquitus illis utebantur in omnibus humilibus, & sordidis servitiis, Matth. de Afflict. *in constitut. Regn. quæ incipit adscriptitius*, Henriq. Rossenthal. *de feud. c. 5. conclus. 70.*

9 Sed imò vocem *Angaria*, vetustiorem originem, quam à Romanis habere à Græcia, nempè, referunt Rossenthal. *de feud. cap. 5. dict. conclus. 70. numer. 2. & 3.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 13. numer. 2.* Ripol. *eod. tractat. cap. 19. num. 2.*

10 Quorum tamen Doctorum authoritate non obstante, adhuc nostram vocem *angaria* antiquiorem esse, quam à Græcis dimanatam, resolvendum censeo, quia verius est, verbum *angarii* Persicum esse, & sic vetustissimum, ut notant, & quod apud Persas vox *angarii* nuncii Regii essent ea Suida, Accurs. & Alciat. *in d. l. neminem, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Ambros. Calepin. *in dict. verb. Angarii, & in verb. Angaria*, Caluin. *in Lexic. jur. verb. Angaria*, licèt pro concordia horum Doctorum benè fatear, ab hac voce Persica, *Angaris*, Græco verbum *Angaria* sumpsisse, novitereque denominasse, ut benè colligitur ex Alciat. *ubi proximè, in vers. Angariis.* 11 † Ubi quòd angarii, etiam appellabantur bajuli jumentorum, & servorum onera, aliave sordida servitia personalia subeuntes, & idem notant Cœlius Rhodigin. *lect. antiquar. lib. 18. cap. 8.* Ambros. Calepin. *in suo dictionar. dict. verb. Angarii*, undè dicitur in Euangel. Div. Marc. *cap. 15. Et angariaverunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, ut tolleret Crucem ejus*, cui cum ejusdem ferè verbis cæteri Euangelistæ conveniunt, ex quo benè notant Brixiens. *in suo repertor. verb. Angaria, in fin.* verbum *Angariare*, cogere vel compellere, significare, & ita intelligit verbum angariavit apud Matth. *c. 5. Quod extat, in princ. quæst. 1. caus. 23.* & hanc quoque significationem tribuunt *verb. Angariare*, Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 70. numer. 2. & 3.* Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 13. num. 2.* Ripol. *eod. tractat. cap. 19. num. 2.* Dominic. Antun. de Portug. *de donation. Reg. part. 3. cap. 2. num. 1.* noster Oralor. *de Nobilitat. 1. part. cap. 2. num. 15. vers. Angaria, in fin.* † Qui tamen in eo corrigi, debet, quod *verb. Angaria* Latinum esse, aut à verbo *Angario* derivatum; quia, ultra quod doctissimorum virorum, quos proximè adduxi, authoritati adversatur; certè verbum *Angario* apud Latinos antiquiores usitatum non invenio, sed in præterito in dictis locis Sacræ Paginæ, nec per Ambros. Calepinum, & nostrum Anton. Nebrixens. in suis dictionar. refertur, aut collocatur, & licet Modemiores hoc *verb. angario, as*, utantur, id tamen deducunt ab antiqua voce *angaria*, utpotè vetustiori. 12

Et quòd etiam *verb. Angaria*, illud onus antiquitùs significaret, quo quis tenetur, equos in certis locis positos semper in procinctu excubantes, & ad currendum paratos habere, quos *Postas* Galli, & nos quoque appellamus, notant Budæus *in annotat. ad Pandect. in l. eos, ff. ad l. Cornel. de fals. à fol. 322. in fin.* Anton. August. *lib. 10. singular. annotat. ad Modestin. pag. 316.* Cujacius, & Alciat. *in rubric. Cod. de curs. public. & angar. & perangar. lib. 12.* idem Alciat. *in l. 1. Cod. de præposit. Sacr. cubicul. lib. 12.* Caluin. *d. verb. Angaria.* 13

Ex quibus vides, quam antiquissimus sit Angariarum, & Perangariarum usus, necnon, & quàm varias significationes hæc nomina habuerint, sed quod magis nostris temporibus quadrat, & præcipuè in Italia, aliisque Regnis, in quorum feudorum aliquibus vassallis angariarum, & perangariarum onus hodie usitatum invenitur, est prædicta Romanorum hujusmodi verborum acceptio, juxta quam Provinciales ratione angariarum, & perangariarum ad armorum, vel annonæ, similiumque rerum publicarum delationem cum suis equis, mulis, aut plaustris, necnon, & navibus constringebantur, juxta Luc. de Penn. & Plateam *in locis* ad hoc *citat.* cui etiam convenit alia supra relata acceptio Cœl. Rhodig. & Ambros. Calepin. qui verbum *Angaros* jumentorum, aut servorum onera bajulantia appellabant, quibus oneribus, coloni quoque adscriptitii antiquitus erant obnoxii; nam, linum, paleas, stramina, & alios fructus dominorum in ipsorum domos conducere, eorumque terras, & vites colere, debebant, & similia onera personalia secundum artes, & exercitia ipsorum vassallorum supportare, notant Matth. de Afflict. *in constitut. Regn. Neapol.* quæ incipit, *adscriptus*, quorum servitiorum adscriptitiorum exemplo, & ad instar angariarum, & perangariarum Romanorum post Imperatores ab aliis Principibus Supremis, Baronibus, & similibus feudorum dominis inferioribus in Italia, & Germania fuit quoque elargitum, hujusmodi vassallos angarios, & perangarios habere, qui ultra subjectionem, personalia opera vilia, & sordida dominis exhiberent, ut notant, licet nimis breviter originem angariarum ab adscriptitiis dumtaxat sumendo, nec aliquam mentionem facientes de antiquis Romanorum angariis, de quibus *in dict. tit. Cod. de curs. public. & angariis, & perangar.* & in aliis juribus, & Doctoribus supra adductis Capyc. *decis. 168.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 2. super pragmat. 14. c. 89. n. 4.* Joann. Mar. Novar. *de gravamin. vassallor. tract. 1. prælud. 12. n. 7.* 14

In quibus autem angaria, & perangaria consistant, & ad quæ servitia vassalli angarii, & perangarii teneantur? benè explicant Capyc. *dict. decis. 168.* Cardin. 15

Tusch.

Tusch. *pract. conclus. litt. A. concl.* 330. doctè Guzarel. *decis.* 31. Marin. Frecc. *de subfeud. lib. 2. authorit.* 15. Joann. Mar. Novar. *de gravamin. vassallor. d. tract. 1. gravam.* 102. *cum seqq.* & ad plures præeminentias, & jura, quæ ratione juris angariarum, & perangariarum Baronibus competunt, Jacob. de Sanct. Georg. *in d. tit. de homag. nu.* 43. Petr. Gregor. *de concession. feud. p. 7. q. 6.* Intrigliol. *de feud. lib. 2. c.* 83. Capiblanc. *de Baronib. super dict. pragmat.* 14. *c. 89. nu. 21. cum seqq.* in quibus, quòd ea eo jura hospitii, & privativè molendina, fundos, vel taperos construendi Barones habeant, necnon quòd vassalli, imminente hostium suspitione, castrum custodiant.

16 Unum tamen nota, quod hujus subjectionis angariæ servitium humile, & sordidum est, ad differentiam aliorum munerum personalium, ut onus serviendi Regi in bello, quod honorificum reputatur, ut notant in specie Grammat. *cons. civil.* 12. *cum seq.* Gail. *lib. 2. observat.* 52. *n. 4. & 5.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 2. super pragmat.* 14. *c. 89. n. 10. & 15. & tom. 1. sup. pragm. 10. n.* 59. Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. c. 10. n.* 332.

17 Imò quodammodo servitutum species angariarum, & perangariarum onus reputari, tenent D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 18. & lib. 2. Politic. cap. 13. & 14. fol. 138. vers. Y aunque*, Ricc. *p. 5. collectan.* 2037. Dominic. Antun. de Port. *de donat. Regiis part. 3. cap. 2.* Cum ita

18 terris Baronalibus vassalli angarii, & perangarii inhæreant, ut ab eis recedere, non valeant, nec Clericari, poterant, ne debitis servitiis domini defraudentur, Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat.* 10. *ex n. 59. & 60.* Cardinal. Jo. Baptist. Luca *in theatr. veritat. tract. de feud. discurs.* 146. *num.* 14. & proximè referendi: & si fortè in alias terras migraverint, rectè per Barones, vel utiles dominos feudorum ad proprias revocari, poterunt, ut frequenter notant feudistæ; sed quamvis hoc indistinctè plures DD. resolvant, imò, & in quibuslibet vassallis à terris dominorum migrantibus id procedere, dicant, quos indistinctè per suos dominos ad proprias terras revocari, posse, asserunt, argum. *l. servus fugitivus, ff. de serv. fugitiv. glos. in l. 1. §. Per hanc*, ubi alii antiquiores, *ff. de rei vindicat.* Specular. *in tit. de offic. Iudic. 4. part.* Innocent. *in cap. tuam, de ordin. cognition.* Surd. *cons.* 210. *nu.* 14. latissimè cum aliis Menoch. *de recuperand. possess. remed. 10. nu.* 77. plenè, & de forma hujus vassallorum vindicationis Paris. de Puteo *in tractat. de syndicat. tit. de excessib. Baron. numer. 41. cum seqq.* & ita in Neapoli servari, testantur ea Constitut. illius Regni incipit, *quisquis*, & ibidem Isernia, & Matth. de Afflict. *in cap. 1. verb. Angaria, tit. quæ sint regal. & decis. 165. num.* 81. ubi in *vers. 14. tenetur*, hoc ampliat etiam si vassalli in terras demaniales migraverint, & ibidem Afflict. *in dict. constitut. quisquis, numer.* 9. quod hoc procedat ob clausulam, *cum vassallis*, in investituris feudorum adjectam, vel tanquam apponi solitam, subintelligendam, & quod tunc etiam si vassalli non essent angarii, vel perangarii, nec ad aliqua servitia personalia obligati, adhuc, ut pars feudi revocentur, quod & voluerunt Grammat. *cons. 2. in civilib.* Marin. Frecc. *de subfeud. lib. 2. authorit.* 15. & ea Luc. de Penn. & alius plenè Petr. Gregor. *de concession. feud. part. 7. quæst. 4. numer. 1. & 2.*

19 Sed, quidquid isti DD. vassallorum ad aliena territoria migrantium vindicationem, sive revocationem Baronibus indistinctè concedant; verius tamen censeo, non aliter hoc procedere, debere, quam si vassalli angarii, aut perangarii sint, vel obligati ad aliqua servitia personalia, quorum in fraudem, & præjudicium migratio verteretur, ut eleganter resolvit Petr. de Montefor. *super Constitut. Regn. Neapol. in d. constitut. quisquis*, per quam, & per cap. ipsius Regni incipit, *Desiderius hactenus*, & per alia jura illius Regni id expressè statui in illo Regno, asserit, si servitia sint personalia, secus si ratione rei indicta, quo casu res solum intra territorium stantes vassallos ab eo recedentes amittere, ait, & idem notant Luc. de Penn. *in leg. quisquis, Cod. de agricol. & censit.*

Lagunez de Fructib.

lib. 11. & ibidem Joann. Plat. quæ adhuc magis distinctè sunt intelligenda, ut nimirum vassalli dumtaxat, qui perangarii sunt, indistinctè à qualibet terra, etiam demaniali, sive Regia, quo se transtulerint, vindicari per suos Barones possint, secus verò si angarii, vel aliter servitut personalibus sint obnoxii, qui perangariarum oneri subjiciantur; nam isti solum à terris aliorum Baronum, dominorumve inferiorum revocari, poterunt, non verò à demanialibus, ut benè resolvunt ex Andrea *in c. unic. quæ sint regal. verb. Angaria, & in Constitut. ejusdem Regni*, incipit. *prosequentes*, & ex Capyc. *in investitur. feud. in verb. Angaria*, Ricc. *decis. Cur. Archiepis. Neapol.* 246. *num. 5. cum seqq. part. 4.* latè Camill. Borrell. *in tractat. de Magistrat. lib. 1. cap. 9.* Campagn. *in cap. Regni Neapol. item statuimus, quod si vassalli Ecclesiarum, nu. 2.* Donat. Anton. Marin. *variar. resolut. resolut.* 117. *ex nu. 16. & 26. & allegat. 71. numer. 7.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 10. num.* 60. Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat. 1. gravam. 75. ex n. 10. & 11.* qui ita pluries decisum testantur.

Nec huic resolutioni obstant contrariæ decisiones novissimè adductæ per Joann. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom. 1. verb. Vassalli Angarii*, quia, meo videri, procedunt respectu illius oneris, de quo ibi principaliter tractat Thor. ut universitas teneatur, dare Baroni eo quolibet anno unum ex civibus per ipsum Baronem eligendum, qui officium Camerarii, & Ærarii subeat, cujus prætextu, si vassalli ad alium locum à proprio discesserint verissimum est, non posse per Barones revocari, ut Camerariatus, vel Ærariatus officia subeant, nisi id Barones prætendant propter alia servitia, vel onera personalia, quæ vassallos angarios, vel perangarios constituunt, juxta proximè resoluta; officium enim Camerariatus, vel Ærariatus, & universitatis, sive oppidi id subeundi obligatio vassallos angarios non facit, nec è contra angariarum, aut perangariarum ratione hoc onus comprehenditur, quia imò non onus sordidum, sed munus dicitur, ut communiter, licet non ad nostram vassallorum revocationem, resolvunt, & in Sacr. Consil. Neapol. decisum, referunt Capyc. *dec. 118. & 168.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmatic.* 8. Donat. Anton. Marin. *allegat. 91. num.* 14. 20

Ex quibus colliges, quàm graviter vassalli angarii, & perangarii Baronibus, sive dominis feudorum subjiciantur, ita ut per feudistas quodammodo, ut servi habeantur, sed hoc intellige, non ut propriè angarii, & perangarii vassalli servi sint, quia imò liberos esse, & testamenti factionem tam activam quàm passivam, similiaque liberi, ac ingenuis convenientia habere, nemo dubitat, sed eo dumtaxat respectu, ut servi, licèt impropriè, reputentur, quia aliquibus oneribus, & servitiis, quæ magis servis quam liberis conveniunt, sunt obnoxii. 21

In quibus oneribus supra dictis, quòd videlicet vassallis angariis, aut perangariis à terris dominorum recedere, non liceat, nec Clericari, valeant, & quasi servi existimentur, conveniunt quidem cum antiquis Romanorum adscriptitiis, de quibus *in tit. de agricol. & censit. lib.* 11, qui 22
similiter, ut servi reputantur, & habere peculia, eaque dominis competere, dicuntur *in l. agricolarum 18. & in l. ne diutius, C. dict. tit. de agricol. & censit.* & vulgariter notant DD. obidque à terris, à quibus pro cultura inhærebant, sive erant adscripti, recedere, non poterant, *leg. cum satis inhumanum 23. in princip. & in §. Cum autem Anasthasiana, Cod. dict. tit. de agricol. & censit.* nec momento quidem temporis amoveri, aut pro debitis Fiscalibus conveniri, *leg. colonos 15. eod. tit.* nec, invito domino, ad ullum, quamvis humilioris militiæ locum, admittebantur, ne ejus prætextu agriculturam, vel terram, cui erant adscripti, in Reipublicæ, & dominorum detrimentum desererent, *l. colonos 19. d. tit.* ideò nec ullius dignitatis, occasione prædia deserere poterant, sed ad ipsa prædia, vel dominum redire, cogebantur, *leg. originarios 11. eod. tit.* & similiter nec Clericari, aut ad

 foli-

ſolitariam vitam migrare, ſive Monachari, domino invito, eis licebat tempore Imperatorum Leonis, & Antemii, ut habetur *in l. jubemus 37. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* uti nec ſervus, ignorante domino, *§. Servus 1. ejuſdem leg. l. ſervis 38. Authent. ſi ſervus, eod. tit. de Epiſc. & Cleric.* cui convenit Novell. *conſtitut. Leon. 9. de ſerv. qui ignorante domino Cleric. fact. eſt, & conſtitut.* 10. *de ſervo inſcio Domino Monachiſmum ſuſcipiente, & Canon. Sanctor. Apoſtolor.* 81. quod extat poſt *conſtitut. Imperat. C.* & conveniunt jura Canonica *in c. 1. cum ſequentib. 54. diſtinction. & in capit. 1. tot. tit. de ſerv. non ordinand.* licet hoc poſtea per Juſtinianum, quoad adſcriptitios fuerit immutatum, quibus etiam præter dominorum voluntatem in ipſis poſſeſſionibus, in quibus ſunt adſcripti, Clericos fieri, permittitur, dummodo impoſitum ſibi agriculturæ onus per aliquem, quem maluerint ſubrogatum, adimpleant, ut conſtat *in Authent. adſcriptitios, C. d. tit. de Epiſcop. & Cleric.* quæ extat in Novell. 123. *collat. 9. cap. 17. cui convenit, cap. ſi ſervus ſciente, in fin. 54. diſtinct.* & notant Gloſſ. *in d. Authent. adſcriptitios*, Joann. Plat. *in l. quemadmodum 7. nu. 7. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. & Anton. Perez *in C. ſuper eod. tit. n. 32.*

24 Item cum noſtris angariis, & perangariis conveniunt quoque adſcriptitii coloni, quia ſimiliter illi, prædictis oneribus, & nexibus non obſtantibus, propriè ſervi non erant, ut diximus de angariis, ſed dumtaxat, ut tales reputabantur, quoad obligationem inhærendi prædiis dominorum, & prædicta onera ſubeundi, quibus adſtringebantur, & quibus ipſorum naturalis libertas valde infringebatur, *leg. Titio centum, §. Titio centum 2. de condition. & demonſtr.* quæ ut nimirum adſcriptitii verè ſervi non eſſent, manifeſtè comprobatur ex eo, quod ſervi, dominis nolentibus, vel ignorantibus, Clericari, non poterant, ſecus vero adſcriptitii, qui etiam, dominis invitis, ad ſacros ordines promoveri, valebant, *dict. Authent. adſcriptitios, Authent. ſi ſervus*, & per jura proximè adducta: ergo quia adſcriptitii ſervi non erant, ut notabiliter arguit Gloſſ. *ſingularis in l. ne diutius 21. verb. Intelligatur, Cod. dict. tit. de agricol. & cenſit.* & ſimiliter ante *dict. Authent. ſi ſervus*, ſervi, etiam volentibus dominis, Clericari, non poterant, niſi ſpeciali manumiſſione interveniente, *d. l. jubemus, §. Si ſervus, C. de Epiſcop. & Clericis*, quod ſecus erat in adſcriptitiis, in quibus ad Sacros Ordines promovendis dominorum poſſeſſionum conſenſus ſufficiebat, juxta *dict. l. jubemus, in princip.* & ibidem optimè Gloſſ. *verb. Prohibemus*, quia nimirum ſervi non erant, nec conſequenter in eis aliqua manumiſſio, vel libertatis datio, ut in ſervis, exigebatur, ſed ſolum dominorum poſſeſſionum conſenſus ob præjudicium, ne alìàs, eis invitis, vel ignorantibus, prædicta jura, & obligationes circa ſuorum prædiorum agriculturam contra colonos adſcriptitios quæſita defraudarentur, quibus etiam adde quod Juſtinianus *in d. l. ne diutius 21. C. de agricol. & cenſit. in fin.* referens, dominos ſuos adſcriptitios à colonaria, ſive adſcriptitia conditione liberati, poſſe, non ait, dominos adſcriptitium manumittere, ſed eum à ſuo dominio cum terra expellere.

25 Quæ quidem intellige non ſolum de colonis, qui per triginta annorum curricula prædia coluerunt, qui omninò cum ſuis rebus liberi manent, licet terram colere eique inhærere cogantur, de quibus ad differentiam adſcriptitiorum, qui originarii ſunt, & quorum peculia dominis competunt, eſt Text. ſingular. *in dict. l. agricolarum 18. Cod. de agricol. & cenſit. lib.* 11. verum etiam prædicta intellige de colonis originariis, ſive adſcriptitiis, quorum peculia ad dominos ſpectant, de quibus principaliter loquuntur, & intelligi, debent *d. l. jubemus 37.* ibi: *Niſi dominorum poſſeſſionum unde oriundi ſunt, &c.* & Text. *in d. Authent. adſcriptitios.*

26 Ut igitur noſtrorum vaſſallorum angariarum, & perangariarum naturam, & in quibus regionibus hodiè ſint in uſu, plenè cognoſcamus, & ad principalem hujus capitis quæſtionem perveniamus, ultimò notandum exiſtimavi, hæc, videlicet, angariorum, & perangariorum onera, præcipuè ſub nominibus *angaria*, & *perangaria*, dumtaxat apud ſuediſtas, & maximè in Regnis Siciliæ, & Neapolis uſitari.

27 Apud nos verò hujuſmodi vaſſalli angarii, & perangarii non inveniuntur, & licèt aliquibus ex noſtris Ducibus, Comitibus, & aliis dominis vaſſallorum multa ex prædictis ſervitiis perſonalibus antiquis privilegiis, & conſuetudinibus immemorialibus præſtari, & per eos prætendi, ſoleant, *ut infra* dicam: non tamen ſub nomine angariarum, vel perangariarum, ut & noſtris Regibus è Regia Curia migrantibus angariarum, & perangariarum onera inter alia regalia debent *juxta infr. dicenda*; ut cum eis è Regia Curia pro recreatione, vel ex aliis voluntariis, aut neceſſariis cauſis iter facientibus inſerviunt, & quamvis hoc ſub angariarum, vel perangariarum nomine non ſervetur, non ideo deſinit, eorum naturæ, & exercitio aſſimilari.

28 Quibus pro iſtarum operarum, ſive ſervitiorum perſonalium cognitione, prænotatis, jam ad noſtram quæſtionem principalem accedamus, an videlicet, ut fructus juriſdictionis, vel feudi reputari debeant, & conſequenter Baronibus, vel aliis dominis inferioribus competant?

29 In qua quæſtione negativè reſolvendum eſt, nullo ſcilicèt modo hæc ſervitia perſonalia, ſive angaria, vel perangaria inter fructus, vel emolumenta ad feudi, aut oppidi conceſſi connumerari, deberi, ſed potius de regalibus eſſe, nullique alii, quam Regibus, vel aliis Principibus Supremis competere, niſi ſpecialiter per eos inferioribus concedantur, vel legitima præſcriptione, aut conſuetudine ſint quæſita, ut communiter reſolvunt *ex cap. unic. quæ ſint regal. in uſib. feudor.* Iſernia, & Afflict. & alii Feudiſtæ ibidem, Bald. *in leg. hi quibus, Cod. de fideicommiſſ. libertat. & in leg. cum multa, in fin. Cod. de bon. quæ liber.* optimè noſter Gregor. *in l. 6. tit. 25. gloſſ. magna in princip. part. 4.* Otalor. *de Nobilitat. part. 1. cap. 3. numer. 15. verb. Angaria, in fin.* Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol. ſub rubric. de Baronib. pragmat. 16. ex numer. 5.* Latat. *in theatr. feudal. tom. 2. part. 11. dilucidat. 72. & 74.* &, aliis pluribus congeſtis, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3. dict. cap. 10. ex n. 333.* Camill. Borrell. *de præſtant. Reg. Catholic. cap.* 18. Capiblanc. *de Baron. tom. 2. in dict. pragmat. 14. cap. 89. ex numer.* 3. Dominic. Taſſon. *in pragmat. de antefat. dict. verſ. 3. obſervat. 4. numer.* 149. Joann. Maria Novar. *de gravamin. vaſſallor. tractat. 1. gravamin. 3. ex num.* 1. benè, licet his non relatis, Marin. *variar. reſolution. c. 107. numer.* 18. & noviſſimè Cardinal. Joann. Baptiſt. Luc. *in tractat. de feud. lib. 2. diſcurſ. 51. n. 2. & 3. diſcurſ. 65. ex n. 7.*

30 Quam communem concluſionem, & noſtræ quæſtionis reſolutionem dupliciter omnes DD. limitant, videlicèt, ſtante in favorem dominorum inferiorum regali conceſſione, aut privilegio, vel legitima conſuetudine, aut præſcriptione, ut ferè omnes ex prædictis notant, nam hæc jura, & emolumenta non ſunt de regalibus majoribus omninò reſervatis, ſed de minoribus, quæ per inferiores conceſſione, vel præſcriptione acquiri, poſſunt, ut communiter notant Regaliſtæ, & in ſpecie Camill. Borrell. *d. cap. 18. ex numer.* 1. Cardinal. Joann. Baptiſt. Luc. *d. diſcurſ. 65. num.* 3.

31 Sed quamvis hæ limitationes veriſſimæ ſint, multa tamen contra eas, ipſarumque intelligentiam objiciunt DD.

32 Et primò quoad primam limitationem Regiæ conceſſionis valdè circa eam dubitant DD. & præcipuè Feudiſtæ, quando hæc ſervitia perſonalia, ſive angaria, vel perangaria per Principem in inferiores tranſlata cenſeantur, an ad id ſufficiat generalis conceſſio, videlicet, cum omnibus juribus, & præeminentiis regalibus, & quid ſtante ſpeciali clauſula in feudi inveſtitura, aut conceſſione *cum angariis, & perangariis*?

33 In qua quæſtione reſolvendum eſt, hæc perſonalia ſervitia,

vitia, aut jura angariorum, utpotè nimis odiosa, & à jure aliena, valdeque vassallorum libertatem infringentia in dominos vassallorum non aliter translata censeri, quàm si apertè, & specificè in Regiis privilegiis de serviriorum, & operarum personalium præstatione mentio fiat, ut resolvunt Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. d. c. 18. nu. 43.* Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat. 1. gravamin. 2. n. 5.*

34 An autem servitia ista comprehendantur virtute clausulæ specialis, quæ in feudorum investituris, sive concessionibus castrorum, aut Regiis venditionibus adjici, solet cum angariis videlicet, & perangariis, dubitant DD. & quòd veniant; ne aliàs hæc verba inutilia, & superflua reddantur, si aliquid non operentur contra regulam vulgarem, quam desumunt DD. ex Text. *in leg. quidquid adstringendæ, ff. de verb. obligat. cap. cum in his*, cum vulgat. *de privileg.* in specie resolvit Paris de Put. *de syndicat. tit. de excessib. Baron. cap. 1. numer. 6. in fin. & num. 7.*

35 Sed contrarium, est verius, imò hanc clausulam *cum angariis, & perangariis* nihil operari, debere, quia est clausula generalis, & plerumque in omnibus investituris feudalibus, de stylo potius, & consuetudine notariorum, quam ex specifica Principis voluntate in executivis adjecta censentur, ex quo maximè in re tàm odiosa attendi, non debet, ad notata per DD. in similibus clausulis consuetis, ut nihil operentur si novum effectum, & obligationem contractui extra ejus naturam tribuant, ut in nostro casu, secus si ipsius executionem, & majorem claritatem dumtaxat respiciant, ut plenè docent, & de intellectu, *l. quod si nolit, §. Qui assidua, ff. de ædilit. edict.* Gregor. Lopez *in l. 32. tit. 5. part. 5. glos. 4.* Perez *in proœm. tit. 5. lib. 8. Ordinament. pagin. mihi 36. col. 2.* Felician. *de censib. lib. 1. c. 10. nu. 17. & lib. 3. cap. 1. nu. 4. vers. Inter has*, Salazar *de usu, & consuetud. cap. 3. num. 4.* Matienz. *in l. 8. tit. 11. lib. 5. Recopilation. glos. 14. n. 11.* plenè Mieres *de majoritatib. part. 1. quæst. 67. ex num. 39.* Hermosill. *in dict. l. 32. gloss. 8. num. 7.* Messa *variar. resolut. lib. 2. cap. 32. num. 10. & cap. 33. à num. 1.* Castill. *tom. 4. cap. 13. à num. 4. & 38. & cap. 80. num. 3.* Siguenz. *de clausul. lib. 1. cap. 1. num. 62.* benè Vela *differtat. 20. à numer. 21. & 35.* Merlin. *lib. 1. controvers. cap. 35.* Faria in addition. ad D. Covarruv. *lib. 1. variar. cap. 15. num. 3.* & novissimè Magret. *in constitut. pragmat. Ducis Sermonet, §. 2. observat. 24. num. 3.* & Addentes ad Molin. *lib. 1. cap. 13. numer. 100.* in quibus latissimè ad clausulam guarentigiam, hypothecariam, codicillarem constitutam, & alias de stylo tabellionum adjici, solitas, & quando omissæ suppleantur, & pro scriptis haberi, debeant, *ad l. quod si nolit, §. Qui assidua, ff. de ædilit. edict.* & quid si scriptura per tabellionem partibus fit lecta? Merlin. *centur. 2. controvers. 78. n. 8.*

36 Et in nostro casu prædictam clausulam cum *angariis, & perangariis*, nihil operari, benè notant Afflict. *in c. 1. quæ sint regal. & in constitut. Regn. Neapol.* incipit, *quia frequenter*, Capyc. *dec. 159.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragm. 16. dict. numer. 8. cum seqq.* qui id singulariter ampliat, etiam si terra in qua Principis angarias habeat, cum dicta clausula fuerit concessa, nam adhuc angarias sub hac generali clausula venire, negat, cum inter regalia connumerentur, quæ specificam requirunt concessionem, vel aliter non minus eleganter hanc clausulam cum *angariis, & perangariis*, juxta frequentiorem Feudistarum opinionem intellige, ut nihil novi tribuat, sed ea dumtaxat angaria, & perangaria comprehendat, quæ prædecessoribus feudorum dominis justo titulo, vel legitima præscriptione erant antea quæsita, ita ut si nulla angaria antecessoribus fuerint debita, virtute clausulæ introduci, non poterunt, ut communiter pro hujus clausulæ intelligentia resolvunt Ursilis *dec. 334.* Grammatic. *decis. 62.* Matth. *cons. 1. nu. 27.* Camill. Borrel. *d. c. 18. num. 42.* Capiblanc. *in loc. citat.* Joann. Maria Novar. *dict. gravam. 2. numer. 2. cum seqq.* quæ indubitanter in Regno Neapolitano procedunt ob specialem illius Regni invictissimi Caroli V. *pragmaticam 16. sub tit. de Baronib.* incipit, *Ad aures nostras*, qua hæc intelligentia circa clausulam, *cum angariis, & perangariis*, clarè exprimitur, ac deciditur, nulla alia angaria hujus concessionis virtute novo feudi donatario, sive acquisitori, transferri, quam, quæ prius legitimo titulo, vel præscriptione prædecessoribus jam quæsita erant, & notant Capiblanc. Novar. & DD. Neapolitani jam citati.

37 Quoad secundam verò limitationem, ut nimirum hæc servitia personalia, sive angaria, vel perangaria consuetudine, aut præscriptione per inferiores acquiri, possint, major est inter DD. dubitatio, nam plures ita partem negativam tenent, ut nec longissimam consuetudinem, aut præscriptionem, etiam si immemorialis sit, in his vassallorum servitiis locum habere, asserant, alii vero contrarium sentiant.

38 In cujus difficilis quæstionis resolutione breviter me expediam, quia plenè eam tractavi, ac resolvi in similium onerum vassallorum præscriptione *supra cap. 14. per tot. & in §. 1. ejusd. cap.* ubi de hac præscriptione latè egi, & cum quibus qualitatibus sit admittenda? quare in præsenti dumtaxat aliqua nostrorum servitiorum personalium specialia, & DD. quæ specificè in hac quæstione loquuntur, referam.

39 Primò ergo, quoad præscriptionem longi, vel etiam longissimi temporis, indubitanter per eam hæc personalia servitia acquiri, non posse, resolvendum est, ut in aliarum vassallorum præstationum, quæ non tam odiosa, ac nostra servitia reputantur, latius resolvi supra *in d. §. 1. ex num. 10.* & fundari potest ex DD. congestis in eodem §. *ex num. 11.* & in nostra specie eleganter Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 25. part. 4. gloss. magna, in med. & in vers. Hoc est sine dubio*, benè Camill. Borrell. *de præst. vit. Reg. Catholic. dict. cap. 18. numer. 36.* quia ad metus, & vis, quæ ita est vehemens in his servitiorum præstationibus, præsumptionis exclusionem longi, aut longissimi temporis possessio non sufficit, juxta Text. *in cap. 1. de præsumption.* & ibi communiter Canonistæ, & optimè in specie resolvunt D. Covarr. *in regul. possessor. 2. part. §. 4. numer. 5. vers. Qua quidem resolutio quoad dominos*, D. Padilla *in leg. si aquam, Cod. de servitut. numer. 37. & seq.* Gaspar. Rodriguez *de ann. reddit. lib. 1. quæst. 15. numer. 64.* qui in *numer. 63.* doctè reprobat contrariam sententiam Alexandr. *in Celebri consil. 124. lib. 4. numer. 1. & 2.* & Menoch. Mascard. Balb. & doctissimum Menchac. eum sequentes, & plenè, multisque congestis, comprobat Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat. 1. d. gravam. 3. ex n. 1. & 9.*

40 Secundò quoad consuetudinem, vel præscriptionem immemorialem in his vassallorum servitiis admittendam, vel non, valde quoque dubitant DD. propter metum, & violentias, quæ frequenter in hujusmodi vassallorum servitiis intervenire, solent, ut plenius fundavimus supra *in dict. cap. 14. §. unic. ex num. 63. & cap. 15. §. 4. n. 102.* ubi latè de donativorum, & similium munerum vassallorum præscriptione etiam immemoriali excludenda ob prædictam metus, & vis præsumptionem, quare majori cum ratione excludi, debere, videtur in servitiis personalibus vassallorum, quæ magis odiosa censentur, & eorum libertatem valde infringunt, & species servitutis fiot juxta supra tradita.

41 Et in specie, quòd nulla temporis præscriptio, sive consuetudo in vassallorum operarum personalium angariarum, vel perangariarum, acquisitione Baronibus, vel aliis dominis inferioribus prosit, tenent D. Padill. *in l. si aquam, C. de servitut. & aqua, n. 38.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. d. c. 18. n. 36.* noviter Dominic. Tass. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 4. n. 192.* ubi, quod semper tyranicè extorta præsumantur, nulla habita temporis, vel præscriptionis ratione.

42 Imò nec manutentionem in judicio summarissimo Baronibus pro istorum servitiorum exactionibus competere

sed potius vassallos, lite pendente, ab eis immunes servandos esse, tradunt Grammatic. *dec.67.n.4.* Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol. in rubric. de Baronib. pragm.19. nu.6.* nec interdictum retinendæ eis dandum, Guid. Pap. *conf.67. sub num.3.* quia violenti actus quasi possessionem non inducunt, Soccin. *conf.187.n.21. volumin.2.* Bertazol. *conf. civil.1.n.88.* Cæphal. *conf.441.n.36. volum.3.* de cujus veriore resolutione proximè dicam.

43 Sed, his rationibus, & authoritatibus non obstantibus, contrariam sententiam veriorem, & communiorem existimo, quia nimirum immemoriali consuetudine, sive præscriptione stante, tollitur omnis vis, metusque præsumptio in qua contraria sententia nititur, & insuper immemorialis vim legis habet, necnon, & privilegii, & specialis conventionis inter vassallos, & dominum cum Regio assensu, vel aliter legitimè initæ, ut plenius fundavi supra *d. cap.15.§.4. à nu.70. & post nu.102.* ubi similiter vassallorum munera atque alias pecuniarias impositiones jure communi, & nostro Regio immemoriali acquiri, resolvi.

44 Quibus adde, quòd, ultra prædictam metus, aut vis per immemorialem exclusionem, poterat ejusdem metus, vel extorsionis præsumptio aliter seriam excludi, quia, videlicet, hanc præsumptionem solum procedere dicendum videbatur in dominis non recognoscentibus superiorem; non vero in aliis inferioribus, à quibus pro repellendis ipsorum violentiis ad superiorem vassalli recurrere, possunt, ut in specie voluerunt Luc. de Penn. *in leg. litibus, Cod. de agricol. & censit, lib.11. num.5.* Jason. Roland. & alii, quos refert, & sequitur Burgos de Paz *conf.15. numer.35.* quod tamen verum non reputo in illis locis, in quibus difficilis est aditus, sive vassallorum recursus ad Principem, ejusve Regias Audientias, aut Tribunalia, quo casu non cessabit prædicta coactionis præsumptio, ut contra prædictos benè notat Gaspar. Rodriguez *lib.1. de ann. redditib. quæst.15. num.69.* imò multoties ob talem recursum augeri, continget; cum, recursu per vassallos intentato, nec forsan ob paupertatem, vel difficilem aditum obtento, terribiliores, & crudeliores domini contra eos reddantur, majoremque sibi assumant licentiam circa majores oppresiones, & onera miseris vassallis inferenda: si vero ad superiorem aditus, vel recursus facilis sit, cessabit certè prædicta extorsionis præsumptio, & cum hac distinctione resolvunt Authores præfati, scilicet Gasp. Rodriguez *lib.1. de redditib. dict. quæst. 15. num. 69. ad med.* Jason. Roland. & alii relati, & sequuti per Burgos de Paz *in dict. consil.15. num.35.* & novissimè ex Rotæ decisionibus Cardinal. Joan. Bapt. Luc. *in d. tractat. de feud. d. discurs.65. num.15. & 16.*

45 Nec obstat, quòd hæc personalia servitia magis odiosa sint, & præ cæteris præstationibus nimis vassallorum libertatem restringant, ita ut species servitutis per Doctores vocentur, ex quo semper extorta, & violenta censentur, quia cum Regis speciali concessione, vel legitima vassallorum conventione acquiri, potuerint, cur immemoriali stante, legitimè quæsita non dicentur, cum per eam non solum Principis privilegium cum causa, & ex certa scientia, & vassallorum legitima conventio cum vis, vel metus alias præsumpti exclusione præsumantur, sed etiam omnia alia ad juris prætensi necessaria, ita ut ex immemoriali melior titulus de mundo resultet, ut plenius ad omne dixi *in dict. §.4. ex numer.70.*

46 Et in specie nostratum operarum personalium sive angariarum, vel perangariarum, pro immemoriali resolvunt noster Gregor. *in leg.6. tit.25. part.4. gloss. magna,* qui id resolvit *in vers. Si autem, ex gloss. in cap. nullius, & fin.1. quæst.1.* & ex Alexandr. *conf.35. volum.1.* Afflict. *in tit. quæ sunt regal. verb. Angaria, & in constitut. Regn. Neapol.* incipit, quia frequenter idemque tenent Cardinal. Tusch. *litt. A. concl.330. nu.4.* Avendañ. *de exequend. mandat. 2. part. cap.4. num. 9. & 10.* Flores Diez de Mena *lib.4. variar. quæst. cap.33. numer.21.* Garc. *de expens. cap.9. num.23.* Cravett. *de antiquitat. tempor. part.4. n.26.* Larata *in theatr. feudal. tom.2. part. 13. dilucidat.72. & 74.* Rovit. *super pragmat.16. de Baronib. num.2.3. & 4.* Donat. Anton. Marin. *lib.1. variar. resolut. cap.107. numer. 10. & allegat.91. num. fin.* benè Joan. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tractat. 1. dict. gravam. 3. numer.10. cum seqq.* & novissimè Cardinal. Joan. Bapt. Luc. *in theatr. justit. in tractat. de feud. discurs.51. numer.3. & discurs.65. num.7.*

47 Et ita intelligendi sunt aliqui DD. qui, stante antiquissima præscriptione, vel consuetudine, acquisitionem angariarum vel perangariarum admittunt, ut sunt Jacob. de S. Georg. *in tractat. de feud. tit. de homagiis, n.30.* Ursil. *decis.334.* Mastr. *de Magistrat. lib.3. cap.10. n.335.* Capiblanc. *de Baronib. tom.1. super pragm.16. n.7.* & loquentes indistinctè in consuetudine, sive præscriptione legitima, de immemoriali juxta nostram resolutionem intelligendi sunt Albert. Brun. *in consil. feudal. conf.104. column.2.* Capiblanc. *de Baronib. tom.1. super pragmat.10. numer.64.* † 48 De qua etiam legitima præscriptione circa angarias, & perangarias mentio fit *in pragmat. 16. Regn. Neapol. sub tit. de Baronib.* quæ de immemoriali juxta Neapolitanos relatos intelligenda est, vel juxta ipsos, saltim de centenaria: quod tradit Afflict. *in loc. citat.* quem sequitur Marin. *ubi proximè,* quorum sententiæ, licet eos non referat, accedere, videtur Jo: Maria Novar. *dict. gravam.3. num.33.* quod intellige, si centenaria cum requisitis immemorialis sit probata, veluti, quod sit publica fama, & alia requisita immemorialis, quoad testes, & probationem in centenaria concurrant, quibus concurrentibus, & non aliter, centenariam immemoriali æquipollere, verissimum est, ut optimè explicat D. Molina *lib.2. de Hispanor. primog. cap.6. ex num.43. 61. & 63.* & ita intelligendum, quod vulgariter per DD. jactatur, centenaria scilicèt probata, immemorialem quoque probatam intelligi, debere, quia ultra centum annos memoria hominum non extenditur, quia hoc verum est, quoad requisitum in immemoriali, ut hominum memoria non extet, non verò quoad alia in probatione istius requisiti, pro forma, necessaria: ad alia autem hujus immemorialis requisita circa publicam famam, testium qualitatem, & alia probanda, & an cum scripturis probari, possit, plenè, dixi supra *c.15. §.4. ex nu.70.* ubi de similibus vassallorum impositionibus immemoriali probandis latè egi.

49 Quæ quidem omnia jure nostro Regio indubitanter procedunt per singularem nostram, *l.8. tit.15. lib.4. Recopilat.* ubi expressè statuitur, immemorialem in vassallorum impositionibus quærendis cum juris requisitis probatam, & non aliter, in petitorio sufficere, quod, & antea erat statutum, licet non tam generaliter, *in leg.2. tit.3. lib.6. Recopilat.* quæ in jure hospitandi, & aliis juribus vassallorum apud nos *Solariegos* loquitur.

50 Quoad possessorium verò, quadragenariam possessionem ex parte dominorum requiri, statuunt quoque per *dict. leg.8.* de qua mentionem faciunt noster Gregor. *in d. leg.6. tit.25. part.4. gloss.6. in med.* Gaspar. Rodriguez *de ann. reddit. lib.1. dict. quæst.15. num.67.* & ad alia vide D. Covarruv. Gutierrez, Burgos de Paz, Flores de Mena, & alios Regnicolas congestos *in dict. cap.15. §.4. num.52. & num.60.*

51 Cum qua nostra *lege Regia* 8. licèt quoad petitorium conveniat magis communis, & verior Doctorum opinio, ut ex dictis constat, quoad possessorium verò ab ea dissentiunt DD. jure communi attento loquentes, imò nec inter ipsos conveniunt.

52 Nam primò in his servitiis personalibus, sive angariis, & perangariis, ut ex juris resistentia, vel quia jure facultativo præstita præsumantur, aut per vim, & conclusionem à vassallis extorta, manutentionem denegant Cravett. *de antiquitat. tempor. part.4. n.26.* Rovit. *super pragmat. Regn. Neapol. in dict. pragmat.16. sub rubr.*

de

de Baronib. num.6. Latat. *in theatr. feudal. tom.2. part.* 11. *dilucid.72. & 74.* latè comprobat Fulv. Lanat. *in addit. ad repetit.* Lanat. *patrui in §. Si quis per triginta, si de feud. contendat.* pro quorum sententia facit doctrina Bald. *in l. cum aliquis, in fin. Cod. de jur. deliberand.* ubi etiam Castrens. in quibus, quod, lite pendente inter dominum, & vassallum, aut servum super statu, aut libertate, servus obedire non teneatur, & facit Surd. *dec.6. num.8. & 9.* qui similiter, lite pendente inter dominum, & vassallum super privatione directi dominii, id per dominum exerceri, non posse, ait.

53 Contrariam verò sententiam, imò, quòd non obstante motus, aut vis præsumptione circa istorum servitiorum præstationem, Baronibus in judicio summarissimo manutentio sit concedenda, tenent Anna *singular.* 556. ubi ita in Sact. Consilio Neapolit. decisum refert, & eandem sententiam tuetur, post alios antiquiores, Giurb. *ad consuetud. Messanens. cap.2. gloss.2. part.1. numer.* 10. ubi ideò hanc sententiam procedere, debere, ait, quia supradicta metus, aut vis, vel juris familiaritatis præsumptio non est juris, & de jure, & huic sententiæ novissimè accedit Cardinal. Joann. Baptist. Luc. *in theatr. veritat. & justit. in tract. de feud. discurs.65. ex n.13.*

54 Nec, retenta hac secunda sententia, quidquam facit juris resistentia, quam in hujusmodi servitiorum præstatione versari, dicunt DD. contrariæ opinionis, nam hæc servitia, sive angariæ, & perangariæ non sunt de regalibus illis majoribus, quæ supremo tantum Principi conveniunt, quin ab eo avelli, non possint, sed sunt de minoribus, quæ privilegio, aut præscriptione per Barones, aliosve dominos inferiores acquiri, possunt, *ut superius dixi*; quare non datur illa omnimoda juris resistentia, quæ in regalibus majoribus militat, & consequenter eorum possessio, præsertim temporis considerabilis est manutenenda, etiam, aliquo modo jure resistente, ut cum aliis notant Cavallet. *dec.30. num.8. & decis.85. num.7. part.5. & dec.49. num.9. part.7. recentior.* Addent. ad Burat. *dec.* 131. *num.9.* optimè ad rem Cardinal. Joann. Baptist. Luca *dict. discurs.65. n.13. & 14.*

55 Vel adhuc pro veriori resolutione, & concordia prædictarum opinionum distingui, poterit inter servitia solita, & consueta & inter ea, quæ nimis insolita sunt, ut in illis redintegrari, & manuteneri debeat dominus interim dum de proprietatis jure disceptatur: secus verò in istis, quæ magis odiosa, & cum majori juris resistentia possidentur, & ita optimè distinguunt Andr. de Isern. *in proœm. feud. q.6. vers. Si minori tempore*, Mastrill. *de Magistrat. lib.4. c.18. nu.*114. Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat.1. gravamin.3. n.9.* quam distinctionem intellige solum, cum de simplici possessione constat ad manutentionem: contra, immemoriali probata ad proprietatem, nam tunc quælibet servitia etiam insolita indistinctè acquiruntur juxta notata supra *in hoc capit. & in c. præcedent.* ubi hanc distinctionem, stante immemoriali, plenius confutavi.

56 Item hæc omnia ad manutentionem notata intellige jure communi, nam attento jure nostro Regio, non aliter manutentio in his servitiis, & aliis vassallorum impositionibus est concedenda, quam quadragenaria possessione circa eorum præstationem præcedente, qua possessione quadragenaria apud nos stante, indistinctè pro omnibus servitiis manutentio nostris dominis inferioribus concedi, debet, juxta *dict. nostr. l.8. tit.15. lib.5. Recopilat.* quæ indistinctè loquitur.

57 An autem hoc emolumentum sive fructus angariarum, vel perangariarum, sive servitia personalia vassallorum conventione dominis inferioribus acquiri, possit? solent DD. & maximè feudistæ, dubitare.

58 In quo dubio, non aliter, quàm de licentia Regis has inter Barones, & vassallos circa servitia personalia conventione substineri debere, docent, & resolvunt (quia solus Princeps est dominus personarum) in specie feudistæ, & præcipuè Neapolitani ex speciali illius Regni constituit incipit, *quia frequenter*, latè Matth. de Afflict. *in ea*, & ibidem Andr. de Isern. *& in constitut. si dubitatio, nu.3.* Gallup. *in method. feudal. p.5. c.1. de jurib. personalib. tom.2. num.6.* Capiblanc. *de Baronib. tom.1. super pragmatic.16. num.15.* Donat. Anton. Marin. *lib.1. variar. resolut. cap.107. num.18.* Joann. Mar. Novar. *de gravamin. vassallor. tractat.1. gravam.75. nu.13.* & plenius in aliarum impositionum vassallorum pactis, & conventionibus resolvi *supr. cap.15. §.3. per tot.*

59 Ex quibus omnibus concludendum est, non aliter hæc servitia personalia, sive angarias, vel perangarias per vassallos Baronibus, aliisve dominis inferioribus præstari, debere, quam si specialiter per Principem sint concessa, vel immemoriali consuetudine præscripta, aut legitima conventione debita.

60 Sed quamvis prædicta verissima sint quoad servitia personalia, quæ sub angariarum, & perangariarum nomine per vassallos debentur; sunt tamen alia servitia personalia, & onera, quibus vassalli feudales licet angarii, & perangarii non sint, ratione tamen feudi, ubi habitant, subjiciuntur, etiam semota Regia concessione, aut consuetudine, vel vassallorum conventione, ut sunt servitia, quæ ipsi feudo insunt, ex ejusque natura veniunt, & sine eis feudum commodè stare, non posset, vel inutile redderetur, nam hæc semper à Principe indicta, & concessa præsumuntur, argument. *l. fructus, §. Hominis, ff. de oper. libertor.* & in consequentiam, concesso principali, data censentur, *l.2. ff. de jurisdict. omn. judic.* docent Capyc. *dec.*118. Andr. Gail. *in tract. observat. in artic. ultim. de arrest. cap.10. nu.2.* optimè explicant Marin. Frecc. *de subfeud. authorit.* 37. Capiblanc. *de Baron. tom.1. super pragmat.16. num.15. cum sequentib.* idemque sentit Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tractat.1. gravam.100. nu.1.* quin per hoc vassalli angarii, vel perangarii dicantur; quæ semper intellige in vassallis, feudalibus, non verò in nostris Burgensaticis, qui dumtaxat ratione jurisdictionis subjecti sunt, nam isti nullis aliis personalibus servitiis, nec aliis oneribus sunt obnoxii, quam illis, circa quæ præscriptio, sive consuetudo immemorialis extat, vel legitima vassallorum conventio, aut Principis concessio antiquissima, ut dicam *infr.*

61 Sed ut nulla super sit dubitatio circa hæc servitia personalia, ad quæ vassallos ratione, & ex natura feudi teneri, diximus, ut quæ emolumenta, sive fructus feudalis horum servitiorum ratione dici, valeant, Baronibusque competant, plenè cognitum maneat, ea specificè breviter referam.

62 Primò igitur vassalli feudales, etiam si angarii, vel perangarii non sint, ad colendas terras feudi, vineas fodiendas, & putandas, & ad alia rusticalia tenentur, nam aliàs non perciperentur fructus ex feudo, durumque, ac ridiculum fuisset, Baronem habere vassallos, & quærere homines pro servitio, & cultura feudi, Capyc. *dict. decis.*118. ex quo directus dominus nimis læderetur, argument. Text. *in l. is cui, §. Qui legatum* 10. *ff. ut in possess. legator.* valdeque indecens esset, quòd subditi aliis suas operas locarent, & eorum dominis solitum salarium solventibus eas denegare, possent, ideò Barones posse, cogere vassallos, ut potius territoria sui feudi colant, quam aliena afficient, vel ad coloniam recipiant, notant Luc. de Penn. *in l. generali, C. de cursor. lib.11. & in leg. quisquis, C. de metallar. lib.12.* Paris *de reintegr. feudor. fol. mihi* 107. † ut è contra Barones potius vassallis, quam 63 extraneis feudi territoria in coloniam, vel conductionem concedere, debent, Tincent. de Franch. *dec.*301. Capiblanc. *in d. pragmat.16. n.23. & 27.*

64 Juxta quæ intelligi, debent Archiepisc. Florentin. *in 3. part. tit.3. c.4. §.4.* Aviles *in capit. Prætor.17. Gloss. A razonables precios, num.35.* & aliorum DD. dicta, qui frequenter asserunt, subditos, vel vassallos dominorum vineas putare, vel terras colere, & ligna, vel vectigalia ad Baronum domos ducere, justo pretio, vel salario sui laboris præstito, debere, nam hoc dumtaxat procedere, debet

in vassallis feudalibus, & in servitiis ipsa feuda concernentibus.

65 Item Barones vassallorum animalia, & plaustra intra feudum pro servitiis feudalibus, soluto salario præstito, capere possunt Matth. de Afflict. *in constitut. omnes officiales, & in constitut. sic nostra servitia*, ubi Andr. de Isernia, Archiep. Florentin. & Aviles ubi proximè, Vincent. de Franch. *decis.* 211. Dom. Tasson. *in pragm. de antefat. vers. 3. observat. 4. num. 96. & numer.* 227. &, licèt idem Tasson. *in nu.* 207. & Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap.* 10. *num.* 300. contrarium indistinctè dixerint ex Paris de Puteo *de syndicat. in tit. de excessib. Baron. num. 1. & seqq.* & ex Aviles *dict. gloss. A razonables precios*, *nu.* 35. præterquam quod contrarium expresè dixit Aviles ex Florentin. ubi supra, sententia hæc Paris de Puteo, Tasson. &
66 aliorum meo videri, † intelligi debet, cum Barones vassallorum plaustra vel animalia accipiunt, non pro necessariis feudorum servitiis, nec intra ipsius feudi territorium, sed pro aliis privatis negociationibus, ut deducitur ex Puteo *in eodem loco*, *nu.* 4. vel si pro eorum voluptatibus, cum ad aucupandum, vel venandum tendunt, ea capere, velint, quo casu id facere, nequeunt, quia hæc servitia subsidiaria tantum sunt, & in necessitatibus solum, non in voluptatibus sunt injungenda, ut optimè in specie resolvunt Andr. Gail. *par. 1. observat.* 17. Rendell. *in tract. de pasc. Baron. pag. mihi 99. vers. Est*, *& inter hæc*, & ita decisum referunt in Sacr. Consil. Neapolit. Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. dict. pragmat. 16. num.* 59. Joan. Maria Novar. *de gravam. vassall. tract. 1. gravam. 94. ex n.* 6. Joann. Bapt. Thor. *in compend. dec. tom. 1. verb. Animalia vassallorum*, vel etiam intelligi, debet supra dicta Paris de Puteo, & Mastrill. sententia, si non intra feudum, sed potius extra, his servitiis, & vassallorum animalibus Barones uti velint, quod quidem eis non licet, cum hoc Principi, sit reservatum, qui solus, ejusque Magistratus Supremi vassallorum plaustris, & animalibus, necnon, & navigiis ad bellum, & ad alia, extra eorum oppida, uti, possunt, ut in specie, contra Barones, & alios feudorum dominos resolvunt Andr. de Isern. *vers. Plaustrorum, tit. quæ sint regal. & in §. Sed nec alia justior, column. 4. quæ sit caus. benef. amittend.* Capyc. *in investitur. vers. Jumentorum*, Afflict. *in constitut. Regn. quia frequenter*, *column. 4. & in constitut. adscriptitios*, *notab.* 1. Niger. *in cap. Regn. gravamina*, *nu.* 30. Henriq. Rossenthal. *de feud. c. 5. concl. 7. num.* 5. Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 13. nu.* 68. Berlicch. *decis. 67. num.* 11. Fragoss. *de regimin. Reipub. part. 1. lib. 1. disputat. 5. num.* 9. Capiblanc. *de Baronib. in d. prag-*
67 *mat. 16. num. 29. & 30.* † *& in nu.* 68. quòd vassallos unius terræ in aliam pro messibus, ac glandibus legendis, & cæteris servitiis fuedi Barones mittere, abstineant; quod intelligunt, & declarant, nisi parum extra feudum divertantur, Andr. de Isern. *in dict. §. Sed nec alia justior, colum. 3. in fin.* quæ sit just. caus. benefic. amitt. Ann. *singul.* 560. quos sequuntur Amendol. in addit. ad Franch. *dec. 526. n.* 12. Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat. 1. gravam. 100. n. 1. in fin.*

68 Et pro Principe, ut vassallorum curribus, plaustris, animalibus, necnon, & navibus, & aliis subditorum servitiis intra, vel extra Regnum uti, valeant pro expeditione ad bellum, ad annonas, lignamina, & aliàs res bellicas portandas, proque galeis faciendis, & similibus parandis, latè tractat, ultra relatos, ad Text. *in leg. 2. & 3. C. de curs. public. lib.* 12. Joan. Plat. *in l. cursum*, *n. 2. Cod. eod. tit.* Roland. *cons. 69. num. 15. cum seqq. volum. 2.* Natt. *cons. 554. num. 1. cum seqq.* Decian. *respons. 69. nu. 4.*
69 *volum. 3.* Surd. *cons. 83. num. 9. & 12.* † Qui id declarant, dummodo per Principem justum pretium vassallis pro his servitiis soluatur, quia sufficit Regi, eis invitis, ipsorum animalia, vel naves recipere, ut optimè notant, & resolvunt Andr. de Isern. & Afflict. *ubi proximè*, Luc. de Penn. *in l. fin. Cod. ne rustic. ad ull. obseq. & in l. fin. in verb. donaverit*, *Cod. de locat. prædior. civil. lib.* 11. Bultejus *de feud. verb. Alius etiam*, *fol. mihi* 91. Peregr. *de jur. Fisc. tit. 1. numer.* 27. Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 10. ex num.* 293. Sixtin. *de regalib. lib. 2 cap. 13. num.* 7. Bobadill. *in Polit. lib. 2. dict. cap. 16. num.* 183. Pont. *de potestat. Proreg. tit. de regalib. imposit. §. 2. num.* 50. † Qui hoc pri- 70
vilegium Principi dumtaxat competere, ait; quin ad alios Magistratus, vel Regios officiales extendi, valeat: Sed contrarium est verius: imò Regios quoque Ministros hanc regaliam capiendi plaustra, animalia, vel naves, soluta justa mercede, exercere, posse, prout necessitas expostulaverit, notant Paris de Puteo *de syndicat. in verb. Captus*, *cap. 7. incipit*; *an officialis*, *num.* 6. Mastrill. *dict. cap. 10. num.* 295. Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super dict. pragm. 16. num.* 30. qui in Præfectis Prætorio loquitur.

Sed indistinctè tene, quoslibet Magistratus inferio- 71
res in suis territoriis id facere, posse, prout quotidiè apud nos practicatur in nostræ Hispaniæ oppidis in militum transitu, & in belli expeditionibus, in quibus arma, victualia, & similia necessaria non solum per Capitaneos, sed etiam per Judices inferiores portari, jubentur, ca-
piendo ad id subditorum animalia; † Imò, stante quali- 72
bet publica utilitate, vel pro exercendo negotio publico, id facere, possunt, ut pro justitia exequenda, argument. *l. fin. §. fin. ff. de pignorat. action. l. quemadmodum*, *§. Magistratus, ff. ad l. Aquil.* & pro reo verberando, sive ad furcam ducendo, quòd cujuslibet privati animalia per officiales justitiæ capiantur, soluta justa mercede, resolvunt ex Bartol. *in leg. jubemus*, *Cod. de Sacrosanct. Eccles. & in d. l. fin. §. fin.* ubi etiam Bald. & Alberic. *ff. de pignor. action.* Gabriel. *lib. 3. commun. opinion. tit. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 2. numer.* 8. Marant. *de ordin. judic. part. 6. vers. Tertius*, *& ultimus actus*, *num.* 26. Paris de Put. *in tractat. de syndicat. verb. Captura*, *cap. 7. num.* 1. noster Gomez 3. *variar. resolut. cap. 14. numer.* 7. Bobadill. *in Polit. lib. 3. cap. 15. num.* 45. Hermosill. *in leg. 3. tit. 5. part. 5. glos. 1. num.* 89. Bolaños *in Cur. Philip. 3. part. §. Sentenria*, *nu.* 15. † qui benè advertit, hoc esse intelligendum, 73
præterquam in equis de ventre, apud nos *Yeguas de vientre, ò de casta*, quæ ad id tolli, non posunt, nec pro alio servitio regali, juxta nostram *l. 3. tit. 17. lib. 6. Recopilat.* & ad rem notant P. Thomas Sanchez *in consil. moral. lib. 3. cap. unic. dub. 7. num.* 3. Ayllon. in addit. ad Gomez *ubi proximè*, *n.* 8.

Sed hæc omnia circa plaustra, vel animalia vassallo- 74
rum pro bellorum expeditione, aut similibus per Principem, vel suos Magistratus capienda, intelligi, debent, juxta DD. præcitatos, soluta prius justa mercede, vel sa-
lario domino cujus animal fuerit captum; † Imò non so- 75
lum stipendium solvi, debere, sed, & damnum, si aliquod indè patiatur; undè domino recusanti recipere boves, vel alia animalia, quibus reus ad supplicium fuit ductus, ex quo terram cum his animalibus postea aratam fructum non germinare, sed infructiferam reddi, aliqui dicunt, totius animalis æstimationem de publico præstari, debere, tenent Paris de Puteo *ubi proximè n.* 3. quem sequitur Prosper Petra in addit. ad Thom. Grammat. *decis. 75. num.* 1. Græven. *practicar. conclus. lib. 2. concl. 56. conf. 2. num.* 2. quod æquissimum foret, si vera esset sterilitas hæc magis mirabiliter, quam verè per DD. enarrata; sed quamvis id Puteus, & Greven. asserant, de experientia tamen non testantur, ideò huic ampliationi non assentiunt Emanuel. Suarez in addition. ad Gomez, *dict. c. 14. n.* 7. Hermosill. *d. glos. 1. n.* 90.

Quæ supradicta, circa plaustrorum vel animalium, alia- 76
ve vassallorum, etiam non angariorum, vel perangariorum servitia pro cultura feudi, ejusque fructibus colligendis, & administrandis necessaria procedunt, & intelligi, debent in vassallis feudalibus, qui ratione feudi, vel territorii, ubi habitant, ipsius feudi domino his oneribus æquum est, adstringi, secus in vassallis Burgēsaticis, ut sunt nostri, qui dumtaxat ratione jurisdictionis subiiciuntur, non territorii, cujus nec ullum dominium dominus habet; nam hi omninò ab omnibus his servitiis, & oneribus liberi

Digitized by Google

liberi sunt, etiam si justum pretium, vel salarium per dominos eis offeratur, ut in plaustris, & animalibus contra dominos inferiores resolvit noster Bobadil. in nostris vassallis intelligendus *in Polit. lib. 2. cap. 16. num.* 18. qui recedit à contraria opinione Archiep. Florentin. *in dict. 3. part. tit. 3. cap. 4. §. 4.* & Aviles *in dict. glos. à razonables precios, num.* 35. sed certè contrarii non sunt, quia Florentinus loquitur, & intelligi, debet in vassallis feudalibus, juxta quod accipienda est doctrina Aviles: quæ Bobadil. sententia in vassallis Burgensaticis semper intelligenda, nisi in contrarium circa istorum servitiorum præstationem extet consuetudo, vel alius legitimus titulus, ut notat idem Bobadil. videlicet antiqua Regia concessio, aut immemorialis præscriptio, vel vassallorum, de licentia Principis, legitima conventio, juxta supra dicta.

77 Quæ sufficiant pro nostrorum servitiorum, vel onerum personalium cognitione, quando inter fructus feudi, vel jurisdictionis connumerari debeant, necne, & per Barones, vel dominos inferiores acquiri? quorum acquisitionem hic etiam tractavi, quia ejus cognitio est eadem, & penè individua cum principali hujus capitis quæstione, an hujusmodi emolumenta inter feudales, vel jurisdictionis fructus sint, necne? nam utriusque quæstionis resolutio ex eisdem principiis pendet, ut ex supra dictis vides. Ad alia autem circa istorum emolumentorum perceptionem, & de Baronum, vel dominorum inferiorum excessibus in hujusmodi servitiorum personalium exactionibus plura utilia ad praxim dicam infra in §. sequenti.

§. Unic.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia capitis præcedentis, agiturque de excessu Dominorum inferiorum, seu Baronum in exactione Angariarum, & Perangariarum, sive servitiorum personalium vassallorum, casu, quo aliquo jure speciali, vel titulo eis debeantur: tractatur principaliter de excessibus, qui tripliciter considerantur, ac dividuntur: In qualitate nempè servitiorum: in modo exactionis: & in ipsorum mercedis solutione: ad plura utilia in praxi circa multa vassallorum gravamina removenda, quæ hujusmodi servitiorum prætextu frequenter per Dominos ipsis indicuntur.

SVMMARIVM.

1 *PRoponitur hujus §. tractationis materia, circa exactionem, nempè, servitiorum personalium vassallorum, casu, quo feudorum, vel aliis dominis inferioribus, juxta dicta in cap. præcedent. debeantur, & circa excessus, quos in tali exactione Domini frequenter committunt.*

2 *Redditur ratio tractationis hujus §. ne extra ordinem, vel extra materiam videatur.*

3 *Agitur tantum in præsenti de excessu in exatione servitiorum, non de obligatione vassallorum.*

4 *Excessus in exactione hujusmodi servitiorum tripliciter considerantur: Primò in qualitate servitiorum: Secundò in modo exactionis: Tertio in præstatione mercedis, quæ plerumque, pro his servitiis, vassalliis debetur: & de uniuscujusque materia separatim tractatur.*

Agitur primò de excessu in qualitate servitiorum, dict. n. 4. cum seqq.

5 *Ante omnia qualitas vassallorum inspicienda, ut juxta eam servitia dimetiantur.*

6 *Domini inferiores, seu Barones indebita servitia à vassallis extorquentes puniendi.*

7 *Domini à servitiis insolitis abstinere, debent, aliàs graviter peccant, & in Regiis Tribunalibus damnandi.*

8 *Servitia per Dominos, vel Barones juxta vassallorum statum, sive gradum, aut qualitatem, eis sunt injungenda, cum n. seqq.*

9 *Vassalli servitia ipsorum Nobilitati, Dignitati, aut gradui non congruentia renuere, possunt.*

10 *Officium Aerariatus, sive Administratoris redditum feudalium, ubi per vassallos est subeundum, Nobili, aut Doctori non est injungendum.*

Nec alii, cui juxta personæ qualitatem, & loci consuetudinem non convenit, ibid.

11 *In his oneribus, vel servitiis, vassallis aliquibus, magis quam aliis, injungendis, vel non, ante omnia loci consuetudo attendenda.*

12 *Consuetudo licitum, vel illicitum onus dedecus, vel honorem quid facit, reputari.*

13 *Servitia vassallorum non aliter, quàm juxta honestatem absque aliqua turpitudine per dominos prætendi, debent, cum n. seqq.*

14 *Libertus, qui operas patrono exhibere, tenetur, honestas tantùm, non turpes præstabit.*

15 *Ius honestatis ab omni superioritate, & obligatione, exceptum censetur.*

16 *Facultas aliquid faciend intelligenda, ut ex bona fide, & humaniter quis agat.*

17 *Barones, vel domini inferiores vassallos cogere, non debent, ut ipsorum uxores, vel filias in castrum, vel ante suam domum mittant ad tripudiandum, vel saltandum, aliudve simile faciendum, quod honestatem non sapiat, vel saltim ei periculosum sit.*

18 *Nec Prorex id facere, potest.*

19 *Idem si servitia contra pietatem, vel bonos mores sint, quibus, nec vassalli tenentur.*

20 *Nec etiam, jubente Principe Supremo.*

21 *Secundò principaliter excedunt domini inferiores, vel Barones in modo, vel forma servitia injungendi, cum n. seqq.*

Non possunt uti vassallorum animalibus ad alium usum, quam ad eum, cui sunt destinata, ibid.

Animalia, quæ ad molendina, sapeta, vel ad sellam habentur, in aliis diversis usibus per Dominos, aut Regios Magistratus exerceri, non debent, ad Text. in l. cursum, C. de curs. public. lib. 12. *dict. nu.* 21. *cum seqq.*

23 *Animalia locari solita, in alium usum non sunt capienda.*

24 *Equus, vel mula pro proprio usu vassalli ad sellam destinata, in alium capi, prohibetur.*

25 *Medicorum mulæ pro hujusmodi servitiis non sunt capienda.*

26 *De exemptionibus equorum, & similium animalium, ad gabellarum immunitatem in eorum venditionibus, & n. 27.*

Apud nos equi, muli, & mulæ cum sella, & phrano venditi gabellæ immunitate potiuntur per nostram l. 34. tit. 18. lib. 9. Recopil. *de cujus intellectu, & immunitate remissivè, d. n. 27.*

28 *Animalia locari non solita pro servitiis dominorum capi, non debent.*

29 *Limita, nisi in subsidium, ut si alia, quæ locari solent, non sint, quia tunc qualibet habilia accipi possunt.*

30 *Idem quoad personas vassallorum in servitiis personalibus, qui solum ad servitia per ipsos exerceri solita tenentur, cum n. seqq.*

31 *Stantibus aliquibus vassallorum personis, qui dumtaxat suas operas locare, solent, an isti solum, vel cæteri etiam vassalli debita servi-*

tia

tia personalia subire, debeant? cum numer. seqq.

32 Cum vassalli, soliti aliqua servitia exercere, pauci sunt, omnibus sunt injungenda, ne soliti nimis graventur.

33 Nobiles, Doctores, & similes graviores personæ ab insolitis, sordidisque muneribus semper immunes habendi.

34 Servitia personalia dominis debita æqualiter inter vassallos imponenda.

35 Pauperum vassallorum consideratio haberi, debet, ut modicum eis, vel minus onus injungatur.

36 Vassallorum paupertas eos immunes à servitio feudali reddit.

37 Et ab aliis muneribus personalibus, & patrimonialibus ad l. cum facultates, l. eos qui C. de his, qui muner. liber. lib. 10.

38 Intelligo in paupere, qui summa inopia premitur, ut si tota die pro victu sibi, & sua familia quærendo, dietim laboret.

39 Collecta propter paupertatem remittenda.

40 An has remissiones exactor collectarum facere, possit.

41 Pauperes litigantes ab sportulis officialium publicorum eximuntur per nostram l. 17. tit. 2. lib. 3. Recopil. l. 28. tit. 5. lib. 2. ejusd. Recopil.

42 Scholares pauperes gratis absque ullis sportulis Bachalaureari, Licenciari, & Doctorari, debent, ex nostra l. 6. tit. 7. lib. 1. Recopil.

43 Pauperes à nostris gabellis, & tributis eximuntur.

44 Et à decimis, si illis ad substentationem indigeant.

45 Eadem exemptione decimarum moniales pauperes gaudent.

46 Amplia prædicta, ut, etiam paupertate cessante, ad decimas præteritas, vel tributa quis non teneatur.

47 Contrarium servatur in remissione mercedis propter sterilitatem in uno anno facta per locatorem colono, qui, adveniente ubertate, in sequentibus annis ad integram remissam pensionem tenetur: Text. in l. ex conducto 15. §. Si uno anno, alias, l. si uno anno 16. ff. locati l. 23. tit. 8. part. 5. declarantur: ibid. cum n. seqq.

48 Ratio differentiæ inter hunc, & præcedentes casus noviter assignatur.

49 Magis dubitatur in decimis: an ob pinguiorem statum ad præteritas quis compelli, possit?

50 Onera, & servitia, & similia tributa vassallorum, juxta ipsorum possibilitatem, valorem patrimoniorum, per as, & libram, non verò per capita imponi, debent: & plura remissivè de hujusmodi indictionibus.

51 Feudorum domini, sive Barones servitia à vassallis pro suis privatis negociationibus, & mercimoniis exigere, non possunt, sed tantum pro servitiis feudalibus, cum n. seqq.

52 Pro dominorum voluptatibus, venationibus, aucupationibus, & similibus servitia vassallis non imponenda.

53 Feudorum domini pro colendis terris allodialibus, vel pro armentis extra pascua feudalia, etiam intra feudum, ad servitia personalia vassalles compellere, non debent.

54 Quando privativa industriæ, vel negociationes dominorum, aut ad fructus feudales pertinere, dicantur? ibid.

Quid si industria adhæreat negociationibus, vel armentis feudalibus? d. n. 54.

55 Ex quibus declaratur quid dicendum in Clericis negociatoribus in fructibus, vel terris beneficiorum ad nostram l. 7. tit. 18. lib. 8. Recopil. cap. fin. de vit. & honest. Cleric.

56 Clerici aliena prædia conducta lucri causa colentes negociatores censentur, ideò immunitate non gaudent: secus si possessiones sui beneficii, vel patrimonii, colant.

57 Domini, vel Barones propria animalia habentes, animalibus vassallorum uti, non debent.

58 Idem si Dominorum uxores necessaria animalia habeant.

59 Similiter Domini habentes competentem familiam pro servitiis personalibus vassallos ad ea subeunda cogere, non debent.

60 Vassalli casu, quo ad aliqua servitia teneantur, in subsidium tantùm id intelligendum.

61 An servitia hæc personalia, sive artificialia dominis debita, alteri per eos contra vassallos cedi, vel alienari, possint?

62 Hanc quæstionem optimè tractat, & negativè resolvit Dom. D. D. Ildephonsus de Olea, & alii Doctores in servitiis obsequialibus vassallorum non vero in personalibus, sive artificialibus, de quibus nos, & n. 63.

64 Fundatur in nostra quæstione affirmativa sententia, quia servitia artificialia vassallorum realia sunt, non personalia respectu dominorum.

65 Confirmatur per Text. singularem in l. operæ 2. ff. de oper. servor. ubi similiter operas servorum legatas reales esse, comprobatur: servorum opera legata minima capitis diminutione non amittuntur: ibid.

66 Hominis operas locari, posse, & in adrogatorem transire, comprobatur per Text. in l. 2. ff. de usu, & usufruct. legat.

67 Opponitur his juribus difficilis, Text. in §. 1. instit. de acquisit. per adrogat. ubi operarum obligationem in adrogatorem non transire, deciditur.

68 Distinguitur pro vera istorum jurium concordia inter operas obsequialos, & artificiales; ut ista cedi, & in alterum transferri possint: secus vero illæ, & num. 69.

70 Confirmatur ex hac distinctione superior affirmativa sententia in nostris vassallorum servitiis artificialibus: & negativa Dom. Olea in obsequialibus.

71 Resolvitur verius in artificialibus pro negativa.

72 Redditur verissima ratio hujus resolutionis, quia ipsis tantùm Baronibus, vel dominis in necessitatibus per vassallos debentur.

Dominorum necessitas cessat, cum servitia hæc aliis cedere, intendunt, d. n. 72.

73 Referuntur Doctores hujus sententiæ, & pluries pro ea decisum.

74 Usu similiter alicui legato, usuarius pro sua tantùm indigentia, non vero ad compendium, & lucrum uti, debet, nec aliis cedere, aut locare, Text. in l. plenum, §. Sabinus, & §. Si usus ministerii, ff. de usu, & habitat. §. 2. instit. eodem tit. ibid.

75 Respondetur juribus in dict. l. 2. de oper. servor. & in dict. l. 2. ff. de usu, & usufruct. legat.

76 Opera artificiales pacto, vel obligatione debita alteri cedi: aut in alium transferri, poterunt.

77 Domini, vel Barones in exactione servitiorum excedunt, circa tempus exactionis, cum n. seqq.

Primò, si tempore non apto, ut puta hyemali, quæ æstate fieri, debent, jubeant, d. n. 77.

78 Et si tempore non habili aliqua exerceri, desiderent, vassalli propriis laboribus, sive operibus vacantes ad servitia feudalia non sunt extrahendi, dict. num. 78.

79 Vassallorum animalibus, & ipsis vassallis per alium ad rusticalia, vel alia opera, jam conductis feudalia servitia non sunt injungenda.

80 Idem in conductis ad servitia annualia.

81 Agi-

81 *Agitur de tertio principali excessu in servitiorum vassallorum exactione circa pretium, vel mercedem solvendam, vel non, cum n. seqq.*

82 *Pro servitio, & quocumque labore pretium, & merces semper ex solvenda.*

83 *Non qualibet merces, vel pretium, sed justum, & consuetum pro servitiis vassallorum à dominis est præstandum.*

84 *In hac præstatione, personarum qualitas, quæ operam exhibent, est consideranda.*

85 *Dotata mulier non dicitur, quæ congruam dotem non recipit.*

86 *Item servitiorum, & laboris qualitas attendenda, & juxta eam merces commensuranda.*

Pro majoribus, & difficilioribus servitiis major merces; pro minoribus minor præstanda: ibid.

87 *Barones, vel Domini vassallorum, si eorum animalia, vel currus magnis lapidibus, vel aliter nimis onerari, faciant, aliave difficiliora servitia eis injungant, æquivalens etiam stipendium, juxta laboris, & periculi qualitatem præstare, debent.*

88 *Nec tunc attendendum, si quæ sit ad rationem milliarium consueta computatio, si propter onerum magnitudinem pauca milliaria in una die peragi, possint.*

89 *Similiter idem in privatis famulis ad certa servitia, certo pretio conductis, quibus, si grandioribus, & extraordinariis implicentur, major, & condigna merces est solvenda.*

90 *Conventio circa salarium præcedens non impedit Iudicem, quominus id iterum taxari, faciat.*

91 *Increpantur domini inferiores, & Barones, qui vassallos conductos ad certum opus, vel artificium in aliud majoris laboris implicant, mercede, vel stipendio non aucto.*

Aucto labore officii, alteriusve exercitii, vel, è contra diminuto, salarium quoque, & stipendium augeri, vel diminui, debet, cum n. seqq.

93 *Scholares, si tres famulum pro certa mercede conduxerint, & alius accedat, pro majori labore merces augenda.*

94 *Officialis duplex officium, vel plures dignitates, aut honores gerens duplicatum salarium meretur, cum n. seqq.*

95 *Similiter Doctor plures voces in Collegio, vel Universitate habens plura salaria lucrari, debet.*

96 *Idem in eo, qui lectionem ordinariam, & extraordinariam legit, quòd salarium utriusque lecturæ ei debeatur.*

98 *Decano Consilii in Regno Neapolitano officium Præsidis (in ejus absentiam) exercenti, utrumque, & Præsidis, & Consiliarii salarium exsolvitur,*

99 *Contrarium de jure verius, & apud nos servatur, nisi novo Gubernatori saltim titulo jussu Regis Decanus præsideat. Et tunc Præsidis solum salarium ei debebitur, ibid.*

100 *Præsidentes Regiæ Curiæ in Neapoli in absentiam locumtenentis ejusdem Regiæ Curiæ ipsius officium per hebdomadas alternatim substituentes inter se ipsos salarium locumtenentis dividunt.*

101 *Pro Præses Regiæ Curiæ in eodem Regno Neapolitano cum Præses Provinciæ mittitur, & cum ejusdem Tribunalis Advocati Fiscalis munus exercet, utrumque salarium Præsidis Provinciæ, & Fiscalis, ultra proprium meretur.*

103 *Similiter, ut duplicatum salarium, duplex officium fungenti solvitur, ita etiam duplicata alia extraordinaria emolumenta sive propina, parvique proventus Consiliariis sunt præstandi.*

104 *In nostro Regii Patrimonii Consilio Consiliarii Aulæ Gubernationis, qui in Aula Millionum, vel in Tribunali majori ratiociniorum jussu Præsidis manè assistunt, salarium ex hoc discretum assignatum habent.*

105 *An idem servandum in Fiscalibus ejusdem Regii Patrimonii Consilii se invicem tempore vacaturæ substituentes, an vacantis salarium, vel alia extraordinaria emolumenta habere, debeant?*

106 *Resolvitur negativè.*

Laudatur Dom. D. Ludovicus de Cerdenno, & Moncon Authoris præceptor, ibid.

107 *Prædicta circa duplicatum, vel majus salarium, propter onus auctum, solvendum, notabiliter intelliguntur, quando onus, vel labor ex alia causa augetur, secus si ratione proprii officii.*

108 *Iudex de publico salariatus pro negotiis alienis à proprio officio, Civitatis nempè, vel Provinciæ ad Regem tendens, non solum expensas itineris, sed & aliud salarium meretur.*

109 *Apud nos Correctores ad hæc negotia, vel legationes in Curiam Regiam, vel Cancellarias mitti, prohibentur per* l. 7. tit. 5. lib. 3. Recopil.

110 *Alguacelli, aliive executores extra Civitatem, vel Villam ad executionem faciendam exeuntes, etsi plures executiones uno tempore faciant, plura salaria habere, non debent.*

111 *Differentia inter eos, & Regios Magistratus, sive Consiliarios, quibus ob plura negotia, & commissiones plura salaria competunt.*

112 *Monentur tamen Regii Magistratus, & Consiliarii ne pluribus officiis, & negotiis se immisceant, si omnia rectè expedire, non valeant, ea tunc in conscientia retinere, non poterunt: ibid.*

113 *Opponitur prædictis Text.* in l. his quidem, Cod. qui militar. poss. vel non, lib. 12. *quæ milites plures militias, pluraque stipendia habere, non posse deciditur: Redditur ratio differentiæ inter eos, & Iustitiæ officiales, ibid.*

115 *Prosequitur hujus §. Materia circa excessus Baronum, vel dominorum inferiorum in exactione servitiorum, quæ à vassallis debentur, justa mercede non soluta, cum n. seqq.*

Domini inferiores in hac exactione excedunt, si servitia, quæ per decem dies, vel aliud tempus regulariter fiunt, breviori tempore peragenda vassallis injungant, totius consueti temporis salario non soluto, dict. num. 115.

116 *Vassalli pro epistolis ferendis, vel alio simili, conducti, certa mercede pro qualibet die itineris assignata, certis etiam leucis, vel milliaribus in singulis diebus perambulandis, si plures leucas, quàm est constitutum in singulis diebus deambulaverint, & sic paucioribus diebus iter peregerint, salarium ipsis ad rationem leucarum, non vero dierum consumptorum, est præstandum.*

117 *Idem servandum in Alguacelliis, vel Iudicibus, qui pro executione, vel aliis negotiis extra oppidum mittuntur, certo salario pro qualibet die constituto; quibus paucioribus diebus, quam est consuetum, iter peragentibus salarium est præstandum ad rationem dierum, quæ in itinere regulariter consumi, poterant.*

118 *Limita, si generaliter pro toto itinere, vel pro accessu, & recessu certum, & unum pretium sit constitutum.*

119 *Domini inferiores, vel Barones excedunt, si servitia manè vassallis injungant, & meridiè eos dimittant, integro salario non soluto.*

120 *Integrum salarium totius anni, vel alterius temporis conventi est solvendum famulo, aut operario ante ejus implementum sine causa à Domino misso, ad Text.* in l. qui operas, ff. locat.

121 *Intellige, nisi post expulsionem famulus, vel operarius alii domino servierit, vel suas operas locaverit, Text.*

Digitized by Google

Text. in l. addes, §. fin. aliàs, l. diem functo, ff. locat.

122 *Famulo, mortuo domino ante annum, integrum salarium est præstandum, nisi postea alii servierit.*

123 *Vel dictum intellige, nisi calore iracundiæ dominus, dum famulum increpat, et dicat, quod à domo sua exeat, ex hoc famulus plenè dimissus non censetur, sed poterit dominus eum propè diem revocare, ad Text.* in l. quidquid calore, ff. de regul. jur. l. 2. tit. 20. lib. 6. Recopil. *ibid.*

124 *Famulo, qui dominum ante tempus conventum dereliquerit, nullum salarium debetur,* ad nostr. l. 8. tit. 4. lib. 4. Fori, *ibid.*

125 *Limita, nisi famulus, data domini culpa, ab eo discesserit.*

126 *Famulus suo libitu, vel culpa dominum deserens salarium amittit non solum futuri, sed & præteriti temporis.*

127 *Famulo sua culpa discedenti salarium non deberi, intellige, si domini interfuerit, derelictum non fuisse, quia alium famulum reperire non potuit, & ita in rebus familiaribus detrimentum accepit.*

128 *Famuli dominos deserentes acceptas vestes, vel nummos anticipatos reddere, cogantur. An domini in hoc casu propria authoritate, stante fuga suspitione vestes ab eis tollere, possint? ad Text. in nostra l. 2.* tit. 20. lib. 6. Recopil. *ibid.*

129 *Distingue singulariter inter vestimenta ad certum usum principaliter ornatus causa famulis data: & inter ea, quæ ipsis, ut sua sint, præstantur.*

130 *Officialibus, vel Magistratibus justitiæ, sine ipsorum culpa ab officio remotis, & postea restitutis, integrum salarium debetur: secus si eorum culpa interveniente, ad Text.* in l. cum allegatis, C. de re militar. lib. 12. *ibid.*

131 *Idem in impeditis facto Principis sua officia exerceri.*

132 *Et in impedito ob tumultum Civitatis.*

133 *Quid in legatis per Civitatem ad Regem missis de licentia Proregis: vel ea injustè denegata, & per ipsum Proregem in itinere detentis, an eis similiter integrum salarium debeatur?*

134 *Ex eadem ratione officiali injustè suspenso, & postea absoluto salarium medii temporis est præstandum.*

135 *Limita, quoad emolumenta personalia, quæ interim administranti debentur; & quoad salarium principale personali servitio correspondenti.*

136 *Militibus quoque à militia injustè, & sine causa missis, & postea restitutis stipendia medii temporis præstari debent, ad Text.* in l. ex causa desertionis, ff. de re militar. *ibid.*

137 *Secus si spontè militiam deseruerint, vel ipsorum causa fuerint missi.*

138 *Limita, si plenissimè restituantur, ut puta si stipendia præteriti temporis præstari, Princeps jubeat.*

139 *Injustè carcerato, vel à latronibus detento, aliave justa causa militare impedito, integra stipendia sunt præstanda.*

140 *Idem in militibus stipendiariis, qui actu servire, parati sunt, absque eorum tamen culpa non serviunt.*

Et in militibus sine culpa apud hostes detentis, ibidem.

141 *Plura remissivè de militibus stipendiariis.*

142 *Doctori ad legendum conducto in aliqua Civitate, vel universitate, legere tamen, vel eam adire impedito propter inimicorum incursum, salarium debetur.*

143 *Similiter advocato pro causis defendendis, sub certo salario per annum convento, salarium integrum præstandum, & si aliquo casu, vel facto clientis non laboraverit.*

144 *Militi de licentia Ducis recedenti à servitio militiæ, absentiæ temporis stipendia præstanda, ad Text.* in l. hac lege, Cod. de proxim. Sacr. Scrin. lib. 12. *ibid.*

145 *Idem in Judicibus, qui de licentia Regia pro propriis negotiis se absentaverint.*

146 *Et in nostris Correctoribus, qui de licentia Civitatis absunt.*

147 *Et in Doctore, vel alio quolibet stipendiario absente, vel aliter in officii exercitio de licentia Superioris cessante.*

248 *Et in Canonico, vel alio beneficiato de licentia Capituli, Superioris, vel etiam Regia, absente.*

149 *Domini vassallorum, vel Barones excedunt in exactione servitiorum, si vespere vassallos plures ad laborandum die sequenti monitos, postea non omnes conducant, sed aliquos tantum, reliquos, non soluta mercede diei dimittendo, ad Text.* in l. qui operas, ff. locat. *ibid.*

150 *Intellige, nisi ita manè missi suas operas alii locaverint, aut locare, potuerint, vel nisi in suis terris eas consumpserint.*

151 *Idem in quolibet alio operario ante diem conducto.*

152 *Domini vassallorum, vel Barones vassallis in suis terris laborantibus justam mercedem solvere, tenentur, etiam si nihil de ea fuerit conventum, cum num. seqq.*

153 *Salarium non conventum famulis, vel aliis an debeatur? & n. 154. cum seqq.*

Quid si operas suas locare, & domini conducere, soliti sint, vel non? ibid.

157 *Vassallis, & similibus pauperibus laborantibus, & famulis indistinctè salarium debetur, etiam, se solitos locari, non probato.*

158 *Refertur Regia pragmatica Regni Neapolis circa taxam salarii vassallorum, qui Baronibus servierint.*

159 *Regulariter salarium taxandum, prout inter alios cives solvitur.*

160 *Salariis diversimodè ab aliis civibus constitutis, quomodo taxa, vel computatio fieri, debeat?*

Explicatur Text. in l. qui concubinam, §. Cum ita 1. ff. de legat. 3. *d. n. 160. & 161.*

161 *Laboratoribus magis favendum quoad salarium, quam legatariis in legati præstatione.*

Illis ex causa onerosa; istis vero ex causa lucrativa debetur: ibid.

163 *Referuntur plures, quibus salarium debetur, etiam nulla conventione de eo habita, cum num. seqq.*

Advocatis stipendium, licet non conventum debetur, ad Text. in l. 1. §. Advocatus, ff. de var. & extraord. cognit. *d. n. 163.*

164 *Advocatorum stipendia, quomodo taxanda? & quod, inter alia, causa, & personarum qualitas, advocati facundia, & labor, necnon, & patria consuetudo, considerari debent: ibid.*

165 *Agitur de taxa novissima nostra* l. 34. tit. 16. lib. 2. Recopil.

An quid ultra taxam hujus legis pro palmario, vel ex alia causa advocati recipere, valeant? etsi libenter per clientem ex causa donationis offeratur? ibid.

Quid etiam in clientibus Magnatibus, vel aliter divitibus, & qui inferioris conditionis sunt, quando per eos ultra justum salarium oblatum donationis causa, an ex necessitate, vel dependentia datum censeatur? ibid.

166 *Advocatis speciali jure salarium, licet non conventum, debetur.*

Aliis officialibus, procuratoribus, Medicis, & similibus personis, de æquitate exemplo advocatorum, ad Text. in dict. l. 1. §. Advocatus, ff. de var. & extraord. cognit. *ibid.*

167 *Judicibus sive Magistratibus salarium non conventum de-*

debetur, nisi aliud sit de consuetudine: primum in nostris Correctoribus: secundum in oppidorum Iudicibus ordinariis comprobatur.

168 *Prædecessorum salarium tacitè concessum censetur.*

169 *Stante varietate circa præstationem in annis præcedentibus, tribus ultimis præstationibus est standum, vel saltim ultima longo tempore continuata.*

170 *Extraordinaria etiam emolumenta, & proventus prædecessoribus dari, consueta, & quælibet adjutoria apud nos* Ayuda de costa, *sequentibus præstari, debent.*

171 *Episcoporum Vicariis, Visitatoribus, & similibus Prælatorum famulis salarium, licet non conventum, præstandum.*

172 *Intellige si famuli puberes sint.*

173 *Amplia etiam si Vicarius solitus non fuerit, operas suas locare, neque Episcopus conducere.*

174 *Intellige, nisi Episcoporum Vicarii, Visitatores, vel alii famuli ex suis officiis aliqua emolumenta, vel jurisdictionis proventus perceperint, quæ eorum sustentationi, & congruo salario, ac labori æquivaleant.*

175 *Limita etiam, quando Vicarius victum, & vestitum, & commodam habitationem ab Episcopo habuerit, & labor fuerit parvus.*

176 *Limita etiam, si majoribus beneficiis, vel donationibus hujusmodi famuli per Episcopum fuerint remunerati.*

177 *Refertur nostra Regia pragmatica, ne salaria non conventa exigere, possint famuli Episcoporum, vel Magistratuum, similiumve personarum, quibus propter alias commoditates, vel favores assistunt.*

178 *Referuntur ad idem Bulla Pauli Tertii, & Pii Quinti.*

179 *Assessoribus, sive Consultoribus salarium quoque non conventum debetur, ad dict.* l. 1. §. Sed, & Comites, ff. de var. & extraordinat. cognit.

180 *Apud nos hæc salaria Iudices illiterati suis Assessoribus à partibus exigunt.*

181 *Iudices salariati hæc salaria, vel Assessorias exigere, non valent.*

182 *Nec Iudices, sive Consultores litterati dominorum inferiorum ea recipere possunt, si salarium à dominis habeant.*

183 *Idem servandum in Iudicibus imperitis ipsorum dominorum.*

184 *Intellige dicta, nisi in contrarium stante immemoriali consuetudine, sive præscriptione.*

185 *Assessoris, vel Consultoris stipendium solvendum per partem, quæ causam consilio sapientis decidi, expostulaverit.*

Nisi Iudex ex proprio motu, aut officio, quia est imperitus, eum nominaverit, quia tunc communibus expensis est solvendum, ibid.

186 *Sportulæ Assessoris ob Iudicis recusationem, per partem recusantem solvi, debent.*

187 *Quid, una parte Iudicem recusante, & alia omnes Advocatos; vel Doctores illius loci, quoad expensas pro eligendo Assessore alterius loci?*

188 *Similiter ratiocinia communia, hæreditatum divisiones, declarationes peritorum, finium communium mensurationes, & similia regulariter communibus expensis fieri, debent.*

189 *Ratiocinia publica cujus expensis sint facienda?*

190 *Visitatio terminorum cujus sumptibus fiat?*

191 *Quodlibet petitum expensis petentium expediri, debet.*

192 *Notarii ad aliquem locum pro testium examine missio cujus expensis sit facienda? ubi quid si de officio Iudicis, vel ad instantiam alicujus partis mittatur?*

193 *Procuratori, administratori, vel cuilibet alii negotiorum gestori, an salarium non conventum sit præstandum? cum n. seqq.*

199 *Quid si operas suas locare soliti non fuerint, vel è contra de officio negotiis assistant, causas procurent, vel defendant?*

199 *Quid in tutoribus, curatoribus, & similibus, an salarium non conventum prætendere, possint?*

200 *Medicis, Chyrurgis, obstetricibus, & nutricibus salarium quoque, etsi non conventum, est præstandum, cum n. seqq.*

203 *Famulis parvis, sive impuberibus, vulgò* Pages, *an, & quando salarium non conventum debeatur?*

Quid si majores, vel minoris septenio sint? ibid.

205 *Loci consuetudo in materia salariorum ante omnia attendenda.*

207 *Scholasticorum famulis, quibus ultra alimenta datur etiam addiscendi commoditas, salarium non conventum an debeatur?*

208 *Famulis, qui artium magistris pro aliqua arte addiscenda inservierint, an salarium præstandum?*

209 *Conventionibus inter hujusmodi famulorum patres, aut matres, & magistros initis semper standum.*

210 *Parentes in hoc casu rectè filios obligant.*

211 *Imò tenet obligatio ipsius filii absque parentum suorum consensu operas suas pro arte addiscenda in certum tempus locantis.*

212 *Obligationes istæ, sive puerorum obligationes in favorem magistri, sive artificis facta, an, eo mortuo, in favorem ipsius hæredum exequantur, vel è contra hæredes pro sua parte conventionem implere, debeant?*

214 *Domini feudorum, sive Barones vassalles perangarios, valde tamen pauperes, ad servitia feudalia, non soluta mercede, an compellere possint?*

215 *Libertus summa egestate laborans, an operas artificiales patrono exhibere, cogatur? vel saltim alimenta ei sint exhibenda per patronum operas desiderantem.*

216 *Vassalli perangarii, an extra territorium ad servitia feudalia, non soluta mercede, teneantur?*

217 *Vassallorum Domini, sive Barones mercedis solutionem pro servitiis vassallorum differre non debent, sed dietim, vel in fine cujuslibet hebdomadæ, aut mensis solvere tenentur, juxta modum, aut loci consuetudinem.*

218 *Minus solvit, qui tardius solvit, prout contra plus, qui statim, vel anticipatè.*

219 *Officialibus justitiæ, sive Magistratibus salarium in initio anni solvendum.*

220 *Idem in Doctoribus in universitate legentibus, & in Advocatis.*

221 *Aliis verò laboratoribus, an in fine diei, vel manè, ut pro illo die victum quærant?*

222 *Consuetudo in hoc semper attendenda.*

223 *Quid in Regno Neapol. circa hoc servetur.*

224 *Monentur Domini, ne suis vassallis, aliisve operariis conductis mercedis solutionem diutius protrahant.*

POstquam igitur de angariis, & perangariis, sive servitiis personalibus, & aliis oneribus superius relatis latè egimus, & disputavimus, & præcipuè quando eorum emolumenta Baronibus, aliisve dominis inferioribus competant, ut & tunc inter fructus feudi, vel oppidi connumerari, debeant; pro plena adhuc, & absoluta hujus capitis materiæ explanatione, aliqua circa istorum servitiorum præstationem, sive per Barones, vel dominos inferiores acquisitionem, animadvertere, decrevi, maximè circa Baronum, vel dominorum excessum in eorum exactione, casu, quo ipsis dominis, vel Baronibus servitia hæc ratione consuetudinis, vel specialis privilegii, aut legitimæ conventionis, necnon ex natura feudi debeantur, quòd multum proderit ad tollenda 1

Digitized by Google

lenda plura gravamina, & extorsiones, quæ frequenter miseris vassallis per suos dominos inferuntur; & eo magis habito prætextu, quòd hæc servitia, vel onera aliquo justo titulo per vassallos debeantur.

2 Sed antequam materiam hujus, §. aggrediamur, unum lectori animadvertam, ne id præmaturè, & extra ordinem fieri, videatur, quod nimirum quamvis hujus §. Materiæ expositio ad fructuum, vel emolumentorum feudalium acquisitionem, & modum acquirendi potius attineat, de quo infrà in part. 2. nostri operis; hic tamen consulto annectere decrevi, Baronum, sive dominorum inferiorum excessus circa emolumentorum, aut fructuum in servitiis personalibus consistentium perceptionem, vel acquisitionem propter connexitatem cum materia capitis præcedentis, ubi non solum, an vassallorum servitia personalia inter fructus feudi, vel jurisdictionis, aut dominii territorii connumerari, debeant? disputavimus; sed etiam de eorum per Barones, vel dominos acquisitione præcisè egimus,

3 Item animadvertat lector, servitia, de quibus in præsenti agam, quasi Dominis inferioribus, vel Baronibus debita supponens ea omnia de jure non deberi, nec quidquam nos, quoad debitum, sive obligationem vassallorum resolvere, sed tantum de excessu, & forma in exactione loqui, casu, quo ipsis Dominis, vel Baronibus privilegio, aut consuetudine, vel ex natura feudi debeantur, juxta plenè resoluta in cap. præced.

4 Quibus, pro ordine nostri operis, & hujus §. Materiæ clariori intellectu prænotatis ad nostri §. Materiam accedam, quæ; ut dixi, versabitur circa Baronum, vel dominorum excessus in acquisitione, sive exactione nostrorum emolumentorum, aut fructuum in servitiis personalibus consistentium; pro eujus articuli clariori expositione, dominorum excessus, qui in horum servitiorum exactionibus contingere, solent, tripliciter considerabo; Primò in qualitate servitiorum: Secundò in modo, & forma exactionis: Tertiò in solutione mercedis quæ plerumque vassallis ita servientibus per dominos est solvenda.

5 In primò casu, circa excessum, videlicet, in qualitate servitiorum, regula generalis constituenda est, nimirum vassallorum qualitatem ante omnia inspiciendam esse; ut, si angarii, vel perangarii sint, servitia eis correspondentia, & non alia injungantur, & idem si simpliciter feudales, vel Burgensatici absque angariorum qualitate inveniantur, quia semper servitia juxta eorum genus, & qualitatem dimetienda, & regulanda sunt secundum superius latius dicta.

6 Quare generaliter infertur, Barones, vel alios Dominos inferiores excedere, vassallosque injustè gravare, si eis indebita servitia injungant, & ut jurisdictionem civilem usurpantes puniri, notant per *l. evectionum*, *Cod. de curs. public. lib.* 12. Bald. *in cap. fin. de probib. feud. alienat. per Federic.* Speculat. *in tit. de censib. §. 2. sapè, & sequenti, & in tit. de offic. judic.* Matth. de Afflict. *in §. Plaustrorum, num. 1. quæ sint regal.* Par. de Put. *de syndicat. tit. de excessib. Baron. num.* 2. Domin. Tass. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observ. 4. n.* 178.

7 Ex quo etiam infertur, vassallorum dominos nimis quoque excedere, & vassallos gravare, si eos servitiis insolitis, nec consuetis, urgeant, ita quòd Judicis, vel Principis officium vassalli implorare, poterunt, ut ab his gravaminibus domini abstineant, quod comprobant jura notabilia *in l. fin. Cod. quemadmod. civil. muner. in dit. lib.* 10. Text. singular. *in l. cum satis, §. 1. vers. Caveant, Cod. de agricol. & censit. lib.* 11. *l. 1. Cod. in quib. caus. colon. domin. accusar. poss. eod. lib. l. unic. Cod. ne oper. à collator. exig. lib.* 10. & notant pulchrè Bald. *de pac. tenend. §. Publici latrones, num.* 2. & ibidem Schenei. Speculator *tit. de exactor. num.* 3. Natta *cons.* 183. *num.* 12. benè Gail. *lib. 1. observat. 17. num. 3. & in tractat. de arrest. cap. 10. num.* 7. Annan. *singular.* 560. Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 16. num.* 43. caveant ergo domini inferiores, ne, ultra operarum, & servitiorum onera, subditos novitatis studio gravent, plus solito, & debito ab eis exigendo, quia ob talem jurisdictionis, & dominicæ potestatis abusum non solum graviter in Deum delinquerent, sed etiam per Principem, ejusque Regales Cancellarias, vel tribunalia gravibus pœnis coerceri, poterunt, ut eleganter statuitur *in dict. l. cum satis, §. 1. vers. Caveant, Cod. de agricol. & censit.* & dicam infrà.

Item domini inferiores excedunt, si quamvis eis aliqua 8
servitia per vassallos debeantur, quia angarii, vel per-
angarii sunt, vel aliter eis legitimè adstringuntur, ea ta-
men minus justa, & indecentia desiderant: & primò
juxta subditarum personarum qualitatem, & gradum hæc
servitia, vel onera injungi, debent, argumento Text.
*in l. 1. & 2. Cod. ne quis liber. invit. act. l. 1. Cod. de excu-
sat. muner. lib.* 10, ubi quòd onera, & servitia sunt impo-
nenda, quæ dignitati, professioni, vel ætati congruant,
& specialiter in vassallorum servitiis cavetur in Regno
Neapoli in cap. illius Regni 114. & 121. & notant in spe-
cie Bald. *in l. fin. Cod. de obseq. patron. præstand.* Luc. de
Penn. *in l. 1. Cod. de censitorib. lib.* 12. † & quòd aliàs si ser- 9
vitium, vel onus in dictum vassalli personæ non conve-
niat, sed potius ejus nobilitati, & personæ qualitati, vel
gradui juxta loci consuetudinem dedeceat, id renuere,
possit, benè notat Capiblanc. *de Baronib. in dict. pragm.
16, num, 42. & 43. & tom. 2. super pragm. 16. cap. 90. nu. 7.
8. & 9.* † Et loquendo in officio Ærarii, vel Camerarii, 10
sive administratoris introituum feudalium, quòd Docto-
ri, aut nobili, vel alii, cui ob personæ qualitatem, juxta
loci consuetudinem, non conveniat, injungi, nequeat,
notarunt benè Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor.
tract. 1. gram. 76. ex num.* 10. Joann. Bapt. Thor. *in com-
pend. decis. tom. 1. verb. Electio officialium*, Mele in addit.
ad Guizzar. *decis.* 31. *num.* 9. & in eadem addit. Marii,
num. 11. † In quo ante omnia loci consuetudo est inspi- 11
cienda, nam in pluribus locis quædam officia pro ma-
gno onere reputantur, eaque solum nobiles exercent:
in aliis vero humiliora sunt, & plebeis indicuntur, ut
benè considerat Capiblanc. *dict. cap. 90. num.* 9. ideo ea,
& similia onera injungi, debent, servata loci consuetu-
dine, † quæ in officiis, & honoribus facit licitum, & 12
illicitum onus, & honorem aliquid, vel dedecus repu-
tari, ut per Menoch. *de arbitrar. cas.* 67. notant Capiblanc.
& Novat. *ubi proximè.*

Secundò hæc servitia quocumque, licet amplissimo 13
titulo, vel obligatione debita juxta honestatem solum
per Barones prætendi, aut exigi, poterunt, quin vas-
salli aliquid turpitudinem redolens, vel in aliquo hone-
statis jus lædens facere, teneantur; nam circa rem tur-
pem, vel inhonestam nulla cadit obligatio, ut notant
DD. per Text. *in cap. ex diligenti, de Simonia.* † Ex quo 14
libertus, vel alius, qui operas præstare, tenetur, ho-
nestas tantum non turpes, præstabit, *l. ejus, l. demum,
ff. de oper. libertor.* Camill. Borrell. *de Magistrat. lib. 2.
cap. 4. num.* 46. † Quia semper jus honestatis ab omni su- 15
perioritate, & contraria obligatione exceptum censetur,
ut notant ad Text. *in l. quod ex libera, Cod. de oper. liber-
tor.* ibidem Bald. Decius *in l. semper 137. num. 3. ff. de regul.
jur.* Jacob. *de feud. tit. de homag. column. fin.* † & insuper 16
facultas aliquid faciendi concessa intelligenda est, ut ex
bona fide quis agat, & tali facultate utatur civiliter, &
humaniter, argum. Text. *in l. crediter, §. Lucius, ff.
mandat. l. sicut, de servitut. l. sicut, ff. de edilit. edict.* Pa-
ris de Puteo *de syndicat. in dict. tit. de excessib. Baron.
num.* 7.

Et in nostro casu, vassallos ad servitia personalia, quæ 17
honesta non sunt, vel aliquam turpitudinem sapiunt,
obligari, aut cogi, non posse, benè fundant Petr. Gre-
gor. *de concess. feud. part. 7. quæst. 6. num.* 14. Ponte *de pote-
stat. Proreg. §. 1. de abundant. Civitat. num. 28. fol.* 33. Ma-
stril. *de Magistrat. lib. 4. cap. 18. num.* 110. D. Valenzuel.
cons. 34. num. 184. † Ex eo inferens, non licere Baroni, 18
suos vassallos cogere, ut eorum uxores, filias, vel soro-

res

res invitas in castrum, vel ante suam domum mittant ad
tripudiandum, sive in choreas saltandum, vel aliud si-
mile faciendum, quod honestatem non sapiat, & idem
resolvunt Landens. *in tract. de Princip. notab.* 15. Ponte
19 *dict.* §. 1. *num.* 28. † Qui loquitur in Prorege, sequitur no-
viter Domin. Tasson. *dict. observat.* 2. *num.* 108. & in aliis
dominis inferioribus Joann. Maria Novar. *de gravamin.*
vassallor. tractat. 1. *gravam.* 77. *ex num.* 1. *&* 3. qui idem
20 ait *in num.* 5. † si talia servitia contra pietatem, vel bonos
mores sint, & ex *l. filius*, *& l. conditiones*, *ff. de condit.*
institut. tenent Jacobin. *in tractat. de feud. part.* 7. *in vers.*
Et promiserunt eidem domino suo praestare servitia, *col.* 9.
vers. Quintò excusatur, Petr. Gregor. *de concess. feud. p.* 7.
21 *dict. quaest.* 6. *num.* 15. † Quia nec ad hujusmodi servitia
ipse Princeps vassallos cogere, valet, juxta Text. *in leg.*
non solum, §. *Si mandato*, *ff. de iniuriis*, *l. non ideo mi-*
nus, *Cod. de accusat. cap. si dominus*, *cap. Iulianus* 11.
quaest. 3. Magec. *de advocat. armat. cap.* 7. *nu.* 74. *& cap.* 17.
num. 164. ubi quod nec obediendum Principi in rebus
contra honestatem, siue bonos mores, sequitur D. So-
lorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. *à n.* 91.

22 Secundò principaliter Barones, aliive domini inferio-
res, quibus hujusmodi seruitia per vassallos debentur, in
eorum exactione excedere, solent circa modum nimi-
rum, & formam ea injungendi: nam primò frequenter
excedunt, si vassallorum animalibus uti, velint ad alium
usum, quàm sunt destinata, multumque vassalli graua-
rentur, si ipsorum animalia, quae ad molendina, tapeta,
centumula, sellam habentur, in alios diuersos usus exer-
ceantur, & ita tam in Baronibus, quàm in aliis Regiis
officialibus, siue Magistratibus subditorum animalia pro
publicis necessitatibus capientibus, ne extra consuetum
usum ea exerceant, resolvunt per Text. singularem *in l.*
cursum, *Cod. de curs. public. lib.* 12. Bartholom. de Capua
in cap. Regni Neapol. incipit Gravamina in fin. & ibidem
Niger. *num.* 42. qui aliqua jura specialia illius Regni ad id
adducit Matth. de Afflict. *in Constit. Regn. Neapol. omnes*
officiales, *column.* 2. Thom. Grammat. *decis.* 67. *numer.* 3.
Camil. Borrel. *de praestant. Reg. Catholic. cap.* 19. *num.* 97.
Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *super pragm.* 16. *num.* 44. ubi
ita judicatum refert.

23 Et in specie equorum, aliorumve animalium, quae à
vassallis ad sellam sunt destinata, ne pro salmis, aliisve
oneribus adsportandis, vel ad alia diversa servitia per vas-
sallorum dominos capiantur, tradunt optimè Berthach.
in tract. de gabel. art. 2. *part.* 8. Scheinc. *cons. feudal. di-*
24 *vers.* 11. *num.* 3. *&* 4. † Quod procedit etiam si locari, cum
sella tamen, consueuerint, quia in hunc, non in alios usus
accipi, poterunt, ut innuit Novar. *de gravam. vassallor.*
tract. 1. *gravam.* 83. *num.* 4.

25 Quod eo magis procedere, debet, si equum, vel mu-
lam ad sellam, pro proprio dumtaxat usu, vassalli ha-
buerint, quo casu Barones, vassallis invitis, hujusmodi
animalia equitare, vel in alium usum accipere, omninò
prohibentur, ut benè notant, & ita pluries decisum te-
stantur in equis nobilium, aliarumve personarum, Capi-
blanc. *de Baronib. in dict. tom.* 1. *pragmat.* 16. *nu.* 60. *&* 61.
Joan. Maria Nouar. *de gravam. vassallor. tractat.* 1. *gra-*
26 *vam.* 97. & in *num.* 5. id † quoque decisum refert in fauo-
rem cujusdam Medici, ne ipsius mula, aut equus pro hu-
jusmodi usibus acciperetur, sequitur Jo: Baptist. Thor. *in*
compend. decis. tom. 1. *verb. Animalia nobilium*.

27 Ad alias autem exemptiones equorum, & similium
animalium, quae ad sellam sunt destinata: & quòd ga-
bellarum oneri eorum venditiones non subjaceant, ultra
Capiblanc. & Nouar. in locis citatis, tractant Hypolit.
de Marsil. *singular.* 86. *in fin.* Thom. Grammat. *decis.* 67.
28 *num.* 3. † Et apud nos gabellae immunitas equis, necnon,
& mulis, & mulabus cum sella, & freno venditis, vel
permutatis tribuitur in nostra *l.* 34. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopil.*
de cujus intellectu, & immunitate, latè tractant Didac.
Perez *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordinam. pagin.* 192. *column.* 1. *vers.*
Fortè est ratio, Hug. Cels. *in repertor. leg. Reg. verb. Al-*
cavala, *linea* 28. Mesia *in leg. Regia Tolet. de los termi-*
nos, 2. *part. fundament.* 4. *num.* 10. Lassart. *de decim. ven-*
dit. cap. 30. *num.* 15. *cum seqq.* Girond. *de gabell. part.* 7. §. 2.
num. 25. *cum seqq.* plenè Joann. Gutierr. *eodem tractat.*
quaest. 77.

Item ex eadem ratione Barones, sive domini inferio- 29
res in seruitiorum exactione excedent, si pro eorum usu
accipere, velint animalia, quae per vassallos locari, non
solent, ut per Text. *in d. l. cursum*, *penult. Cod. de curs.*
public. tenent Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol. sub rubr. de*
salar. eor. qui mittunt. pro servit. Reg. Cur. super pragm. 1.
num. 1. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *super pragmat.* 16.
dict. cap. 90. *num.* 5. Nouar. *in dict. tractat. de gravamin.*
tract. 1. *gravam.* 84. † Quod declarat *in num.* 3. nisi in sub- 30
sidium, quando non adessent alia animalia locari solita,
nam tunc benè dominus quaelibet apta, & habilia acci-
pere, posset, & notant Vincent. de Franch. *decis.* 526.
Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol. tit. de salario*, *num.* 10.
optimè Capiblanc. *ubi proxime*, ubi quòd prius soliti ea
locare ad haec seruitia sunt cogendi, & in subsidium ha-
biles, & idem Capiblanc. *tom.* 1. *super pragmat.* 16.
num. 40.

Et idem dicendum est, quoad personas vassallorum, 31
à quibus seruitia personalia, siue Angaria, & Peranga-
ria exigi, possunt, juxta dicta in capite praecedenti, qui
similiter servitia exacta soliti exercere, ea pro seruitio per-
agendo subire prius sunt cogendi, & deinde in eorum
subsidium reliqui ciues habiles, Anna *singul.* 559. Franch.
dict. decis. 526. *num.* 3. *cum seqq.* D. Palacios Rubios *in cap.*
per vestras, §. 26. *num.* 12. Zeual. *commun. contr. commun.*
quaest. 659.

Sed an, aliquibus personis stantibus, quae solent loca- 32
re operas suas, isti solum eas praestare, sint cogendi, an
vero etiam habiles ad hujusmodi opera, & habentes ani-
malia, licet non solita locari? valdè dubitant Feudistae,
quorum magis communis resolutio est, omnes etiam ha-
biles teneri, ne aliàs soliti ea facere nimis grauentur, ut
resoluunt Franch. *dict. decis.* 526. *numer.* 3. Capiblanc. *de*
Baronib. tom. 1. *dict. pragmat.* 16. *num.* 40. *&* 41. ubi sic de-
cisum refert, ita ut alteres subditis plus altero non gra-
uetur: & eum sequuntur Joann. Maria Nouar. *de grava-*
min. vassallor. tract. 1. *gravam.* 78. *num.* 6. Jul. Caes. Gallup.
in method. feud. part. 5. *cap.* 1. *num.* 10. Joan. Baptist. Thor.
in compend. decis. tom. 1. *verb. Vassalli tantùm soliti*, &
nouissimè Mari in addit. ad Thom. Grammat. *decis.* 67.
num. 4. † Sed hoc, & eandem decisionem per Joann. Ba-
ptist. Thor. & Nouar. relatam notabiliter intelligit idem 33
Capiblanc. *in eodem tractat. de Baronib. tom.* 2. *super prag-*
mat. 16. *cap.* 90. *num.* 1. *&* 2. ut procedat, cum soliti pau-
ci sunt, quo casu hujusmodi onera etiam habilibus sunt
injungenda, quia aliàs soliti nimis grauarentur, secus
verò, si quantitas solitorum sit numerosa, quia tunc in-
ter eos solos aequa lance absque tanto grauamine talia ser-
uitia indici, poterunt.

Sed ne hic articulus, vel casus confundatur, vel vi- 34
deatur contrarius relato supra ubi resoluimus, no-
bilium, & similium personas hujusmodi seruitia perso-
nalia exercere insolitas, vel quibus ea peragere dedecus
esset, omninò ab eis eximi, praedictis adde, multum
differre, personas, quae haec seruitia exercere insolitae
dicuntur, quas tamen ad ea habiles Doctores appellant,
à personis nobilium, & similibus, quia isti non solum
insoliti dicendi sunt, verum etiam omninò incapaces,
quin inter habiles reputari, debeant, illi vero, qui sim-
pliciter insoliti sunt absque aliqua qualitate, quam quòd
haec servitia non exercuerint, habiles dicuntur, qui in
eo maximè cognosci poterunt, si similia sordida onera,
vel seruitia personalia peragere, soliti fuerint, quia no-
bilitate, vel alia honestiori qualitate, cui onus, de quo
quaeritur, non repugnet, non sunt praediti, quod innuit,
licèt non exprimat, Capiblanc. *de Baronib. dict. tom.* 1.
super pragmat. 16. *num.* 41.

Item Barones, vel domini inferiores, quibus haec ser- 35
vitia

vitia debentur, plerumque in eorum exactione excedunt,
ex quo non æqualiter inter omnes vassallos feudi, aut sta-
tus ea dividunt, siue imponunt, ista enim seruitia, vel
onera omnibus vicissim per circulum indici, debent abs-
que aliqua personarum acceptione, ita ut unus plus alte-
ro non grauetur, nec uuius tertæ vassallis majora onera,
quàm alterius vicinis indicantur, ut in specie resolvunt
per Text. *in l. Civitas, C. de offic. Rector. Provinc.* Franch.
decis. 526. ubi Addent. Rovit. *in pragm. Regn. Neap.* inci-
pit, *Ad perpetuam, num. 9. sub rubr. de salar. eor. qui mit-
tunt, pro servit. Reg. Cur.* Gallup. *in sua method. feud.
part. 5. cap. 1. num. 10. in fin. tom. 2. tit. de jurib. personalibus*
36 *debit.* † Habita semper consideratione pauperum vassallo-
rum, quibus modicum, vel nullum onus, si paupertas
id expostulet, est iujungendum, ut benè notat Niger.
37 Cyriac. *controvers. forens. cap. 156. ex num. 6.* † Nam pau-
pertatem vassallorum à seruitio excusare conueniunt Feu-
distæ, Jacob. *de feud. vers. Et promisserunt, quæst. 24.
caus. 9.* & ex Andr. de Isern. *in cap. Imperialem, §. Firmi-
ter, de prohibit. feud. alienat.* Camil. de Larat. *consil. 5.
num. 149.* Velasc. *de privileg. pauperum, quæst. 33. num. 26.*
38 *part. 1.* † & ab aliis muneribus personalibus, & patrimo-
nialibus, per Text. *in l. cum facultates, l. eos, qui, Cod.
de his, qui muner. liber. lib.* 10. Bald. *in Authent. de fun-
cto, Cod. ad Tertul.* Caput. *de regimin. Reipubl. cap. 30.
num. 50.* Roiz. *decis. Lituan. 4. ex num.* 283. Gerar. *singu-
lar.* 73. Petr. de Ubald. *in tract. de collect.* 18. & 29. benè
Ægid. Thomat. *in eodem tract. §. Pauperes vero, numer. 1.
& 2. volum. 12. tract. DD. fol.* 146. Menchac. *contr. illustr.
cap. 41. num. 4. & 7.* Azeved. *in l. 4. tit. 14. lib. 6. Recopilat.
ex num. 6.* Auiles *in cap. Prætor. 34. glos. Pobres, num. 4.*
39 † Ubi optimè id intelligit ex Joann. Plat. *in dict. l. eos qui,*
in paupere, qui tota die laborat pro victu quærendo sibi,
& familiæ suæ, & sic in summa egestate inuenitur, &
inopia intolerabili premitur, *ut in §. Sed propter pauper-
tatem, instit. de excusat. tutor.* secus autem, si nou tam
magna esset inopia, sed tolerabilis, ut quia, licèt pau-
per, non tamen, ut oporteat, dietim victum quotidia-
num laborando quærere, quia tunc, licèt non patrimo-
nialia munera, corporalia saltim subire, tenebitur, ut
in collectis, per Text. vulgarem *in l. illicitas, §. fin. ff. de*
40 *offic. Præsid.* tenet ibi Bartol. † qui propter paupertatem
eas remittendas ait, & Joanu. Plat. *in l. ad subeunda, Cod.*
41 *de decurion. lib.* 10. † Et, quod magis est, ipsum exacto-
rem collectarum gratis eas pauperi remittere, posse, te-
nent per Text. *in l. si peruenire, ff. de verbor. signif.* & per
Gloss. singular. *in l. omnes la 1. Cod. de annon. & tribut.
lib.* 10. Petr. de Ubald. *in tract. de collect. tom. 6. tract. nu-
mer. 19. fol.* 73. Auiles *in dict. gloss. Pobres, num. 4.* quod
tamen nulli exactori, ut facerer, consulerem, ne de suo
soluere, cogatur, ut resoluunt per Text. *in l. omnes, Cod.
de annon. & tribut. lib.* 10. & ex doctrina Bartol. *ibidem*,
Ægid. Thomat. *in tract. de collect. §. Retenta proxima di-
scussione, num.* 11. Azeved. *in l. 3. tit. 14. lib. 6. Recopil. n.* 24.
quod verius censeo, nisi publicè de extrema paupertate
constet.

42 Quæ nostra principalis conclusio optimè etiam apud
nos confirmatur, quia, & pauperes litigantes ab ex-
pensis, sive sportulis officialium publicorum in litium
prosecutione eximuntur, per nostra jura Regia *in l. 17.
tit. 2. lib. 3. Recopil. l. 28. tit. 5. lib. 2. ejusd. Recop.*

43 Et insuper Scholares pauperes gratis, absque ullis spor-
tulis Bacalaureari, Licentiari, & Doctorati debent, ut piè
statuitur in nostra *l. 6. tit. 7. lib. 1. Recopil.* & notat Gregor.
in l. 10. tit. 17. p. 1. gl. 9.

44 Et etiam à nostris gabellis, & similibus tributis paupe-
res si maxima sit paupertas, *l. 2. tit. 17. part. 6.* D. Solorzan.
de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 19. num. 32. Balsamed. *de col-
lect. q. 50. n. 9.*

45 Et à decimis, si illis ad sustentationem indigeant, idem
D. Solorzan. *in eodem tom. 2. de jur. Indiar. lib. 1. cap. 21.
nu. 15.* & notant Zeual. *commun. contr. commun. quæst.* 722.
ex num. 22. & communiter Canonistæ: nouissimè Joan.
Baptist. Ventrigl. *in prax. rer. Ecclesiast. annotat. 27. §. 1.
num.* 43. † Qui iu pauperibus monialibus loquitur, in 46
quibus Nouar. *in lucern. regular. vers. Decima, el 2.
num. 3.*

Quæ amplia, ut, etiam paupertate cessante, ad de- 47
cimas præteritas, vel tributa quis non teneatur, post-
quam ad pinguiorem fortunam deuenerit, ut in decimis
notant, aliis congestis, Zeual. & Joann. Baptist. Ven-
trigl. ubi proximè, D. Solorzan. *in dict. cap. 21. ex n.* 15.
& in tributis idem D. Solorzan. *d. cap. 19. ex n.* 47. Niger.
Cyriac. *contr. forens. cap. 196. num. 17. & 18.* Balmased.
dict. quæst. 10. num. 15. & nouissimè Valeron. *de transact.
tit. 1. quæst. 1. num.* 23. † Licèt contrarium, & quidem ve- 48
rè, resoluat in remissione mercedis colono per locato-
rem in uno anno facta propter sterilitatem, si in sequen-
tibus annis ubertas contigerit, ob qoam, pensionem an-
ni sterilis integram solvi, debere, ait Valeron, quod ve-
rissimum est, juxt. Text. *in l. ex conducto 15. §. Si uno an-
no, alias l. si uno anno 16. ff. locat. l.* 23. *tit. 8. part.* 5. & alia
jura, & DD. quos latè congerit Valeron, † quod tamen 49
magna cum ratione procedit, & quidem meo videri,
non inelegans diuersitatis ratio assignari, poterat, ni-
mirum, quòd in casu remissionis ob sterilitatem unius
anni, uberrate in sequentibus contingente, magnos fru-
ctus, & utilitatem, mercedem, siue pensionem exce-
dentem colonos es fundo domini percepit, quare ratio,
& æquitas espostulat compensationem, aut computa-
tionem cum anno sterili, fieri, & quòd, vice versa, do-
mino locatori ob magnum sui fuudi fructuum incremen-
tum pensio augeatur, vel saltim integra anni sterilis solua-
tur, ut è contra colono ob sterilitatem fuit remissa: in no-
stro vero casu remissionis tributorum ob paupertatem hęc
ratio, aut æquitas non concurrit, quia, licèt, qui ob
paupertatem tributa nou soluit, postea magnas diuitias
consequatur, hæc tamen utilitas ex re Principis, cui
tributum soluitur, non prouenit, sed aliundè accidit,
ideò non est, cor ob meliorem fortunam ad tributum an-
norum præcedentium adstringatur, si consideretur ob
paupertatem, ipso jute tunc à quolibet tributo liberum,
& exemptum fuisse, ut dictum remanet, & diuitiæ su-
peruenientes in futurum solum operari, poterunt, ut in
sequentibus annis tributum soluere, quis debeat non
in præteritum, quo tempore ex paupertate exemptionis
effectus jam fuerunt secuti, & plenissimè consum-
mati.

Quod tamen, ut in decimis procedat, majorem dif- 50
ficultatem habere, videtur, quia nostrarum possessio-
num omnes conductores, & operarii sumus Magni Patris
Familias, cujus diuino beneficio omnia nostra posside-
mus, & quasi pro pensione suis Ministris decima, & pri-
mitias soluimos, quare idem in debitoribus decimarum,
ac in cæteris temporalium conductoribus dicendum vi-
debatur, ut similiter, superueniente diuitiarum quali-
tate, ad decimas præteritas ob paupertatem non solutas
adstringi, debeant, sed, licèt hoc securius, & sanctius
sit, attamen Domini Solorzani, & aliorum Doctorum,
quos supra retuli, sententiam verissimam judico ferè ex
eisdem rationibus in gabellarum debitoribus per nos pro-
ximè adductis, quia, & decimarum debitores, stante
summa egestate, omninò immunes, ac liberi censentur,
ut præcitati DD. notant.

Ex quibus omnibus similiter in vassallis pauperibus 51
concludendum est, ad nulla onera, vel seruitia per Ba-
rones cogi, debere, si summa sit paupertas, sin verò
non ita valde pauperes sint, sed aliqua egestate, plus-
quam alii, aliqui laborant, nec æquales omnium facul-
tates sint juxta cujuslibet possibilitatem, & vires seruitia
impartienda erunt, & æstimum faciendum, ut per æs,
& libram, & justa valorem patrimoniorum, non autem
habita ratione capitum, seruitia, & similia onera indi-
cantur, ut in his vassallorum seruitiis, & aliorum tribu-
torum indictionibus notant, & latè tractant plura de
istorum seruitiorum, & cæterorum vectigalium, & mu-
nerum

Digitized by Google

nerum publicorum distributionibus juxta dictam formam faciendis, & quid si personalia, vel realia sint, & in quibus casibus per capita non per æs, & libram sint injungenda, & de per æquatoribus, eorumque gravaminibus coercendis ad Text. *in l. 1. Cod. de annon. & tribut. lib.* 10. Text. *in l. fin. Cod. sine cens. vel reliq. l. 1. l. propter honorem, C. de municip. patrim. lib.* 11. *l. æstimationem, §. fin. ff. de munerib. & honorib. l. placuit, C. de Palat. Sacr. largit. lib.* 12. & ibidem Jo: Plat. *in l. ab honoribus, Cod. de munerib. & honorib. int. patr. & fil. non contin. lib.* 10. *& in l. indictiones, n. 4. Cod. de annon. & tribut. eod. lib. & in l. comparationi, C. de quib. muner. seu præstat. nem. lic. se excus. & in l. 2. C. de annon. & tribut. eod. lib. & in l. fin. Cod. de immunitat. nemin. conced. & in l. ultra modum, Cod. quemadm. civil. muner. in d. eodem lib.* 10. *& in l. 1. Cod. de censib. & censit. lib.* 10. optimè, & singulariter Bartol. *in l. 1. Cod. de apoch. public. & in l. unic. Cod. de muner. in quo loc. vers. Quæro qualiter imponatur, lib.* 10. *& in l. acta, §. 4. ff. de re judicat.* Luc. de Pen. *in l. civilia munera, Cod. de muner. & honorib.* benè Avendan. *de exequend. mandat. 2. part. cap. 14. ex num.* 11. Aviles *in cap. Prætor* 34. *gloss. Pobres, & glos. alevien.* Belon. *cons.* 12. Everard. *in loco à nomine officii, fol.* 519. Roland. à Valle *cons. 66. nu. 52. cum seqq. lib. 1.* plenè Ægyd. *in tract. de collect. §. Retenta proxima discussione, num. 2. & 3. fol. 157. in 12. volum. tractat. diversf. Doctor.* Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 8. num. 31. 38. & 42.* & novissimè Balmased. *de collect. quæst.* 13. 14. 15. *& 69.* & extant jura nostra Regia *in l. 3. cum seqq. tit. 14. lib. 6. Recop.* ubi plenè Azeved. *& in l. 26. tit. 6. lib. 3. ejusd. Recop.*

52 Item Barones in servitiorum exactionibus frequenter excedunt, ex quo extra necessitatem ad feudum respectiva servitia à vassallis prætendere, solent, veluti, si ob privatas negotiationes, mercimonias, sive industrias, quas in feudi terra exercuerint, ad aliqua servitia, vel uneta circa istarum negotiationum administrationem, custodiam, vel similia vassallorum operis, & personis uti, velint, quod quidem facere, nequeunt, ut benè resolvunt Paris de Put. *de syndicat. tit. de excessib. Baron. cap. 1. numer. 4.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 2. super pragmat. 16. cap. 90. num. 10. cum seqq.* Fulvius Lanar. *in cap. 1. de his, qui in feud. dar. poss. ex num.* 186. quia vassalli feudales solum servitiis ob causam feudi sunt obnoxii, ut pro colligendis, vel parandis fructibus naturalibus, aut industrialibus, vel etiam civilibus, qui ex solo feudali percipiuntur, ne aliàs feudum domino inutile sit, si per vassallos vineæ, olivæ, & similia feudalia non colerentur; non vero illis, quæ ex alia causa inducuntur, ut pro bonis allodialibus, & Burgensaticis, vel negotiationibus, quæ extra cansam, & necessitatem feudi exercentur, ut notant Lanar. & Capiblanc. ubi proximè, & superius te-
53 tigi. † Ubi quòd ex hac ratione vassalli cum eorum animalibus non cogantur ad servitia pro voluptatibus dominorum, ut in aucupationibus, vel venationibus, quæ feudo necessaria non sunt.

54 Quæ circa Baronum negotiationes intellige, quando Baro terras Burgensaticas, aut allodiales, etiam intra feudum coleret, vel ab aliis conducta haberet, sive ultra sua pascua feudalia armenta teneat, quo casu, sine dubio dicta procedunt, ne pro eis colendis, vel custodiendis vassalli cogantur; secus vero si propria territoria feudalia colat, vel in eis armenta habeat; nam tunc, licet fructus illi sint industriales, proveniunt tamen ratione, & ex causa immediata feudi, ex quo in eis Baronem negotiare, non censetur, & propterea vassalli pro eis colligendis, vel parandis servitiorum oneri erunt adstricti, ut notant optimè Vincent. de Franch. *decis.* 128. *& decis.* 526. Capiblanc. ubi proximè *num.* 5. qui benè id declarant, nisi industriæ essent in excessu, & sic potius causa lucri, & negotiationis, quàm industriæ ad fructus regulares feudi percipiendos, nam in hoc casu fructus non tam industriales ex feudo, quàm ex negotiatione, & mercimonia Baronis sunt dicendi, quia industriæ præ-

valet negociatio, Anchartan. *in cap. fin. num. 10. de vit. & honestat. Cleric.* & ibidem Joan. de Imol. *num.* 72. Surd. *decis.* 313. *n.* 6.

Quod quidem notabile est ad Clericos, qui ad gabel- 55
larum solutionem ex negotiatione tenentur, juxta nostram *l. 7. tit. 18. lib. 9. Recopilat.* & communem Canonistarum sententiam per Text. *in cap. fin. de vit. & honest. Cleric.* † quod tamen intellige, si Clericus aliena prædia 56
conducta lucri causa colat, non vero si proprias possessiones sui Beneficii, vel patrimonii, quia tunc negotiari, non dicitur, ut ex eo tanquam negotiator gabellarum oneri sit adstrictus, ut latè resolvunt per Text. *in cap. Clericus, verb. Agricultura, 91. dist. cap. numquam, de consecrat. dist. 5. cap. 1.* & ibi Abbas *de celebrat. Missar.*] Lasart. *de gabel. cap. 19. ex num. 67. & 70.* Jo: Gutier. *eodem tract. cap. 93. ex n. 68. & 70.*

Item ex prædictis infertur, Baronem, vel Dominum 57
inferiorem, cui, juxta dicta in capite præcedeoti, aliqua servitia in vassallos competunt, excedere in eorum exactione, si propria animalia habens pro suo usu, & necessario servitio feudi, vassallorum animalibus uti, velit, ut resolvunt, & decisum testantur Vincent. de Franch. *decis.* 211. Rovit. *in pragmat. 1. Regn. Neapol. num. 4. sub rub. de salar. eor. qui mittunt. pro servit. Reg. Cur.* Amendol. in addit. ad Franch. *decis. 536. in princip.* Ricc. *in collectan. decis. 280. versic. Num Baroni habenti*, Mastril. *de Magistrat. lib. 4. cap. 18. numer.* 98. & novissimè Joan. Baptist. Thoro *in compend. decis. tom. 1. verb. Vassalli an teneantur servire*, quia quando quis habet commoditatem, & ea non utitur, æmulari videtur, quod jura abhorrent, argument. Text. *in l. altius, Cod. de servit. & aqua*, & notat benè ad rem Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragm. 16. num.* 35. † Imò, & si Baro non habeat propria 58
animalia, habeat tamen ea sua uxor, adhuc vassallorum bestiis uti, non debet, Camil. Borrel. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 19. num.* 98. Joann. Maria Novar. *de gravam. vassallor. tract. 1. gravam. 85. num. 1. & 2.* quidquid contrarium indistinctè velit Domin. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers. 3. observ. 4. n.* 72. malè ad id referendo *d. decis.* 211. Franch.

Item similiter ex eadem ratione Barones habentes com- 59
petentem familiam pro servitiis personalibus eis necessariis, & pro officiis suæ Curiæ administrandis, prohibentur, vassallos ad hujusmodi servitia cogere, ut ex Text. *in l. 1. Cod. ne rustican. lib.* 11. tenent Camil. Borrel. *de præstant. Regn. Catholic. cap. 18. num.* 16. Renat. Kopin. *de privileg. rusticor. lib. 1. cap. 1. part. 1.* † Quia dumtaxat 60
vassalli casu, quo ad aliqua servitia suis Dominis teneantur, in necessitatibus, & sic in subsidium, intelligi debet, Franch. Rovit. Capiblanc. & superius proximè relati, ex quo tale servitium brachium subsidiarium appellatur per Felin. *in cap. cum non ab homine, de judic.* Alberic. *in l. Episcopale judicium, Cod. de Episcop. Audient.* Franc. Marc. *decis. 773. in fin. tom. 1.*

Ex quibus notabiliter infertur resolutio alterius quæ- 61
stionis valdè per DD. controversæ, an vassallorum servitia feudalia alteri per Barones, sive utiles dominos feudorum cedi, vel aliter alienari valeant?

Quam quæstionem in servitiis obsequialibus optimè 62
suo more tractavit noster doctissimus Regius, & quidem meritissimus Consiliarius D. D. Ildephonsus de Olea in suo plenissimo, & docto tractatu *de cession. jur. & action. tit. 3. quæst. 6. num. 23. & seqq.* ubi & ex *num.* 32. rectè pro negativa sententia resolvit ex Aiina, Tiraquel. Sola, D. Larrea, & aliis per eum congestis, sed loquitur quidem doctissimus vir dumtaxat in servitiis obsequialibus, vel jure vassallagii, quæ quidem indubitanter, alii, quàm Baroni, vel domino per vassallos præstari, non debent, quia potius in obsequio, & reverentia, quam in operis consistunt, quod, ut personale, cessibile non est, ut benè ratiocinatur ipse D. Olea, ex quo benè infert, nec Vicario, aut substituto competere præeminentiam, vel honorem, qui ratione dignitatis debetur, ex Fabric. *in repert.*

verb. Cedi, Carleval. *de judiciis*, *lib.* 1. *tit.* 3. *disputat.* 7. *numer.* 1. *in fin.* Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 69. nec Procuratoribus, aut substitutis Baronum, qui in Parlamentis, vel Curiis pro Baronibus absentibus assistunt, quibus eandem præcedentiam, quam Barones, quorum loco sunt, non competere, certissimum est, sed post omnes proprietarios sedere, debent, licet, si Barones, pro quibus assistunt, ibi adessent aliquos ex proprietariis præcederent, quod in eorum procuratoribus non est admittendum, ut eleganter resolvunt Ponte *decis.* 15. *num.* 9. *cum seqq.* Manriq. Ferr. *de praeced. quæst.* 1. *ex num.* 26. optimè Domin. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers.* 3. *observ.* 2. *n.* 16. *cum seqq. & ex n.* 29. quem cum Mastril. P. Dian. & aliis sequitur D. Olea ubi proximè *n.* 33. qui omnes in eo conveniunt, servitia obsequialia, & jura honorifica, tanquam adhærentia personæ in alium transferri non posse, pro cujus resolutionis comprobatione adducunt DD. præcitati Text. singularem, & notabilem *in §.* 1. *instit. de acquisit. per adrogat.* in quo similiter hujusmodi obsequialia servitia à liberto patrono debita, juxta intellectum Glossæ ibidem, in adrogatorem ipsius patroni, ut personalia non transferuntur, licèt alia bona, & jura patroni transeant, ut plenius proximè dicam.

63 Ex quibus vides, doctissimum D. Oleam, & DD. proximè laudatos dumtaxat nostram quæstionem servitiorum cessionis resolutam reliquisse, quoad servitia obsequialia, & alia jura honorifica non vero, quoad servitia in operibus personalibus vassallorum, sive artificialibus consistentia, quam certè quæstionem præcitati DD. non terigere: ideò de ea nos in præsenti agemus.

64 In hac igitur nostra quæstione circa servitiorum artificialium cessionem (quidquid negativè in obsequialibus D. Olea, & alii resolverint) affirmativè tamen resolvendum videbatur, nostra nempè servitia artificialia alteri per Barones cedi, posse, quia non personalia ex parte Baronis, sed potius realia sint, & consequenter cessibilia, juxta doctrinam, & ratione D. Oleæ, & aliorum DD. quos supra retuli.

65 Pro qua etiam affirmativa sententia in nostris servitiis artificialibus, noviter adduco Text. notabilem, & singularem per DD. ad rem non ponderatum in *l. opera* 2. *ff. de oper. servor.* ubi operas servi legatas minima capitis diminutione non amitti, ait Ulpianus, videlicet juxta intellectum Glossæ, Cujacii, & DD. proximè referend. per adrogationem legatarii, qua non obstante, nec capitis diminutione, quam ex ea patitur legatarius, adrogatum operas servi legatas non admittere, sed potius in adrogatorem transire, asserunt ex mente Ulpiani, Glossa, & Cujacius in quæstion. Papinian. ex quo Text. manifestè probari, videtur, similiter nostrorum vassallorum servitia, vel operas cedi, & in alium uti realia transferri, posse, maximè cum hujusmodi servitia, ut servorum operas, & quodammodo servitutis species reputent Feudistæ, ut superius dixi.

66 Et idem, quod in dict. *l.* 2. *ff. de oper. servor.* & quidem clarius, asserit Papinian. *in dict. l.* 2. *ff. de usu, & usufruct. legat.* ubi non solum hominis operas minima capitis diminutione, sive per adrogationem non amitti, ait, sed imò juxta Gloss. & Cujacium ibidem in adrogatorem transferri, sed hoc amplius ait Papinian. locari etiam, & ex causa locationis, accepta mercede, in alium transferri, posse.

67 Nec his juribus *in dict. l.* 2. *de oper. servor. & in l.* 2. *de usu, & usufruct. legat.* obstat Text. *in dict. §.* 1. *Institut. de acquisit. per adrogat.* ubi operarum obligationem in adrogatorem transire, non posse, expressè deciditur, ut superius pro negativa sententia D. Oleæ, & aliorum ponderavi in servitiis obsequialibus vassallorum, imò ex hujus §. 1. cum prædictis legibus intelligentia proximè referenda magis roborabitur affirmativa opinio supra proposita circa servitia artificialia, ut in tertium per Baro-
68 nem transferri, possint; † nam, licèt multum dubitent, & varient Doctores circa horum jurium intelligentiam, & concordiam, semper mihi verissima visa fuit conciliatio Glossæ in dict. §. 1. quæ optimè hujus §. decisionem intelligit de operis obsequialibus, quas liberti patronis exhibere, tenentur, quæ cum personales, vel respectivæ ad personam patroni sint, certissimum est, alii quàm patrono, invito liberto, deberi, non posse; secus vero in aliis operibus artificialibus, vel fabrilibus, quibus ratione servitutis, alteriusve obligationis servi, vel etiam liberti, aut alii, sunt obnoxii, quæ, quoad translationem in tertium, realia sunt, quia nil interest, an uni, vel alii solvantur, ideò meritò cessibilia, & transmissibilia per adrogationem, vel alium contractum sunt, & de his intelligi, debent jura in *dict. l.* 2. *ff. de oper. servor. & in d. l.* 2. *de usufruct. leg.* & hæc est mens Glossæ benè considerata, licèt ita non exprimat, quam concordiam tradit doctissimus Cujac. in quæst. Papinian. in *d. l.* 2. *ff. de usufruct. legat.*

Et eandem doctrinam, & distinctionem inter operas obsequiales, sive officiales, & inter artificiales, vel fabriles, quoad cessionem, delegationem, vel in alium translationem, tradunt pro dictorum jurium concordia, & etiam pro intelligentia Text. *in l. opera*, *§. Fabriles*, *cum l. sequenti*, *ff. de oper. libert. l. pro herede* 20. *§. Quid si tamen*, *ff. de acquirend. heredit. l. si non sortem*, *§. Libertus*, *ff. de condict. indebit. l. servus* 10. *§.* 1. *ff. de oper. libertor.* Faber. Balduin. & Pichard. & alii Institutarii in *d. §.* 1. *Instit. de acquisit. per adrogat.* Gloss. *in d. §. Libertus*, & ibidem Bart. *n.* 29. *&* 30. Alexand. *n.* 10. Jas. *n.* 25. egregiè Zasius *lib.* 1. *singul. respons. cap.* 3. idem Cujac. *lib.* 17. *observat. cap.* 14. Vvesembec. *in paratit. ad tit. de oper. servor.* Franc. Conan. *lib.* 2. *comment. jur. civil. cap.* 8. *n.* 6. *&* 9. benè Fab. de Anna *cons.* 3. *ex n.* 41. Ronchegal. *in l.* 5. *n.* 11. *ff. de duob. reis*, Donel. *lib.* 2. *comment. cap.* 18. ubi alios congerit Osuald. Marienc. *in l.* 5. *tit.* 11. *lib.* 5. *glos.* 2. *n.* 27. Caroc. *de locat. pag.* 100. *q.* 17. *n.* 8. *cum seqq. & pag.* 271. *conclus.* 98. *in novissima edition.* & plures congerentes Vela *dissertat.* 35. *ex num.* 61. Carval. *de una*, *& alter. quart. part.* 1. *ex numer.* 318. D. Larrea *allegat. Fiscal. tom.* 2. *allegat.* 120. *numer.* 12. Amaja *in l. unic. Cod. ne oper. à collator. exigant.* benè Arias de Mesa *lib.* 2. *variar. cap.* 16. *ex num.* 13. Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 9. *num.* 1106. *&* 1113. optimè Primarius Salmanticensis, & illius Scholæ, & quidem totius nostræ Hispaniæ splendor, magnos meus, imò, & communis præceptor, nostrique Supremi Castellæ Senatus sua præclara eruditione dignissimus Consiliarius D.D.D. Joseph. Fernandez de Retes in suo academico tractat. *de donationib. cap.* 3. *num.* 17. & plenissimè plura congerens Dom. Olea *in dict. quæst.* 6. *numer.* 2. *cum seqq.* 69

Ex qua, ad prædictorum jurium concordiam, verissima distinctione inter operas obsequiales, & fabriles, sive artificiales magis comprobatur non solum D. Oleæ opinio negativa circa vassallorum servitia obsequialia, sive reverentialia in tertium per Dominum non transferenda, verum etiam affirmativa sententia in aliis vassallorum servitiis, quæ non obsequialia, sed imò artificialia sunt, tanquam in vassallorum laboribus, & artificio consistentia. 70

Sed quamvis Domini Oleæ negativa opinio in servitiis obsequialibus verissima sit, & quamvis supra relata affirmativa sententia in aliis vassallorum servitiis prædictis juribus, & concordia eis assignata, multum juvari, videatur; contraria tamen sententia in his vassallorum servitiis, licet obsequialia non sint, sed in ipsorum vassallorum operibus, & laboribus consistentia, verior mihi videtur, imò nullo modo per Baronem, vel dominum feudi alteri cedi, vel transferri posse, sed quòd ipsi Baroni immediatè, & non aliter per vassallos erogari, debeant. 71

Cujus verissimæ resolutionis specialissima ratio pendet ex resolutionibus supra in hoc cap. fundatis: nam cum juxta ante dicta, hujusmodi vassallorum servitia non aliter per vassallos, exhiberi, debeant, quàm pro Baronum 72

neces-

necessitatibus, & quatenus ipsi Barones eis indiguerint, non vero pro ipsorum lucro, & compendio, ex eo sequitur apertè, ea cedi, non posse, vel in alium transferri, quia ex quo hæc servitia Barones alteri cedere, intendunt ea ipsis necessaria non esse declarant, aliàs enim sibi potius retinerent, quàm alteri cedere, niterentur, & consequenter uti Baroni cedenti non necessaria, vassalli eorum præstationi per cessionarium adstringi, non poterunt.

73 Quam notabilem, & singularem rationem tradunt pro hac quoque negativa opinione resolventes eleganter, licet dictis juribus non adductis, Joann. Maria Novat. *in tract. de gravam. vassal. tract. 1. gravam. 79. ex num. 3.* Kohl. *in tract. de servit. feud. p. 2. rubr. cui inserviendum, num.* 105. optimè Berlicch. *decis. Lipsiens.* 67. ultra quos resolvunt etiam in specie *comment. ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. glos. 3. num.* 28. Jo: Angel. Pisanel. *in pragm. Reg. Neap. sub rubr. de salar. vassal. pragm.* 1. qui ita pluries contra Barones decisum refert, Joan. Maria Novar. *in eisdem pragm. Reg. Neap. ad pragm. 16. numer. 4. de Baronib.* Joann. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom. 1. verb. Servitia vassallorum*, & faciunt doctè tradita per Martin. Mager. *de advocat. armat. cap. 9. n.* 1108. *cum seqq.*

74 Quæ verissima resolutio, & ratio pro ea assignata optimè etiam comprobari, potest argum. usus alicui debiti, in quo casu, cum similiter usuarius pro sua tantùm indigentia, & usu, non vero ad compendium, & lucrum uti, debeat, *l. plenum, §. Sabinus, ff. de usu, & habitat.* pariformiter ex hac ratione hoc jus alii cedere, vel quo ad commoditatem locare, aut transferre, nequit *dict. l. plenum, §. Si usus ministerii, d. tit. de usu, & habit. §. Instit. eod. tit.* ubi plenè notant institutarii.

75 Qua speciali ratione pro nostra resolutione stante circa servitiorum vassallorum cessionem denegandam; non obstant jura in *dict. l. 2. ff. de oper. server. & in dict. l. 2. ff. de usufruct. legat.* quæ pro affirmativa sententia supra ponderavi, qui operæ, de quibus in his legibus tractatur, non solum pro indigentia domini, vel alterius creditoris, sed ad lucrum etiam, & compendium debentur, ex quo non mirum, si alii cedi, valeant, argum. à contrario sensu ex *dict. l. plenum, §. Sabinus, & §. Si usus ministerii, ff. de usu, & habitat.*

76 Quare idem resolverem, si aliquo pacto, vel obligatione speciali hujusmodi operæ artificiales alicui debeantur, nam in hoc casu benè alieri cedi, aut transferri poterunt, cum non intuitu personæ, & ejus indigentiæ, sed virtute simplicis, & absolutæ obligationis debeantur.

77 Item, ut nostram materiam excessus Baronum circa vassallorum servitiorum exactionem prosequamur, in modo quoque, & forma exactionis graviter Barones, sive utiles domini feudorum excedere, solent circa tempus, quo servitium fieri, prætendunt, si nimirum, tempore non apto, hujusmodi servitia exerceri, jubeant, Amendol. in addit. ad Franch. *decis. 526. num. 6.* qui ideò decisum testatur, quosdam vassallos injustè per Baronem gravari, ex quo præcipiebat eis frumentum ex Civitate Neapolis tempore hyemali ipsi Baroni adsportare, & hanc quoque decisionem referunt Joann. Bapt. Thor. *in compend. decis. verb. Vassalli quo tempore, fol. 566. column. 2.* ubi Novat. & alios refert.

78 Item aliter circa tempus in servitii exactione excedunt Barones, si non in tempore habili id desiderent, veluti si vassallis propriis operibus vacantibus servitia feudalia injungere, velint, quod non est admittendum ob grave præjudicium, quod exinde eis sequeretur, si à propriis laboribus pro alienis servitiis quotidie extraherentur, & ita in Sacr. Consilio Neapol. Judicatum referunt Thom. Grammat. *decis. 67. num. 5. & 6.* Camil. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. cap. 1. num.* 18. Joan. Maria Novar. *de gravamin. vassal. tract. 1. gravam.* 81. quem sequitur Joann. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom. 1. verb. Vassalli an teneantur ad servitia, fol. 565. col.* 2. pro quo facit vulgaris regula, quòd charitas benè ordinata à se ipso incipere debeat, juxta *cap. qui ult. ordinatè, de pœnit. dist. 3. l. Præses, C. de servit. & aqua.*

Item Domini utiles feudorum in exactione servitiorum 79 excedunt valdeque vassallos gravant, si servitia feudalia injungere, intendant eis, vel eorum animalibus, quæ jam antea ab alio cive fuerant conducta, quæ prior conventio omninò servari, debet, juxta regulam vulgarem, *in cap. qui prior, de regul. jur. in 6. l. qui prior, ff. de Iudiciis,* & in specie resolvunt Grammat. *decis. 67. nu. 2.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragm. at. 16. num.* 67. & cum Novat. Thor. *in compend. decis. tom. 1. verb. Prælatio competens Baronibus, fol. 408. col. 1.*

Ex quo idem dicendum est in vassallis ad servitia an- 80 nualia occupatis, vel ab alio conductis, ut decisum referunt Capiblanc. *singular.* 32. Novat. *de gravam. vassallor. tract. 1. gravam.* 99. Thor. *in compend. tom. 2. verb. Vassalli occupati, fol. 613. col. 1.*

Tertiò igitur principaliter Barones, vel domini feu- 81 dorum in servitiorum ex actione excedunt, videlicet si vassallis pro operibus, & servitiis præstitis salarium justum, sive mercedem non solvant; † servitia enim sine 82 stipendio, & salario præstanda non sunt, ut ex *l. illicitas, §. Illicitas, ff. de offic. Præsid.* Bald. *in l. manumittitur in fin. C. de oper. libert.* Matth. de Afflict. *in constitut. Regn. Officiales, num. 2.* plenè Marin. Frecc. *in tract. de subfeud. lib. 2. authorit.* 37. quia laborem absque mercede esse, nec natura patitur, nec jus, *ut in Authent. de Iudicibus, §. Si quis autem, vers. Nec autem, collat. 6. l. fin. Cod. de stat. & imaginibus, cap. fin. 7. quæst. 1. cap. ex his* 12. *quæst.* 1. Nam secundum Apostolum ad Timoth. epist. 1. cap. 1. Dignus est mercenarius mercede laboris sui, cap. secundum Apostolum, *de præbend. & dignit.* nec stipendiis propriis quis militare, cogitur, *cap. jam nunc, §. fin. 28. quæst.* 1. nec labor, vel servitium vacuum debet esse à mercede, Speculat. *in proœm. sui oper. in vers. Hoc ergo*, nec laborantes debito præmio fraudari, *l. penult. §. Illo, Cod. de necessar. serv.* Bald. *in l. præcipimus, C. de impuber. & aliis substitut.* omnis enim labor, & servitium præmium meretur, *cap. ad nostram, de reb. Eccles. non alien.* ex quo libertorum operas sumptu, & vectura patroni præstandas, ait Javolenus *in l. opera, ff. de oper. libert.*

Nec sufficit, quamlibet mercedem, vel salarium vas- 83 sallis pro suis operibus præstari, sed justum, & consuetum est solvendum, ut notant in specie Genuens. *in manual. past. cap. 68. num.* 5. Gallup. *in method. feudal. part. 5. cap. 1. in tit. de jurib. personalib. num. 8. tom.* 2. Rota Genuæ *decis. 115. num.* 3. † ubi, & quòd personarum qualitas, 84 quæ operam præstant, considerari, debeat, cujus industriæ, & peritiæ, sint, quia nec salariatus dicitur, qui pro labore congruam mercedem non recipit, Joan. Maria Novat. *de gravam. vassallor. tract. 1. gravam. 113. num. 6.* † Prout nec dotata mulier dici, potest, quæ non congruè 85 dotata est, Natta *cons. 37. num.* 4. Corne. *cons. 49. volum.* 1. Lancellot. Galliæ *cons. 72. num.* 16. Aldovin. *cons. 106. n.* 5. Thesaur. *decis.* 192. cum dos incongrua, & indecens dos dici, non debet, Sichar. *cons. matrim. 10. num.* 14. Gail. *lib. 2. observat. 88. num.* 10. Medic. *de regul. jur. part. 1. regul. 5. num.* 63. Menoch. *de arbitr. Iudic. cas. 149. num.* 15. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 23. n. 3. 12. & 14.* Scayn. *decis. Bonon.* 5.

Item pro hujusmodi servitiis stipendium juxta laboris 86 qualitatem dimetiri, & commensurari, debet, ita, ut pro majoribus, & difficilioribus servitiis major, & condigna merces sit præstanda, juxta illud Apostoli ad Corinth. cap. 3. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*, & facit Text. *in l. 2. Cod. de offic. Præfect. Prætor. Afric. & l. 2. Cod. de offic. Magist. justit.* cum aliis congestis per Velasc. *de privil. pauper. q. 6. n. 54. part. 1.*

Ex quibus infertur, quòd si per Barones vassallorum 87 animalia, vel currus pro servitiis feudalibus capiantur, nimisque eos oneraverint, veluti pro magnis lapidibus trahendis, vel peragendis aliis difficilioribus

servitiis, æquivalens etiam stipendium, juxta laboris, & periculi qualitatem, erit præstandum, ut affirmat Rovit. *in pragmat.* 1. *Regn. Neapol. numer.* 8. *sub rubr. de salar. eorum qui mittunt pro servit. Reg. Cur.* qui loquitur in conductione mollarum, sive lapidum pro molendinis, ubi quidem magnus labor inest.

88 Unde optimè infert Vincent. de Franch. *decis.* 526. quòd, quamvia *per Regiam pragmat.* 1. *& 2. Regn. Neap. sub dict. rubr. de salar. eor. qui mittunt, pro servit. Reg. Cur.* salarium pro his vassallorum servitiis per Barones præstandum, sit taxatum ad rationem milliarium, computationem hanc attendi, non debere, rectè ait Franch. nam multum exindè vassalli gravarentur, cum propter hujusmodi onerum magnitudinem pauca milliaria in una die peragi, possent; quare pro tota die, prout inter alios cives, salarium præstandum, juxta verosimilem mentem pragmaticæ, resolvit Franch. quem referunt, & sequuntur Joann. Maria Nouar. *de gravamin. vassallor. tract.* 1. *gravam.* 105. *ex num.* 2. Rovit. *ubi proximè*, quòd

89 † optimè comprobatur exemplo famulorum aliqua grandia, & extraordinaria servitia agentium, quibus similiter ex eo major, & condigna merces præstari, debet, quin ratio haberi, debeat circa mercedis conventionem, vel taxæ præcedentis, nam, dum servitia pretium conventum excedunt, æquivalens stipendium est præstandum, Vazq. *in opusc. de restitut. cap.* 5. §. 1. *dub.* 10. *num.* 57. Rebel. *de oblig. rust. lib.* 14. *quæst.* 15. *numer.* 9. *cum seqq.*

90 † Nec conventio circa salarium præcedens Judicem impedit, quominus id iterum taxari faciat, Gratian. *discept. forens. cap.* 56. Carleval. *de Iudic. tit.* 1. *disput.* 2. *num.* 168. *cum seqq.*

91 Ex quibus manifestè detegitur alius notabilis Baronum excessus, vel potius impia defalcatio salarii pro servitiis pauperum vassallorum præstandi; solent enim vassallos operarios certa mercede conducere pro aliquo artificio, sive opere peragendo, & deinde, vel ex causa, aut, data opera, ad aliud servitium majoris laboris implicantur, quin ex eo, opere peracto, majorem mercedem eis solvant, quod valdè iniquum est, juxta proximè dicta, quia laboratorum conditio mutatur, & variatur conventio præhabita circa opus faciendum; quare æquum esset, mercedem quoque ob majorem laborem, & periculum, quod subeunt variari, & augeri, ut in specie docet Novat. *de gravamin. vassaller. tractat.* 1. *gravam.* 114. *ex num.* 1.

92 Quæ conclusio optimè comprobatur ex vulgati DD. dicterio, ut, nimirum, aucto labore officii alteriusve exercitii, salarium quoque, vel stipendium augeri, debeat, ut, è contra diminuto, diminui, ut ad plura latè tractant Bimius *consil.* 103. *volum.* 2. Franc. Marc. *decis.* 449. *part.* 2. plura fundamenta referens Anton. Capic. *decis.* 27. *num.* 20. Joan. Platea *in l.* 2. *num.* 3. *Cod. de dignitat. lib.* 12. Magon. *decis. Florent.* 11. *&* 12. *numer.* 10. Laudens. *de offic. conclus.* 51. Jacob. Mandel. de Alba *consil.* 354. *num.* 8. optimè Ponte *de potestat. Proreg. tit. de abundant. Civitat.* §. 6. *num.* 10. *cum seqq.* Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 8. *part.* 1. *num.* 117. Mastril. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 15. Carleval. *de Iudic. tit.* 1. *disput.* 2. *num.* 21. D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 35. & ad plura noster magnus aduocatus Don Joan Giles Pretel *in sua docta allegat.* quam pro defensione Illustrissimi Dom. D. Joseph.

93 Gonzalez scripsit *num.* 355. *cum seqq.* † Ex quo si tres scholares famulum conduxerint pro certa mercede, & alius accedat, pro majori labore mercedem augeri, debere, notant Cœpol. *de servitut. urbanor. prædior. cap.* 50. *de furn. num.* 40. Noguerol. *alleg.* 5. *num.* 46. *& allegat.* 53. *num.* 62. *&* 63.

94 Et idem communiter resoluunt in officiali duplex officium, vel plurea dignitates, aut honores, sive plurium vicem gerente, quòd ob laborem auctum salarium duplicatum mereatur, juxta jura singularia *in Authent. ut Iudices, sine quoquo suffrag.* §. *Illud, collat.* 2. ubi id expressè comprobatur, *& in l. his scholaribus, Cod. de erogat. militar. annon. lib.* 12. *l. binos, Cod. de advocat. divers. Iudic. l.* 2. *Cod. de offic. Præfect. Aphric. l.* 2. *Cod. de offic. Magistr. just.* & alia plura per DD. referendos congesta, & confert illud Apostol. 1. ad Corinth. cap. 3. *unusquisque propriam mercedem accipiet, & secundum suum laborem*: plenè tractant circa plura officia, plures dignitates, & honores, pluriumque vicemgerentem, Superioris licentia subsistente, quòd ex eo plura quoque salaria, aut emolumenta, siue prouentus accipere debeat, ultra antiquiores Jo. Platea *in dict. l. his scholaribus, n.* 1. idem pulchrè *in l.* 3. *num.* 2. *cum seqq. Cod. de dignit. eodem lib.* Guillielm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testament. in verb. Duas habens filias, num.* 63. Menoch. *de arbitr. Iudic. cas.* 223. Cardin. Tusch. *practicar. conclus. litt. S. conclus.* 15. Auendañ. *de exequend. mandat.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 47. Gail. *lib.* 1. *observat.* 44. *ex num.* 8. † Optimè Bald. *in l. si adscribatur, Cod.* 95
de appellat. ubi in Doctore, qui plures voces in Collegio, vel Uniuersitate habet, quòd plura etiam salaria habere, debeat; † & idem in eo, qui legit lectionem ordinariam, 96
& extraordinariam, quòd salarium utriusque lecturæ ei debeatur, idem Bald. *in l. qui duobus, ff. de condiction. & demonstrat.* plenè de materia Ponte *de potestat. Proreg. tit. de abundant. Civitat.* §. 6. *num.* 11. *cum seqq.* Joseph. Sesse *de inhibition. cap.* 1. §. 8. *num.* 10. *&* 11. *& decis.* 174. *nu.* 5. *part.* 2. Maur. *allegat.* 19. Bobadil. *in Polit. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 18. Mastril. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 21. *ex num.* 72. † Et in os- 97
ficialibus, siue Magistratibus duplex officium gerentibus prosequuntur ad plura Rovit. *super pragmat. Regn. Neap. de muner. offic. num.* 4. *fol.* 480. Novar. *in collect. ad pragmat.* 9. *ex num.* 4. *sub rubr. de actuar. fol.* 38. & ita plures in Sacr. Consilio Neapol. decisum testantur alia plura circa salarium, vel stipendium officialium, sive Magistratuum, vel laboratorum augendum ob laborem auctum noviter congerentes Donat. Anton. Marin. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 312. *per tot.* D. Franc. Merlin. *controvers. forens. cent.* 1. *cap.* 7. Sanfelic. *decis.* 328. *tot. tom.* 3. Capyc. Galeot. *in dissertat. unic. post prim. respons. Fisc. num.* 74. *cum seqq.* ubi plura exempla, & decisiones cumulat, Joann. Baptist. Thor. *in supplem. compend. decis. verb. Salarium duplicatum consequi, & verb. Salarium duplicatum, fol.* 593. & comprobat Camil. de Curte *in* 2. *part. oper. feudal. cap.* 1. *num.* 156. † Qui testatur de suo patre Andrea de Curte 98
Sacr. Consil. Neapol. Consiliario, cui, ut ejusdem Consilii Decano, officium pro Præsidis exercenti utrumque pro Præsidis, & Consiliarii salarium jussu Sacr. Consil. præstitum fuisse, ait, Fiscali contradictione non obstante, & decretum Consilii extat in Collectis per Marin. post decis. Reverter. *decret.* 287.

Sed (quidquid hoc ultimum apud Neapolitanos ser- 99
vetur) apud nos Consiliorum Decani Præsidentes in absentia Præsidum, nullum aliud præter ordinarium Consiliariorum salarium lucrantur, & quidem de jure rectius hoc procedit, quia hoc novum onus, vel potius honos, ratione ipsius officii, & antiquitatis provenit, quasi ei cohærens, ideò absque novo salario Decanus id subire, tenetur, juxta dicenda in nostris Fiscalibus aliisque Magistratibus infra, quod tamen intellige, nisi novo Gubernatoris salario titulo jussu Regis Decanus, vel alius Consiliarius præsideat, quia tunc Præsidis salarium ei debebitur, extincto tamen interim Consiliarii stipendio, nisi specialiter per Principem ei quoque concedatur, quia nec in hoc casu officio Consiliarii fungitur; absorbetur enim, & interquiescit ejus salarium exercitium per majorem dignitatem, cum eaque incompatibilitatem habet.

Hæc apud nos: contrarium vero in Neapoli consue- 100
tudine servari ex superioribus vides, juxta quæ in eodem Regno cum Præsidentes Regiæ Curiæ ob absentiam, vel mortem locumtenentis ejusdem Regiæ Curiæ ejus officium per hebdomadas alternatim substituunt juxta illius Regni *pragmatic.* 8. *sub rubric. de offic. Procurat. Cæsar.* similiter inter ipsos salarium locumtenentis per hebdomadas dividitur, & extat etiam de hoc decretum ejusdem

Sacr.

Sacr. Consil. in Cullectis per Marin. *ubi proximè in n.* 285. & etiam extant alia duo decreta 654. & 660. apud eundem
101 Matin. in dict. loco. † In quibus idem resulvitur pro Præsidente Reg. Curiæ, cum Præses Provinciæ mittitur, & cum ejusdem Tribunalis advocati Fiscalis munus exercet, ut ex hoc Præsidis Provinciæ, & Fiscalis stipendium, ultra proprium, mereatur.

102 Et idem novissimè resolvunt pro Regiis Magistratibus, & Consiliariis, quòd ob duplicata officia, & negotia salarium etiam duplicetur, vel augeatur, optimè Franc. Rocc. *de offic. regimin. rubr.* 10. *num.* 35. *cum seqq.* ubi plures decisiones Sacri Consilii Neapol. refert, benè Franc. Maria Prat. *disceptat. forens. tom.* 2. *cap.* 20. *ex num.* 3. ubi, & in officiali plures commissiones, vel negotia gerente, in quo benè Rovit. *in pragm. Regn. Neap.* 6. *sub rub. de commissar. ex num.* 10. *fol.* 166. Franc. Rocc. *in respons. legal. centur.* 1. *respons.* 91. *in fin.* quia officia duplicata, vel plura negotia gerentes, plures quoque sollicitudines, & labores, atque onera subeunt, & consequenter salarium duplicari eis debet, vel augeri, juxta rationem oneris, vel laboris, ut benè pro ratiune notant Capyc. Galeot. Rocc. & proximè laudati, & resolvit nouissimè, licet nullo ferè ex prædictis modernioribus relato, Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg.* 2. *part. cap.* 35. *num.* 32. *cum seqq.*

103 Et, ultra locum relatum, optimè iterum notat Joan. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom.* 1. *verb. Salarium duplicatum*, qui id quoque singulariter resolvit in officialium Consiliariorum propinis, sive parvis, & accessoriis proventibus in cera, sacharo, & aliis munusculis apud nos *Propinas, y Luminarias*, in quibus idem ducent, quòd ob duplicatum officium, vel majorem dignitatem adeptam duplicentur, Marin. Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *rub. quis dicatur Dux num.* 56. Guillielm. Benedict. *in cap. Raynutius de testam. in verb. Si absque liberis* 2. *num.* 11. Federic. de Sehench. *in tract. de testib. num.* 1. Ctot. *eodem tractat. part.* 7. Albert. Pap. *eodem tract. cap.* 7. Rovit. *in pragmat. Reg. Neap.* 13. *num.* 14. *sub rubr. de official.* Ricc. *collect.* 2466. Don Joan. Giles Prætel *ubi sup.*

104 Ex quibus idem apud nos servatur in Supremo Regii Patrimonii Consilio, ubi Regii Consiliarii Aulæ Gubernationis, qui in Aula Millionum, vel in Tribunali majori ratiocimiorum jussu Præsidis manè assistunt, & præsunt, ex hac ratione salarium discretum assignatum habent,

105 Quod non obtinet in nostris Regii Patrimonii Consilii Fiscalibus, ut scilicet dum Fiscalis Millionum, vel Aulæ justitiæ vacantis Fiscalis Aulæ Gubernationis munus subit, duplex ei stipendium, & minuta emolumenta, sive propinæ debeantur; sed observatum vidi in persona doctissimi D.D. Ludovici de Cerdeño, & Moncon mihi semper colendissimi Magistri, qui post primas vices advocatiæ in hac Regia Curia transactas, ad Supremi Consilii Regii Patrimonii Fiscalis munus sua singulari prudentia, & doctrina, præclara eloquentia, & virtute euectus, cum Fiscalis officium in Aula Millionum tunc vacans, ultra suum, exerceret, habuit ex eo non duplicatos proventus, nec propinas, sed adjutorium tantummodò vulgò *Ayuda de costa*.

106 Et certè id seruatur in praxi, tam in emolumentis extraordinariis, quam in salario principali, quæ nullo modo nostris Fiscalibus duplicata præstantur: & fortè hæc apud nos procedunt, quia Senatus Regii Patrimonii Fiscales invicem se tempore vacaturæ substituunt, & hoc ratione suorum officiorum.

107 Quæ omnia intellige: cum noua negotia, & labores ultra administrationem, & onus proprii officii ex alia causa veniunt: secus si ratione ipsius officii, nam tunc hujusmodi onus, ut proprio officio cohærens magistratus, vel officialis absque nouo salario subire, tenebitur, ut ad Text. *in §. Nullus*, cum simılib. *in Authent. ut nulli Judices, collat.* 9. *& in Authent. scriptum exemplar. cap. fin. & in Authent. de mandat. Princip. §. Illud, & §. Non permittas, & in Authent. de Iudic. §. Ne autem*, notant Sesse *de inhibit. cap.* 1. *dict. §.* 8. *ex num.* 10. benè Mastril. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 79. & ita sentit Paris de Put. *de syndicat. verb. Salarium, cap.* 1. *num.* 2. † Qui è conver- 108
so contrarium resolvit cum Judex de publico salariatus extra Provinciam tendit pro negotiis alienis à proprio officio, veluti ad Regem pro legatione per Ciuitatem ad id electus, quo casu non solum expensas, sed & aliud salarium recipere, debet ob nouum, & diuersum officium legationis, pro quo non fuit salariatus, cum sit extraneum munus, & quid diversum à proprio officin, & hic est casus Paris de Put. quidquid contrarium eum reprobans resolvat, loquens in nostris Correctoribus, noster Escobar *de ratioc. cap.* 27. *num.* 27. *&* 28. ex Bald. *in l.* 1. *quæst.* 1. *C. mandat.* Guid. Pap. *quæst.* 68. *num.* 2. sed certè Bald. nihil ad rem ait, Guid. autem loquitur in Syndicis, vel Procuratoribus, qui pro negotiis ipsius administrationis, vel procurationis aliqua itinera peregerunt, quibus ex dictis aliud salarium non deberi, constat.

Sed quidquid hoc de jure communi servari, debeat, 109
hodie apud nos in nostris Correctoribus, & aliis Judicibus correctum invenitur per *leg. Regiam* 7. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recopilat.* qua omninò correctores prohibentur Regiam Curiam, vel Cancellariam pro negotiis suæ Civitatis cum salario, vel sine illo, adire sub gravibus pœnis, & ita ex nostra lege resolvunt Auendan. *de exequend. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 9. *in fin.* licet sine salario id correctoribus licere, asserat contra expressam litteram legis, quare benè corrigitur per Azeved. *in dict. l.* 7. *num.* 1. Bobadil. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 9. quod optimè fuit cautum propter abusum, & frequentes correctorum ad Regiam Curiam, vel Cancellarias aditus cum magnis quidem suarum Ciuitatum expensis.

Nec prædictis circa duplicata salaria pluribus officiis, 110
vel negotiis gerendis præstanda obstat, quòd contrarium seruetur in Alguacellis, aliisue executoribus, quibus extra Ciuitatem, vel Villam ad executionem faciendam exeuntibus certum salarium pro accessu, & recessu est constitutum, qui, licet plures executiones fecerint, salarium augeri prætendere, non possunt, ut notant Auiles *in cap. Prætor* 43. *glos. No consientan, num.* 1. & idem si paucioribus diebus, quam regulariter fieri, poterat, executionem, vel negotium expedierint, in unaquaque die plures leucas, quàm est consuetum, de ambulando, ut docet Bobadil. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 242. *in fin.* & plenius distinguendo proximè dicam, hoc enim, meo videri, speciali ratione procedit, quia nimirum executoribus his pro uno itinere, siue accessu, vel recessu certa merces est constituta, ex quo, licet plures executiones, vel negotia peragant, non tamen plus laboris, ex eo subeunt, quia non plura itinera faciunt, sed unum tantùm, de quo fuit conuentum, certa mercede pro eo assignata: † At vero in aliis Magistratibus, sive Regiis Con-
siliariis ex contraria ratione prædicta procedunt, ut ob cō- 111
missiones, vel plura officia, salaria quoque eo respectu augeri, vel duplicari, debeat, cujus specialissimam rationem in eo consistere, censeo, quia videlicet, cum quælibet officia sua certa, & separata salaria constituta habeant, & hoc pro onere dumtaxat cujuslibet officii subeundo, ita ut, eo peracto, officialis, vel Consiliarius propriis in operibus suo libitu residuum tempus consumere, valeant, non vero, quod vulgus autumat, & his salariis ob plures commissiones obsistit, ut Regius officialis, ex quo unius officii ratione salarium percipit, totus, & pro omni tempore seruitio Regio etiam extra illud officium absque majori salario, vel justa aucti laboris compensatione manciparus censeatur: quare ex hoc sequitur, quòd si alicui Magistratui, qui, post impletum suum munus, ad alia Regia negotia peragenda tempus superest, diuersum officium, vel munus committatur, diuersum quoque stipendium ob laborem nouum solui, debeat, in quo nullum præjudicium Regio patrimonio infertur, cum idem salarium cuilibet alii hoc officium separatim per-

agenti præstandum esset, nec aliquod inconveniens, vel scrupulum ex parte Magistratuum, qui hæc duplicata sa-
112 laria accipiunt, considerari, potest, † nisi fortè in primo officio, ipsiusque negotiis peragendis, vel litibus resolvendis totum tempus, & Magistratus labor impendi, ac consumi, debeat, ita quòd novum officium, & ejus negotia gerere, non valeat absque dispendio, & præjudicio bonæ expeditionis negotiorum officii prius consecuti, nam in hoc casu, nec Regia Majestas justè poterit plura officia in una persona cumulare; nec Regii officiales, vel Judices ea accipere, debent, & tot negotiis se implicare, si omnium cursui, & expeditioni unius dumtaxat peritiam, & laborem non sufficere, videant. Sed quis hoc cognoscet? quis hoc de se credet, aut sententiet? vel quis totius orbis rerum gubernio se satis non putet? quidquid autem quisque de se ipso proprio amore captus præsumat; ex ignorantia tamen supina, & culpabili, apud Deum non excusabitur.

113 Juxta quæ nec prædictis de Magistratibus, aut Judicibus duplicata salaria ob plura officia, & solicitudines merentibus obstat, contrarium in militibus observari, qui licèt plures militias teneant, non tamen ex eo plura stipendia consequi, valent, imò jure communi sancitum invenitur, ne quis uno, eodemque tempore duas militias habere, possit, &, quòd magis est, si secundam petierit, de prima, quam tenet non faciens mentionem, utramque amittere, probatur in Text. *in l. his quidem*, *Cod. qui milit. poss. vel non*, *lib.* 12. Aretin. *in cap.* 3. *de probat.* Revert. *decis.* 308. & ibidem Marin. & ad omne Capyc. Galeot. *in dissertat. unic. post prim. respons. Fiscal. ex num.* 71. *& tot.* Francisc. Rocc. *de offic. regimin. rub.* 10. *de militar. stipend. ex num.* 31. *&* 33. hoc enim specialiter quoque procedit in militibus, qui pro primo stipendio conducti se totos, & per omnem tempus expeditionis corporali militiæ servitio mancipati censentur; quare eorum operæ, ut personales pluries in una die locari, vel plura stipendia mereri, nequeunt, ut in aliis suas operas per annum, vel aliud tempus locantibus patet, qui quamvis plura, & diversa servitia intra annum exercuerint, non tamen, ultra primam mercedem conventam, aliquid prætendere, possunt, quod in Magistratibus, & Judicibus administrationem justitiæ gerentibus locum non habet, quia non generaliter ab eis omnia sua opera, pro prima mercede per Principem sunt conducta, sed ea dumtaxat, quæ sufficiunt pro expeditione negotiorum primi officii, pro cujus certo onere subeundo, & non pro alio, stipendium est consignatum, quare, si, hoc munere impleto, aliud ex Principis commissione, vel jussu Magistratus gesserit, pro novo labore, & discreto onere, cui ratione primi officii non tenetur, alia quoque mercede, vel stipendio gaudere, debet.

114 Ex quibus omnibus firma, & comprobata manet supradicta nostra principalis conclusio, ut pro majori servitio, vel labore major etiam merces, vel stipendium vassallis per Barones, vel utiles dominos feudorum sit præstandum.

115 Item ex prædictis infertur circa solutionem salarii pro servitiis feudalibus, vel ex alia causa debitis graviter excedere Barones, aliosve Dominos inferiores, si servitia, quæ per decem dies, vel aliud tempus regulariter fiunt, vassallis injungant, ut intra octo dies, vel breviori tempore faciant, nec pro totidem decem diebus stipendium
116 ipsis persolvant: † Vel si ipsi vassalli pro epistolis ferendis, vel alio simili conducti certa mercede pro qualibet die itineris assignata cum pacto, ut certæ leucæ, vel milliaria in qualibet die perambulent, quo casu, si vassalli paucioribus diebus, quam est consuetum, iter peregerint, plures leucas, vel milliaria, quàm in pacto fuerunt constituta deambulando, similiter eis salarium præstari, debet, habita ratione dierum, qui consumi, poterant, juxta leucas, seu milliaria conventa.

Quæ conclusio optimè, comprobatur exemplo Algua- 117
cellorum, vel Judicum qui pro executione, vel aliis negotiis extra oppidum mittuntur, certo salario pro qualibet die constituto, quibus, paucioribus diebus, quàm est consuetum, iter peragentibus salarium est præstandum juxta dies, quæ in itinere regulariter consumi, poterant, ut resolvunt Gloss. fin. & Dynus *in l. eos*, *ff. ad l. Cornel. de fals.* Alexand. *in l. de divisione*, *ff. solut. matr.* Paris de Puteo *de syndicat. verb. Iudex in officio*, *num.* 5. Aviles *in cap. Prætor.* 54. *verb. Salario*, *num.* 3. Alciat. *in l.* 3. *ff. de verbor. signific.* Villadieg. *in Polit. cap.* 3. *num.* 91. Rot. Florent. *decis.* 12. addit. ad Capyc. *decis.* 125. Menoch. *de arbitr. cas.* 223. Petr. Barbos. *in l. de divisione* 7. *ff. solut. matrim.* & ex Freccia, Cotta, Menochio, & aliis Caravit. *in dict. l. eos*, §. *Qui se pro milite*, & Rovit. *in pragmat. Regn. Neapol.* 6. *num.* 10. *sub rubric. de commiss.* benè, & novissimè Elisæus Danz. *in pugn. Doctor. tom.* 3. *tit. de salar. cap.* 2. *num.* 49. Joann. Baptist. Thoro *in Cod. rer. judicat. cas.* 60. *num.* 244. *&* 245. † Quod intellige, si 118
conventio, & stipendium pro diebus sit assignatum, secus si generaliter pro toto itinere, vel pro accessu, vel recessu certum, & unum pretium sit constitutum, nam tunc, licèt paucioribus diebus iter peregerint, nihil amplius, ultra pretium assignatum, desiderare, debent, quia nec amplius, quàm est conuentum fecerunt, ut notant Imol. & alii antiquiores *in l. continuus*, §. *Cum ita*, *ff. de verbor. oblig.* optimè ita distinguentes, Petr. Rebuff. *in l.* 3. *vers. Quæro*, *ff. de verbor. signif.* Bobadil. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 42. juxta quam distinctionem intelligi, debet doctrina Aviles *ubi proximè*, *& in cap.* 43. *vers. No consientan*, *n.* 1. de quo supra mentionem fecimus.

Item Barones, vel Domini inferiores excedunt, si ser- 119
vitia manè vassallis injungant, & meridie eos dimittant, integrum salarium non solvendo, sed tantùm pro rata temporis, Joann. Maria Novar. *forens. quæst.* 40. *num.* 9. 10. 1. *& de gravam. vassallor. tract.* 1. *gravam.* 87. *numer.* 12. *& in pragmat.* 1. *Regn. Neapol. collect.* 2. *num.* 9. *sub rubr. de salar. eor. qui mittunt.* & pluries decisum referunt Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *super pragmat.* 16. *num.* 50. *&* 55. Joan. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom.* 1. *verb. Sala-*
rium integrum, † quia similiter totius anni salarium est 120
solvendum famulo, vel alii operario ante ejus implementum sine causa à domino dimisso, cum per eum non steterit, quominus annum, vel tempus conventum impleret, Text. *in l. qui operas*, *ff. locat.* & resolvunt Capel. Tholos. *decis.* 268. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 2. *glos.* 1. *vers. Est tamen dubium*, *column.* 63. Bobadil. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 41. Carpzov. *decis.* 264. & apud nos statuitur *in l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 4. *Fori.*

Quod dupliciter intellige, nisi post expulsionem fa- 121
mulus, vel operarius alii domino servierit, vel suas operas locaverit, nam tunc pro eo tempore, quo secundo domino servierit, mercedemque acceperit, nihil à primo exigere, poterit, ne pro unicò labore duplex stipendium percipiat, ut probat Text. singular. *in l. sed addes*, §. *fin.* aliàs, *l. diem functo*, *ff. locat.* & ibidem benè Gothofred. *lit. H.* Azeved. *in l.* 9. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopil. numer.* 12.
† Ubi, & in eo, cui ante annum, mortuo domino, inte- 122
grum salarium est præstandum, ut similiter intelligatur, nisi postea alii servierit, ex Cassiodor. *decis.* 1. *sub tit. de locat. & conduct.*

Secundò dictam conclusionem intellige, nisi domi- 123
nus iracundiæ calore incensus, dum famulum increpat, vel punit, ei dicat, quòd à domo sua recedat, nec amplius ad eam revertatur, nam ex hujusmodi verbis calore iracundiæ prolatis famulum plenè dimissum, vel ei licentiam deserendi dominum concessam, non est dicendum, sed imò poterit dominus propè diem famulum revocare, ut notant argumento Text. *in l. quidquid calore*, *ff. de regul. jur.* & ex Benedict. de Paulin Nevizan. *in sua sylv. nuptial. lib.* 6. *numer.* 49. *circa fin.* Parlador. *different.* 130. §. 9. *numer.* 7. Azeved. *in dict. l.* 9. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopil. numer.* 25. juxta quod intelligit nostram *leg.*

Reg.

Digitized by Google

Reg. 2. tit. 20. lib. 6. Recopilat. Escobar *de ratioc. cap. 27. num. 20.* & novissimè Franc. Maria Prat. in addit. ad Paschal. *de patr. potest. part. 1. cap. 3. vers. Sed pulchra.* Secus
124 † vero si famulus ipse dominum ante tempus conventum dereliquerit, quia eo casu nullum ei salarium debebitur, ut juxta veriorem, & communiorem resolvunt Orosch *in l. diem functo, ff. de offic. Assessor. num. 13. column. 515.* Didac. Perez *in dict. l. 1. tit. 2. gloss. 1. lib. 1. Ordinam. versic. Est tamen dubium, col. 63. in princ.* pro quo extat nostra *l. 8. tit. 4. lib. 4. Fori*, & ibidem Moutal. *verb. Sin su cul-*
125 *pa.* † Quod id limitat, si famulus, vel operarius, data domini culpa, ab eo discesserit, ut puta si minus justè contra eum insurgit dominus, vel alimenta ei non ministrat, pactionisve fidem non servat, quibus de causis, quantumvis famulus, vel operarius dominum dereliquerit, integrum salarium totius anni percipiet; sequitur Azeved. *in d. l. 9. n. 14. & 15.*

126 Et insuper dictum, ut, si famulus suo libitu, vel culpa recesserit, salarium amittat, intelligit, non solum de futuri temporis salario, sed etiam de præterito, & idem dicunt Orosc. Didac. Perez, & Azeved. *ubi proximè*, pro quibus extat *dict. l. 8. tit. 4. lib. 4. Fori.* Sed hoc
127 † intelligunt Bald. *in l. ade , Cod. locat.* Montalu. *in dict. l. 8. Fori*, Parlador *in sexquicentur, dict. different. 130. §. 9. num. 5.* si domini interfuerit, derelictum non fuisse, quia forsan alium famulum continuò reperire, non potuerit, & propterea rebus familiaribus detrimentum accipit, sed in hoc casu ratione damni causati culpa famuli non solum præteritum salarium, sed quidquid domini interfuerit, exigi, posse Judicarem, nisi dict. *l. 8. Fori*, usu recepta probetur.

128 De aliis autem pœnis contra famulos dominos deserentes agit nostra *l. 2. tit. 20. lib. 6. Recopil.* ubi, inter aliàs pœnas, eam principalem statuit, quòd si acceptis vestibus, vel nummis pro salario anticipatis, discesserint, reddire, & integrum annum servire, compellantur, imò jure communi vestes ipsas dominum propria authoritate auferre, & tollere posse, tenuerunt Bartol. *in l. penult. §. Servus uxoris, ff. solut. matrim.* Paris de Puteo *in tract. de syndicat. verb. Salarium, cap. 6. num. 13. & 14.* sed hoc verius intelligit Petr. Costal. *in l. id vestimentum, ff. de pecul.* stantæ sugæ suspitione, & declarant quoque secundum eundem Costalium ibidem ex Alexand. *in dict. l. penult. ff. solut. matrimon.* & ex Text. *in l. ait prætor, §. Si debitorem, ff. de his, quæ in fraud. creditor.* Montal. *in d. l. 4. tit. 4. lib. 4. Fori*, Azeved. *in dict. l. 9. tit. 15. lib. 4. Re-*
129 *copil. num. 21.* † circa quod adhuc notabiliter distingue cum Bartol. *in l. in his, §. Servus uxoris, num. 4. ff. solut. matrimon.* inter vestimenta, quæ pro usu proprio famulis præstantur, ut sua sint, & inter ea, quæ ipsis traduntur, ut eis principaliter utantur certo tempore, veluti cum ministraverint in mensa, aut dominum sequerentur, juxta distinctionem Text. singular. *in l. id vestimentum, ff. de pecul.* in primò casu vestimenta, ut species data censentur, & semper in dominio domini remanent, ut quando libuerit ea à famulis auferre, possit: in secundo casu, in quo frequenter versamur, iterum distinguit Bartol. & resolvit juxta proximè per nos dicta in salario, quòd aut famulus sua culpa recedit, vel culpa domini: si culpa domini, non poterunt ei vestes auferri: Secus si propria culpa, nisi earum pretium domino offerat, & etiam innuit Bartol. hoc non propria, sed Judicis authoritate fieri, debere, quæ, ut singularia nota pro hujus Regiæ Curiæ consuetudine, qua vestimenta, quæ famulis à calcaribus, vel aurigis apud nos *Cocheros, y Lacayos* præstautur, non solum pro eorum usu, sed ut ornatiores dominum committentur, juxta primum casum dictæ distinctionis, per eos ante annum discedentes restituuntur.

130 Quæ superior nostra principalis conclusio circa stipendia vassallis per Barones ad laborandum manè conductis integrè totius diei præstanda, non obstante, quòd meridiè de ipsorum Baronum licentia à labore recesserint, vel eorum jussu injustè, & sine causa fuerint dimissi, comprobatur etiam exemplo Officialium, vel Magistratuum, quibus similiter ab officio, sine ipsorum culpa remotis, & postea absolutis, integrum salarium totius anni est præstandum, licèt secus si eorum culpa interveniente, remotio fiat, vel ipsi suo libitu recedant, ut plenè resolvunt ex Text. *in l. cum allegatis, Cod. de re militar. lib. 12. l. ex causa dessertionis, ff. eodem*, Salicet. *in authent. idem, in fin. Cod. de heretic.* Masul. in addit. ad Capyc. *decis. 125. num. 2. in fin.* Ricc. *variar. resolut. cap. 169.* Cabed. *decis. 8. num. 34. part. 1.* Mastril. *de Magistrat. lib. 1. cap. 21. ex num. 89. & 91.* Escobar *de ratioc. cap. 27. à num. 18. & 21.* qui loquitur in nostris Correctoribus ipsorum libitu recedentibus, *& in num. 27.* cum ex causa publica Civitatum, ubi assistunt, discedunt. † Et ad alia in cæteris officiali- 131
bus facto Principis sua officia exercere impeditis, latè tractant, & sub dicta distinctione resolvunt Donat. Anton. Marin. *quotidian. resolut. cap. 210. per tot.* Joann. Baptist. Thor. *in supplement. compend. decis. tom. 1. verb. Salarium an debeatur*, idem Thor. *tom. 2. ejusdem compend. verb. Salarium officiali*, ubi latè de impedito facto eligentis accedere ad locum exercitii, vel administrationis, † & 132
in impedito ob tumultum Civitatis Capyc. *decis. 125.* Ric. *collect. decis. 2466. part. 6.* idem Thor. *in compend. decis. verb. Salarium integrum*, † & in legatis missis ad Regem 133
per Civitatem, petita ad id per ipsam Civitatem licentia à Prorege, & sine justa causa denegata, & interim in Civitate, vel in itinere per Proregem detentis, quòd, eo non obstante, salarium eis debeatur, comprobatur argum. ex dictis per Ponteu *de potest. Proreg. tit. 1. de abundant. Civitat. §. 7. ex num. 8.* qui generaliter hujusmodi legatis, ita per Civitatem ad Regem missis salarium deberi, resolvit, & decisum testatur Joann. Baptist. Thor. *dict. tom. 1. verb. Salarium an debeatur fol. 493. column. 1. in princip.* † & idem in injustè suspenso, & postea absolu- 134
to DD. Joan. Bapt. Larrea *decis. 85. numer. 15.* quidquid contrarium, imò quòd suspenso, licet injustè, officii emolumenta non debeantur, teneat Noguerol. *allegat. 8. num. 20.* † Cujus doctrina intelligi, debet in emolumentis 135
personalibus, quæ ratione administrationis, & servitii personalis sunt assignata, quæ administrantibus dumtaxat, & personaliter servientibus debentur, & substitutus interim serviens ea lucratur, Marin. *tom. 1. variar. resolut. cap. 110.* Noguerol. *dict. allegat. 8. per tot.* Franc. Rocc. *de offic. eorumque regimin. rubr. 10. numer. 16. versic. Idemque est*, qui de his emolumentis personalibus, vel de salario etiam principali servitio personali correspondenti intelligi, debent, secus vero in salario principali officii, ratione dignitatis, debito, quod indubitanter injustè remoto, vel aliter suspenso est præstandum, ut latè novissimè, pluribus congestis, distinguit, & resolvit Franc. Maria Prat. *observ. 66.* & pleniùs suo loco dicam ubi de acquisitione fructuum, vel emolumentorum ratione officii agam.

Et idem resolvitur in militibus à militia injustè, & sine 136
causa missis, & postea absolutis, vel ex justitia restitutis, quibus similiter medii temporis stipendia præstari, debent, Text. *in l. ex causa desertionis penult. ff. de re militar.* ibi: *Si ratio constiterit, &c.* Cujac. & Fulv. Constant. *in l. 1. C. de re milit. lib. 12. n. 18.* & cum aliis D. Solorzan. *in Polit. lib. 6. cap. 13. fol. mihi 1001. lit. L.* † Licèt secus si ipsi 137
milites spontaneè militiam deseruerint, vel ipsorum causa justè fuerunt missi, tunc enim medii temporis stipendiis gaudere volentes non sunt audiendi, etiam si postea indulgentia Principis fuerint restituti, Text. *in d. l. cum allegatis, C. de re militar. & in l. qui excubias, §. Sed ex causa desertionis, ff. eod. tit.* & ita plenè juxta hanc distinctionem resolvunt optimè, & aliis congestis, Fulv. Constanc. ubi proximè, D. Larrea *decis. 85. n. 15.* Noguerol. *allegat. 8. ex n. 5.* D. Salgad. *de Reg. protect. 4. p. c. 9. n. 60. cum seqq.* D. Solorzan. *ubi proximè*, Ant. Perez *in C. lib. 2. tit. 36. de re milit. n. 27.* & novissimè Franc. Rocc. *de regim. Reip. rubr. 10. de milit. stipend. n. 15. & 16.* † Quod intellige, nisi restitu- 138
tio, quamvis gratiosa, plenissima tamen sit, sed hoc si spe-

Digitized by Google

specialiter in ea exprimatur, ut stipendia quoque præteriti temporis restituto præstentur, & non aliter, ut clarè comprobatur ex *dict. l. si excubias*, §. *Si ex causa desertionis*, *ff. de re militar.* ibi: *Sed ex causa desertionis restitutus in militiam, non aliter medii temporis stipendium, & donativa accipit, nisi hoc liberalitas principalis, ei specialiter indulserit.*

139 Es quibus idem dicitur in milite injustè carcerato, vel à latronibus detento, aliave justa causa valetudinis, vel simili casu militare impedito, cui ex eadem ratione integra stipendia sunt præstanda, ut ex Text. *in l. si commeatus*, *l. qui cum uno* 4. §. *Examinantur*, *ff. de re militar. dict. l. penult. eodem*, notant Fulv. Constant. *in d. l.* 1. *numer.* 22. *Cod. de re militar. lib.* 12. Donat. Anton. Marin. *variar. resolut. cap.* 310. *num.* 3. benè Franc. Rocc. *de offic.*
140 *regimin. dict. rubr.* 10. *num.* 13. † & idem servatur in militibus stipendiatis, qui actu servire parati sunt, absque eorum tamen culpa non serviunt, qui interim stipendia merentur, licet secus si eorum culpa non servirent, ut benè distinguit Joann. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom.* 2. *verb. Salarium ex causa*, *fol.* 619. *column.* 2. *in med.* ubi sub eadem distinctione loquitur in detentis apud hostes juxta prius dicta per Petr. Bellin. *de re militar. tit.* 3.
141 *num.* 11. † de quotum etiam stipendiis interim, quo apud hostes fuerunt, plenè tractat pluribus novissimè congestis, Joann. Baptist. de Sanct. Severin. *in l. diem functo*, *numer.* 46. *ff. de offic. Assessor.* Aufrer. in addit. ad Capel. Tholos. *decis.* 360. Claud. Cotor. *de jurib. & privileg. milit. lib.* 2. *quæst.* 45. Fulv. Constant. *in l.* 1. *Cod. de re militar. lib.* 12. *num.* 8. Donat. Anton. Marin. *quotidian. resolut. d. cap.* 310. Anton. Perez *in Cod. lib.* 12. *tit.* 36. *de re militar. num.* 27. & novissimè Ganaver. *decis.* 24. *tot.* Franc. Rocc. *de offic. regimin. d. rubr.* 10. *num.* 17. *cum seqq.* & latius inf. suo loco dicam.

142 Et ex eadem supra dicta ratione justi impedimenti idem concludit Decius *cons.* 70. in Doctore conducto ad legendum in aliqua Civitate, vel Universitate, quæ facto inimici reperiebatur oppressa, ex quo liber aditus, aut libertas Doctori ad legendum non patebat, ut similiter salarium, vel merces ei absque sua culpa legere impedito, debeatur, cum per eum non steterit, quominus operas præstaret ad Text. *in l. qui operas*, *l. sed*, *& addes*, §. *fin. ff. locat.* & alia jura congesta per Decium ubi proximè, *num.* 1. *in fin.* & idem tenet Joann. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom.* 2. *verb. Salarium officialis*, *fol.* 618. *colum.* 1. *in fin.*

143 Et comprobatur etiam prædicta nostra principalis conclusio circa salarium totius diei vassallis per Barones præstandum pro servitiis, pro quibus manè fuerunt conducti, non obstante, quod meridie à laboribus de licentia, vel jussu Baronum recesserint exemplo advocati pro causis defendendis recepti sub certo salario per annum convento, cui, licet facto clientis, vel alio casu non laboraverit, integrum salarium debetur, quia per eum non stetit, quominus operas præstaret, ut ex Text. *in d. l. qui operas*, *ff. locat.* resolvunt optimè Gloss. *in l.* 1. *verb. Repeti*, *de var. & extraordin. cognit.* Matth. de Afflict. *in constitut. hac edictali*, *ex num.* 5. Horat. Barbat. *de divis. fruct. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 15. Joann. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom.* 1. *verb. Salarium an debeatur*, *fol.* 493. *column.* 2. *in princ.*

144 Item prædicta conclusio comprobatur exemplo militis absentis, vel, qui à servitio militiæ recessit, de licentia tamen superioris, cui non est dubium, stipendia absentiæ temporis deberi, juxta Text. singularem *in l. hac lege*, *Cod. de proxim. sacror. scrinior. lib.* 12. Roman. *singular.* 453. Rovit. *super pragmat. Regn. Neapol. in rubric. tit. de m litib. num.* 7. Franc. Rocc. *in loc. citat. num.* 14.
145 † Uti & Judicibus, si de licentia Regia ad certum tempus pro propriis negotiis se absentaverint, quia præsentes censeantur, & consequenter salarium lucrari debent, qui licito commeatu absunt, ut ex *dict. l. hac lege*, notant ibidem Bart. & Joann. Platea, Surd. *cons.* 42. *ex num.* 1. & , aliis congestis, Mastril. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 21. *ex*
num. 40. † & in nostris Correctoribus, qui de licentia Ci- 146
vitatis absunt: & quòd absentia, vel licentia non ultra nonaginta dies extendatur, extat nostra *l.* 10. *tit.* 16. *lib.* 2. *Ordinam.* & *l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recopil.* declarant Montalu. *in sua gloss. ordin. in part. Iudex cum salario*, Aviles *in cap. Prætor.* 1. *gloss. salario*, *num.* 12. Azeved. *in dict. l.* 6. *Reco-*
pil. Bobadil. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. & 7. † Et in Do- 147
ctore, vel alio quolibet stipendiario absente, vel aliter in officii exercitio de licentia Superioris cessante, benè, ultra relatos, Alexad. *in l. diem functo*, *ff. de offic. Assessor. column. fin. num.* 33. & *per l. si desertorem*, & alia jura Joann. Platea *in l. nec ipsi*, *Cod. de incol. lib.* 10. *num.* 4. &
in dict. l. hac lege, benè Mastril. *ubi proximè*. † Et idem 148
in Canonico, vel alio beneficiato de licentia superioris absente, Bart. & Platea *in dict. l. hac lege*, & notatur per Canonistas *in cap. relatum*; *cap. de cætero*, *cap. dilectus*, cum similibus, *de Cleric. non resident*, Garcia *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 425. *cum seqq.* qui loquitur de Præbendato absente de licentia Capituli, D. Valenzuel. *consil.* 4. *tot.* ubi de absente, cum licentia Regia, vel ex alia justa causa, & ad alia latè tractat Loter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 27. *num.* 77. *cum seqq.* De quibus omnibus supra dictis plenius dicam infra, tom. 2. hujus operis in pluribus capitibus, ubi ex professo de acquisitione emolumentorum, & fructuum officiorum, & beneficiorum agam.

Item supra dicto proximo Baronum excessui circa sa- 149
larii totius diei denegationem, ex eo, quòd vassalli manè per Barones ad serviendum accepti in meridie dimittantur, affinis est alius excessus in eo consistens, quòd Barones, vel utiles domini feudorum, postquam pluribus vassallis vespere præcipiunt, ut mane stent accincti ad facienda aliqua necessaria Baronum, deinde non omnes, sed aliquos tantùm ad laborandum conducunt, reliquos dimittendo absque ulla mercedis solutione, quod quidem injustum, & contra rationem visum est, nam semel à vespere moniti, & serviendo mane parati, si non eligantur, non facilè, qui eos conducat, invenient, & ita diem, & mercedem perdent, quare æquum est, quòd necessarii tantùm vassalli ad servitia ante diem moneantur, vel aliàs moniti etiam dimissis mercedem illius diei præstare, debeant Barones, cum per vassallos non steterit, quominus operas præstarent, ad Text. *in dict. l. qui operas*, *ff. locat.* notam in specie Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *super pragmat.* 16. *num.* 54. & 55. Joan. Baptist. Thor. *in compend. decis. tom.* 1. *verb. Salarium an teneatur fol.* 492. *col.* 2.

Quod notabiliter intellige, nisi ita à vespere moniti, 150
& manè dimissi suas operas alii locaverint, vel in suis terris eas consumpserint juxta notata supra, imò sufficiet, ut Barones ab hujusmodi salarii præstatione excusentur, quòd ita dimissi operas suas alii locare, potuerint, vel in suis terris laborare, licet non fecissent, quia tunc non ex causa immediata Baronum, sed sua culpa otiosi remanserunt, ut singulariter animadvertit Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat.* 1. *gravam.* 88. *nu.* 6. *vers. Annuit*, ex doctrina Valer. *in different. inter utrum-*
que For. verb. Locatio, & *conductio differens.* 3. † Qui in 151
eodem casu loquitur in alio quolibet locatore, qui operarium ante diem conduxit, & mane dimisit, quem illius diei mercedem præstare, non teneri, ait, si post dimissionem, potuit, alteri suam operam locare, vel laborare in propriis terris, & in foro conscientiæ resolvunt quoque Silvester *in summ. verb. Locat. quæst.* 12. Rebel. *de obligat. justit. lib.* 12. *quæst.* 14. *numer.* 5. *part.* 2. ubi pro hac sententia Armill. Angel. & Tabien. refert.

Item circa stipendii pro hujusmodi servitiis solutionem 152
excedere, solent Barones, si mercedem non solvant, vel minus justam præstent, prætextu, quòd nihil de ea
præstanda fuerit conventum; † quia quamvis valde in- 153
ter Doctores controvertatur quæstio, an salarium non conventum famulis, vel aliis debeatur? & quamvis com-

Digitized by Google

communior Doctorum opinio sit, id non deberi, nisi
famuli probaverint, se solitos esse, operas suas locare,
& viceversa, dominum eas conducere, ut tenent argum.
Text. in l. Salarium, Cod. mandat. Alexand. consil. 109. co-
lumn. 2. lib. 6. ubi Natta in addit. ad eundem, idem Natta
cons. 376. Joann. Faber in §. fin. institut. mandat. Rebuf. su-
per constitut. Gallic. in tract. de famulor. salar. glos. 1. nu. 1.
Menoch. de arbitr. cas. 505. num. 2. Federic. de Sen. con-
sil. 118. Cœphal. cons. 534. num. 4. Simon de Præt. cons. 53.
num. 1. in fin. & num. 2. Baeza de decim. tutor. cap. 2. num. 2.
& cap. 20. num. 20. Navar. in manual. cap. 17. ex num. 18.
& in tract. de restitut. tom. 2. lib. 3. cap. 1. ex numer. 409.
Alvarad. de coniectur. lib. 2. cap. 29. §. 1. num. 113. ad fin.
benè Didac. Perez in l. 1. tit. 2. gloss. 1. versic. Est tamen
dubium, column. 61. lib. 1. Ordinament. Guid. Pap. de-
cis. 68. Flores de Mena variar. quæstion. lib. 1. quæst. 8. §. 2.
num. 1. Zeval. commun. contr. commun. quæst. 2. & 88. nu. 2.
Ascia determinat. 121. num. 4. Carroc. de locat. & conduct.
part. 1. in tit. de famul. & pedisseq. ex num. 3. 5. & 8. Man-
tic. decis. 266. latè, & pluribus fundamentis pro hac
parte adductis, resolvit Marth. vot. 99. Gratian. di-
scept. forens. cap. 257. num. 2. ubi plures decisiones Ro-
tæ pro hac sententia adducit, plenè Jo: Botta cons. 43. ex
num. 5. qui, nec de æquitate, debere defendit, & est
singularis Rotæ Genuæ decis. 115. num. 4. & 5. Ubi unum
154 saltim requirit, † quòd Dominus ministrorum ope-
ras conducere, soleret, vel famulus locare, imò non
sufficere, probare alterum tantùm, videlicet famu-
lum, vel dominum esse solitum conducere, vel locare,
sed utriusque requisiri probatione opus esse, tenet optimè
Ricc. decis. 85.

155 Et novissimè pro hac sententia resolvunt Leon. decis.
Valent. 46. lib. 1. latè Joann. Baptist. Thor. in supplement.
compend. decis. verb. Salarium debitum, column. 2. &
column. 3. fol. 590. Horat. Barbat. de division. fruct. part. 2.
cap. 11. ex num. 5. & 8. ubi pluries apud Rotam decisum
testatur.

156 Quamvis, inquam, hæc communis opinio ita se ha-
beat, & licèt veram fateremur, adhuc juxta eam in no-
stro casu vassallis sua servitia Baronibus, vel dominis ex-
hibentibus justa merces, vel salarium præstari, debet,
quia ut plerumque accidit, sunt pauperes laboratores
suas operas locare soliti, qui etiam, cum non aliundè
vivere, habeant, nisi de suo labore, non est vero simile,
quòd gratis operari, voluerint, ut benè considerant
Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratrib. part. 6. princip.
paulo ante num. 27. Rota Genuæ in dict. decis. 115. num. 4.
& sic cessat contraria Doctorum præsumptio, ut, non in-
terveniente circa salarium conventione, servitia gratis ex-
hibita dicantur.

157 Sed imò, quòd quantumvis vassalli suas operas loca-
re, vel domini eas conducere, non fuerint soliti, nec
aliqua conventio de salario præstando præcesserit, ad-
huc tamen eis sit ex solvendum, verius judico, quia
non obstante tot doctissimorum Doctorum communissi-
ma sententia proximè fundata, ut non aliter salarium nisi
conventum famulis, & similibus debeatur, quàm si suas
operas locare, consueverint, &, viceversa, domini eas
conducere; verior quidem, & æquior contraria opinio
mihi videtur, ut nimirum famulis, vel aliis quibuscum-
que laboratoribus stipendium pro ipsorum labore, &
servitio indistinctè debeatur, & si nihil de eo fuerit cau-
tum, vel probatum ex parte famulorum, vel domini cir-
ca consuetudinem hujusmodi operarum locationis, aut
conductionis, quam sententiam ex æquitate veriorem
dicunt, & pro ea resolvunt Rebuf. super constitut. Gallic.
in dict. tractat. de famulor. salar. gloss. 3. fol. 239. ubi ita
vidisse practicari, ait, ut ex bono, & æquo juxta qua-
litatem personarum Judex ex officio salarium taxet, Me-
noch. de arbitr. cas. 512. centur. 6. numer. 4. Patian. con-
sil. 153. numer. 6. Riminal. Junior. consil. 478. lib. 4. & re-
probans contrariam sententiam Didaci Perez, optimè
Azeved. in l. 9. tit. 15. lib. 4. Recopilat. num. 4. & 5. & se-
quuntur Joann. Gutierez de jurament. confirmat. cap. 64.
num. 3. Zevallos commun. contr. comm. quæst. 288. n. 6. Re-
bel. de justit. & jur. quæst. 13. num. 14. cui resolutioni ad-
hæret noster eruditissimus D. D. Joan. de Solorzan. de
jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 11. num. 52. & cap. 8. num. 61.
& novissimè, & benè, licet his non relatis, Horat. Barbar.
de divis. fruct. part. 2. cap. 11. n. 20.

Circa quæ extant in Regno Neapol. Regiæ pragmati- 158
cæ 1. & 2. in tit. de salar. eor. qui mittunt. pro negot. seu ser-
vit. Reg. in quibus salarium vassallis Baronibus servienti-
bus taxatur, quam taxam communiter intelligunt DD.
Neapolitani in servitiis extra territorium feudale imim-
ctis, non vero si intra fines feudi, vel saltim infra dietam,
† quia tunc, prout inter alios cives fuerit consuetum, 159
salarium præstandum, resolvunt, & pluries decisum te-
stantur Franch. decis. 526. num. 3. ubi Addent. Rovit. in
dict. pragmat. 1. & 2. num. 6. & 7. Horat. Barbat. de divis.
fruct. part. 2. cap. 11. num. 39. quem sequitur Joann. Maria
Novar. de gravamin. vassallor. tract. 1. gravam. 168. &
tract. 3. gravam. 71. & in decis. Reg. Audientia Apuliæ 188.
Joann. Baptist. Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. Vas-
sallis cognitur, & in supplement. verb. Salarium à Barone
debitum, ubi plures decisiones congerit, Donat. Anton.
de Marin. lib. 2. variar. resolut. cap. 37. num. 1. † Qui in 160
num. 2. ait, in casu, quo solutio sit facienda, prout inter
alios cives, & plura ac diversa salaria sint constituta,
minus solvi, debere, & notant Petra ad Capyc. decis. 163.
Barbat. & Novar. ubi proximè, per Text. singularem
in l. Qui concubinam, §. Cum ita 1. ff. de legat. 3. & ex no-
tabili decisione Guid. Pap. 252. qui loquitur in quibusli-
bet aliis operariis conductis pro mercedes per alios sol-
venda; sed, tantorum virorum pace, contrarium re-
solverem, imò, quòd, computatis majoribus, & mi-
noribus summis, sive salariis per alios præstitis, medio-
cre solvatur, † nec obstare debet, dict. §. Cum ita, val- 161
de per DD. ad contrarium ponderatum; quia primò lo-
quitur in hærede gravato legatario dare, quantum uni ex
hæredibus fuerit relictum, ex quibus quantitatis electio,
cum sit legatum damnationis, in ejus arbitrio relicta
censetur, prout ipse Text. declarat, ibi: Quia cum hæres
dare damnatus esset, in potestate ejus esset, quam partem
daret, quare minimam partem solvendo adimplevit, se-
cus in nostro casu, ubi conventio est, quòd solvatur, non
quod unus ex civibus disiunctim postea solvat, sed con-
junctim, quod cives; & sic non unius, sed omnium so-
lutiones attendi, debent. † Secundò considerari etiam 162
potest, in testamentis legatarios ex causa lucrativa cape-
re; nostros vero operarios ex onerosa salarium mereri, ex
quo magis in his, quam in illis stipendia ampliari debent,
argument. eorum, quæ ad differentiam inter causam lu-
crativam, & onerosam sæpe tradunt, & resolvunt DD.
quos inter, Cuman. in l. privilegia, ff. de privileg. credit.
Capyc. decis. 78. n. 7. Alciat. in l. pupillus, ff. quæ in fraud.
credit. n. 14. latè Jo: Gutier. de juram. confirm. p. 3. cap. 15.
num. 19. & seq. Mastril. decis. Sicil. 72. in princip. P. Molin.
de contractibus, disp. 413. num. 12. Paschal. de virib. patr.
potestat. part. 2. cap. 5. numer. 45. Vincent. Carroc. de-
cis. 125. num. 9. & seq. Capiblanc. in suis singularibus inser-
tis in sæpius citato tractatu de Baronibus singulari 1. quæsi,
per tot.

Quæ nostra principalis conclusio, & pro ea hæc pro- 163
xima resolutio pluribus exemplis comprobatur: & primò
exemplo advocatorum, quibus similiter pro causarum
defensione electis, nulla salarii præcedente conventio-
ne, justum tamen stipendium est præstandum, ut ex
Text. in l. 1. §. Advocatus, ff. de var. & extraordinar. co-
gnit. resolvunt Glos. singularis ibidem, & Bartol. & alii
antiquiores, & in l. salarium, Cod. mandat. Alexand.
cons. 109. lib. 6. Socin. cons. 196. num. 1. volum. 2. Gratian.
discept. forens. cap. 257. num. 5. Magon. decis. Florent. 12.
num. 4. & novissimè Horat. Barbat. de divis. fruct. part. 2.
cap. 11. ex num. 11. & ex num. 18. Flores de Mena variar.
quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 1. num. 17. & num. 46. cum seqq. † Ubi 164
optimè

optimè de advocatorum salarii taxa, & quod arbitrio bo-
ni viri, vel Judicis relinquatur: considerata primum cau-
sæ, & personarum qualitate, advocati facundia, & ex-
cellentia, labore, quem subiit, necnon, & consuetu-
do patriæ, & fori.

165 De qua Advocatorum stipendii taxa, &, quod, prædi-
ctis qualitatibus inspectis, fieri, debeat, extat novissima
nostra lex Regia 34. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recopilat.* ubi novissimè,
infinitis congestis, de hac taxa plenè tractat, & quod ul-
tra eam nihil advocati sub pœna restitutionis recipere,
valeant, etiam si pro palmario, sive victoria offeratur,
doctissimus dominus, & nostri Supremi Senatus Re-
gius Consiliarius meritissimus D. Petrus de Salzed. *super
novissim. leg. Recopilat. in dict. leg.* 34. *ex numer.* 63. *&* 76.
cum seqq. quod quidem procedit in præsumptione extor-
sionis ex parte advocati, & involuntariæ, sive necessita-
te coactæ præstationis ex parte clientis, quibus concur-
rentibus, etiam si quid per clientem prima facie sponte
offeratur, potius ex necessitate, & dependentia, & sic
ex causa coactionis, quam donationis oblatum cense-
tur, & consequenter tanquam vi necessitatis, ultra ju-
stum extortum accipi, non posse: quare semper id in-
telligerem, nisi ex causa donationis libenter datum aliun-
de evidenter appareat, quod benè conjici posset ex ma-
gnanimitate, vel affluentia divitiarum clientis, qui ex-
cessum cognoscens, & advocatum verè, & ex intentio-
ne renuentem accipere, ad id tamen instanter cogeret,
vel semel datum recipere, recusaverit, quod frequen-
ter in Principibus, & Magnatibus accidit, necnon, &
in aliis valde divitibus, qui non solum semel datum, vel
oblatum recipere, renuunt, sed imò ex eo, quod per
advocatos reddatur, quasi sua liberalitate, & magnani-
mitate post habita, offenduntur, & ita consuetudo,
& praxis observat, ne his magnis Principibus quid-
quam ex mercede, licet immoderatè oblata, redda-
tur, & servatum semper vidi per hujus Regiæ Curiæ
Matritensis magnos, & timoratos advocatos: quod
ultimum ut salarii excessum advocati his Principibus
reddere non teneantur, securè etiam, meo videri,
procedet in aliis clientibus valde divitibus, dummodo
de excessu certiorentur, ut id recipiant: si vero inferio-
ris conditionis, vel non ita divites sint, ut spontanea li-
beralitate immoderata merces data præsumi, possit, sem-
per ei etiam primò, & secundò renuenti excessum red-
derem, & ut reciperet, valdè instarem, & tunc veram
liberalitatem, & donationem censerem, si, eo non ob-
stante, recipere, nollet juxta notabilem doctrinam Aze-
ved. *in l.* 21. *n.* 5. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recopilat.*

166 Item, ut ad nostræ principalis conclusionis probatio-
nem revertamur circa salarii, licèt non conventi, præ-
stationem, ea insuper comprobari, potest aliarum plu-
rium personarum exemplis, quibus similiter laboran-
tibus, vel suas operas, nulla circa salarii præstatio-
nem præhabita conventione, exhibentibus, nihilomi-
nus ex æquitate officio Judicis est præstandum, ut in Ju-
dicibus, procuratoribus, Medicis, & aliis personis exem-
plo advocatorum, proximè dicam: nam licet in advoca-
tis, ut nimirum eis salarium etiam non conventum debea-
tur speciali jure procedere, dicant ex *d. l.* 1. *§. Advocatus
juncta ibi gloss. ff. de var. & extraordinar. cognit.* Joann.
Botta, Flores de Mena, Mastrill. Joann. Bapt. Thor. &
alii relati *supr. nu.* 163. id tamen est intelligendum, rigore
juris attento; secus de æquitate, & officio Judicis, ut su-
pra intellexi ex D. Solorzan. & relatis *ubi proximè*, & be-
ne notat loquens in advocatis, & aliis Horat. Barbat. *de
division. fruct. part.* 2. *dict. c.* 11. *n.* 20. qui omnes de æqui-
tate, & officio Judicis advocatorum privilegium ad cæ-
teros officiales, & laboratores extendunt, & ex proxi-
mè referendis videbis.

167 Et in primis comprobatur, quia officialibus, vel Ju-
dicibus salarium, licèt non conventum, debetur, quod
intellige, si ex consuetudine loci ad officium electis sa-
larium præstetur, secus vero, si absque ullius salarii præ-
statione officia servire, consueverint, ut exemplo nostro-
rum Correctorum, quibus congruum salarium exsolvitur,
necnon, & Judicum ordinariorum oppidorum, quibus
nullum de consuetudine præstatur; utcumque apud nos
comprobari, potest, & resolvunt Bald. *in l. licet, C. lo-
cat*, Aviles *in capit. Prætor* 1. *verb. Salarium*, *n.* 3. Puteus
decis. 43. Segura *in suo director. Indic. ordinar. cap.* 14. *ex
numer.* 6. *&* 30. Flores de Mena *variar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 8.
§. 1. *ex numer.* 16. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 21. *nu-
mer.* 100. Andr. de Capua inter singular. Bartholom. de
Capua *singular.* 128. & confert. Ricc. *collect.* 2466. *part.* 6.
Joan. Bapt. Thor. *in compend. decis. tom.* 1. *verb. Salarium
an debeatur*, *officiali*, & cum aliis noster Noguerol. *al-
legat.* 5. *num.* 10. *cum seqq.* † Ubi quod prædecessorum sala- 168
rium, quamvis non conventum, in consequentiam con-
cessum censeatur; † & quòd si variè, & difformiter sala- 169
ria sint prædecessoribus data, tres ultimæ præstationes
considerentur, vel saltim ultima, & immediata, quæ
per longum tempus fuerit continuata, Segura *in d. c.* 14.
ex num. 6. Flores de Mena *variar. quæst. lib.* 1. *dict. quæst.* 8.
§. 1. *num.* 16.

Et non solum salarium consuetum, & ordinarium in 170
officiorum concessionibus tacitè veniat, sed, etsi quid
extraordinariè fuerit auctum: quin si id officialis exege-
rit, ex eo excedere, dicatur, ut latè ex Ponte, Giurb.
& aliis comprobat noster scientissimus advocatus in do-
cta, & erudita allegatione pro defensione Illustrissim.
D. D. Joseph. Gonzalez *ex num.* 133. *&* 121. *cum seqq.* qui
loquitur etiam in salarii augmento apud nos *Ayuda de
costa*, *ò ventaja*, quod Regiis officialibus præstari, con-
sueverit.

Et similiter comprobatur nostra principalis conclusio 171
exemplo Vicariorum Episcoporum, quibus similiter sa-
larium, licet non conventum, est præstandum, nec-
non exemplo Visitatorum, cæterorumque famulorum
Prælatis Ecclesiasticis inservientium, quibus ex eadem
æquitate, rigore juris temperato, salarium præstari,
debet, quamvis nulla de eo conventio præcesserit, Se-
gur. *in suo director. Indic. Ecclesiast. cap.* 14. *num.* 36. Rot.
Roman. *in decis.* 126. *part.* 4. in novissimis Sbrozius *de
Vicar. Episcop. lib.* 1. *quæst.* 55. *numer.* 4. *cum seqq.* Flor. de
Men. *var. quæst. dict. quæst.* 8. *num.* 6. *cum seqq. & in §.* 2. *nu-
mer.* 10. ubi etiam in Cappellanis, & famulis Scholaribus
Episcoporum loquitur: † Intellige, si puberes sint, ne 172
contrarietur infra dicendis, & ad Vicarios, & Visitato-
res plures referens D. Valenzuel. *cons.* 179. *n.* 71. doctè plu-
res decisiones Rotæ refereos Stephan. Gratian. *disceptat.
forens. c.* 257. *nu.* 7. *&* 9. † Optimè quòd hoc procedat et- 173
iam si Vicarius solitus non fuerit, operas suas locare, &
Episcopus conducere, quidquid hoc voluerit Rota apud
Puteum *dec.* 1. *lib.* 3. *& dec.* 43. *&* 41. *lib.* 1. à quibus deci-
sionibus eadem Rota recessit, ut testatur idem Gratian.
& sequitur noviter Horat. Barbat. *de divis. fruct. part.* 2.
cap. 11. *nu.* 25. Barbos. *vot.* 54. D. Solorzan. *de jur. Indiar.
lib.* 3. *c.* 8. *n.* 61.

Quæ intellige, nisi hujusmodi Vicarii, vel Visitato- 174
res, aliive Episcoporum famuli similia officia exercen-
tes aliqua emolumenta eorum ratione, sive jurisdictio-
nis proventus; aut fructus perceperint, quæ pro eorum
substentatione sufficerent, & congruo salario, ac labo-
ri æquivalere, valeant, Segura *ubi proximè*, Flores de
Mena *in loco citat. num.* 8. D. Solorzan, & D. Valenzuel.
in locis citatis, & idem D. Solorzan. *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 54. Gra-
tian. *d. cap.* 257. *n.* 17. *cum seqq.* ubi ita practicari, testatur
in Vicario Archiepiscopali Civitatis Beneventanæ, cui
propter opulenta emolumenta, quæ ex redditibus juris-
dictionis percipit, salarium non præstari, ait Horat.
Barbat. *dict. cap.* 11. *num.* 28. † Qui *& in num.* 27. id quo- 175
que limitat quando Vicarius, vel alius famulus victum,
& vestitum, & commodam habitationem pro se, & fa-
mulo ab Episcopo habuisset, quod in eo casu intellige-
rem, cum labor est adeo parvus, ut ultra victum,
& vestitum, & habitationem, aliud salarium non me-
rea-

reatur ad notata per Segur. & Flor. de Mena ubi proximè:
176 † Vel, nisi majoribus beneficiis, vel donationibus hu-
jusmodi famuli per Episcopum fuerint remunerati Flo-
res de Mena dict. quæst. 8. §. 1. numer. 19. D. Solorzan. dict.
cap. 12. num. 56. D. Valenzuel. d. conf. 179. ex numer. 61. &
conf. 57. n. 14.
177 Propter quas rationes fuit apud nos promulgata Regia
pragmatica anni 1616. ne salaria non conventa exigere,
possint, hi qui Prælatis, vel Magistratibus, aliisve do-
minis famulantur, vel assistunt propter aliàs commodi-
tates, vel favores, quos ab hujusmodi dominis in tem-
poralibus, vel spiritualibus frequenter consequuntur,
178 † quod, & cautum invenitur in Bullis Pauli III. & Pii V.
& referunt Amat. Roder. in tractat. de privileg. creditor. 1.
part. artic. 3. num. 28. D. Valenzuel. dict. conf. 57. num. 14.
D. Solorzan. dict. cap. 8. numer. 62. ubi quòd ea eo salaria
hæc in nostris Supremis Hispaniæ Tribunalibus modera-
tè taxentur, & aliquando denegentur in totum, apud
quos Doctores alia plura vide circa famulorum Episco-
porum pro suis salariis prætensiones post ipsorum Episco-
porum mortem.
179 Item principalis nostra conclusio comprobatur Asses-
sorum, sive consultorum exemplo, quibus ex eadem
ratione salarium, licet non conventum, exemplo ad-
vocatorum debetur, ut ex Text. express. junct. ibi Bart.
in leg. 1. §. Sed, & Comites, ff. de var. & extraordinar.
cognit. notat Bald. in rubr. Cod. mandat. nu. 2. Horat. Bar-
bat. de divis. fruct. part. 2. cap. 11. numer. 16. & novissimè
Joann. Bapt. Ventrigl. in prax. rer. notabil. annotat. 36.
§. unic. nu. 16. & ad alia plura Flores Diaz de Mena lib. 1.
variar. quæst. 8. §. 4. num. 15. & per tot. plura cumulat de
180 materia circa salaria Assessorum. † Et quòd ideò apud
nos Judices illiterati vulgo Alcaldes Ordinarios, frequen-
ter stipendia ista sive Assessorias à partibus exigant pro
Consultore, & alias impensas pro processu forsitan extra
oppidum ad Consultorem mittendo, ut notant Gregor.
Lopez in leg. 2. verb. Deban tomar conseje, tit. 21. part. 3.
Burg. de Paz conf. 48. & ex Paul. de Castr. Abbat. & aliis
antiquioribus Aviles in capit. Prætor. 38. verb. Firmadas,
nu. 8. Joan. Garcia de expens. cap. 20. Flores de Mena lib. 1.
variar. dict. quæst. 8. §. 4. num. 2. ubi plenè de his Asseso-
181 rum salariis, † Et in num. 1. quòd Judices salariati bujus-
modi Assessorias exigere, non valent, ut apud nos cave-
tur in nostra l. 31. tit. 6. lib. 3. Recopilat. & melius in l. 9. eo-
dem tit. ubi Azeved.
182 Ea quo Judices litterati dominorum inferiorum, sive
consultores Assessorias à partibus recipere, non debent,
si salarium à dominis habeant, imò & si non, habeant,
domini enim tenentur, eis salaria, constituere, be-
nè Azeved. in dict. leg. 9. Avend. de exequend. 2. part.
cap. 10. Foller. ad constitut. Regn. in constit. si alia, cap.
ad hæc volentes, num. 4. & cap. 21. ex numer. 21. Flores
183 de Mena dict. quæst. 8. §. 4. num. 7. † Nec consequenter Ju-
dices imperiti ipsorum dominorum eas à partibus pro As-
sessore exigere, possunt, Burgos de Paz dict. conf. 48. nu-
184 mer. 12. Escobar. de ratiocin. cap. 27. n. 4. & 5. † Ubi & ex
num. 8. quòd non aliter contrarium sit recipiendum, nisi
circa id præscriptio immemorialis sive consuetudo ad
fuerit.
185 Et ad alia, & quòd hujusmodi Assessorum salarium,
& expensæ in processus missione sint solvendæ per illam
partem, quæ à Judice expostulaverit, quòd causa
cum consilio sapientis decideretur: secus vero ex pro-
prio motu, aut officio Judex, ut puta, quia est impe-
ritus, vel ex alia causa eum nominaverit, quia tunc com-
munibus expensis salarium erit exsolvendum, benè tra-
ctant, & resolvunt Speculator. in tit. de Assessorib. §. Sa-
larium, vers. Quod si alter litigatorum, Bald. in l. prætor.
ait, §. 1. ff. de edend. & in l. 4. §. In Iudicio, ff. fin. regun-
dor. & in l. 2. column. 1. vers. Sed nunquid, Cod. de sent.
ex peric. recitand. Bart. & Alexand. in l. si postulaverit, in
fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. & ex Abbat. Luc. de Penn. &
aliis Aviles in cap. 2. Prætor, verb. Igualmente, num. 9.
& in cap. 1. verb. A las partes, numer. 24. Joann.
Bapt. Assin. in sua prax. civil. §. 25. cap. 29. Avendañ.
de exequend. lib. 2. cap. 23. numer. 15. & cap. 15. numer. 6.
Azeved. in leg. 1. ex numer. 20. tit. 16. lib. 4. Recopilat.
Flores de Mena variar. quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 4. num. 10.
Menoch. de arbitr. cas. 228. numer. 25. Scala in tractat.
de consil. sapient. cap. 11. vers. A quo autem, Carpan. ad
statut. Mediolan. part. 1. cap. 28. num. 27. & 28. benè Petr.
Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 64. numer. 4. † Et idem, si 186
ob Judicis recusationem Assessor sit nominandus, quòd
sportulæ, vel Assessoriæ per partem recusantem sint ex-
solvendæ, † Et quid una parte Judicem recusante, alia 187
vero omnes advocatos, vel Doctores illius loci quoad
expensas in itinere faciendas pro processu ad Asseso-
rem alterius loci mittendo? Azeved. in loc. citato,
benè Flores de Mena dict. §. 4. numer. 11. † Quæ nota 188
ad ratiocinia communia, hæreditatum divisiones,
declarationes peritorum, finium communium mensu-
rationes, & similia, quæ omnia regulariter commu-
nibus expensis peragi, debent, ut in communibus
ratiociniis, & salario calculatoribus præstando, no-
tat Curia Philipp. 2. part. lib. 2. cap. 9. numer. 37. & in
agrorum mensuratione, quòd expensis eorum cujus
interest, agros mensurari, fieri debeat, benè Hie-
ronym. de Montebrixian. quem refert, & sequi vide-
tur Escobar. de ratioc. cap. 42. numer. 9. qui per totum
caput de ratiociniis publicis, eorumque revisione. 189
† Quibus expensis sint facienda? latè tractat; † Et 190
in visitatione terminorum, quòd apud nos Correcto-
rum sumptibus fiat, quia est muneris officii, licèt in-
cidenter privatorum utilitas versetur Avendañ. de exe-
quend. 1. part. cap. 4. numer. 45. in fine. † Aliàs enim 191
regula est constituenda, ut nimirum quodlibet peti-
tum petentium expensis expediatur, ut ad plura no-
tant per vulgarem Text. in leg. quoniam 11. Cod. de te-
stib. ultra gloss. & antiquiores ibidem, Bald. in leg. 3.
§. Defendi, in fin. ff. quib. ex caus. in possess. eat. & in
leg. si postulaverit, ff. ad leg. Iul. de adulter. Gloss. in
leg. fin. Cod. de erogation. militar. annon. lib. 12. idem
Bald. in leg. Prætor, §. Sed ibi, ff. de edend. † Ubi in 192
Notarii ad aliquem locum, pro testium examine, mis-
sione, quòd expensis petentis mittatur; si vero officio
Judicis fiat, missio utriusque partis expensis erit facien-
da, sequitur Aviles in capit. Prætor 2. dict. verb. Igual-
mente, numer. 9. & ad alia congerunt plura Puteo de
syndicat. verb. Salarium, cap. 4. numer. 1. & 2. Boerio de-
cis. 303. Menoch. de arbitr. dict. cas. 228. numer. 18. & 19.
Vincent. de Franch. decis. 332. numer. 2. Escobar de ratio-
cin. dict. cap. 42. num. 6. Augustin. Barbos. in collect. Cod.
in dict. leg. quoniam, D. Salgad. de Reg. protect. 1. part.
cap. 2. n. 127.
Item comprobatur nostra principalis conclusio exem- 193
plo procuratoris, cui, licèt salarium, nisi fuerit
conventum, non deberi, dicant, & fortius, quam
in aliis, defendant Doctores, speciali nimirum ratio-
ne, quæ in procuratore versatur, quia videlicet procu-
ratoris officium debet esset gratuitum, leg. 1. §. fin. ff. man-
dat. & ita contra procuratorem resolvunt per Text. in leg.
salarium, ff. & Cod. mandat. ultra antiquiores ibidem,
benè Bald. in rubric. Cod. mandat. numer. 1. ubi saltim in-
certam promissionem requirit, & quòd sit solitus ope-
ras suas locare, & quòd alias absque salario non fecisset,
ut ea æquitate, & officio Judicis salarium procuratori
præstetur, & est elegans consilium Alexandr. 109. lib. 6.
ubi Natta in addit. idem Natta conf. 376. & in decis. Ge-
nuæ 115. numer. 4. † Et loquendo in procuratore, ad- 194
ministratore, & alio quolibet negotiorum gestore,
plenè Joann. Botta in dict. conf. 43. Firmian. in reper-
tor. verb. Negotiorum gestor. vers. 7. Guid. Papa quæst. 68.
numer. 5. Carroc. de locat. fol. 16. quæst. de mercede nego-
tiatoris, num. 9. cum seqq. Baeza de decim. tutor. capit. 20.
n. 20. Flores de Mena variar. quæst. lib. 1. d. q. 8. §. 3. nu-
mer. 1. benè Joann. Baptist. Thor. in compend. decis. in
sup-

supplement. verb. Salarium debitum famulæ, fol. 590. co-
lumn. 3. post med. Horat. Barbat. de divis. fruct. 2. part. c. 8.
numer. 28. hæc tamen limita juxta doctrin. Bald. ubi pro-
195 ximè, † nisi procuratores, vel negotiorum gestores
suas operas locare, fuerint consueti; plenissimè Soc-
cin. consil. 196. Federic. de Sen. cons. 218. Alvarad. de
conjectur. cap. 2. §. 1. à numer. 114. Scobar. de ratiocin.
cap. 27. numer. 51. vers. Pro concordia, Rota Genuæ,
196 Baeza, Thor. & DD. ubi proximè, † Vel quando domi-
nus est in lucro, & negotiorum gestores in damno ob
laborem consumptum, & alia negotia emissa, in quo-
rum expeditione lucrum magnum habere, potuerunt,
vel si sint pauperes, in quibus cessat conjectura donatio-
nis, vel labor fuisset ita magnus, quòd nullus, etsi
amicus, sine salario eum subiret, in quibus casibus,
arbitrio Judicis relinquendis, salarium juxta modum
laboris ex æquitate Judicis officio erit præstandum, ut
benè resolvit Flores de Mena dict. §. 3. num. 2. & in num. 3.
ubi idem in Socio mercatore.

197 Quæ omnia in nostris vassallis suis dominis servienti-
bus apertè inveniuntur, ut eis justum stipendium pro
suis laboribus, licet non conventum, sit præstan-
dum, cum frequenter miseri, ac pauperes laborato-
res sint, & suas operas locare soliti, & qui aliàs abs-
que congrua mercede servitia eis injuncta non subirent,
nec subire, possent, cum victum quotidianum quotidia-
no labore quærant.

198 Imò, quòd procuratoribus indistinctè etiam suas
operas locare non solitis, nec prædictis concurrenti-
bus, jam hodie de consuetudine exemplo advocato-
rum de æquitate apud omnes salarium præsterur, te-
net in specie noviter Horat. Barbat. de division. fruct.
part. 2. cap. 11. numer. 20. quod verum puto non in
quolibet procuratore, sive mandatario, aut negotio-
rum gestore, sed dumtaxat in procuratoribus causa-
rum, & solicitatoribus negotiorum, qui ex proprio
officio, aut ministerio defendunt causas, vel negotiis
assistunt (pro ut sunt illi, qui in publicis audientiis
degunt) qui mercenarii sunt, ob idque eis salarium,
licet non conventum, quamvis non de jure scripto,
aut aliquo privilegio, ut advocatis, de vulgari tamen
consuetudine, & æquitate, & ex verisimili mente con-
trahentium salarium per omnes præstatur, ut benè ani-
madvertit ex Joann. Botta cons. 43. Flores de Mena va-
riar. resolut. lib. 1. dict. quæst. 8. §. 1. num. 71. ubi, & quòd
idem in Tabellionibus, in quibus, & in calculatoribus,
idem notat singulariter Bald. in rubric. Codic. mandat. nu-
mer. 2. in fine.

199 In aliis vero procuratoribus, vel negotiorum gesto-
ribus similibus, ut sunt tutores, curatores, execu-
tores testamentorum, & alii quando eis salarium non
conventum sit præstandum? plenè tractat Mena, ex
Baeze, Azeved. & aliis per tot. §. 1. de quorum etiam sa-
larii Scobar. de ratiocin. capit. 27. per tot. Joann. Gutierrez
de tutel. part. 3. cap. 45. Parlador. different. 130. per plures
§§. Sanchez in consil. moralib. lib. 4. c. 5. dub. 50. Balmassed.
de collect. q. 113. n. 16.

200 Item similiter Medico salarium, licet non conven-
tum, debetur, leg. 1. §. 1. ff. de var. & extraordinar. co-
gnit. l. jubemus, Cod. de professor. & Medic. lib. 10. Bald.
in dict. leg. 1. numer. 3. Cod. mandat. Socin. cons. 9. Ripa in
tractat. de pest. tit. de remed. ad curand. pest. §. Medicorum,
num. 124. Rota Roman. decis. 124. numer. 1. part. 4. in no-
vissim. Afflict. in constitut. Regn. Neapol. incipit, quia non
numquam, numer. 5. sub rubric. de probat. exper. Medicor.
201 Magon. decis. 11. numer. 2. † Ubi idem in Chirurgis, qui
aliquam partem, licet minimam, ut auriculam, vel
dentem medentur, ut notant quoque per Text. in dict.
leg. 1. §. Medicos, ff. de var. & extraordin. cognit. ibidem
202 Bartol. & Bald. † Et ex eadem ratione obstetrici-
bus, & nutricibus salarium, quamvis non conven-
tum, solvi, debere, ad instar Medicorum, resol-
vunt Isernia in capit. 1. §. Hujus autem generis, quib.
ex caus. feud. amittat, Petra in addit. ad Capyc. decis. 163.
num. 1.

Item famulis parvis, sive impuberibus, vulgo Pages, 203
salarium, & si nulla circa id præcessent conventio, de-
betur, ut latè resolvit Joann. Bapt. Thor. in compend.
decis. tom. 2. verb. Salarium an debeatur famulo parvo?
ubi, quòd, quamvis non deberi prius fuisset decisum
per Magnam Curiam Vicariæ, & per Sacr. Consilium
illius Regni, obtenta tamen restitutione per famulum
ex capite absentiæ, contrarium in eodem Sacr. Consilio
fuit resolutum primis sententiis reformatis, sequitur Ho-
rat. Barbat. de division. fruct. p. 2. cap. 11. num. 9.

Contrarium vero, imò hujusmodi famulis parvis, vel 204
impuberibus, etiam majoribus septennio, si ætate de-
cem annorum, & dimidio minores sint, salarium non
deberi, sed victum, & vestitum pro suis operibus suffice-
re, resolvunt Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 1. Ordinament.
Parlador. in sexquicent. different. 130. §. 9. numer. 8. qui &
minori septennio non solum salarium non deberi, ve-
rum etiam ab eo alimenta repeti, posse, ait Narbona
de ætat. annor. 14. quæst. 22. ubi latè comprobat, usque ad
pubertatem salarium per famulum exigi, non posse,
sequitur Aillon. in addit. ad nostrum Gomez 2. part. va-
riar. capit. 3. numer. 5. in fin. Flores de Mena variar.
resolution. lib. 1. dict. quæst. 8. §. 2. numer. 9. qui de
consuetudine testatur, qua stante, ut in hac Regia
Curia Matritensi, & in pluribus nostri Regni oppidia
servari, vidi, verissimam hanc secundam sententiam
judico. † Quia consuetudo in hac materia salariorum 205
primas vices habet, ut frequenter notant Flores de
Mena, Joann. Baptist. Thor. & alii DD. in locis ci-
tatis, † aliàs quidem, semota consuetudine, à pri- 206
ma opinione non recederem, sed hoc non ut hujus-
modi famulis parvis integrum salarium, vel dignum
majoribus præstetur, sed, ut aliquod pro suis, li-
cet parvis operibus, aut serviis, ultra victum, & ve-
stitum eis solvatur, ut benè concludit Cabed. decision. 162.
in fin. part. 1. quamvis indistinctè nihil, ultra alimenta,
& vestitum, esset præstandum, ibidem decisum refe-
rat.

Sed in diverso casu, nimirum in scholasticorum fa- 207
mulis, in quibus specialis militat ratio, ne aliud sa-
larium, ultra alimenta, ipsis solvatur, videlicet,
quia eis quoque præbetur addiscendi commoditas, quæ
cuilibet alii lucro pecuniario præferri, debet, ut be-
nè considerat ex Angelo, ipse Cabed. ubi proximè,
numer. 4. Thor. in dict. verb. Salarium an debeatur, in fin.
& ita de consuetudine servatur in Salmantica, aliisque
nostris Universitatibus, in quibus Scholarium famuli vi-
ctu solo contenti sine alio salario serviunt, & notat no-
ster Flores de Mena variar. quæst. lib. 1. dict. quæst. 8. §. 2.
numer. 3. ubi idem generaliter resolvit in quibuslibet aliis
famulis, si de consuetudine sine salario servire, so-
lent.

Ex quibus comprobatur alia quotidiana conclusio 208
circa famulos, qui artium liberalium, sive mecha-
nicarum Magistris, pro aliqua arte addiscenda ser-
viunt, quibus similiter salarium non deberi, notant
Flores de Mena dict. quæst. 8. §. 2. numer. 12. Joann. Bap-
tist. Thor. in compend. decis. tom. 2. verb. Salarium an de-
beatur, in med. imò ipsi famuli de consuetudine aliquid
Magistris solvunt, Flores de Mena ubi proximè. † Et ex 209
conventionibus inter famulos, vel eorum parentes, &
Magistros super eo initas, quæ ante omnia servari, de-
bent, Flores de Mena in loco citat. numer. 3. † Imò etiam 210
si per matres conventio fiat, servanda erit, nam be-
nè possunt filios ad serviendum pro certa mercede lo-
care, ut optimè comprobat Lucas de Pen. in leg. qui-
cumque parvuli, Cod. de mancip. & colon. lib. 11. vers. In
prima, Gloss. ibi, milite, vel pro aliqua arte addiscen-
da, Ursilis decis. 307. numer. 4. & 5. Anna singular. 356.
quos sequitur Paschal. de virib. patr. potest. part. 1. c. 1.
numer. 23. & cap. 8. numer. 29. vers. Ex hac autem,
Vin-

Vincent. Carroc. *de locat. & conduct. part. 2. tit. de ma-*
tre , quæst. 2. numer. 1. verf. Contrarium est verius , fol.
mihi 130. *in edit. Veneta de anno* 1649. Joann. Bap. Thor.
in loc. citat. & in supplement. verb. Salarium debitum ,
fol. 591. *column.* 1. *in fine* Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 84.
ex numer. 6. Mar. Mut. *in constitut. Sicil. cap.* 5. *numer.* 76.

211 † Imò tenet obligatio , & ipsius filii absque parentum
suorum consensu operas suas ad addiscendam artem lo-
cantis : procedit namque favore artis , & Reipublicæ,
cujus interest , ut ipsa artificibus repleatur , notat Thor.
in supplement. dict. fol. 591. *column.* 2. *in princip.* ubi , &
quòd hujusmodi obligationes in ipsos pueros , vel alios
famulos per se ipsos , vel suos parentes ad addiscendas
artes locatos exequantur , & etiam usque ad carceratio-
nem :

212 † Et in favorem hæredum Magistri , si forte ante im-
pletam conventionem decesserit , si hæredes eandem ar-
tem prosequantur ; quæ omnia animadvertit quoque be-
nè Mar. Muta in loco citato , *numer.* 76. quia , & contra
eosdem hæredes famuli conventionem implere , cogere ,
poterunt.

213 Quibus omnibus satis comprobata remanet supradi-
cta nostra principalis conclusio , ut nimirum pro ser-
vitiis vassallorum Barones , vel alii domini inferiores
justum salarium præstent , etiam nulla circa id præceden-
te conventione.

214 Item circa mercedis pro nostris servitiis feudalibus
solutionem excedere , solent Barones , cum nimirum
vassallos licet Perangarios , valde tamen pauperes ,
nec alium modum se alendi , quam de suis laboribus ha-
bentes propriis sumptibus , & expensis servitiis feudali-
bus adstringant , nam quamvis aliàs vassalli Peranga-
rii id suis expensis facere , debeant , juxta supra dicta,
hoc tamen cessare , debet , stante hujusmodi vassal-
lorum egestate ; quo casu non aliter , quàm præstito
ipsis per Barones victu quotidiano laborare , sunt co-
215 gendi , † quod , & singulariter comprobatur per Text.
ad rem notabilem *in leg. suo victu* 18. *ff. de operis liber-*
tor. ubi similiter , quamvis libertum (cui vassallus æqui-
paratur , Gloss. *in capit.* 1. *in verb. Liberto , de milit.*
vassall. qui contr. Camill. de Curt. *in suo divers. jur. feu-*
dal. fol. 8. *numer.* 44. Castagn. *in tractat. de benefic. de-*
duc. ne egeat. quæst. 5. *ampliation.* 3. *numer.* 3.) suo victu ,
& sumptu operas artificiales patrono præstare , debe-
re , dicat Sabinus ; subjungit tamen , & declarat
Paulus *in vers. Quod si alere* , hoc intelligendum esse ,
nisi libertus unde se alere , possit , non habeat , quia
tunc alimenta ipsi per patronum erunt præstanda , juxta
Paulum ; & quidem necessario , cum aliàs nec liberti ,
nec vassalli vivere , & hujusmodi operas , vel servitia pa-
trono , vel dominos præstare potuissent , & ita in specie
nostrorum vassallorum resolvunt Capiblanc. *de Baroni-*
bus , tom. 1. *super pragmat.* 56. *nu.* 55. Novar. *de gravami-*
nib. vassallorum , tractat. 1. *gravamin.* 103.

216 Item contra vassallos Perangarios domini feudorum
excedunt , si eis injungant servitia extra territorium ,
nulla mercede pro eis constituta , sed potius propriis
vassallorum expensis peragenda , nam hujusmodi ser-
vitiis extra territorium non aliter , quàm expensis
dominorum vassalli implicati , debent , quod idem
in operis libertorum statuitur *in leg. quod nisi fiat* 20.
§. *unic. cum leg. seq. ff. de oper. libert.* & latè resolvunt
in vassallis Speculat. *in tit. de feud.* §. *Quoniam , vers.* 26.
Jacobin. *de feud. vers. Et promiserunt* , Ardizzon. *in*
summ. capit. 5. & 6. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 10.
num. 336. Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *super dict. pragma-*
tic. 10. *num.* 56. & 57. Joann. Maria Novar. *de gravamin.*
tractat. 1. *gravam.* 104.

217 Item excedunt Barones in mercedis pro operibus
præstitis solutione , si eam diutius differant , vel tar-
dius offerant , vel si non dietim , si vassallorum pau-
pertas id exigat , vel in fine cujuslibet hebdomadæ ,
aut mensis stipendia solvant , vel illo modo , aut con-
suetudine , prout inter alios cives solvi , solet , † quia 218
minus , quoque solvere , dicitur , qui tardius solvit,
sicuti è contra plus , qui statim , sive anticipatè pecu-
niam offert. §. *Si quis agens , vers. Plus autem , instit. de*
action. leg. solidum 85. *ff. de solution. cap.* 1. ubi communi-
ter Canonistæ *de plus petition.* & in nostris vassallis , resol-
vit Novar. *tractat.* 1. *gravamin.* 110. † Et in officialibus 219
Regiis , ne eis differatur salarium , sed potius quod in
initio anni sit præstandum , resolvunt ex Gloss. & Bartol.
in leg. Divus , ff. de variar. & extraordinar. cognit. & ex
Paul. de Castr. Alexand. & cæteris antiquioribus Cagnol.
ibidem , *num.* 123. *cum seqq.* Caravit. *super Rit. Mag. Cur.*
Neapol. num. 1. & 2. Cardinal. Tusch. *practic. conclus. lit-*
ter. S. conclus. 10. *ex numer.* 1. ut ita expensis , & sump-
tibus quotidianis sui ipsius , & familiæ benè , & in tem-
pore apto providere , valeant , notat optimè Carroc.
de locat. & conduct. quæst. 3. & *quæst.* 13. *in princip. num.* 5.
Tusch. *de Visitat. in verb. Salarium , numer.* 3. Bimius
conf. 103. *numer.* 56. *volumin.* 2. Mastrill. *de Magistrat.*
lib. 1. *cap.* 25. *numer.* 16. † Et in Doctoribus in Univer- 220
sitate legentibus ex eleganti Decii *consil.* 70. Cardinal.
Tusch. *ubi proximè , numer.* 3. & in Advocatis , &
similibus , quòd in initio litis , Zevall. *commun. contra*
com. qu. 598.

Sed quidquid hoc procedat in Judicibus , & simili- 221
bus ; in nostris tamen vassallis , vel aliis laboratori-
bus , qui suas operas locaverunt , verius censeo ,
mercedem in ultima hora diei , & non antea , præ-
stari , debere , nisi pauperes sint , quia tunc manè an-
te operarum exhibitionem præstanda erit , ut pro illo
die victum quærere , possint , ut benè resolvunt ex Ac-
curs. *in leg. ede , Cod. locati , & in leg.* 1. §. *Si pensio ,*
de migrando , Bart. *in leg.* 1. §. *Divus , ff. de var. & ex-*
traordinar. cognit. Renat. Chopin. *de privileg. rusticor.*
lib. 2. *cap.* 8. Assin. *in praxi* §. 31. *cap.* 31. *numer.* 36. Car-
dinal. *in Clemenc. Vndecim. de prebend. quæst.* 13. Nar-
bon. *in horolog. jur. hor.* 12. *numer.* 79. *cum seqq.* † Sed in 222
hoc ante omnia consuetudo est servanda , Carroc. &
Mastrill. *ubi proximè* , Flores Diez de Men. *quæst.* 8. *nu-*
mer. 77. † In Regno vero Neapolis ipsiusque vassallis 223
de praxi receptum invenitur , quòd mercedis medie-
tas manè ante accessum ad laborandum vassallis per
solvatur , & alia medietas in recessu , ut testatur
Joann. Maria Novar. *super pragmat. Regn. Neapol. in*
pragmatic. 1. *collect.* 2. *numer.* 28. *sub rubric. de salar. eo-*
rum , Capiblanc. *de Baronib. super pragmatic.* 16. *nu-*
mer. 70. Joan. Bapt. Thor. *in supplement. compend. decis.*
verb. Salarium an totum , quam divisionem in aliis ope-
rariis egenis voluerunt Gloss. & Bald. *in leg.* 2. *Cod. locat.*
Durñas *regul.* 36. † Caveant ergo Barones , & alii opera- 224
rum conductores , ne diurnis pensionis , sive mercedis
solutionem miseris laboratoribus protrahant , cum regu-
lariter omnes valde egeni sint , & quotidiano labore quo-
tidianum quoque victum quærant , ob quod magnum
eis gravamen infertur , si de die in diem , ut frequenter
fit , sua misera merces illis differatur , quia ut notat
Gloss. *in l. cum hi , ff. de transaction.* & adagium canit ; *ad*
præsens ova cras pullis sunt meliora.

CAP. XXVI.

ARGUMENTUM.

Agitur de jure hospitandi , quod Duces , Co-
mites , aliive Domini inferiores per sua oppi-
da transeuntes in domibus vassallorum præ-
tendere , solent , an hoc jus jurisdictionis
fructus , vel dominii emolumentum sit re-
putandum ? Ut consequenter eis debeatur :
negativeque de jure contra plures resolvitur ,
nisi privilegio , aut legitima præscriptione
hoc jus quæsitum habeant : & quomodò in

his

his casibus absque magno præjudicio vassallorum eo uti, debeant? Pluraque etiam de hoc jure hospitandi in Principibus Supremis, tam in oppidorum transitu, quàm in Curiis Regiis eis in quorumlibet privatorum domibus debito apud nos *Casa de Aposento* nuncupato: An etiam Ecclesiasticarum personarum domus oneri huic subjiciantur? Et quid in transitu militum? De aliisque pluribus exemptis, & in parentibus, & fratribus exemptorum, an eorum immunitate in hospitandi onere, aliisve tributis realibus, aut personalibus gaudere, debeant? plenè discutitur, ac resolvitur.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur quæstio hujus capitis circa utilitatem, seu emolumentum juris hospitandi, an Dominis inferioribus, sive Baronibus per loca vassallorum transeuntibus, ut jurisdictionis, vel feudi fructus hospitia per vassallos sint exhibenda;*

2 *Quid circa hanc quæstionem senserit doctissimus Dom. D. Ildephonsus de Olea? declaratur infr. n. 12.*

Refertur Collantes distinctio inter vassallos feudales, & Burgensaticos, ibidem, & reprobatur infr. n. 11.

3 *Refertur affirmativa opinio.*

4 *Resolvitur pro negativa, nullo modo hospitiorum jura ratione dominii, aut jurisdictionis inferioribus dominis de jure deberi, cum n. seqq.*

6 *Increpantur domini inferiores, nullo alio titulo, quàm ratione dominii hæc jura prætendentes.*

7 *Ampliatur in Baronibus, aliisve dominis suas terras, vel feudos de officio visitantibus, cum duobus, nu. seqq.*

9 *Denegantur quoque dominis inferioribus lecti, & similia ad hospitalitatem pertinentia.*

10 *Domini inferiores cogere non debent vassallos, recipere advenas, sive hospitare in suis domibus.*

11 *Respondetur contrariis opinionibus, cum numer. seqq.*

Improbatur Collantes distinctio inter vassallos feudales, & Burgensaticos. d. n. 11.

12 *Declaratur opinio Dom. Olea.*

Duces, Comites, & alii Barones inferiores, qui feuda, vel dominia ab Imperatore: vel Rege acceperunt, eis hospitia exhibere, debent: ibidem.

Constituitur differentia, quoad hospitii onus, seu obligationem inter Duces, Comites, & alios vassallos respectu Principis Superioris; & inter inferiores vassallos dominorum inferiorum terras, vel feuda habitantium respectu ipsorum inferiorum dominorum, ibidem, & n. 13.

14 *Rejicitur Balmassed. sententia, de urbanitate saltim vassallos suis dominis hospitia exhibere, debere asserentis.*

15 *Limitatur tripliciter hujus capitis principalis resolutio, ne vassalli suis dominis inferioribus hospitii onere adstringantur, cum n. seqq.*

Limitatur primò in nostris vassallis Solariegos, *ibidem.*

16 *Vassalli isti, magis, quàm cæteri vassalli, suis dominis adstringuntur.*

17 *Resolvitur idem similiter in vassallis feudalibus angariis, & perangariis.*

18 *Angarii, & Perangarii multis servitiis, & operibus personalibus Baronibus tenentur, remissivè.*

19 *Limitatur secundò superior principalis resolutio, si in feudi investitura, aut oppidi concessione hospitationis servitium dominis inferioribus, vel Baronibus sit concessum.*

20 *Non sufficit generalis concessio; sed specialis requiritur.*

21 *Declarandæ semper hujusmodi concessiones, eo modo, quo minus per eas vassalli lædantur.*

22 *Hanc concessionem procedere, debere tantum, cum causa visitationis, vel ex alia justa causa domini ad propria loca accedunt.*

Et dummodo per transitum ad ea deveniant, nec longam, aut superfluam moram faciant, ibidem, & n. 23. & 24.

24 *Ius cœnandi eis non debetur.*

25 *Et suis sumptibus domini in his hospitationibus cibaria habere, debent.*

26 *Idem apud nos servatur in hospitio nostris Regibus per oppida, & Civitates in transitu præstito, ne aliqua tributa, vel victualia expensis vassallorum debeantur.*

Declarantur l. 2. 3. & 4. tit. 15. lib. 3. Recopilat. cum l. 25. & 26. eodem tit. ibidem.

27 *Nec ligna, acetum, oleum, sal, & similia ad condendum parata ab hospitibus gratis præstanda ad Text.* in l. unic. C. de salgam. hospit. non præst. l. devotum, §. Solam, C. de metat. & epidemet. lib. 12. l. 19. tit. 15. lib. 3. Recopilat.

28 *Mulctantur gravibus pœnis cibaria hæc, vel alia victualia ab hospitibus gratis expostulantes, milites maximè, Magistratus, vel aliæ persona, qui ob decreta Regia hospitantur.*

29 *Imò nec sponte donata ab ipsis oppidis, accipienda.*

30 *Militibus per oppida transeuntibus hæc ab hospitibus gratis habere volentibus, impunè resistitur.*

31 *Idem si victualia minori pretio, quàm in foro venduntur, prætendant.*

32 *Limitatur tertiò superior principalis resolutio, ne vassalli hospitia suis dominis præstare, debeant, stante ad id longissima, sive immemoriali consuetudine, aut præscriptione.*

33 *Cœnandi etiam jus immemoriali quæritur.*

34 *Ampliatur hæc in favorem Regiorum officialium, sive Magistratuum, quibus etiam per oppida Regni transeuntibus cibaria aliqua immemoriali deberi, possunt.*

35 *Præscribitur quoque immemoriali, quòd inferiores domini advenas in vassallorum domibus hospitandos mittere, valeant.*

36 *Procedunt præfata omnia sine dubio de jure nostro Regio* in l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopilat.

Præscribuntur hac lege Regia quæcumque servitia contra vassallos immemoriali stante, & de requisitis istius immemorialis, remissivè, ibidem.

37 *Rejicitur opinio Balmassed. immemorialem in his servitiorum oneribus excludentis.*

38 *Declarantur Doctores per Balmased. pro sua sententia adducti.*

39 *Monentur domini, ne cum aliqua extorsione, aut violentia consuetudines circa hoc hospitii onus, vel alia servitia introducant.*

40 *Securius, & absque animæ periculo agent, si ab his consuetudinibus abstineant.*

41 *Referuntur plura de materia muneris, aut servitii hospitii in transitu Regis, necnon, de eo, quod in Curia Regia in singulis domibus privatorum Principibus pro ipsorum, suorumque Magistratum hospitatione debetur, apud nos* Casa de Aposento *ad plures quæstiones de materia*, leg. 1. Cod. de metat. & epidemet. lib. 12. l. 1. & tot. tit. 15. lib. 3. Recop. *cum num. seqq.*

42 *In Regno Aragoniæ hospitalitatis jus Regibus iterfacientibus non debetur.*

44 *Princeps vassallos cogere, potest ad locandas domos locari solitas, pro hospitandis Regiis Senatoribus, & Magistratibus, aliisve Curialibus.*

45 *Hujusmodi hospitii emolumentum Consiliariis honora-*

norariis, & etiam emeritis debetur.

46 Hospitalitatis jus Regibus iterfacientibus debetur, etiam in Villis, aut Baronum, aliorumque Dominorum inferiorum.

47 Est munus patrimoniale, adstringitque omnes, qui specialiter non fuerint exempti.

48 Inferuntur aliqua circa personas ab hoc hospitationis munere exemptas, cum n. seqq.

49 Ecclesiastica, earumve domus, an ab hoc munere sint exempta, cum n. seqq.

50 Refertur, & fundatur negativa opinio.

51 Maximè in Curiis Regiis pro hospitio Principi, suisque Curialibus debito.

53 Refertur, & resolvitur pro affirmativa sententia, ut persona Ecclesiastica hospitiorum immunitate gaudeant, cum. n. seqq.

55 Ambasiatores in domibus Prælatorum, aliorumque Clericorum, eis invitis, per Magistratus sæculares non sunt hospitandi.

56 Nec ab eis lecti, aliave supelectilia extrahi, debent, propter hospitationes alibi commodè faciendas.

57 In Regno Neapol. hac hospitia, & lectorum, & similium extractiones speciali jure fieri, prohibentur.

58 Milites, executores, & similes persona in domibus Clericorum, etiam stante gravissima necessitate, hospitari, non debent.

59 Etsi contrarium extet immemorialis consuetudo.

60 Optimo jure, & Christiana ratione procedunt, propter dissolutiones, & lascivias, qua plerumque à militibus, & similibus personis qua hospitantur, fiunt meritò de Ecclesiasticorum domibus repellendas.

Increpantur ex eadem ratione hospitationes in domibus vassallorum sæcularium, ibidem.

61 Referuntur Doctores pro hac immunitate Ecclesiastica resolventes, & latè de ea ad plures quæstiones, cum n. seqq.

62 Limitatur in peregrinorum, vel similium pia hospitalitate.

64 Distinguitur adhuc pro limitatione superioris sententia inter hospitationis munus in Curiis Regiis, Principibus pro eis, eorumque Magistratibus, & Curialibus hospitandis, debitum in singulis privatorum domibus: & inter hospitium militum, & similium per oppida transeuntium: In secundo casu Ecclesiasticorum immunitatem substinendam, secus in primo, resolvitur, cum n. seqq.

66 Hospitationis munus in Curiis Regiis Principibus debitum non solum patrimoniale, & reale est, verum etiam magnam in se habet justitiam propter incrementum redditnum domorum ob Principis assistentiam in Curia Regia.

67 Ipse domus Clericorum, in hoc casu, non persona, obligata dicuntur, & d. n. 66.

68 Intelligitur in hoc casu contraria sententia Domin. Solorzan. & Navarrete.

69 Concluditur in secundo Superiori casu pro Ecclesiasticorum immunitate.

70 Quid in secundo casu, ipso Rege, vel aliis personis Regiis per oppida transeuntibus, an adhuc hospitationis immunitate Ecclesiastici gaudero, debeant; cum n. seqq.

Declarantur jura in l. neminem, C. de Sacrosanct. Eccles. l. 27. tit. 3. lib. 1. Ordinam. l. 7. tit. 21. lib. 2. ejusdem Ordinament. ibidem.

71 Ecclesiæ, Ecclesiasticaque personæ, eorumque patrimonia ab angariarum, & perangariarum servitio immunes sunt, ad Text. in l. 2. §. ad perangariam 3. Cod. de Episcop. & Cleric. Authent. Nulla communitas, eod. tit.

Limitatur hoc in adventu Principis, vel ipsius expeditione, ad Text. in dict. l. neminem, Cod. de Sacrosanct. Eccles. l. 2. C. quib. muner. vel præst. nem. lic. se excus. ibid.

72 Ad prædictum angariarum, & perangariarum onus in adventu Regis, quælibet, quamtumvis illustres persona, adstringuntur.

73 Ecclesiastica persona in adventu Regis, non aliter hospitia præstare, coguntur, quàm si sæcularium domus ad id non sufficiant.

74 In hospitio Regi in Curia Regia præbendo in quibuslibet domibus etiam Ecclesiasticorum non attenditur an sæcularium domus ad id sufficiant, necne? sed indistinctè omnes tenentur.

Declaratur notabilis, l. 7. tit. 3. lib. 1. Recop. contra immunitatem Ecclesiasticam per Dom. Solorzan. & alios indistinctè adducta, ibidem.

75 Ecclesia ipsa, vel Monasteria à præfato in adventu Regis hospitio omninò sunt exempta, etiam si in privatorum domibus commoda hospitia non inveniantur ad l. 1. tit. 11. part. 1. l. 8. tit. 2. lib. 1. Recopil.

76 Metatores hanc Ecclesiarum, & Monasteriorum immunitatem non servantes qua pœna puniantur?

77 Plura de Ecclesiarum, & Monasteriorum ab onere hospitii immunitate, remissivè.

78 Dei Ecclesia, & Monasteria nulli alii usui, aut exercitio, quàm orationi, & divinis officiis habenda.

79 Parentes, vel fratres Clerici, alteriusve à munere hospitii exempti cum eo habitantes, an eadem immunitate gaudere, debeant? cum n. seqq.

80 Disputatur quoque hæc quæstio in aliorum munerum, sive tributorum exemptione ob utriusque connexionem, & individualitatem.

81 Refertur affirmativa opinio, & n. 82.

82 Idem in sociis in communione viventibus, quorum uni immunitas aliqua competit.

83 Contraria negativa sententia, refertur.

84 Distinguitur pro concordia: primò quoad tributa, vel onera inter munera, & tributa realia, sive patrimonialia: & inter ea, qua in victualibus ex consumentibus indicuntur, cum n. seqq.

85 Distinguitur secundò, quoad personas, inter parentes, vel fratres non exemptos cum filio, aut fratre exempto habitantes, nulla tamen propria bona habentes: & inter eos, qui proprium patrimonium possident, & in communi, aut societate cum exempto vivunt, & quid in uno quoque casu? cum n. seqq.

87 In tributorum patrimonialium, seu ratione familiarum exactione, quis pater familias, seu familia caput sit? inspiciendum, & n. 88.

Parentes inopes cum filio exempto divite habitantes, non patres familias, sed potius tanquam domus familiares, quoad solutionem tributi, sunt reputandi, ibidem.

88 Idem circa istas personas in nostro tributo sisarum, vel millionum est resolvendum.

89 Quid è contra si filius exemptus inops cum patre divite vivat, an etiam in isto casu pater pro filii persona sisa tributum, vel millionum pendere, debeat?

90 Quid si exempti, & non exempti patrimonia utraque habentes simul cohabitent, & æquè principaliter expendant, aut unus tantum, ut omnium caput, pro omnibus de communi expendit: in fratribus, & similibus in societate viventibus, quomodo, & à quibus in hoc casu tributum exigendum? cum num. seqq.

91 Refertur, & fundatur affirmativa opinio, ut non exempti exemptorum immunitate gaudeant, & numer. 92.

Si in hoc casu non exempti tributi nomine aliquid penderent, ex hoc exemptorum portiones minuerent, seu eorum immunitatem tangerent, ibidem, declara, n. 99. cum seqq.

93 Negativa sententia in hoc casu verior fundatur, ex num. 94.

94 Socius immunitate socii gaudet in individuis, & connexis: secus individuis, & plura remissivè circa

hanc

Digitized by Google

hanc distinctionem ad privilegium fori sociorum, & similia, cum n. seqq.

97 *Quæ dividua, aut individua dicantur, remissivè.*

99 *Quomodo tributorum solutio in prædicto casu contra non exemptos exequenda, quin exemptorum portiones tangantur, juxta admirabilem praxim, & doctrinam Speculator, & Dom. Covarruv. cum n. seqq.*

102 *Sociorem communem pro sua parte pignorante, quomodo hæc obligatio procedat, & exequatur, absque præjudicio portionis socii, qui non obligavit? & num. 103.*

103 *Creditor utrumque socium ad divisionem provocare, potest, ut, ea facta, in parte debitoris exequatur obligatio.*

104 *Similiter socius, qui non obligavit, creditorem, & consocium ad eamdem divisionem provocare poterit, ut suam partem absque pignoris onere divisam habeat.*

105 *Quid apud nos in praxi servetur, quoad exactionem tributi, exemptis, cum non exemptis in societate viventibus.*

106 *Quid in hoc casu in tributo sisæ, & Millionum?*

107 *Et quid si non exemptus pro omnibus, etiam exemptis de communi expendat?*

108 *Quid si fratres laici propria bona habentes cum fratre Clerico habitent, ab eo tamen liberaliter alantur, vel etiam ratione obligationis in capitulis matrimonialibus in favorem fratris, vel sororis per fratrem Clericum adjecta.*

109 *Quid in præfatis casibus in nostro hospitationis munere circa relatas personas exemptas, & non exemptas simul cohabitantes, an non exempti exemptorum immunitate gaudere, debeant? cum n. seqq.*

111 *Quid si hospitationis munus in transitu militum, vel aliorum, non in actuali hospitalitate, sed in pecunia pendatur? an tunc exemptis suas exemptio sit servanda? ad viduas divites, quæ propter honestatem eximuntur, & similes, & infr. ex n. 127.*

112 *Referuntur plures personæ à munero hospitii exempti, Legum Doctores, Grammatici, Archiatri, & alii scientiarum, liberaliumque artium magistri ad* l. Medicos 6. l. Grammaticos 15. C. de professor. & Medic. lib. 10. l. Archiatros 8. cum seqq. C. de metat. & epidemet. lib. 11. *cum num. seqq. & ex num. 121.*

114 *Pictores an etiam ab hoc munere hospitii sint exempti? & quid in gabellis, aliorumque munerum publicorum? cum n. seqq.*

118 *Distinguitur inter tributum rebus indictum, aut personis, ut illud ex picturis non pendatur, istud vero sic à pictoribus, cum duob. n. seqq.*

119 *Doctores, scriptores librorum nulla à tributis immunitate, apud nos gaudent, nisi Doctorati, aut Licenciati in Universitatibus, de quibus nostra* l. 8. & 9. tit. 7. lib. 1. Recop.

Libri cujuscumque Doctoris, eorumque venditiones nulli gabellarum oneri subjiciuntur, ad nostram l. 1. tit. 7. lib. 1. l. 34. tit. 18. lib. 9. Recop. *ibid.*

122 *Familiares Sanctæ Inquisitionis, an à munere hospitii sint exempti?*

123 *Eximuntur Forenses.*

124 *Et viduæ, aliæque miserabiles personæ.*

125 *Et conductores vectigalium Fisci, in quibus ad alias munerum municipalium exemptiones.*

126 *Præfata exemptiones non servandæ, stante necessitate, vel aliorum vicinorum domibus, militibus, & aliis hospitandis non sufficientibus.*

127 *Non servantur, etiam si contributio in pecunia pro hospitalitate indicatur, nisi specialiter etiam sit concessum, cum n. seqq.*

131 *Limita nisi propter paupertatem exemptio competat.*

IN præsenti igitur capit. alia utilissima in praxi quæstio discutienda venit, circa utilitatem, seu emolumentum juris hospitandi, quod vassallorum domini inferiores, sive Barones inter jurisdictionis, vel feudi fructus connumerari, debere, ipsisque per sua loca transeuntibos in domibus vassallorum competere, frequenter prætendere, solent. 1

In qua quæstione magnus noster Advocatus, Scriptorumque Magister, & Supremi Castellæ Senatus, virtute, & prudentia meritissimus Consiliarius, nostræque Hispaniæ splendor D. D. D. Ildephonsus de Olea in suo per celebri, tam in forensibus, quàm in Scholis tractatu *de cession. jurium, & action. tit. 3. quæst. 6. num. 26.* distinguit inter vassallos, qui ratione feudi, vel ratione jurisdictionis subjiciuntur, quorum illos huic hospitationis oneri teneri, asserit, contra vero istos, pro qua distinctione refert doctissimus vir nostrum Collantes in pragmat. agricolar. *lib. 3. cap. 9. à numer. 1. & 3.* qui, licèt expresè id non resolvat, nec disputet, præcisè tamen hanc distinctionem supponit. 2

E contrario autem pro affirmativa sententia novissimè resolvit D. Didacos de Balmased. *de collect. quæst. 4.* ubi, licèt *numer.* 20. de jure has hospitationes indistinctè vassallos præstare, non debere, dicat, etiam si immemorialis accesserit ex D. Olea, Amaja, Bobadill. & aliis minus rectè, qooad immemorialem relatis, ut proximè dicam in nu. tamen 21. prædictam resolutionem temperat, cum non morosè, sed pro modico tempore per transitom, vel recreationis causa domini vassallorum ad sua loca accesserint, quo casu, quamvis ex urbanitate, omninò per vassallos hospitari, debere, resolvit ex authore damnato, qui, licèt aliàs eruditus, nominari non meretur; & eandem sententiam repetit idem Balmased. *quæst. 86. n. 15.* ex Avendañ. *in repertor. verb. Huespedes.* 3

Quibus tamen, licèt doctissimorum virorum opinionibus non obstantibus, pro contraria negativa sententia tanquam veriori, & communiori præcipuè apud Feudistas indistinctè tam in vasallis feudalibos, quàm Borgeosaricis, sive jurisdictionis ratione subjectis, resolvendum censeo, videlicet, nullo modo has hospitationes de jore reputari, debere fructum, aut commodum jurisdictionis, vel dominii Burgensatici, aut feudalis Baronibus, sive aliis dominis inferioribus concessi, sed potius supremæ jurisdictionis effectum, aut fructum esse, Principibusque supremis dumtaxat competere, de quibus proximè dicam. 4

Ita in specie, contra dominos inferiores, & quòd neutiquam hoc hospitalitatis servitium à suis vasallis de jure, nec pro modico etiam tempore, prætendere, valeant, ex Text. *in leg. 2. Cod. de mecat. & epidemet.* & ex nostra *leg. 1. & 13. tit. 21. lib. 2. Ordinament.* quæ extat *in leg. 12. tit. 15. lib. 3. Recopilat.* Burgos de Paz *cons. 3. numer. 97.* Bald. *in leg. observare, in princip. column. 1. vers. Et nota quod quando, ff. de offic. Proconsul*, Giulhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testament. verb. Testamentum, num. 34.* Specul. Conscient. *in 1. tractat. cap. 21. in princip. & in §. 2. cum seqq.* Joan. Audr. in Addit. ad Speculat. *in tit. de feud. §. Quoniam super, vers. Et nota, quòd vassalli Comitum*, optimè noster Gregot. *in leg. 6. tit. 25. Gloss. Debenlos servir, post princip. part. 4.* † Ubi hoc genus servitii multum improbat, acriterque increpat dominos inferiores id absque alio titulo, quàm quod domini sint, prætendentes, vel potius usurpantes, Aviles *in cap. Prætor. 8. Gloss. Dineros, num. 7.* Alciat. *respons. 174.* Aymon. Cravet. *cons. 308. ex num. 1.* Didac. Perez *in leg. 55. tit. 19. lib. 8. Ordinam. pagin. 402. column. 2. in fin.* Bobadill. *in Politic. lib. 2. cap. 16. ex numer. 116.* benè Sesse *de inhibition. cap. 4. §. 7. num. 10.* plenè Mastrill. *de Magistrat. cap. 10. ex nu. 181.* Capiblanc. *de Baronibus, tom. 1. super pragmat. 1. ex num. 132.* Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat. 1. gravamin. 146.* 5 6

Quid id quoque asseverat in Baronibus suas terras, vel feudi ex officio visitantibus, & quod adhuc has hospi- 7

Digitized by Google

hospitationes à vassallis prætendere, non valent, quia suis expensis id facere, tenentur, ut benè in hoc etiam casu, & in quolibet alio resolvit Dominic. Tass. *in pragmat. de antefat. vers.4. observat.4. n.189.* qui præcipuè in vassallis ratione feudi loquitur.

8 Et licèt his non relatis, idem resolvunt noviter, nulla tamen distinctione facta inter vassallos feudales, vel Burgensaticos, sive qui apud nos ratione jurisdictionis subiiciuntur, Castill. *tom.7. controvers. cap.41. num.84.* Amaya *in l. unic. Cod. ne oper. à collat. exigant. lib.10. n. fin. & in l.3. Cod. de annon. & tribut. nu.28. & in l. unic.*

9 *Cod. de aur. coronar. num.42.* † Ubi quod nec hospitalitatem, Lectos, & similia præstare debeant, Bobadill. *ubi proximè, num.117.* & novissimè Balmassed. *de collect. quæst.4. num.20.* Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg. part.3. cap.42. num.11.* qui omnes communiter, ac indistinctè docent, vassallos dominorum inferiorum huic hospitalitatis muneri obnoxios non esse, nec in suis domibus dominos, etiam pro modico tempore, sive in transitu recipere, vel hospitari teneri.

10 Ex quibus eo magis excluduntur ipsi Barones, vel Domini inferiores, dum non solum se ipsos per vassallos hospitari debere, intendunt, sed quandoque etiam advenas, sive foraneos pro negotiis ad ipsos venientes, modò apud unum, modò apud alterum ex vassallis hospitandos mittere solent; sed contra omne quidem jus, & rationem; ut in specie contra Barones resolvunt Aymon. Cravet. *consil.78.* Mastrill. *de Magistratib. lib.4. cap.18. num.78.* Canonic. Novar. *in commentar. ad tres lib. Cod. in l. in qualibet, Cod. de metat. & epidemetic. lib.12.* Capiblanc. *de Baron. in d. pragm.1. nu.332.* Ioan. Mar. Novar. *dict. gravam.146. num.5.* qui duo ultimi ita Iudicatum, referunt in Sacr. Consil. Neapol. pro Civitate Theani contra Excellentissimum Principem Hostilianum ejus Dominum.

11 Quæ verissima, & communissima resolutione stante, non obstant superius in contrarium adductæ opiniones 1 Nam primò distinctio Collant. inter vassallos feudales, aut Burgensaticos, nulla nititur juris, vel Doctorum Authoritate; nam nullibi in juribus, aut consuetudinibus feudorum cautum invenitur, quod vassalli feudales dominis inferioribus feudorum, sive Baronibus hujusmodi hospitia præbere, teneantur, ad differentiam vassallorum ratione jurisdictionis, neque apud ullum ex feudistis supr. citatis hanc differentiam de jure receptam invenies; & licèt noster Gregor. *in dict. l.6. tit.25. p.4. gloss. magna, in princip.* ex Andr. de Isernia, Afflict. & aliis feudistis similia onera facilius in vassallis ratione feudi, quam ratione jurisdictionis subjectis admittat; adhuc tamen in hoc munere hospitationis resolvit Gregor. *ibidem*, Baronibus per vassallos absque speciali Principis privilegio, vel circa id immemoriali consuetudine, non deberi, ut in aliis quoque muneribus, aut servitiis, de quibus Gregor. *in dict. gloss. magna, in princip.* latius tesolvimus *suprà cap.25. §. unic.* ubi quod nec à vassallis feudalibus, semota speciali consuetudine, aut privilegio, de jure universali feudorum debeantur.

12 Nec pro his Collant. distinctione adduci potest sententia D. D. Ildefons. de Olea, quia eam tantum refert, quin plenè resolvat; vel poterit, dici vassallum ratione feudi D. Oleam intellexisse illum, qui feudum ab Imperatore, vel à Rege accepit, ut sunt Duces, Comites, & alii Barones inferiores, qui respectu Imperatoris, vel Regis, à quibus habent feuda, ratione ipsorum feudorum vassalli feudatarii dicuntur ad differentiam illorum, qui ratione jurisdictionis Ducibus, aut Comitibus, vel aliis dominis inferioribus sunt subjecti, qui per plures DD. Burgenses appellantur, ut singulariter ad tem notat ex Isernia, & aliis Ioann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat. 1. prælud. 12. ex num. 1.* juxta quam distinctionem, & vassallorum acceptionem, verissima est D. Oleæ distinctio; nam Duces, Comites, vel Barones ratione feudorum, Imperatori, aut Regi per eorum terras transeuntibus hospitia præstare debere, nemo dubitat; quia hoc jus est de regalibus, & Principibus Supremis in omnibus suis terris, etiam dominis inferioribus immediatè subjectis, competit, ut latius dicam infrà *ex num.12. & n.44.*

Sed quidquid hoc in vassallis feudatariis respectu Principis, à quo feudum habent, procedat; contrarium tamen dicendum est in inferioribus vassallis, de quibus nos, & omnes DD. præallegati in hac quæstione loquuntur, in vassallis videlicet feudalibus, qui immediatè ipsis Baronibus feudatariis subiiciuntur, qui propriè etiam vassalli ratione feudi, in quo habitant, dicuntur, ad differentiam aliorum vassallorum, qui præcipuè apud nos, nostris Ducibus, vel Comitibus ratione tantum jurisdictionis subditi sunt, quos propriè Burgenses appellamus, ut notant ad hanc differentiam, licèt non clarè explicent, noster Gregor. *in l.5. tit.25. part.4. gloss. magna, in princip.* & facit Parlador. *different. 145. §. 1. num. 12. & 13.* quos omnes vassallos nullo hospitii onere suis dominis teneri, indistinctè resolvunt DD. superius citati. 13

Secundò non obstat opinio Balmassed. qui voluit, saltim de urbanitate pro modico tempore, vel in transitu vassallos suis dominis hospitia præstare debere, quia nec huic intelligentiæ aliquis ex DD. supracitatis assentitur, imo omnes manifestè contrarium resolvunt, cum in dominorum transitu, & in hospitationibus pro modico tempore loquantur, & non aliter eis vassallos adstrictos, dicunt, quam si ex speciali Principis concessione, aut consuetudine immemoriali dominis competant, ut constat ex Bobadill. Mastrill. Capiblanc. Ioann. Maria Novar. *infrà referendis*, & ex aliis superius citat. & quamvis in eo, quod de urbanitate hujusmodi hospitia vassalli dominis præstent, cum Balmassed. conveniam, & benè mihi videatur; in eo tamen, quod omnino, vel præcisè id facere debeant, non consentio, quia semper in ipsorum urbanitate, & mera facultate (ut actus facultativus) est relinquendum. 14

Quæ omnia, ut hoc jus hospitii jurisdictionis, aut feudi fructus non sit, nec dominis inferioribus competat, pro pleniori hujus principalis quæstionis declaratione, tripliciter limita, & intellige: Primò in nostris vassallis, quos solariegos appellamus, ut fat expressè cavetur in nostra *l.2. tit.3. lib.6. recopilat.* in illis verbis: *Y siempre debe tener el solar poblado, porque el Sennor del solar falle posada, y tome sus derechos, como los debe aver.* 15

† Quæ limitatio magna cum ratione procedit, ex quo vassalli isti magis ratione territorii, quàm cæteri vassalli Burgenses, aut feudatarii subiiciantur, cum terram ipsam à domino possidendam acceperint, ipsius dominio penes eum remanente, quod diversum est in vassallis feudorum, qui nihil à feudi domino inferiori acceperunt, sed imò iste inferior Dominus totum feudum à Supremo Principe habuit, & faciunt notata circa differentiam horum vassallorum ad similia servitia *suprà cap. 25.* quam limitationem *ex dict. leg. Regia* miror per nullum ex nostris Regnicolis notatam invenisse. 16

Adde tamen limitationi huic aliam similem in vassallis feudalibus, qui angarii, vel perangarii sunt, ex eo quod ad angarias, vel perangarias tenentur, de quibus *suo loco* dicam: hi enim angarii, & perangarii vassalli in Baronum, vel suorum dominorum transitu ad hospitandos eos cum sua familia de jure apud feudistas coguntur, ut singulariter notant Petr. Gregor. *de concession. feud. p.7. q.6.* Capiblanc. *de Baronib. tom.2. super pragm.14. c.89. num.21.* † Quia & Baronibus multa alia servitia, & operas personales, ut adscriptitii servi, præstare tenentur, & sic per eos dominantur majori, & strictiori subjectione, quam cæteri vassalli, qui ratione jurisdictionis, vel feudi simpliciter subiiciuntur, ut plenius alibi dicam. 17 18

Secundò supra dictam resolutionem, ut vassallorum dominis hujusmodi hospitationis servitium de jure non debea- 19

Lazunez de Fructib. T

debeatur, limita nisi in feudi investitura, aut oppidi
concessione specialiter sit concessum, Cravet. Mastrill.
Capiblanc. & Novar. & alii ex relatis.

20 Circa quam limitationem nota, non quamlibet con-
cessionem sufficere, sed requiri, quod specialis sit, ut
doctè resolvit noster Gregor. *in dict. l.6.tit.25. par.4.glos.*
magna, vers. Neque potest dici, ubi eleganter, quod in
Castri, aut oppidi generali concessione hoc hospitandi
jus, vel similia regalia non subintelligantur, ex quo idem
resolvunt Mastrill. *de Magistrat. lib.3. dict. cap.*10. *num.*
178. Ponte *de potestat. Proreg. fol. mihi* 39. *num.* 5. Ioan.
Maria Novar. *de gravam. vassallor. tract.1. d. gravamin.*
146. *numer.*2. qui nec in quavis amplissima concessione
comprehendi ait, & ita judicatum per Rotam refert Ca-
piblanc. *de Baronib. tom.1. super dict. pragm.1.n.*333. qui
nunquam in feudorum investituris hoc jus concessum vi-
disse, asserit, & novissimè Dominic. Antunez de Portug.
*de donat. Reg. p.3. dict. c.42. n.*12. ubi quod, nec si gene-
raliter regalia cum jurisdictione, aut Castro concedan-
tur, hoc hospitalitatis jus veniat.

21 Imò etiam, stante in favorem Baronum, seu domi-
norum inferiorum hujus juris, aut prærogativæ expres-
sa, ac speciali concessione, restringi hæc, & intelligi
debet, eo modo quo minus vassallos lædat, Ioan. Andr.
in addit. ad Speculat. tit. de feud. §. Quoniam, column.
antepenult. vers. Et nota quod vassalli, benè Aymon.
Cravet. *dict. cons.*308. *ex num.*1. noster Gregor. *in dict.*
22 *l.6. gloss. magna, column.2. vers. Et fortè posset dici.* † Et
quod tunc solum procedat concessio, ut ejus virtute vas-
salli suis dominis hospitia præstare, teneantur, cum cau-
sa visitationis, vel ex alia justa causa ad propria loca ac-
cedunt, & hoc per transitum, quin longam, aut super-
fluam moram faciant, quod & ipse Supremus Princeps
animadvertere debet, ut optimè noster Gregor. *in loco*
preallegat. & dixit eleganter Imperator Federicus *in tit.*
de Pac. Constant. cap. in causis, §. Vassalli, ibi: *Moram*
superfluam in Civitate, vel Episcopatu pro damno Civita-
tis non facimus, & ibidem notat Bald. & Gothofred. *litt.*
D. qui, quando mora longa dicatur? arbitrio Iudicis jux-
ta qualitatem negotii relinquit.

23 Et in specie contra dominos vassallorum, ne stante
prædicta speciali hospitii concessione, diu in suis oppi-
dis in domibus vassallorum hospitari immorentur, sed
dumtaxat pro modico tempore, & absque notabili vas-
sallorum præjudicio hospitari debeant, resolvunt Ay-
mon. Cravet. *dict. cons.*308. *numer.*1. *cum seqq.* qui benè
circa rem loquitur, Andr. Alciat. *respons.* 174. Didacus
Perez *in l.*55. *tit.*19. *lib.*6. *Ordinament. column.* 2. *in fin.*
Bobadill. *dict. cap.* 16. *num.*116. ubi alios ex antiquiori-
bus cumulat, Mastrill. *dict. cap.*10. *n.*183. Dominic. An-
tunez de Portug. *d. c.*42. *nu.*12. Sesse *de inhibit. cap.*4. §.
24 7. *num.*10. † Vbi quod nec jus cœnandi eis debeatur,
quamvis amplissimam concessionem allegent, ut opti-
mè ad omne notant Capiblanc. *de Baronib. super dict.*
*pragmat.*1. *num.*334. Ioann. Mar. Novar. *dict. gravamin.*
146. *num.*4. Domin. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers.*
3. *dict. observ.*4. *n.*189.

25 Et quod moderatè hujusmodi hospitii privilegio uti
debeant, & suis sumptibus, quoad cibaria, & similia,
26 visitent, Tasson. *ubi proximè*, † Quod & apud nos, in
nostris Regibus, eorumque hospitio per oppida, & Re-
gni Civitates in transitu præstito, servatur, nam licet
per *l.2.3. & 4. tit.*15. *lib.*3. *recopilat.* quædam tributa, &
victualia metatoribus Regiis præstabantur, de quibus
mentionem faciunt, & quod de bonis, sive patrimonio,
absque ulla Regia facultate, oppidorum solvantur, tra-
dunt Avendan. *de exequend.* 2. *part. cap.*10. *num.*7. *vers.*
Item, Bobadill. *in Polit. lib.*5. *cap.*4. *num.*12. tamen ab-
rogatum invenitur per *l.*25. *&* 26. *eodem tit.* in quibus ab
his contributionibus, ut nimis gravosis, vassalli relevan-
tur, solamque hospitalitatem per eos præstandam cave-
27 tur, & notat in his legib. Narbon. *gloss. unic.* † Quod
ita procedit, ut nec ligna, acetum, oleum, sal, & similia
esculenta ad condendum parata, ab hospitibus gratis sint
præstanda, ut generaliter statuitur *in l. unic. Cod. de sal-*
gam. hospitib. non præstand. cui concordat nostra *l.*19. *d.*
*tit.*15. *lib.*3. *recopilat.* & idem eleganter deciditur *in l.*
devotum 5. *§. Solam, Cod. dict. tit. de metat.* † In quibus 28
juribus gravibus pœnis mulctantur cibaria aliqua, vel vi-
ctualia, aut quid aliud, præter meram hospitalitatem,
ab hospitibus gratis expostulantes, & latè resolvunt con-
tra milites, magistratus, aliasve personas, qui ob decre-
ta Regia, vel alia ratione per oppida hospitantur, quæ
præter hospitium, nihil aliud desiderare debent, Can-
cer. *lib.*3. *variar. resolut. dict. cap.*5. *ex num.*58. Calicius
*de Fisc. dubitat.*8. *limitat.*210. Ioann. Bard. *super privi-*
*leg. general. Aragon. num.*30. Anton. Perez *ad dict. tit. C.*
de metat. §.6. *num.*9. Mastrill. *dict. cap.*10. *num.*201. *cum*
seqq. † Et hoc amplius, quod nec sponte donata ab ip- 29
sis Civitatibus, vel hospitibus, milites, vel alii accipe-
re valeant, expressè voluit Constantin. *in l. unic. Cod. de*
salgam. hospitib. non præstand. ibi: *Sed nec volentibus ho-*
spitibus, & in dict. l. devotum, §. Solam, Cod. d. tit. de me-
tat. Azeved. *in l.*8. *tit.*6. *lib.*3. *recopilat. n.*1. *&* 2. Paschal.
de patr. potestat. 3. *p. cap.*3. *num.*30. Ripol. *variar. resol.*
*cap.*47. *num.*33. *&* 34. Mastrill. *dict. cap.*10. *nu.*208. Can-
cer. *ubi proxime, num.*619. † Vbi quod si milites hæc à 30
Provincialibus gratis habere, velint, possit eis impune
de facto resisti, Antun. de Portug. *de donat. Reg.* 3. *part.*
*cap.*42. *num.*15. *&* 16. † Et idem si victualia minori pre- 31
tio, quàm in foro venduntur, per oppida vendi, præ-
tendant Natta *cons.*83. *&* 84. & ex Platea, & Bartol. Ma-
strill. *in loc. citat. num.*212. ad text. *in l. septem diebus*,
*Cod. de erogat. milit. annon. lib.*12. & ad alia Amaya *in*
*l. unic. Cod. ne oper. à collator. exigant. lib.*10. *nu.*10. *cum*
seqq.

Tertiò prædictam resolutionem, ut vassallorum do- 32
minis inferioribus hospitii jus non debeatur, limita, ni-
si stante ad id longissima, sive immemoriali consuetudi-
ne, aut præscriptione, ut ex Gloss. Alexand. & aliis in
hoc hospitandi munere, & similibus servitiis, aut impo-
sitionibus vassallorum, eleganter noster Gregor. *in dict.*
*l.6. tit.*25. *part.*4. *gloss. magna, column.*2. *vers. Et hoc est*
sine dubio. † Et in fortioribus terminis, ut nimirum, 33
non solum hospitalitatis munus immemoriali per domi-
nos quæri valeat, sed etiam jus cœnandi, stante ad id ea-
dem consuetudine, resolvunt ex Sesse *dict.* §.7. *num.*10.
Capiblanc. *in dict. pragm.*1. *num.* 135. Novar. *dict. gra-*
vamin. 146. *num.* 4. † Et quod similiter consuetudine 34
immemoriali per Regios officiales, vel Magistratus quæ-
ri valeat, quod in eorum adventu per universitates, sive
oppida in duobus, vel tribus diebus cibaria aliqua, aut
victualia, vel pecunia eorum nomine ipsis præstetur, No-
var. *dict. gravam.*146. *nu.*4. † qui *in num.*5. id ampliat ad 35
hospitia advenarum, vel extraneorum, quos licet domi-
nus in domibus vassallorum hospitandos mittere, non
valeat (ut supra dictum remanet) hoc quoque limitat
Novar. nisi stante ad id legitimè præscripta consuetudine,
hoc est, immemoriali, quæ in his servitiis, aut imposi-
tionibus vim tituli habet, *juxta latius dict. supr. cap.*15.
§.4. *ex num.*102.

Quæ præterquam quod de jure communi verissima 36
sint, de jure nostro Regio absque dubio procedunt per
*l.8. tit.*15. *lib.*4. *recopilat.* quæ expressè immemorialem
præscriptionem in his vassallorum servitiis, aut imposi-
tionibus in favorem dominorum inferiorum admittit,
sed non aliter: de cujus pleniori expositione quomodo,
& quibus qualitatibus, aut requisitis immemorialis in
his præstationibus per Dominos probari debeat, latius
dixi *supr. in c.*15. §.4. *per tot.* ubi plura specialia requisita
invenies in istarum præstationum præscriptione ob me-
tus, aut reverentiæ in vassallis, & in dominis ob extor-
sionis vehementem juris præsumptionem.

Nec me latet, in nostro hospitii munere, ut nec im- 37
memoriali dominis quæratur, contrarium novissimè
resolvisse Balmasced. *de collect. quæst.*4. *numer.*20. ex
Bur-

Digitized by Google

Burgos de Paz *conf.3.num.97.* Amaya *in l. unic. Cod. ne oper. à collator. exigant. num.fin.* Novar. *dict.gravimin.* 146. & ex nostro Supremi Castellæ Senatus doctissimo Consiliario D.D.D. Ildephonso de Olea in suo percelebri
38 tractatu *de cession. jur. & action. tit.3. qu.6.num.26.* † Sed quidquid Balmassed. ex tot magnis viris, suam sententiam comprobare intendat, à prædicta tamen nostra verissima resolutione non est recedendum, maximè cum prædicti DD. per Balmassed. adducti, non solum suam sententiam non comprobent, sed (quod magis miror) aliqui quæstionem non tangant, ut sunt Burgos de Paz, & D. Olea, qui quamvis hujusmodi hospitalitatis servitium dominis inferioribus per vassallos non deberi, simpliciter dicant, non tamen id inquirunt, stante immemoriali consuetudine, aut præscriptione: Imò idem Burgos de Paz *in conf.15. nn.11. & 15.* latè resolvit, hæc vassallorum servitia immemoriali dominis quæri posse, & idem voluerunt Novar. per Balmassed. adductus, & in fortioribus terminis (ut supra dixi) & Amaya licèt *in d. l. unic. num. fin.* pro negativa resolvere videatur; in fin. tamen doctè de hac resolutione dubitat, propter dictam nostram *l.8. tit.15. lib.4. recopilat.* & pro vera resolutione se remittit ad dicta per se ipsum *in l. unic. Cod. de aur. coronar. ex num.* 30. ubi *in num.*39. immemorialem in his vassallorum servitiis, seu præstationibus recipit *ex d. l.8. Recopilat.* qua stante, apud nos dubitari non licet,
39 maximè in foro contentioso: † In foro autem conscientiæ caveant domini inferiores, ne cum aliqua extorsione, aut violentia hujusmodi consuetudines introducant, vel à suis majoribus sint introductæ, ut frequenter accidit; quare in conscientia, ut optimè consulit noster Gregor. *in dict. l.6. tit.25. part.4. gloss. magna, column. 3. in*
40 *med.* † Securius, & absque animæ periculo facient, si ab ipsis servitiis, quæ à jure sunt indebita, & quæ in nullo alio titulo, quam consuetudine, licèt immemoriali, fundantur, se abstineant ob frequentissimas extorsiones, quæ in ejus introductione ex parte dominorum intervenire solent, quæ si in foro contentioso pateant, præscriptio absque dubio corruet, juxta Gregor. & Amaya ubi proximè, & latius dicta supr. in hac part. *cap.15.§.4. ex num.*131.

41 Ad alia autem plura de nostri hospitii munere, aut servitio in transitu Regis, quod sit de regalibus: & ad multas quæstiones circa hospitium, quæ apud nos in hac Curia Regia in singulis domibus privatorum nostris Regibus debetur pro habitatione Magistratuum, Senatorum, aliorumve officialium, & famulorum Regi, & Reipublicæ inservientium, vulgò *Casas de Aposento, vide l.2. & tot. tit. Cod. de metat. & epidemet. lib.12. l.1. & tot. tit. 15. lib.3. nostra recopilat.* apud nos, & alia Regna, Roman. *singular.*256. & 417. Anton. Capyc. *dec.*41. Matth. de Afflict. *in cap. unic. verb. Extraordinaria collatio, nu.* 10. Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. Testamentum, num.*34. Aymon. Craver. *cons.*308. Andr. Alciat. *cons.*174. Avendan. *in dictionar. verb. Huespedes,* plenè Aviles *in cap. Prætor* 8. Gloss. *Dineros,* Menchac. *lib.1. controv. illustr. cap.8. num.*15. Bobadill. *in Polit. lib.2. c.*
42 16. *num.* 116. † Qui limitat in Regno Aragonum, ubi hanc hospitationis Regaliam Regi per illud transeunti non competere ait, ut notat quoque Castill. proximè referendus.

43 Vltra quos plures de materia hujus muneris congerentes Cancer. *lib.3. variar. cap.5. ex num.*66. Pont. *de potest. Proreg. tit. de provision. fier. solit.* §.6. *num.*6. Calixt. Ramirez *de leg. Reg.* §.26. *ex num.*8. ubi ad Principem, & ejus familiares, Ripol. *variar. resolut. cap. 47. ex nu.* 1. & cum Bald. Andr. de Isern. Matth. de Afflict. & aliis Mastrill. *de Magistratib. lib.3. cap.10. num.*178. *cum seqq.* Aloys. Leo. *in l. placet, num.*30. *C. de Sacrosanct. Eccles.* & cum aliis Carol. de Grassis *de effectib. Clericat. effect.* 3. *ex num.*122. Episcop. Genuens. *in practicabilib. Eccles. questionib. quest.*629. & 635. Franc. Coriolan. *in explicat. Bull. in Cœn. Domin. excommunicat.* 18. *vers.* 5. Dominic. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers.3. dict. observ.* 4. *num.* 189. ubi de hospitio magni Caroli V. in Neapoli, Donat. Anton. Marin. *variar. resolution. lib. 1. resolut.* 167. *per tot.* Ioann. Bapt. Thor. *in compend. decis. tom.1. verb. Immunitas hospitandi concessa, & verb. Immunitas hospitandi actualiter, & part.2. verb. hospitandi immunitas,* D. Ioan. del Castillo *tom.7. controv. c.41. nu.*84. qui plures de materia congerit, † & ex Riminal. Ponte, 44
Mastrill. & aliis, quod etiam princeps vassallos cogere, valeat ad locandas domos locari solitas pro hospitandis Curialibus, & Magistratibus, Regiisque Senatoribus, & cum aliis idem resolvunt Bobadill. *in Polit. lib. 3. cap. 1. num.*21. & *lib.5. cap.1. num.*58. D. Solorzan. *tom.2. de gubernat. Indiar. lib.4. cap.9. num.*70. & de materia hujus Regii muneris hospitii idem D. Solorzan. *in suo erudito discursu de los Derechos de Placas Honorarias, y Iubiladas, ex nu.* 416. † Vbi præcipuè, quod hujus hospi- 45
tii emolumentum Consiliariis honoratis, vel jam emeritis, inter alios Magistratus debeatur: In quibus omnibus plenissimè de hospitio Principibus Supremis, tam per suas terras transeuntibus, quàm in Curiis Regiis stantibus debito, & ad alia novissimè, licèt multis ex prædictis non relatis, Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. 1.p. c.42. n.6. cum seqq.*

Et quod hoc hospitalitatis jus Regibus iter facientibus 46
debeatur, non solum per oppida Regia, quæ immediatè Regibus subiiciuntur, verum etiam per Villas, & loca Baronum, Comitum, aliorumque dominorum inferiorum, notat quoque Mastrill. *dict. cap.10. num.*185. Ripol. *dict. cap.47. num.*2. Antunez *ubi proximè, num.*7.
† Quia hoc munus est patrimoniale, & ad omnes, qui 47
specialiter non fuerint exempti, pertinet, *ut ex l.5. C. de muner. patrimonio, l.3. §. Munus hospitandi, ff. de munerib. & honorib.* Andr. Alciat. *d. cons.*174. Purpurat. *cons.* 539. *num.*11. *volumin.*2. Menchac. *dict. cap.* 8. *num.* 15. Petr. Gregor. *syntagmat. jur. univers. part.2. lib.* 19. *cap.* 8. *num.*8. Ponte *dict.* §.6. *num.*4. Mastrill. *dict. cap.*10. *nu.* 184. D. Solorzan. *in dict. Discursu de Placas Honorarias, num.*416. qui *in num.*417. etiam Clericos huic muneri adstringi ait.

Quibus igitur circa nostri hospitii principalem quæ- 48
stionem resolutis, & quando Baronibus, vel aliis dominis inferioribus facultas ea indicendi competat, plenè cognito, vel quando, ut supremæ jurisdictionis fructus penes Principem dumtaxat hæc facultas resideat? non abs re erit, imò multum proderit ad praxim, & hujus capitis materiæ plenam cognitionem, aliqua de personis ab hoc munere exemptis prænotare, ut sciant vassallorum domini, aliæve personæ, quibus hospitationis jus, vel emolumentum privilegio, vel immemoriali competit; necnon, & ipsi Principes, Magistratusque inferiores quomodo, & in quibus personis, uti debeant?

Primò ergo valdè dubitant DD. an Ecclesiasticæ per- 49
sonæ, earumque domus ab hoc munere sint exemptæ,
necne? † Pro negativa sententia extat D. Solorzan. *in* 50
*dict. discurs. de Placas Honorar. num.*417. ubi quod huic muneri Ecclesiastici etiam subiiciantur ex eo, quod reale, & patrimoniale sit, *ut suprà proximè*, dictum remanet, pro qua sententia refert Bald. Salicet. Roland. Otalor. & alios, & nostrum Gregor. *in l.51. tit.6. par.1. gloss. fin.* Thomat. *de collect. in §. Subiiciunt, num.*22. & resolvunt Navarret. *dict. discurs.* 20. Balmassed. *de collect. qu.* 86. *num.*5. qui ad id referunt nostram *l.7. tit.3. lib.1. re-*
copilat. † Et præcipuè in hospitio in Curia Regia Prin- 51
cipi debito loquuntur, apud nos *Casas de Aposento:* & quod generaliter muneri hospitii pro militibus, videlicet, & similibus personis Clerici adstringantur, saltim in casu urgentis necessitatis, quando aliorum vicinorum domus hospitio non sufficiant, tenent Ripol. *de regalib. cap.47. numer.6. & 8.* Olivan. *de jur. Fisc. cap.4. num.*35. Mier. *ad constit. Reginæ Mariæ, cap.17. de posaderiis, nu.* 8. *tom.2.* & novissimè Dominic. Antunez de Portug.

Lagunez. de Fructib.

52 de donat. Reg. part. 3. cap. 47. num. 10. † Qui ex eo Eccle-
siasticam libertatem, seu immunitatem non infringi, di-
cunt; sed solum urgenti necessitati subjici, qua stante,
omnia esse communia, asserunt.

53 Pro contraria autem parte, ut nullo modo Clerici hoc
hospitationum onere per sæculares gravari, valeant, ex-
tat magis communis DD. resolutio, eique, ut veriori,
magis adhæreo (sub declaratione tamen de qua infr.) cum
versemur in re Ecclesiastica, ejusque libertate, cui in
dubio saltim adhærendum semper existimo,

54 Quæ Ecclesiastica immunitas, vel exemptio expressè
probatur ex vulgari text. in l. 1. Cod. de Sacrosanct. Ec-
cles. ibi: *Neque hospites suscipictis*, & in nostra l. 51. tit.
6. part. 1, ibi; *Otrosi, non debe ninguno posar en las casas
de los Clerigos sin placer, ò consentimiento dellos*, & ex
l. 17. tit. 3. lib. 1. Ordinam. quæ extat in dict. l. 7. tit. 3. lib.
1. recopilat. (cum intelligentia tamen, & limitatione
infrà referenda) & in l. 1. tit. 11. part. 1. l. penult. tit. 2. lib.
1. Ordinam. quæ habetur in l. 8. tit. 2. lib. 1. recopilat. &
resolvunt Canonistæ congesti per August. Barbos. in col-
lect. ad cap. 1. per eundem text. de immunit. Eccles. Gloss.
in d. l. 1. C. de Episcop. & Clericis, Andr. de Isern. in cap.
unic. quæ sint regal. in usib. feudor. numer. 61. & ibidem
55 Matth. de Afflict. † Et quod, nec Ambasiatores in do-
mibus Prælatorum, aliorumve Clericorum contra eo-
rum voluntatem per Magistratus sæculares hospitari va-
leant, idem Afflict. ubi sup. Mastrill. de Magistr. lib. 3. d.
56 c. 10. nu. 186. † Nec ab eis invitis lecti, aliave supellecti-
lia propter hospitationes alibi commodè faciendas extra-
hi debeant, Ponte de potestat. Proreg. tit. de provision.
fier. solit. §. 6. num. 14. Mastrill. dict. cap. 10. numer. 187.
Ioann. Baptist. Thor. in compend. decis. part. 2. verb. Ho-
57 spitandi immunitas, ubi quod in Regno Neapol. specia-
li jure hæc hospitia in domibus Clericorum fieri, prohi-
beantur per cap. *item statuimus, quod Domus Prælato-
rum*, editum per Carol. II. & confirmatum per Papam
Honorium, idemque testatur Donat. Anton. Marin. lib.
1. variar. resolut. cap. 167. nu. 1. ubi quod in illo Regno
nec lecti, nec alia supellectilia pro parando hospitio de
domibus Religiosorum, & aliarum personarum Eccle-
siasticarum extrahantur: idem testatur, & præcipuè in
Regno Siciliæ ex ipsius quoque jure speciali, Marth. de
jurisdict. part. 4. centur. 1. cas. 86.

58 Qui in num. 4. ex Anton. de Butr. in dict. cap. 1. primo
notabil. addit, executores, aliasve personas, etiam Con-
testabiles, vel milites, aliosve militiæ officiales in do-
mibus Ecclesiarum hospitari, non debere, & hoc, et-
iam stante maxima, & gravissima necessitate, idem
Marth. nu. 8. optimè Octavian. Vulpell. in tract. de liber-
tat. Ecclesiast. lib. 2. ex num. 47. Mastrill. ubi proximè,
num. 188. Fermosin. in cap. 10. de constitut. quæst. 29. num.
59 1. † Nec si in contrarium extet longissima ac etiam im-
memorialis consuetudo, quæ Ecclesiæ libertatem mi-
nuens meritò improbatur per DD. ut in specie notant
Abbas in dict. cap. 1. per eundem text. de immunitat. Ec-
cles. numer. 4. & ibidem clarius Innocent. Aviles in cap.
Prætor. 8. gloss. Dineros, num. 17. & ex Ioann. Andr. An-
charan. Azor, Suarez, & aliis resolvunt Marth. dict. cas.
60 86. num. 2. Fermosin. ubi proximè, num. 5. † Quæ om-
nia magna cum ratione procedunt: tum propter immu-
nitatem Ecclesiasticarum personarum: tum verò propter
dissolutiones, & lascivias, quæ plerumque à militibus,
& similibus personis, quæ hospitantur, fiunt: ob quas
etiam in domibus vassallorum sæcularium has hospita-
tiones valde increpat noster Gregor. in l. 6. tit. 25. part. 4.
gloss. magna, circa med. quare cum in domibus Ecclesia-
sticorum magis indecenter fiant, tales hospitationes in
eis permitti non debent.

61 Et ita pro hac Ecclesiastica immunitate, ultra relatos,
resolvunt ex dictis juribus, plures ex nostris Regnicolis
(cum intelligentia tamen, de qua infrà) Gregor. Lopez
in dict. l. 51. tit. 6. part. 1. verb. Posar, Didac. Perez in d.
l. 11. tit. 2. lib. 1. Ordinam. pag. 52. & in l. 1. & 27. tit. 3.
eod. lib. pag. 60. & 109. optimè Aviles in cap. Prætor 8. in
dict. gloss. Dineros, num. 16. vers. Idem ab ista, Azeved.
in dict. l. 7. tit. 3. lib. 1. recopilat. & in dict. l. 8. tit. 2. eod.
lib. 1. ex num. 1. Flores de Mena variar. resolut. lib. 1. qu.
21. num. 27. Carol. de Tap. in annotat. ad dict. cap. item
statuimus, quod domus Prælatorum, lib. 1. juris Regn. Nea-
pol. in tit. de Episcop. & Cleric. Ricc. in prax. Ecclesia-
stic. part. 3. resolut. 28. Thesaur. lib. 1. quæst. 93. num. 15.
Aloys. Leo. in l. placet, num. 30. Cod. de Sacrosanct. Ec-
cles. & alios congerens Carol. de Grassis de effect. Cleric.
effect. 3. ex numer. 122. Episcop. Genuens. in practicabil.
Eccles. quæst. 635. & 629. † Quod tamen limita in pere- 62
grinorum, vel in aliorum pia hospitalitate, quæ per Epi-
scopum in domibus Clericorum fieri potest, Episcop. Ge-
nuens. in practicabil. Eccles. dict. quæst. 635. & 629. se-
quitur Marin. dict. resolut. 167. num. 5. † Et per totam de 63
materia hujus Clericorum immunitatis, & ex Theolo-
gis, & Moralibus latè ad alias quæstiones Filiuc. tract.
16. cap. 1. quæst. 2. numer. 351. Bonacin. in Bull. Cœn. Do-
min. quæst. 19. punct. 3. §. 1. num. 5. Fr. Franc. Coriolan. in
explicat. ejusd. Bull. excommunic. 18. vers. 3. Bellet. dis-
quisit. Clerical. part. 1. tit. de exemption. Clericor. & eo-
rundem bonor. à muner. public. §. 4. n. 4. Molfes. in summ.
Theolog. Moral. part. 2. tract. 12. cap. 22. num. 166. Au-
gustin. Barbos. de jur. Ecclesiast. lib. 1. c. 39. §. 5. num. 71.
plenè Squillant. in tr. de privileg. Clericor. c. 9. per tot. &
quamvis prædictis non omnibus relatis, latè defendunt
Marth. & Fermosin. in locis citat. qui maximè loquun-
tur in hospitationibus militum, & similium personarum,
quæ per oppida transeunt cum Regiis decretis, ut hospi-
tia eis exhibeantur.

Quæ ultima pro Ecclesiastica immunitate ab hujusmo- 64
di hospitationibus communis Doctorum resolutio,
quamvis verissima mihi videatur, eo præcipuè casu, quo
milites, Ambasiatores, & aliæ personæ ob decreta Re-
gia in oppidis per Magistratus sæculares hospitantur;
adhuc tamen pro clariori hujus quæstionis resolutione,
& prædictarum nostrarum legum vera intelligentia, &
praxi hujus Curiæ, circa hospitia Regia, seu *Casa de Apo-
sento*, distinguendum censeo, quoad hanc Ecclesiastico-
rum exemptionem inter hospitia, seu domorum portio-
nes, quæ in Curiis in quibuslibet privatorum domibus
Regibus debentur (de qua latius infra) & inter alia ho-
spitia, quæ in ipsorum Regum per oppida Regni
transitu per vassallos sunt præstanda; sive etiam cum mi-
lites, vel aliæ personæ transeunt, quæ per oppida hospi-
tari debent.

In primo casu nulla est, maximè apud nos, dubitatio, 65
indistinctè omnes domus etiam quarumlibet Ecclesiasti-
carum personarum Regii hospitii oneri in nostra Curia
subjici: † Quod quidem magna cum ratione procedit, 66
quia non solum hoc munus patrimoniale, & onus rea-
le est (ut infrà dicam) & notat in specie D. Ioann. Ba-
ptist. Navarret. *En sus discursos politicos*, discurs. 20. in
princip. verum etiam magnam in se habet justitiam, &
æquitatem, ex eo nempè, quod domorum dominis
commodum magnum, & utilitas resultet, ex Principis,
nimirum, in Curia assistentia, ob quam crescit domo-
rum æstimatio, earumque redditus in locationibus au-
gentur, ut considerat Navarret. ubi proximè: quia stan-
te magna ista utilitate, & qualitate hujus hospitii mune-
ris, quæ absque dubio realis, & patrimonialis maximè
in Curiis Regiis reputatur, non est, cur Clerici, & simi-
les personæ, quantumvis ab aliis oneribus exempti, hoc
recusare intendant, prætextu, quod Ecclesiasticam
immunitatem ex eo infringi dicant, cum non perso-
næ, sed ipsæ domus conveniantur, quibus hujusmodi
onus ab initio injunctum censetur, ex quo Princeps
cum Regia Curia in aliquem locum se transtulit, quasi
cum hac conditione id faciat, ut omnes domus tunc tem-
pore translationis jam ædificatas, & in posterū ædifican-
das hoc gravamine afficiat: † In quo quidem casu cum, ni- 67
mirum, ipsæ domus præfato oneri sunt obligatæ, huic
reso-

reſolutioni ſubſcribit doctiſſimus vir, & Eccleſiaſticæ libertatis magnus, & cum magna ratione defenſor Fermoſin. *in dict. cap.* 10. *de conſtitut. q.* 29. *n.* 7.

68 Et in hoc dumtaxat caſu hoſpitii in Curia Regia Principi debito intelligi, ac procedere debet doctrina Navarret. D. Solorzan. & Balmaſed. *ſuprà num.* 50. *relata*, hoſpitii muneri tanquam oneri patrimoniali Clericos indiſtinctè ſubjectos aſſerentium, qui ſolum de hujuſmodi hoſpitio, ſive *Caſa de Apoſento* tractant, quin de militum, aliarumve perſonarum hoſpitationibus, quoad iſtam Clericorum immunitatem meminerint.

69 In ſecundo verò caſu, cum videlicet, de hoſpitationibus extra Regiam Curiam agitur, ut in militum, aliarumque perſonarum tranſitu per Regni oppida, ubi ob decreta Regia per Iudices ſæculares hoſpitari debent, meo videri abſque dubio procedere, debet Eccleſiaſticorum immunitas, quam ſuprà proximè ex dict. *l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & ex noſtris juribus Regiis, & Doctoribus adductis fundavi.

70 Quam quidem Eccleſiaſticorum ab onere hoſpitii immunitatem limita, etiam ut non procedat in tranſitu Regis, vel Reginæ, Principis, aut Infantium, ut notant DD. *in l. neminem* 11. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* & ſunt jura expreſſa in noſtra *l.* 27. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinam. l.* 7. *tit.* 21. *lib.* 2. *ejuſdem ordinam.* & doctrina Gregor. *in dict. l.* 51. *tit.* 6. *par.* 1. *gloſſ. Poſar.* Aviles *in cap. Prætor.* 8. *gloſſ. Dineros, num.* 16. *verſ. Quod fallit, niſi cum Rex*, Azeved. *in dict. l.* 7. *n.* 4.

71 Quæ noſtrarum legum limitatio ſingulariter comprobatur exemplo oneris, ſive ſervitu angariarum, & perangariarum, à quo, quamvis Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, earumque patrimonia immunes ſint, *l.* 2. *§. Ad perangariam* 3. *Cod. de Epiſcop. & Clericis*, *Authent. Item nulla commun. eod. tit.* quæ fuit deſumpta ex nova *conſtit.* Imperat. Federici *de ſtatut. & conſuetud. contr. libert. Eccleſ. §. Item nulla, collat.* 10. hoc ſimiliter limitari, & declarari debet, niſi in adventu Principis, vel ejus feliciſſima expeditione angariarum ſervitia exhibenda ſint, quo caſu Eccleſiaſticæ perſonæ eis ſunt obnoxiæ, ut probant jura expreſſa *in l. neminem* 11. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in eleganti text. in l.* 2. *C. de quib. muner. vel præſtat. nemin. lic. ſe excuſ.* quæ apertè in adventu, vel expeditione Principis loquuntur: & ita hæc jura intelligunt, & concordant cum *dict. §.* 3. *& Authent. nulla*, Gloſſ. *in d. l.* 2. *§. Verum etiam, in verb. Conquieſcat*, Gilken. *in comment. C. in d. l. neminem, ex n.* 1. Io. Plat. *in l. nullus* 21. per ipſum text. *C. de curſ. public.* & eleganter *in d. l.* 2. *C. de quib. muner.* ubi non ſolum id reſolvit in angariis, & perangariis, quæ in curruum, & jumentorum, vel ſimilium præſtatione conſiſtunt, ſed in quibuſlibet aliis in adventu neceſſariis.

72 Ad quæ omnia quilibet alii, quantumvis illuſtres, & perſonæ privilegiatæ in adventu, vel Principis expeditione tenentur juxta *dict. l.* 2. *Cod. de quib. muner.* docet noviſſimè, licet nullo ex dictis juribus, vel Doctoribus relato, Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg.* 3. *p. cap.* 2. *num.* 10.

73 Quæ ſingulariter reſtringe, & adhuc jure noſtro Regio attento, ſubintellige, cum ſæcularium domus, vel aliæ res in adventu Principis pro acceſſu, & receſſu neceſſariæ non ſufficiunt, nec domus Regio hoſpitio aptæ ſunt, ſecus ſi Princeps commodè per ſæculares hoſpitari valeat, eique alia neceſſaria tribui poſſint; nam tunc Eccleſiaſticæ perſonæ, earumque res omninò apud nos immunes ſervantur, ut noviter ſubintelligitur *in l.* 7. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopilat.* ibi: *Salvo quando Nos, ò la Reyna, ò el Principe, ò Infantes nueſtros hijos vinieremos al lugar, y no oviere otras convenientes, que ſe pueden dar*, notant ex Bald. *in l. obſervare, §.* 1. *de offic. Proconſ. & legat.* Aviles *in cap. Prætor.* 8. *gloſſ. Dineros, n.* 16. *verſ. Quod fallit, niſi cum Rex*, Azeved. *in d. l.* 7. *n.* 4.

74 Ex quibus, & præcipuè ex hac ſublimitatione manifeſtè conſtat dict. *l.* 7. *recopilat.* intelligi, debere in hoſpitatione, in adventu, ſive tranſitu Regis, aliarumve perſonarum Regiarum, prout expreſsè ex ea apparet in verbis, ibi: *Vinieremos al lugar*; non verò in hoſpitio in domibus Regiæ Curiæ Principi ibi ſtanti debito, pro quo dictam legem adduxerunt D. Solorzan. *in dict. diſcurſ. De las placas honorarias, nu.* 417. Navarret. *in d. diſcurſ.* 20. *in princ.* Balmaſſed. *de collect. d. q.* 86. *n.* 5. nam ſi in hoc caſu intelligenda eſſet *dict. l.* 7. in eo quoque procederet ſua limitatio, ut non aliter Clericorum domus huic muneri ſuit ſubjectæ, quam ſi laicorum non ſufficerent, quod in onere hoſpitationis, ſive *Caſa de Apoſento*, domorum Regiæ Curiæ numquam fuit admiſſum, nec de hac re dubitarunt, cum hujuſmodi oneri Eccleſiaſticorum domus indiſtinctè ſubiiciantur, quin an laicorum domus hoſpitio Regio, ſuorumque miniſtrorum ſufficiant, vel non? inſpiceretur.

Unum tamen nota, quod prædicta limitatio, ut Ec- 75
cleſiaſticorum immunitas in tranſitu Regis, vel Reginæ
aliarumque perſonarum Regiarum locum non habeat,
cum aliter in laicorum domibus, commoda hoſpitia non
inveniuntur, procedere, dumtaxat debet in domibus
Clericorum, vel Eccleſiarum, aut Monaſteriorum, quas
in Civitate, vel oppido habent, ut aliæ privativæ perſo-
næ, non in ipſis Eccleſiis, aut Monaſteriis, quæ omni-
no ab his hoſpitationibus etiam in adventu Regis ſunt
immunes, ut cavetur in noſtra *l.* 1. *tit.* 11. *part.* 1. & cla-
rius *in l. penultim. tit.* 2. *lib.* 1. *Ordinament.* quæ habetur
in l. 8. *tit.* 2. *lib.* 1. *recopilat.* † In quibus metatores con- 76
trarium facientes amiſſione officii, & alia pœna pecu-
niaria mulctantur, optimè Gregor. *in dict. l.* 51. *tit.* 6.
part. 1. *gloſſ. Poſar*, Azeved. *in dict. l.* 7. *tit.* 3. *lib.* 1. *re-
copilat.* quam ita, ex prædictis proximè relatis, intelli-
git.

Ad alia autem de Eccleſiarum, & Monaſteriorum ab 77
his hoſpitationibus immunitate ſunt jura *in dict. l.* 1. *C.*
de Sacroſanct. Eccleſ. & ex text. *in cap.* 1. *de immunitat.*
Eccleſ. ubi Canoniſtæ, & quos adduxi *ſuprà à num.* 36.
benè Marth. *de juriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 86. *num.* 3.
& 4. Fermoſ. *in dict. cap.* 10. *de conſtitut. num.* 4. † Qui 78
meritò Florentinos, & Bononienſes acriter increpant,
quia Dei Eccleſias nulli alii uſu, vel exercitio, quam ora-
tioni, & Divinis Officiis dicatas, militum, executo-
rum, & plerumque peſſimorum hominum hoſpitationi-
profanant.

Item pro pleniori à noſtro munere hoſpitii Clerico- 79
rum exemptionis declaratione, in traſitu, videlicet,
militum aliarumvè perſonarum; necnon, & domino-
rum inferiorum, quibus per ſua loca tranſeuntibus hoc
jus, ſive hoſpitii emolumentum privilegio ſpeciali, vel
legitima præſcriptione competit, utiliter ad praxim quæ-
ri poteſt, an parentes Clerici, vel alterius exempti, nec-
non, & ejus fratres, cum eo habitantes hac immunita-
te gaudere debeant? † Cui quæſtioni convenit alia, vel 80
imò eadem eſt reputanda, quæ frequenter in prædictis
perſonis per Doctores controvertitur circa eandem ex-
emptionem aliorum munerum, ſive tributorum, quare
generaliter, & in cujuſlibet caſus ſpecie eam in præſenti
reſolvere, decrevi.

81 Primò in hac quæſtione in hoſpitii muneris, vel alterius tributi exemptione indiſtinctè pro perſonis relatis affirmativè reſolvunt Menoch. *de arbitr. caſ.* 379. *num.* 9. qui etiam in milite immuni ab hoſpitio, quoad ejus fratres loquitur, Burſat. *conſ.* 161. *num.* 4. Natta *conſ.* 1. *num.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 65. *num.* 2. Cæphal. *conſ.* 661. *nu.* 78. *lib.* 5. Ioann. de Arnon *in ſoliloq.* 83. Franch. *dec.* 249. *ex n.* 1. Surd. *conſ.* 301. *n.* 8. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. p.* 4. *c.* 4. *nu.* 223. qui & in immunitate duodecim liberorum loquitur, Surd. *dec.* 301. Aloyſ. Ricc. *deciſ.* 329. *nu.* 11. *p.* 3. Paſchal. *in loc. citat. nu.* 24. Novar. *de elect. for. p.* 1. *ſect.* 3. *qu.* 11. *num.* 2. & relati per Gaſp. Theſaur. *in addition. ad deciſ.* Anton. Theſaur. 267. *ſub num.* 11. *verſ. An autem frater, & mater, quoad bona propria*: & in fratribus non exemptis cum exempto in communione vi-

ventibus, est Gloss. singulat. *in l. ultim. verb. Fratribus, Cod. de munerib. & honorib. non continuand. lib.* 10. quam Glossam sequuntur, & notabilem dicunt Alexand. *cons.* 122. *incipit viso puncto, col.* 4. *vers. Ad hoc etiam facit, lib.* 4. Barbos. *in l.* 2. *in princ. columm.* 12. *ff. de verbor. obligat. & in l.* 4. *§. Cato, columm.* 29. *vers. Mihi autem videtur, eodem tit.* Iason. qui eam dicit singularem *in l.* 1. *columm.* 1. *Cod. de transact. & in l. si emancipati, col.* 3. *C. de collat.*

82 Et in eodem casu fratrum, vel aliorum sociorum (quorum unus est immunis) in commune viventium, idem optimè, & plura similia cumulantes resolvunt Hippolyt. de Marsil. *singular.* 180. Squillant. *tractat. de privileg. Clericor. cap.* 9. *per tot.* Molses. *in Summ. Theolog. Moral. part.* 2. *tract.* 12. *c.* 22. *num.* 166. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 5. *nu.* 71. & cum aliis Donat. Anton. Marin. *lib.* 1. *resol. c.* 167. *ex num.* 2. & 3. qui hoc citra controversiam esse ait, & principaliter in munere hospitii id resolvit optimè in fratribus in societate simul viventibus, licet his non relatis, ex Felic. Gratian. & aliis noviter Michalor. *de duob. fratr. part.* 2. *cap.* 25. *num.* 26. qui ex *num.* 16. & 23. in gabellarum, vel hospitii, alteriusve tributi exemptione, vel privilegio plenè rem tractat.

83 Pro contraria autem sententia extant Bartol. & Joan. de Platea *in dict. l. ultim. Cod. de munerib. & honorib. lib.* 10. qui Glossam supra adductam reiiciunt, & fratrem vel socium non exemptum pro sua patrimonii portione tributorum exactioni contribuere debere, resolvunt, & idem tenent D. Covarruv. *practicar. quæst. cap.* 32. *num.* 2. *in fin.* Azeved. *in l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat. n.* 25. qui pro hac sententia adducunt singularem doctrinam Speculatoris, qui optimè, & singulariter ad rem loquitur *in titul. de Cleric. conjugat. vers. Quid si Clericus*, de qua plenius infrà.

84 Ex quorum Doctorum varietate constat, quam difficilis sit hujus quæstionis resolutio; sed pro eorum concordia, & verissima, & clariori cujuslibet casus resolutione, ultra omnes, distinguendum prius censeo inter tributa, vel munera realia, sive patrimonialia, quæ ratione bonorum, aut patrimonii debentur, quæ apud nos dicuntur *servitia ordinaria, & extraordinaria*, & similia tributa, & etiam donativa, quæ personis respectu bonorum indicuntur: & inter tributa in victualibus ea consumentibus indicta, ut est apud nos tributum *de la Sisa, y Millones*, quæ in carnibus, vino, oleo, & aliis speciebus huic tributo determinatis per consumentes debentur.

85 Qua circa tributa, supposita distinctione, circa personas etiam distinguendum mihi videtur; inter parentes, vel fratres non exemptos cum filio, aut fratre Clerico, vel aliter exempto habitantes, qui nulla propria bona habent, sed potius per Clericum, aut exemptum aluntur, vel inter eos, qui proprium patrimonium possident, & in commune, aut in societate cum exempto vivunt.

86 Quibus distinctionibus inter tributorum genera, & personas, præhabitis, quo ad primum genus personarum, cum videlicet, parentes, vel fratres cum exempto habitantes nulla bona habent, in primo genere tributorum, tributi, nimirum, patrimonialis, aut mixti, quod ratione bonorum, & familiarum penditur, dicendum censeo, fratres, vel parentes, qui nulla bona habent, sed potius per filium, aut fratrem Clericum aluntur, ab hujusmodi tributo immunes esse non tam ratione, & virtute cohabitationis cum exempto, quam ob defectum proprii patrimonii, cujus respectu tributum est solvendum.

87 Et etiam altius considerando ob modum, & formam habitationis; nam parentes, & fratres isti pauperes cum Clerico habitantes patres familias non sunt, sive familiarum capita, quorum intuitu hæc tributa indicuntur, sed imò de familia Clerici, qui eos de suo tanquam pater familias alit, ex quo sub ipsius Clerici domo, & familia, ut cæteri familiares comprehenduntur; nam ille solum pater familias appellatur, qui in domo dominium & gubernationem habet, cui cæteri sunt subjecti, *l. pronunciatio, §. Familia, verb. Iure proprio, ff. de verbor. signif.* & ideo ad nullam gabellam, aut tributum, ut nec alii famuli Clericorum, sunt adstricti, ut optimè in specie sentiunt, licèt non ita explicatè, Vivius *decis.* 88. *ex nn.* 4. & 5. Riccius *in prax. resolut.* 329. *n.* 5. Daniel. de Nobilib. *in select. controv. disput.* 16. *nu.* 4. & comprobatur doctrina Sanchez *in cons. Moral. lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 54. licèt in secundo genere tributi loquatur, de quo proximè.

88 Ex quibus, quoad easdem personas idem resolvendum est in secundo genere nostri tributi sisæ, vel millionum, quod ob victualium consumptionem solvitur, à quo similiter immunes esse, nec aliquid pro eo ipsorum nomine Clericum, cum quo habitant, solvere debere, est concludendum; quia cum per exemptum alantur, & tota familia per ipsum substineatur, exemptus quidem totius familiæ caput, juxta supra notata, reputatur, quod est inspiciendum, ut cæteri sive famuli, sive alii ab hujusmodi tributis sint exempti; nam victualia, ex quarum consumptione debetur potius per familiam Clerici, vel exempti, quam per famulos, vel alios sæculares in ea contentos consumpta dicenda sunt, ut in specie sisæ, & millionum singulariter resolvit Pater Sanchez *dict. dubitat.* 54. & ad alia tributa Daniel. & proximè citati, & ad sisam, vel milliones in famulis Clerici (quod idem est juxta dicta) Thomas del Bene *de Parlam. disput.* 30. *sect.* 10. *num.* 10. *vers. Respondeo, in fin.*

89 Ultra, quæ comprobatur hæc resolutio, quia ex eadem ratione, si è contrario pater, si non ipse cum filio Clerico, sed potius filius cum eo habitaret, ad hæc tributa sisæ, & millionum ita tenebitur, ut nullam pro parte filii Clerici exemptionem prætendere valeat, ut resolvit idem Sanchez, *ubi proximè*, qui id maximè pro principali ratione considerat, quod victualium dominium non est filii Clerici, sed patris, qui emit; sed contra Sanchez insurgit Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 30. *sect.* 10. ex eo, quod victualia pro Clerico emi, & ab eo consumi, sufficere ait, ut pater pro ea parte immunitate gaudeat; sed à nostri Sanchez resolutione non recedo; quia ultra rationem Sanchez, vel magis eam expecificando, considerandum est, quod sicut in præcedenti casu filius Clericus, qui cæteros sæculares alit, ut caput familiæ inspicitur, ne in ea contenti, licèt alias non immunes, hoc tributum solvant, quia corpus familiæ, quę Clerici est, inspici debet, non privati sæculares in ea contenti, ita pariformiter, cum pater sæcularis filium Clericum alit, familia sæcularis est, & sic non exempta est dicenda, ut pro in ea consumptis sisæ, vel millionum tributum integrè solvatur, quin inspiciantur exempti, qui in ea continentur, quia non tam per singulos, quam per universum corpus familiæ victualia consumpta dicenda sunt.

90 Quoad secundum verò supra adductæ principalis distinctionis casum, cum videlicet, exempti, & non exempti simul cohabitantes propria bona habent, & cum eis æquè principaliter vivunt, & expendunt: aut unus tantùm, ut omnium caput, pro omnibus de communi expendit; quia fortè sunt in communione omnium bonorum, vel societate, ut plerumque in fratribus ipsorum, patre de medio sublato accidit.

91 In hoc igitur casu, cum æquè commixtis patrimoniis, & in communionem redactis, æquè principaliter vivunt, & expendunt, nulla est facienda tributorum differentia, sed in utroque genere tributi, supra distincto, simul discutienda est quæstio, ejusque resolutio proximè assignanda quam tam in onere gabellarum, alteriusve oneris realis, vel mixti, aut personali, quam in nostro sisę, vel millionum tributo procedere debere, censeo.

92 Ut ergo ad hujus difficilis quæstionis declarationem accedam, an ratione communionis, vel societatis frater non exemptus immunitate fratris Clerici, vel aliter exem-

exempti gaudere debeat? circa ejus resolutionem est ma-
gna inter DD. controversia; nam primò pro parte affir-
mativa sunt Gloss. Alexand. Hippolyt. de Marsil. Meno-
ch. Michalor. & alii, quos in principio hujus quæstionis
*suprà num.*31. pro eadem sententia affirmativa retuli,
qui omnes principaliter in nostro onere, & aliis tributis
realibus, vel mixtis loquuntur, adducti multi ipsorum
ea fortissima ratione, quod stante videlicet communio-
ne, vel societate bonorum inter exemptum, & non ex-
emptum, si quidquam frater non immunis tributi nomi-
ne solveret, in damnum, & præjudicium exempti pro
dimidio resultaret, cum unusquisque sociorum in quali-
bet patrimonii parte, sive gleba suam portionem pro in-
diviso habeat, ita ut cujuslibet lucri, aut damni per
unum passi, alter particeps sit, & consequenter, nec
nummus quidem unus per non exemptum solvi possit,
quin privilegiati partem tangat.
93 Ex qua etiam ratione hanc sententiam affirmativam
tenent quoque in munere hospitii præcipuè loquentes
(de quo plenius infrà) Aloys. Riccius *in prax. variar.
resolut. part.*3. *resolut.* 28. *num.*1. *&* 2. & in aliis tribu-
tis Duard. *in comment. ad Bull. Cœn. Domin. super Ca-
non.* 18. *quæst.*8. *num.*1. *&* 2. Dian. *resolut. moral. part.*4.
*tractat.*1. *resol.*32.
94 Sed his non obstantibus, contrarium, ut verius resol-
vendum censeo, ut videlicet, communione, vel so-
cietate minimè obstante, frater, vel alius non immu-
nis in his oneribus pro sua parte contribuere co-
gatur.
95 Quæ sententia primò, & principaliter fundari potest,
quia vulgare dictum Doctorum, ut socius privilegio,
& immunitate consocii gaudere debeat, communiter
omnes intelligunt in individuis, & ita connexis, ut ali-
ter exemptus sua immunitate, & privilegio gaudere,
non possit: imò in aliqua parte propter alterius contri-
butionem læderetur, secus tamen individuis, vel in
his quæ commodam separationem, aut divisionem pa-
tiuntur, quia tunc pro sua dumtaxat parte exemptus, &
non alius, immunitate, & privilegio gaudebit, ut ple-
nè in privilegio fori, & ad alias plures quæstiones latè re-
solvunt ex text. *in l. unic. Cod. si in re commun. ea demque
caus. restieut. postulet. l. si communem. ff. quemadmod. servit.
amittant.* & aliis juribus Hippolyt. de Marsil. *d. singul.*
180. Mauric. Dolan. *de in integr. restitut. c.*185. *cum sex
seqq.* Gait. *de credit. lib.*1. *quæst.*67. *per tot.* Carleval. *de
Iudic. tom.*1. *disput.*2. *n.*894. Azeved. *in l.*10. *tit.* 1. *lib.*4.
*recopil. n.*23. *cum seqq.* optimè D. Covarruv. *practicar. qu.*
96 *cap.*34. *ex num.*1. † Vbi cum eadem distinctione resol-
vit in Clerico, & laico simul delinquentibus, de quo ca-
su, & ad alios circa eandem distinctionem, benè expli-
cant Trentacinq. *lib.*2. *variar. tit. de Iudic. resol.*15. *nu.*
3. *& per tot.* eleganter Ioan. Guriett. *lib.*2. *practic. quæst.*
6. Zevall. *commun. contra commun. quæst.* 69. Cened. *in
collect. ad Decretal.* 176. Fachin. *lib.*9. *contr. cap.*41. Au-
gust. Barbos. *in collect. cap.* 3. *de consecrat.* Escobar *de*
97 *Pontif. & Reg. jurisdict. cap.*54. *tot.* † qui in privilegio
fori Scholasticorum loquitur, Gratian. *discept. forens.
cap.*941. ubi in pluribus, & latè prosequuntur in Cleri-
co, & laico sociis, & similibus privilegiatis, tam in
criminalibus, quàm in civilibus Amat. *resolut.*86. *ex nu.*
47. Anton. Gomez 3. *to. variar. cap.*10. *n.*6. ubi Farinac.
Castill. & alios congerit Aillon, Ioan. Bapt. Thor. *in com-
pend. decis. tom.*1. *verb. Clericus litigans*, D. Salgad. *de
supplicat. ad Sanctiss.* 2. *p. c.*14. *num.*5. *cum seqq. & in la-
byrint.* 2. *part. cap.*2. *ex num.*40. *&* 1. *part. cap.*6. *ex nu.*
12. Capyc. Latr. *consultat.*55. *per tot.* & optimè *ex nu.*12.
Roxas *de incompatib.* 4. *part. cap.*6. *num.*45. Michalor. *de
duob. fratr. part.*3. *cap.*49. *per tot.* Ciarlin. *tom.*1. *controv.*
34. Valeron. *de transact. tit.* 2. *quæst.*7. *ex nu.* 10. Botill.
98 *de succession. ab intest. cap.* 1. *theorem.* 36. *per tot.* † Vbi
plenè materiam tractat, & quando causa dividua, vel
individua dicatur? benè resolvit.
99 Juxta quam distinctionem, cum gabellæ, vel alte-
rius realis, seu mixti tributi solutio dividua sit, & pro
parte patrimonii socii non exempti, aut victualium,
quæ ab eo fuerint consumpta, fieri possit, non est,
cur non exemptus alterius exemptione gaudere ve-
lit.
Nec obstare poterit, quod hæc pro parte non exem- 100
pti solutio etiam exempti portionem necessario tange-
re, videatur, & consequenter individua censeatur ex
eo, quod quodlibet tributi nomine solutum, ut socie-
tatis onus, in commune est imputandum, cum non sint
sociorum partes separatæ, ut in non exempti portione
solutio statim imputetur, sed potius pro indiviso in qua-
libet universi patrimonii unusquisque suam partem ha-
beat, & sic quælibet hujus tributi solutio ex quacumque
parte fiat, exempti portionem, & immunitatem tan-
get, cum in ejus præjudicium pro dimidio necessario re-
dundet.
Nam huic subtili objectioni faciliter responderi po- 101
test, licèt enim hoc inconveniens verissimum sit, so-
ciorum portionibus pro indiviso in toto patrimonio con-
sideratis, id tamen Iudex faciliter mederi, poterit, co-
gendo fratres, vel alios socios ad divisionem patrimonii,
vel ipse ex officio dividendo, ut ita commodè solvatur
gabella, vel aliud munus ex portione non exempti, quin
tangantur exempti pars, quam celebrem praxim, &
doctrinam originaliter docuit Speculator. *in tit. de Cle-
ric. conjugat. vers. Quid si Clericus*, quem omnes se-
quuntur, ne alias publica utilitas, de facili his societa-
tibus fraudari, & vacillare posset, ut in specie pro hac
negativa sententia resolvunt Decius *in Authent. Cassa,
& irrita, column.*2. *Cod. de Sacrosanct. Eccles. num.*9.
*& in l. si emancipati, nu.*5. *Cod. de collation.* Franc. Lu-
can. *de Fisc.* §. *Potest itaque, nu.*34. Otalor. *de nobilitat.
c.*1. *n.*16. & aliis congestis, benè Capyc. Latr. *consultat.*
55. *nu.*14. *&* 15. & in hanc quoque sententiam reincidit
Michalor. *de duob. fratrib. par.*2. *dict. cap.*25. *num.* 2. li-
cet antea *in num.*27. Speculatoris doctrinam, & praxim
improbet.
Et quamvis Speculatoris praxi circa communionis di- 102
visionem per Iudicem faciendam non relata, ejus tamen
sententiam, ut Clericus, vel alius exemptus in commu-
nione, vel societate cum non exempto vivens pro sua so-
lum parte immunitate gabellarum, vel alterius tributi
gaudere debeat, quin fratri, aut consocio non exem-
pto exemptio communicetur, tenent D. Covarr. *pract.
quæst. cap.*34. *num.*2. *in fin.* Azeved. *in l.*10. *tit.* 1. *lib.* 4.
*recopilat. num.*25. Carol. de Graff. *de effect. Clericat. ef-
fect.*3. *num.*186. Marth. *de jurisdict. part.*4. *cas.*12. & ex
Theologis, & Moralibus Pater Molfes. *in summ. Theo-
log. moral. part.*2. *tract.*12. *cap.*22. *num.*170. Bonacin. *de
censur. in Bull. Cœn. Domin. disput.* 1. *quæst.*19. *punct.* 3.
§.4. *num.*19. Squillant. *de privileg. Clericor. cap.*8. *nu.*58.
Lezana *in summ. quæst. moral. tom.*3. *verb. Gabella, num.*
18. Alter. *de censur. in tit. de excomm. Bull. disput.*19. *lib.*
5. *cap.*6. *fol.*740. *columu.*1. *vers. Secunda dubitatio*, Ho-
mobon. *de bon. examin. Eccles. tract.*7. *qu.*120. *fol.* 522.
Marcell. Megal. *cons.*84. *& in instruct. confess. p.*2. *lib.* 2.
*cap.*17. *quæst.*6. *n.*126. qui omnes expressè loquuntur,
& intelligi debent in fratre laico propria bona habente
cum Clerico, vel aliter exempto in communione, vel
societate habitante: non verò cum nulla bona habet, sed
potius à fratre Clerico, ut alii Clerici familiares in ejus
familia alitur; nam tunc ad nullam gabellam teneri, cer-
tissimum est, ut in primo casu nostræ distinctionis latius
supra dixi, & loquentes etiam in dicto secundo casu,
& in eo pro sententia Speculatoris optimè resolventes
benè explicant Vivius *decis.*88. *numer.*5. quem sequi-
tur, & ad litteram refert Aloys. Riccius *in prax. va-
riarum resolution. part.*2. *resolut.*229. & novissimè Da-
niel de Nobilib. *in select. controvers. disputat.* 16. *num.*
4. *&* 5.
Qua verissima in nostra quæstione resolutione stan- 103
te, pro majori explicatione supradictæ Speculatoris

praxis circa communionis, vel societatis divisionem per Judicem faciendam ad effectum tributi solutionis sine aliquo præjudicio exempti pro parte non exempti faciendæ; adhuc, meo videri, non in eleganter comprobari, poterit exemplo rei communis pro indiviso, quam unus ex sociis, quoad suam partem pignoravit, in quo casu, quamvis creditor pignoris vigore suam obligationem exequi, non possit in dimidia parte rei ejus divisionem absque interventu socii, qui non obligavit petendo, partemque dimidiam materialiter divisam sibi pro debito adjudicari, vel vendi debere, exigens, quia in hoc socius, qui non obligavit, læderetur, cum partem suam dimidiam pro indiviso habeat in qualibet rei portione materialiter considerata, quin per factum alterius socii rem pignorando, vel dividendo tolli, vel in aliquo immutari possit, sed imò etiam post divisionem absque ejus interventione factam in utriusque partis sua dimidia pro indiviso remanebit, ut sunt jura expressa *in l. si consensit 7. §. fin. quibus mod. pign. vel hypoth. solvit.* & difficilis text. *in l. creditor. 3. §. Post divisionem fin. ff. qui potior.* Felic. *de societat. cap. 28. num. 31.* latè Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 7. num. 377.* & cum aliis D. Salgad. *in labyrinth. 3. part. cap. 13. ex num. 35. & 41.* & novissimè ad alias quæstiones circa rei communis per unum ex sociis pignorationem, vel in ea servitutis impositionem, & quare hæc nulla ex parte substineatur, & ad alia plura subtiliter ad praxim tractat doctissimus Salmantinus Primarius meritò inter Primates illius celeberrime Scholæ connumerandus D. D. Didacus de la Serna in suis accademicis celeberrimisque relectionibus *de Pignoribus cap. 2. per tot. & de servitut. cap. 3. num. 63.* quas magna subtilitate, & audientium utilitate in ff. veteris, & Codicis Cathedra moderator exaravit, quibus subtilibus, & quidem ad praxim utilissimis lecturis jucundè astiti, & Præceptoris electionem habuisse, mihi congratulor,

104 Quamvis, inquam, hujusmodi creditor hypothecarius rei communis in aliqua parte rei pro diviso suam obligationem exequi nequeat ob præjudicium, quod exindè consocio, qui non est debitor, sequeretur, poterit tamen utrumque socium ad divisionem provocare, ut in parte, quæ socio debitori adjudicetur jus suum prosequi valeat, notant Bartol. *in l. eandem, ff. de duob. reis,* Dec. *consil. 98. à num. 1. tom. 1.* Hevia *in Cur. Philippic. 1. tom. 2. part. §. 11. num. 6. in fin. & tom. 2. lib. 1. Del co-*
105 *mercio terrestre, cap. 3. num. 33.* † Vt similiter socius, qui non obligavit, si suam partem absque pignoris onere, divisam habere, voluerit, ad divisionem quoque cum socio debitore creditorem provocare potest, D. Salgad. *dict. cap. 13. ex num. 42.*

106 Sed licet verissima mihi videatur Speculatoris resolutio, quam supra adduxi, & Otaloræ, Capycii Latr. D. Covarruv. & aliorum Doctorum, quos supra retuli, authoritate confirmavi, ut frater, vel alius socius in communi, vel societate viventes cum consocio exempto, ejus immunitate quoad gabellas, vel alia tributa non gaudeat; praxis tamen ipsius Speculatoris, quam Otalora quoque, & Capye. Latr. aliique Authores sequuntur, ut Iudex patrimonia communia exempti, & non exempti separari, jubeat, ad effectum, ut gabella, vel aliud tributum per non exemptum pro sua parte solvatur; apud nos non observatur, sed absque ulla præcedenti divisione tributum per non exemptum pro sua parte solvi Iudex præcipit, & ita pro hac sententia cum Speculatore resolventes nullam hujus divisionis per Iudicem faciendæ mentionem faciunt; sed pro sua dumtaxat portione Clericum, vel alium exemptum in communione viventem immunitate gaudere debere, simpliciter dicunt D. Covarruvias *practic. quæst. cap. 34. num. 2. in fin.* Azeved. *in l. 10. tit. 1. lib. 4. recopilat. num. 25.* & alii ex Theologis, quos supra retuli.

107 Ex quibus idem quoad sisæ, vel millionum pro victualibus tributum resolvendum mihi videtur, si fratres Clerici cum laicis simul habitent, licet non in communione, aut societate bonorum, nec commixtis patrimoniis, quorum tamen unus pro omnibus in victualibus expendit cum onere impensarum contributionis postea inter omnes pro singulorum partibus faciendæ; nam tunc etiam si exemptus expenderit, ipse dumtaxat pro sua parte immunitate gaudere debet, non verò pro aliorum non exemptorum partibus, quia cum ipsi pro suis portionibus in expensis postea contribuant, hoc magis ipsi solvent, quod pro ipsorum partibus tributi ratione plus est expensum.

E contra autem si non exemptus pro omnibus etiam 108 exemptis cum prædicto contributionis onere expendit, cæteri exempti pro ipsorum parte immunitatem vel aliquam refactionem prætendere, poterunt, quia verè ipsi expendunt, cum in sua parte contribuant, & aliàs tributi onere gravarentur: vel si non exemptus pro omnibus expendit, saltim pro Clericorum parte gaudere debet, ut ita exempti, sive Clerici hoc minus postea pro suis expensarum portionibus ei contribuant, & immunitatis utilitate hoc medio gaudeant, quibus modis, qui immunes non sunt, tributum pendent quin exemptorum portiones ejus unus tangat.

Si verò fratres laici cum Clerico habitent, & quam- 109 vis propria bona habeant, ab eo tamen liberaliter alantur, sive, ut frequenter accidit, ratione obligationis in capitulis matrimonialibus per Clericum in favorem fratrum, vel sororum nubentium adjectæ: in hoc casu, quoad sisæ, vel millionum tributum, aliud, vel ratione victualium consumptionis solvendum, pro omnibus ejus immunitate Clericum gaudere debere, censeo; quin pro aliqua parte pro fratribus consumptorum victualium hoc tributum per Clericum solvi debeat, nam verè ipse est, qui, ut caput familiæ, expendit, & qui solum immunitatis commodum, vel onus tributi est habiturus ex eo, quod pro omnibus consumptis immunitate gaudeat, neque ex hoc ipsius fratres non exempti aliquam utilitatem habent.

Quæ omnia supradicta, quoad exemptionem fratrum, 110 vel parentum cum filio, aut fratre Clerico viventium, licèt meo videri, in gabellis, similibusque tributis benè procedant, & quamvis multi ex Doctoribus supra adductis hanc gabellarum quæstionem confundant cum quæstione circa muneris hospitii immunitatem similiter fratribus, vel parentibus per Clericum communicandam, quam principaliter in præsenti tractamus, & promiscuè de utraque loquantur, eandemque resolutionem eis tribuant, ut videre licet ex Hippolyt. de Marsil. *singular. 180.* Menoch. *de arbitr. cas. 379. numer. 9.* Esquillant. *in tractat. de privileg. Clericor. cap. 9. per tot.* Paschal. *de patr. potest. 4. part. cap. 4. numer. 23.* & aliis congestis *supra ex numer. 81.* attamen proter aliqua specialia, quæ concurrunt in quæstione immunitatis muneris hospitii per Clericum parentibus, vel fratribus communicandæ, vel non, separatim eam ita resolvant.

Aut igitur parentes, vel fratres cum filiis, vel fratri- 111 bus Clericis in Clericorum domibus habitant, vel Clerici cum eis in eorum sæcularibus domibus; in primo casu ab hoc munere parentes, vel fratres exemptos Iudico, cum nullas domos habeant, quibus hoc munus, ut reale, vel saltem respectu rei indictum censeatur, juxta dicta *suprà nu. 47. & 50.* In secundo verò casu huic muneri adstrictos esse, censerem, deducta tamen parte habitationis Clericorum: In tertio verò casu cum æquè principaliter in communibus domibus vivunt, in dimidia parte domus patet, vel frater laicus militum, vel similium hospitationes recipere, tenebitur, quod tamen intellige si domus commodam divisionem patiatur, secus verò si non; quia tunc, ut in re individua laici Clericorum immunitate gaudebunt, ne alias Clerici sua exemptione frui, impediantur, nec in hoc tertio casu admittendam puto Specula-

lato-

Digitized by Google

latoris rei communis per Iudicem divisionem, ut lai-
cus in sua parte divisa hoc onus subeat, quia cum non tam
frequenter tales hospitationes accidant, ut tributorum
impositiones, non est cur tam facilior ob parvum Rei-
publicæ præjudicium parentes à filiis, & fratres à fratri-
bus separemus; ultra quòd apud nos hæc patrimoniorum
divisiones ob tributorum contributionem non observan-
tur, sed imò, eis non factis, laici in communione cum
Clericis viventes pro suis portionibus contribuunt, ut
supra dictum remanet, quod in hospitationibus quoad
domus communes, quæ commodam divisionem ad hos-
pitium non patiuntur, servari nequit, absque præjudi-
cio Clericorum, quia cum non in pecunia, ut in cæteris
tributis, sed in mera hospitalitate hæc contributio fiat,
nullo modo, domo non divisa, pro parte laicorum fieri,
potest.

112 Ex quibus hanc laicorum à munere hospitii in supra-
dicto tertio casu immunitatem intelligerem in mera, &
actuali hospitalitate, ut frequenter apud nos fit in mili-
tum, vel aliorum transitu, secus verò si in pecunia con-
tributio pro hospitio fiat, quia tunc nullo pacto ab hoc
onere laici prætextu habitationis cum Clerico excusari,
poterunt, quia ejus solutio commodam divisionem res-
pectu patrimonii laicorum patitur, ut in superioribus
casibus, quoad similia onera realia, vel mixta resolvi-
mus, & idem in specie nostrarum hospitationum in aliis
exemptis, ut à contributione pecuniaria non excusentur,
plenè dicam *infra ex num.* 127. & in fratribus, aut paren-
tibus laicis de quibus in præsenti, Tap. *in annotation. ad
cap. item statuimus quod domus, lib. 1. juris Regni Neapol.
sub tit. de Episcop. & Cleric.* Alutius Surg. *in annotat. ad
ejus fratrem* Marc. Anton. *de Neapol. illustr. cap. 22. in
privileg. 42. fol. 412. vers. Immunes sunt, & Presbyteri,*
Donat. Antnn. Marin. *variar. resolut. lib. 1. c. 167. n. 7.*
ubi in *num.* 8. id ampliat in viduis divitibus, quas, licet
pro honestate servanda à recipiendis in domo militibus
excusari, pecuniariæ tamen contributioni teneri ait,
Ioann. Bapt. Thor. *in compend. decis. tom. 1. verb. Immu-
nitas hospitandi, & tom. 2. verb. Hospitandi immunitas,*
ubi aliqua etiam prædictis similia adducit circa munus
hospitandi per parentes, vel fratres cum Clerico habitan-
tes sub eundum, vel non, quæ magis Regni Neapolis
hospitiis, quam nostris adaptantur.

113 De aliis verò personis à nostro munere hospitii exem-
ptis vide *l. Medicos 6. l. Grammaticos 11. Cod. de Profes-
sor. & Medic. lib. 10. l. Archiatros 8. cum seqq. Cod. de
metat. & epidemetic. lib. 12.* in quibus de legum Doctori-
bus, Philosophis, Grammaticis, Archiatris, Pictori-
bus, & aliis scientiarum, artiumque liberalium Magi-
stris, de quorum omnium, & aliorum plurium ab hos-
pitalitate exemptione latè tractant Ioann. Platea *in l. fin.
dict. tit. Cod. de metat. & epidemet.* Ripa *in l. 1. num.* 133.
ff. solut. matrim. benè Ægid. *de collect. §. Medici,* Vi-
vius *decis.* 162. *nu.* 14. Azeved. *in l. 2. tit. 10. lib. 8. Re-
copilat. numer.* 111. *& in Rubr. ad tit. 15. l. 3. Recopilat.*
Garcia *de nobilitat. gloss.* 35. plenè in legum Doctoribus
pro affirmativa resolvens Alexand. Trentacinq. *cons.* 40.
lib. 1. Cancer. *variar. resolut. lib. 3. cap. 5. num.* 73. Oli-
ban. *de jur. Fisc. cap. 4. nu.* 35. qui omnes in Doctoribus
legum, & Medicis loquuntur.

114 Et in Archiatris, & Magistris artium liberalium *ex
dict. l. Archiatros, Cod. de metat.* benè Aviles *in cap. Præ-
tor. 8. num. 16. vers. Attamen, cum seqq.*

115 In Pictoribus Aviles *in loco citat.* in quibus etiam ex-
pressè loquitur *dict. l. Archiatros,* quia nec gabellam ex
picturis solvere debere, propter artis excellentiam, sin-
gulariter tenet Scalona *in Gazophilac. Perubic. lib. 2. c. 9.
§. Cosas de que no se debe alcavala, num.* 21. ubi ita pro
pictoribus hujus Regiæ Curiæ in Senatu Regii Patrimo-
nii decisum testatur: & ab aliis sordidis muneribus excu-
santur, ut etiam ex *dict. l. Archiatros,* judicatum refert
116 Gabriel Pereir. *dict. decis. 11. in fin.* † Ad quod, & ad
alias plures laudes Pictoriæ artis, & an inter liberales,
vel mechanicas connumerari, debeat? & an nobilitatem
pariat? plenissimè Chassan. *in Catalog. glor. mund. part.
11. considerat.* 44. ubi per tres columnas plura in picturæ
laudem cumulat, Tiraquel. *de nobilitat. cap. 34. num.* 3.
Fr. Philip. Nuñez *in suo tractat. de art. poetic. & pictoria,
tit. de laudib. pictura,* Gabriel Pereir. *decis.* 113. † Ubi 117
quòd ignobilis ex sola arte picturæ nobilis non efficitur,
& ita judicatum refert plenè, & ad alia Carval. *de legit.
part. 1. ex nu.* 314.

Sed, præterquam quod *dict. l. Archiatros,* fuit specia- 118
lis, & duntaxat in Magistris artium liberalium Romæ
fuit loquuta, ut ex ipsius littera patet: eorum immuni-
tatem ab onere hospitii, aliorumque munerum publico-
rum hodiernis temporis usu receptam non inveni, &
præcipuè in nostra Hispania, in cujus oppidis in militum
hospitationibus nunquam, nec dubitatum audivi, quòd
huic muneri Pictores, & cæteri artium liberalium Magi-
stri subjecti non essent.

Nec quidquam facit decisio Senatus Regii Patrimo- 119
nii per Scalonam superius adducta circa gabellam per Pi-
ctores non solvendam, nam immunitas hæc de ipsarum
picturarum venditione intelligi, debet, & quidem ma-
jori cum ratione, quia magis ipsi arti inhæret, cum pictu-
ris ipsis concedatur, magisque artis excellentia lædere-
tur, si picturæ ipsæ gabellæ oneri immediatè subiiceren-
tur, quàm si personæ Pictorum; hoc enim non tam im-
mediatè artem tangit; † Quod etiam comprobatur exem- 120
plo Scriptorum librorum, quia licet Doctores sint, ga-
bellarum immunitate apud nos non gaudent, cùm nullibi
repeniantur exempti; imò neque à tributis immunes
sunt, nisi Doctorati, aut Licentiati in Universitatibus
Salmantina, Complutensi, Vallis-Oletana, & in Col-
legio Universitatis Bononiæ, juxta nostr. *l. 8. & 9. tit. 7.
lib. 1. Recopilat.* & tamen generaliter cujuscumque Do-
ctoris libri, eorumque venditiones nulli gabellarum,
vel alterius tributi oneri subiiciuntur, *l. 1. tit. 7. lib. 1. l.
34. tit. 18. lib. 9. Recopilat.*

Ex quibus verius censeo, prædicta decisione per Sca- 121
lonam relata non obstante, Pictores, ut cæteros vicinos
in gabellarum, aliorumve tributorum, & onerum rea-
lium solutione contribuere, debere, sive per gremia,
aut Universitatem, sive ut privati, juxta consuetudinem,
quæ in quolibet loco circa istarum impositionum contri-
butionem servatur, & in specie ita contra gremium pi-
ctorum in nostra Regali Cancellaria Vallis-Oletana re-
fert ita decisum Balmased. *de collectis, quæst. 68. nu-
mer.* 5.

Ad alias autem plures personas à nostro munere hos- 122
pitii exemptas multa congerit Petr. Gregor. *syntagmat.
jur. part. 2. lib. 19. cap. 8. num.* 8. Thesaur. *quæst. forens.
lib. 1. quæst. 93. per tot.* & cum multis Antnn. Perez *ad
dict. tit. Cod. de metat. num.* 10. Mastrill. *de Magistrat. l.
3. cap. 10. ex num. 186. & in num.* 189. † Ad Familiares 123
Sanctæ Inquisitionis, de quorum etiam exemptionis hos-
pitii privilegio Roxas *de heretic. part. 2. num. 421. & fol.
283. part.* 1. (quod tamen servatum non video) & ad
forenses, quòd similiter sint exempti, Claper. *decis.* 35.
quem sequitur Gaspar Thesaur. *in addit. ad dec.* 149. An-
ton. Thesaur. *vers. Sed quid dicendum, & in dict. quæst.
forens.* † Et in viduis, miserabilibus personis, & aliis 124
Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 19. nu. 64.
cum seqq.* † Et in Fisci gabellarum conductoribus, Ma- 125
strill. *dict. cap. 10. num.* 195. Gutierr. *de gabell. quæst. 173.
num.* 4. ubi plenè per totam quæstionem ad alias tutela-
rum, cæterorumque munerum municipalium exemptio-
nes, quibus vectigalium conductores gaudent, Balmased.
de collect. cap. 123. n. 21.

Quorum tamen exemptiones plerumque hodie, stan- 126
te necessitate, nec aliorum vicinorum domibus, mili-
tibus, & similibus personis hospitandis sufficientibus, non
servatur, ut in legum Doctoribus, & Medicis notant
Cancer. *tom. 3. variar. dict. cap. 5. num.* 73. Oliban. *de
jur. Fisc. dict. cap. 4. num.* 35. Mastrill. *dict. c. 10. n.* 191.

& in

& in aliis exemptis Mieres *ad constitut. Regin. Mariæ, cap. 17. de posader. num. 8. tom. 2.* Ripol. *variar. resolut. cap. 47. ex num. 6. & 8.* Dominic. Antun. de Portugal. *de donat. Reg. part. 3. dict. cap. 42. num. 10.* qui in Clericis loquitur, quod tamen, quoad eos supra impugnatum manet, & in legum Doctoribus, quod in Regno Neapol. hæc immunitas non servetur, testatur Donat. Anton. Marin. *lib. 1. variar. resolut. c. 167. num. fin. in fin.* Caravit. *Rit. 166. num. 30.* ubi quòd Regia Camera illius Regni hanc immunitatem in Doctoribus non admittat, & notat Capiblanc. *in dict. pragmat. 19. n. 68.*

127 Unum tamen nota, quòd prædictæ omnes personæ, quæ à munere hospitii immunitate de jure, sive speciali privilegio, aut stante consuetudine, gaudere, debent, id duntaxat prætendere, poterunt, cum actuales hospitationes indicuntur: secus verò si contributio in pecunia pro eis indicatur, à qua quidem, nisi stante speciali concessione, eximi, non poterunt, ut in Doctoribus, Medicis, & similibus optimè resolvit Thesaur. *forens. quæst.*
128 *lib. 1. dict. quæst. 93. num. 9.* † Et in viduis, quæ pro servanda honestate milites in suis domibus recipere cogi, non debent, quòd à contributione pecuniaria non excusentur, si divites sint, Mutius Surg. *in annotat. ad opus ejus fratris Marc. Anton. de Neapol. illustr. cap. 22. privileg. 42. fol. 412. vers. Immunes sunt, & Presbyteri,* in quibus, & in Doctoribus Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pragmat. 19. num. 66. & 68.* Donat. Anton. Marin.
129 *lib. 1. variar. resolut. cap. 167. num. 7. & 8.* † Ubi ita per Regiam Cameram in Regno Neapolis decisum refert contra parentes, & fratres laicos, qui ob cohabitationem cum filiis, vel fratribus Clericis immunitate ista gaudere, debent, ut intelligatur in actuali hospitalitate, non verò in pecuniaria contributione, seu collecta, quæ
130 pro ea imponitur: † Et in Doctoribus viduis, parentibus 12. liberorum, militibus, mercatoribus habentibus hospitalitatis exemptiones, & aliis personis, quibus hæc privilegia competunt, optimè resolvit Ioann. Bapt. Thor. *in compend. decis. tom. 1. verb. Immunitas hospitandi concessa, & verb. Immunitas hospitandi actualiter,* qui benè in munere hospitii loquitur, in quo idem resolvi
131 *supr. num. 111.* † Quod semper intelligerem, nisi propter paupertatem viduis, & parentibus duodecim liberorum exemptio competat, quia tunc etiam in contributione pecuniaria servari, debet, propter eandem concurrentem rationem.

CAP. XXVII.

ARGUMENTUM.

Sub eadem materia fructuum jurisdictionis agitur de bonis vacantibus, vel deperditis, aut incertis apud nos *Mostrencos*. An jurisdictionis, vel dominii, & territorii emolumenta, aut fructus sint? & consequenter Dominis inferioribus competant? vel an potius Supremæ jurisdictionis, vel dignitatis emolumenta, aut regalia reputentur? Quid, stante circa horum bonorum acquisitionem speciali privilegio, aut consuetudine immemoriali in favorem dominorum inferiorum? Et quæ bona incerta, seu *Mostrencos* dicantur: an eorum nomine missilia, res habitæ pro derelictis, vel quæ nullius sunt, veniant? Agitur etiam in quibus usibus hæc bona incerta per Principem, vel alium, cui competunt, sint eroganda? Et de speciali apud nos applicatione pio operi Fisci Sanctæ Cruciatæ: Quid etiam de privatis inventoribus, quomodo, & quibus ea sint restituenda? & an aliquid sibi ob propriam indigentiam applicare, valeant? Et alia plura de materia horum bonorum incertorum: Quomodò, & per quos terminos præconizari, debeant? Et an, post præconia, dominis comparentibus, sint restituenda? Pluraque etiam remissivè de materia bonorum vacantium, quo jure, & quibus oneribus fiscus, vel ipsius jus habentes succedant? & per quas personas excludantur? Quid in bonas vacantibus Clerici; an fiscus Ecclesiasticus, vel sæcularis succedere, debeat?

SVMMARIVM.

1 *PRoponitur hujus capit. quæstio, circa bona, videlicet, vacantia, & naufragata: an inter jurisdictionis fructus, vel dominii reputentur: & ad ipsius dominos inferiores pertineant: vel potius inter Principis regalia emolumenta sint habenda?*

2 *Dividitur in hunc modum quæstio hæc: Prius de bonis vacantibus agitur: Deindè de naufragantium bonis in §. sequent. tractandum relinquitur.*

3 *Notantur aliqua generalia pro majori istius quæstionis materia declaratione circa bonorum vacantium varias acceptiones, & num. seqq.*

4 *Quæ vacantia, & incerta dicantur bona? & inter utraque differentia, & num. seqq.*

7 *Principalis quæstio, quoad bona vacantia, vel deperdita: Vtrum jurisdictionis, vel territorii, vel dominii fructus sint, & consequenter inferioribus dominis debeantur?*

8 *Affirmativa sententia pro dominis inferioribus.*

9 *In Regno Aragonum servatur juxta aliquos; declara infrà, num. 25.*

10 *In Neapoli, & infrà, num. 25. & 28.*

11 *Maximè, si cum regalibus oppida, vel jurisdictiones sint concessa.*

12 *Domini inferiores in locum Regis subrogati, quoad Regalia, dicuntur.*

13 *In Francia quoad animalia aberrantia, & alia incerta bona in publico reperta eandem affirmativam sententiam servari, & infrà nu. 26.*

14 *Et quoad bona naufragantium.*

15 *In bonis vacantibus in aliis Regnis, & Provinciis: & de generali locorum consuetudine pro superiori affirmativa sententia testantur multi: declara infr. num. 25.*

16 *Refertur contraria negativa opinio, & pro ea, ut veriori, resolvitur.*

Bonorum vacantium, sive ab intestato decedentium, sive deperditorum percipiendi facultas non provenit ratione inferioris jurisdictionis: sed Regiæ, & Supremæ dignitatis, ibidem, & numer. sequentib.

17 *Potius regalia, quàm fructus jurisdictionis dicuntur, & num. seqq. & ex nu. 23.*

20 *Nec cujuscumque amplissima Regiæ concessionis dominis inferioribus quærantur, sed specialis exigitur, vel saltim consuetudo: de quibus infr. ex num. 41.*

22 *Refertur juxta hæc praxis nostri Supremi Consilii Cruciatæ.*

24 *Civitatibus non debentur, nisi Supremam jurisdictionem habeant.*

25 *In aliquibus Regnis, & Provinciis contrarium servari, declaratur.*

26 *In Regno Franciæ de facto hæc jura obtinent domini inferiores.*

27 *Bona hujusmodi vacantia, vel deperdita ex speciali Regia concessione in quoscumque inferiores transeunt.*

28 *In Regno Neapolis, quòd multi Barones hæc jura obtineant, intelligitur, ex speciali privilegio procedere.*

29 *Idem*

Digitized by Google

29 Idem apud nos servandum ex l. 2. tit. 9. lib. 1. Recopilat. & ex instructione quadam, Tribunalis Sanctæ Cruciatæ; quibus juribus privilegia pro capiendis bonis deperditis, servanda, probatur.

30 Quæ privilegia competant in nostro Regno Sanctissimæ Trinitatis, & Mercedis, aliisque Religionibus circa bona vacantia, vel deperdita: & de praxi, aut executione hujusmodi privilegiorum, & num. 32. & 35.

31 Nonnullæ etiam Civitates suis privilegiis, & consuetudinibus, hæc bona sibi vindicant.

Concilium Mestæ, quoad animalia aberrantia, eodem privilegio gaudet: & quid de hujusmodi animalibus faciendum?

33 Præfata Religionum, & aliorum privilegia etiam in locis dominorum inferiorum locum obtinent.

35 Privilegia hæc Religionum per totum Regnum servanda, non tamen privativè, sed cumulativè cum Fisco.

Denunciationes de his bonis vacantibus, vel deperditis per quoscumque privilegiatos in Tribunali Sanctæ Cruciatæ faciendæ, ibid.

36 Principis privilegio plusquam in his bonis vacantibus, vel deperditis ei competit, Religionibus, seu aliis translatum non censetur.

37 Religionibus Sanctis. Trinitatis, Mercedis, & similibus, quid ex patrimoniis defunctorum; facto testamento, vel ab intestato decedentibus, apud nos debeatur? an aliquid necessariò in testamentis eis, ut adsolet, sit relinquendum? ad l. 1. 2. & 3. tit. 9. lib. 1. Recopil. & n. 38.

39 Bona vacantia, vel deperdita, ut in dominos inferiores, vel alios transeant, specialis Regia concessio exigitur.

40 Connumerantur inter majora Regalia Principi reservata.

41 Acquiruntur consuetudine, sive præscriptione immemoriali, & num. seq. & quando minor sufficiat? num. 46.

42 Possunt etiam præscriptione acquiri cumulativè cum Fisco.

44 Declaratur l. 7. tit. 13. lib. 6. Recop. & decretum quodam Consilii Sanctæ Cruciatæ.

46 Assignatur, quoad præscriptionem, notabilis differentia inter jus universale percipiendi omnia bona vacantia alicujus loci: & inter ipsa bona pro una vice præscribenda, sive pro vitanda in eis delatione, aut confiscatione: & quæ in unoquoque casu præscriptio necessaria?

Quid si ante, vel post factam denunciationem præscriptio intendatur, ibid. & num. seqq. & numer. 48.

47 In Gallia, Ducatu Mediolanensi, & aliis Provinciis, quid circa hoc servetur?

48 Declaratur l. 7. tit. 13. lib. 6. Recopilat.

49 Bona deperdita, sive incerta, ut Fisco Regio, vel de ejus privilegio, aut consuetudine aliis inferioribus competant, dicuntur, quæ antea in alicujus dominio fuisse, præsumuntur: non quæ in nullius bonis censentur, ut Lapilli, Gemmæ, & aliæ res pretiosæ in littore maris inventæ.

50 Lapilli, aut Gemmæ in littore maris, vel alibi inventa, & similia, quæ in nullius bonis sunt, cujuslibet inventoris fiunt.

51 Idem in electro, sive ambaro.

52 Intellige, nisi hujusmodi res aliquibus conjecturis in dominio alicujus antea fuisse, appareat.

53 Item animalia feræ aberrantia non dicuntur Mostrencos, sed nullius, & jure gentium capientium fiunt.

54 Idem in bonis pro derelictis habitis.

55 Rejicitur Scalonæ sententia hæc bona Fisco Regio deberi, asserentis ex nostra l. 6. tit. 13. lib. 6. Recopilat. de cujus veriori intellectu agitur, & numer. seqq.

Quid inter incerta bona, sive Mostrencos: vel pro derelicto habita distet, & quando unum, vel alterum dicatur? plenè, ibid. & num. seqq.

Plura de acquisitione bonorum, quæ pro derelictis habentur, ibidem.

57 Exponitur Tit. Cod. de omn. agr. desert. lib. 11.

58 Malè Peregrin. per Scalon. pro superiori sententia adducitur.

59 An superior resolutio, ut bona pro derelicto habita, primi occupantis fiant in mobilibus tantùm rebus procedat: vel etiam in immobilibus: aut potius hæc bona, ut incerta, Fisco Regio, vel ab eo privilegia habentibus vindicentur, & num. seqq.

61 Declaratur l. 49. tit. 28. part. 3.

62 Leges Partitar. juri communi derogare non censentur, nisi id exprimant: vel ei expressè adversentur.

63 Exempla regulam non restringunt.

64 Immobilia, ut tamquam pro derelicto habeantur, duo notabilia requisita referuntur.

65 Eremi, montes, & similia, quæ in publico, & nullius in bonis inveniuntur, pro derelicto habita dicenda non sunt, sed Principis.

66 Immobilia per antiquos dominos deserta, si tamen de animo ea in totum derelinquendi non constet, incerta, sive Mostrencos dicuntur, & ad Fiscum Regium Cruciatæ, vel ad eos, qui à Principe hæc bona percipiendi privilegium habent, pertinent.

67 Missilia per Principes, Consules, & alios Magistratus antiquitus in initio adeptæ dignitatis, sive primæ possessionis projecta: & nunc per Prabendatos, & Episcopos, aliasve Ecclesiasticas Dignitates, an incerta, vel pro derelicto dicenda: cujusve naturæ sit hujusmodi rerum acquisitio?

68 Incerta bona, seu deperdita, an per Principem, vel alios, quibus privilegio, aut consuetudine competunt, pauperibus, seu aliis piis usibus sint eroganda.

69 Affirmativa sententia.

70 An, opinione ista attenta, in erogatione Episcopi authoritas necessaria sit?

71 Negativa opinio verior, & receptior juxta aliquos.

72 Resolvitur pro affirmativa.

73 Summus Pontifex pro sedandis conscientiis hæc bona deperdita, seu incerta Principibus, vel aliis in certum pium usum applicare, seu eorum restitutionem commutare solet.

74 Hæc apud nos privilegiorum origo, sive hujusmodi bonorum, in aliquibus locis applicatio sit Religionibus Sanct. Trinitatis, & Mercedis pro redemptione captivorum.

75 Necnon, & in toto Regno Fisco Regio Cruciatæ cum cæteris redditibus Ecclesiasticis pro publica hujus Catholici Regni defensione, expugnatione Maurorum, aliorumque infidelium.

76 In Indiarum Regnis Fisco Regio, non Cruciatæ hæc bona applicantur.

77 Nulla in Indis privilegia, seu Bulla Pontificia Religionibus Trinitatis, & Mercedis pro hujusmodi bonorum perceptione concessa admittuntur.

78 Retinentur in Regiis Audientiis, utpote juri patronatus derogantia.

79 Privati horum rerum inventores possunt, & debent, jure communi attento, domino non reperto, eas, vel earum æstimationem pauperibus, aliisve piis usibus distribuere.

80 Possunt, juxta aliquos eas sibi retinere animo re-

stituen-

stituendi, domino quocumque tempere invento.

81 *Contrarium versus, nisi ipsi pauperes sint, & numer.* 82.

83 *An tunc Prælati, vel Confessarii sit authoritas necessaria?*

84 *Limita hæc de jure nostro Regio* in dict. l. 6. & 7. tit. 13. lib. 6. Recopilat.

Iure Regio deperdita res per privatos inventa Fisco Regiæ Cruciatæ, & cui sunt applicata, restituenda, ibidem.

Idem si aliquibus Religionibus, vel locis piis hujusmodi res privilegio debeantur, ibid.

85 *Quid etiam in his casibus, si inventor indigens sit?*

86 *Vtrum præfata, ut incerta bona, sive Mostrencos, jure nostro Regio Fisco Cruciatæ debeantur, in immobilibus tantùm, vel etiam in mobilibus quoque procedant? & num. seqq.*

Exponuntur ad rem dict. l. 6. & 7. tit. 13. lib. 6. Recopilat. *ibid.*

89 *Nulla ad superiorem restitutionem condemnatio necessaria.*

91 *Quid si in aliquo loco mobilia incerta de consuetudine inter pauperes distribuantur.*

92 *Plura de materia hujusmodi rerum incertarum per Fiscum, vel alios acquisitionis, quibus peractis solemnitatibus? ad præconia, seu edicta publica affigenda, & ad alia multa, & num. seqq. usque ad* 110.

93 *In auri, vel argenti, aliorumve metallorum incertis mineralibus.*

95 *Quid jure Romanorum, aliorumque Regnorum jure municipali, aut consuetudine, circa hæc bona pro domino inquirendo præconizanda.*

96 *Inventores aliud facientes furti tenentur.*

97 *Quid si post præconia, & terminum præfixum, aut post Iudicis sententiam domini reperiantur, an Fiscus Regius, vel domini inferiores, quibus privilegio, aut consuetudine incerta bona debentur, ea veris dominis restituere, debeant? resolvitur affirmativè, & num. seqq.*

100 *Declaratur ad hanc quæstionem*, dict. l. 7. tit. 13. l. 6. Recop.

102 *Increpantur domini inferiores, qui, nullis præconiorum, & similium peractis solemnitatibus, hæc bona incerta, ut jurisdictionis fructus, aut emolumenta sibi vindicant: & qua pœna nostris legibus plectantur?*

103 *Privati incertarum rerum inventores, an pro earum inventione aliquid præmii, seu mercedis, apud nos* hallazgo *exigere, valeant? resolvitur negativè, & num. sequent.*

106 *Limita, nisi pro labore, & impensè in requirenda, & invenienda re, quid recipi, prætendatur.*

107 *Et quid ipse dominus sponte, ac liberè inventori obtulerit.*

108 *Vel si quid fuerit promissum: aut sit in consuetudine, aliquid pro inventione lucrari.*

110 *Referuntur multa remissivè de materia bonorum vacantium, sive ab intestato decedentium, quando & quo jure Fiscus, vel domini inferiores, quibus privilegio, aut consuetudine debentur, in eis succedere, debeant? Et quibus oneribus ratione hujus successionis sint adstricti: Per quas cognatorum personas ab ea excludantur: Et quæ etiam præconia, seu edicta pro inquirendis consanguineis emitti, debeant?*

111 *Quid in Regnis Indiarum circa hoc servetur?*

112 *Fiscus, vel Domini inferiores utrum per filios naturales adoptivos, vel spurios defuncti ab intestato decedentis excludantur: & an per uxorem, vel virum superstitem: & quid circa Monasterium, Hospitale, Collegium, Confraternitatem, tutorem, vel curatorem, decedente Monacho, exposito, collega, confratre, & in aliis similibus casibus, remissivè? cum num. præcedente.*

113 *Transversalium successio ad Fisci exclusionem, utrum ad quartum gradum tantum, vel ad decimum etiam sit admittenda? cum num. seqq.*

Exponuntur, & concordantur nostræ leg. 6. tit. 13. part. 6. l. 3. tit. 9. l. 9. tit. 10. lib. 1. Recopilat. *ibidem.*

118 *De jure Canonico intra quot gradus transversales Fiscum Ecclesiasticum excludant.*

119 *Exponiter circa eandem materiam*, l. 12. tit. 8. l. 5. Recop. *cum num. seqq.*

121 *Per virum, aut uxorem superstitem Fiscus tam jure communi, quàm municipali ferè omnium Regnorum excluditer, & num. seqq.*

124 *Amplia, & si matrimonium non fuerit consumatum.*

125 *Et etiam, divortio facto, sine culpa conjugis superstitis.*

126 *Idem circa acquisitionem medietatis lucrorum, quæ postea fuerit quæsita ab eo, cujus culpa divortium fuit factum: & in alimentis filiorum, & conjugis innocentis per culposum præstandis, cum numer. seqq.*

129 *Clerico ab intestato decedente, nulla legitima ascendentium, vel consanguineorum successione relicta, utrum Ecclesia, seu Fiscus Ecclesiasticus, vel potius Regius, aut domini inferiores succedere, debeant? cum num. seqq.*

131 *Exponitur* l. si quis Presbyter, Cod. de Episcop. & Cleric. & Authent. de Ecclesiast. tit. §. Interdicimus, cap. 3. de successión. ab intestat. *& num.* 134. *&* 138.

132 *Et an potius Episcopo, quàm Fisco Papæ hæc bona vacantia debeantur?*

134 *Et an Ecclesia, vel Episcopo?*

138 *Refellitur, circa præfata, opinio Faxard. & Antunez, & declarantur Doctores per eos allegati.*

AN autem bona vacantia, vel deperdita, quorum 1
dominus non apparet, quæ apud nos *Mostrencos*,
nuncupantur, vel etiam bona naufragantium inter jurisdictionis, vel dominii fructus, aut emolumenta connumerari, & consequenter ad dominos pertinere, debeant, necnè, vel potius inter Principis regalia, & Supremæ dignitatis, seu jurisdictionis emolumenta sint computanda? difficilis admodum, & intricata quæstio, nec per Doctores ad nostram materiam discussa, nobis in
præsenti dilucidanda se offert: † Quam, ut majori cla- 2
ritate discutiamus, & ne eorum bonorum diversitate, & differentia confundatur, eam in duas parte dividere, & tractare decrevi: Primò igitur de bonis vacantibus, & incertis, sive *Mostrencos*, agam: Posteaque in secunda hujus capitis parte, seu §. de naufragantium bonis quæstionem tractabo.

Quoad primam ergo hujus capitis principalem quæ- 3
stionem, quæ circa bona vacantia, vel deperdita, aut incerta, sive *Mostrencos* versabitur, ne ignotis terminis, eam aggrediamur, pro horum verborum cognitione, & differentia, prænotandum est, hæc bona, licèt per plures confundantur, qui omnia vacantium nomine
venire, dicunt: † Vacantia tamen propriè illa esse, quæ 4
ab intestato aliquibus decedentibus, relinquuntur, nullo legitimo hærede existente ex descendentibus videlicet, vel ascendentibus, aut collateralibus consanguineis, sive aliis, qui de jure in his bonis succedere, debeant, ut probatur ex expressis juribus *in l. 1. & 4. Cod. de bon. vacantib. lib.* 10. *l. penult. Cod. de præposit. sacr. cubicul. eod. lib.* 10. *l. 1. ff. de jer. Fisc.* & in nostra *l. 6. tit. 13. par.*
6. l. 12. tit. 8. lib. 5. Recopilat. † Bona autem incerta 5
sunt, quæ deperdita inveniuntur, ut sunt animalia aberran-

errantia, aliaque mobilia, vel immobilia, quorum dominus non apparet, quæ apud nos *Mostrencos*, nuncupantur, ut constat in nostra *l. 1. tit. 12. l. 6. Ordinament. l. 6. & 7. tit. 13. lib. 6. Recopilat.*

6 Quorum bonorum differentiam notant optimè cum aliis pluribus Divus Thom. 2. 2. *quæst. 6. art. 5. ad 2.* Molin. *de just. & jur. disput. 53. verb. Bona autem, & vers. Pars tamen*, Sebastian. Næv. *in notis ad tit. Cod. de bon. vacant. lib. 10.* Avendan. *in diction. verb. Mostrencos*, benè & pluribus congestis, Pichard. *in relection. ad tit. de acquirend. hæreditat. cap. 5. num. 1. & 23.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. cap. 14. ex numer. 1.* & cum aliis Amaja *in l. 1. num. 2. Cod. de bon. vacant. l. 10.* Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg. 3. part. cap. 14. nu. 2. & 24.* & constat ex doctrina plurium DD. de his bonis ita distinctè loquentium, licèt differentiam, & distinctionem istam principaliter non afferant, D. Covarruv. *in regula peccatum, 3. part. §. 1. ex num. 2.* Ioan. Gutierr. *Canonicar. quæstion. lib. 2. cap. 9. ex num. 16.* Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 16. num. 132. & 216.* D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 25. ex num. 37. & in Polit. lib. 6. cap. 6.* Gazofilacio Real del Perù *lib. 2. p. 2. c. 5. ex n. 1.* Capiblanc. *de Baronib. tom. 2. super pragmat. 8. cap. 41. ex num. 1.* & ex instructione Tribunalis Sanctæ Cruciatæ apud Laram *in compendio de las tres Gracias, lib. 1. fol. 278. cum sequentib.*

7 Hæc igitur vacantia bona, vel deperdita, seu quorum dominus antiquus non apparet, ut nostri capitis primam quæstionem principalem proponamus, an jurisdictionis, vel dominii, & territorii domini inferioribus concessi fructus sint, necnè? & ad dominos spectare, debeant? utiliter ad praxim, & ad nostram materiam dubitari potest.

8 In qua quæstione affirmativam sententiam tenent
Bald. *in cap. 1. quæ sint regal. in usib. feudor. & in l. vacantia, Cod. de bon. vacantib. l. 10.* & alii relati per Camill.
Borrell. *in addition. ad Bellug. in specul. Princip. rubr. 5. lit. B. fol. 11.* & ipse Bellug. *rubr. 24. §. Et ipsi videamus,*
9 *num. 21. fol. 132.* † Ubi quòd ita in Baronibus Regni
Aragoniæ servetur.

10 Et idem in Neapoli testatur Marin. Frecc. *de subfeud.*
11 *lib. 2. authorit. 14. fol. 348.* † Maximè si simul cum castro, & jurisdictione regalia concedantur, quo casu dominum inferiorem in suo territorio vassallis sine hærede decedentibus succedere, tenent Roland. à Vall. *cons. 1. num. 15. cum seqq. & num. 103. volum. 2. & cons. 91. ex num. 17.* Albert. Brun. *cons. 12. & 43.* & alii relati per Bo-
12 badill. *dict. cap. 16. num. 216. litter. C.* † Ex eo, quòd
in locum Regis dominos inferiores subrogatos esse, ipsiusque jura obtinere, quoad Regalia, dicunt.

13 Et ita in Francia in animalibus errantibus, & aliis rebus in publico repertis, quarum nullus apparet dominus, quæ in illo Regno dicuntur, *Bestial*, seu *Spava*, quòd de facto domini inferiores in ipsorum territoriis ea sibi acquirant, testantur Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. Et uxorem nomine Adelasiam, in 5. decis. n. 370.* Petr. Rebuff. *in proœm. ad ll. Reg. gloss. 5. nu. 74.* & ex nostris Pichard. *in relect. ad tit. de acquirend. hæredit. cap. 5. num. 23. in fin.* Ioann. Gutierrez *Canon. quæst. l. 2.*
14 *cap. 9. num. 16.* † Et, quod magis est, bona etiam eorum, qui naufragium patiuntur, uti aberrantia, & dominum incertum habentia ipsos dominos vassallorum in Gallia occupare, notat idem Guilhelm. Benedict. *ubi proximè, num. 935.* de cujus tamen consuetudinis injustitia proximè dicam.

15 Et in bonis vacantibus, quòd ex generali consuetudine ad dominos territorii, ut jurisdictionis tamquam ipsius fructus pertineant, & de aliis multis aliorum locorum consuetudinibus testantur Tiraquell. *in tract. le mort. sai sit le vyf. declar. 15. num. 12.* Sixtin. *de regalib. cap. 9. num. 60.* ubi de eadem consuetudine Aurelianensium, de qua Pyrr. *in suis comment. ad consuet. Aurelianens. tit. de successión. cap. 14.*

Quibus tamen non obstantibus, contraria sententia verior, & communior mihi videtur; imò, quòd hæc bona vacantia, vel incerta, percipiendi facultas jurisdictionis etiam cum mero, & mixto Imperio, vel aliis amplissimis clausulis concessæ fructus dici, non possit, nec consequenter, ad dominos inferiores pertineat, quia hæc præeminentia, vel regalia non ratione jurisdictionis, vel dominii inferioribus concessi proveniunt, sed ratione Regiæ, & Supremæ dignitatis, 16

Ex qua ratione in specie bonorum vacantium contra 17
dominos inferiores resolvunt, *ex cap. 1. quæ sint. regal. in usib. feudor.* Alberic. *in l. 1. Cod. de usufruct.* ubi latè tenet, hæc bona vacantia, quæ cadunt in fiscum ob finitam generationem, fructus jurisdictionis non esse, Ægid. Boss. *in pract. crimin. tit. de bon. vacant. num. fin. & in tit. de*
regalib. num. 15. † Qui hæc bona potius regalia, quàm 18
jurisdictionis fructus dici, debere, ait, & consequenter ad dominum jurisdictionis pertinere, non posse, quia ei tantùm jurisdictionis fructus non regalia competunt, & idem concludunt optimè Bobadill. *in polit. lib. 2. dict. c. 16. nu. 216.* Enric. Rossenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 52. num. fin.* Molin. *de justit. & jur. quæst. 53. & 55.* Vincent. de Franch. *decis. 125.* Lara *de anniversf. lib. 1. cap. 22. numer. 11.*

Quam verissimam resolutionem sequuntur noviter Moderni, ut Capiblanc. *de Baronib. to. 1. super pragmat. 8. ex num. 244.* Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 9. numer. 59.* Amaja *in l. 1. num. 36. Cod. de bon. vacantib. & num. 38.* ubi, quòd nullum jus privatis circa hæc bona vindicanda competat, & Bodin. contrarium asserentem increpat. 19

Quinimo nec si Domini vassallorum jurisdictionem cum præeminentiis dignitatis Regalis habeant, hoc jus prætendere possint, nisi ex privilegio speciali, aut consuetudine (ut proximè dicam) & novissimè contra Dominos inferiores resolvunt Amaja *ubi proximè, nu. 16.* D. Cresp. *dict. observat. 93. num. 13. cum seqq.* Dominic. Tasson. *supr. pragmat. de antefat. vers. 3. observat. 4. nu. 216. & 251.* Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg. part. 3. cap. 20. num. 42.* ut etiam dicam *infrà ex num. 39.* 20

Et idem in bonis absque domino inventis, seu deperditis, quorum dominus non apparet, ut similiter jurisdictionis fructus non sint, nec ad inferiores pertineant, resolvunt quoque ex nostris Avendañ. *de exequend. 1. p. cap. 7. num. 5.* Bobadill. *dict. cap. 16. num. 132.* Lara *de anniversar. lib. 1. dict. cap. 22. num. 11.* Ioann. Gutierr. *lib. 2. Canon. quæst. cap. 9. nu. 17.* D. Cresp. *dict. observat. 93. ex num. 13.* 21

Et ita apud nos de praxi servatur in Consilio Sanctæ Cruciatæ, ubi frequenter causæ istæ deciduntur contra dominos inferiores vacantia bona, vel incerta tamquam jurisdictionis fructus prætendentes, nisi privilegio speciali, vel immemoriali consuetudine circa eorum perceptionem fuerint muniti, *ut infra dicam.* 22

Hæc igitur omnia bona de regalibus, & Regiæ dignitatis fructus esse, nullique alii, quam Principi Superiorem non recognoscenti competere, concludendum est, ut latè, ultra relatos, prosequuntur *ex dict. l. 1. Cod. de bon. vacantib. cap. 1. quæ sint regal. in usib. feudor. dict. l. 6. tit. 13. part. 6.* ubi Gregor. *dict. l. 6. & 7. tit. 13. lib. 6. Recopilat.* Montan. *de regalib. verb. Bona vacantia*, Rossenthal. *dict. cap. 5. conclus. 52. in fin.* ubi plures cumulat Gloss. Peregrin. *de jur. Fisc. lib. 4. tit. 3. ex num. 1.* Alfar. *de offic. Fiscal. gloss. 20. num. 6.* Cabed. *decis. 51. nu. 1. 2. part.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. cap. 14. ex nu. 1.* ubi benè in bonis vacantibus ab intestato decedentium, vel deperditis, alterve incertis, sive *Mostrencos*, in quibus etiam benè Azeved. *in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recopilat. ex num. 55.* & ad omne, Sebastian. Nævius *ad tit. Cod. de bon. vacant. lib. 10.* & cum multis Pichard. *in relect. ad tit. de acquirend. hæredit. cap. 5. num. 23.* ubi plura jura Ordinamenti Regalis adducit, Avendan. *in dictionar.* 23

nar. verb. Moſtrencos, latè, & pluribus congeſtis, D.
Solorzan. *de jur. Indiar. dict. lib.* 3. *cap.* 25. *ex num.* 37.
& plenius *in Politic. dict. lib.* 6. *cap.* 6. *fol.* 960. *cum ſeqq.*
ubi *in column.* 1. *verſ. Porque*, ea omnia regalia eſſe ait,
juſteque Principibus Supremis applicata, pro ſublevan-
dis, videlicet, Reipublicæ neceſſitatibus, Regnorum-
que, aut Provinciarum defenſione, & in vacantibus do-
cent cum aliis Kloch. *de arar. tit. de bon. vacant.* 136. *n.*
2. Faxard. *allegat.* 43. *num.* 11. *& allegat.* 45. *ex num.* 3.
Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Regiis, par.*
3. *cap.* 14. *ex nu.* 1.

24 Quinimò, quòd nec Civitatibus hoc jus, vel emolu-
mentum competat, *dict. l.* 1. *Cod. de bon. vacant.* niſi ſu-
premam poteſtatem, & juriſdictionem in ſe habeant,
quin ſuperiorem recognoſcant, prout ſunt Reſpublicæ
Venetorum, vel Genuenſium, ex doctrina Bartol. *in l.*
ex quibuſdam, num. 2. *ff. de jur. Fiſc.* & in *l. item veniunt,*
20. §. *ait Senatus, ff. de hereditat. petit.* tenent Peregrin.
de jur. Fiſc. lib. 4. *dict. tit.* 3. *num.* 19. Maſtrill. *de Magi-*
ſtrat. lib. 3. *cap.* 10. *nu.* 391. Camill. Borrell. *de præſtant.*
Reg. Catholic. cap. 14. *num.* 6. & cum aliis Amaja *in dict.*
l. 1. *Cod. de bon. vacant. lib.* 10. *numer.* 35. Dominic. An-
tunez de Portug. *de donat. Reg.* 3. *p. dict. c.* 20. *n.* 40. *&* 42.

25 Nec obſtat, quòd in aliquibus Regnis contrarium
ſervari in terris Baronum, aliorumque dominorum in-
feriorum, diximus *ſupr. ex num.* 9. quia hoc non de ju-
re, ſed ex ſpecialibus ipſorum privilegiis, ut proximè
dicam, ſeu conſuetudine procedere, intelligi, debet:
26 † Imò in Francia de facto tantùm id ſervari, ait Guillel.
Benedict. *in dict. cap. Raynutius, verb. Et uxorem no-*
mine Adelaſiam, num. 370. ut Domini inferiores mobi-
lia aberrantia, aliaſque res in publico, ſine domino, in-
ventas ſibi vindicent, quaſi de jure hoc ſubſtineri, non
debeat, ut in bonis quoque naufragantium eandem con-
ſuetudinem contra omnem rationem, & æquitatem na-
turalem de facto dumtaxat in Gallia ſervari, latius infrà
dicam.

27 Quæ quidem omnia intellige niſi in juriſdictionis, vel
caſtri conceſſione hæc quoque regalia, aut fructus infe-
rioribus ſpecialiter concedantur, ut notant Avendan. *de*
exequend. part. 1. *dict. cap.* 7. *num.* 5. Ioann. Gutierrez *l.*
2. *Canon. quæſt. dict. cap.* 9. *num.* 17. & ſupponunt ita in-
telligendi D. Covarruv. *in regul. peccatum,* 3. *part.* §. 1.
num. 5. Azeved. *in l.* 6. *num.* 55. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recopilat.*
28 Camill. Borrell. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 12. *nu.* 1. † Qui
ita etiam intelligi debet juxta ejus verba, ibi: *Vel ad*
eum, qui de his inveſtitus fuerit, & num. 15. & quòd in
Regno Neapoli ad multos Barones id pertineat, intelli-
ge, ex ſpeciali privilegio, aut inveſtitura juxta *num.* 1.
& juxta ipſum Borrell. *de præſtant. Reg. Catholic. cap.* 14.
num. 3. Bobadill. *dict. cap.* 16. *num.* 132. Ægid. Boſſ. *in*
pract. tit. 1. *de regalib. num.* 15. Henric. Roſſeothal. *de*
feud. dict. cap. 5. *concluſ.* 52. *in gloſſ. A.* & cum aliis Ca-
piblanc. *de Baronib. tom.* 1. *ſup. pragmat.* 8. *part.* 1. *n.* 248.
Faxard. *allegat.* 45. *numer.* 4. *&* 5. Dominic. Antun. de
Portug. *de donat. Reg. dict. cap.* 20. *num.* 42. & alii proxi-
mè referendi.

29 Et idem cavetur per noſtra jura Regia *in dict. l.* 7. *tit.*
13. *lib.* 6. *Recopilat.* quæ loquitur in bonis deperditis, ſeu
Moſtrencos, & privatorum privilegia circa ea capienda
ſervari debere, ſupponit, & clarius *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 1.
Recopilat. ubi idem ſtatuitur, & quod hæc privilegia ſer-
ventur loquens in privilegiis, quæ apud nos Religioni-
bus Sanctiſſimæ Trinitatis, & Mercedis pro Redemptio-
ne Captivorum, Sanctæ Eulaliæ, & aliis, circa horum
bonorum acquiſitionem competere, ſolent; & idem
circa iſta, vel alia privilegia, quòd omnino ſerventur,
jubetur in inſtructione noſtri Tribunalis Sanctæ Crucia-
tæ, quæ extat apud Laram *in compend. trium gratiar. l.* 1.
fol. 282. *num.* 13. *in Hiſpana edit.* ubi quòd hæc Religio-
num, & aliorum privilegia per inferiores ſubdelegatos
attendantur, & eorum cognitio tribunali Sanctæ Cru-
ciatæ remitti debeat.

De quibus Religionum, & præcipuè Trinitatis, & 30
Mercedis privilegiis teſtatur, licèt confusè, & nimis ge-
nericè: nec an in toto Regno, vel in aliquibus locis com-
petant? exprimens Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.*
133. † Ubi etiam quòd aliquibus Civitatibus hæc bona, 31
ſeu *Moſtrencos*, ſuis privilegiis ſpecialibus, aut conſue-
tudinibus quærantur, & in Salmantica teſtatur Pichard.
in relect. ad tit. de acquirend. heredit. cap. 5. *num.* 24. *verſ.*
Hic Salmantica.

Eademque privilegia Religionibus Sanctiſſimæ Trini- 32
tatis, & Mercedis ſub præfata generalitate, qua Bobadill.
tribuit Avendañ. *de exequend. part.* 1. *dict. cap.* 7. *num.* 6.
† Qui benè notat, etiam in terris dominorum inferio- 33
rum ſervari debere, quia horum emolumentorum per-
ceptio non eſt fructus juriſdictionis, ut ſunt confiſcatio-
nes, & ſimilia, & Avend. ſequitur D. Creſpi *obſervat.*
93. *num.* 14. D. Solorzan. *de jur. Indiar. lib.* 3. *capit.* 25.
num. 39.

Et quoad animalia deperdita ſive aberrantia idem pri- 34
vilegium obtinere Concilium Meſtæ, conſtat ex ipſius
Concilii Legibus *ſub tit.* 20. de quo privilegio meminit
D. Solorzan. *ubi proximè*: De quibus animalibus Meſtæ
aberrantibus, ſive *Moſtrencos*, & quid de eis ſit facien-
dum? & de forma reſtitutionis agitur etiam *in l.* 8. *tit.* 13.
lib. 6. *Recopil. & per tot. dict. tit.* 20. *leg. Meſtæ.*

Sed licèt circa prædictarum Religionum privilegia, 35
nullus, quem viderim, certè animadvertat, in quibus
noſtri Regni oppidis, vel an in toto Regno hæc bona
percipiendi facultas, ſeu privilegium his Religionibus
competat? unum quidem de praxi noſtri Tribunalis San-
ctæ Cruciatæ ad id nota, videlicet, privilegia iſta per
totum Regnum his Religionibus competere, cum hoc
tamen moderamine, ſeu limitatione, ut id cumulativè,
& ad præventionem cum Fiſco Cruciatæ habeant, ita ut
in eis percipiendis, qui prius de bonis vacantibus, aut
Moſtrencos denunciaverit, vel apud quem fuerit denun-
ciatum, præferri, debeat: & ita de praxi Tribunalis
Sanctæ Cruciatæ ſervatur, cum hac tamen intelligentia,
ut denuntiationes, quæ per Religiones fiunt in hoc Tri-
bunali Cruciatæ ſemper proponantur, cui horum bono-
rum cognitio, etiam inter quoſcumque privilegiatos com-
petit, ut de praxi hujus Tribunalis ſervatur: ad alia autem
plura de iſtarum Religionum, & aliarum perſonarum
privilegiis pro bonorum vacantium, vel incertorum ac-
quiſitione, quando ſervari, & quomodo intelligi, de-
beant? ultra relatos, plenè tractat D. Ioann. de Meneſ.
in copioſa allegatione, quam contra Religiones Trinita-
tis, & Mercedis hæc bona prætendentes edidit pro Fiſci
Cruciatæ defenſione, dum ibidem Fiſcalis munere fun-
geretur.

Circa quæ unum ſingulariter nota, quòd hæc privile- 36
gia Religionibus, dominis vaſſallorum, vel aliis conceſ-
ſa continere non debent pluſquam ipſi Regi concedenti
competit in his bonis vacantibus vel deperditis; aliàs
enim ſervanda non ſunt, utpote contra vulgarem regu-
lam *in l. nemo plus, ff. de regul. jur.* & in ſpecie cavetur
in dict. l. 2. *tit.* 9. *lib.* 1. *Recop.* & in *l.* 1. *&* 3. *eod. tit.* † In 37
quibus quòd, cum nihil Fiſco Regio de jure debeatur,
decedente aliquo cum teſtamento, vel ab inteſtato, re-
lictis deſcendentibus, aut conſanguineis, conſequenter
etiam in his caſibus nihil virtute ſuorum privilegiorum
Religiones Sanctiſſimæ Trinitatis, Mercedis, Sanctæ
Eulaliæ, & aliæ, nec etiam Fiſcus Sanctæ Cruciatæ, ab
executoribus teſtamentariis, vel hæredibus ab inteſtato
exigere valeant, ex eo, quòd defunctus ab inteſtato
deceſſit, vel, ſi cum teſtamento, nihil eis relicto: quo
caſu ratione relicti neceſſarii, quòd in omni teſtamento
prætendere ſolent, apud nos *manda forzoſa*, quantum
uni ex legatariis, cui plus eſt legatum ſibi deberi, deſi-
derant: & etiam quæcumque incertis perſonis, vel lo-
cis relicta virtute ſuorum privilegiorum vindicare vo-
lunt.

Quæ quidem omnia Trinitatis, & aliarum Religio- 38
num

Digitized by Google

num quondam vera, vel prætensa privilegia satis expressè meo videri, per dicta jura Regia derogantur, ita ut, juxta ea, nihil in testamentis prædictis Religionibus, vel aliis locis piis necessariò relinqui, debeat, nec ab intestato, relictis descendentibus, vel consanguineis intra decimum gradum, juxta *infr. dicenda*, prætendere, possint; quidquid contrarium per imperitiam tabellionum in omnibus testamentis servetur, in quibus prius aliquod, licèt minimum legatum pro relictis necessariis, seu *mandas forzosas* adscribi curant: quod quidem originem habuisse, censeo ex testatorum metu propter dictas Religionum prætensiones, & ob alias lites, quæ frequenter ante prædicta jura Regia ex eo oriebantur, quòd nihil Religiones ipsis relictum dicerent, ob idque, quantum uni ex legatariis deberetur, prætenderent.

39 Item circa prædicta, ut bona vacantia, vel absque domino inventa, & quando dominis inferioribus, vel aliis ratione Regiæ concessionis, vel privilegio pertinere possint? notandum est, non quamlibet concessionem ad id sufficere, sed specialem requiri; quare hoc jus translatum non videri, & si cum mero, & mixto Imperio jurisdictio, aut castrum concedatur, nisi specialiter sit concessum, ut in his bonis vacantibus tenent Boer. *decis.* 50. Peregin. *de jur. Fisc. lib.* 1. *tit.* 2. *de his, qui jura Fiscal. habent. num.* 97. Iacobin. *in sua investit. gloss. cum mero Imperio, num.* 17. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *dict. pragmat.* 8. *part.* 1. *nu.* 248. Sixtin. *de regalib. l.* 2. *cap.* 9. *num.* 59. Dominic. Antunez de Portugal. *dict. cap.* 20. *num.* 42. imò, nec quælibet, licèt generalis, & cum aliis regalibus, concessio hoc jus comprehendit, Bobadill. *dict. cap.* 16. *num.* 216. Montan. *de regalib. in verb. Bona vacantia, num.* 4. Henric. Rossenthal. *de feud. dict. cap.* 5. *conclus.* 52. *in gloss. A.* ubi alios plures cumulat,
40 Faxard. *dict. allegat.* 45. *num.* 5. † Quia, licèt Princeps, Duci, Magnati, vel alii Domino inferiori generaliter suo privilegio regalia concedat; non tamen ex hac concessione veniunt majora regalia, quæ Principi sunt reservata, Luc. de Penn. *in l.* 1. *Cod. de privileg. Scholar. columm. penult, in fin.* Paris de Puteo *in tractat. de syndicat. fol.* 11. *num.* 8. Anton. Gomez *in l.* 40. *Taur. num.* 10. *in fin.* Ægid. Boss. *dict. tit. de regalib. ex nu.* 29. pro ut sunt bona vacantia, quæ inter regalia majora connumerant Rossenthal. *de feud. dict. c.* 5. *conclus.* 52. *in gloss. litt. A.* Montan. *de regalib. dict. verb. bona vacantia, num.* 4. *v. Sed non sufficiat.* Faxard. *dict. allegat.* 45. *ex num.* 2. ubi, quòd ideo specialis concessio requiratur.

41 Item supra dicta, ut inferioribus jurisdictionis ratione, vel alterius generalis concessionis hæc jura non competant; limita, & intellige, nisi ex consuetudine, aut præscriptione hæc bona diu perceperint: ut in specie, & quod immemorialis requiratur, resolvunt Alexand. *cons.* 13. *num.* 18. Decian. *respons.* 35. *num.* 63. Sixtin. *de regalib. cap.* 9. *nu.* 59. Montan. *eod. tract. in prælud. num.* 32. Amaja *in dict. l.* 1. *Cod. de bon. vacant. nu.* 37. & id velle videtur D. Crespi *dict. observat.* 93. *ex num.* 17. ubi latè
42 de immemoriali ad horum bonorum acquisitionem: † Et *ex num.* 22. ex ipsius doctrina deducitur, quòd cumulativè etiam cum fisco hoc jus privati præscriptione habere, possint, si videlicet probationes concludant utrumque, fiscum, nimirum, & privatum hæc bona absque alterius prohibitione percepisse, & ob similes probationes in illa causa, de qua ibi agit, decisum fuisse in Consilio Sanctæ Cruciatæ, testatur idem D. Cresp. *num. fin.*

43 Et in bonis deperditis, domino non invento, idem stante consuetudine, quòd similiter per inferiores percipi valeant, agnoscunt, Avendañ. *de exequend. dict. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. Valenzuel. Piscator. *in l.* 4. *Cod. de bon. vacantib. lib.* 10. *n.* 17. Bobadill. *dict. c.* 16. *n.* 132.

44 Et apud nos hæc consuetudo immemorialis in his etiam servari jubetur in instructione Tribunalis Sanctæ Cruciatæ apud Laram *in compend. trium gratiar. fol.* 282. *num.* 13. & in *l.* 7. *tit.* 13. *l.* 6. *Recopilat.* ubi usum, seu consuetudinem servandam, supponitur circa acquisitionem rerum, quæ, sine domino, deperditæ inveniuntur.

Et noviter hanc præscriptionis quæstionem, tam in 45
bonis vacantibus, quàm in incertis, sive *Mostrencos* tractat, & sub aliquibus distinctionibus resolvit Scalon. *in Gazophilac. Perubic. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 5. *ex n.* 7.

Sed adhuc pro clariori resolutione præscriptionis isto- 46
rum bonorum vacantium, vel incertorum quomodo contra fiscum procedere, debeat? distinguendum est, & dicendum, quòd, aut agitur de præscribendo jure universali percipiendi hæc bona vacantia, aut in certa, & tunc immemorialis requiritur, ut ultra relatos, tenet Scalon. *ubi proximè*, vel agitur de ipsis dumtaxat bonis pro una vice percipiendis, quo casu in vacantibus communis DD. resolutio est, quòd, ante delationem, quadriennio, post eam vero viginti annis præscribantur, ut ex *l.* 1. *§. Divus*, & *§. Præscriptio, ff. de jur. Fisc.* docent Platea *in l.* 1. *Cod. de bon. vacantib. lib.* 10. *num.* 5. Cassan. *in consuetudin. Burgund. rubr.* 2. *Des confiscations §.* 1. *gloss.* 1. *num.* 36. *v. Vigesimus sextus casus est.* Petr. Gregor. *syntagm. jur. univers. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 12. Rossenthal. *de feud. c.* 5. *conclus.* 54. *num.* 6. ubi plures cumulat *Gloss. litt. F.* Alfar. *de offic. Fiscal. §.* 9. *n.* 147. Sixtin. *de regalib. cap.* 9. *ex n.* 54. Castill. *de tertiis, cap.* 41, *n.* 155. Amaja *in l.* 1. *Cod. de bon. vacant. num.* 39. Garonius *ad tit. de jur. & privileg. Fisc. cap.* 7. *lib.* 4. *constit. artic.* 44. *num.* 5. *v. quo vero, & vers. si vero*, Faxard. *allegat.* 43.
n. 12. Sixtin. *de regalib. c.* 9. *ex n.* 54. † quidquid aliud 47
in aliquibus Provinciis servetur, ut apud relatos videri potest: In Gallia sive ante, sive post denunciationem, indistinctè 30. annos requiri, testatur Sixtin. *in loc. citat.* Faxard. *dict. num.* 12, ubi, quòd in Statu Mediolani immemorialis sit necessaria ex generali illius Ducatus *constitut. in §. Nulla præscriptio, tit. de jur. & privileg. Fisc.* ubi quòd nulla præscriptio fisco officiat, nisi immemorialis sit, quod quidem magnum privilegium est; circa cujus intellectum, & praxim, & an in omni casu servetur? Doctores Mediolanenses Consule: † Apud nos 48
verò tene dictam communem distinctionem, quam etiam quoad secundam partem in bonis quoque incertis, seu *Mostrencos* servarem, supposito titulo, & bona fide, quin obstet *l.* 7. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recopilat.* in contrarium ad hoc adducta per Gazophilac. *ubi proximè, nu.* 10. quia in ea agitur de jure universali præscribendo, in quo immemorialem requiri, nec quadriennii, aut viginti annorum præscriptionem sufficere, ut verissimum est juxta supra dicta.

Quibus etiam adde, quòd horum emolumentorum, 49
aut fructuum acquisitio, & præcipuè rerum deperditarum, vel quæ sine domino inveniuntur, non ita indistinctè intelligi debet, ut Principis fisco, vel dominis inferioribus, aliisve privilegio, vel consuetudine id jus habentibus omnes res absque domino inventæ indistinctè privativè quærentur, sed cum hac distinctione, & differentia, ut acquisitio ista dumtaxat procedat in his bonis, quæ in dominio alicujus antea fuerunt, quæ propriè deperdita, seu *Mostrencos* dicuntur: Secus vero si ex probabili conjectura in nullius bonis antea fuerint, ut sunt Lapilli, Gemmæ, & similia, quæ in littore maris,
vel alibi inveniuntur; † hæc quidem non fisco, aut do- 50
minis inferioribus, vel aliis ex dictis privilegiis, aut consuetudine quæruntur, sed cujuslibet inventoris fiunt, *l. item Lapilli, ff. de rer. divis. §. Item Lapilli instit. eod.* ubi communiter institutarii *l.* 5. *tit.* 28. *part.* 3. & ad rem optimè resolvunt Peregrin. *de jur. Fisc. l.* 4. *tit.* 3. *nu.* 29. Petr. de Aragon. *de justit. & jur. q.* 66. *art.* 2. *vers. In solutione ad secundum*, Camill. Borrell. *de præst. Reg. Catholic.*
c. 175. Cabed. *decis.* 48. *num.* 9. *part.* 2. † qui in electro, 51
sive ambaro loquitur: & ita judicatum refert, ut ad Regem non pertineat, & novissimè resolvit Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg.* 3. *part. c.* 13. *nu.* 92. & *n.*

Digitized by Google

52 *& num.* 93. † Rectè intelligit, nisi Lapillos istos, aut gemmas in domini alicujus antea fuisse aliquibus conjecturis constet, ut quia auro inclusæ inveniantur, vel aliter id appareat.

53 Ex quibus idem dicendum est in bestiis feris, aut volucribus, & similibus non mansuetis, quæ similiter in nullius bonis sunt, nec aberrantia dicuntur, sed potius jure gentium quorumlibet capientium fiunt, §. *Feræ*, ubi communiter DD. *Instit. de rer. divis. l.* 2. §. *fin. cum l. seq. ff. de acquirend. rer. domin. l.* 17. *tit.* 28. *part.* 3. & ad plura de horum bonorum acquisitione D. Covarruv. *in regul. peccatum*, 2. *p.* §. 8. Soto *de justit. & jur. lib.* 4. *q.* 6. *artic.* 4. Molin. *eod. tractat. disput.* 43. *cum seqq.* Pat. Azor. *institut. moral.* 3. *p. l.* 2. *c.* 16. *q.* 1. Rebell. *de obligat. just. p.* 1. *l.* 1. *q.* 14. *ex num.* 7. Lessius *de justit. & jur. l.* 2. *c.* 5. *dub.* 7. Ludovic. Rodulphin. *de suprem. Princip. potest. c.* 6. *conclus.* 16. *ex n.* 123. Franch. *dec.* 158. ubi Addent. & ad rem Peregrin. *dict. tit.* 3. *n.* 29. Sixtin. *de regalib. l.* 2. *c.* 18. *ex n.* 31. Dominic. Antunez de Portug. *de donationib. Reg.* 3. *p. c.* 14. *n.* 24. & ad alia plura dicam suo loco, ubi latè quando Princeps hoc jus sibi abrogare valeat, venationem, & piscationem privatis prohibendo.

54 Item nec prædicta circa bonorum vacantium, & incertorum acquisitionem procedere, debent in bonis pro derelictis habitis, quæ occupationis jure capienti etiam primo acquiruntur, *l.* 1. *ff. pro derelict. l.* 3. *ff. de acquirend. rer. domin. l.* 49. *tit.* 28. *part.* 3. quin à Fisco, vel ab alio ex prędictis inferioribus privilegium habentibus, ut bona vacantia vindicari valeant, ut ad rem notat Peregrin. *dict. tit.* 3. *nu.* 29.

55 Nec me latet, pro contraria sententia de jure Regio resolvisse Scalonam *in Gazophilaz. Perubic. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. ubi, quòd de jure Regio acquisitioni hujusmodi bonorum in favorem privatorum locus non sit, sed potius per Fiscum Regium privativè vindicari, possint, & quòd in hoc corrigatur jus commune, per quod hæc bona primo occupanti concedebantur, pro qua sententia, & juris communis correctione adducit nostram *l.* 6. *tit.* 13. *l.* 6. *Recopilation.* & ejus verba *Mostrenco*, *Desamparado*, quæ de bonis pro derelictis habitis intelligit Scalona; sed certè malè, & terminos confundens; nam aliud est, quid incertum, & *Mostrencos* esse, de quo lex loquitur: aliud pro derelicto haberi, ut occupanti quæri possit, ut enim quid incertum, & *Mostrencos* dicatur, nihil aliud requiritur, quàm, quòd sine domino sit repertum, & de eo non appareat, licet dominum id sponte dereliquisse, non constet, quod ultimum pręcisè exigitur, ut aliqua res pro derelicto sit habita, *l.* 1. *& tot. tit. ff. pro derelict. l.* 3. *ff. de acquirend. possess.*

56 Quibus suppositis, lex nostra Regia 6. *dict. tit.* 23. loquitur expresśè de rebus incertis (aut *Mostrencos*) quarum dominus non apparet, non cum eas dereliquisse, & à suo dominio abjecisse clarè constat; quæ apertè comprobantur per ultima ipsius legis verba, ubi quod hæc bona penes Judices Regios per terminum unius anni, & duorum mensium serventur, ut si interim domini compareant, eis tradantur, ergo quia domini non erant certi, nec illa bona per eos pro derelictis habita fuisse, constabat, nam si de hoc constaret, frustra domini expectarentur, postquam animum ea derelinquendi semel declararunt, sed statim Fisco juxta doctrinam Scalonæ perpetuò, & irrevocabiliter quærerentur, ut jure communi in quibuslibet privatis quoad hæc bona pro derelictis habita, occupantibus quærenda ex dictis juribus servabatur: quare contrarium potius *ex dict. l.* 7. probari dicendum est, cum specialiter in bonis incertis, quorum domini sunt ignoti, loquatur, ex quo ad alias res diversas, ut sunt pro derelictis habitæ, extendi non debet, maximè in juris communis correctionem, quæ nisi per jus Regium expresśè fiat, omnino vitari debet, juxta proximè ad similia dicenda.

57 Nec obstat verbum *Desamparado* in *dict. l.* 6. adjectum quia non negamus, bona incerta, & *Mostrencos* quodam modo per dominos derelinqui, sed asserimus, hoc non esse propriè eas derelinquere, ita ut primò occupanti juxta jus commune quæri possint, quia ad hoc simplex desertio non sufficit, sed pręcisè requiritur, quòd eo animo dominus res deserat, ut à suo dominio eas projiciat, in quo sensu accipi debet verbum *derelinquere in dict. tit. Pro derelict.* & ejus acquisitio ad differentiam simplicis desertionis ignavia fortè, vel incuria dominorum, de qua *in tit. Cod. de omn. agr. desert. lib.* 11. ubi ideo non statim agri tributarii deserti occupantibus conceduntur, sed ita plenè, ac irrevocabiliter, si verus dominus per biennium eos ad suam possessionem revocare, non intenderit: quia non animo propriè derelinquendi deserti intelliguntur, sed dumtaxat quadam incuria, & negligentia dominorum, qui multoties suas res negligunt, & quasi sine domino eas esse, sinunt, quod etiam propter absentiam, & alias causas accidere solet, ut talia bona inculta, & quasi derelicta remaneant, non quia domini à suo dominio eas abjecerint: in quo quidem sensu simplicis desertionis secundum subjectam materiam, & decisionem nostræ *l.* 6. *Recopilat.* intelligi debet ejus verbum *Desamparado*, ut ita in agris desertis, non in pro derelictis habitis procedat.

Nec etiam prædictis obstat doctrina Peregrini, quem 58
pro sua opinione adducit Scalona in loco, quem ego retuli *supr.* quia imò contrarium ibi resolvit Peregrin. *ut suprà* ex eo dixi, & videri poterit.

An autem nostra resolutio, ut etiam de jure Regio 59
bona pro derelictis habita cuilibet ex privatis occupanti quærantur, quin per Fiscum, vel alium ab eo privilegium habentem vindicari valeant, procedere debeat, non solum in rebus mobilibus, verum etiam in immobilibus? utiliter, & frequenter in praxi dubitari potest.

In qua quæstione affirmativè resolvit Peregrin. *dict. l.* 60
4. *tit.* 3. *nu.* 29. *in fin.* ubi id quoque intelligit in terris incultis seu eremis, & pro derelicto habitis, quas in dominio alicujus fuisse, constat, & expresśè probari videtur *ex l. qui agros*, *Cod. de omni agr. desert. l.* 11. ad quam se remittit Gregor. *in l.* 49. *tit.* 28. *partit.* 3. *gloss.* 1. *in med.*

Nec huic, quam amplectimur, Peregrini resolutio- 61
ni obstat, seu quidquam derogat jus Regium *in l.* 49. *tit.* 28. *p.* 3. ex qua, licèt de hac acquisitione per privatos in rebus pro derelictis habitis magis dubitari posset quoad immobilia, quæ per dominos deseruntur, siquidem hæc lex Partit. de ista acquisitione tractans, eam in rebus mobilibus dumtaxat exemplificat, quasi id servari, non debeat, si immobilia relinquantur; retenta tamen opinione Peregrini, huic objectioni, meo videri, responderi, posset, nullo modo juri communi circa acquisitionem rerum derelictarum indistinctè loquenti per *dict. l. partit.* dero-
gatum censeri; † Quia cum leges Partitæ jus commune 62
abrogare, intendunt, id exprimunt, ut fit *in l.* 9. *tit.* 1. *part.* 6. & aliis pluribus, quin alioquin, nisi exprimatur, correctio intelligi debeat, ut ibidem notat Gregor. *glos.* 3. cum aliis, vel nisi ex ipsa legis decisione, quia juri communi expresśè contraria sit, manifestè constet: Juxta quod *ex dict. l.* 49. & ex eo quòd ejus decisio in rebus mobilibus dumtaxat versetur, nulla juris communis derogatio, seu adversatio deduci, valet, imò ei confirmam hanc legem dicendum videtur, dum in ejus principio generaliter tam in immobilibus, quàm mobilibus loqui videatur, ut ex ipsius verbis constat, ibi: *E desamparanlas, è echanlas*, quæ de mobilibus, & immobilibus intelligi debent, imò verbum *desamparanlas* magis immobilibus convenit; quare nihil obstare, debet, quòd postea exem-
pla circa mobilia tantùm adiiciantur, † cum exemplum 63
regulam non restringat, *l. damni infecti stipulatio*, *ff. de damno infect. l. pen.* §. *fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. scire oportet*, §. *Oportet*, *ff. de excusat. tutor.* D. Molin. *de primogen. l.* 2. *c.* 8. *n.* 4. Gratian. *discept. forens. c.* 563. *n.* 73. *& c.* 740. *n.* 19. Flamin. Paris. *de confident. benefic. qu.* 9. *num.* 75. *& quæst.* 27. *num.* 68. Surd. *cons.* 308. *num.* 10.

Sed pro majori hujus articuli declaratione adde, duo 64
copu-

copulativè requiri, ut immobilia tanquam pro derelictis habita primò occupanti acquitantur, nec per Fiſcum, ut bona incerta, ſeu *Moſtrencos* vindicentur, videlicet, quòd in dominio alicujus antea fuerint, & pro derelictis
65 habita eſſe, conſtet: † Nam quoad primum, ſi nullus ex privatis eas poſſederit, tunc, ut eremi, montes, & ſimilia, quæ in publico inveniuntur, ad Principem ſpectant, & hoc non, ut incerta, aut *Moſtrencos*, ſed quia de regalibus hæ terræ ſunt, & ad territorii ſupremum
66 dominium pertinent; † Si vero in dominio alicujus fuiſſe ex antiqua cultura, vel aliter appareat, tunc requiritur etiam quòd ea pro derelictis habita eſſe, clarè conſtet, nec ſufficit, ſi domini de cultura diu non curaverint, & incerti ſint, nam ex hoc non ſtatim pro derelictis habenda, cum id plerumque accidat ob negligentiam dominorum, qui alibi ſunt, non quia animum ea derelinquendi habuerint; quare in hoc caſu, ut bona incerta, aut *Moſtrencos* ad Fiſcum Regium apud nos Cruciatæ, vel ad alios, quibus hæc emolumenta ex privilegio, vel conſuetudine immemoriali competunt, pertinebunt, quin ut res pro derelictis habitæ primò occupanti acquiri, valeant.

67 Ex quibus idem reſolvendum eſt in miſſilibus, pecuniis, vel aliis precioſis rebus, quæ per Principes, Conſules, vel alios Magiſtratus in initio ſuarum dignitatum in oſtentationem, & letitiæ ſignum in populum ſpargi ſolebant, & hodie frequenter fit, & præcipuè per Præbendatos, Epiſcopos, vel alios, dum Præbendarum, ſeu aliarum dignitatum Eccleſiaſticarum primam poſſeſſionem capere, intendunt. Quæ quidem pecuniæ, aut res ita projectæ, ſive eo animo projiciantur, ut jure tranſlationis acquitantur capientibus, eo uſque per projicienteni dominio retento, ita ut nullo tempore hæc bona vacua ſint, ut voluit Gloſ. *in leg. ſi id quod*, §. *Id quod*, *ff. pro derelict.* & convenire videntur, *verb.* §. *Hoc amplius*, *ff. de acquirend. rer. domin.* ibi: *Statim eum* (capientem videlicet) *dominum efficiunt*; nimirum projicientes, quaſi dominium jure tranſlationis ajactante incapientes directò tranſeat: ſive pro derelictis iſtæ res habeantur, & jure occupationis, ut vacuæ capientibus ſint quærendæ, ut noviſſimè voluit Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg. 2. part. cap. 14. numer.* 8. *&* 10. & ſenure videtur Pompon. *in leg. ſi id quod*, §. *Id quod*, *ff. pro derelict.* dum res habitas pro derelictis, & miſſilia æquiparat: in quocumque tamen caſu res iſtæ, aut pecuniæ ſparſe inter bona vacantia connumerari, non debent, ut ad Principem ſpecteot: ſed potius cujuslibet capientis efficientur, juxta dicta jura, & noſtram *l.* 48. *tit.* 28. *p.* 3. & reſolvit Portug. *d. c.* 14. *ex n.* 7.

68 Sed, ut noſtram principalem quæſtionem de bonis vacantibus, vel deperditis proſequamur, & quando hæc emolumenta juriſdictionis, aut dominii fructus ratione ſpecialis conceſſionis, aut conſuetudinis ſint, & ad Dominos inferiores pertineant? plenè cognoſcatur, & quomodo, & quibus qualitatibus hæc acquiſitio intelligi debeat? dubitari poteſt, an Princeps, vel domini inferiores, quibus jure ſpeciali, vel conſuetudine hæc emolumenta competunt, bona deperdita, vel ſimilia abſque domino inventa ſibi retinere, valeant, & in proprios uſus convertere: vel pauperibus, aliiſve piis operibus ea erogare, teneantur?

69 . In qua quæſtione, licet pauperibus, vel aliis piis uſibus erogari, debere, teneant ex Div. Thom. 2. 2. *qu.* 66. *artic.* 5. Panormitan. *in cap. ex litteris*, *de furt.* Bald. *in leg.* 1. *de rer. diviſ.* Alexand. *in l. rem*, *quam nobis*, *de acquir. poſſeſſ.* Petr. de Palud. *lib.* 4. *ſententiar. diſtinct.* 15. *q.* 2. & ibi Ricard. *artic.* 5. Chaſſan. *in rubr.* 1. §. 1. *gloſſ. In ſpaves*, *num.* 3. Covarruv. *in regul. peccat.* 3. *part.* §. 1. *num.* 3. Jn. Gutierr. *lib.* 2. *Canon. quæſt. cap.* 9. *n.* 9. & alii relati per Læſſium *de juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 7. Joannem Gutierrez *canonic. q. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 10. Sair. *in clavi Reg. tractat.* 5. *c.* 2. *n.* 21. & Ægid. Trullench. *in præcept. decalog. lib.* 7. *c.* 14.
70 *dub.* 4. *&* 5. † Qui diſputant, an in iſta reſtitutione, ſeu erogatione Epiſcopi authoritas intervenire, debeat?

71 Contrariam vero ſententiam vetinrem, & uſu receptiorem dicunt alii, ut optimis rationibus fundant, & reſolvunt Sot. *de juſtit. & jur. lib.* 5. *quæſt.* 3. *artic.* 3. *ad* 2. Sarmient. *lib.* 6. *ſelectar. interpretat. cap.* 10. & poſt Mercad. Medin. & alios Navarr. *de reſtitut. ablat. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 74. ubi plura argumenta pro hac opinione adducit Petr. de Arag. *de juſtit. & jur. quæſt.* 66. *artic.* 5. *column.* 10. *verſ. Cæterum mihi.*

72 In qua Doctorum contrarietate, & opinionum diſcrimine, viſis utriuſque rationibus, à priori non recederem, non ſolum, quia in conſcientia tutior, ſed tum maximè ob authoritatem Angelici Doctoris cæteris omni-
73 bus præponderantem: † Unum tamen nota, quòd Summus Pontifex pro ſedanda conſcientia benè poterit has reſtitutiones, vel erogationes Principi, vel aliis committere, & in certum uſum pium applicare, ut reſolvunt in hoc caſu, & in aliis, cum reſtitutio facienda eſt, & perſona cui fieri, debet, eſt incerta, Navarr. *in manual. Latin. cap.* 17. *nu.* 79. *&* 80. Medin. *de reſtitut. q.* 3. *caſ.* 11. D. Covarruv. *in dict. regul. peccat.* 3. *part.* §. 1. *n.* 3. Gutierrez *d. c.* 9. *n.* 14. D. Solorzan. *in Politic. Indian. lib.* 6. *cap.* 6. *fol.* 361. *verſ. ſi bien.*

74 Undè apud nos originem habuit, quòd hæc bona deperdita, vulgo *Moſtrencos* Religionibus Sanctiſſimæ Trinitatis, & Mercedis pro Redemptione Captivorum in aliquibus locis ſint applicata.

75 Et ex eadem ratione, quod generaliter Fiſco Sanctæ Cruciatæ ſimiliter ferè in toto Regno applicentur, ut cum aliis redditibus Eccleſiaſticis pro publica hujus Regni Catholici defenſione, & Chriſtianæ Religionis conſervatione in Maurorum, aliorumque infidelium expugnationem erogentur: & de prædicta bonorum, quæ incerta, aut *Moſtrencos* inveniuntur, Fiſco Cruciatæ per Bullas Pontificias applicatione, conſtat in noſtra *leg.* 9. *tit.* 10. *lib.* 1. *Recopilat.* Lara *in compend. trium gratiar. lib.* 1. *fol.* 278. & cum aliis D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *ex num.* 40. † Qui *ex numer.* 37. hoc in
76 Indiis non procedere, ait, ubi Fiſco Regio, non Cruciatæ hæc bona applicantur ob plures ſchedulas Regias ad id in illis Regnis expeditas quæ hodie habentur *in l.* 18. *tit.* 20. *lib.* 1. *leg.* 11. *tit.* 5. *lib.* 5. *leg.* 6. *tit.* 12. *lib.* 8. *Recopilat. Indiar.* & idem teſtatur Scalon. *in Gazophilaz. Peru. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 5. *nu.* 4. *cum ſeqq.* † Et *numer.* 5. quòd
77 nec privilegia Religionis Mercedis, quæ circa horum bonorum acquiſitionem in aliquibus Hiſpaniæ locis habere, ſolet, in Indiis admittantur; † Sed potius Bullæ, & Bre-
78 via Pontificia, & cenſuræ contra Regios Miniſtros expeditæ pro eorum occupatione per Regias Audientias retineantur, utpote contra hæc jura Regia, & ad Regium Patronatum pertinentia, & idem tradit D. Solorzan. *ubi proximè*, *num.* 38. & circa executionem Bullar. Apoſtolicar. videndæ *ll.* 1. *& ſeqq. tit.* 9. *lib.* 1. *ejuſd. Recop. Indiar.*

79 Quibus etiam adde, quòd quamvis privati has deperditas res invenientes, facta prius pro domino requirendo præconiis, vel edictis publicis diligenti inquiſitione, ſi dominus non inveniatur, poſſint, & debeant (jure communi attento, intellige, ut dicam *infr.*) inventores has res, vel earum æſtimationem pauperibus, vel aliis piis operibus diſtribuere, ut reſolvunt Gloſſ. *in regul. peccat. verb. reſtituat. de regul. jur. in* 6. *& in c. cum tu, de uſur.* quam communiter DD. ſequuntur, & D. Thomas 2. 2. *qu.* 66. *artic.* 5. *ad* 3. D. Covarruv. *in d. regul. peccatum*, 3. *part. relect.* §. 1. *num.* 3. Anton. Gomez 3. *variar. cap.* 5. *numer.* 2. Menoch. *de præſumption. lib.* 5. *præſump.* 30. *ex n.* 13. Joan. Gutierrez *Canonicar. dict. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 9. & eſt communis opinio Theologorum, & Moraliſtarum, ut conſtat ex Silveſter. *in ſumm. verb. Inventum*, Navarr. *in Manual. Latin. c.* 17. *ex nu.* 72. *&* 171. Molin. *de juſtit. & jur. to.* 3. *diſp.* 681. *nu.* 4. Læſſ. *de juſtit. & jur. lib.* 2. *c.* 14. *dub.* 7. Armill. Aurea *verb. Inventa*, *num.* 1. *& verb. Reſtitutio*, *n.* 20. Dom. Sot. *lib.* 5. *de juſtit. & jur. q.* 3. *art.* 3. Ægyd. Trullench. *in præc. Decal. lib.* 7. *c.* 14. *dub.* 4. *&* 5.

80 Et quamvis juxta aliquos periſſimos viros, facta

diligenti Inquisitione, dominn non repertn, possit inven-
tor sibi has res detinere, quousque dominus appareat,
animo fincero, ui eam dominn quocumque tempore in-
ventn, restitnat, enmque diligentissimè conquirat,
quin ad prædictam restitutionem pauperibus faciendam
antea adstringatut, ut contra cummunem, probat ex Le-
desm. Medin. & aliis Navarr. *ubi proximè*, *num.5.* licèt *in*
num.83. in fin. se id dubitantem dicere, & ab aliis sic ac-
cipi, velle, asserat Mercad. *in tractat. de tratos*, *y con-*
tractos, *lib. fin. cap.15. vers. De los hallazgos*, *fol.179. nu-*
mer.2. Salnn. *de just. & jur*, *in 2. 2.* D. Thom. *qu.66. art.5.*
contr. 1. column. 1310. Sarmient. *lib.6. selectar. cap.10.*
Saym *in clavi Reg. lib. 10. tract. 5. cap. 2. à numer. 86.* &
novissimè pro hac opinione resolvit Domin. Antun. de
Portug. *de donation. Reg. 3. part. cap. 13. ex numer. 94.* &
haoc sententiam in foro conscientiæ probabilissimam di-
cunt Soto *de justit. & jur. lib. 4. quæst. 3. art. 3.* Ægyd.
81 Trullench. *dict. cap. 14. dub. 4. & 5. numer. 3.* † Sed
æquius, & verius sententiam istam reprobant tenendn
communem D. Covarruvias *dict. §.1. num.2.* Henriquez
in summ. Theolog. moral. lib. 7. cap. de indulgentia 33. n.2.
Sot. ubi proximè, Joann. Gutierrez *dict. cap. 9. num. 12.*
82 † Nisi inventor indigens sit, quia tunc quasi unus ex pau-
peribus poterit has res pro parte, vel in totum juxta pro-
priam indigentiam sibi applicare, vel retinere, dum-
modo cum Consilio Prælati, aut Confessarii id faciat,
ut tenent Silvester. *in loc. citat.* Guilhelm. Benedict. *in cap.*
Raynutius, *verb. Et uxorem nomine Adelasiam in 5. dec.*
numer. 371. Armil. Aurea *dict. verb. restitutio*, *numer. 39.*
Angles *in Florib. Theolog. quæst. 1. de restitut. fol.148.* &
plures referens Henriquez *ubi supr. cap. 34. nemer. 8.* Na-
83 varr. *dict. cap. 17. numer. 93.* † Et *numer.* 171. quòd non
sit necessarium per Prælatum, vel Confessarium ei in-
jungere aliquod onus orandi, vel alia pia faciendi pro
animabus eorum, quibus restitutio debebatur, quia,
nec aliis pauperibus, cum inter eos fit restitutio, hoc onus
injungitur, imò, & absque dicto Consilio, si indigentia
vera sit, resolvunt Dominic. Sot. *ubi supr. vers. Conclusda-*
mus ergo, Joann. Gutierrez *d. c. 9. n. 12.*

84 Quamvis, inquam (ut nostram illationem prosequa-
mur) in dict. casibus inventores privati res inventas in-
ter pauperes distribuere, vel aliis piis operibus appli-
care, debeant, vel sibi detinere, possent, juxta do-
ctrinas relatas, aut stante propria indigentia, sibi appli-
care, hodie tamen hæc procedere, non debent propter
dictas leges Regias 6. & 7. *tit. 13. lib. 6. Recopilat.* quibus
tales res Fisco Regio, uti Principis Regalia sunt applicatæ,
& en magis propter harum rerum specialem Pontificum
applicationem Fiscn Sanctæ Cruciatæ, & ad ejus opus
pium, *ut supr.* dixi, idemque servandum, si in aliquibus
locis, aliis piis operibus speciali privilegio applicatæ inve-
niantur, ut pro Redemptione Captivorum in Religioni-
bus Sanctissimæ Trinitatis, vel Mercedis supr. dictum
remanet: In his enim casibus, his certis consignationibus,
seu applicationibus stantibus, inventores has res aliter
distribuere non posse videtur, sed tam in foro interiori,
quàm exteriori eas Fiscn Regio, aut Cruciatæ, aut qui-
buslibet locis piis, quibus debeantur, restituere, de-
85 bere; † Licet in dicto casu, quo pauperes sunt, prædi-
ctam communem opinionem, ut aliquid sibi retinere,
vel applicare, valeant, benè in conscientia servari, posse
consulerem, attenta æquitate, & quadam epicheia, quæ
fundari poterit in inventoris indigentia, cui fortuna, seu
potius divina providentia, cum rei inventione favere,
aut succurrere velle videtur.

86 Circa quam rerum incertarum, seu quæ deperdita,
vel *Mostrencos* inveniuntur, restitutionem Fiscn Crucia-
tæ per privatos inventores, tam in foro interiori, quàm
exteriori faciendam, dubitari, solet, an ea dumtaxat in
rebus immobilibus, vel se moventibus procedere, de-
beat, non vero in aliis mobilibus, quasi illa dumtaxat
Mostrencos, & ab errantia dicantur, & in eis solum *dict.*
l. 7. tit. 24. lib. 6. Recop. sit intelligenda?

In qua quæstione affirmativam sententiam, ut nimi- 87
rum in immobilibus, vel se moventibus tantum *dict. leg. 6.*
& 7. procedant, nec ad restitutionem aliarum rerum mo-
bilium inventarum in foro conscientiæ Fiscn Cruciatæ fa-
ciendam, quis teneatur, sed potius eas sibi retinere,
valeat animo restituendi, quocumque tempore, quo
dominus appareat, tenent Petr. Navarr. *lib. 4. de restitut.*
cap. 2. num. 82. Salon. *de justit. & jur. tom. 1. quæst. 66. art. 5.*
fol. 1310. Henriquez *in summ. lib. 7. cap. 36. numer. 5.*
fol. 394. qui præcipuè ante condemnationem loquuntur,
& faciunt relati, *supr.*

Sed his non obstantibus, attenta *dict. leg. Reg. 6. & 7.* 88
tam in foro conscientiæ, quàm Judiciali contrarium
est verius, imò quod quæcumque mobilia, etiam in
animata, nec se moventia in dictarum legum decisione
comprehendantur, ut ex ipsarum verbis, & generalitate,
qua loquuntur, constat, ut patet *ex dict. l. 6.* ibi: *Toda*
la cosa, que fuere hallada en qualquiera manera mostrenca,
& in dict. leg. 7. ibi: *Que qualquiera que hallare alguna*
cosa sea tenudo, *&c.* † Nec ad hanc restitutionem con- 89
demnatio aliqua est necessaria, cum non sint leges pœ-
nales, sed restitutoriæ rerum, quas stante earum ap-
plicatione in favorem Fisci, nulla via inventor ad ipsum
Fiscum pertinere, dubitare, potest.

Ita in effectu præfata resolvunt Joan. Gutierrez *Ca-* 90
non. quæst. lib. 2. cap. 9. numer. 29. D. Solorzan. *in Polic. In-*
dian. lib. 6. dict. cap. 6. fol. 961. vers. E querido, & in hoc
sensu ferè omnes DD. indistinctè loquuntur, & intelli-
gendi sunt.

Unum tamen nota, quòd si in aliquo loco de consuetu- 91
dine istæ res mobiles inter pauperes distribuantur, vel
aliis piis operibus applicentur, ut accidere, solet, hæc
consuetudo servanda erit, quia tunc usu tantum receptæ
in immobilibus, vel mobilibus se moventibus dictæ ll. in-
telligentur, cui consentit Joann. Gutierrez *ubi proximè*,
n. 30. vers. Si tamen.

Ad alia autem plura de materia bonorum, quorum 92
dominus non invenitur, circa eorum per Fiscum, vel
alios ad id jus habentes acquisitionem, & præcipuè,
quibus peractis solemnitatibus circa præconia, seu
edicta publica affigenda pro inquirendo domino, &
quòd per spatium unius anni, & duorum mensium præ-
conizentur, ut hæc emolumenta Regio Fisco, vel ab
eo privilegio, aut consuetudine immemoriali jus haben-
ti quærantur, & ad alia multa de his bonis incertis, sive
Mostrencos vide nostram *leg. 6. & 7. tit. 13. lib. 6. Recopilat.*
& instructionem Tribunalis Sanctæ Cruciatæ, quæ extat
apud Laram *in compend. trium Gratiar. lib. 1. fol. 278. cum*
seqq.

† Et in auri, vel argenti aliorumve metallorum 93
minis, quæ diligentiæ exigantur, ut desertæ declaren-
tur, & applicentur denunciatori, juxta Ordinatio-
nes, & leges Indiarum, vid. *leg. 9. §. 38. & 40. tit. 13.*
lib. 6. nostræ Recopilat. & extat. l. . . . tit. . . . lib. . . . Re-
copilat. Indiar. † Plenè de materia ad omnia dicta D. Co- 94
varruv. *in regul. peccatum*, *3. part. §. 1. ex num. 3.* Orosc.
in leg. 1. numer. 10. de rer. divis. Chassan. *in consuetud. Bur-*
gund. rubr. 1. §. 1. seq. ubi de eadem consuetudine in Bur-
gundia, & in Francia, Guilhelm. Benedict. *in cap. Ray-*
nutius, *verb. Et uxorem nomine Adelasiam*, *ex nu. 370.*
Joann. Fab. *in §. Examen*, *instit. de rer. devis.* Menoch.
lib. 3. præsump. 30.

Ubi *numer. 9.* de simili lege apud Romanos, ut re- 95
rum inventarum libellum publicè affigeretur; & apud
Judæos idem sancitum fuisse, ut tales res præconiza-
rentur, tradit Joseph. *lib. 4. antiquit. Iudaicar.* & gene-
rali omnium Regnorum praxi, & consuetudine circa hæc
bona incerta præconizanda, aliaque plura de eorum ma-
teria Peregrin. *de jur. Fisc. tit. 3. n. 29. & 30.* Cancer. *lib. 2.*
variar. c. 2. nu. 305. Montan. *de regal. fol. 84. nu. 3.* Ripol.
eod. tractat. cap. 9. à num. 43. Lara *de Cappellan. lib. 1. c. 22.*
ex numer. 11. plenè Joann. Gutierrez *lib. 2. Canonic. cap. 9.*
per tot. benè ad aliqua Azeved. *in leg. 6. tit. 15. lib. 4. Re-*
copi-

Digitized by Google

copilat. ex numer. 55. Pichard. *in relect. ad tit. de acquirend.*
hereditat. cap. 5. *numer.* 24. Farinac. *in pract. criminal.*
quæst. 174. *num.* 155. *cum antecedentib. & quæst.* 168. *ex nu-*
mer. 61. & ad plura Petr. Gregor. *lib.* 37. *syntagm. jur. uni-*
96 *vers. cap.* 1. *& num.* 10. † In quibus, & quòd furti tenean-
tur inventores, si statim res inventas præconizare, non
faciant, ut etiam resolvit noster Gomez 3. *varir. cap.* 5.
num. 2. ubi alios congerit Aillon. & alii ex modernis infra
referendi.

97 An autem Fiscus Regius, vel domini inferiores, seu
alii, quibus horum bonorum emolumentum, seu
ea percipiendi facultas speciali privilegio, vel consue-
tudine competit, ea veris dominis restituere, tenean-
tur, si forè post præconia, & terminum unius anni,
& duorum mensium *per dict. leg.* 7. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recopilat.*
vel similem terminum alio jure municipali assignatum,
& etiam post Judicis sententiam? multum dubitare so-
lent DD.

98 In qua quæstione, pluribus pro parte negativa omis-
sis, affirmativè optimè resolvit D. Covarruv. *in dict. re-*
gul. peccatum, 3. *part.* §. 1. *num. fin. in fin*, imò de justitia
nostrarum *ll.* 6. *&* 7. *dict. tit.* 13. *lib.* 6. *Recopilat.* dubitans,
ut plurimi etiam alii dubitarunt hoc pacto maximè in ani-
mæ judicio eas defendit, modo domino, quandocum-
que compareat, & rem inventam repetat, restituatur,
solutis impensis in eadem re factis.

99 Quam sententiam communiter sequuntur, nec ali-
ter ab injustitia dictas *ll.* 6. *&* 7. uti de rebus alienis
disponentes liberari, posse, asserunt Anton. à Cordub.
in suo quæstionar. dict. lib. 1. *quæst.* 32. 4. *opinion. in* 1. *dub.*
& lib. 1. *de indulgent. quæst.* 43. *in* 2. *fundament. princ. circ.*
fin. 2. *opinion.* Mercad. *de ceratos, y conceratos, lib. fin. c.* 15.
vers. de los hallazgos, fol. 179. *column.* 2. & probat in utro-
que foro latè Azeved. *in leg.* 6. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recopilat. ex*
100 *num.* 55. † qui *nu.* 56. benè respondit *d. l.* 7. per quam con-
trarium, & præcipuè in foro Judiciali aliqui arguendo
à contrario sensu adstruere, volunt, quòd quidem argu-
mentum sumi, non debet, quia exindè magnum absur-
dum resultaret, videlicet peccatum in foro conscientiæ,
si vero domino sua res non restituatur.

101 Et idem in foro quoque Judiciali resolvit contra Sa-
lon, qui contrarium tenuit, Joann. Gutierr. *dict. lib.* 1.
Canon. quæst. cap. 9. *numer.* 24. qui optimè, ultra relatos,
loquitur etiam in dominis inferioribus, quibus hi fru-
ctus, aut emolumenta jure speciali, & immemoriali con-
102 suetudine competunt: † Et *à num.* 22. acriter, & quidem
meritò, eos increpat Gutierrez, qui exactè, non pera-
ctis solemnitatibus, & diligentiis, *dict. l.* 7. requisitis,
imò, multis commissis fraudibus, hæc bona sibi vindi-
cant, & cupiditate excæcati præconia aliaque solemnia
breviter, & sic dolosa, & in fraudem legis peragi, curant,
& dum aliena minus justè captant, proprias animas per-
dunt, imò, &, quòd magis sentire solet cupiditas, & ava-
ritia humana prædicti magni detrimenti immemor, ipsum
privilegium, seu jus in posterum ea percipiendi amittunt,
juxta *d. l. Reg.* 7. *Recopilat.*

103 Quoad privatos autem res istas deperditas invenientes,
ut aliquid (licet breviter) annotemus, frequenter, &
præcipuè in foro conscientiæ, quæritur, an aliquid præ-
mii, seu mercedis nomine pro earum inventione à Domi-
no exigere, valeant, apud nos *Hallazgo*, quæstionem
tractat latissimè plures opiniones refereus Farinac. *in*
prax. d. quæstion. 168. *n.* 20.

104 Sed pro negativa sententia est Text. singularis, & uni-
cus *in leg. falsus* 44. §. *Qui alienum*, *vers. Quid ergo*,
ff. de furtis, ibi: *Etsi non probè petat aliquid*, per quem
Text. optimè resolvit Bartol. *ibidem*, nihil per invento-
rem peti, aut exigi, posse, quia necessitate, & lege ju-
stitiæ ad restitutionem tenetur, *cap. si quid inveniSti* 14.
quæst. 5.

105 Quam Bartol. resolutionem communiter sequuntur
Alberic. & Jason. *in leg.* 4. §. *Si tibi judicium dedero*,
ff. de condict. ob turp. caus. column. 2. Felin. *in cap. dilecti*,

Lagunez de Fructib.

de accusation. & contra Ostiens. Abbat. *in cap. dudum*, *el*
segundo, nu. 18. *de election.* Chassan. *in consuetud. Burgund.*
rubr. 1. §. 3. *n.* 2. † Qui omnes ex mente Bartol. id limitant, 106
& intelligunt, nisi pro labore, & impensa in requirenda,
& inuvenienda re quid recipi, aut retineri, prætendatur,
ut animadvertit etiam D. Covarruv. *in regul. peccatum*,
2. *p.* §. 3. *n.* 3. † Qui *in fin.* id quoque limitat, si ipse domi- 107
nus ob rei inventæ restitutionem quid dederit, modo id
liberè, ac spontè dedisse quibusdam conjecturis appareat,
veluti, si absque aliqua inventoris petitione fuerit datum,
vel aliter de libera, & spontanea voluntare constet, ut be-
nè concluduut Joan. Gutierrez *canon. qu. d. lib.* 2. *cap.* 9.
ex n. 15. *&* 28. optimè Pichard. *in relect. ad tit. ff. de aqui-*
rend. hereditat. cap. 5. *num.* 24. Barbos. *in collect. cap.* 3. *de*
furt. numer. 8. † Vel, nisi fuerit promissum, vel sit in 108
consuetudine aliquod præmium lucrari, Ægyd. Trul-
lench. *lib.* 7. *cap.* 14 *dub.* 5. Aillon. ad Gomez, *dict. c.* 5.
numer. 2. & ita fermè resolvunt Moralistæ, ut constat ex
Silvester. *in summ. verb. Restitutio* 2. §. 1. *& restitutio* 4. §. 1.
optimè Molin. *de justit. & jur. tom.* 2. *disputat.* 750. Cordub.
lib. 1. *quæstionar. qu.* 34. *in* 4. *opinion.* & cum aliis Navarr.
in Manual. Latin. c. 17. *n.* 33. *&* 34. & alii relati per Ægyd.
Trullench. *ubi proximè*.

Et ad alias plures quæstiones circa materiam bonorum, 109
quæ sine certo domino inveniuntur, ad præconia, &
solemnitates in eorum acquisitione peragendas, & ad
alia plura, ultra D. Covarruv. Azeved. Gutierr. & Theo-
logos supra relatos, ex novioribus plenè tractaut opti-
mè Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 14. *per*
tot. & de Magistrat. lib. 4. *cap.* 12. *tot.* Sixtin. *de Regal.*
lib. 2. *cap.* 9. Castill. *de tertiis*, *cap.* 41. *ex num.* 150. D. So-
lorz. *de jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 25. *ex num.* 37. & plenius *in*
Polit. lib. 6. *cap.* 6. *per tot.* Scalon. *in Gazophilaz. Perub.*
lib. 2. *p.* 2. *cap.* 5. *tot.* DD. Christophor. Crespi *observat.* 93.
& novissimè, licet multis ex prædictis non relatis, Do-
minic. Antunez de Portug. *de donation. Reg. part.* 3.
cap. 13. *ex numer.* 93. & ad multa vide etiam copiosam
allegationem, quam circa hæc bona vacantia, *& Mo-*
strencos edidit D. Joann. de Meneses pro defensione Fisci
Sanctæ Cruciatæ dum in ejus Tribunali Fiscalis munere
fungeretur.

Quibus, de bonis incertis, seu *Mostrencos*, eorum- 110
que materia breviter, & quasi per indicem dictis, de
materia, etiam bonorum vacantium, sive ab intesta-
to decedentium ad multas quæstiones, & præcipuè, quan-
do, & quo jure succedere debeant Fiscus, vel Domini in-
feriores, sive alii, quibus hoc emolumentum privilegio
speciali, vel immemoriali consuetudine competit, &
quibus oneribus ratione hujus successionis sint adstri-
cti; & per quas personas cognatorum ab eis exclu-
dantur: & quæ etiam edicta, seu præconia pro in-
quirendis consanguineis similiter, ut in bonis incertis,
emitti, debeant, ad nostram *l.* 6. *tit.* 13. *part.* 6. *leg.* 12.
tit. 8. *lib.* 5. *Recopilal.* latè tractant apud nos, & de alio-
rum Regnorum jure agentes Ægyd. Boss. *in pract. crim. tit.*
de bon. vacant. Peregrin. *de jur. Fisc. lib.* 4. *tit.* 3. Alfar. *de*
offic. Fiscal. gloss. 20. §. 9. Cujac. *lib.* 5. *observat.* 10. Anton.
Fab. *lib.* 7. *conjectur. cap.* 2. Pichard. *dict. cap.* 7. Mastrill. *de*
Magistrat. lib. 3. *cap.* 10. *ex num.* 336. benè Camill. Borrell.
de præstant. Reg. Catholic. cap. 14. Sixtin. *de regalib. lib.* 2.
cap. 9. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *super pragmat.* 8. *p.* 1.
ex num. 143. D. Solorzan. *in Politic. lib.* 6. *cap.* 16. *fol.* 962.
colum. 2. *vers. Y por estos*, *cum sequent. & lib.* 5. *cap.* 7.
tot. † Ubi de bonis defunctorum Indiarum, quando 111
vacantia reputari, debeant, &, quibus prius pera-
ctis solemnitatibus, & diligentiis, seu præconiis pro
inquirendis consanguineis, ipsisque non repertis, Fisco,
vel ipsius jus habentibus applicentur, de quibus plura
vide apud Scalon. *in Gazophilaz. Perubic. lib.* 1. *cap.* 38.
& plenius D. Joseph. Veitia *in suo Norte de la Contratation.*
lib. 1. *cap.* 12. *& extat. titul.* .... *lib.* .... *Recopilat. Indiar.*
& pluribus congestis Castill. *de tertiis*, *cap.* 41. *à nu.* 150.
benè Amaja *in l.* 1. *Cod. de bon. vacant. lib.* 10. & novissi-

mè Domin. Antunez de Portug. 3. *part. de donation. Reg.* r. 14. *cum seqq. & c.* 18. 19. & 20,

512 Apud quos omnes plenissimè tractatum iovenies, quis succedere, debeat decedentibus parentibus, aut filiis naturalibus, spuriis, vel adoptivis, oecnon decedente affine liberto, viro, aut uxore oullis consanguineis intra decimum gradum relictis, & etiam decedentibus minore, furioso, exposito, Consiliario, Confratre, socio, quoad rem per Principem donatam, infirmo io Hospitali, Collega in Collegio, professore in Universitate, Monacho professo, aut novitio in Monasterio, milite in legione; an in istorum successionibus absque legitima successione descendentium, vel ascendentium, aut Collateralium intra decimum gradum ab intestato decedentium, Fiscus excludi debeat, vel non per parentes, aut filios naturales, spurios, vel adoptivos, seu etiam per affinem, patronum, virum, aut uxorem, tutorem, vel curatorem minoris, aut furiosi, Hospitale, Consilium, Confraternitatem, Collegium, aut universitatem, vel per Monasterium, legionem seu Commilitones,

513 Uuum tamen, quia frequenter io praxi accidit, nota, quòd, quamvis consanguinei, seu transuersales intra decimum gradum ad Fisci exclusionem, tam jure communi, quàm Partitarum exprefsè admittantur, ut constat ex §. *Hoc loco, instit. de success. cognat.* & ex nostra *leg. 6. tit. 13. part. 6.* quæ approbavit opioionem Azonis, qui idem contra Placentinum tenuit *in rub. C. de legit. hæred. in summ. col. fin.* ut notat ooster Gregor. *in dict. l. 6. litt. F.* de hoc tamen hodie dopliciter apud oos dubitari, potest ob noviores leges Recopilar. Primò an hæc transuersalium successio ad quartum dumtaxat gradum sit hodie limitata per *l. 3. tit. 9. lib. 1. Recopilat.* ibi: *Por ende mandamos, que si las tales personas, que assi murieren, sin hazer testamento, dexaren hijos legitimos, ò parientes dentro del quarto grado, & in l. 9. tit. 10. eod. lib.* ibi: *Y que dexen à los Tesoreros, ò Factores de la Cruzada pedir, y demandar los ab intestatos de los que nodexan herederos dentro del quarto grado,* & idem servari, jubetur in iostruct. Tribunalis Cruciatæ apud Laram *in compend. trium gratiar. fol. 280. in princ. instruct. in Hispan. impress.*

514 Et hanc sententiam, ut transuersalium successio in Fisci exclusionem, ultra quartum gradum, non extendatur tenent, licet prædictis legib. Recopil. non relatis, Didac. de Matienz. *in summar. Recopil.* & noviter Pater Martin. de S. Joseph. in libro quem scripsit *Guia de Confessores, lib. 2. tract. 29. nu. 14.* Scalona *in Gazophilaz. Perubit. lib. 2. cap. 5. numer. 1.* & plenius Alfar. *de offic. Fiscal. gloss. 20. n. 129.*

515 Quibus tamen non obstantibus, pro juris communois, & *dict. leg. Partit.* decisione, ut videlicet omnes consanguinei usque ad decimum gradum Fisco sint præferendi, resolvunt, licet juribus novioribus, supra proximè adductis non relatis. Roxas *de succession. cap. 34. num. 1.* Molin. *de justit. & jur. tractat. 2. disput. 64. numer. 18.* Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 4. cap. 7. numer. 41.* D. Joan. del Castill. *de tertiis, cap. 41. ex numer. 153.* Amaja *in leg. 1. Cod. de bon. vacant. lib. 10. numer. 3. & 33.* Fragoss. *de regim. Respub. part. 1. lib. 3. disput. 5. n. 15. vers. Dicuntur*, qui etiam testatur de jure Lusitano *in lib. 4. Ordinat.* illius Regni *tit. 94.* prædicta jura noviora referens Domin. Crespi *observat. 96. ex num. 12.* qui omnes intra decimum gradum transuersalex pro Fisci exclusione admittendos, tenent.

516 A quorum Doctorum verissima sententia, & legis Partit. decisione non est recedendum, quia primò noo obstant jura Regia Recopilat, *in leg. 3. & 9. supr.* in contrarium citatis, cum leges istæ non expresfsè, & principaliter contrarium decidant, sed satis confusè, & alia agentes de successione transuersalium intra quartum gradum per transitum mentionem faciaot, & hoc non ad effectum, quòd Fiscus post quartum gradum admittatur, vel excludatur, sed quoad jurisdictionem Tribunalis Cruciatæ fundandam, & ad alia ut optimè explicat D. Cresp. *dict. observat. 96. ex numer. 17.* & huic intelligentiæ assentitur D. Solorzan. *in Polit. Indian. lib. 6. cap. 7. fol. 805. colum. 2. vers. Lo quinto*, † Qui loquitur 517
in bonis defunctorum Indiarum, ut Fisco tanquam vacaotia applicari, possint, & eum sequitur D. Joseph. Veitia *en su Norte de la Contratacion, lib. 1. cap. 12. num. 22.* & resolvit benè Carrasc. *ad ll. Recopilat. cap. 7. numer. 19. & 20. & num. 42. cum seqq.* qui omnes concludunt, transuersales non solum intra quartum gradum existentes, verum etiam intra decimum Fiscum excludere.

Quæ juxta jus commone, & Partitarum verissima resolutio est quoque dio praxi Consilii Sanctæ Crociatæ recepta, ubi cootra Fiscum in favorem transuersalium intra decimum gradum pluries decisum, & declaratum invenitur, ut testatur Dom. Cresp. *supr. num. fin.* nec jam de hoc in illo Consilio dubitatur, ut ex ipsius Ministris percepi. 518

Quæ tamen de jore Civili, & Regio rectè procedunt, de jure autem Canonico intra quot gradus transuersales succedere, possint, ad exclusionem Fisci Ecclesiastici, casu quo iste in perceptione vacantium sæculari sit præferendus *juxta infr. dicenda*; tractat D. Crespi *ubi proximè ex numer. 32. & 35.* ubi usque ad quintum gradum dumtaxat admittendos, ait, quamvis nullum in specie pro hac senteotia, aut quæstione referat, sed quòd usque ad septimum admittantur, tenent magis ex professo rem agentes Archidiacon. & Turrecremat. *in c. 112. quæst. 5.* quos seqoitur, nisi aliter per Constitutiones Synodales caveatur, Fragoss. *de regim. Respubl. part. 1. lib. 3. d. disputat. 5. n. 5. vers. Quod vero, cum seqq.*

Secundò contra *dict. leg. 6. tit. 13. part. 6.* & juris communis decisionem hodie etiam dubitari, poterat ob *dict. leg. 12. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* in qua, dum bona vacantia in defectum descendentium, aut transuersalium, Fisco applicantur, id tamen fit quoad transuersales generaliter, & absque ulla graduum limitatione, seu præfinitione, quare omnes infinitum per hanc legem admittendos esse cum Fisci exclusione, videbatur. 519

Quibus tamen non obstantibus, juris communis, & legis Partitæ decisio omnino servanda est, qoin per *dict. leg. 12. Recopilat.* correcta dicatur: Nec obstat ejus generalitas, qua transuersales Fisco præferuntur, quia hoc non ita indefinitè intelligi, debet ut omnes etiam in remotioribus gradibus ante Fiscum sint admittendi, sed illi tantum, qui aliàs legitimo jure aote eum jus succedendi habent, ut sunt, qui iotra decimum gradum inveniuntur jotta jus commune, & legem Partitæ, per quam, & per juris communis dispositionem jus novum *dict. leg. 12.* indistinctè, ac indefinitè loquens supplendum potius est, quàm per hanc legem antiquum corrigendom, & maximè cum hæc juris antiqui correctio clarè non exprimatur, ut ad similia prostatarum legum intellecto notant Valenzuel. Piscator. *in l. 4. numer. 31. Cod. de bon. vacantib. lib. 10.* Matienz. *in dict. leg. 12. gloss. 2. ex numer. 1.* & com aliis optimè Pichard. *ad tit. de acquirend. hereditat. dict. cap. 5. numer. 3. & 4.* Amaja *in dict. leg. 3. Codic. de bon. vacant. num. 33.* 520

Ex quibus idem procedere, ait Amai. proximè relatus in viro, & uxore, qui post collaterales invicem sibi succeduot, & Fisco præferuntur, juxta *dict. l. 6. tit. 13. Partit. 6. leg. 23. tit. 18. part. 4.* & jure communi *in leg. unic. Cod. unde vir, & uxor.* licet de eorum successione oon meminerit, *dict. leg. 12.* sed, ut dictum remanet, intelligi, & suppleri, debet per jus commune, & *d. ll. Partit.* ut in specie hujus viri, & uxoris successionis ad Fisci exclusionem optimè notaot, & *dict. leg. 12.* intelligunt Azeved. *in ea, numer. 2.* Matienz. *dict. glos. 2. ex nu. 1.* ubi contrariam Telli Fernandez opinionem optimè reprobat, Garc. Toletan. *in rubr. Cod. de bon. vacant. lib. 10. numer. 4.* benè Valenzuel. Piscator. *ubi proximè, numer. 31.* & optimè resolvunt P. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disput. 164. numer. 19.* Valasc. *de partition. cap. 26.* 521

in

in princ. Castill. *de tertiis*, *c.42.n.154.* D. Crespi *d. observat.96.n.14.*

122 Et loquentes non solum in viro, & uxore, sed in quibuslibet aliis personis, quæ alias de jure Communi, & Partitarum post transuersales Fiscum excludere, solent, ut sunt Collegia, Monasteria, Hospitale, in successione Collegæ, infirmi, vel expositi, aut Religiosi, & aliis pluribus, qui, juxta communem Doctorum opinionem, post consanguineos Fisco præferri, solent, juxta DD. *supra relates*, quos adhuc, non obstante *dict. leg.12.* & quod in ea de eis nulla mentio fiat, Fiscum excludere, docent benè Pichard. *in d. relection. ad tit. de acquirend. hæreditat. c.5.n.3.& 4.* Amaja *in d.l.3.C. de bon. vacant. n.33.*

123 Et idem in prædicta viri, & uxoris, post transuersales, successione, ad Fisci exclusionem, jure nostro, & Lusitano, aliorumque Regnorum ad plura resolvunt, ultra relatos, Valasc. *de partition. cap.6. numer.55.* Caldas Pereir. *de nominat. emphyt. quæst.13. numer.23.* Cabed. *decis.51. numer.8. part.2.* Cancer. *lib.1. var. cap.5. numer.38.* Tiraquel. *in tractat. le mort. 2. part. declar.15. num.1. & in tractat. de jur. marit. gloss.2. num.19.* Arnisæus *de jurib. Majestat. lib.3. cap.6. num.18.* Petr. Barbos. *solut.*
124 *matrim. in rubr. 2. part. num.58.* † Quid id quoque intelligit, etsi matrimonium non fuerit consumatum, benè Fragoss. *de regim. Reipub. part.1. lib.3. disputat.5. num.15. vers. Nihilominus.*

125 Quid rectè ampliat, etiam divortio facto, si id culpa illius de cujus successione tractatur, fieri, contigerit, quæ succedere volenti, qui culpa caruit, nocere, non debet, ut etiam benè in specie notant Decius *in dict. leg. unic. Cod. unde vir, & uxor. num.10. vers. Primus casus*, Petr. Barbos. *ubi proximè solut. matrim. in rubric. dict. numer.58.* Emanuel. de Acosta *in cap. si pater, 1. part. verb. Uxorem, num.23.* Valasc. *dict. cap.6. num.55. & 56.* Fragoss. *ubi proximè*, Portugal. *in loc. citat. num.55. & 56.*
126 † quia similiter conjux innocens, divortio facto, non amittit medietatem lucrorum, quæ postea sint quæsita ab eo, cujus culpa fuit factum, ut resolvunt plenè tractantes de aliis pluribus privilegiis, quibus similiter conjux, qui culpa caruit, privari, non debet, Gomez *in leg.50. Taur. numer.71. & 72.* Gutierr. *lib.1. Canonic. cap.24. numer.61. & de jurament. confirmat. part.1. cap.1. num.56. & 66.* Palac. Rub. *in rubr. de donation. inter vir. & uxor. §.64. num.10.* Gamma *decis.97. & 157.* ubi Flores de Mena *in addition.* Cancer. *lib.2. variar. cap.5. numer.66. in fin. & cap.7. numer.103.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom.2. claus.7. gloss.2. numer.48.* Sanchez *de matrim. lib.10. disputat.20. tot.* Barbos. *vot.101. num. fin.* Valenzuel. *cons.31. numer.42. & cons.41. tot.* Fragoss. *in loc. citat.* D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.11. numer.90.*
127 plenè Giurb. *ad constit. Messan. cap.1. gloss.6. ex nu.6.* † Et ad alimenta filiorum ab eo, cujus culpa divertitur, præstanda, *num.66.* de quibus Gutierrez *dict. cap.24. nu.19.* Ponte *decis.20. num.26. & 27.* D. Valenzuel. *dict. cons.42. ex num.62.* Cyriac. *controver.24. num.83. & contr.33. nu-*
128 *mer.18.* † Et idem in ipsorum conjugum alimentis, ut eodem modo, qui divortio causam dedit, alteri præstare, cogatur, novissimè Joann. Bapt. Ventrig. *in prax. rer. notab. annot.1. §.2. ex n.1.*

129 Quibus, circa transuersalium, aliorumque successionem annotatis, ut plenius ex eis cognosci, possit, quando Fiscus Regius, vel domini vassallorum, aliive inferiores, quibus vacantium bonorum emolumenta, aut fructus privilegio, aut consuetudine competere, solent, ad ea admittendi sint, necne? pro coronide adhuc hujus nostræ principalis quæstionis, bonorumque vacantium materia, illam celebrem frequentemque in praxi quæstionem hic annectere decrevi: An, videlicet, Clerico ab intestato decedenti, nullam legitima ascendentium, vel consanguineorum successione relicta, Ecclesia, vel Episcopus succedere, debeat, vel Fiscus Regius, sive Domini inferiores ab eo jus habentes sint præferendi? *ad l. si quis Presbyter, C. de Episcop. & Cleric.* & alia jura proximè referenda, qua in re multum dubitare solent DD.

Et quidem quæstio hæc difficilis admodum hodie redditur, ex quo pro Fisco Regio, sive pro dominis inferioribus ipsius jus habentibus, aliquibus rationibus, & argumentis ad id adductis, latè resolvunt duo moderni, & quidem doctissimi DD. Faxard. *allegat. Fiscal.45. per tot.* & præcipuè *ex n.15.* & Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg.3. p. c.20. ex n.1.* 130

Sed, quidquid isti viri alioquin peritissimi, autument, & pro Fisco sæculari resolvere, & affectu Fiscali (forsan primus) latè fundare, intendant; à contraria tamen sententia, utpotè verissima, & communissima recedere, non audeo, juxta quam resolvendum censeo, Fiscum sæcularem per Ecclesiam, vel Episcopum in his bonis Clerici, absque legitimis hæredibus, seu consanguineis ab intestato decendentis excludi, debere, ut probant Text. singular. & expressi, maximè, quoad Ecclesiæ successionem, *in dict. leg. si quis Presbyter, C. de Episcop. & Cleric. & in Authent. de Ecclesiastic. titul. §. Interdicimus, vers. Si quis autem Episcopus, collat.9. Novell.131. cap.1. & 3. de successión. ab intestat. cap. fin.12. quæst.5.* per quæ jura, tam pro Ecclesiæ, quàm Episcopi successione promiscuè contra Fiscum sæcularem resolvunt DD. ex doctrina Abbat. *in dict. cap.1. de successión. ab intestat.* Albetic. & Castr. ibidem, Bartol. *in leg. si quis filio, §. Ejus, ff. de injust. rupt.* Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. Et uxorem nomine Adelasiam, tit. de successión. ab intestat. nu.171.* Rot. in antiquis *sub rubr. de testament. decis.17.* Azor. *instit. moral. par.2. cap.8. q.8.* Ubald. *de successión. ab intest. p.5. n.4.* Avendañ. *respons.19. num.8.* Gregor. Lopez *in l.6. tit.13. part.6. gloss. Del Rey.* 131
† Ubi quòd Episcopo potius, quàm Fisco Papæ hæc bona quærantur, ut non in proprios, sed in Ecclesiæ usus ea convertat. 132

Et idem ex novioribus, etsi prædictis non relatis, pro Episcopo, aut Fisco Ecclesiastico contra sæcularem resolvunt Tap. *in Authent. ingressi, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Peregrin. *de jur. Fisc. lib.4. tit.3. num.10.* Fragos. *de regim. Reipub. part.1. lib.3. disput.5. §.2. num.15. vers. Quod verò*, Capiblanc. *de Baronib. tom.1. sup. pragmat.8. part.1. num.245.* Augustin. Barbos. *in collect. Cod. in dict. leg. si quis Presbyter*, & alii proximè, & magis distinctè referendi. 133

Juxta quæ, excluso penitus Fisco Regio, remanet alia inter DD. difficilis quæstio, quoad Ecclesiam, vel Episcopum, quis nempè eorum in his bonis succedere debeat in cujus articuli resolutione contrarii extant duo nostri Regnicolæ, Gregor. scilicet, & Avendañ. proximè citati, & plures ex DD. supr. adductis. Sed, præhabita eleganti doctrina, & distinctione Abbat. *in cap.1. de successión. ab intestat. numer.3. & in fin.* breviter distinguendum censeo: Aut igitur Clericus, de cujus hæreditate, vel bonis vacantibus agitur, alicui Ecclesiæ, seu altari erat destinatus, sive inserviebat, vel nullam Ecclesiam, seu Altare in titulum habuit: in primo casu Ecclesiam, seu Altare succedere, debere dicendum est, juxta *dict. leg. si quis Presbyter*, & alia jura supra adducta: in secundo verò succedit Episcopus, non, ut bona in proprios usus convertat, sed ut illa in operas pia distribuat. 134

Sub qua distinctione in effectu resolvit Abbas *in dict. cap.1. de successión. ab intestat. & in cap. seq. & in cap. excommunicamus, extra, de hæretic. & in cap. qui a diversitatem, column. ultim. extra, de concession. Præbend.* quem communiter omnes, etiam ad exclusionem Fisci sæcularis, sequuntur, *gloss. in c. quia diversitatem, de concess. Præbend.* Innocent. *in cap. insinuante, qui Cleric. vel vovent.* Bald. & Paul. de Castr. *in d. l. si quis Presbyter.* optimè Peregrin. *de jur. Fisc. lib.4. tit.13. numer.10.* † licet *in vers. Attende*, hoc tantum in mobilibus procedere dicat, secus in stabilibus, in quibus Fiscum sæcularem Ecclesiasticum excludere, ait, ad quod adducit singulare Con- 135 136

silium Oldrad. 17. quod quidem non probo, cum sit contra mentem *dict. leg. si quis Presbyter.* & aliorum jurium, & DD. indistinctè loquentium, nec ulla ratio differentiæ inter hæc bona assignari, potest, & ita, nulla inter mobilia, & immobilia distinctione facta, resolvunt contra Fiscum, & cum Abbatis prædicta distinctione benè Didac. Perez *in leg. 20. tit. 19. lib. 8. Ordinament. pag. 372. column. 1.* Azeved. *in leg. 13. tit. 8. lib. 5. Recop. numer. 4.* qui ita intelligit, & concordat contrarias sententias Gregorii, & Avendañ. supr. adductas, Thom. Valasc. *allegat. 37. numer. 5. & 6.* Roxas *de successión. cap. 34. numer. 37. & 38.* Aloys. Ricc. *in prax. variar. resolut. resolut. 387. numer. 1.* Fragoss. *de regimin. Respubl. part. 1. lib. 3. disputat. 5. §. 2. numer. 15. vers. Quod vero, & seq.* August. Barbos. *in dict. leg. si quis Presbyter. C. de Episcop. & Cleric.*

137 Quæ etiam, ut Ecclesia, seu Altare, cui Clericus inserviebat, succedat, intelligi, & declarari, debent in bonis intuitu Ecclesiæ, seu Altaris quæsitis, secus vero in patrimonialibus, in quibus Episcopum dumtaxat succedere, affirmant, Innocent. *in dict. cap. insinuante, qui Cleric. vel vovent.* Afflict. *in c. unic. §. Vacantia, n. 6. quæ sint regal.* optimè P. Molin. *de justit. & jur. disputat. 164. vers. Vndecima conclusio*, Fragoss. *ubi proxime, dict. §. 2, n. 15. vers. Quod si Clericus.*

138 Ex quibus non obstant dicta per Dominic. Antunez de Portugal. & Faxard. contrarium asserentes, qui nulla lege hanc Fisci sæcularis exclusionem comprobari, dicunt, nam ultra, quòd, quoad Ecclesiam, seu Altare expressè comprobatur *per dict. leg. si quis Presbyter.* & jura supra relata, quoad extensionem ad Episcopum ipsa jura per tot DD. communiter intellecta sufficere, debent, & eo maximè cum contraria Faxard. & Antunez opinio nulla lege speciali fundetur, imò, nec aliqua authoritate; nam Barry. *de successión. lib. 18. tit. 7. numer. 12. vers. Dubitationem esse, dicit*, & Renat. Choppin. *de Sacr. Polit. lib. 3. cap. 1. num. 27. circa fin.* & Grivel. relati per Faxar. *dict. allegat. 45. nu. 21. & 22.* non de jure loquuntur, sed de specialibus consuetudinibus Franciæ, quæ in his bonis Ecclesiasticis, magis, quam decet, & licet, se extendere, solent, *ut infra* etiam videbis, *in §. Sequent.*

139 Quæ sufficiant circa incertorum, vel vacantium bonorum emolumenta ad hujus cap. quæstionem, an in fructu jurisdictionis sint, necne? & an inferioris jurisdictionis locorum dominis concessæ, vel potius Supremæ Regis cohæreant: Circa naufragantium autem bona, præfatis valdè connexa, *in sequenti*, §. Separatim tractandum relinquitur.

§. Unic.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia capitis præcedentis, agiturque, similiter, an naufragantium bona jurisdictionis, vel dominii, aut territorii fructus haberi, debeant? vel ad Regium Fiscum ratione Supremæ jurisdictionis pertineant? Resolvitur plenè, suis privatis dominis hæc bona servanda, quin per Fiscum Regium, vel alios inferiores Dominos, ut jurisdictionis fructus, occupari, valeant, *ad Authent. navigia, Cod. de furt.* & nostra jura Regni *in l. 7. tit 9. part. 5. l. 3. & 10. tit. 12. lib. 6. Ordinament. leg. 9. & 11. tit. 10. lib. 7. Recopilat.* nisi Infidelium, inimicorum, seu Pyratarum sint: vel in defectum dominorum, quo ultimo dumtaxat casu, ut vacantia, aut incerta rectè per Fiscum, vel ipsius jus habentes occupari, posse, latè fundatur; Plenèque improbantur Gloss. Renat. Choppin. Bodin. Borrell. & alii DD. qui contrariam impiam consuetudinem; & generalem horum bonorum acquisitionem nostris Regibus Hispaniæ, & totius Europæ Principibus Christianis tribuunt: de alienigenarum consuetudinibus malè, & contra expressa jura municipalia plurium Regnorum attestantes, & præcipuè contra jura nostra Regia supra adducta, de quibus nec mentionem faciunt.

SVMMARIVM.

1 *HVjus §. Cum præcedentis capitis materia connexio.*

2 *Proponitur principalis tractanda quæstio circa naufragantium bona: An inter jurisdictionis fructus, vel dominii emolumenta connumerari, debeant, dominisque inferioribus competant ratione jurisdictionis ipsis concessæ, vel potius, ut bona vacantia, aut Suprema jurisdictionis fructus Fisco Regio debeantur?*

3 *Refertur affirmativa pro dominis inferioribus opinio, cum n. seqq.*

Hujusmodi naufragantium bona, sive emolumenta inter Regalia haberi, Regique competere juxta aliquos, ibid.

4 *In nostra Hispania de consuetudine affirmativam sententiam, Fiscum, videlicet, Regium, sive Dominos inferiores ab eo jus habentes hæc bona sibi vindicare, servari, dicunt Bodin. Sixtin. & Dominic. Antunez. de Portugal. ex eoque nostrum Catholicum Regem increpant: declara infra nu. 57. vers. Fusius, & n. 59. & seqq. & n. 77.*

5 *De eadem consuetudine in Regnis Neapolis, Sicilia, Anglia, aliisque Provinciis testantur plures, & n. 6.*

7 *Domini inferiores loco Regis subrogati censentur.*

8 *Idem praxi, ac consuetudine in Regno Franciæ servatur, & quidem magis specialiter ad rem, ut hæc naufragantium bona, tanquam jurisdictionis fructus, sive incerta, inferioribus dominis competant.*

9 *Contraria opinio omni jure verior: bona scilicet naufragantium suis dominis reservanda: quin Fiscu Regio, aliisve inferioribus dominis, ut jurisdictionis fructus, addici, valeant.*

10 *Comprobatur omni jure hæc opinio, Civili, naturali, & Canonico, necnon, & nostris, aliorumque Regnorum legibus, & consuetudinibus municipalibus, & quibus pœnis hujusmodi bona occupantes puniantur, cum n. seqq.*

11 *Iure Civili horum bonorum privati occupatores in quadruplum damnantur*, leg. 1. 2. & 3. ff. de incend. ruin. & naufrag.

12 *Iure Cæsareo publicatione bonorum*, Authent. Navigia, C. de furt.

13 *De aliis pœnis, & quod ut fures puniantur, & numer. 14.*

15 *De jure gentium eadem prohibitio.*

16 *De jure Canonico, & quòd capientes, ut raptores excommunicentur, & n. 19.*

17 *De jure naturali prohibitio.*

18 *De jure Divino.*

19 *Excomunicantur etiam bona naufragantium occupantes in pluribus Bullis Pontificiis, sive Principes Supremi, sive Domini inferiores, aliive privati sint, & n. seqq.*

20 *Et novissima excommunicatione Gregorii XIII. in Bulla Cœna Domini.*

21 *Ratio principalis hujus prohibitionis.*

Naufragata bona in pristino naufragantium dominio rema-

Digitized by Google

remanent, quin pro derelictis haberi, valeant, ibidem, & à n.71.

22 Levanda navis causa in mari projecta pro derelictis non habentur, sed suis dominis servada, & quando secus, cum n.seqq.

25 Refertur notabilis Honorii II. constitutio circa bona levanda navis causa in mari projecta suis dominis restituenda.

26 Hujusmodi prohibitiones, ne bona naufragata per aliquem occupentur, in Fisco quoque Regio procedunt, ad l.1. C. de naufrag. lib.11.

27 Principem in re tam luctuosa lucrum quærere indignissimum.

Princeps, omnibus miserabilibus personis tutissimum asylum se præbere debet, ibidem.

28 Afflicto non est addenda afflictio, sed potius sublevandus.

29 Fiscum alienis calamitatibus ditescere, non decet.

30 Concluditur, jure Civili, Canonico, & omni lege naufragantium bona per Fiscum Regium, dominos inferiores, aliosve privatos, tanquam jurisdictionis emolumenta occupari, non posse, sed suis dominis servanda.

31 Reprobatur in hoc quæcumque, etiam longissima, aut immemorialis consuetudo, cum n.seqq.

32 Corruptela potius impia, & crudelis est appellanda, cum n.seqq.

34 Rejicitur in quamplurimis Bullis Pontificiis, cum nu. seqq.

36 Et non solum ad futura, sed etiam ad præterita.

37 Nulla præscriptio hujusmodi rerum occupatoribus, tanquam possessoribus malæ fidei, & rerum furtivarum prodest.

38 Statuto, aut lege municipali Fisco Regio hæc bona applicari, non possunt, nec privilegio aliquo dominis inferioribus.

39 Etiamsi causa, cui fuerint applicata, pia sit.

40 Invito domino ex qualibet causa, etiam pia, res ab eo sine culpa non auferenda.

41 Pia aliunde intentio rei alienæ contrectationem justam reddere nequit.

42 Ampliatur etiamsi hujusmodi statuta, vel leges municipales longissima consuetudine fuerint servata.

43 Intelliguntur hæc omnia, nisi, post adhibitam diligentiam, veri domini reperti non fuerint, & plenius infra, ex n.60.

44 Respondetur contrariis consuetudinibus, quas nostra Hispania, aliisque Regnis objiciunt Renatb. Choppin. Bodin. Dominic. Antunez, & alii DD. cum n.seqq.

45 Quid apud nos de consuetudine, & legibus municipalibus circa bona naufragata in Hispania littoribus servetur? declaratur plenè, cum n.seqq.

Magna providentia generali in Regnis Hispaniæ consuetudine naufragata bona reservantur suis dominis, ibidem.

46 Cavetur quoque id nostris legibus Regiis, & quidem uberius, quàm jure civili.

47 Primò in l.7. tit.9. part.5. & n.48.

50 Ampliatur, sive declaratur per hanc legem Partit. jus civile in Authent. Navigia, C. de furt. quoad privilegii circa horum bonorum acquisitionem, invalidationem, & n.51.

52 Idem statuitur per jura in l.3. & 10. tit.12. lib.6. ordinam. & in l.9. tit.10. lib.7. Recop.

53 Et per l.11. d. tit.10. lib.7.

54 Loquitur specialiter hæc lex in domiis inferioribus, eosque ab hujusmodi bonorum perceptione gravibus pœnis coercet.

55 Idem in Indiarum Regnis servatur in naufragantium mercibus: & de aliquibus in hoc casu, pro inquirendis veris dominis specialibus requisitis.

56 Habetur id per totam Hispaniam de universali praxi, & consuetudine, & n.57.

57 Pauci ex nostris Regnicolis de præfatis juribus, & praxi meminerunt, & hi breviter, ac per transitum.

Fusius per Authorem exponuntur pro Bodin. Renat. Choppin. Antunez, & aliis Doctoribus exteris confutandis, dum contrariam praxim, & consuetudinem nobis tribuunt, ibidem.

58 Confutantur etiam iidem Doctores eandem contrariam praxim, ac consuetudinem Neapol. Siciliæ, & aliis Regnis tribuentes.

59 Limitatur, seu declaratur dupliciter præfata resolutio, ne videlicet Fiscus Regius, vel alius inferior in bonis naufragatis se intromittat, sed potius suis dominis restituantur, cum n.seqq.

60 Limitatur primò, veris dominis, seu legitimis successoribus non apparentibus, cum n.seqq.

Habentur tunc, sicut alia bona incerta, sive vacantia, ibidem.

63 Intelliguntur, & declarantur, ut in istius tantum limitationis casu procedant, ferè omnium Regnorum, ac Provinciarum jura municipalia, ac universalis consuetudo, circa bona naufragata Fisco Regio addicenda, cum n.seqq.

Occupantur hæc bona per Fiscos Regios custodiæ tantum causa, donec reperiantur domini, quibus restituantur, ibidem.

64 Idem de jure communi privatis permittebatur.

65 Nec ex hac causa in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incidunt.

67 Refertur, juxta præfatam resolutionem, praxis, quæ apud nos in Supremo Consilio Sanctæ Cruciatæ servatur, circa hæc bona capienda, inquirendos dominos, & alia.

Fisco Sanctæ Cruciatæ bona tantum, sive merces, quæ in navigiis inveniuntur, servanda, vel lucranda in defectum dominorum; non ipsa navigia, vel arma defensiva, & offensiva, quæ Fisco Supremi Belli Consilii competunt, ibidem.

68 In Regno Neapol. similiter jure municipali, & consuetudine bona naufragata non aliter, quàm in defectum dominorum, Fisco addicuntur.

69 Idem in Lusitania, & quousque in hoc Regno domini spectentur.

70 Laudat ex hoc Dominicus Antunez Lusitaniæ Reges, eos, ab aliorum consuetudinibus in his deviare, asserens.

Contrarium verius, quia omnium Regnorum eadem consuetudo, ibidem.

71 Apud nos magis, quàm in Lusitania naufragium passis favetur, circa bona eis servanda cum n.seqq.

72 Restituuntur apud nos bona naufragata suis dominis, etiam post terminos, præconia, & adjudicationem, repertis, cum n.seqq.

74 Limitatur, si in pios usus per Principem, vel alium jam fuerint erogata, & consumpta.

75 Sublimita, & intellige, si ad eam erogationem Princeps suis impensis non tenebatur, secus si eam facere, deberet.

Cum quis ex pecunia, vel re alterius facit, quod aliàs sua impensa facere, debebat, locuplex ex re alterius manere, censetur, ibidem.

76 An juxta hæc Fiscus nostræ Cruciatæ dominis post consumptionem rerum in usibus Fiscalibus, aut Regiis, comparentibus, aliqua satisfactio, sive compensatio sit danda?

77 Concluditur, in Regnis Hispaniæ, Siciliæ, Neapol. & aliis Europæ Nationibus, non aliter quàm in defectum dominorum bona naufragata Fiscis Regiis vindicari, refelluntur que Bodin. Renat. Choppin. Dom. Antunez contrarium asserentes, & de contraria universali consuetudine attestantes, & n.78.

79 Doctori de consuetudine attestanti an credendum?

80 *Ex hujusmodi attestatione saltim onus probandi contrarium in adversarium transfertur.*

81 *Intelligitur, si de consuetudine, & praxi propria patria, & Tribunalis, in quo versatus fuerit, attestetur: cum n. seqq.*

82 *Exteris de alienigenarum consuetudinibus attestantibus, non credendum, nisi cum eis commorati fuerint, cum n. seqq.*

86 *Maxime, si de abroganda Pontificia dispositione, contraria consuetudine agatur.*

87 *Gloss. Bodin. Renat. Choppin. & alii exteris, Hispanis, aliisque Christianis nationibus præfatam contrariam consuetudinem bona naufragata in præjudicium dominorum capiendi attribuentes, de eaque attestantes credendum non est, quia, ut alienigenæ eam, & jura municipalia istorum Regnorum ignorarunt, cum duob. n. seqq.*

90 *In Regno tantum Francia hanc consuetudinem, tam in terris regalibus, quam in dominorum inferiorum, ipsorum favore procedere, probatur Doctorum authoritate, & n. 91.*

92 *Improbatur, ut iniqua, & crudelis, hæc Gallia consuetudo.*

93 *Nullam rationem Doctores pro ea inveniunt, & numer. 94.*

95 *Concluditur ad principalem hujus §. Quæstionem, bona naufragata jurisdictionis, vel dominii aut territorii maris adjacentis, ubi inveniuntur, fructus, sive emolumenta non reputanda, nec consequenter Dominis inferioribus, aut Fisco Regio competere.*

96 *Bona hæc si infidelium, & pyratarum sint, an, & quando dominis inferioribus competant? ut & Fisco Regio juxta infra dicenda.*

97 *Limitatur secundè superior principalis hujus, §. Resolutio, ne videlicet bona naufragata Fisco Regio, aliisve inferioribus vindicentur, si infidelium, Christianave Religionis, aut Regni inimicorum sint, seu pyraticam artem exerceant, quæ casu justa ea Fiscus, cæterique inferiores occupant, cum n. seqq.*

98 *Non habentur, tamen, ut jurisdictionis fructus, aut emolumenta, sed quibuslibet privatis, ea vindicare, permittitur* in Authent. Navigia, C. de furt. & 10 l. 7. tit. 9. part. 5.

99 *Non incidunt tunc occupantes in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.*

100 *Idem in hæreticorum, Turcarum, & Judæorum bonis, & n. 101.*

102 *Quid si hæretici, & alii infideles nobiscum pacificè degant, & comercientur, an tunc eorum bona naufragata, licitè per nos capiantur? & an ob id incurratur in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, cum. n. seqq.*

Ecclesia ab ea sejunctos, ut membra separata non protegit, d. n. 102.

105 *Quid si in infidelium navibus, naufragium passis bona fidelium inveniantur?*

106 *Etsi bona ista, licet fidelium, contra leges Regni deferantur.*

107 *Quid è contra si infidelium bona in Christianorum navibus sint inventa?*

108 *Et quid si hæc bona per fideles fuerint assecurata? & si in totum, vel in partem, & n. 109.*

110 *Etsi contra leges assecuratio facta fuerit, vel si cum infidelium commercium inhibeatur?*

111 *Quid è converso, si bona fidelium in infidelium navibus capiantur, per ipsos tamen infideles in totum, vel in partem assecurata, & n. 112.*

113 *Quid si bona, re vera, infidelium sint, ea tamen capiens conscientia erronea fidelium esse Judicet, an adhuc in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incidat, & an graviter ob id peccet, cum n. seqq.*

116 *Semota restitutione rei, cui quis, licet falso, obnoxium se judicat, conscientia læsa deponi, nequit.*

Qua igitur superioris capitis prima parte, & quæstio- 1
ne absoluta, circa bona vacantia, vel deperdita,
sive *Mostrencos*, succedit alia secunda de bonis naufragantium principalis quæstio, in principio ipsius præcedentis capitis proposita, quæ quidem superiori de bonis deperditis proxima est, eique maximè convenit, cum principalis DD. circa hæc bona naufragata dubitatio sit, an ut vacantia haberi, debeant, vel non? (ut proximè dicam) ex quo hic eam annectere, decrevi.

Circa hæc igitur naufragantium bona, vel etiam fra- 2
ctarum navium reliquias ad littora maris vi tempestatis ejectas, an inter jurisdictionis, vel dominii emolumenta, seu fructus connumerari, debeant, & consequenter dominis inferioribus competant ratione jurisdictionis, quam in territorio maris adjacentis habent, vel an, ut bona vacantia, aut Supremæ jurisdictionis fructus Fisco Regio acquirantur, aut quibus sint servanda? multum dubitant Doctores, & plerique in hujus quæstionis resolutione variè, & confuse loquuntur.

Primò igitur dicendum videtur, hæc bona inter emo- 3
lumenta jurisdictionis, vel dominii inferioribus concessi computanda, ex eo, quod Regi concedenti ea competant, ut resolvunt Gloss. *in cap. dispensationes 1. qu. 7.* Joann. Plat. *in l. 1. Cod. de naufrag. lib. 11.* Guilhelm. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius, verb. Et uxorem nomine Adelasiam, decis. 5. num. 374.* Franc. Marc. *decis. Delphin. 424. volumn. 2. num. 3.* Alvar. Pelag. *de planct. Eccles. lib. 2. c. 46. column. 4. vers. Quid de naufragiis,* † qui in no- 4
stra Hispania id quoque de praxi, & consuetudine servari, dicunt, ob idque nostrum Regem Catholicum depræhendunt, maximè *gloss. ubi supr.* ex qua idem faciunt de hac nostra consuetudine attestantes, licet eam increpent, Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 10.* Sixtin. *de regalib. cap. 3. nu. 92.* Dominic. Antunez de Portugal, *de donation. Reg. 3. part. c. 13. n. 101.* sed male, ut proximè videbis.

Et de eadem consuetudine in Regno Neapolis testan- 5
tur Andr. de Isern. *in constit. Regn. Rapinas,* Afflict. *in constitut. Dohana secret. numer. 16.* Ponte *decis. 21. numer. 1.* & in Gallia, Aquitania, & Navarra, Renat. Choppin. *in consuet. Andegavens. part. 1. lib. 1. cap. 51. num. 2.*
† Et in omnibus littoribus Italicis, Neapolis, Siciliæ, 6
Hispaniæ, Angliæ, Aquitaniæ, idem servari, dicunt ipse Renat. Choppin. *de demanio Franc. lib. 1. tit. 15. numer. 9. & 10.* & cum aliis multis Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. cap. 35. numer. 1. cum seqq.* & novissimè Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg. 3. part. cap. 13. numer. 101.*

Ex quibus eodem modo dominis inferioribus ratione 7
jurisdictionis, aut dominii, & territorii maris adjacentis hæc emolumenta competere dicendum videtur, cum in locum Regis subrogati sint, ejusque locum ad plura regalia obtinere, sæpius diximus *supr. in capitib. præcedentib.*

Et in specie, quod hæc bona de consuetudine Regni 8
Franciæ jurisdictionis emolumenta reputentur, eaque consequenter illius Regni domini inferiores territorii maris adjacentis, uti aberrantia sibi occupent, testatur Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. Et uxorem nomine Adelasiam, n. 935.*

Sed, his non obstantibus, contrarium omni jure re- 9
solvendum est: imò non solum Dominos inferiores hæc naufragantium bona, ut emolumenta, aut fructus jurisdictionis prætendere, non posse, sed imò nec Regio Fisco applicari, sed potius naufragis miseris, sub gravibus pœnis servari, debere.

Quam conclusionem jure naturali, civili, & cano- 10
nico, & etiam nostris legibus Regiis, consuetudine quoque nostra, & praxi servatis, plenè comprobabo, necnon, & aliorum Regnorum legibus, & consuetudinibus specialibus quibus frequenter ea bona suis dominis restituuntur, quin Fisco Regio, vel aliis inferioribus in dominorum præjudicium acquirantur, quidquid contrarium testentur Gloss. & DD. superius citati.

Pri-

Digitized by Google

11 Primò igitur de jure civili hæc bona fluctibus, & vi
tempestatis ad littus ejecta, ita suis dominis servanda sta-
tuitur, & ab aliis capienda prohibetur, ut ea animo lu-
crifaciendi occupantes in quadruplum teneantur *l. 1. 2.*
12 *& 3. ff. de incend. ruin. & naufrag.* † Et jure Cæsareo simi-
liter bona ista per aliquem occupari, sub pœna publica-
tionis bonorum singulariter prohibetur *in Authent. Na-*
13 *vigia, Cod. de furt.* † Et aliis etiam extraordinariis pœ-
nis, si res exegerit, transgressorum audaciam coerceri,
bonaque suis dominis restitui, statuit Imperator Fideri-
cus *in Extravag. constitut. unic. quæ extat post lib. 5. feudor.*
§. Navigia, unde sumpta est *dict. Authent. Navigia*. Et
14 † per edictum D. Adrian. hæc bona occupantes tanquam
fures, & latrones puniuntur, *l. ne quid ex naufragiis 7.*
dict. tit. de incend. ruin. & naufrag. Menoch. *de arbitr.*
cas. 297. & cas. 394. num. 99. Cur. Philipp. *2. part. lib. 3.*
cap. 13. num. 17. Trentler. *lib. 2. disput. select. disput. 30.*
Thes. 2. & 3. Camil. Borel. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 75.*
num. 21.

15 Quæ quidem bonorum acceptio, vel potius subreptio,
juri etiam gentium maximè adversatur, quo rerum do-
minia separatim fuerunt introducta, earumque spoliatio
prohibita, *§. Ius gentium*, & ibi DD. *institut. de jur. natur.*
gent. & civil.

16 Et de jure Canonico ipso facto ea capientes, ut rapto-
res excommunicantur, *cap. excommunicati, de raptorib.*
Navar. *in Manual. Latin. cap. 17. num. 98. 99. & 170. &*
cap. 27. num. 117. & cons. 1. num. 2. & 3. de pœnitent. & re-
mission. Sot. *de justit. & jur. lib. 5. quæst. 5. art. 3.* Sayrus *de*
censur. lib. 5. cap. 8. Cajetan. *de usur. cap. 1.* Andr. Gail. *lib. 1.*
observat. 18. num. 3. Cur. Philipp. *ubi supr. dict. num. 17.*
Martin. Mesianat. *in epitom. leg. Pontific. lib. 5. tit. 17. ver-*
sic. Qui autem.

17 Imò hujusmodi bonorum naufragantium ablationes,
juri etiam naturali, opponuntur, quid enim miser nau-
fragus fecit, ut dignus sit amissione rerum suarum, quæ
ad ipsum lege naturæ pertinent, ut eleganter dicitur *in*
dict. Authent. Navigia, C. de furt.

18 Et juri Divino, cujus, & naturalibus præceptis proxi-
mum diligere, & præcipuè in tam calamitosa fortuna po-
tius sublevare, quàm spoliare, jubemur.

19 Unde mirabiliter horum bonorum raptores tanquam
in præceptum fidei tendentes in pluribus Bullis Pontifi-
ciis increpantur, ut in Bulla Paul. II. quæ incipit, *Acce-*
pimus edita die 13. mensis Martii ann. 1545. & in Bulla
Jul. III. quæ incipit, *Cum nobis* edita 22. Octobris 1554.
& in Bulla Pii V. quæ eodem modo incipit *Cum nobis* edi-
ta Kalend. Maji ann. 1. sui Pontificatus, in quibus tales
bonorum ablationes, tanquam contra jus humanum, &
Divinum, prohibentur; & eo amplius speciali excom-
municatione indicta per Concilium Lateranense hæc bo-
na naufragata capientes anathematizantur, D. Solorzan.
in Polit. Indian. lib. 6. cap. 6. fol. 964. col. 1.

20 Et novissimè excommunicantur per Gregorium XIII.
in Bulla Cœnæ Domini in Canon. 4. de qua excommunica-
tione latissimè, & plura contra dominos inferiores, vel
alios privatos, necnon, & Principes supremos hæc bo-
na occupantes, quod in eam incidant, Duard. *in expli-*
cat. ejusdem Bull. in Cœn. Domin. Canon. 4. quæst. 1. cum
seqq. Fragos. *de Regimin. Republic. part. 1. lib. 3. disput. 5.*
num. 16. vers. Quocirca, Ugolin. Vivald. Sayr. Sousa *in*
specialib. tractatib. ad explicat. ejusdem Bull. in Cœn. Do-
mini in dict. Canon. 4. & novissimè Domin. Pueron. *in*
Commentar. ad eand. Bull. cap. 4. per tot. ubi Tabien. Graf.
Bonacio. Alter. Scorciam, Fillucium, & alios plures ex
Theologis cumulat.

21 Quorum omnium prohibitionum ea quoque principa-
lis ratio elegans est, quia bona naufragata semper in nau-
fragantium pristino dominio remanere, intelliguntur,
nec ullo pacto ab eis derelicta præsumi, debent, ut per
alios occupari, valeant; quare, si navi jam fracta in
mari, vel ad littus ejecta reperiuntur, cum id vi tempe-
statis, & fortuito casu acciderit, pro derelictis haberi,
nequeunt; † quemadmodum si levandæ navis causa ob 22
superfluum onus, ne navis mergatur, bona projician-
tur, quo casu animo derelinquendi projecta non cen-
sentur, quia licet ea domini dereliquerint, & projece-
rint, hoc non voluntariè, sed potius vi, & necessitate
tempestatis coacti faciunt, id circò occupantis minimè
fiunt, juxta jura vulgar. *in l. Navis levandæ, l. qui levan-*
da 8. ff. ad l. Rhod. de jact. §. fin. Institut. de rer. division.
ubi communiter Institutarii, *l. 7. tit. 9. part. 5. l. 46. tit. 28.*
part. 3. l. 9. tit. 10. lib. 7. Recopilat. & notabil. Gloss. *in cap.*
cum dilecti, ubi Panormitan. *n. 11. de accus.*

Et in utrisque bonis; quòd pro derelictis non habean- 23
tur, sed suis dominis serventur, optimè Pater Molin.
de just. & jur. tom. 1. disput. 55. Salon. *2. 2. quæst. 66. art. 5.*
contr. 1. ad fin. Gabriel. *in 4. dist. 15. quæst. 3. art. 3. dub. 6.*
& 7. Navar. *in manual. cap. 27. numer. 60.* benè Rebuff. *in*
proœm. ad ll. Regias, gloss. 5. num. 74. Fragos. *de regimin.*
Republic. part. 1. lib. 3. disput. 5. numer. 16. vers. Nihilomi-
nus, & novissimè, licet his non relatis, Franc. Rocc. *de*
offic. eorumque regimin. rubr. 16. §. 1. ex num. 11.

Et ad alia, & quando animus derelinquendi in proji- 24
ciente præsumatur? latè resolvunt pro intellectu Text.
in l. Falsus 44. §. Si iactum, ff. de furt. & ejus concordia
cum dictis juribus, Gloss. *in dict. §. Iactum, verb. Ple-*
rumque, Aretin. *in l. interdum 21. §. 1. ff. de acquirend. pos-*
sess. Petr. Peckius *in dict. l. qui levandæ*, Franc. Conan.
lib. 3. commentar. cap. 3. num. 3. Gilchen. *in dict. §. fin. In-*
stitut. de rer. division. ubi alii DD. Menoch. *lib. 3. præsum-*
pt. 30. ex num. 26. Farinac. *de furt. quæst. 168. num. 84.* Ca-
mil. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. dict. cap. 75. nu. 40.*
vers. Quarta declaratio, Domin. Antunez de Portugal.
3. part. de donation. Reg. cap. 13. num. 106. & 107. Qui om-
nes frequenter distinguunt inter res, seu merces prope
littus jactatas, vel si in medio maris, aut longè à littore
jactentur, & in illo casu neutiquam pro derelictis habe-
ri, & consequenter per quoscumque abductas suis domi-
nis restitui, debere, latè resolvunt: sed, ultra omnes,
optimè Dom. Solorzan. *in Polit. Indian. lib. 6. cap. 6,*
fol. 965. column. 1. vers. Y lo mesmo, cum seqq. ubi in sin-
gulari casu elegantem decisionem Regii Senatus Indiarum
adducit, ut indistinctè merces projectæ, & per ali-
quem abductæ suis dominis, solutis impensis, resti-
tuantur.

Pro qua Dom. Solorzan. decisione extat notabilis con- 25
stitutio Honorii II. quæ incipit *Charissimus*, illic: *Piorum*
Imperatorum manavit authoritas, ut etiam earum rerum,
quæ in potestate maris levandæ navis causa eiiciuntur, non
amittatur dominium; non enim aliquis eo animo abiicit,
quòd habere, nolit, sed quo periculum effugere possit, & qui
res ipsas lucrandi animo abstulerit, furtum committit;
quam notabilem constitutionem refert novissimè Domin.
Pueron. *in comment. ad Bul. in Cœn. Dom. d. cap. 4. num. 3.*
vers. Quod notarim.

Quæ quidem jura, & prohibitiones *in dict. Authent.* 26
Navigia, & alia supra relata, licèt non solum in priva-
tis, sed in Fisco quoque Regio ex sua generalitate, & ra-
tione naturali procedant, specialiter adhuc, & quidem
majori cum ratione hujusmodi naufragantium bonorum
occupatio, seu acquisitio Fisco Regio inhibetur per Con-
stantinum *in l. 1. C. de naufrag. lib. 11.* † Indignissimum 27
enim, & contra omnem pietatem visum fuit, ut Prin-
ceps, qui, ut tutissimum asylum omnibus, & præcipuè
miserabilibus personis præbere se debet, eos suis opibus,
& Regio favore sublevando in tam misertima fortuna, &
calamitate, se intromitteret, ut de re tam luctuosa lu-
crum sectetur, & bonorum, naviumque reliquias, qui-
bus calamitosa tempestas pepercit, vel in solatium mise-
ri naufragi ad littus ejecit, in ultimum ipsius excidium di-
riperet, seu captaret: † et adversa vi ventorum, & ma- 28
ris afflicto in portu, ubi salutem sperabat, majorem af-
flictionem addendo, contra vulgare dictum Doctorum,
ne afflicto afflictio alia addatur, *ex cap. cum percutio 7.*
quæst. 1. cap. mulier 5. distinct. l. Divus, ff. de offic. Præsid.

quin

Digitized by Google

quin potius, juxta naturale, & Divinum præceptum,
auxilio est sublevandus, ut proximè notavi, ne tale ho-
minum infortunium, etiam suorum bonorum amissione
prægraverit, ut in simili dixit eleganter Justinianus *in l.*
tam dementis, Cod. de Episcopal. audient. & notant ele-
ganter Navar. *dict. cap. 27. num. 118. ad fin.* Sixtin. *de rega-*
lib. lib. 2. cap. 3. num. 92. Fragos. *de Regim. Reipublic. dict.*
29 *disput. 5. num. 16. vers. Insuper?* † Nec Fiscum decet alie-
nis calamitatibus ditescere, ut eleganter dicitur *in dict.*
l. 1. Cod. de naufrag. lib. 11. & ibi Platea, Gloss. *in cap. di-*
spensationes, verb. Despicimus, quæst. 7. P. Azor. *2. part.*
institut. moral. lib. 11. cap. 6. de Reg. vitiis, & peccat. vers.
Prætereainique sunt, Joann. Gutierrez *lib. 2. Canonicar.*
cap. 9. num. 20.

30 Ex quibus firmiter constat, jure Civili, & Canonico,
& etiam gentium, naturali, ac Divino naufragantium
bona per privatos, aut Fiscum Regium occupari, non
posse, & consequenter nec per dominos inferiores in
suis territoriis, ut jurisdictionis, aut dominii fructus,
seu emolumenta, sed omninò suis Dominis servari, de-
bere.

31 Quæ ita procedunt, ut nec consuetudo in contrarium
admitti, debeat, etiam si longissimi temporis, vel im-
memorialis sit, quia manifestè talis consuetudo contra
omne jus tenderet, omnique rationi, & pietati Chri-
stianæ adversaretur, ex quo sustineri, non debet: ideò
justè quæcumque locorum consuetudo circa horum bo-
norum occupationem tollitur *in dict. Authent. Navigia*,
32 *C. de furt.* † eamque, si aliquo loco sit, potius corrupte-
lam, quàm consuetudinem vocant Ponte *decis. 21. nu. 10.*
Federic. de Sen. *cons. 107.* Reverter. *decis. 77.* ubi Marin.
in observat. qui proinde servari, non debere, asserunt
optimè contra eam, Camil. Borrel. *de præstant. Reg. Ca-*
tholic. cap. 75. num. 19. & novissimè Franc. Rocc. *de offic.*
regim. rubr. 16. §. 1. ex num. 11. cum ejus prætextu miseri
naufragi post tam adversam fortunam suis rebus spolien-
33 tur; † quare consuetudinem hanc impiam etiam, &
crudelem meritò appellant, atque acriter ea utentes in-
crepant, D. Covarruv. *in regul. peccatum, 3. part. §. 1.*
num. 5. Andr. de Isernia *in Constitut. Regn. Neapol. incipit*
Rapinas, & ibidem Matth. de Afflict. *num. 5.* Joann.
Gutierrez *Canonicar. quæst. lib. 2. cap. 9. num. 20.*

34 Ex quibus etiam per plures Bullas Pontificias deroga-
tur, ut per Paulum Quintum, Julium Tertium, Pium
Quintum in Bullis, quas supra numer. 19. citavi, in
quibus hæc consuetudo irrationabilis, ac corruptela
appellatur, & ut juri naturali, divino, & gentium
contraria rejicitur; & post omnes expressè hæc quo-
que consuetudo etiam longissimi temporis, vel imme-
morialis tollitur per Gregorium XIII. *in Bulla Cœnæ Do-*
min. dict. Canon. 4. ubi, non obstantibus quibuscum-
que consuetudinibus, licet immemorialibus, hu-
jusmodi naufragantium bona occupantes excommuni-
cantur.

35 Plenèque ita resolvunt contra Dominos inferiores,
nec non, & Principes supremos hæc bona in suis terris
tanquam propria regalia, vel jurisdictionis fructus,
vel emolumenta vigore cujuscumque consuetudinis ac-
cipientes, Navar. *in manual. cap. 27. numer. 118.* Sayr.
lib. 3. Thesaur. cap. 8. numer. 7. Hugolin. *de censur. Pon-*
tific. reservat. in Bull. Cœn. part. 2. cap. 4. §. 1. Paludan.
in 4. sententiar. disputat. 18. quæst. 3. artic. 4. plenè Duard.
in explicat. Bull. in Cœn. Domin. dict. Canon. 4. quæst. 19.
36 *cum sequentib.* † ubi quòd non solum futura consuetudo,
verum etiam præterita per *dict. Canon. 4.* Bullæ Cœnæ
37 derogetur: † & in *quæst. 21.* quòd nulla præscriptio hu-
jusmodi bona occupantibus, tanquam malæ fidei, &
rerum furtivarum possessoribus, suffragetur; & cum
aliis noviter latè hanc consuetudinem improbant Souss.
in relection. ad dict. Bull. disputat. 38. conclus. 1. Domi-
nic. Pueron. *in Commentar. ad dict. Bull. super Canon. 4.*
num. 57.

38 Imò nec aliquo statuto, aut lege municipali hujus-
modi bona Fisco Regio applicari, poterunt: nec privi-
legio dominis inferioribus, vel aliis concedi, ut latè
resolvunt Pater Suarez *de censur. disputat. 21. sect. 2. n. 35.*
Ugolin. *dict. cap. 4. §. 1.* Tabien. *verb. Excommunicatio 5.*
cas. 25. numer. 4. Duard. *in dict. Canon. 4. Bullæ, quæst. 17.*
Navar. *in manual. dict. cap. 27. numer. 118.* Bonacin. *de*
censur. disputat. 1. quæst. 5. punct. 4. numer. 8. & cum aliis
Soussa *in relection. ad Bull. in Cœn. Domin. d. disput. 38.*
conclus. 1. qui omnes juxta Bullæ in Cœna Domini prohi-
bitionem in *dict. Canon. 4.* loquuntur, communiterque
resolvunt, excommunicatione teneri vassallorum Do-
minos, aut Principes supremos, sive alios quoscum-
que prætextu cujuslibet statuti, aut privilegii naufra-
gantium bona percipientes: † etiamsi causa, cui fue- 39
rint applicata, pia sit, Cajetan. *verb. Excommunica-*
tio, cap. 23. Navar. & Suarez *ubi proximè*, Dominic.
Pueron. *in Commentar. ad dict. Bull. num. 57.* † quia non 40
est licitum, invito domino, rem ab eo ex qualibet cau-
sa, etiam pia, sine culpa auferre; † cum pia aliun- 41
de intentio rei alienæ, invito domino, contra omne
jus contrectationem justificare, nequeat; † quapro- 42
pter etiamsi per longissimum tempus, vel immemoria-
le tales consuetudines, statuta, sive leges, aut privi-
legia fuerint servata, expressè derogantur in dict. *Ca-*
non. 4. ut, & apud nos singulariter per nostra jura Regia
infrà referenda. † Quæ semper intellige, nisi, post ad- 43
hibitam diligentiam in inquirendis dominis, eis non re-
pertis, Fisco Regio ut bona vacantia, vel aliquibus piis
usibus applicentur, vel nisi hæc bona infidelium, aut
piratarum sint, ut latius ad has limitationes infra di-
cam.

Quibus ita resolutis, pro pleniori hujus quæstionis 44
resolutione restat adhuc, ut nostram verissimam resolu-
tionem defendamus à contrariis assertis circa consue-
tudines, quas non solum in nostra Hispania, verum et-
iam in omnibus Regnis, ac Provinciis Europæ extare,
dicunt DD. citati supra num. 4. & seqq. & præcipuè Gloss.
Renat. Choppin. Bodin. Sixtin. Camil. Borrel. & Domi-
nic. Antunez ibi adducti, qui maximè nostræ Hispaniæ,
ipsiusque admodum Catholicis Regibus hanc impiam
consuetudinem tribuunt, & intendunt, & ob id
acriter nostros Reges increpant, sed certè falluntur
doctissimi alioquin viri, & dum de nostris consue-
tudinibus attestari, intendunt (quod difficilimum
alienigenis semper reputatur, ut proximè, dicam)
nostrorum jurium circa prædicta naufragantium bona
loquentium, quæ facilius omnibus patent, obliviscun-
tur.

Igitur quoad consuetudinem, quam prædicti DD. per 45
totam nostram Hispaniam servari, dicunt, & nostris
Regibus tribuere volunt, ut naufragantium bona, et-
iam dominis comparentibus, sibi occupent, vel, ut
ipsi dicunt, usurpent, dicendum est, hanc consuetudi-
nem tam à nobis alienam esse, ut potius contrarium in
omnibus Hispaniæ portubus servetur, & in Provinciis,
ac Regnis suæ ditionis subjectis, in quibus hujusmodi
bona cum magna cura, & providentia suis dominis omni-
nò servantur.

Imò id quoque jure nostro Regio tam antiquo Partita- 46
rum, & Ordinamenti, quàm noviori Recopilationis
expressè statuitur, & quidem fortius, & uberius, quam
per dicta jura civilia in dict. *Authent. Navigia, C. de furt.*
& alia supra relata.

Primò id manifestè cavetur in nostra *l. 7. tit. 9.* 47
part. 5. quæ prius in prima parte tractat de rebus, quæ le-
vandæ navis causa in mare projiciuntur, quas quomodo-
libet postea inventas suis dominis servandas, jubet no-
stra lex, ibi: *Miedo de muerte mueve à los Mer-*
caderes, è à los otros omes à echar sus mercaderias en la
mar, quando han tormenta, con entencion de aliviar
las naves, porque puedan estorcer de peligro; E por en-
de tenemos por bien, è mandamos, que todas las cosas,
que assi fuessen echadas, que quien quier que las falla, que

sea

Digitized by Google

sea tenudo de las dar à aquellos cuyas fueren, ò à sus herederos.

48 Post quæ idem statuit nostra lex in secunda ipsius parte in rebus, aut mercibus, quæ vi tempestatis, fracta navi, ad littus appulerint, ibi: *Esso mismo dezimos, que debe ser guardado, si acaesciere, que la nave se quebrantasse por tormenta, ò de otra manera, que todo quanto pudiere ser fallado della, ò de las cosas, que eran en ella, ò quier que lo fallassen, que deve ser de aquellos, que lo perdieron.*

49 Ex quibus constat, omnia prædicta bona, ut vides, suis dominis intacta servanda nostram legem statuere.

50 Et, quod magis est, non obstante quacumque contraria consuetudine, vel privilegio, utpotè contra rationem, & jus naturale, hujusmodi naufragata bona suis dominis servanda statuit eadem nostra *lex 7. Partit.* ibi: *E defendemos, que ningun ome non gelo pueda embargar, que lo non ajan: maguer oviesse privilejo, ò costumbre usada, que tales cosas como estas, que aportassen à algun puerto suyo: ò que fuessen falladas cerca de algun Castillo, ò en ribera de la mar, que deben ser suyas: nin por otra razon, que ser pueda: Ca non tenemos por derecho, que las cosas que los omes pierden por ocasion de tal mal andanca, que las pueda ninguno tomar por costumbre, nin por privilejo que aya:* In

51 † quibus, licet quoad consuetudinis derogationem juri communi nostra lex conveniat, siquidem eodem modo derogatur *in dict. Authent. Navigia, & in dict. constitut. Fiderici*, quoad vero privilegii invalidationem jus Civile ampliat, vel si mavis, potius declarat, quia nec jure Civili talia privilegia in tertii præjudicium, seu, & quidem proprius, aliena subripienua, substineri, potuisse, censeo: quod quidem, post nostram legem Partitæ, statuitur, etiam & sub excommunicatione prohibetur in *Bull. Cœn. Dom. in Canon.* 4. ubi similiter hæc privilegia derogantur, ut supra dictum remanet.

52 Quæ quidem omnia servari, jubentur jure nostro Regio noviori *in l. 3. & 10. tit. 12. lib. 6. Ordinament.* quæ extat *in l. 9. tit. 10. lib. 7. Recopilat.* in quibus omnia naufragantium bona superius *in leg. Partitæ relata* dominis servantur, & ab eorum occupatione privati arcentur, nisi eo animo, ut dominis servent, interimque custodiant; & in hoc casu non aliter occupationem istam, licet prætextu custodiæ, lex permittit, nisi, vocatis prius judicibus locorum, vel in eorum defectum aliquibus probatis viris, coram quibus talia bona prius describantur pro ratione postea dominis reddenda, & quod aliter facientes, vel hæc bona, licèt prætextu custodiæ, occupantes, tanquam fures teneantur.

53 Et idem cavetur *in l. 11. dict. tit. 10. lib. 7. Recopilat.* Et

54 † hoc amplius in nostris dominis inferioribus, ne videlicet, aliquod emolumentum, seu pretium exigant ratione naufragii, aut navis fractæ, quæ, & ad ipsorum portus pervenerit, sub pœna, pro prima vice quadrupli, ultra simpli restitutionem, & pro secunda portus, & oppidi propinquioris ipsorum dominorum amissione, & hoc, non obstante in contrarium circa dictam exactionem quocumque usu, aut consuetudine, quam ut corruptelam excludit, & abrogat ipsa lex.

55 In Indiis autem idem servari, & quòd bona, aut merces naufragatæ per justitias ordinarias locorum, ubi naufragium contigerit, ad Regiam Audientiam Contractationis Hispalis sint remittenda, ut ibidem earum dominis cognitis tradantur, testatur D. Joseph. de Veitia *en su Norte de la Contratacion, lib. 1. cap. 15. num. 40. & 41. & lib. 2. cap. 20. num. 3. & 15.* ubi, quòd omnia bona, aut merces per Judices ordinarios describantur, & si conservari, non possint, vendi, curent observatis prius signis, & marchis, vel aliis iudiciis, quibus de ipsarum dominis constare, possit, ut his omnibus ad Regiam Audientiam Contractationis, cum pretio redacto, missis, veris dominis mercium suarum pretium præstetur, juxta plures Schedulas, & Ordinationes Regias per eundem D. Joseph. de Veitia traditas, quæ hodie novissimè recopilatæ inveniuntur *in l. 2. & 23. tit. 38. de los navios arribados, lib. 9. Recopilat. ll. Indiar.* & in bonis defunctorum similiter disponitur, *in legib. tituli 14. eiusd. lib. 9.*

Quæ nostra jura, & quæ per ea circa bona naufragantium justissimè statuuntur ita inconcusè consuetudine, 56
& praxi per totam nostram Hispaniam ipsiusque portus inviolabiliter servantur, non solum per privatos, sed per Fiscum Regium, ut nunquam viderim, nec audiverim, hæc bona naufragata suis dominis denegari, nisi ea forsan ratione, quia de dominio ea prætendentium clarè non constet, quo casu justè per Fiscum Regium, ejusque Judices tales res custodiæ causa detinentur, quousque de veris dominis, quibus restitui debeant, appareat: Quam nostram praxim, & universalem consuetudinem mihi etiam declararunt plures doctissimi Regii Fiscales, & Consiliarii, peritissimique Advocati diversorum locorum, & Tribunalium, & præcipuè Sanctæ Cruciatæ, ubi de his bonis plerumque tractatur sub prætextu, quòd sint incerta, & *Mostrencos*, si fortè domini non inveniantur, in quo dumtaxat casu Regius noster Fiscus hujusmodi naufragantium bona justissimè, ut vacantia occupat, ut plenius ex prima, & principali limitatione ad prædictorum jurium prohibitionem proximè patebit.

De qua supradicta nostra praxi, & prædictis juribus 57
Regiis, licet pauci ex Regnicolis meminerint, præter Azeved. *in dict. l. 9. Recopilat.* Cut. Philip. *part. 2. lib. 3. cap. 3. num. 17.* D. Solorzan. *in Politic. Indian. lib. 6. cap. 6. fol. mihi 963. columm. 2. vers. Y de esta*, qui aliqua ex dictis juribus breviter dumtaxat, & quasi per transitum referunt, contenti forsan cum prædicta praxi, & indubitata consuetudine: ego tamen hæc jura, & praxim fusius exposui, ut omnibus, & præcipuè alienigenis pateat, quàm injustè contraria impiissima, Regisque Catholici indigna consuetudo nobis tribuatur, per Glossam, Bodin. Renath. Choppin. Antunez de Portugal, & DD. supr. relatos nostrarum quidem legum, & juxta eas totius Hispaniæ veræ consuetudinis ignaros, cum potius nostra jura Regia, & hujus Regni praxis juri Cæsareo in *dict. Authent. Navigia*, & Canonico, & maximè dicto *Canon.* 4. Bullæ in Cœn. Domin. (de qua supra) Indubitanter conveniant.

De qua erga nos exterorum præfata calumnia non mi- 58
ror, quia nec magis feliciter, aut verè iidem DD. Renat. Choppin. Camil. Borrel. Portugal. & alii de Neapolis, Siciliæ, aliorumve, Regnorum eadem iniqua consuetudine attestati fuere, siquidem in his etiam Regnis consuetudines, ut Fiscus Regius bona naufragata lucretur, eo dumtaxat casu intelligi, debent, cum, videlicet, Domini, vel eorum successores post legitimam inquisitionem factam non apparent, quo casu bona vacantia, & incerta remanent, & consequenter ea Fiscus rectè sibi occupat, ut plenius ad hanc intelligentiam, & declarationem hujusmodi Fiscalium occupationum, tam in nostro Fisco Regio, quàm in aliarum Provinciarum, proximè dicam in sequenti limitatione.

Supradicta igitur omnia, ut de jure communi, Cano- 59
nico, & Regio naufragantium bona suis dominis restitui, debeant, quin in eis Fiscus Regius, vel alius inferior intromittere se, valeat, juxta *dict. l. 1. Cod. de naufrag. lib. 11. dict. Authent. Navigia, dict. Canon. 4. Bulla in Cœn. Domin.* & alia jura Canonica, & Regia superius adducta pro pleniori nostræ principalis quæstionis expositione, quando horum bonorum emolumentum, ut Supremæ jurisdictionis fructus Fisco Regio quæri, valeat? vel etiam ratione privilegii, vel immemorialis consuetudinis dominis inferioribus competere, possit? dupliciter limitanda sunt; ex quibus etiam limitationibus clarius patebit de nostri Regni praxi, & consuetudine, & quam justissimè, & secundum leges Civiles, & Canonicas Fiscus noster Regius in his bonis se gerat.

Primò supradictas omni jure prohibitiones, ne Fiscus 60
Re-

Digitized by Google

Regius, vel alius in naufragantium bonis se intromittat, notabiliter limita, & declara, ut non procedant casu, quo ipsorum domini, vel dominorum legitimi successores non appareant, tunc enim ea bona sine dubio ad Fiscum pertinebunt, quia non, ut naufragata, sed ut vacantia, aut incerta, & *Mostrencos* reputari, debent ex dictis supra in capit. præcedent. & consequenter ea rectè Fiscus, ut sua, vindicabit ex dict. *l.* 1. *Cod. de bon. vacantib. l.* 6. *tit.* 13. *part.* 6. *l.* 6. & 7. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recopilat.* & aliis juribus, & authoritatibus ad acquisitionem aliorum bonorum vacantium, vel incertorum pro Fisco adductis supra in capit. præcedent. ex numer. 16.

61 Quam singularem declarationem tradunt eleganter in nostris naufragantium bonis, &, quòd dominis, aut legitimis successoribus, post legitimam inquisitionem factam, non comparentibus, sine dubio ad Fiscum Regium, ut vacantia, & incerta spectent, Andr. de Isernia *in Constitut. Regn. Neapol. Dohanæ secreti, vers. Ditit hic gloss.* & ibidem Matth. de Afflict. *numer.* 21. Carol. de Tap. *de jur. Regn. Neapol. lib.* 2. *super eadem, constitut. Dohanæ secreti,* &, licet nullo in specie relato, optimè eodem modo declarat D. Solorzan. *in Polit. Indian. lib.* 6. *cap.* 6. *fol.* 964. *column.* 1. *vers. Perosi, cum seqq.* & novissimè cum aliis Franc. Rocc. *de offic. eorum qui regimin. rubr.* 16. §. 1. *ex n.* 20.

62 Quæ quidem limitatio, vel potius declaratio non contrariatur dispositioni *Bullæ in Cœn. Domin. in Canon.* 4. superius relato. Sed imò ei convenit juxta DD. ejus prohibitionem explicantes, qui omnes præcipuè eam limitant, & intelligunt in casu, quo domini appareant, quibus hæc bona restitui, possint: secus si non reperiantur; nam tunc in eorum defectum benè per Principes hujusmodi bona, post factam pro eis inquirendis diligentiam, aliquibus piis, vel licitis usibus applicari, posse, & super eo statuta fieri, optimè, ultra relatos ad intelligentiam *dict. Canon.* 4. *Bullæ in Cœn. Domin.* resolvunt Suarez *de censur. disputat.* 21. *sect.* 2. *num.* 35. & cum aliis Domin. Pueron. *in comment ar. ejusdem Bul. dict. Canon.* 4. *num.* 64. Sous. *in relect. ad eandem Bul. disput.* 38. ubi de ordinatione Lusitanica, qua hæc bona, post sex menses domino non comparente, Redemptioni Captivorum applicantur, de qua, & de aliorum Regnorum similibus legibus municipalibus, & consuetudinibus proximè dicam.

63 Ex qua verissima, & quidem justissima declaratione, meo videri, oritur, & fundantur ferè totius Europæ Regnorum, ac Provinciarum universalis consuetudo, & jura municipalia, quibus hæc naufragantium bona per Fiscos Regios occupantur, quæ jura, & consuetudines apud omnes procedere, existimo, non ut statim Fisco Regio quærantur, quin, dominis postea comparentibus, juxta superius latè fundata, restitui, debeant, sed ut custodiæ tantùm causa interim, quo domini reperiuntur, per Fiscum protegantur, & dominis serventur, vel in eorum, alteriusve legitimi successoris defectum ea sibi, ut vacantia, vel incerta bona Fiscus retineat, quod quidem satis justè à Principibus, eorumque Magistratibus inferioribus, littoribus, locisque maritimis adstantibus, eaque regentibus fit, ne aliàs, hac Regia protectione deficiente, naufragantium bona per privatos subripiantur, & ita etiam Fiscale, in defectum dominorum, interesse defraudetur.

64 Quæ Principum bonorum naufragantium in hunc modum occupationes eo magis justificantur, quòd etiam quibuslibet aliis privatis jure communi permittebantur, si non animo ea lucrandi, sed custodiæ causa fierent, ut est Text. expressus *in l. si falsus creditor,* §. *Si jactum* 11. *in verbis, ut salvum facere domino, ff. de furt.*

65 † Nec in Bullæ Cœnæ excommunicationem incidunt, ut ex Cajetan. Navat. Armil. & aliis resolvunt Nald. *in summ. verb. Bulla Cœna, numer.* 23. Ugolin. *de censur. Pontific. reservat. part.* 2. *cap.* 4. §. 1. *in fin.* Suarez *de censur. dict. disputat.* 21. *sect.* 2. *numer.* 32. Bonacin. *de censur. disputat.* 1. *quæst.* 5. *punct.* 2. *numer.* 4. Scortia *in Bull. select. Theorem.* 413. Sous. *in dict. relect. ad Bull. disputat.* 33. Alter. *tom.* 1. *de censur. lib.* 5. *disputat.* 5. *cap.* 1. *in fin.*

Juxta quæ, & non aliter, procedere, & intelligi, debere, existimo universalem Regnorum Europæ maximè Principum Christianorum consuetudinem circa hæc bona per Fiscos Regios capienda, ut prius custodiæ, & protectionis causa occupentur, postea autem post legitimas diligentias pro inquirendis dominis, vel successoribus factas, eis non inventis, penes Fiscum, ut vacantia remaneant, non vero, ut ea indistinctè, etiam in præjudicium dominorum Fiscus lucretur, ut intellexerunt Gloss. Renat. Choppin. Bodin. Camil. Borrel. Dom. Antunez, & alii DD. sopr. num. 4. relati, ob id nostros Reges Hispaniæ, & generaliter omnes Principes Europæ increpantes, sed malè, ut vides, & clarius infra patebit. 66

Et primò apud nos supradicta omnia absque dubio procedunt, nam prius naufragantium bona per Magistratus inferiores, sive Sanctæ Cruciatæ subdelegatos custodiæ causa capiuntur, & suis dominis servantur, juxta nostra jura Regia superius, à num. 46. adducta: & deinde, si, factis pro inquirendis dominis, vel legitimis successoribus diligentiis, non compareant, in eorum defectum, ut bona vacantia, vel incerta Fisco Regio Sanctæ Cruciatæ applicantur, cui cætera quoque vacantia competunt; cum hac tamen limitatione, ut ex his bonis naufragans Fisco Cruciatæ dumtaxat quærantur bona illa, seu merces, quæ in navigiis inveniuntur, vel continebantur, non ipsa navigia, nec arma offensiva, vel defensiva in eis inventa, quæ Fisco Tribunalis Belli, ut ipsius præcipua competunt, & ei quotidie in Consilio Cruciatæ reservantur, ac remittuntur, ut utriusque Consilii Ministri mihi testati fuere. 67

Et etiam juxta dictam declarationem, de jure municipali Regni Neapolis consuetudine, & praxi illius Regni, ibidem prædicta procedere, statuitur; Fiscalemque istam occupationem, seu limitatam, in defectum dominorum, acquisitionem bonorum naufragantium facere, posse, licet in eo similiter eandem consuetudinem generaliter, ut in omni casu bona naufragata per Fiscum Regium occupentur, servari, tradant DD. Renat. Choppin. Camil. Borrel. Dominic. Antunez de Portugal. & alii supra citati, sed certè in illo Regno praxis ista, & consuetudo dumtaxat viget, cum horum bonorum domini, istorumve legitimi successores non inveniuntur, quo solo casu hæc Fiscalis occupatio procedit, ut expressè cavetur specialibus juribus illius Regni, quæ extant in constitut. incipit, *Dohanæ secreti, sub tit. de offic. secret.* & *in constitut. Rapinas,* in quibus, quòd non aliter bona naufragata per Fiscum vindicari, debeant, quàm in defectum dominorum, alteriusve legitimi successoris: Quæ jura, & constitutiones de praxi, & consuetudine in illo Regno inviolabiliter servari, testatur DD. Neapolitani Andr. de Isern. *in eadem constitut. vers. Ditit, hic glossa,* & ibidem Matth. de Afflict. *num.* 21. *vers. Superfunt,* Carol. de Tap. *de jur. Regn. Neapol. lib.* 2. *super dict. constitut. Dohanæ secret.* & novissimè Franc. Rocc. *de offic. regimin. rubr.* 16. §. 1. *num.* 20. *cum seqq.* de quo jure speciali, & limitata consuetudine, & Regnicolis eandem attestantibus, cum non meminerint Renat. Choppin. Camil. Borrel. & alii supra adducti, non mirum est, contrariam generalem consuetudinem huic etiam Regno attribuisse. 68

Et in Lusitania idem servatur ex Ordinat. illius Regni, *lib.* 2. *tit.* 32. ubi quòd per sex mensium spacium, dominus spectetur, & quod, eis elapsis, nec comparente, exactori Redemptionis Captivorum adjudicentur, ut testatur Sousa *in relect. ad Bul. Cœn. disputat.* 38. quod jus Lusitanæ valdè extollit Dominic. Antunez de Portugal. 69

3. part.

Digitized by Google

70 *3. part. de donat. Reg. cap. 23. num. 97. & tot.* † Ubi suos Reges laudat ea eo, quòd per dictum jus Ordinamenti recessisse, dicat à generali Neapolis, Hispaniæ, cæterorumque Regnorum consuetudine, quam, & præcipuè nostram, usurpationem vocat; sed minus justè, cum doctissimus alioquin vir, & convicinus animadvertere, debuisset, idem, quod per dictum jus Lusitanum, per nostras etiam leges, & consuetudines supra relatas statui, & observari.

71 Imò favorabiliora sunt nostra jura, & consuetudines miseris naufragantibus, quàm jus Lusitanorum; nam per hoc dumtaxat per spacium sex mensium domini spectantur, quo tempore elapso, si non compareant, eadem pro Redemptione Captivorum plenè adjudicantur, prout sentire, videtur Dominic. Antunez *ubi proximè*, apud nos vero, cum hæc per Fiscum Sanctæ Cruciatæ, cui ut alia incerta sunt applicata, in defectum dominorum occupantur, tanquam in bona vacantia, vel *Mostrencos*, prius per unius anni, & duorum mensium terminum bona naufragata pro inquirendo domino præconizantur, ut in his bonis incertis supra dictum remanet in cap. præcedent. & in nostris naufragatis bonis, *supra ex num. 67.*

72 Et quod magis est, & quidem nostrorum Catholicorum Regum pietate dignissimum, etiam si post hæc præconia, & terminos, adjudicationemque Fiscalem domini compareant, eis sua bona restituuntur, juxta praxim, & doctrinas relat. supra in discursu hujus §. Nam licet Fiscus Cruciatæ, cui hæc bona adjudicantur, opus pium sit, cum in eo hæc, & similia bona pro Saracenorum, Turcarum, aliorumque infidelium expugnatione, & nostræ fidei Catholicæ defensione converti, debeant, nullum tamen magis pium opus, quàm, quòd propriis dominis suæ res restituantur, ut communiter notant Moralistæ.

73 Et in specie, quòd hæc bona naufragata quandocumque domino comparenti restitui, debeant, tradunt Suarez *de censur. dict. disputat. 21. sect. 5. num. 35.* Sousa *dict. disputat. 38.* Domin. Pueron. *in commentar. ad Bull. Cœn. num. 64.*

74 Quod singulariter intellige, nisi in pios usus per Principem, vel alium jam fuerint erogata, & consumpta; quo casu non est dicendum, Principem ad restitutionem teneri ea propriis; siquidem justè, & bona fide, post legitimam dominorum inquisitionem, erogaverit; ideò in ipsius detrimentum vergere, non debet, ut optimè animadvertit Domin. Pueron. *ubi proximè, num. 65.* Ubi hoc
75 † subtiliter, & cum magno judicio subintelligit, cum in opus pium fuit consumptum, ad cujus erogationem Princeps ea propriis necessariò non tenebatur: secus si in Reipublicæ utilitatem consumpsit, veluti in bellis, sive alia, quæ expensis publicis fieri, debeant, quo casu tenebitur Princeps aliquam compensationem, vel bonum cambium dominis, etiam post longum tempus, comparentibus præstare; quia in rem, vel patrimonium ejus, aut in Reipublicæ commodum est versum: aliàs cum alterius jactura Princeps locuplex remaneret, contra vulgarem regulam juris.

76 Juxta quæ apud nos Princeps hæc, & similia bona incerta, vel eorum æstimationem dominis quocumque tempore venientibus restituere, tenebitur, etiam si post earum pretii consumptionem, compareant, cum semper, per Fiscum Cruciatæ, cui hæc applicantur, pro Maurorum, aliorumque infidelium defensione erogentur, quibus sumptibus Principem de regali patrimonio teneri, nemo dubitat. Nisi adhuc quis subtiliter dicat, aut pro Fisco respondeat, tunc Fiscum, post præconia, & aliàs solemnes dominorum inquisitiones bona naufragata in proprios usus impendentem, non aliena erogasse dicendum, sed propria, et in defectum dominorum, Bullis Pontificiis in perpetuum applicata, maximè consumptione secuta, quasi in præmium hujusmodi bonorum custodiæ eo usque adhibitæ, necnon, & in pœnam negligentiæ dominorum intra terminos lege assignatos non comparentium, quorum assignatio, & reliquæ pro inquirendis dominis solemnitates, si hoc non operarentur, superfluæ ferè, ac inutiles essent: quod similiter in usucapionibus, aut præscriptionibus invenimus, quibus peractis, non amplius res semel per eas quæsitæ pristinis dominis comparentibus jure externo restituuntur, quidquid jure interno Moralistæ disputent. Sed quidquid hæc de rigore juris in favorem Fisci Cruciatæ procedere, videantur, de æquitate tamen à præfata pro dominis sententia non recederem, ot eis, etiam post rerum consumptionem in usibus Fiscalibus, comparentibus aliqua compensatio detur, maximè si pauperes sint, & allegata, & probata aliqua justa causa, qua fuerint detenti, ne citius comparerent, quæ maximè, ac frequenter in miseris naufragantibus ad esse, solet.

Ex qua verissima declaratione, & juxta eam nostræ 77
Hispaniæ, Regni Neapolis, Lusitaniæ, & ut vereor, ac dictum remanet, cæterorum Regnorum maximè Christianam Religionem profitentium recepta praxi, & limitata sic justissima consuetudine, ut videlicet per Fiscum Regium bona naufragata dumtaxat in defectum dominorum occupentur, intellectum, & declaratum remanet Glossæ, Renat. Choppin. Camil. Borrel. & communis Doctorum dictum nostræ Hispaniæ, aliisque Regnis, & Provinciis Christianis, earumque Regibus Catholicis generaliter, ac indistinctè contrariam consuetudinem capiendi bona naufragata attribuentium, etiam certis dominis existentibus; quia, ni fallor, hæc nostra, & aliorum Regum Catholicorum limitata consuetudo non benè per Gloss. & alios DD. percepta ansam eis præbuit, ut assererent, in nostra Hispania, aliisque Regnis Christianis generaliter, & in omni casu per Fiscos Regios, etiam in præjudicium certorum Dominorum, occupari, vel, ut ipsi dicunt, usurpari, & quòd ob id nostrum, & alios Christianissimos Reges increparent, sed minus justè, ut ex dictis apparet, cum nostra consuetudo, & jura Regia supra adducta, & per DD. non cognita, dumtaxat in defectum dominorum, alteriusve legitimi successoris hoc jus Fisco Regio tribuant, & consequenter cum bona naufragata vacantia, aut incerta esse, cœperint, quo casu generaliter apud omnes nationes ad Fiscum Regium pertinere, indubitanter omnes asserunt, ut in aliis bonis vacantibus, & incertis dictum remanet supra in cap. præced. ex n. 16.

Quibus ita se habentibus, meritò notari debet, quod 78
Gloss. & tot. doctissimi Authores in Principibus pietatem, & Religionem Christianam profitentibus contra expressa jura Canonica, & Civilia, præceptaque naturalia, & Divina, necnon contra ipsorum Regnorum jura municipalia contrarium crediderint, & de consuetudine testati fuerint.

Qui etiam DD. & eorum assertiones, licèt satis mani- 79
festè ex supradictis convincantur, adhuc etiam eleganter alio ex capite convinci, poterant, nec eis credi, debeat; quia nimirum, quamvis regulariter Doctori de consuetudine testanti, credendum, plures teneant ex doctrina Bartol. *in leg. de quibus, numer. 23. ff. de legib.* quam communem dicunt ibidem Bart. & Alexand. *in l. post dotem, nu. 29. ff. solut. matrim.* Jacob Porta *in concl. 24.* incipit *Doctori*, Decius *in l. 2. §. Mutui datio, ff. si cert. petat. & concl. 559. num. 6. & 694. num. 4.* † Ubi quòd fal- 80
tim onus probandi contrarium in adversarium transferat, & quòd interim credatur, quòd maximè procedere, si non unus, sed plures de consuetudine testentur, ait Cravet. *consf. 800. num. 8.*

Quamvis, inquam, hoc de Doctoribus consuetudi- 81
nem attestantibus verum sit, id tamen limita, & intellige, si de consuetudine, & praxi propriæ patriæ Tribunalis, aut loci, in quo versatus fuerit Doctor, attestetur: secus vero, si de alienarum Provinciarum, aut locorum consuetudinibus, ut communiter resolvunt DD. Jason. *in d. l. de quibus, numer. 28.* Purpurat. *in dict. l. 2.*

§. *Mu-*

Digitized by Google

82 §. *Mutui datio*, Aretin. *conf.* 132. *num.* 2. † Ubi quod nec
onus probandi contrarium transferat, & hanc senten-
tiam communem, & magis communem dicit Bursat.
cons. 43. *num.* 54. *lib.* 1. & eam communiorem appellat
Alciat. *in l. anniculus la* 2. *ff. de verbor. signif.* Jason. *in l.* 1.
lect. 1. *num.* 5. *ff. solut. matrimon.* & cum aliis antiquiori-
bus Bobadil. *in Polic. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 50.

83 Ad quod est elegans Rotæ *decis.* 233. *part.* 1. *in novis-
sim. diversor. num.* 17. quæ loquens de insigni Doctore
Rebuffo, qui in illo casu testabatur de stylo Curiæ Ro-
manæ, in qua nunquam fuerat versatus, mirabiliter
ait: *Nec apud ita tenentes erat in aliqua consideratione at-
testatio Rebuffi de stylo Curiæ, cum ipse nunquam in Curia
fuerit*, benè Rolland. à Vall. *cons.* 98. *num.* 22. *& cons.* 94.
num. 22. *lib.* 4. ubi quòd ideò Bossio, & Julio Claro atte-
stantibus de consuetudine non sit credendum, nisi in
84 Statu Mediolani, ubi fuerunt Senatores: † Quod pro-
cedit etiam si per duos illustres, & insignes DD. attesta-
tio fiat, Curt. *consil.* 78. *columm. fin.* Alexand. *in dict. leg.
post dotem, versic. Sed puto, ff. solut. matrimon.* nec si
per plures, Purpurat. *consil.* 315. *numer.* 14. *cum seqq.*
Strach. *in tractat. de mercatur. tit. de decoct. part.* 5. *num.* 6.
Mascard. *de probation. conclus.* 426. ubi multis modis hanc
conclusionem limitat, & intelligit, Cardin. Tusch. *pra-
85 cticar. conclus. litter. D. conclus.* 558. *ex numer.* 10. † Et
numer. 18. optimè declarat, nisi Doctores de consuetu-
dine Regni exteri attestantes diu in eo vixerint, & vero-
similiter eam cognovisse, præsumantur, benè Farinac.
in prax. criminal. quæst. 37. *numer.* 170. ubi contra quos-
dam Doctores, qui de generali totius Italiæ consuetudi-
ne apud eum testantur, quibus credi, non debere, ait,
cum forsan in tota Italia non fuerint versati: & novissi-
mè resolvit eruditus vir D. Michael Antonius Frances de
Urrutygoit. in suo pleno tractatu *de Ecclesiis Cathedralib.*
86 *cap.* 24. *num.* 142. *cum sequentib.* † qui id maximè procede-
re, ait, si de abroganda dispositione Pontificia contra-
ria consuetudine agatur, & quomodo hæc probari, de-
beat?

87 Qua verissima resolutione stante circa Doctores de
alienigenis consuetudinibus attestantes, quis (ut rem
nostram prosequamur) attestationibus Gloss. Renat.
Choppin. Camil. Borrel. Bodin. & aliorum, de quibus
supra, licet peritissimorum Doctorum credet? qui non
solum, de nostræ Hispaniæ stylo, & praxi, sed de to-
tius Italiæ, omniumque Regnorum Europæ consuetu-
dinibus testantur, quas nec cognoscere, nec experiri,
potuerunt: nec saltim cujuslibet Provinciæ Doctoribus
Regnicolis eas comprobant, imò eos reticent, & de ju-
ribus contrariis, quæ in pluribus ex his Regnis sunt,
mentionem non faciunt, sed potius per relationem alio-
rum attestantes, & omnes ad Glossam, & Renatum
Choppinum se referentes, & noviores ad Camillum Bor-
rel. in quibus dumtaxat suas de tam plurium Regnorum
consuetudinibus testationes fundant.

88 Quæ contra hos DD. dicta, ne eorum testimoniis cre-
datur, nec verè pro eis præsumatur, tunc magis proce-
dere debent, cùm consuetudo de qua attestantur, &
quam nostræ Hispaniæ, aliorumque Regnorum Regi-
bus Catholicis attribuere, intendunt, non solum est ex-
presè contraria juribus municipalibus multorum Re-
gnorum ex relatis, ut in nostra Hispania, & in Regno
Neapoli supra dictum remanet, verum etiam de per se
est valdè injusta, & iniqua, & contra omnem pietatem
Christianam, jurique, & rationi naturali contraria,
quo casu facilius quis credet uni tantum, sed Origina-
rio, quam duobus, aut pluribus alienigenis Doctori-
bus de totius Europæ variis consuetudinibus contra pie-
tatem Christianam, & justitiam naturalem testantibus,
cum sat injusta, & nimis violenta præsumptio esset.
89 † Quare, cum consuetudo, quam Gloss. & alii DD. apud
omnes versari, dicunt, ut indistinctè in omni casu bona
naufragantium per Regios Fiscos vindicentur, injustis-
sima, & contra rationem naturalem sit, nostræque
Christianæ pietati admodum adversetur, quia juxta eam
domini misserrimi naufragi post tam adversam tempesta-
tis fortunam suarum rerum dominio, sive ultimo levami-
ne privarentur, vel, proprius, spoliarentur, quod ma-
ximè in Principibus Christianis, nec dicendum, nec præ-
sumendum est: & consequenter de ea testantibus credi,
non debet.

Unum tamen nota, quòd omnia hæc non procedunt 90
in Regno Franciæ ex speciali illius Regni consuetudine,
ex qua domini vassallorum in illo Regno bona naufragan-
tium in suis territoriis, tanquam jurisdictionis emolu-
menta indistinctè, ac irrevocabiliter, etiam in conspe-
ctu miserandi naufragantis, sibi occupant, quam con-
suetudinem adesse in illo Regno negare, non possumus,
nec eam temperare, seu interpretari, ut in aliis Regnis
fecimus, quia de ea illius Regnicolæ testantur, ut supra
numer. 8. dixi ex Guillielm. de Benedict. *in cap. Raynu-
tius, verb. Et uxorem nomine Adelasiam*, *num.* 935. Petr.
Rebuff. *in proœm. ad ll. Regn. gloss.* 5. *numer.* 74. & eam re-
ferunt Dom. Covarruv. *in regul. peccatum*, 3. *part.* §. 1.
num. 5. Joann. Gutierrez *lib.* 2. *Canonic. quæst. cap.* 9. *n.* 20.
† Et eodem modo in terris regalibus servari, ut Fisco Re- 91
gio in illo Regno hæc acquirantur, testatur illius Regni-
cola Renat. Choppin. *de Deman. Regn. Franc. lib.* 1. *dict.
cap.* 15. *num.* 10. ex quo, & Guillielm. Benedict. *ubi pro-
ximè*, idem tradunt Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 91.
& cum aliis Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic.
cap.* 75. *num.* 3. & DD. supra adducti.

Sed hæc consuetudo, ut naufragantium bona per Re- 92
gium Fiscum, vel Dominos inferiores Galliæ possint, ca-
pi, quam iniqua, & impiissima sit, jurique, & ratio-
ni naturali repugnans ex supra dictis videre, poteris,
quid enim crudelius, quam miseros naufragos in tam ca-
lamitosa, pauperrimaque fortuna redactos, postquam
magis elementa pacata in eos sævire desierint, & ad por-
tum desideratum ejecere, suis rebus spoliari, & earum
solatio per maris, ventorumque clementiam, vel, po-
tius Dei misericordiam concesso, privari, nam ut ele-
ganter ait Cassiodor. *lib.* 4. *epist.* 7. *Crudelitatis genus est,
ultra naufragium velle sævire.*

Ex quibus miror, omnesque DD. mirantur, quòd 93
Rex Christianissimus eam consuetudinem approbaverit,
vel à suis judicibus, dominisque inferioribus servari,
permiserit; quare eam merito increpant, nec aliquam
pro ea rationem inveniunt, D. Covarruvias *in dict. regul.
peccatum*, 3. *part.* §. 1. *num.* 5. Joann. Gutierrez *dict. cap.* 9.
num. 20. Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg.
cap.* 13. *numer.* 101. quod, & ipsi Galli cognoscunt, ut
constat ex Petr. Rebuff. *in dict. proœm. ad ll. Reg. gloss.* 5.
num. 74. † Qui in foro conscientiæ securos non esse domi- 94
nos hæc bona occupantes, asserit, licet eam approbet
Renat. Choppin. *ubi supra*; qui fortè pro ejus comproba-
tione tam laxè de simili in aliis Regnis Europæ consuetu-
dine fuit testatus, ut ita Gallorum hæc impia consuetu-
do, ut error communis, minus injustus videretur.

Ex quibus omnibus ad principalem hujus §. quæstio- 95
nem, resolvendum est, bona naufragata, vel ipsa navi-
gia fracta nullo modo jurisdictionis, vel dominii, aut
territorii maris adjacentis, seu portus, in quo inveniun-
tur, fructus, seu emolumenta reputari, debere, nec con-
sequenter, ad dominos inferiores pertinere, uti nec ad
Fiscum Regium, nisi in defectum dominorum, vel alte-
rius cujuslibet legitimi successoris.

Unum tamen notandum est, quòd in casu, quo Fiscus 96
Regius hæc bona naufragata ob defectum dominorum,
tanquam vacantia, vel incerta aquirere, valeat, vel
quia infidelium, Piratarum, aut Hæreticorum sint,
juxta secundam ad prædicta jura limitationem, quam
proximè referam, in his etiam casibus ad dominos quo-
que inferiores istorum bonorum emolumentum spectare,
poterit, si privilegio speciali id à Principe habeant, vel
consuetudine, aut præscriptione immemoriali ea perci-
piendi fuerint muniti, ut in aliis etiam bonis vacantibus,
vel

Digitized by Google

vel quorum dominus non apparet, dictum remanet supra in cap. præcedent. ex num. 27. & 41. quibus bona naufragata in dictis casibus assimilantur, ut in Fisco diximus supra in princip. hujus §. Ita tamen, ut circa hæc naufragantium bona, privilegia, & consequenter consuetudo immemorialis non amplius, quam jus quod penes Fiscum residere, poterat, comprehendat, ut in bonis vacantibus expressè dicitur in nostra *l. 2. tit. 9. lib. 1. Recop.* de qua sup. in cap. præced. ex n. 36.

97 Igitur, ut huic de bonis vacantibus quæstioni finem imponamus, & quando ea, ut fructus supremæ jurisdictionis, vel dominii, Fisco Regio, vel etiam ratione specialis concessionis, aut consuetudinis immemorialis dominis inferioribus competere, possint plenissimè cognoscatur. Secundò principaliter prædicta jura Civilia, & Canonica, nec non Bulla in Cœn. Domin. & aliæ superius adductæ earumque excommunicationes, & prohibitiones, ne per aliquem hæc bona capiantur, limitari, & intelligi debent, ut eo dumtaxat casu procedant, quo navigia, aliave bona naufragata Christianorum, sive Fidelium sint: secus verò si sint infidelium, nostræve Christianæ Religionis, aut Regni, ubi appulerint, inimicorum, vel piraticam exercentium, nam talia bona licitè per quoscumque occupari, valent, ut probant jura expressa *in dict. Authent. Navigia, C. de furt.* in illis verbis: *Nisi talia sint navigia eorum, qui piraticam exercent pravitatem, aut sint nobis, sive Christiano nomini inimica;* & apud nos idem statuitur *in l. 7. tit. 9. part. 5.* ubi noster Gregor. *litt. F.* & jure Lusitano *lib. 2. Ordinat. illius Regni, tit. 32. §. 1.* & resolvunt Franc. Marc. *decis. 424. in fin.* Curia Philipp. *part. 2. lib. 3. §. 13. num. 17.* & cum multis Camil. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. d. cap. 75. num. 26. cum seqq.* & novissimè Dominic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg. 3. part. cap. 13. num. 105.* Nec tunc
98 † Fiscus Regius, vel domini vassallorum illius territorii tanquam jurisdictionis, vel dominii emolumenta ea privativè prætendere, poterunt; quia hoc jus satis expressè conceditur *in dict. Authent. Navigia,* quibuslibet privatis occupantibus, de quibus in illo Textu in sua generalitate agebatur, quod quidem clarius exprimitur *in dict. l. 7. Partita,* ibi: *Fueras ende, si tales cosas fuessen de los enemigos del Rey, ò del Reyno, ca estonce qualquier que las falle deben ser suyas.*

99 Quam etiam limitationem ad declarationem *Bulla in Cœna Domin. dict. Canon.* 4. ut ejus excommunicatio contra hujusmodi infidelium bona capientes non procedat, plenè resolvunt, & latè ad plures quæstiones tractant Theologi, & Morales Duard. *in Commentar. ejusd. Bull. lib. 2. in dict. Canon. 4. quæst. 3.* Navar. *in manual. cap. 27. numer. 98. cum sequentib.* Armil. *in summ. cas. 78.* Vivald. *2. part. candelab. aur. in explicat. Bul. Cœn. n. 29.* Scorcia *ad Bul. Select. Theorem. 413.* Bonacin. *tom. 3. de censur. in particul. disputat. 1. quæst. 5. punct. 3. num. 3.* Alterius *tom. 1. de censur. lib. 5. disputat. 5. cap. 2. dub. 7.* Soussa *in relection. ad Bull. in Cœn. d. disput. 35.* Ubi idem in hæ-
100 reticorum † bonis, in quibus, Vivald. *ubi proximè n. 30.* Filluc. *quæst. moral. tom. 1. tract. 6. de censur. cap. 4. num. 90.*
101 † Et in Hæreticis, Judæis, Turcis, & similibus, latè Duard. Alter. Souss. Scort. & alii *in locis citatis.* Dominic. Pueron. *in Commentar. ad dict. Bull. numer. 5.* qui in
102 † *num. 6. vers. An autem,* id limitat, si hæretici non sint religionis hostes, sed pacificè nobiscum degant; quo casu nec Principem, nec alios privatos eorum bona ante hæresis promulgationem occupare posse sub pœna excommunicationis Bullæ resolvit, quam Domin. Pueron. doctrinam veram non reputo in hæreticis, qui publicè, ut tales habentur, ut sunt hæretici Angliæ, Hollandiæ, & similium Provinciarum, quia nostra vera, & Catholica Religione publicè deviant, & per Sedem Apostolicam ab Ecclesia sunt segregati; nam isti, licet nobiscum, aliisve Regnis Catholicis pacem inierint, non tamen ob id privilegio Bullæ Cœna gaudere, dicendum est, ut eorum bona capientes in excommunicationem Bullæ incidant, quia hoc privilegium dumtaxat fuit promulgatum in favorem, & protectionem bonorum Christianorum, vel Fidelium, qui sub Ecclesiæ redili sunt, non vero eorum, qui ab ea sunt sejuncti, & tanquam aliena membra separati, ut ex ipso, *Canon. 4. dict. Bull. Cœn. Dom.* & ex Doctoribus proximè citatis constat, quare nihil facit, quòd hæretici cum Regno, ubi naufragium passi fuere, pacem habeant, si aliunde ab hoc privilegio, & protectione excluduntur.

Illud vero, quòd pacificè cum illo Regno hæretici vi- 103
vant, & ad commercia admittantur, eis dumtaxat proderit, ne per naturales illius Regni juxta jus gentium sua bona capiantur, & quòd, eo attento, furtum committant, & ad restitutionem sint adstricti, licèt non sub pœna excommunicationis dictæ Bullæ, quod in infidelibus, qui pacificè nobiscum commerciantur, clarius exemplificari, potest; nam licèt istorum bona naufragata injustè per nos capiantur, & ad restitutionem teneamur: non tamen ea eo incidimus in excommunicationem Bullæ, quæ infideles, & ab Ecclesia sejunctos non protegit, ut in specie resolvit idem Dominic. Pueron.
ubi proxime, num. 5. † Et in Turcis, & Judæis, quòd hu- 104
jus excommunicationis privilegio non gaudeant, licèt sua bona capta, si pacificè (quod absit) nobiscum vivant, restitui, debeant, *ex l. Iudæi, la 2. l. nullus, Cod. de Iudæis.* Ugolin. *in explicat. Bul. Cœn. dict. Canon. 4. §. 2.* & ibidem Leonard. Duard. *quæst. 3. n. 4.*

Ex quibus, & quòd Bulla in Cœna Domini Christia- 105
norum favorem, ipsorumque bonorum protectionem principaliter respiciat, infertur resolutio alterius quæstionis circa bona Fidelium, in navibus tamen infidelium naufragata, vel inventa, quæ quidem absque excommunicatione Bullæ capi, non poterunt, quia non navigia, sed cujus bona sint, inspicitur, ut resolvunt Sayr. *lib. 3. Thesaur. cap. 8. numer. 7.* Graff. *lib. 4. decis. aur. in explicat. Bull. num. 60.* Bonacin. *dict. tom. 3. de censur. disput. 1. quæst. 5. punct. 3. num. 4.* Alter. *eodem tract. tom. 1. lib. 5. disput. 5. cap. 2. dub. 8.* Filluc. *quæst. moral. tom. 1. tract. 6. de censur. cap. 4. num. 88.* Souss. *in dict. relection. ad Bull. disputat. 35.* Dominic. Pueron. *in Commentar. ad eand. Bul.*
in dict. Canon. 4. num. 9. † Quod limita, si hæc filium bo- 106
na in infidelium navigiis contra leges id prohibentes deferantur; nam tunc, etiamsi in ipsorum Fidelium navibus essent delatæ, licitè capi, possent, ut in rebus, quæ ad infideles hostes deferuntur contra leges ea deferri prohibentes, notant Nald. *in summ. verb. Excommunicatio Bull. Cœn. num. 25.* Ugolin. *in explicat. Bulla, dict. Canon. 4. §. 2.* Bonacin. *dict. punct. 3. num. 2.* Sousa *dict. disputat. 35. in fin.* ubi id intelligit, si subreptio fiat animo impediendi, ne res ad hostes adsportentur, & cum effectu id impediatur: secus si non; quo casu non vitari censuram ait: sed contrarium verius resolvit Domin. Pueron. *in loco proximè citato, num. 11.* nam in utroque casu militat principalis ratio, cur bona illa naufragii justè capi, possint, quin per Bullam protegantur; quia nimirum contra leges deferuntur.

E contra autem, si infidelium bona in Christianorum 107
navibus naufragium passis, sint inventa, absque metu excommunicationis per Principem, vel vassallorum dominos, aliosve privatos capi, poterunt, ut resolvit Duard. *in Bull. dict. Canon. 4. quæst. 3. num. 4.* & ex aliis Domin. Pueron. *ubi sup. num. 9.* quia, ut dictum est, non Navigia, sed cujus bona sint, inspicitur.

Quod intellige, nisi per fideles assecurata sint; nam 108
tunc ob eorum præjudicium subripi, non poterunt, his enim bona periclitantur, & ad eos spectat, perquirere, ac recuperare; quare hic casus in prohibitione, & excommunicatione Bullæ comprehensus censetur, quæ favorem fidelium prospexit, omneque ipsorum præjudicium vitare, intendit, ut in specie notant Sousa *dict.*
disputat. 35. in fin. Dominic. Pueron. *ubi proximè,* † qui 109
hoc benè intelligit, quoad totum, vel partem dumtaxat, cujus periculum in Christianorum præjudicium ob asse-

cura-

Digitized by Google

curationem vergit, non vero, quoad aliam partem, vel extra quantitatem in assecuratione comprehensam, in quo casu procedere, ait sententiam Duardi, qui contrarium voluit in *d. Canon. 4. Bul. q. 3. n.* 13.

110 Quod etiam sub intellige, & declara, si licitè procedat assecuratio: secus si fiat contra leges tale obsequium infidelibus præstari probibentes: vel si cum eis commercium inhibeant, ut sæpè in Indiarum commerciis accidere, potest, quo casu per legem in legem peccantes non sunt protegendi, Domin. Pueron. *in loco citat. num.* 10. *vers. Dixi*.

111 Ex quibus infertur quoque, bona fidelium ex navibus infidelium capientem, quæ ipsi infideles in totum assecuraverint, in excommunicationem non incidere; quia nullum ex hoc præjudicium fidelibus sequitur, cum infidelibus deferentibus ob assecurationem pereant, docent Reginald. *tom. 1. prax. pœnitentiar. lib. 9. cap. 15. sect. 3. num.* 17. Alterius *tom. 2. de censur. lib. 5. disp. 5. cap. 2. dub. 8. vers. Verum quam*.

112 Dixi in totum assecurata; quia contrarium est resolvendum, si in certa parte assecuraverint, & bona majoris quantitatis, quam solvenda per infideles assecurantes, subripiantur, tali enim casu in excessu præjudicantur fideles, ideoque subripientes in excommunicationem Bullæ incidunt, Domin. Pueron. *loc. citat. dict. num.* 10. *vers. Quare*: quidquid contrarium teneat Bonacin. *tom. 3. de censur. in particul. disput. 1. quæst. 5. punct. 3. num. 4.* ex Duardo, quem ad id refert *in dict. quæst. 2. n.* 13. sed malè quia Duard. solum loquitur in primo casu, cum, videlicet, bona infidelium fuerint à fidelibus assecurata.

113 Unum tamen circa hanc Bullæ Cœnæ Domin. excommunicationem singulariter nota: subripientem hæc bona, quæ re vera infidelium sunt, licet cum mala fide, & conscientia erronea id faciat, falso sibi persuadens, fidelium esse, adhuc tamen censura non ligari; quia ad excommunicationem non sufficit affectus; sed re ipsa effectus necessario requiritur, ut est commune apud Motales, & ad hunc casum notat Pueron *dict. Canon. 4. à*
114 *num.* 13. † Ideò similiter laicum percutiens, Clericum esse falso judicans, non est obnoxius Canoni *Si quis suadente*, ejusque excommunicationi, ut notant communiter Canonistæ in ejus explicatione.

115 Sed quidquid hoc, quoad excommunicationem, procedat: prædicta tamen bona capiens graviter peccat ob conscientiam læsam, qua id facit.

116 Quibus notabiliter, quoad hujusmodi bonorum restitutionem, adde, quod, licèt respectu infidelium nulla restitutio exigatur, ad eam tamen capiens, meo videri, errore non deposito, tenebitur, quatenus respicit ad sedandam, & à movendam malam conscientiam, vel peccatum, quod nec per medium confessionis absque restitutione tolli poterit; quia, semota restitutione rei, cui quis, licèt falso, obnoxium se judicat, conscientia læsa deponi, nequit, & peccatum durabit, quia vera confessio dari, non poterit.

117 Quæ sufficiant pro explicatione nostrorum bonorum vacantium, aut incertorum, vel naufragii, quando Fisco Regio, vel dominis inferioribus, tanquam regalia, aut jurisdictionis fructus, vel emolumenta competere, possint? quæ non ita, apud ullum congesta, & resoluta invenies.



CAP. XXVIII.

ARGUMENTUM.

An facultas condendi statuta, vel leges municipales, seu ordinationes, easve saltim ab oppidis conditas confirmandi potestas jurisdictionis commodum, aut fructus sit, & oppidorum Dominis, vel Baronibus jurisdictionem cum mero, & mixto imperio habentibus, competat? Quid in ipsis oppidis, aut Civitatibus, quibus etiam jurisdictio competat; vel si nullam jurisdictionem habeant? & in aliis quoque Judicibus, aut Magistratibus perpetuis, vel temporalibus? Quando etiam Principis, vel alterius superioris confirmatio requiratur? Latè distinguitur inter jus commune, & Regium Partitarum, aut Recopilat. *ad l. omnes populi, ff. de justit. & jur. l. 12. tit. 1. part. 1. l. penult. tit. 1. Partit. 2. l. 8. tit. 1. lib. 7. l. 14. tit. 6. lib. 3. Recopil.* & inter legem generalem; & statuta municipalia: & si pro principali decisione causarum fiant, vel pro rerum publicarum bona gubernatione, rectaque justitiæ administratione: aut super victualibus, aliisque utensilibus: Quid si frumenti, similiumque rerum extractionem, aut ingressum ob penuriam, vel abundantiam prohibeant? Et de statuto, ne immobilia in exteros à territorio transferantur; vel ipsos vicinos de territorio egredi, & in aliis locis commorari, prohibenti; vel è contra si exteris noviter ad habitandum venientibus ingressum, aut vicinitatem impediat, & inordinationibus circa pascua per oppida, vel Dominos inferiores fieri, solitis, quando per ea, pascua mutari, vel alterari, valeant in præjudicium convicinorum communitatem, vel aliter jus habentium? Plura etiam circa banna, aut edicta dominorum inferiorum aliorumve Magistratuum, quæ pro recta justitiæ administratione, tam in civilibus, quàm in criminalibus emitti, solent; plenèque materia horum statutorum discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Quæstio hujus cap. an facultas condendi statuta, vel leges municipales, seu ordinationes jurisdictionis commodum, aut fructus sit: & oppidorum dominis jurisdictionem cum mero, aut mixto imperio habentibus, competat?*

2 *Leges condere, est de regalibus ad Principem tantum Superiorem non recognoscentem spectans.*

3 *Non ad Duces, Comites, aliosve inferiores dominos.*

5 *Idem juxta plures in statutis, seu ordinationibus oppidorum, ut nullo modo per dominos inferiores fieri, aut confirmari, valeant, cum numer. seqq.*

6 *Idem in quibuslibet perpetuis Magistratibus.*

8 *An saltim de consensu populorum ea annalia condere valeant? & n.* 10.

9 *Adducuntur pro hac sententia*, leg. penult. tit. 1. part. 2. l. 12. tit. 1. part. 1. l. 8. tit. 1. lib. 7. & l. 14. tit. 6. lib. 3. Recopilat. *& n.* 10.

10 *Refertur contraria affirmativa sententia in favorem dominorum, ut suorum oppidorum statuta ratione jurisdictionis*

Digitized by Google

jurisdictionis, & meri imperii, quo sint investiti, facere, aut confirmare, possint.

12 *Idem quoad banna pœnalia, in Civilibus, & Criminalibus: & ad pœnam confiscationis.*

13 *Idem, juxta aliquos, in quibuslibet aliis Magistratibus.*

14 *Inferiores domini in suis locis magis quàm alii Magistratus, & Præsides, Regi assimilantur, ipsiusque Vicarii dicuntur.*

15 *Omnia, quæ ipsi Reges, facere possunt.*

16 *Refertur distinctio inter Duces, Comites, & alios dominos inferiores, qui ad tempus dumtaxat, seu ad Principis beneplacitum, sunt creati: & inter eos, qui perpetuo jure successionis in oppidis, aut jurisdictione succedunt.*

19 *Statutorum confirmatio in locis dominorum inferiorum, non à Rege, sed ab ipsis dominis impetranda: declara infr. ex nu. 39.*

20 *Populi aliter statuentes puniendi ab ipso domino: declara juxta infrà dicend.*

23 *Distinguitur pro concordia principalis quæstionis inter leges, aut statuta generalia: & inter municipalia, sive ad certa loca dumtaxat condita: & quid in utroque casu populi, vel domini inferiores facere, possint? cum numer. sequentib.*

24 *Leges, seu statuta generalia facere, est de regalibus omnino Principi supremo reservatis.*

25 *Admittitur affirmativa sententia in secundo casu statutorum localium, & quomodo procedere debeat? ad plures ampliationes, & limitationes, cum num. seqq.*

26 *Declaratur juxta hanc distinctionem text. in dict. l. omnes populi, ff. de justit. & jur.*

27 *Fundatur eadem distinctio ex nostra* l. 12. tit. 1. p. 1. dict. l. penult. tit. 1. part. 2. *& concordantur cum dict.* l. omnes populi, & numer. 28. & 29.

30 *Subdistinguitur inter eadem statuta municipalia, aut localia, quæ generalem causarum decisionem super juribus successionum, testamentorum, & similibus respiciunt: & quæ ad gubernationem tantum rerum publicarum, aut victualium, necnon rectam justitiæ administrationem concernunt: & quid in utroque casu? cum num. seqq.*

32 *Quid in statutis, seu ordinationibus mercatorum, aut artificum, an, & quando ea condere valeant? & quæ causas comprehendant.*

34 *Intelliguntur, juxta hanc distinctionem, plures DD. tam pro affirmativa, quàm negativa sententia superius allegati, & numer. 35.*

36 *Statuta municipalia per dominos inferiores, vel alios facta, si irrationabilia, & ambitiosa sint, in nullo ex dictis casibus substineri debent, cum num. seqq.*

37 *Nec eis vassallis obedire, tenentur.*

38 *Sed ad Principem recurrere possunt.*

39 *Et ob id domini jurisdictione privandi.*

41 *Idem quoad statuta contra jus Civile, aut Regium.*

42 *Inferior contra legem superioris statuere nequit.*

43 *Vassallorum domini in suis terris leges Regni servare tenentur.*

44 *In præfatis statutis, aut ordinationibus rectè pœna pro executione per dominos indicuntur.*

45 *Intellige, dummodo pœna immodica non sint, nec pœnarum legalium metas excedant.*

46 *Quid quoad pœnas capitales?*

47 *Consilium Neapolitanum pœnas excessivas per Barones in illo Regno impositas moderare solet.*

48 *Corporales maximè pœnæ levibus de causis imponi, non debent.*

49 *Quid, stante magna audacia malefactorum, seu delinquendi frequentia?*

50 *Milites arma portare ex causa prohiberi possunt.*

51 *Reprobantur quoque dominorum statuta, si per ea supremo dominio, aut superioritati Principis reservatis quidquam derogetur.*

52 *Collegia, aut oppida suis statutis jure communi, aut Regio derogare, non valent.*

53 *Dominorum statuta substinenda tantùm, si secundum jus, vel saltim præter jus sint: secus si contra.*

54 *Populi nullis dominis inferioribus subjecti, an, & in quibus casibus statuere possint? cum numer. seqq.*

Quid si jurisdictionem habeant, vel non? ibidem.

Etsi jurisdictionem habeant, pro rerum publicarum, vel suarum bona administratione id faciant; aut pro decisionibus causarum, rectave justitiæ administratione? ibidem.

55 *An etiam suis statutis pœnas indicere valeant? & num. 57.*

58 *Statuta facere ad aquarum divisionem, montium conservationem, & similium rerum gubernationem administrationis est, non jurisdictionis.*

59 *Populorum statuta rationabilia, non ambitiosa esse, debent.*

60 *Referuntur aliqui casus, in quibus populi jurisdictione carentes statuere, possint.*

61 *Primò, stante consuetudine, & quid hodiè servetur?*

62 *Secundò, si specialem statuendi potestatem habeant.*

63 *Tertiò, si pœna de consensu omnium vicinorum apponatur, qui invicem se ad statuti observationem obligent.*

64 *Pro executione pœnæ statuti per populum jurisdictione carentem conditi Iudex ordinarius adeundus.*

65 *Populi, qui jurisdictionem privilegio, aut præscriptione, aliterve possident, quæ statuta condere, valeant?*

66 *Quid in Castris, Villis, aut oppidis nullam propriam jurisdictionem habentibus, sed quæ alterius Civitatis jurisdictioni subsunt.*

67 *Quid in Vniversitatibus, Collegiis Doctorum, Artificum, Mercatorum, & similium, an saltim in eis, quæ ipsorum professiones, & officia respiciunt, ordinationes facere, possint? & quid si jurisdictione careant, vel eam per suos Consules exerceant? & num. 68.*

69 *Doctorum maximè statuta irrationabilia, aut ambitiosa esse, non debent.*

Per ea doctorandi plus solito, circa sumptus gradus, gravandi non sunt, ibidem.

71 *Hujusmodi Collegiorum Mercatorum, Artificum, & similium statuta, an per superiorem confirmari debeant?*

72 *An in vim conventionis substineri, valeant, etiam si Collegia statuentia nullam jurisdictionem habeant? & num. 73.*

74 *An statuta hæc inter ipsos solos mercatores, vel artifices sint servanda, vel extendenda etiam ad alios extraneos?*

75 *Et quid si per Principem sint approbata?*

76 *Et si in alio, quàm in ipsorum mercatorum, vel artificum foro agatur, an tunc etiam eorum statutis standum sit?*

Distinguitur inter statuta, quæ decisionem causarum respiciunt, aut quæ circa modum procedendi, vel

ordinem judiciorum servantur, ibidem.

78 Et quid si statutorum verba ad Consules, vel proprios artificum Iudices dirigantur, vel simpliciter sint prolata.

79 Verba legis in unum Iudicem, seu Magistratum directa, magis demonstrationis causa, quàm taxativè sunt intelligenda.

81 Limita, nisi contrarium clarè appareat.

82 Statuta Mercatorum, vel artificum super illis tantum rebus, quæ ad artem spectant, condi, debent, non in aliis extraneis, puta successionibus, & similibus.

83 Plura remissivè de mercatorum statutis, seu ordinationibus circa ipsorum scripturarum, librorum fidem augendam, tribuendam executionem, præscriptionem, & alias exceptiones.

84 Prædicta, ut inferiores domini, populi, & aliæ communitates in superioribus casibus absque Regia confirmatione statuta condant, declarantur, ut procedant tantum, si Princeps à loco absit; ubi statuta conduntur, secus si ibi sit; nam tunc necessariò ejus confirmatio exigenda.

85 Procedit hoc maxime in Regia Curia.

86 Servatur de praxi in nostro Supremo Senatu.

87 Præfata omnia hujusque dicta, jure communi attento, procedere, intelligenda.

88 Quid de jure nostro Regio Partitar. an eo attento, statuendi facultas inferioribus dominis competat, vel saltim populorum consensum adhibere, debeant?

Adducuntur, & declarantur in hoc articulo, l. penult. tit. 1. part. 2. & l. 12. tit. 1. part. 1. ibidem.

89 Quid circa confirmationem statutorum in locis dominorum, an ab ipsis dominis, vel potius à Rege sit impetranda?

90 Quid in vicis, aut castris, quæ alicujus Civitatis jurisdictioni subiiciuntur, an ab ea suarum ordinationum confirmatio exigi, debeat?

91 Hodie, jure nostro noviori Recopilationis attento, præfata oppidorum, & dominorum inferiorum statuta indistinctè de praxi in Supremo nostro Senatu confirmantur.

92 Refertur, & reiicitur aliquorum intellectus ad dict. l. 12. tit. 1. p. 1. eam de superioribus tantum dominis intelligentium.

94 Statuendi hæc potestas, quæ de jure Partitar. inferioribus dominis de consensu populi competebat, in quibus rebus debeat, intelligi? declaratur.

95 Quid si domini inferiores jurisdictionem habentes pro ejus exercitio statuere, vellent?

96 De jure nostro noviori Recopilat. hæc omnia immutata inveniuntur.

Nam confirmantur hæc oppidorum, vel dominorum statuta in Regio Supremo Senatu ad l. 8. tit. 1. lib. 7. Recopilat. l. 14. tit. 6. lib. 3. ibidem.

98 Corriguntur jure noviori Recopilat. jura antiqua Partitar. in dict. l. penult. & l. 12. contra Parladorum, Gutierr. & Oter. contrarium asserentes.

99 Quid in ordinationibus vicorum, aut castrorum, quæ alicujus Civitatis jurisdictioni subsunt, an in eis etiam Regia confirmatio exigatur?

100 Oppidorum, seu dominorum inferiorum statuta an exequi possint, antequam per Supremum Senatum confirmentur? refertur Garcia, & Azeved. in hac re altercatio: & numer. 101.

102 Quid si statuta noviter sint facta, vel diù observata fuerint, & confirmanda ad consilium afferantur?

103 Quid si periculum sit in mora impetrandæ confirmationis?

104 In statutis, edictis, aut bannis, quæ per oppida, vel inferiores circa bonam gubernationem fiunt super victualibus, & super aquarum divisione, munditia viarum, & similibus, an Regis, sive Supremi Senatus confirmatio exigatur?

105 In istarum rerum ordinationum, aut bannorum executione, celeris executio exigitur, & periculum est in mora.

106 Quid si edicta hæc, aut banna pro recta justitia administratione emittantur?

107 Veniunt in consequentiam concessæ jurisdictionis, ut quid pro ejus exercitio necessarium.

108 In his edictis, aut bannis emittendis domini inferiores, etiam jure Partitarum attento, populorum consensum spectare, non tenentur.

110 Referuntur pro plenieri supradictarum generalium resolutionem intellectu casus speciales, aut res, in quibus domini inferiores, aut oppida sua statuta condere, valeant, cum numer. seqq.

111 Primò domini inferiores, aut populi pro rerum publicarum administratione, bonaque gubernatione justitia, edicta, vel statuta facere, possunt.

112 Circa victualium venditionem, viarum munditiam, officiorum electiones absque partialitate faciendas, ornatum publicum, & similia, cum numer. seqq.

113 Idem in Magistratibus inferioribus.

115 Domini inferiores, vel alii Iudices, an statuere possint, ne frumentum, victualia, & alia res de territorio, aut loco extrahantur, cum numer. sequentib.

116 Refertur negativa sententia: cum numer. sequentib.

Commerciorum libertas, liberaque de sua re disponendi facultas jure gentium cuilibet competit: ibidem.

118 In statuto salis extractionem prohibente.

120 Improbantur maximè hæ frumenti, aliarumque rerum extractionis prohibitiones, si ad tempus fiant, donec frumentum Baronis, vel alterius, fuerit extractum.

121 Admittitur hæc negativa sententia sub quadam declaratione, ac distinctione inter prohibitiones, abundantia, vel penuria tempore: cum num. seqq.

122 Declarantur juxta eandem distinctionem jura nostra Regia in l. 3. tit. 9. lib. 6. Recopilat. l. 1. tit. 15. lib. 5. l. 28. tit. 18. lib. 6. & alia Regia pragmatica, quibus frumenti extractio de uno loco ad alium, dummodo intra Regnum fiat, liberè omnibus permittitur, & in contrarium statuta, aut banna extractionem prohibentia, & num. 123.

124 Declarantur eodem modo Regia Pragmatica Regni Siciliæ, 1. & 5. sub tit. 69. de liber. extract.

125 Regia concessio, ut quis ex aliqua Civitate aliquam publici frumenti quantitatem extrahere, valeat, de superfluo tantum, nec usui civium necessario intelligi debet.

126 Idem in licentiis, ut frumentum de nostro Regno Castellæ in Aragoniæ Regnum, seu ad alia loca adsportetur, etiam si ad amicos extractio fiat.

127 Hujusmodi statuta frumenti extractionem penuriæ tempore prohibentia, an etiam ligent exteros

ibi

Digitized by Google

ibi immobilia possidentes, quoad eorum fructus?

128 *Respectu immobilium incolæ loci, ubi ea sunt, habendi.*

129 *Ratio principalis hujus extractionis.*

130 *Exteri immobilium domini, an saltim pro se, suaque familia, prohibitione non obstante, frumentum extrahere, valeant?*

131 *An præfata frumenti extractionis prohibitio originaliter tantum extrahentem comprehendat, vel etiam cum frumento per locum transeuntem?*

132 *Statuta, aut leges frumentum, aurum, argentum, sericum, vel alias merces, è Regno extrahi, prohibentia, an Ecclesiasticas personas ligent?*

135 *Quid in Regno Neapol. circa hoc jure municipali, & praxi servetur in Episcopis etiam, & aliis personis Ecclesiasticis? cum duob. numer. seqq.*

Referuntur Sacræ Cardinalium declarationes, ut in Regno Neapol. persona Ecclesiastica statuta hæc rerum extractionis prohibitoria servent: ibidem.

138 *Quid jure nostro Regio in hac quæstione servandum:* ad l. 1. tit. 18. lib. 6. Recop.

139 *Statuta hæc publicam utilitatem, & commune Regni bonum respiciunt, afficiuntque ipsas res.*

141 *Domini inferiores an tales prohibitiones frumenti extractionis aliarumve rerum, penuria cessante, de consuetudine indicere, possint?*

142 *Et an aliquid pro obtinenda licentia ejusdem consuetudinis ratione exigere, valeant.*

143 *Domini inferiores, aliive etiam Regii Magistratus, an tempore penuriæ aliquam gabellarum immunitatem rusticis aut forensibus concedere, possint, ut magis victualia in Civitatem adsportare, invitentur.*

144 *Quid in hoc casu circa præjudicium gabellarum conductoris, an per Civitatem de ipsius propriis resarciendum, vel saltim per Principem? cum num. seqq.*

147 *Princeps per se suosque Magistratus gabellarum conductoribus liberò locationis usui patientiam præstare, debet.*

Quando ob contrarium suorum officialium factum ad lucrum, vel damnum, de evictione teneatur, & quid si justè, vel injustè Regii officiales locationis usum impedierint?

Text. in l. si fundum 33. ff. locat. l. Lucius 11. de evict. l. cum proponas, ff. de naut. fœnor. l. 21. tit. 8. part. 5. *ibidem.*

148 *Quando Princeps officiales impedientes exhibendo, liberetur?*

149 *Quid apud nos de praxi?*

150 *Quid in impedimento ex causa belli, pyratarum, mutationis monetæ, & similibus? & numer. 151.*

152 *Plura remissivè de materia statutorum, sive ordinationum oppidorum circa victualium venditionis: quomodo, quo loco, & pretio, tam per rusticos, quàm per revendiceros sint facienda? ad plures vitandas fraudes: & an potius in grosso, quàm minutatim, & ne revenditores, usque ad certam horam victualia emant, ad multaque alia.*

153 *Improbantur statuta, vel ordinationes, ut victualia vicinis carius, quàm forensibus vendantur.*

154 *Agitur de statutis, seu edictis, aut bannis dominorum inferiorum circa venditiones rerum vassallorum, aut fructuum, in quibus casibus substineri, debeant, cum numer. sequentib.*

Lagunez de Fructib.

155 *Improbantur edicta pœnalia vassallos, aut subditos prohibentia, ne frumenta propria, vina, aliosve fructus vendant, nec macellent sua, vel alia animalia, aut carnes, donec domini vinum, frumentum, similesve fructus, vel carnes sint vendita.*

157 *Prohibentur etiam dominorum edicta, aut banna, ne vassalli exerceant mercantias, seu negotiationes victualium, lanæ, olei, & similium, quia forsan Barones ipsi in his negotiis suas pecunias implicatas habent.*

158 *Inferior dominus vassallos cogere, nequit, ut à se ipso dumtaxat, vel ab alio victualia, aut similia emant.*

Quid quoad jus, sive facultatem habendi macellum, vel tabernam, ubi carnes, aut vinum privativè per unum vendatur, an id inferiores domini, concedere, possint? & an aliquod ob id tributum à vendentibus exigere? ibidem.

159 *Bannum, aut statutum, an per dominum inferiorem, seu Civitatem emitti, possit, quo frumenti, aliorumque victualium in Civitatem, aut territorium ingressus impediatur usque ad certum tempus: vel nisi frumento ejusdem Civitatis, aut victualibus prius venditis.*

160 *Aviles in hac quæst. per Mastrill. relatus nihil ad rem ait.*

Exponit tantum casum, quo Civitas tempore penuriæ frumentum, vel alia victualia inter vicinos distribuit, ne pereant, ibidem.

162 *Commerciorum usus liberè omnibus, unius Regni maxime vassallis, patere debet.*

163 *Quid, stante Regia facultate, aut privilegio, quo præfata statuta, aut ordinationes confirmentur?*

164 *Servatur id in aliquibus Regni Civitatibus* l. 23. tit. 18. lib. 6. Recop.

165 *Differentia inter hæc statuta ingressum frumenti, aut victualium aliorum oppidorum prohibentia, & inter ea, quibus penuriæ tempore proprii frumenti vetantur extractiones.*

166 *De statuto, ne vassalli immobilia forensibus: aut exteris à territorio, sed tantum convicinis, vendant, an per dominum, vel ipsum oppidum condi, valeat, vel an Regia confirmatio exigatur?*

167 *Improbatur hoc statutum.*

Ex hoc statuto nimis vassalli gravarentur, ibidem.

169 *Necessariò, eo stante, eveniret, quòd omnia stabilia in vassallos Baronales, dominorumve inferiorum transferrentur.*

170 *Ditescerent valdè dominorum inferiorum vassalli, Regii redderentur inopes, & ad Regia tributa subeunda minus potentiores, aut inutiles.*

Augerentur dominorum inferiorum jura, & vectigalia: minuerentur Regia: ibid.

171 *Plurimi interest Principis, vassalles locupletes habere.*

172 *Pingues vassalli Principis nervi.*

173 *Et optimum thesaurum.*

174 *Domini inferiores tributa Principis aliquo prætextu minuere non debent.*

175 *Improbant etiam præfatum statutum, seu dominorum inferiorum, jura nostra Regia in* l. 1. & 4. tit. 9. lib. 7. Recop.

176 *De statuto, ne quis ex vicinis absque licentia*

domini, vel Civitatis domicilium suum, aut incolatum, alibi transferat, an per dominum, vel Civitatem fieri valeat:

177 *Refertur, & fundatur affirmativa opinio: cum nu. seqq.*

De unius Baronis oppido ad alterius locum vassallis migrare, an liceat? & quando Baro alienum vassallum recipiens restituere eum teneatur? dict. num. 177. cum seqq.

178 *Quid si ob sævitiam domini recesserint vassalli?*

179 *Vel si territorium proprii domini ita sterile efficiantur, quod vassalli in eo laborando vitam degere, non possint?*

180 *Etsi aufugerint ratione belli?*

181 *Vel ob pestilentiam?*

182 *Et si dominus debitam custodiam villa non adhibueris, nec in maritimis forte, aut inimicis convicinam non munieris?*

183 *Resolvitur pro negativa sententia: cum numer. seqq.*

184 *Ex superiori statuto libertas naturalis, valde infringeretur.*

185 *Refertur pro hac sententia notabilis quedam Regia Pragmatica, & authoritate Doctorum comprobatur.*

186 *Libertatis principalis effectus domicilii mutatio.*

187 *Librum esse cuilibet, ubi libuerit, domicilium suum, vel habitationem transferre.*

188 *Comprobat in specie negativam sententiam nostra* l. 1. tit. 9. lib. 7. Recopilat.

Per hanc legem nostri Magnates, aliique domini inferiores, vel oppida præfata statuta domiciliorum mutationem prohibentia condere inhibentur: ibidem.

189 *Quid circa id, stante legitima conventione, aut concordia inter alia oppida convicina.*

190 *Annullantur Vassallorum qualibet obligationes in favorem dominorum circa hoc facta.*

191 *Constituitur differentia ad declarationem argumenti pro affirmativa sententia supra adducta, inter vassallos feudales, & Burgenses, ut à territorio dominorum absque eorum licentia recedere, valeant, vel non.*

192 *Feudales vassalli non tantum ratione jurisdictionis, sed territorii etiam domino subiciuntur: Burgenses jurisdictionis solum ratione, ibidem.*

193 *Liberioris sunt conditionis, nec tam gravioribus oneribus, quàm feudatarii adstringuntur.*

194 *Declaratur doctrina Luc. de Penn. circa hunc articulum.*

Loquitur de antiquis Romanorum Colonis, sive adscriptitiis, ibidem.

195 *Constituitur differentia inter antiquos Colonos censitos, & adscripsitios, & qui uniquique, pro declaratione text. in* l. agricolarum 18. Cod. de agricolis, & censit. lib. 11. l. cum scimus 22. Cod. eodem.

196 *Isti omnes cum sua progenie ita prædiis adscripti erant, ut nec eorum filiis, aut descendentibus, ea deserere, liceret.*

197 *Nec volente domino à prædiis amoveri, aut sine eis prædia ipsa in alium transferri poterant.*

198 *Nec ex causa militiæ, exactionis tributorum, nec propter alias publicas functiones à prædiis amovebantur.*

199 *Lucas de Penna dum de his Colonis, aut censitis ad vassallos arguit, de vassallis illis, qui ratione territorii subiciuntur, non qui ratione jurisdictionis, intelligendus.*

200 *Quid in nostris vassallis Solariegos, an relicta terra, ad alia loca, dominis invitis, recedere, valeant.*

201 *Principi tantum superiorem non recognoscenti licet subditorum habitationum mutationem de una in aliam Provinciam prohibere, & ex quibus causis fieri debeat?*

202 *Domiciliorum mutationes extra Regnum in multis Provinciis, apud Sinas maximè, prohibentur:* & *dict. num. 101.*

203 *Apud nos ad Curiam Regiam, Civitatem Hispalensem, aut Granatensem, familias ex aliis Regni oppidis transferri, vetatur.*

Nec quòd extra Regna absq; Regia licentia se transferant, ibidem.

204 *Quæ relatur Author. de hac lege non servata, & quæ magna ob id præjudicia agrorum culturæ sequantur.*

205 *Idem ex eisdem rationibus Rumanorum tempore in urbe Constantinopolitana fuit cautum.*

206 *Quæ pœnæ sua originaria oppida deserentibus, & in Curiam Romanam migrantibus indicebantur antiquitus?*

De speciali Magistratu ad id creato, ibidem.

207 *Agitur de statuto, ne absque dominorum inferiorum licentia incolæ noviter ad oppida venientes ad vicinitatem admittantur, an rectè id per dominos statui, valeat?*

208 *Refertur, & fundatur affirmativa opinio: cum nu. seqq.*

200 *Amplians aliqui, ut jubere etiam possit dominus, quòd pro novo ingressu, aliquid ei pendatur.*

211 *Quid si diu forensis in oppido habitaverit?*

212 *Resolvitur contra dominos pro contraria negativa sententia.*

213 *Esset contra cujusque populi utilitatem, si incolæ noviter venientes, non admitterentur.*

Interest valdè Republicæ civium copia oppida repleri, atque ampliari: ibidem.

214 *Civium copia, & multitudo Civitatis ornatus maximus.*

215 *Est optima Regum dignitatis.*

216 *Et securissimum Thesaurum.*

217 *Ad multa alia de utilitate civium copiæ, & multitudinis.*

218 *Atheniensium leges pluribus modis de conservando, & augendo populo curabant.*

219 *Fecere quoque id multæ aliæ Respublicæ novos incolas, muneribus potius, & honeribus alliciendo, quàm amovendo eos contrariis statutis prohibitoriis.*

220 *Cavetur id apud nos in* l. 66. tit. 4. lib. 2. Recopilat. *qua exteri multis privilegiis, ac exemptionibus invitantur, ut in nostro Castellæ Regno commorentur.*

223 *Domicilium, aut vicinitas incolis noviter venientibus liberè, & absque ulla dilatione, & gravamine per dominos inferiores oppidorum, aut per Civitates est præstanda.*

Improbantur obligationes, seu cautiones, quibus novi incolæ se adstringunt ad conservandam vicinitatem pro certo tempore: ibidem.

224 *Adducitur in specie pro superiori affirmativa sententia nostra* l. 1. tit. 9. lib. 7. Recopilat.

225 *Quid si dominis inferioribus præstandæ vicinitatis jus consuetudine, aut privilegio, competat?*

226 *De aliis multis statutis, aut edictis prohibitivis, quæ domini inferiores, vel populi cum jurisdictione, vel sine ea emittere, valent ad plures speciales quæstiones: remissivè, cum numer. seqq.*

227 *In statuto circa sumptus, pompam funeris, & lugubres vestes.*

Digitized by Google

228 *In statutis super officialium electionibus, mercedis mercenariorum taxa, & super modo præstandi suffragia in oppidi Concilio.*

229 *Super pascuis, plantatione montium, numero ovium pascendarum, custodia montium, vinearum, messium, & pecudum.*

230 *In statutis Baronum super furnis, & molendinis, venationibus, & piscationibus.*

231 *De statuto, ne de nocte mascara, vel similia fiant.*

232 *De bannis, seu statutis, ne quis post certam horam noctis sub aliqua pœna deambulet.*

Et pœna armorum amissionis, ibid.

233 *De campana pulsatione in signum ne ignorantia prætendatur.*

234 *Apud nos, quibus horis campana pulsari debeat, ut arma amittantur?* ad l. 5. tit. 6. lib. 6. Recopilat.

235 *Quid si negligentia, aut malitia Sachrista, vel alterius pulsaturi ad horam assignatam non pulsetur? & post horam benè auditam, sed ante pulsationem, quis cum armis capiatur?*

236 *Et quid si cum bestiis eforas veneric, vel cum lumine, seu lanterna ad nostram* l. 5. tit. 6. lib. 6. Recopilat.

237 *Permistitur apud nos ensem cum pugione* vulgo daga *etiam post pulsatam campanam deferre, si cum Lanterna aliove lumine portetur.*

238 *De edicto, aut statuto, deferre arma de nocte sub aliqua pœna prohibente: & an perpetuò, vel temporaliter tantum per Dominos inferiores, aliosve Iudices emitti valeat, & ad alia plura circa personas, & arma in hoc banno comprehensa, cum num. seqq.*

241 *De laudabili quorumdam oppidorum consuetudine, aut statuto, ne in Feria V. & VI. majoris hebdomade, dum Sanctis. Christi Corpus clausum in monumento manet, arma portentur, & ratio.*

243 *De ordinationibus oppidorum, seu vicorum apud nos* Aldeas, *que aliis Civitatibus subiiciuntur, quomodo ea condere, valeant? & an Civitatum consensum requirere, teneantur.*

244 *An hec vicorum statuta Civitatis vicinis præjudicent?*

245 *Quid in oppidorum statutis respectu aliorum etiam oppidorum communitatem habentium in pascuis, vel in similibus, super quibus statuta conduntur, ad præjudicium, quod ex hoc eis inferri potest?*

246 *In præjudicium juris pascendi, jure servitutis, communionis, aut conventione, aliterve per oppida convicina, vel alios quæsiti, an pascua mutari, possint? & numer.* 249. *cum sequentib.*

247 *Regia ad id facultas, & simul omnium consensus exigitur.*

248 *Nec in præjudicium cujuslibet servitutis dominus prædii quidquam facere, potest, ex quo servitutis conditio deterior fiat, ex numer.* 249.

251 *Gratia Regia, aut privilegia in præjudicium communionis, alteriusve juris pascendi conventione, aut præscriptione quæsiti, in nostro Senatu retinenda, juxta nostram* l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopilat.

252 *Referuntur plura alia remissivè de materia oppidorum circa jus pascendi ad pœnas istarum ordinationum, earumque executionem, ne nimis rigidè, & damnum excedentes sint: cum numer. seqq.*

253 *De pœna, ut ex ovibus, aut pecudibus in alieno depascentibus una ex quinque, aut decem capiatur, & num.* 254.

255 *Quid stante antiquissima consuetudine circa hanc pœnam indicendam? & numer.* 257. & 258.

De hujusmodi pœnarum taxa in Regno Neapol.

259 *Pœna hujusmodi an forenses adstringant?*

UT igitur materiam fructuum, seu emolumento- 1
rum jurisdictionis prosequamur, & quid inter
eos connumerari debeat, plenè cognoscatur, nobis
in præsenti se offert elegans, & utilis ad praxim indagan-
da quæstio: An, videlicet, facultas condendi statuta,
vel leges municipales, seu ordinationes, easve saltim ab
oppidis conditas confirmandi potestas, jurisdictionis
commodum, aut fructus sit, & oppidorum Dominis,
vel Baronibus jurisdictionem cum mero, & mixto impe-
rio habentibus, competat?

Quæ quidem quæstio antiqua est, & valde controver- 2
sa per DD. in *l. omnes populi, ff. de justit. & jur.* quorum
plures negativam sententiam tenent ex eo principali fun-
damento, quòd potestas condendi leges de Regalibus
sit, ad Principem tantum Superiorem non recognoscen-
tem spectans, ut ex text. in *l. fin. Cod. de legib.* ibi: *Tam
conditor, quàm interpres legum solus Imperator justè existi-
matur, l. 1. ff. de constit. princip.* & ex nostra *l. 12. tit. 1.
part. 1.* docent Arnisæus *de jur. Majestat. lib. 2. capit. 3.
numer. 4.* Horat. Montan. *de Regalib. in prælud. numer.*
9. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. capit. 35. ex
numer. 15. & 37.* Henric. Rossenth. *de feud. cap. 5. concl.
2. numer. 4.* Gomez *in l. 1. Taur. num. 6. & in l. 40. num.*
10. Petr. Gregor. *de Republ. lib. 9. cap. 1. nu. 39.* Mastrill.
de Magistrat. lib. 3. cap. 3. ex num. 27. Surd. *cons. 152.
ex num. 20.* qui legem condere, Supremi dominii, &
potestatis, maximique imperii esse, dicit, Iacob. Calic.
in margarit. Fisc. dubitat. 8. sub num. 6. Petr. Bellug. *in
specul. princip. rubric. 11. §. His igitur,* Cancer. *variar.
resolut. lib. 3. capit. 3. num. 53. cum seq.* & aliis congestis
August. Barbos. *in collect. ad dict. l. fin. num. 9. de legib.*
Giurb. *de feud. §. 2. gloss. 2. num. 38.* Dominic. Antunez
de Portug. *de donat. Reg. 2. part. capit. 10. num. 5.* & ex
Theologis, ad plures quæstiones morales, latè resolvunt
ex D. Thom. 2. 2. *quæst. 90. art. 3.* Dominic. Sot. *de ju-
stit. & jur. lib. 1. quæst. 1. artic. 3.* Silvest. *in summ. verb.
Lex, num. 4.* Suarez *de legib. cap. 8. num. 6. cum seqq.*
Cardinal. Bellarmin. *lib. 3. de laic. capit. 10. tom. 2. & cum
aliis,* Castr. Palao *1. part. tract. 3. disputat. 1. punct. 22.
ex numer. 1.* Salas *de legib. disputat. 7. sect. 10. & sect.*
13. † Ubi, quòd ideo Magnates, Duces, Marchio- 3
nes, & alii Domini vassallorum leges condere, non va-
leant, quia superiorem recognoscunt, Tiraquell. *de
primog. quæst. 6. numer. 3.* Menoch. *cons. 604. numer. 6.*
Sebastian. Medicis *de legib. part. 1. quæst. 20.* & ex Tusch.
& aliis August. Barbos. *in dict. l. fin. numer. 10.* Sixtin.
de regalib. lib. 1. capit. 2. numer. 9. † Qui hoc amplius 4
ad majora regalia jus condendarum legum pertinere,
ait.

Ex quibus idem resolvendum videtur in statutis, seu 5
ordinationibus oppidorum, ut nullo modo per Domi-
nos inferiores fieri, aut facta per oppida confirmari va-
leant; sed necessariò Regia confirmatione ad eorum ob-
servantiam egeant, cum nihil aliud, quàm leges mu-
nicipales sint, ut in specie resolvunt Angel. *in l. Impe-
rium, ff. de jurisdict. omn. iudic. capit. 2. numer. 7. vers.
Ex prædictis,* & ibidem Barbat. *in addit. ad Bartol. nu-
mer. 8.* asserentes, quòd si alicui Civitas, vel oppidum
cum jurisdictione sit concessa, potestas condendi sta-
tuta, data non intelligatur; quia hoc sit de mero, &
summo Imperio, quòd soli Principi competit: quam
doctrinam sequi videtur noster Gregor. Lopez *in l.
penult. tit. 2. partit. 2.* Jacob. de Butr. *in leg. 1. ff. quod
quisque iur.* † Qui id etiam in quibuslibet perpetuis Ma- 6
gistratibus procedere, ait, in quibus idem docet Petr.
de Ancharran. *in capit. canonum statuta, de constitut.* † 7
Et in nostris Dominis inferioribus hanc sententiam tenet

8 idem Angel. *in §. 1. in fin. instit. de divis. stipolat.* † Et quod talia statuta, quamvis per Dominos perpetuus condita, annalia tantum sint, Ofasc. *in l. omnes populi, ff. de justit. & jur. colum. 56. in fin.*

9 Pro qua etiam contra dominos inferiores sententia, & contra Bartoli, & aliorum opinionem ex nostra maximè *l. penult. tit. 1. part. 2.* resolvunt Azeved. *in rubric. tit. 1. lib. 2. Recop. ex num. 8. & 11.* ubi *in fin.* id resolvit Ahumad. *in schol. gloss. 2. l. 12. tit. 1. part. 1.* & ad confirmationem Regiam in his statutis necessariam, & quòd absque ea per inferiores dominos facta non teneant, Zevall. *comm. contr. com. quæst. 749. ex num. 43.* qui *nu. 44.* à contraria opinione Avendañ. cavendum admonet, & idem ait, & benè resolvit Hermosill. *in leg. 15. titul. 5. part. 5. gloss. 2. n. 15.* quem novissimè sequitur Balmassed. *de collect. quæst. 4. num. 14.* optimè Bobadill. *in politic. l.*
10 *2. cap. 16. num. 128.* † Ubi, quòd Domini vassallorum non possint condere in suis locis statuta, vel ordinationes temporales, vel perpetuas, neque edicta pœnalia emittere, etiam si cum consensu populorum id faciant, *& num. 129.* quòd omnium oppidorum ordinationes in nostro Supremo Senatu confirmentur, prout frequenter fit, ut expresè cavetur per nostram *l. 8. tit. 1. lib. 7. Recopilat.* & per *l. 14. tit. 6. l. 3. ejusdem Recop.* de quarum interpretatione, ad veram hujus quæstionis resolutionem plenius infrà dicam.

11 Quibus tamen non obstantibus, contrariam affirmativam sententiam plures DD. tam Regnicolæ, quàm exteri tenent, ut nimirum Domini inferiores de jurisdictione, & præcipuè cum mixto imperio investiti statuta in suis locis facere, valeant, & facta per oppida, confirmare, & ita in expresso resolvunt Bartol. *in l. omnes populi, num. 8. ff. de justit. & iur.* Andr. de Isern. *in tit. quæ sint regal. num. 3.* Iacobin. *in tractat. feudal. vers. Et cum mero imperio, num. 7.* ubi, quòd hoc ratione meri imperii, de quo sunt investiti, procedat, cujus est effectus statuendi potestas, & edicta pœnalia inter subditos emittendi, ut fatetur quoque Angel. *in dict. l. Imperium, cap. 2. num. 7. ff. de iurisdict. omn. indic.* licèt pro contraria opinione resolverit: ex qua etiam ratione hanc statuendi potestatem dominis inferioribus cum mero imperio investitis tribuunt, Ofasch. *decis. 78. nu. 12.* benè Thesaur. Iunior. *forens. q. lib. 3. quæstion. 91. nu. 2.* & post alios Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. cap. 18. ex n. 1.*
12 † Qui in *nu. 16.* idem affirmat, si consuetudine merum imperium sit quæsitum, & quod consuetudinis etiam ratione non solùm pœnæ pecuniariæ, sed, & corporales per Barones in suis bannis, seu edictis infligi possint, ut tenent quoque Paris de Puteo *de syndicat. tit. de excessib. Baron. erga subdit. c. 2.* ubi, & quoad pœnam confiscationis bonorum: & ad omne Berret. *cons. 47. nu. 4.* Battdax. *de for. competent. for. 3.* Mastrill. *decis. 145.* latè Peregrin. *de iur. Fisc. tit. 2. ex nu. 87.* Pont. *de potest. Proreg. tit. de divers. provision. §. 3. ex nu. 29. ad 52. & n. 30.* optimè confutat Menoch. & Surd. qui contrarium voluerunt circa hæc edicta, aut statuta per Barones emittenda.

13 Et idem voluit Bald. *cons. 128. volum. 3.* in quibuslibet Magistratibus, qui merum imperium habeant, quos similiter statuta facere, aut confirmare, posse, ait, quod in majoribus Magistratibus perpetuis docuit Bartol. *in dict. l. omnes populi, in 4. quæst. prima quæstionis principalis,* ad differentiam Magistratuum annalium, quos perpetua statuta facere, non posse, tenent ex doctrina Bartol. Petr. de Ancarran. *in cap. canonum statuta, de constitut.* Alexand. *cons. 124.*

14 Quam etiam statuendi facultatem ex alia quoque ratione nostris Dominis vassallorum tribuit benè, & eleganter Bald. *in l. receptitia, Cod. de constit. pecun. in princip.* quibus ex eo eam facultatem statuendi competere, ait; quia in suo Ducatu, vel Statu magis Principi, quàm alii, Magistratus, vel Præsides assimulantur, & Regis Vicarii dicuntur, ejusque locum obtinere, juxta
nostram *leg. penult. tit. 1. part. 2.* † Et ideò omnia, quæ 15
ipsi Reges, facere posse, dicunt Curt. junior. *cons. 59. n. 10.* latè Andr. Abexea *in lib. Pactorum, n. 340. cum pluribus seqq.* Burg. de Paz *in Proœm. leg. Taur. n. 141. & 142.* quare, & statuere, & alia plura, quæ Regi, vel Imperatori competunt, facere, ut tradunt quoque ex hac ratione latè Rolland. à Vall. *cons. 91. n. 17. & 18. lib. 2.* Aviles *in*
c. Pretorum, 17. verb. Proveer sobre ello, † ubi latè hanc 16
sententiam fundat, & de jure resolvit, distinguens inter Duces, Comites, & alios dominos inferiores, qui ad tempus dumtaxat, vel ad Principis beneplacitum sunt creati, quos non ita Principi assimulari, & consequenter non posse condere statuta, ait: & inter eos, qui perpetuo jure successionis in suo Statu succedunt, quos statuere, & alia facere, posse, affirmat; & eandem rationem adducit Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. dict. c. 18. nu. 4.*

Quam etiam sententiam, concessa dumtaxat simplici 17
jurisdictione, tenent Matth. de Afflict. *in constitut. Reg. Neapol. ad constit. Iustitiaris nomen, & normam, notabil. 22.* Berthachin. *de gabell. p. 1. c. 3.* Schrader. *de feud. p. 10. sect. 1. n. 27.* & cum aliis Mastrill. *dict. c. 18. n. 1.* quia statuere, est quid jurisdictionale, ut, ultra relatos, ait Bobadill. *in polit. lib. 3. cap. 8. n. 156.* quod tamen benè intelligit Iass. *in dict. l. omnes populi, in 1. lectur. ex numer. 5.*

Et simpliciter ac indistinctè loquendo in nostris Do- 18
minis vassallorum, quòd per eos statuta suorum oppidorum confirmari, debeant, resolvunt Avendañ. *de exeq. p. 1. c. 5. n. 6. v. Quod verò,* & *c. 8. n. 5. v. Et ideo, & seqq.*
† Ubi, quòd statutorum confirmatio in locis domino- 19
rum inferiorum non à Rege, sed ab ipsis Dominis impetranda sit, & quòd aliter eorum præeminentia, & juris-
dictio offenditur. † Ex quo in *v. Si quis autem,* ait idem 20
Avendañ. populos absque Domini consensu, & confirmatione statuendo, tamquam ejus jurisdictionem usurpantes ab ipso Domino puniri debere, & idem resolvit *in c. 19. n. 9.* ibi id quoque comprobat per nostram *l. penult. tit. 1. p. 2.* ibi; *Nin facer lei, nin fuero nuevo sin otorgamiento del pueblo;* quia si cum ejus consensu, benè id facere, possunt, arguendo à contrario sensu, & consequenter per populos facta confirmare poterunt, ut optimè quoque arguit Gregor. Lopez *ibidem gloss. Nin facer lei,* & hanc sententiam, licèt non ita fundet, sequitur de jure Partitar. Ioann. Gutierrez *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 38. num. 2.*

Imò, & contra jus Barones, vel Dominos vassallorum 21
statuere posse, tenent ex Iasson. Bossius *in pract. criminal. cit. de Pœn.* Andr. de Isern. *in tit. quæ sint regalia, in usib. feudor. colum. 2.* Thom. Grammat. *cons. 103.* quem novissimè sequitur Franc. Maria Prat. *disceptat. forens. 3. p. c. 5. num. 12.*

Ex quorum adversantium Doctorum sententiis, pa- 22
tet, quàm difficilis, tam jure communi, quàm Regio, nostræ quæstionis resolutio reddatur, pro cujus plenissima declaratione, & prædictorum concordia aliquas distinctiones breviter subiiciam.

Primò igitur distinguendum censeo inter leges, aut 23
statuta generalia, & inter municipalia, & ad certa loca
dumtaxat condita: † Illa quidem nullo modo per alium, 24
quàm Regem condi posse, dicendum est, & in hoc casu procedere, debent dicta Doctorum, quos *suprà à numer. 2.* pro prima opinione negativa retuli, dum omnes docent, statuta, aut legem condere de regalibus majoribus esse; & omnino Principi Supremo reservatum, quin per alium inferiorem id fieri valeat; quia cum generaliter tales leges, vel statuta omnes tangant, atque comprehendant, per nullum alium, quàm, qui super omnibus potestatem, & jurisdictionem habeat, emitti valent, ut mirabiliter docuit D. Thom. *2. 2. qu. 90. art. 3.* ubi, quòd lex condi debeat à persona publica, quę totius multitudinis curam habeat, ut est Princeps Supremus, non verò ab inferioribus privatis, ut sunt nostri Domini vassallorum.

In

Digitized by Google

25 In secundo verò casu, videlicet in statutis ad certa loca, vel Civitates conditis, affirmativam sententiam, jure communi attento, procedere debere, existimo, ut nimirum rectè per dominos inferiores, absque alia Regia confirmatione, vel consensu oppidorum, hæc localia statuta condi possint, & etiam per ipsa oppida nullis dominis inferioribus subjecta; in casibus tamen, & cum limitationibus, & declarationibus proximè referendis.

26 Et ita notabiliter hæc prima distinctio inter leges generales, & statuta localia comprobari potest ex eleganti doctrina Bartol. *in dict. l. omnes populi, ff. de justit. & jur. num.* 8. ubi, quòd Princeps, qui est dominus totius, legem generalem faciat, alii verò Domini inferiores, qui sunt domini in parte dumtaxat, in parte tantum statuta condant, quod benè animadvertit noster Gregor. *ubi proximè*, & eam innuit Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *super pragmat.* 14. *nu.* 46. ad quod Mastrill. refert in *lib.* 4. *de Magistrat. c.* 18. *ex nu.* 1. qui tameo de hoc non meminit.

27 Et eandem distinctionem inter legem generalem, & speciale statutum tradit notabiliter Alberic. de Rossat. *in tract. de statut. lib.* 1. *quæst.* 3. *ex num.* 1. & 6. *in tractat. DD. tom.* 1. *pag.* 3. *col.* 3. qui ita intelligit, & declarat *dict. l. omnes populi, ff. de just. & jur.* ut juxta eam oppida, Civitates, vel Magistratus statuta specialia dumtaxat concedere, valeant, non verò generalia, quæ solius potestatis Principis sunt.

28 Iuxta quam distinctionem, & ejus primum casum intelligi, etiam debet nostra *l.* 12. *tit.* 1. *part.* 1. supra pro contraria negativa opinione adducta: imò per eam nostra doctrina, ac resolutio manifestè comprobari potest, nam dum alii, quàm Imperatori, aut Regi legem condere, prohibet, expresè de lege generali ad totum Regnum loquitur, ibi: *Sobre las gentes de su Sennorio*, ut ibidem siogulariter notat noster Gregor. ubi, quòd ideo per hanc legem Partit. correcta non intelligatur, *l. omnes populi, ff. de justit. & jur.* ex cujus decisione in populis loquente, statuendi potestas oppidorum Dominis per DD. tribuitur, quàm quidem *l. omnes populi* decisionem, & communem DD. resolutionem rectè intelligit noster Gregor. ex Bartol. & aliis Antiquioribus, in statutis municipalibus, seu localibus, non verò in lege generali, io qua dumtaxat, *dict. l.* 12. *partit.* loquitur.

29 Et eodem modo est intelligenda, *l. penult. tit.* 1. *p.* 2. in qua clarius dicta distinctio traditur, cum in ea inter legem generalem, & statutum municipale apertè distinguatur; nam postquam in ea indistinctè deciditur, legem per Dominos inferiores fieri non posse, & quod idem servetur in foro, seo statuto, intellige, municipali, juxta Gregor. *ibidem*; hoc ultimum ipsa lex temperat, nisi accedente populi consensu, qui jure Partitarum ex hac lege requiritur, ut ista statuta specialia per Dominos inferiores condi, valeant, ad differentiam juris communi, *juxta infrà dicenda*, ex quibus satis apertè hæc nostra distinctio per istam legem Partit. comprobatur, juxta quam saltim simul cum populi consensu Domini inferiores statuta municipalia condere poterunt, licèt contrarium io lege generali indistinctè per ipsam
30 decidatur, † Quam distiootionem pro intellectu, *dict. l.* 12. *tit.* 1. *p.* 1. & concordia cum *dict. l. omnes populi, ff. de justit. & jur.* tradit, licèt breviter, nec *dict. l. penult. part.* ad eam relata, Gregor. *in dict. l.* 12. *gloss.* 1. *in princ.* & pro concordia *dict. l.* 12. *cum l. penult. partit.* Avend. ita intelligendus *de exequend.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 6. & *vers. Quinimò, & seqq.*

31 Qua igitur prima distinctione relata pro pleniori adhuc nostræ quæstionis declaratione, & ut clarius cognoscatur, quando, & in qq. casibus statuta ista localia, aut municipalia condere, jurisdictionis, vel dominii inferioribus concessi fructus sit, & per Dominos locorum jurisdictionem habentes, emitti possint, aut per ipsa oppida condita confirmari, iterum distinguendum est inter hæc statuta particularia, quæ licèt in certis locis, generalem tamen causarum decisionem respiciunt, ut si super juribus successionum, testamentorumque solemnitatibus, vel aliter etiam præter jus quid caveatur: vel quæ administrationem tantum rerum publicarum, victualiumque, & similium rerum bonam gubernationem concernunt, necnon, & quæ ad rectam justitiæ administrationem conducunt, ut puta circa armorum delationem, vel aliud simile pro pace, & quiete publica inter subditos conservanda, delictisque vitandis. In primo casu, nullo modo per inferiores à Principe fieri posse, mihi videtur, contra verò in secundo, in quo rectè per domioos inferiores ratione dominii circa rerum publicarum gubernationem, vel ratione jurisdictionis pro recta justitiæ administratione statui posse, quia concessa jurisdictione ea omnia translata censentur, quæ ejus administrationem concernunt, text. *in l.* 2. *cum vulgat. ff. de jurisdict. omn. judic.*

Quam distinctionem singulariter confirmatam inve- 32
nio in simili casu apud Benevent. Strac. *de decoctorib.* 1. *part. ultimæ partis principalis, ex num.* 8. † Qui de sta- 33
tutis, aut ordinationibus mercatorum, vel artificum loquens, benèque ea condere posse, resolvens in his, in quibus jurisdictionem habent, id tamen intelligit, dummodo statuta faciant circa ea dumtaxat, quæ mercaturam, aut eorum artes respiciunt, non verò in his, quæ remota sunt ab ipsorum officiis, & professione, ut si super hæreditatibus, vel alia re omnino ab officio extranea, statuerint, quod & consuluit Bald. *in cons.* 44. *præsupposito, &c. lib.* 4. & *in dict. l. omnes populi, num.* 8.

Et eandem distinctionem, licèt non ita explicet, tradit noster Gregor. *in dict. l.* 12. *tit.* 1. *partit.* 1. *gloss.* 1. *secund. limit.* & ex doctrina Abb. *in cap.* 1. *colum. penult. de his, quæ fiunt à maior. part. capit.* & ex doctrina Bartol. *in dict. l. omnes populi, ff. de instit. & iur. quæst.* 1. *cum seqq. à num.* 3. qui tamen, dum loquitur in statutis populorum contrariæ opinioni magis assentire, videtur, juxta distinctionem per ipsum Bartol. propositam *in q.* 1. imò quòd populi, si jurisdictionem habeant, pro decisione causarum statuere, valeant, quod quidem dictum Bartol. semper intelligerem in concernentibus rerum publicarum, vel justitiæ administrationem, in quibus id necessitatis, & lex admittere, debuit, non verò circa alia successionum, contractuum, & similium, quæ per leges generales, aut Regem fieri debent. 34

Quæ omnia optimè comprobari possunt ex doctrina Aviles, Avendan. Ioan. Gutierr. Thesaur. Mastrill. & aliorum Doctorum, quos pro opinione affirmativa *supr.* retuli, *à num.* 11. qui ferè omnes in dicto secundo casu nostræ distinctionis expresè loquuntur, licèt de primo non meminerint, ultra Gregor. Lopez *in gloss.* 2. *in fin. primæ quæst.* ubi ita doctè ad concordiam reducit eandem *l.* 12. *cum l. penult. tit.* 1. *part.* 2. quarum illa legem non solum generalem, *ut supr.* dixi, sed etiam specialem juxta Gregor. dominis inferioribus condere, prohibet, ista verò cum populi consensu id expresè eis permittit. 35

Item juxta hanc distinctionem intelligi etiam debent alii Doctores, qui indistioctè, & sine ulla declaratione negant, Civitates, vel oppida etiam quibus jurisdictio competit, necnon, & Dominos inferiores statuta pro recta iustitiæ administratione, & decisione causarum condere, non posse, quòd, meo videri, intelligi, & procedere debet in primo casu dictæ distinctionis, si super successionibus, contractibus, vel similibus id faciant, secus si circa rem politicam, & popularem gubernationem, administrationemque iustitiæ, circa quæ rectè populorum, vel dominorum statuta *ex dict. l. omnes populi*, substinenda erunt, licèt pro decisione causarum in suis casibus deserviant, quòd necessarium est, aliàs inutilia forent. 36

Lagunez. de Fructib.

X 4 Quæ

37 Quæ tamen affirmativa sententia in dicto secundo ca-
su nostræ distinctionis adducta intelligi, adhuc debet,
si statuta ista municipalia pro rerum publicarum gu-
bernatione justitiæque administratione justa sint, contra
verò si irrationabilia, & ambitiosa, quæ domini infe-
riores condere, non debent, ut ex *l. ambitiosa, ff. de
decret. ab ordin. faciend.* Bartol. & DD. in dict. *l. omnes
populi*, tradunt Thesaur. Iunior. *quæst. forens. lib. 3. cap.
91. num. 2.* Ponte *de potestat. Proreg. §. 3. num. 32.* & no-
38 vissimè Ioan. Maria Prat. *observat. 3. num. 3.* † Nec eis
vassalli obedire tenentur, etiam si Sacramento assecura-
tionis sint adstricti, ut consuluit Socin. Senior. *cons. 272.
volum. 2.* & Socin. Iunior *cons. 96. num. 16.* Thesaur. *de-
cis. 16. num. 6.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. dict. cap. 18.*
39 *num. 22.* † Quia ex eo nimis vassalli gravarentur, & ad
Principem, ejusque Supremos Magistratus recurrere
possent, Bertraud. *cons. 234. lib. 3. & cons. 129.* Berojus
40 *cons. 81. num. 18. & 30. volum. 2.* † Et ob id domini,
aut Barones dominio, & jurisdictione privari valent,
Frecc. *de subfeud. lib. 2. authorit. 8.* Capic. *in cap. Impe-
rialem, column. 38. de probibit. feud. alienat. per Fide-*
41 *ric.* Mastrill. *dict. cap. 18. num. 23.* † Et generaliter con-
tra quælibet banna, edicta, aut statuta injusta, ac irra-
tionabilia latè Camill. Borrell. *de Magistr. edict. lib. 2.
cap. 2. & 3.* ubi fusè ad plura exornat; & etiam contra
Barones, seu dominos inferiores similia banna injusta,
aut statuta conficientes, Ioann. Maria Novar. *de gravam.
vassallor. tractat. 1. gravam. 228. & 230.* ubi, quod
valdè per ea vassalli graventur, maximè, si turpia, &
inhonesta sint, plenissimè Borrell. *dict. lib. 2. capit. 4.*
idem Novar. *gravam. 27. & in gravam. 229.* quòd pu-
blicam utilitatem non privatorum, respicere debeant,
ut latè fundat Camill. Borrell. *dict. lib. 2. cap. 7. tot.*

42 Item eodem modo hanc sententiam intellige, ut sta-
tuta hæc municipalia per dominos inferiores contra jus
Civile, aut Regium non condantur; quia inferior le-
gibus superioris derogare, non potest, *l. nam Magi-
stratus, §. 1. ff. de recept. arbitr. cap. veniens, de jur. ju-
ran.* neque ei legem imponere, *l. pacta, quæ contra, ff.*
43 *de pact.* Nam si par in parem non potest statuere, *l. nam,
& Magistratus, ff. de recep. arbitr. l. 2. tit. 7. p. 3.* Me-
noch. *de arbitrar. casu 438. nu. 9.* Surd. *consil. 47. nu. 10.*
Scacc. *de appellat. quæst. 2. num. 10.* Gratian. *discept. fo-
rens. cap. 925. num. 5.* Novar. *de elect. fori, quæst. 34. nu.
14. sect. 2.* multo minus inferior contra legem superioris,
cap. cum inferior. ubi DD. *de major. & obedient.* & in spe-
cie resolvunt Bald. *in dict. l. omnes populi, de justit. &
jur. column. 5. vers. Sed hic dubitatur*, Alexand. *in l. ne-
mo potest, column. 1. de legat. 1.* Socin. Iunior. *dict. cons.
272. volum. 2.* benè Avendañ. *de exequend. 1. part. cap.
5. num. 6.* ubi reprobat contrariam sententiam Andr. de
Isern. & Thom. Grammat. quos pro ampliatione affirma-
tivæ sententiæ adduxit novissimè, sed minus rectè Franc.
Maria Prat. *supr. relat. num. 21.* & eandem contrariam
opinionem Iasson. & Bossii supr. adducti, benè confutat
Thesaur. Iunior. *forens. quæst. lib. 3. dict. quæst. 91. num.
2. & num. 5.* ita judicatum refert Aviles *in dict. capit.
Prætorum 17. numer. 18. vers. Sed hoc intelligo*, Ioann.
Gutierr. *de jurament. confirmat. 1. part. dict. capit. 38.
numer. 3.*

44 Quæ confirmari possunt per nostra jura Regia *in l. 5.
tit. 4. lib. 1. Ordinament.* ubi dominis vassallorum leges
Regni in suis dominiis servare, & ab earum forma non
discedere, præcipitur, *& in l. 1. Taur.* ibi: *Y no fueren
contrarias à las dichas leyes de Ordinamientos, y Pra-
gmaticas.*

45 Ex qua declaratione infertur, quòd, licèt Domini
inferiores (jure semper communi attento) tam in Ci-
vilibus, quàm in Criminalibus, & præcipuè in edictis,
aut bannis, quæ per eosdem Dominos pro rerum publi-
carum gubernatione, rectaque justitiæ administratione,
delictisque vitandis promulgari solent, pœnas quoque
indicere possint, & ita pœnalia edicta, aut banna emit-
tere, ut communiter tenent DD. proximè referendi;
quasi hoc ad executionem statutorum necessarium; quia
aliàs de nihilo servirent, si aliqua pœna in transgressores
non infligeretur: pœna enim est, quæ homines à malo
cohibet, ut ex Horat. vulgariter jactatur: *Oderunt pec-
care mali formidine pœnæ*: nam juxta Aristotel. 10. *ethic.
cap. 9. Multitudo necessitati potius, quàm rationi: & pœ-
næ potius, quàm honestati paret.*

Hoc tamen, juxta præfatam proximam resolutionem 46
intelligendum est, dummodo pluribus, aut excessivis
pœnis vassalli non graventur, cavereque ideo domini
debent maximè, ne horum bannorum, aut statutorum
pœnæ legalium pœnarum metas excedant, nec aliter
immodicè, etiam præter jus sint: ut eleganter, & ad
plura tradunt Andr. Alciat. *cons. 77.* Ruin. *cons. 109. nu.
10. lib. 4. & cons. 208.* Rolland. *cons. 4. nu. 30. volumin.
3.* & multa cumulat Fab. de Ann. *cons. 94. num. 17. cum
seqq. volum. 2.* optimè Bald. *in l. programma, Cod. com-
minat. vel Epistol.* † Ubi notabiliter dixit, pœnas ca- 47
pitales, & exterminales aliter, quàm jura communia di-
ctant, Magistratus per eorum statuta imponere, non
posse, Lanar. *cons. 96.* † Qui refert, consilium Neapo- 48
litanum consuevisse, moderare pœnas excessivas per Ba-
rones impositas, Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super pra-
gmat. 14. ex num. 55.* † Ubi meritò in quosdam Iudices 49
invehit, qui pœnam ictuum chordæ, ac fustigationis le-
vibus de causis in bannis apposuerant, *& numer. 57.* † 50
Hoc rectè limitat, si id fiat ob magnam audaciam male-
factorum reprimendam, & tollendam delinquendi fre-
quentiam, quo casu benè statuta, aut banna jus, ejus-
que pœnas juris transgredi posse, ait, & ita intelligit do-
ctrinam singularem Thom. Grammat. *in cons. 34.* † 51
Ubi notabiliter dixit, quòd licet milites habeant jus por-
tandi arma, ex causa tamen per banna prohiberi pos-
sunt, ne ea deferant.

Et ad alia contra dominos inferiores, qui hæc banna 52
pœnalia, aut statuta contra leges Regni, aut jus Civile
promulgari, faciunt, ultra relatos Fab. de Ann. *cons. 94.
num. 17. cum seqq.* ubi multa cumulat Thesaur. Iunior.
forens. quæst. lib. 3. dict. quæst. 91. ex numer. 2. & 5. Pont.
de potestat. Proreg. tit. de divers. provision. num. 32. Ma-
strill. *de Magistrat. lib. 4. dict. cap. 18. num. 10. cum seq.*
Prat. *observat. 3. numer. 13.* quidquid contrarium dixe-
rit, *in 3. part. disceptat. forens. capit. 5. numer. 12.* † 53
Et eodem modo in *dict. observat. 3. numer. 13.* hæc sta-
tuta reprobat idem Prat. si per ea Supremo dominio,
aut superioritati Principis, quidquam derogetur, ut no-
tant quoque Thesaur. & Pont. *ubi proximè.*

Quæ omnia confirmantur, quia similiter collegia, 54
& oppida, quæ aliàs ratione jurisdictionis, vel aliter (*ut
infra* dicam) statuere possunt, juris communi, aut
Regio suis statutis derogare non valent, ut optimè resol-
vit contra plures antiquiores contrarium ob generalita-
tem *leg. omnes populi, ff. de justit. & jur.* asserentes: Al-
beric. de Rossat. *in tract. de statut. lib. 1. q. 6. & 7. in tract.
DD. tom. 2. fol. 1.*

Quare hæc statuta, aut banna, iure etiam commu- 55
ni attento, his dumtaxat casibus per dominos inferio-
res, seu Barones emitti poterunt, si secundùm ius,
vel saltim præter ius sint: non verò si contra, ut benè re-
solvit Capiblanc. *de Baronib. to. 1. sup. dict. pragmat. 14.
ex num. 47.*

Iuxta quas supradictas distinctiones rectè intelligi, 56
ac temperari debet, *dict. l. omnes populi, ff. de justit. &
jur.* per quam simpliciter, ac indistinctè populis nul-
lis dominis inferioribus subiectis statuendi potestas tri-
buitur, ut ex ea notant ibidem Bartol. & communiter
antiquiores Laudens. *de Princip. quæstion. 82.* Riminald.
Iun. *cons. 68. volum. 3.* Cravet. *cons. 973. volum. 5. & de
antiq. tempor. n. 5.* Bossius *de pœn. n. 25. in fin.*

Quæ tamen, circa populos, statutaque ab ipsis facien- 57
da communis DD. conclusio primò cum hoc discrimine,
ac distinctione est intelligenda, ut populi, qui nullam
juris-

jurisdictionem habent, non solum leges generales, aut
statuta specialia pro decisionibus causarum condere, pro-
hibeantur (ut supra in dominis inferioribus etiam juris-
dictionem habentibus dictum remanet) verum etiam
nec pro recta justitiæ administratione statuere, poterunt;
quia id tantùm ad eos, quibus jurisdictio pertinet, com-
petere, manifectum est, ut in specie probant Gregor. *in
dict. l. 12. tit. 1. part. 1. gloss. 1. in princip. & in prima,
& secunda limitat.* Burgos de Paz *in l. 1. Taur. & nu.* 350.
benè Iacob. Cancer. 3. *tom. variar. cap.* 13. *num.* 349. &
cum aliis Azeved. *in l. 14. tit. 6. lib. 3. recop. ex num. 2. &
6. cum seqq.* sed dumtaxat pro rerum publicarum bona
gubernatione statuere, eis liceat: quæ distinctio expres-
sè colligitur ex Gregor. Burg. de Paz, & Azeved. *ubi pro-
ximè*, & apertè tradit Cancer. *dict. cap.* 13. *ex num.* 349.
eamque agnoscunt plerique ex Doctorib. *de dict. l. omnes
populi* loquentibus, qui dum hanc statuendi facultatem
populis jurisdictionem non habentibus tribuunt, id om-
nes explicant, & intelligunt in concernentibus rerum
suarum bonam administrationem, & dummodo hoc abs-
que aliqua mixtura pœnarum faciant, ut constat ex Ias.
in dict. l. omnes populi, column. 10. ubi alios antiquiores
refert, Innocent. *in cap. cum accessissent, de constitut.*
Angel. *in l. 1. in princip. ff. si quis jus dicent. non obtemper.*
Roland. *cons.* 99. *num.* 2. Matth. de Afflict. *in præud. con-
stitut. Regn. Neapol. quæst. 3. tot.* Orosc. *in dict. l. omnes
populi, column.* 56. *in fin.* Alberic. *in tract. de statut. tom.
1. quæst. 7.* Rip. *lib. 1. responsor. de legib. & constitut. cap.*
21. Bellon. *cons.* 13. Burgos de Paz *in l. 1. Taur. nu.* 252.
& num. 350. benè Avendan. *in cap. Prætor. part. 1. cap.*
57 19. *num.* 5. *vers. Supradicta*, † qui loquitur in populis
statuentibus circa rerum suarum conservationem, & vi-
ctualium pretium, in quibus benè statuere, posse ait, li-
cèt nullam habeant jurisdictionem juxta præcedent. *vers.*
58 *Apud omnes.* † Dummodo aliquam pœnam non adji-
ciant, quod de jure verum reputat in vers. *Quinimo di-
co*, & tenent Belling. *in specul. Princip. rubr. 2. nu.* 6. Por-
toles *in schol. ad Molin. verb. Firma, num.* 116. *& de
consortibus cap.* 31. *num.* 4. Bardax. *in privileg. generalib.*
59 *num.* 31. *vers. Secundo.* † Quia facere statuta in concer-
nentibus ad aquarum divisionem, montium conservatio-
nem, & similium rerum gubernationem administratio-
nis est, non jurisdictionis, Bald. *in cap. ut animarum, de
constitut. in 6. & in l. 1. de jurisdict. omn. judic.* & elegan-
ter fundat Sess. *de inhibition. cap.* 29. §. 1. *ex n.* 22. 25. &
35. quare optimè concludit Azeved. *in l. 14. tit. 6. lib. 3.
recop.* ubi ex Avendan. Burg. de Paz, & aliis, quod ad
statuta pro rerum publicarum administratione, bona-
que Reipublicæ gubernatione populi jurisdictione non
60 egeant, † Dummodo rationabilia: non verò ambitio-
sa, aut per gratiam sint, nec contra jus, ut dictum re-
manet *supr. à num.* 36. & plenè Gregor. Lopez *in dict. l.
12. tit. 1. part. 1. gloss. 1. vers. Tertio limita, & gloss. 2. in
med.*

61 Quæ proxima, circa populorum statuendis jus, prin-
cipalis conclusio, ne videlicet populi jurisdictione caren-
tes statuta aliqua, pœnalia, maximè, nisi in prædictis
casibus, emittere valeant, pro pleniori ipsius declara-
tione pluries limitari debet.

62 Primò limita, stante in contrarium consuetudine; quia
ejus vigore rectè populi, etiam jurisdictione carentes, sta-
tuere, & pœnas in suis statutis adjicere poterunt, juxta Io.
de Platea *in l. 1. C. de usur. Fiscalib. lib.* 10. Alexand. *in l.
1. colum. 6. ff. si quis jus dicent non obtemper.* Ias. *in dict. l.
omnes populi, num.* 35. *&* 28. Matth. de Afflict. *in præud.
constitut. Regn. Sicil. quæst. 3. num. 9. &* 10. noster Greg.
in dict. l. 12. tit. 1. part. 1. gloss. 1. circa med. Avendan. *d.
cap. 5. num. 5. vers. Quinimo*, ubi ita hodie consuetum,
& praxi receptum testatur, Azeved. *in l. 14. tit. 6. lib. 3.
Recopilat. ex num.* 2. Cancer. 3. *tom. variar. cap.* 13. *nu-
mer.* 354.

63 Secundò limita, nisi populus jurisdictione carens spe-
cialem statuendi potestatem habeat ab illo, cui jurisdi-
ctio competit, Felin. *in cap. cum omnes, num. 14. de con-
stitut.* Ias. *in dict. l. omnes populi, num.* 35. Gregor. Lopez
in dict. l. 12. part. Cancer. *dict. cap. 13. n.* 355. Azeved. *in
loc. cit. num.* 19.

Tertiò limita, nisi pœna apponatur ex consensu om- 64
nium vicinorum, qui invicem ad observantiam statuti
se obligent, quæ quidem, in vim saltim contractus, ser-
vanda erit, Gloss. *in cap. cum aliquibus, verb. Firmita-
te, de rescript. in 6.* Ias. *in dict. l. omnes populi, num.* 35.
Gregor. *ubi proximè*, Orosc. *in dict. l. omnes populi, nu.*
9. Azeved. *ubi suprà*, & huic declarationi assentire, vi-
detur Sesse *ubi suprà, num.* 26. & expressè tenent Bar-
dax. *super Fer. Aragon. in tit. de privileg. gener. Arago.
num. 31. vers. De secundo, post princip.* Purpurat. *consil.*
556. *num.* 11. *&* 27. Cancer. *dict. cap. 43. num.* 356. quia,
ut ipse ait, ex nostro Bobadill. *in Polit. lib. 3. cap. 8. num.*
158. inutilia essent hæc statuta, nisi aliqua pœna pro eo-
rum observatione adjiciatur. † Nota tamen, quod pro 65
exequutione pœnæ Iudex ordinarius adeundus erit, quo-
ties oppidum jurisdictione careat, juxta eundem Cancer.
ubi supr. num. 360.

Si verò populi jurisdictionem privilegio, vel præscri- 66
ptione, aliterve possideant, poterunt quidem statuta
condere, non solum pro rerum publicarum gubernatio-
ne; sed etiam pro recta justitiæ administratione (prout
superius *ex num.* 35. declaravi) edictaque pœnalia, aut
banna emittere; quæ omnia pro commoda, ac necessa-
ria justitiæ concessæ administratione translata censen-
tur, juxta text. *in l. cui jurisdictio* 2. cum vulgatis, *ff. de
jurisdict. omn. judic.* ut similiter *suprà* dixi in Dominis in-
ferioribus jurisdictionem habentibus, & tenent in spe-
cie Orosc. *in dict. l. omnes populi, num.* 9. qui loquitur in
populo, qui privilegio, aut consuetudine, jurisdictio-
nem habet, Matth. de Afflict. *in præud. ad constitut. Si-
cil. q. 3. n.* 2. ubi ad pœnalia statuta, de quibus etiam *in q.*
6. Burgos de Paz *in l. 1. Taur. n.* 353. & manifestè compro-
batur ex Innoc. Angel. Greg. Lop. Avend. & ferè omnibus
proximè relatis, qui in his populorum statutis loquun-
tur, & eo dumtaxat casu pœnas in eis per eosdem popu-
los adjici non posse, dicunt, quia omninò jurisdictione
carent, ut singulariter notat Bald. Perusin. *in tractat. de
statut. verb. Collegium, num. 2. in tract. DD. tom. 2. fol. 99.*
† Qui notabiliter loquitur in universitatibus, Castris,
aut Villis, quæ nullam propriam jurisdictionem habent,
sed jurisdictioni alterius Civitatis subsunt.

Ex quibus infertur, etiam similiter Collegia Docto- 68
rum, Artificum, Mercatorum, & similium statuere,
vel suas ordinationes facere, posse in his, quæ suam ju-
risdictionem concernunt, & quæ ipsorum professiones,
vel officia respiciunt, ut probant jura *in l. fin. Cod. de con-
stit.* juncta ibi gloss. & Bald. §. *fin. in Authent. de fidejussor.
col.* 1. bonus text. *in l. fin. ff. de Colleg. illicit.* in illis ver-
bis: *His autem potestatem facit lex, pactionem, quam ve-
lint, sibi ferre*, Bart. *in dict. l. omnes populi, num. 6. ff. de
justit. & jur.* & ibidem notarunt Angel. Bald. & Ias. *sub n.*
36. idem Bald. & Salicet. *in l. fin. Codic. de jurisd. omn.
jud.*

Sed hoc cum per suos Consules merum, & mixtum im- 69
perium habent, Bald. *in l. cessante, quomodo, & quand.
Iudex*, quia statuta facere, jurisdictionis est, ut plenè
dictum remanet suprà *ex num.* 32. & ad rem notat Bald.
Perusin. *in tractat. de statut. verb. Collegium, num. 2. in
tract. DD. tom. 2. fol. 99. col. 3.* qui specialiter *in num.* 1.
de statutis Doctorum, sive universitatis agit, † & quod 70
non debeant esse irrationabilia, aut ambitiosa, ut si per
ea magis doctorandi graventur plus solito, circa sumptus
gradus ab eis exigendos: † Et ad aliorum Collegiorum, 71
mercatorum, artificum, & similium statuta, quod ra-
tione jurisdictionis benè per eos condi valeant, plenè
Benevent. Strach. *in tractat. de decoctorib. 1. part. ultima
part. principalis, num. 8. cum seqq.* † quin ulla superio- 72
ris confirmatione indigeant, ex quo à jure sint approba-
ta *in dict. l. fin. Cod. de consti. pecun. dict. Authentic. de*

fide-

Digitized by Google

fidejussor. §. *fin.* notant Bald. *in l.2. num.7. Cod. de constit.*
pecun. & ibidem Salicet. *& in l. fin. Cod. de jurisdict. omn.*
judic. & ex Angel. Cyn. & aliis *in dict. l. omnes*, Strach.
in loc. citat. num.9. quidquid contrarium velit, imò con-
firmationem requiri, Iul. Ferret. *in tractat. de re naval.*
lib.15. num.13. in tract. DD. *tom.12. fol.351. col.4.* qui ad
id refert Bald. *in dict. l. fin. Cod. de jurisdict. omn. judic.*
quo tamen loco nihil de confirmatione ait: Sed dictam
sententiam expresè tenet *in dict. l.2. num.7.*
73 Ultra quæ hujusmodi artificum statuta, sive ordina-
menta alia etiam ratione substineri, poterunt; quia ni-
hil aliud sunt, quàm quædam conventiones inter eos ce-
lebratæ, *l. sed, & ea, ff. de legib. l. fin. ff. de Colleg. illi-*
cit. in verbis jam relatis: *His autem potestatem fa-*
cit lex, pactionem, quam velint sibi ferre, notat Bald.
in dict. l.2. Cod. de constit. pecun. Strach. *ubi suprà, num.*
8. *vers. Item si dicta.*
74 Qua ratione, licèt apud nos Mercatorum Collegia,
sive Gremia, aliorumve artificum, nullam jurisdictio-
nem habeant, ut frequenter apud exteros ea gaudere,
solent, eorum tamen ordinationes, aut statuta, etsi
à superiore approbata non fuerint, in vim saltem pacti
inter ipsos substineri, debebunt, dummodò juri commu-
ni, aut Regio, aut etiam juri municipali, sive generali
statuto Civitatis, cui subsunt, non derogent, juxta no-
tabilem doctrinam Alberic. de Rosat. *in tract. de statut.*
quæst.6. num.1. & 2. in tract. DD. *tom. 2. fol.2. co-*
lumn.4.
75 Quæ omnia intellige, ut inter ipsos solos mercatores,
vel artifices statuta hæc serventur, non verò inter alios
diversæ artis, vel aliter extraneos, quibus aliorum pa-
ctiones nocere, non debent, juxta text. vulgarem *in l.*
si unus, §. Ante omnia, de pact. optimè Salycet. *in l.1. C.*
de constit. pecun. quem sequuntur Sever. *in dict. l. omnes*
populi, Angel. de Aretin. *in §. Ius Civile, num.4. instit.*
de jur. natural. gent. & Civil. Socin. *cons.288. col.5. vers.*
Minusque obstat, lib.2. Ias. *in dict. l. omnes populi, num.*
76 39. † Quare valdè utilem ad hoc, ut alios quoque com-
prehendant, Principis, vel alterius superioris approba-
tionem putat, Salycet. *in loc. citat.* inter ipsos verò abs-
que ulla approbatione juxta hos DD. servari debe-
bunt.
77 Et hoc amplius etiam in alio, quàm mercatorum, vel
artificum foro hujusmodi statuta servanda notabiliter
contra Accurs. resolvit Bald. *in dict. l.2. Cod. de constit.*
pecun. num.7. id singulariter intelligens, quoties hujus-
modi ordinationes statuentium solum actus respiciunt,
ut in lanificis, aut sericis, quod juxta hunc, vel illum
modum fabricetur: & in mercatoribus, quod eorum
scripturis privatis plena fides adhibeatur, aut executio-
nem paratam habeant, & similia: secus verò si circa
modum procedendi, vel ordinem judiciorum versen-
tur.
78 Quam elegantem Baldi distinctionem sequuntur Ias.
in dict. l. omnes populi, num.38. de instit. & jur. Paul. de
Castr. *in l. eum qui, in §. Quod exigimus, ff. de constitut.*
pecun. Rom. *cons.242. & consil. sequent.* Bald. de Vbald.
in tract. de constit. in dict. vers. Quæro an mercatores, nu.
79 9. † Qui accedit alii etiam limitationi Baldi *in dict. loc.*
licèt eum non referat, ut videlicet in alio foro hæc statu-
ta non procedant, si eorum verba ad Consules, vel pro-
prios artificum Iudices sint directa, quod certè expresè
80 voluit Bald. † Sed eum rectè in hoc reprobat Sever. *in*
dict. l. omnes populi, quia nihil interest, quod legis, aut
statuti verba in hunc, vel illum Iudicem dirigantur, imò
hanc differentiam verbalem, & superfluam esse, notat
81 Ancharan. *cons.340. & cons. sequent.* † Nam, quidquid
aliqui velint, verius est, constitutionem de uno Iudi-
ce loquentem, in alio quoque locum habere, Bart. *in l.2.*
§. Equidem, ff. ad S.C. Tertullian. quia demonstratio-
nis, & exempli causa in unum Iudicem verba prolata
82 videntur. † Quod intellige, nisi clarè constet ex men-
te statuentium, taxationis causa, verba in unum Iudi-
cem, & ne ex eo egrederetur, prolata fuisse, ut notat
singulariter, & declarat Benevent. Strach. *de decoctor.*
1. part. ult. part. princ. num.13. & 14.
Nota etiam hujusmodi mercatorum, vel artificum 83
statuta in illis solum rebus condi debere, quæ mercatu-
ram, vel artem respiciunt: non verò in aliis ab arte,
vel officio extraneis, veluti super successionibus, & si-
milibus rebus ab eorum officio, & professione omninò
remotis, Bald. *in dict. l. omnes populi, sub num.8.* & ibi-
dem Bart. *in l. fin. num.20. ff. de Colleg. illicit.* idem Bald.
in eleganti *consil.44. incipit præsupposito lib.4.* Benevent.
Strach. *de decoctor. 1. part. ultim. part. princip. numer. 8.*
cum seqq. † Vbi plenè tractat de mercatorum statutis, 84
vel ordinationibus circa ipsorum scripturarum, vel li-
brorum fidem augendam, tribuendam executionem,
præscriptiones, aliasve exceptiones removendas, & ad
alia plura valdè utilia in praxi.
Quibus, ita jure communi resolutis circa facultatem 85
statuendi, quæ Dominis inferioribus, vel oppidis, &
similibus communitatibus competit, ultra limitationes
supra relatas, unam quidem singularem non omittam,
ut videlicet, supradicta procedant, si Princeps Supre-
mus à loco absit, ubi statuta fiant: Secus verò eo præsen-
te, ut si in ejus Curia per loci Rectores condantur: quo
casu necessario ejus confirmationem exigunt Doctores,
Bald. *in l. humanum, notabil.4. Cod. de legib. & in l. pri-*
vatorum, l. ult. Cod. de jurisdict. omn. judic. Ias. *in dict.*
l. omnes populi, 1. lectur. col. penult. Gregor. Lopez *in d.*
l.12. tit.1. part.4. gloss.1. vers. Retuli, Avendan. *de exe-*
quend. mandat. 1. part. cap.19. num.4. vers. Secundo limi-
tatur. † Qui loquitur in Curia Regia, ubi ob Principis 86
præsentiam, ad hæc statuta Regiam confirmationem ex-
postulat, Petr. Bellug. *in specul. Principis, gloss.2. nu.*
6. Matiez. *in l.4. tit.14. lib.5. Recopilat. gloss.4. numer.6.*
Azeved. *in l.8. tit.1. lib.7. Recopilat. numer.6. & in l.14.*
tit.6. lib.3. num.11. Gratian. *regul.434. num. fin.* Bernard.
Diaz *in regul.555.* Bobadill. *in Polit. lib.3. cap.8. num.*
156. † Qui tamen benè animadvertit, hanc limitatio- 87
nem apud nos superfluam esse, cum omnia hæc statu-
ta, ubicumque facta, jure noviori, & de praxi per Su-
premum Senatum confirmari debeant, *ut proximè*, di-
cam.
Quæ quidem omnia dicta, & superius relata resolutio, 88
ut in casibus suprà adductis pro bonorum publicorum
bona gubernatione, rectaque justitiæ administratione
Domini inferiores, & populi statuta, vel ordinationes,
per se solos condere valeant, quin aliqua confirmatio
Regia, vel alterius superioris requiratur; jure commu-
ni absque dubio procedunt (ut dictum remanet) & in
hoc sensu omnes præcitati Doctores loquuntur: † At 89
verò jure nostro Regio Partitarum, & Recopilationis
contrarium ferè statuitur: nam primò, jure partitarum
ex *dict. l. penult. tit.1. part.2.* hæc statuendi facultas, non
tam plenè Dominis inferioribus tribuitur, sed cum illa
restrictione, & qualitate, ut nimirum, cum populi
consensu, & non aliter id facere debeant, ibi: *Nin fa-*
zer ley, nin fuero nuevo, sin otorgamiento del Pueblo,
idemque deciditur *in l.12. tit.1. part.1.* quæ loquens in
inferioribus dominis ex vers. *E otro ninguno*, ut notat ibi
Gregor. statuendi potestatem eis denegans, id limitat,
& declarat ipsa lex in illis verbis: *Fueras ende si lo fizies-*
sen con otorgamiento dellos, ex quibus legibus id elegan-
ter resolvit, atque optimè explicat Gregor. *in dictis ver-*
bis, in quibus locis, maximè in ipsa *l.12. part.1. gloss.2.*
in fin. arguendo à contrario sensu resolvit, Dominos in-
feriores, interveniente populi consensu, hæc statuta
absque dubio condere posse, ut antea jure communi po-
pulus solus id facere poterat, *ex dict. l. omnes populi, ff.*
de justit. & jur. & juxta hanc legem Partitar. intelligerem
doctrinam Avendan. *de exequend. mandat. Reg. 1. part.*
cap.19. num.9. & cap.8. num.5. vers. Si quis autem, &
sequent. † Vbi quod confirmatio statutorum, in locis 90
Dominorum ab ipsis Dominis, non à Rege per po-
pulos

Digitized by Google

pulos sit impetranda: quem sequuntur Parlador. *different.* 39. *num.* 10. Otter. *de pasc. cap.* 12. *num.* 8. Ioan. Gu-
91 tierrez *practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 23. *num.* 13. † Et *num.* 14. quod idem procedat in vicis, aut castris, si alicui Civitati subiiciantur, apud nos *Aldeas*, in quorum etiam statutis nullam aliam confirmationem requiri, ait, quàm Civitatis, cui sunt subjecti, in quibus idem notat Otter. *ubi suprà, & proximè* dicam.

92 Quorum Doctorum doctrinam, licèt Doctores relati post *l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 7. *recopilat.* (de qua proximè) loquantur, attento jure Partitarum *ex dict. l.* 12. *tit.* 1. *part.* 1. *d. l. penult. tit.* 1. *par.* 2. verissimam reputo: Secus verò hodie de jure noviori Recopilationis ex juribus proximè referendis: & de praxi, ac stylo nostri Supremi Senatus, ex quo omnia oppidorum, etiam Dominorum inferiorum statuta in Regio Senatu confirmantur, ut dicam *infrà*.

93 Nec me latet, quod dict. *l.* 12. *tit.* 1. *Part.* 1. per quam hæc statuendi potestas unà cum populo Dominis inferioribus tribui, resolvimus, aliqui ex Regnicolis intelligere voluerint de Dominis Superiorem non recognoscentibus, non verò de inferioribus, ne ita juri noviori Recopilationis, & praxi referendæ obstet: Sed falluntur equidem, prout ex expressa ipsius legis littera, & contextura quilibet mediocri consideratione cognoscere poterit, *junct. l. antecedent.* ad quam, & Dominos inferiores in ea relatos *ipsa l.* 12. refertur; ultra quod clarius id deciditur *in dict. l. penult. tit.* 1. *part.* 2. quæ apertè, & absque ulla tergiversatione loquitur in inferioribus dominis.

94 Ex quibus concludendum est, quod de jure Partitarum Dominis inferioribus potestas statuendi in suis territoriis cum populi consensu competebat, nulla alia Regia confirmatione requisita, non verò aliter, hoc est, sine populi consensu, ut jure communi habebant.

95 Quam quidem de jure Partitarum resolutionem, ut non aliter, quàm de consensu populi Domini statuere valeant, notabiliter adhuc intelligit Gregor. *in locis super. relatis*, ut procedat dumtaxat in statutis, quæ publicum ornatum, vel rerum publicarum bonam administrationem respiciant: secus in concernentibus rectam justitiæ administrationem, ejusque exercitium, aut executionem, in quibus condendis nullum populi consensum requiri, sed per ipsos solos Dominos fieri posse, re-
96 ctè ait Gregor. † Quam limitationem, & declarationem *ad dict. l. penult.* ea speciali ratione procedere, mihi videtur, quia ea omnia, quæ justitiæ administrationem, vel jurisdictionis exercitium concernunt, ex ipsa jurisdictionis concessione necessario, & in consequentiam veniunt, ut sæpius diximus *ex l.* 2. *ff. de iurisd. omn. iud.* quia nec aliter jurisdictio exerceri posset; quare non mirum, quod circa hæc statuere privativè ad Dominos pertineret, quibus etiam privativè absque interventu populi jurisdictio competit, quin per *d. l.* 12. *part.* 1. talis privativa potestas, tanquam ad jurisdictionis exercitium omninò necessaria Dominis ablata censeri debeat.

97 Quæ quidem omnia de jure communi, & Partitarum rectè procedunt; jure verò noviori *Recopilat.* & de praxi, ac stylo nostri Supremi Senatus indistinctè hæc statuta, vel oppidorum ordinationes, etiam in locis Dominorum per nostrum Regem omninò confirmari debent, quod in Supremo Senatu fit, ad quem ista statuta afferuntur, & ibi revidentur, & quæ rationabilia, nec contra jus, aut in tertii præjudicium apparent, statim confirmantur, ut ex text. *in l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 7. *Recopil. l.* 14. *tit.* 6. *lib.* 3. *ejusd. Recopil.* quæ generaliter absque ulla distinctione in his statutis loquuntur, & ea omnia in Supremo Senatu confirmari debere statuunt; resolvunt Ahumad. *in schol. gloss.* 2. *l.* 12. *tit.* 1. *par.* 1. Aviles *in cap. Prætor.* 17. *gloss. Proveer*, *num.* 18. *in fin.* ubi quod de praxi etiam in terris Dominorum hæc statuta ad cujuslibet petitionem Regii Senatores ad Supremum Consilium deferri, jubent, ut ibidem confirmentur, & idem testantur, tam in Regiis, quàm in Dominorum oppidis Ioann. Gutierr. *de iurament. confirmat.* 1. *part. cap.* 38. *numer.* 3. ubi ita vidisse in Regio Consilio indistinctè servari ait, quidquid contrarium in locis Dominorum dixerit ipse Gutierr. *practicar. lib.* 3. *quæst.* 23. *n.* 13.

Istamque resolutionem in statutis oppidorum Dominorum loquentes docent Girond. *de gabell.* 2. *part.* §. 2. *n.* 18. Burgos de Paz *in l.* 1. *Taur. num.* 348. *cum antecedent. & seqq.* Gratian. *regul.* 434. *in princip.* Zevall. *commun. contr. commun. quæst.* 749. *ex num.* 43. optimè Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 128. & 129. ubi quòd non sufficiat populorum consensus, ut per Dominos inferiores statuta condantur, sed potius adhuc Regia confirmatio necessaria sit, & benè contra Avendan. resolvit Azeved. *in dict. l.* 14. Ioan. Garzia *de Nobilit. in inscript. num.* 10. & 11. Hermosill. *in l.* 15. *tit.* 5. *gloss.* 2. *nu.* 15. & 62. *part.* 5. 98

Nec obstat contraria resolutio Avendan. Parlador. Gutier. & Otter. *sup. num.* 89. relata, qui post dict. ll. Recopilat. ex doctrina Gregor. *& ex dict. l. penultim. Part.* 1. (imò Gutierr. & Otter. nec ista lege, nec Gregor. relato) asseruerunt, etiam hodie in statutis locorum Dominorum inferiorum nullam aliam, præter Dominorum confirmationem, requiri; qui certius dicendum est, legem Partit. quæ horum Doctorum contrariæ sententiæ causam præstitit, absque dubio hodie correctam inveniri, *per dict. l.* 8. & 14. *Recopil.* quæ licèt nulla speciali facta mentione oppidorum dominorum eorumque ordinationum loquatur, sed generaliter in populorum statutis; eas tamen Regni usus, & praxis Senatus, aliarumque Regiarum Cancellariarum in oppidorum quoque dominorum ordinationibus, seu statutis diù intellexit, ut benè de hac praxi testantur Aviles *ubi supr. dict. num.* 18. *circa fin.* & eam in nostro Senatu agnoscit idem Gutierr. *de iurament. dict. cap.* 38. *num.* 3. Zevall. *dict. quæst.* 749. *ex num.* 43. & *num.* 44. à contraria opinione Avendan. cavendum admonet, Bobadill. *dict. cap.* 16. *nu.* 29. Gratian. *dict. regul.* 434. Hermosill. *ubi proximè*, qui omnes de consuetudine, & praxi omnia hæc statuta, aut ordinationes, etiam in locis dominorum per Supremum 99
Senatum confirmari debere, testantur. † Quæ etiam 100
intelligerem in statutis, seu ordinationibus vicorum, apud nos *Aldeas*, qui Civitatibus subiiciuntur, in quibus similiter hanc Regiam confirmationem necessariam existimo, quin per Civitates, quibus subjacent confirmari sufficiat, uti nec per alios superiores Regi tamen inferiores, ut sunt domini privati, sufficere, diximus, quidquid contrarium teneant Gutierrez *dict. quæst.* 23. *num.* 14. & Otter. *de pascuis*, *cap.* 12. *num.* 8. qui nullam aliam confirmationem, præter Civitatum in his vicorum statutis necessariam putant, argumento ab oppidis dominorum inferiorum, in quorum statutis idem asseruerunt, ut dominorum confirmatio sufficeret, in quo quidem eos supra in simili casu jam reprobatos habes, unum tamen nota, quod absque istarum Civitatum consensu hæc statuta per Regium Consilium confirmari non solent; ut praxis observat.

An verò tales ordinationes, seu statuta exequi possint, 101
antequam per Regium Senatum confirmentur? multum dubitant Regnicolæ, & præcipuè circa hujus articuli resolutionem, magna est altercatio inter Ioan. Garziam *de Nobilitat. in inscript. ex numer.* 10. & Azeved. *in dict. l.* 14. *tit.* 6. *lib.* 4. *recopil.* nam contra Azeved. negativam sententiam tenuit, & latè fundavit Garzia: post quem tamen suam sententiam affirmativam iterum defendit, & plenè fundat Azeved. *in l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 7. *recopil. ex n.* 3. pro qua Benevent. Matienz. & aliqua jura Regia adducit.
† Sed certè ab opinione Garziæ non recederem, cùm 102
per dicta jura Regia Recopilationis hæc statuta, aut ordinationes expressè infirmentur, nisi in Regio Senatu sint prius confirmata; quare non video cur antea servari debeant: & ita jubetur per Regium Senatum, ut testatur Bobadill. *dict. cap.* 16. *num.* 129. & *lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 156.

ubi

ubi maximè, aliqua contradictione stante, id procede-
re firmant: ut ultra omnes plenè, ac optimè hunc arti-
culum disputat, & pro hac Garziæ opinione resolvit Io.
Gutier. *pract. lib.3. dict. qu.23. per tot.* ubi benè de intel-
lectu, ac declaratione prædictar. *l.8. & 14. recopil.* qui-
bus rectè hanc sententiam comprobat, & in Regio Con-
silio, & in Pinciano, aliisque Regiis Prætoriis servari
103 ait, *num.10.* † Quod tamen adhuc intelligerem in sta-
tutis noviter factis: secus in jam diù observatis, ut com-
probari potest ex doctrina ejusdem Bobadill. *num.130.*
quo casu procedere debet *l.54. tit.5. lib.2. & l.14. tit.6.
lib.3. recopilat. sumpta ex cap.17. Pretorum*, & doctrina
Avendan. *dict. cap.19. num.3.* & Matienz. *in l.4. tit.14.
lib.5. Recop. gloss.4. num.2.* quam pro sua sententia addu-
104 cit Azeved. † Et etiam intellige, nisi periculum esset in
mora impetrandæ confirmationis, ut ex text. *in l. tutor,
qui repertorium, ff. de administrat. tutor.* notant Aven-
dan. *de exequend. dict. cap.19. 1. part. num.5. vers. Supra-
dicta conclusio, in fin.* Matienz. *in l.4. dict. gloss.4.* quo ca-
su statuta, si rationabilia sint, statim non spectata con-
firmatione, exequi poterunt.

105 Quæ quidem circa Regiam confirmationem dicta li-
mita, & intellige, ut non procedant in statutis, aut edi-
ctis, quæ fiunt circa oppidorum bonam gubernationem,
ut si super victualibus, quando & quo pretio, aut quo
loco vendi debeant? vel super aquarum divisione, via-
rum munditia, & similibus, in quibus nulla Regis con-
firmatio exigitur, sed imò per dominos vassallorum, vel
suos officiales justitiam administrantes, & per Correcto-
res, aliosque Regios Iudices inferiores talia banna, aut
edicta, seu statuta etiam sub aliquibus pœnis emitti, aut
fieri solent, ut tenent *ex l.4. tit.14. lib.5. recopil.* & ex
doctrina Bart. *in dict. l. omnes populi, num.8. in fin. ff. de
iust. & iure*, Gregor. Lop. *in l.12. tit.1. part.1. gloss.1. in
med. & gloss.2. vers. Item Magistratus*, Aviles *in d. cap.
Prator. 17. gloss. las bara, num.9.* Matth. de Afflict. *in
constit. Regn. Sicil. in prælud. quæst.3.* Bellon. *cons.13.*
Burgos de Paz *in l.1. Taur. num.242.* Tiraq. *de primog. qu.
6. nu.4.* Petr. de Antibol. *in tractat. de munerib. 3. part.
§.6. num.196.* Avendan. *de exequend. 1. part. cap.8. nu.6.
& cap.19. num.5.* Matienz. *in dict. l.4. tit.14. gloss.4. nu.
3. lib.5. Recop.* Azeved. *in addition. ad Cur. Pisan. lib.2.
cap.18. num.11.* Gutierr. *pract. lib.3. dict. quæst.23. num.
17. & de iurament. 1. part. dict. cap.38. num.4.* Girond. *de
gabell. part.2. §.2. num.19.* Otter. *de pascuis, cap.12. nu.
9.* Bobadill. *in Polit. lib.2. dict. cap.16. num.131. & lib.3.
cap.8. num.156. in fin. & 157.* & est elegans *decis.8.* Io-
seph. de Sess. qui plenè resolvit, oppida in hujusmodi
statutis, vel ordinationibus super spectantibus ad politi-
cam gubernationem, statum bonorum universalium,
& particularium, victualium abundantiam, & similia,
nulla loci domini inferioris, vel Principis licentia, aut
confirmatione indigere; sequitur Capiblanc. *de Baron.
106 tom.2. super pragmat. 10. cap.71. num.4. cum seqq.* † quia
frequenter in harum rerum ordinationibus, aut edictis
prompta executio requiritur, & periculum est in mora,
ad notata *suprà num. præcedent.*

107 Ex quibus idem videtur dicendum in statutis, seu ban-
nis, quæ pro recta justitiæ administratione, ad ejusque
exercitium per personas supra relatas fieri, aut emitti so-
lent, in quibus similiter Regiam confirmationem expe-
ctari, non debere videtur, quia etiam celerem execu-
tionem frequenter requirunt, & præcipuè edicta, aut
banna.

108 Et quia hæc banna, vel statuta condere, aut emittere,
venit in consequentiam jurisdictionis dominis inferiori-
bus concessæ, & tanquam quid necessarium ad jurisdi-
ctionis exercitium translatum quoque intelligitur, *ut ex
l.2. ff. de iurisdict. omn. iudic.* sæpius diximus, & ex sin-
gulari doctrina nostri Gregor. *in dict. l. penult. tit.1. part.
2. gloss. Nin fazer, in med. & in l.12. tit.1. part.1. gloss.
Otro ninguno, circa fin. & in gloss. Sobre las gentes, circa
109 med.* † In quibus locis similiter ait Gregor. Dominos
inferiores in statutis jurisdictionis exercitium concernen-
tibus expectare non debere populi consensum, aliàs in
cæteris statutis jure Partitarum requisitum ex dict. *l. pe-
nult. tit.1. part.2.* ut dixi suprà *ex num.88.*

Quibus igitur generaliter cognitis, & tam jure com- 110
muni, quàm Regio Partitarum, & Recopilationis ple-
nè resolutis circa facultatem statuendi per dominos infe-
riores, vel oppidos, quibus jurisdictio competit, vel
non, quando & quomodo hæc statuendi potestas, tan-
quam jurisdictionis fructus reputetur, & consequenter
ad eos pertineat? pro pleniori adhuc hujus materiæ co-
gnitione, aliqua etiam circa hæc statuta, & facultatem
ea condendi per dominos, aut oppida specialiter tra-
ctabo, quæ non minus utilia in praxi, nec injucunda
fore spero.

Primò ergo, suppositis semper distinctionibus, & de- 111
clarationibus, tam jure communi, quàm Regio supe-
rius relatis, circa statuta, quæ Domini inferiores, aut
populi condere possint, pro majori declaratione casus,
& res in quibus id facere valent, breviter referam.

In primis igitur Domini jurisdictionis inferioris, nec- 112
non, & populi pro rerum publicarum administratione,
bonaque gubernatione, & recta justitiæ administratio-
ne sua statuta, & ordinationes, juxta sæpius supradicta,
condere poterunt, ut tradunt ad aliquas speciales quæ-
stiones DD. & præcipuè noster Gregor. *in dict. l.12. tit.
1. part.1. gloss.1. in med. in secunda limitat.* ubi plures ca-
sus cumulat, in quibus populi pro rerum publicarum ad-
ministratione, juxta dicta statuere possunt: † Ut si cir- 113
ca victualium venditionem, viarum munditiem, offi-
ciorum electiones, absque partialitate faciendas, & alia,
& idem Gregor. *gloss.2. in med.* † Ubi in Magistratibus 114
inferioribus, & quod statuant super victualibus, & con-
cernentibus officium suum, *& circa fin. eiusdem gloss.
2.* † Idem in statuto ad ornatum loci jure communi non 115
repugnante, quod per dominos inferiores fieri va-
leat.

De statutis autem, aut bannis frumentum, victualia, 116
vel alias res de territorio, aut loco extrahi, prohibenti-
bus, an per Dominos inferiores, vel à Iudicibus ab eis-
dem deputatis, necnon, & ab ipsis oppidis condi va-
leant, vel non? multum dubitant DD. † Et negativam 117
sententiam hæc statuta, aut banna improbantes, utpo-
tè contra commerciorum libertatem, quæ ingentium
cuilibet competit, juxt. text. *in l. libertas negotiationis,
ff. de iur. patronat. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur.* libe-
ramque facultatem, quam circa rei propriæ administra-
tionem quilibet habet, ad text. & notata per DD. *in l. in
re mand. Cod. mandat.* † In specie contra dominos in- 118
feriores, aliosve Iudices hæc banna, aut statuta, pro-
mulgantes, tenent Bald. *in l. si duobus, §. Emptor. Cod.
commun. delegat. num.2.* Rip. *de pest. tit. de remed. ad con-
servand. ubertat. num.42.* Guid. Pap. *decis.373.* Roland.
cons.3. volum.2. Laderch. *cons.71. num.5.* Anton. Sola *sup.
decret. Sabaud. tit. de edict. annalib. gloss.4. num.4.* Nat-
ta *cons.662.* † qui loquitur in extractione salis. 119

Et in frumento, aliisque victualibus latè prosequun- 120
tur, Cancer. *lib.3. variar. resolut. cap.13. num.256. cum
seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.564. num.45.* Viscont.
*in conclus. jur. verb. Vendere, pag. mihi 282. column.1.
in princ.* Ioan. Bapt. Thor. *in compend. decis. tom.1. verb.
Baro*, & novissimè Ioann. Maria Novar. *de gravamin.
vassallor. tract.1. gravam.121.* ubi quod per ea multum
vassalli graventur.

Et eodem modo intelligunt Siculi, suas Regias prag- 121
maticas 1. & 5. *sub tit.69. de liber. extract.* per quas si-
militer hæc banna, aut statuta extractiones prohiben-
tia, per Barones, aut alios emitti non licet, ut penuriæ,
vel carestiæ tempore dumtaxat tales prohibitiones pro-
cedant, & sustineantur, ut notant Anton. à Vall. *sup.
Pragmat. Regn. Sicil. in d. Pragm.1. & 5.* Mastrill. *de Ma-
gist. lib.4. c.18. n.41. & 42.* ubi ita quoq; intelligit alia il-
lius Regni capita, per quæ idem Baronibus prohibetur.

Iuxta

Digitized by Google

126 Iuxta, quæ similiter, intelligi debent Regiæ conces-
siones, ut aliqua Civitate, quis aliquam publici frumen-
ti quantitatem extrahere valeat, quia id intelligitur de
superfluo, nec civium usui necessario, ut singulariter
notat Ioan. Plat. in l. si quis divinam, Cod. de aquaduct.
in fin. Aviles in dict. cap. 17. verb. Arazonables precios,
127 num. 36. † Et idem in licentiis, ut frumentum de no-
stro Regno Castellæ in Regnum Aragoniæ, & ad alia
adjacentia adsportetur, quæ dumtaxat locum habere de-
bent, abundantia in nostro Regno stante, secus si pe-
nuria instet, ut benè animadvertit Avendan. dict. cap. 19.
vers. penult. num. 35. Pont. de potest. Proreg. tit. de extra-
ction. ubi quod tempore abundantiæ, & non aliter, fru-
mentum ad alia Regna extrahi possit, intellige adhuc,
si ad amicos, non si ad inimicos adsportetur.
128 An verò hujusmodi statuta penuriæ tempore facta li-
gent exteros ibi immobilia possidentes, quoad eorum
129 fructus? negat Anton. Thesaur. decis. 152. † Sed con-
trarium est verius, quia respectu bonorum incolæ ibi-
dem censetur, ut in specie resolvunt Corneus cons. 241.
lib. 1. Petr. Caval. resolut. crimin. cent. 1. cas. 14. Cancer.
130 3. tom. variar. resolut. cap. 13. num. 260. † Et quia meo
videri, principalis ratio prohibitionis frumenti extra-
ctionis non pendent ex qualitate personarum, sive do-
minorum frumenti, sed ex ipso frumento, ex quo in il-
lo territorio sit productum, quare æquius est, ut eo ip-
sius territorii incolæ, quàm alii exteri alantur.
131 In quo tamen articulo dubitari, adhuc posset, an ex-
teri immobilium domini fortè alibi commorantes saltem
pro suis personis, & familia frumentum extrahere pos-
sint? In quo dubio posse, æquius putarem; aliàs enim
nimis rigorosum esset, ut proprio suo frumento ali, non
possent.
132 Nota tamen, hanc prohibitionem intelligi, debere
de extrahente originaliter ex illo loco frumentum: secus
si per transitum illuc pervenisset; quia tunc benè extra-
here valet, Iacob. Cancer. 3. tom. variar. resolut. c. 13.
num. 260. vers. Hanc prohibitionem.
133 An autem hujusmodi statuta Clericos, & eorum colo-
nos adstringant? vel an teneantur statutis, sive legibus
generaliter extra Regnum frumenta, sericum, vel alias
merces extrahi, prohibentibus? negativam sententiam
tenent Bald. cons. 198. num. 4. lib. 2. Ripa de pest. tit. de re-
med. ad conservand. ubertat. num. 122. Grammatic. decis.
500. ubi decisum refert Camill. Borrell. de Magistrat.
lib. 3. cap. 14. num. 68. Sperel. decis. 12. numer. 22. Donat.
Anton. Marin. lib. 1. quotidian. resolut. cap. 31. per tot. &
plures ex Theologis relati, & sequuti per Dian. resolut.
moral. tom. 5. de immunic. tract. 1. resolut. 27. & part. 1.
tract. 2. resolut. 69. Pat. Molfes. ad consuet. Neapol. part.
2. de person. q. 7. nu. 47. ubi ita in Regia Camera Neapol.
decisum testatur, & eandem decisionem refert Ioann.
Maria Novar. super pragmat. ejusdem Regni tit. de ex-
tract. collect. 8. num. 7. qui omnes hanc sententiam in de-
fectu jurisdictionis fundant.
134 Affirmativam verò sententiam, cui ut veriori adhæ-
reo, magis communiter tenent Menoch. cons. 800. &
cons. 1000. nu. 19. & 38. Menchac. controvers. frequent.
lib. 1. cap. 4. nu. 18. Bertazol. cons. 37. num. 2. & 6. tom. 1.
Didac. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinament. col. 9. vers.
Queritur, Salced. in addition. ad Bernard. Diaz. in pra-
ctic. ciminal. cap. 55. pag. 100. vers. Quamvis, in med.
Mexia in pragmat. tax. pan. conclus. 5. num. 17. cum seqq.
doctissimè Dom. Covarruv. in regul. Possessor, 2. p. §. 4. nu.
8. Azeved. in l. 4. tit. 18. num. 19. cum seqq. lib. 6. recopil.
qui tamen malè pro contraria sententia refert Dom. Co-
varruv. Matth. de Afflict. in tit. quæ sint Regal. numer. 91.
qui ad id refert Bald. in cap. 1. col. 5. de pac. constant. Si-
gnorol. cons. 21. Anton. de Vall. in pragmat. Regn. Sicil.
lib. 5. in proœm. numer. 56. Vulpell. de libert. Ecclesiastic.
part. 2. num. 17. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 18. nu. 117.
Mandell. cons. 271. num. 19. Carol. de Grassis de effectib.
Clericat. effect. 2. num. 294. & effect. 3. numer. 178. Mau-
son. de contraband. quæst. 8. num. 3. Petr. Bellug. in specul.
Princip. rubr. 14. §. Nunc videamus, num. 49. Calixt. Ra-
mirez de leg. Reg. §. 26. num. 27. Addent. ad Iul. Clar. in §.
fin. quæst. 82. stat. 7. circa bladum, num. 36. in fin. vers.
Puniuntur, Pat. Sanchez in consil. moral. lib. 2. cap. 4.
dub. 55. num. 24. Don Iuan del Castillo tom. 7. controvers.
cap. 9. num. 28. Doctissimus Dom. D. Petr. de Salzed. de
leg. Polit. lib. 1. cap. 4. num. 11.
Ultra quos novissimè, & doctè, ac plenè id resolvit 135
in omni genere statutorum frumenti extractionem, aut
serici, auri, vel argenti, aliarumve mercium, necnon
in statuto circa taxam panis, sive victualium, in quo et-
iam pleríque ex præfatis Doctoribus, Franc. Rocc. de of-
fic. regimin. rubric. 14. §. 4. per tot.
Vbi plures circa hoc decisiones refert, & in num. 42. 136
† Declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium, 137
in qua Episcopis, aliisque personis Ecclesiasticis præcipi-
tur, ut quoad annonam, & extractionem frumenti se
cum ordinationibus Magistratuum sæcularium in Regno
Neapol. conforment, & ita signanter Domino Nuncio
Neapolitano per eandem Sacram Congregationem re-
scriptum, ait Roc. ubi supr.
Estque elegans decisio 30. apud Reverter. part. 3. 138
quam refert etiam Marin. in dict. cap. 3. in fin.
qui contra suam sententiam in ea decisum agno-
scit.
Et apud nos extat expressum jus Regium in dict. 139
l. 1. tit. 18. lib. 6. Recopilat. in qua id clarè in his ex-
tractionibus contra personas Ecclesiasticas decidi-
tur.
Cujus nostræ legis, & omnium Doctorum, quos su- 140
perius adduxi, est illa vulgaris, sed quidem firmissima
ratio, quod hujusmodi statuta prohibitoria publicam uti-
litatem, & commune Regni bonum respiciunt; unde
licèt ipsas personas Ecclesiasticas propter rem afficere
non possint, justissimum tamen est, atque Reipublicæ,
& Regni conservationi conveniens, ut afficiant ipsá rem,
ad differentiam statutorum, quæ in publicam utilitatem
non tendunt, ut optimè declarant Domin. Covarruvias,
Menchac. Mexia, Sanchez, Dom. Salzed. & ferè omnes
ex relatis.
Quæ ratio, & in nostro casu resolutio confirmatur ex 141
generali doctrina Augustin. Barbos. de univers. jur. Ec-
clesiast. lib. 1. cap. 39. §. 5. ex num. 38. & vot. 126. ex num.
241. qui cum aliis pluribus doctè, & generaliter distin-
guit etiam inter statuta laicorum, quæ communem uti-
litatem respiciunt, vel quæ privatam tantum, ut illis Cle-
rici quoque ligentur, secus verò istis.
Unum tamen nota, quod superior in num. 121. relata 142
principalis resolutio, ut Baronibus, aut Dominis infe-
rioribus penuria, aut necessitate publica deficiente, has
extractiones prohiberi, non liceat, limitari debet, ex-
tante pro eis consuetudine immemoriali prohibendi, ut
ex Zerol. in prax. Episcopor. part. 1. verb. Barones, te-
nent Ioann. Maria Novar. de gravamin. vassallor. tract.
5. dict. gravamin. 121. num. 8. Mastrill. de Magistrat. lib.
3. cap. 18. num. 43.
Qui num. 44. hoc intelligit ex Albert. Brun. cons. 151. 143
quem etiam sequitur Novar. ubi proximè, dummodò
nihil pro obtinenda licentia per Barones, vel Dominos
à vassallis exigatur, quod quidem jus, si eadem imme-
moriali consuetudine, aut præscriptione per Dominos
fuit obtentum, nec aliter licentia ad istas extractiones
per eos concessa, benè etiam præscriptione quæsitum
censebitur, juxta ea, quæ latius suo loco dicam, ubi
plenè resolutum invenies, similes præstationes per Do-
minos inferiores à vassallis præscriptione immemoriali
acquiri posse, dummodo liberè, & absque alia coactio-
ne per vassallos præstitum in præscriptione sit articula-
tum, & probatum ad vehementem extorsionis præsum-
ptionem excludendam, quam contra Dominos inferio-
res esse, ibidem dicemus.
Cui quidem præcedenti statuto, aut banno frumenti, 144
alio-

aliorumque victualium, extractionem ab oppido ob penuriam prohibenti proximum est aliud, per quod à Dominis inferioribus, vel suis Iudicibus, aut à Correctoribus, aliisve Magistratibus Regiis ob eandem penuriam aliquæ gabellarum immunitates rusticis, aut forensibus conceduntur, ut ita ad victualia in Civitatem adsportanda invitentur, & Civitas eis abundet, ut notat noster Gregor. Lopez *in dict. l.* 12. *tit.* 1. *Partit.* 1. *gloss.* 2. *in med.*

145 Qui tam in exemptione reali, quàm in personali immunitate loquitur, & quod hoc procedat etiam in præjudicium conductorum gabellarum, quia quoties publica utilitas cum privata concurrit, illa præferri debet, ut optimè in specie resolvunt Boer. *decis.* 296. *in fin. cum seqq.* Azeved. *in l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilat. num.* 5. August. Capat. *de Regimin. Republic. cap.* 7. §. 14. *num.* 25. & eleganter hanc politicam tradit Bobadill. *lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 50. ibi: *A los Labradores, y personas que traen vituallas al Pueblo, dezia Platon en su Republica, y Iustiniano, y una ley Real, que deben los Corregidores hazer dar breve despacho, y que no sean presos, ni por achaques, y calumnias detenidos, ni molestados: antes deben ser favorecidos, y aliviados de algunos derechos, y tributos en case necessarie, por carestia, ò por inundacion de aguas, aunque sea con danne de los Arrendadores*, & novissimè idem tenet Balmased. *de Collect. q.* 1. *per tot.*

146 Qui etiam loquitur tempore magni concursus, ut penuria, quæ tunc frequenter acidere solet, excusetur, & *à nu.* 82. ait non quo ad omnia tributa, sed dumtaxat quoad aliquam partem, has immunitates concedi debere, quod intelligerem nisi alius quoque magni concursus, pestis, vel alterius casus necessitas id expostulet.

147 Eandemque resolutionem, quoad has vectigalium immunitatis tempore penuriæ concessiones in præjudicium gabellarum conductorum, sequitur Gironda *de privileg. quæst.* 11. *ex num.* 86. qui latè hoc intelligit, ac temperat, ut postea gabellarum conductoribus interesse, & damnum inde sequutum per Civitatem de ipsius propriis resarciatur: quod verum reputo, quia ob ejus commodum immunitates istæ conceduntur.

148 Imò meo videri, in subsidium Princeps conductoribus tenebitur, quia eis per se, & suos Ministros libero locationis usui patientiam præstare debet, ita ut sive justè, vel injustè aliquo modo liberum usum locationis Princeps impediat, vel sui officiales, quibus ipse resistere poteit, teneatur, si justè prohibuit, ad damnum, si autem injustè, ad lucrum etiam, & totale interesse, ut ex text. singulari *in l. cum proponas, ff. de naut. fænor.* & *nostra l.* 21. *tit.* 8. *part.* 5. optimè resolvunt, & plenè de articulo, quando de facto justo, vel injusto suorum officialium Princeps teneatur *ad l. si fundus* 33. *ff. locat. leg.*
149 *Lucius Titius* 11. *ff. de evictionib.* † Et quando eos eahibendo liberetur? Cabed. *decis.* 80. *per tot. part.* 2. Castill. *tom.* 3. *controvers. cap.* 3. *tot.* Cyriac. *controvers.* 274. D. Cresp. *observat.* 103. *an.* 56.

150 Et prædicta affirmativa resolutio in favorem conductorum Regalium de praxi in Senatu Regii Patrimonii servatur.

151 Ad alia autem plura de his, vel similibus Principis, vel suorum officialium impedimentis, præcipuè in suis locationibus ad remissiones conductoribus ob id faciendas, vel non, latè tractant, & in aliorum privatorum locationibus Barbos. *vot.* 62. & *voto* 126. *num.* 354. Galeot.
152 *respons.* 17. & 18. D. Lar. *allegat.* 18. *cum tribus seqq.* † In quibus de impedimento ex causa belli, Pyratarum, mutationis monetæ, & similibus.

153 Ad alias autem quæstiones speciales circa nostram materiam statutorum, & præcipuè circa edicta, vel ordinationes, sive aliquorum oppidorum statuta ad victualium venditiones, quomodo, quo loco, & pretio, & qua hora, tam per rusticos ea ferentes, quàm per revenditores oppidorum sint faciendæ? ad plures vitandas fraudes: & an potius in grosso, quàm minutatim: & ne revenditores, seu Dardanarii, vulgò *Regatones*, usque ad certam horam victualia emant, ut interim vicini sibi de eis commodius providere valeant: & ad alia plura, quæ circa victualium venditionem per Dominos jurisdictionis, suosve Iudices, aliosque Magistratus statui valent, benè tractant Boer. *decis.* 296. *ex num.* 6. Lucas de Pen. *in l.* 1. *Cod. de rustican.* Aviles *in capit. Pretorum* 17. verb. *A razonables precios, ex num.* 23. Avendan. *in cap. Pretor.* 19. *ex num.* 31. *cum seqq.* Azeved. *in l.* 2. & *tot. tit.* 14. *lib.* 5. *recopilat.* ubi etiam Matienz. plenè Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 4. *per tot.* & præcipuè *ex num.* 49. † Qui, & 154
num. 32 quorundam oppidorum ordinationes improbat, ut victualia forensibus carius, quàm vicinis vendantur, quod increpat quoque Aviles *ubi proximè, num.* 24.

Ad similia verò Baronum, aut Dominorum inferiorum 155
banna, seu edicta circa venditiones rerum vassallorum, aut fructuum, & in quibus casibus substineri debeant, latè Capiblanc. de Baronib. *tom.* 1. *super dict. pragmat.* 1.
num. 121. *cum pluribus seqq.* † Et *num.* 163. benè repro- 156
bat edicta pœnalia subditis prohibentia, ne frumenta propria, vel vina, aliosve fructus vendant, nec macellent sua, vel alia animalia, aut carnes, donec Baronis vinum, frumentum, similesve fructus, aut carnes vendantur, quod magnam tyrannidem sapit, cum uno, eodemque tempore miseri vassalli ad emendum, & vendendum coguntur, ut notant quoque per text. *in dict. l. libertas negotiationis, ff. de jur. patronat. l. fin. Codic. de oper. libert.* Abb. *in cap. significasti, de appellat.* Luc. de Pen. *in l.* 1. *num.* 14. *Cod. de rustic. ad null. obseq. tenend. lib.* 11. Matth. de Afflict. *in cap.* 1. §. *Similiter, num.* 40. *de capit. qui cur. vend.* & *in Constitut. Regni Neapol. ad constit. Magistris,* & *in cap. ejusdem Regni* 49. Petra *de potestat. Princip. cap.* 5. *num.* 125. *cum seqq.* & *cap.* 6. *num.* 28. Nevizan. *decis.* 43. benè Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4.
cap. 18. *ex num.* 37. † Vbi id in Regn. Siciliæ per Regiam 157
Pragmaticam, specialiter Baronibus prohiberi asserit.

Et quod ex eadem ratione per sua edicta, domini in- 158
feriores, vel Barones prohibere non debeant, ut vassalli exerceat aliquas mercantias, & negotiationes victualium, lanæ, olei, & similium; quia forsan ipsi Barones in his negotiis suas pecunias implicitas habent, quod valdè iniquum reputant Ann. *singular.* 14. Capiblanc. *ubi*
proximè, num. 164. † Cum nec Dominis inferior vassal- 159
los cogere possit, ut à se ipso dumtaxat, vel alio certo, victualia, aut similia emant: Quid autem dicendum est, quoad jus concedendi macellum, & facultatem scindendi, vendendiq; publicè carnes cum aliorum prohibitione, an ut jurisdictionale emolumentum inferioribus dominis competat? videndi Ramon. *cons.* 55. Fontanell. *decis.* 512. Xammar. *rer. judicat. part.* 2. *diffinit.* 9. sed quidquid hi DD. contra præfata resolvere videantur, unum singulariter nota, quod etsi de jure privilegio, aut consuetudine domini id habeant, hanc facultatem concedere debent, absque ulla oneris impositione; quia hoc tributi genus esset, cujus impositio inter regalia connumeratur.

Ad bannum autem, seu statutum è contra prohibens 160
frumenti, aliorumque victualium in Civitatem, aut territorium ingressum usque ad certum tempus: vel nisi frumento ipsius Civitatis, aut victualibus prius venditis, videndi Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 70. & 71. ubi quod rectè per dominum vassallorum fieri valeat, ob abundantiam victualium in proprio territorio, citat Aviles *in dict. cap. Prætor* 17. *gloss. à razonables precios, num.* 36. *in fin.* quem pro eadem sententia in eodem loco refert, & sequitur loquens in Civitate, quam & hoc statutum facere posse, ait, Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 13.
num. 260. *vers. Ingressu autem*, † sed certè Aviles *in d.* 161
num. 36. nihil ad rem ait, nec de hac quæst. meminit, & licèt *in num.* 31. dicat ea Bart. *in l. Iur. Consult. Cod. ut nemini ab empt. spec. se excusar. val.* & alius ibi relatis,

benè

Digitized by Google

benè posse Civitatem tempore abundantiæ triticum publicum, vel alia victualia inter vicinos justo pretio distribuere, ut quilibet id cogatur emere, plus, vel minus juxta cujuslibet patrimonii valorem, hoc quidem justissimum est, ne aliàs frumentum omne Civitati, & sic omnibus pereat, qua ratione id omnes conservare, tenentur; quod tamen diversum est à directa prohibitione, ne frumentum exterorum propter abundantiam Civitatis, eforas ingrediatur, nam hoc respicit, & restringit facultatem commerciorum omni jure, maximè inter Regnicolas, liberam, ut proximè dicam.

162 Quare contrarium verius censeo, unò per Dominos
oppidorum, vel Civitates suis statutis prohiberi non posse, ut per exteros tempore abundantiæ, vel alio, frumentum, cæteraque victualia in oppidum ingrediantur, cum hujusmodi prohibitionibus impediatur commercio-
163 rum usus, † qui liberè omnibus, præcipuè unius Re-
gni vassallis petere debet, juxta dict. *l. libertas negotia-*
164 *tionis, ff. de jur. patronat.* & proximè dicta; † quare
nullo modo approbarem hoc statutum, nisi speciali Regia facultate confirmatum, vel aliter privilegio concessum, prout in aliquibus nostri Regni oppidis speciali privilegio conceditur, aut est stabilitum suis ordinationibus similiter per Principem confirmatis.

165 Et apud nos quarundam Civitatum ordinationes circa id loquentes confirmantur per nostram *leg. 32. tit. 18. lib. 6. Recopil.* ubi quod Civitati Segoviensi, Salmanticensi, Cordubæ, & aliis, hoc privilegium competat, ne vinum eforas ingrediatur.

166 Nec obstat, quod sicut præcedentia statuta, aut banna extractionem frumenti prohibentia substineri, diximus ex causa publicæ utilitatis ob frumentorum necessitatem, aut penuriam, ita similiter in præsenti statuto videbatur dicendum, statutum probibens ingressum ob abundantiam substineri debere, cum in eo etiam publica utilitas Civitatis, vel territorii versetur, ut hac prohibitione stante, proprium Civitatis vinum, aut frumentum prius consumatur; quia non est eadem, nec æquè favorabilis utilitas, cum in primo casu de necessitati, aut penuriæ succurrendo, & sic de magno damno vitando tractetur: In secundo verò de majori lucro captando agatur; ultra quod non semper Civitatibus tales prohibitiones frumentorum, aut vini ingressus sunt utiles omni Civitati, sed potius aliquibus privatis frumenta, aut vina habentibus, ut ita carius aliis vicinis non habentibus vendant, qui frequenter plures, & pauperiores sunt; quare potius in plurimorum damnum, ac præjudicium hoc statutum redundaret, & consequenter, ut ambitiosum, & irrationabile substineri non debet, nec de facili, & absque magna causa Regia facultas, ut condatur, est concedenda.

167 De statuto autem, ne vassalli immobilia forensibus, aut exteris à territorio, sed tantum convicinis vendant; tractant Bartol. *in l. unum ex familia, §. Divi, ff. de legat. 1.* & ibidem Angel. & Alexand. qui resolvunt pro validitate hujus statuti per dominum, vel Baronem, aut ipsum oppidum conditum: & hanc sententiam communem tradunt Rip. *in 2. part. statutor. quæst. 2. nu. 10.* Natt. *cons. 106. sub num. 5.* Menoch. *cons. 1176. numer. 13.* qui hoc statutum validum, & æquitati consentaneum ait, ne exteri his bonis fruantur, cives verò, & subditi onera ferant, Decius *resp. 33. n. 1. lib. 1.* Cæphal. *cons. 246. n. 38.* Crav. *cons. 271.* ubi quod civibus valdè utile, & favorabile sit, nec ullum gravamen contineat; & noviter hujus prohibitionis facultatem Baronibus tribuunt, Mastrill. *de Magistr. d. cap. 18. n. 97.* Capiblanc. *de Baronib. in d. pragm. 1. n. 315.*

168 Sed quidquid tanti DD. dicant, huic sententiæ assentire, non audeo, cum negari non possit, magnum gravamen ex tali prohibitione vassallis inferri, ex ea enim valdè eis libertas infringitur, & coarctatur facultas, quam liberam circa rei propriæ dispositionem omni jure habent, contra text. *in l. in re mandata, Cod. man-*
dat. & suprà dicta, *num. 160.* † Quare hoc statutum, 169
utpotè jus absque Regia licentia substineri non debere, mihi videtur juxta resolutionem sup. traditam ex qua Dominos inferiores, aut oppida nullo modo contra jus statuere posse, latius diximus.

Quæ etiam prohibitio, aut statutum singulari, & no- 170
tabili ad rem consideratione improbari potest; nam, si tales prohibitiones substinerentur, essent manifestè contra jura Regalia, cæterosque vassallos immediatè Regi subjectos, apud Italos *Demaniales*, quia cum ab his immobilia in vassallos Dominorum inferiorum alienari, non prohibeantur, paulatim omnia stabilia in vassallos baronales transferrentur, ac cumularentur, & perpetuo apud eos remanerent, si invicem Regiis vassallis à Baro-
nalibus ea emere, non liceret: † Sequereturque exin- 171
de, quod vassalli inferiorum valde ditescerent in augmentum jurium suorum Dominorum, & vectigalium quæ frequenter ad eos pertinent: è contra verò vassalli Regii inopes, & ad Regia tributa substinenda minus potentiores, imò inutiles redderentur, sublata eis principali bonorum stabilium substantia, quod nulla via ad-
mitti debet, † cum plurimi Principis intersit, vassallos 172
ad subeunda onera locupletes habere, text. *in Authent. ut judic. sine quoque suffrag. §. Cogitatio, gloss. 1. in cap. 3.*
de exception. † cum vassalli pingues Principis nervi 173
merito dicantur *in l. 2. Cod. de omn. agr. desert. lib. 11.*
† Et optimum Thesaurum *in dict. §. Cogitatio, column.* 174
2. & vulgariter ad alia plura tradunt Politici, D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 14. à num. 103. & cap. 15. à num. 49. & cap. 23. à num. 53. & lib. 2. Politic. cap. 16. fol. 155.* vers. *Y à la verdad*, latè D. Ioann. de Escob. del Corro *de puritat. part. 2. gloss. 2.* iterum D. Solorzan. *dict. lib. 1. cap. 15. à num. 53. & cap. 16. num. 78.* & ad si-
milia dixi *supr. hac part. cap. 25. §. unic.* † & faciunt di- 175
cta per Dominic. Antunez de Portug. & ab eo adductos *de donation. Reg. part. 3. cap. 1. ex num. 26.* ubi quod nullo modo Domini inferiores tributa Principis, aliquo prætextu, minuere valeant, quod in præsenti, ut dictum remanet, fieret, si dicta statuta, aut prohibitiones admitterentur.

Et hanc nostram resolutionem comprobatam inveni 176
per nostrum jus Regium *in leg. 1. tit. 9. lib. 7. recopil.* ubi expresè jubetur Magnatibus, & aliis Dominis inferioribus hujus Regni, ne vassallis interdicant, sua immobilia in quaslibet personas alienare, & clarius *in l. 4. eodem tit.*

Ad statutum autem, quod per Dominos vassallorum, 177
vel decuriones Civitatis condi solet, ne quis ex vicinis absque licentia domini, vel Civitatis domicilium suum, aut incolatum alibi transferat, tractat Luc. de Pen. *in l. 2. num. 14. C. de agricol. & censit. lib. 11.*

De quo etiam D. Solorzan. *tom. 2. de jur. Indiar. lib.* 178
1. cap. 23. à num. 50. & lib. 2. Politic. c. 24. fol. 207. vers. *Y tambien, & seqq.* Cyriac. *controver. 78. & 243.* Iul. Capon. *tom. 3. discept. 199.* ubi quod de unius Baronis oppido ad alterius locum vassallis migrare, non liceat, & quod alias Baro alienum vassallum recipiens sub pœna restituere teneatur, & sequuntur *ex constitut. Regn. Neap. Quisquis Burgensis, in princip. & in §. Quicumque*, ibidem Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. idem Afflict. *in cap. 1. verb. Angariæ, quæ sint regal.* Abb. *in cap. venientes, in 4. notab. de jur. jurand.* Capyc. *decis. 168.* Brun. *cons. 132. volum. 2.* Pont. *de potest. Proreg. tit. de abundant. §. 2. num. 7.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. cap. 18. ex num. 83.*
Rebuff. *in l. cives, num. 3. Cod. de incol. lib. 10.* † Vbi 179
optimè id limitat, nisi ob sævitiam Dominorum recesserint, ex Luc. de Pen. *ubi proximè*, Petr. Gregor. *de concession. feud. p. 7. q. 4.*

Vel si territorium proprii Domini ita sterile efficiatur, 180
quod vassalli in eo laborando vitam degere non possent,
Petr. Gregor. *in loc. citat.* † Vel si ratione belli recesse- 181
rint, Luc. de Pen. *in dict. l. 2. Cod. de incol. lib. 10.* † Vel 182
ob pestilentiam, idem Luc. de Pen. *in l. coloni, eod. tit.*

vel

Digitized by Google

vel si ex causa famis, *gloss. in l. quemadmodum*, *Cod. de*
agricol. & censit. lib. 11. Mastrill. *dict. cap.* 18. *numer.* 94.
183 † Et *numer.* 93. idem si Dominus debitam custodiam
Villæ non adhibuerit, neque eam forte maritimis, aut
inimicis convicinam non muniret, ob idque deprædari,
consuevisset, argum. *l. ex locato*, *l. fin. §. Colonos*,
ff. locat.
184 Sed quidquid tanti DD. dicant, contrarium verius
mihi videtur, imò Dominos inferiores, vel Civitates
condere non posse hoc statutum, ne vicini domicilium
185 suum, vel incolatum in alia loca transferant; † nam per
id libertas naturalis valde infringeretur, cum servitu-
186 tis species sit à certo loco non recedere, † ut in his do-
micilii mutationis prohibitionibus coercendis benè con-
sideravit quædam Regia nostra Pragmat. relata per Burg.
de Paz. *in l.* 3. *Taur. num.* 513. ibi: *Sinduee especie de*
servidumbre à los hombres libres, para que no puedan mo-
rar, ni vivir à do quisieren, & probant communiter
DD. per text. *in l. Titio centum*, *§. Titio* 2. *ff. de condi-*
tion. & demonstrat. & juxta Cassiodor. *lib.* 7. *form.* 36.
Penè reclusus advertitur, cui mutare solum liberum non
videtur: & notant communiter DD. *ad dict. l. Titio cen-*
tum, & congesti per Amay. *lib.* 1. *observat. cap.* 6. *& nu.*
51. Cancer. 3. *part. variar. cap.* 7. *ex numer.* 1. Sanch. *de*
matrim. lib. 1. *disputat.* 40. *ex num.* 1. & novissimè Do-
minic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. part.* 1. *lib.* 1.
187 *prælud.* 2. *num.* 95. *&* 98. † Ideo rectè inter jura liberta-
tis domicilii mutatio, ac ubique vivendi licentia cense-
batur, juxta Plaut. in Menechm.

Mea quidem herdè causa liber esto, atque ito quo
voles.

ut bene animadvertit ad explicationem *l. penult. Cod. de*
oper. libertor. Cujac. *lib.* 14. *observ. cap.* 27.
188 Iuxta quæ liberum esse cuilibet, quo libuerit, domi-
cilium suum, vel habitationem transferre de jure com-
muni dicendum videtur, ut benè comprobatur per text.
in l. nihil, *ff. ad municipal.* Bartol. *in l. assumptio*, *& in*
l. de jure, *eod. tit.* Abb. *in cap. fin. notabil.* 2. *extrà de Pa-*
roch. Socin. Iunior. *cons.* 7. *n.* 5. *volum.* 2. Burg. de Paz *in l.*
3. *Taur. num.* 513. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 7. *recop. ex nu.*
5. Petr. Gregor. *lib.* 18. *syntagm. c.* 13. *n.* 22. Hermosill. *in*
l. 15. *tit.* 5. *glos.* 2. *ex num.* 62. *part.* 5. & aliis pluribus ad-
ductis, tenent D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 1.
c. 23. *n.* 43. D.D. Petr. de Salzed. *ad ll. nossim. recopil. in*
l. 66. *tit.* 4. *lib.* 2. *ex num.* 12.
189 Et de jure nostro Regio *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 7. *recopilat.* ex-
presè nostri Magnates, aliique Domini inferiores, aut
Civitates, vel oppida præfata statuta, aut ordinationes
domiciliorum mutationem prohibentia condere, pro-
hibentur, ut benè etiam notant Azeved. Hermosill. &
190 alii ex proximè relatis, † nisi per legitimam conventio-
nem, aut concordiam inter aliqua oppida convicina id
191 caveatur, ut in ipsa *l.* 1. *in fin.* dicitur: † & in *l.* 3. *ejusd.*
tit. annullantur obligationes, quæ sub aliquibus pœnis
per vassallos in favorem dominorum circa servandam vi-
cinitatem, & ne à loco recedant, fieri solent.
192 Nec huic sententiæ obstare, debet doctrina DD. quos
pro contraria opinione supr. citavi, quia ferè omnes lo-
quuntur in vassallis feudatariis, & juxta Constitut. Regn.
Neap. quas *supr.* retuli, quibus id specialiter in vassallis
feudatariis cavetur: nos verò loquimur in vassallis Bur-
193 gensibus; † quare non mirum, quod id specialiter in
feudatariis sit stabilitum; quia non solum ratione jurisdi-
ctionis, sed & territorii dominis subiiciuntur, Burgen-
ses verò, quoad jurisdictionem dumtaxat sunt subjecti;
194 † & ideò liberioris sunt conditionis, quàm feudatarii,
ut singulariter ad plura notant noster Gregor. *in l.* 5. *tit.*
25. *p.* 4. *gloss. Debenlos servir*, ubi quod ex hac ratione
Burgenses non eisdem, nec tam gravioribus oneribus,
ac feudatarii subiiciantur, & ad alia Boer. *decis.* 271. *nu.*
3. Parlador. *different.* 145. §. 1. *num. fin.*
195 Iuxta quæ, meo videri, intelligi, debet doctrina
Luc. de Pen. quem pro contraria sententia omnes citant
in dict. l. 2. *Cod. de agricol. & censit. lib.* 11. cujus tamen
doctrina procedere, ac intelligi debet, de illis vassallis,
qui colonis, aut censitis, de quibus in illo text. & titulo
agebatur, magis conveniant, & sic de feudatariis tan-
tum, qui cum ratione territorii sint subjecti, in hoc sal-
tim (licèt non in aliis) colonis illis, aut censitis assimi-
lantur; † hi enim coloni, censiti, aut adscriptitii erant: 196
coloni, qui per 30. annorum curricula prædia aliena,
certa pensione constituta, coluerant: censiti, vel adscri-
ptitii, qui pacto, aut conventione eis colendis se man-
cipaverant, aliqua mercede, aut censu, unde censiti
dicebantur, dominis quotannis præstito, ut colligitur
ex text. *in l. agricolarum* 18. *Cod. de agricol. & censit. lib.*
11. *junct. l. cum scimus* 22. *Cod. eod.* & doctrina ejusdem
Luc. de Pen. & antiquior. ibidem, & passim per tot. tit.
& licèt inter eos ea esset principalis differentia, quod co-
loni liberi remanerent, censiti verò, vel adscriptitii ser-
vi erant, & eorum peculia ad Dominos pertinebant, *d.*
l. 18. & passim dict. tit. *de agricol. & censit.* † Omnes ta- 197
men ita prædiis adscripti erant, ut ea deserere, eis non
liceret, *dict. l.* 18. *& tot. dict. tit. de agricol.* nec eorum
filiis, aut descendentibus, *l. mulier* 16. *l.* 21. *&* 22. *§. Illud*
quoque, *Cod. eod.* † ita ut nec volente domino, à prædiis 198
amoveri, & in alium transferri possent, *l.* 2. *&* 7. *eod.*
Dom. Covarruv. *in cap. quamvis pactum*, *de pact.* 2. *part.*
initii, §. 1. *num.* 2. Gomez *in l.* 50. *Taur. num.* 61. *&* 62.
† Quia ita glebis inhærebant, ut nec momento quidem 199
temporis etiam militiæ, vel exactionis tributorum cau-
sa, ob aliasve quoque publicas functiones, amoveren-
tur, *l. colonos* 15. *l.* 19. *eod.*
Iuxta quæ, cum Lucas de Pen. de his colonis, & cen- 200
sitis *in dict. l.* 2. tractaret, & idem arguendo ex eis in vas-
sallis dixisset absque dubio intelligi, debet de vassallis
feudalibus, qui ratione territorii domino subiiciuntur,
non verò de Burgensibus, ut plerumque sunt nostri, qui
liberioris sunt conditionis. † Imò, idem ac in Burgen- 201
sibus, in vassallis apud nos *Solariegos* dicerem, qui licet
ratione territorii sint subjecti, possunt tamen apud nos,
terra domino relicta, in alia oppida se transferre, nec
contrarium audivi, imò supponi videtur *in nostra l.* 2. *tit.*
3. *lib.* 6. *recopil.*
Ex quibus resolvendum videtur, Dominos inferio- 202
res, vel Civitates hæc statuta domicilii mutationem pro-
hibentia, utpotè irrationabilia, & jura libertatis infrin-
gentia condere non posse, idque tantùm Principi supre-
mo licere, ut frequenter in multis Provinciis legibus
specialibus statuitur, ne de una Provincia in aliam sub-
ditorum habitationes mutentur, vel ne familiæ ad popu-
losas Civitates, dissertis patriis solis, se transferant,
aut extra Regna migrentur, ut docent Abb. *in cap. po-*
stulasti, *numer.* 10. *de for. competent.* Ludovic. Roman.
cons. 59. *num.* 1. Petr. Fab. *lib.* 2. *semestr. cap.* 4. *vers. Ha*
coloniæ, optimè Navarret. *discurs. polit.* 8. Dom. Solor-
zan. ubi suprà *dict. cap.* 23. Maphæus *lib.* 6. *histor. Orient.*
† Qui apud Sinas tales domiciliorum mutationes, maxi- 203
mè extra Regnum, prohiberi ait, & idem testatur Ioan.
Gonxal. *lib.* 1. *histor. Sinar.* † & apud nos novissimè pro- 204
hibetur per nostram *l.* 67. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil.* domicilia,
aut quorumlibet familias ad Curiam Regiam, Civitatem
Hispalensem, aut Granatensem noviter transferri, &
quod extra Regna, absque Regia licentia, se transferant.
† Quod justissimè fuit cautum, utinam ita servaretur, 205
ne cæteris Regni oppidis, & Civitatibus Civibus Orba-
tis, arva inculta, & colonis deserta in magnam Reipu-
blicæ perniciem remaneant, ut ibidem ad alia plura no-
vissimè notat D.D. Petr. de Salzed. *ad ll. nov. Recopilat.*
† Quod etiam Romanorum tempore Italiæ accidisse ob 206
magnam Romæ frequentiam, ait Lipsius *lib.* 3. *de Mag.*
Roman. cap. 3. illic: *Conclado, & moneo, per hanc fre-*
quentiam Romæ factum, ut paulatim Italia penè deserta es-
set, cum pleriq; eo confluerent ob frumentationes, ludos, &
alios usus, aut voluptates, quod bene considerans Impera-
tor Iustinianus *in Authent. de Quæstor. collat.* 6. ibi:
Inve-

Invenimus enim , quia paulatim Provinciæ quidem suis
habitatoribus spoliantur: Magna vero hæc Civitas nostra
populosa est turbis diversorum hominum , & maximè agrico-
larum suas Civitates , & culturas relinquentium . Ex quo
multas personas domicilium suum in Urbem Constanti-
nopolitanam transferentes admitti, non debere, imò ex-
pellendas statuit *in dict. Authentic. §. 1. cum seqq.* ad id
207 † specialem Quæstorem creans, nè aliàs, ut ipse Justinian.
ait in §. fin. Ut non suas Provincias deserentes hic atteran-
tur , & moriantur forsan propriis privati , & neque parentis
fruentes sepulturis .
208 Quibus proximum est aliud simile statutum, quod per
Dominos inferiores, aut oppida ratione jurisdictionis
condi, posse, prætendi solet: ne, scilicet, absque eorum
licentia, vel aliter, quàm, pro ingressu aliquo certo da-
to, ad vicinitatem noviter venientes admittantur: cujus
209 † quidem statuti condendi facultatem in expressò Baroni-
bus, aliisque Dominis vassallorum inferioribus tribuunt,
eorumque licentias ad novos incolas recipiendos expo-
stulari debere, ex Bald. *in cap. 1. column. fin. de firmand.*
fid. tradunt Ripa *de pest. tit. de remed. ad curand. pest. in*
princip. ex num. 35. Ruin. *cons. 28. num. 15. volum. 1.* ubi
quòd non solum ab eo, qui domicilium habet, sed qui ju-
risdictionem tantum, Bertrand. *cons. 61. à num. 1. volum. 1.*
210 Berojus *cons. 148.* † Ubi, & quòd aliquid pro ingressu sol-
vatur per eos statui, valeat, quin ob id ambitiosa statuta
dicantur; sequitur Stephan. Gratian. *discept. forens. 139.*
ex num. 5. cui de jure communi subscribit noster Hermos.
in l. 15. tit. 5. glos. 2. num. 62. & 63. quod probare inten-
dunt ex decisione Text. *in l. Divus, ff. de servitut. rusticor.*
ubi Dominum feudi prohibere, posse, ait Consultus, ne
alius etiam venandi causa fundum ingrediatur; & dictam
211 † resolutionem latè defendit Petr. Suid. *cons. 174. num. 4.*
212 *cum seqq.* † Qui eo dumtaxat casu limitat, quo forenses ali-
quo tempore absque contradictione habitaverint, nam
sine causa expelli, non debere, agnoscit, ex doctrina Bald.
in dict. cap. 1. num. 2. de form. fidelitat. quia jam sunt de po-
pulo, & quia, ut vulgariter jactatur, *turpius eiicitur, quàm*
non admittitur hospes, ut notant DD. *ex cap. quemadmo-*
dum, §. Alioquin, de jur. jurand.
213 Sed, his non obstantibus, contraria sententia verior
mihi videtur, tum quia, ut in præcedenti quæstione di-
ctum remanet, liberum est unicuique, quocumque,
magis ei libuerit domicilium suum transferre, *ex dict. l.*
nihil, ff. ad municipal. ibi: *Nihil est impedimento , quo*
minus quis ubi velit domicilium habeat , quod ei interdictum
non sit, Bart. & alii *in l. assumptio, ff. eod.* Abbas *in cap.*
fin. notabil. 2. de Paroch. Socin. Jun. *cons. 7. num. 5. vol. 2.*
Azeved. *in l. 1. tit. 9. lib. 6. Recopil.* & proximè referend.
tum etiam, quia hoc esset contra cujusque populi utilita-
214 tem: † Si incolæ noviter venientes non admitterentur;
nam, inter alia Reipublicæ valde interest, oppida ci-
vium copia, & frequentia ampliari, *l. 1. ff. solut. matrim.*
l. 2. Cod. de in dict. viduit. tollend. illic: *Augeri enim ma-*
gis nostram Rempublicam, & multis hominibus legitimè
frequentari, & ibid. Dionys. Gothofred. Unde Homerus
215 † interrogatus, qui esset maximus ornatus Civitatis? in-
quit: *Pueri, & turres*, ex quo mirabiliter ait Cassio-
dor. *Felicem esse Rempublicam, quæ multis Civibus resplen-*
216 *det ornata;* † quia, ut in Proverb. cap. 14. *In multitudine*
217 *Populi dignitas Regum;* † & ut dicitur in nostra *l. 14. tit. 5.*
Partit. 2. El mejor tesoro, que el Rey ha, è el que mas tarde
218 *se pierde, es el Pueblo;* † ut benè, & ad plura copiosè no-
tant Chassan. *in Catalog. glor. mund. 5. part. consider. 37.*
Menoch. *cons. 1076. numer. 11.* Costa *in l. Gallus, §. Et*
quid si tantum, 5. part. num. 75. de liber. & posthum. Mar-
zar. *cons. 26. num. 25.* Rebard. *ad l. 12. tabular. cap. 9. &*
lib. 2. conicctur. cap. 20. Dom. Valenz. *consil. 201. num. 50.*
Governador Christiano, *lib. 1. cap. 16. fol. 90.* plenè, in nu-
meris congestis, Navarret. *in sui singular. discurs. polit.*
5. & 6. D. D. Joann. de Solorzan. *de Indiar. gubernat.*
lib. 1. cap. 13. numer. 8. Carranc. *de Part. cap. 2. §. 4. num. 1.*
219 † Ubi, quòd ideo leges Athenensium pluribus modis
Lagunez de Fructib.

de conservando, & augendo populo curabant. Quod,
† & aliæ Respublicæ fecere, novos incolas muneribus, 220
& honoribus potius alliciendo, quàm amovendo eos
contrariis statutis prohibitoriis, ut testantur DD. rela-
ti: † & novissimè fit in nostra lege Regia *66. tit. 4. lib. 2.* 221
Recopil. qua exteri multis, magnisque privilegiis, ac
exemptionibus invitantur, ut nostrum Castellæ Regnum
commerentur, de cujus legis lata expossitione plenè ad
plura novissimè agit D. D. Petr. de Salzed. *ad nov. ll. Recop.*
ad ipsam l. 66.
Quare contra hanc magnam Reipublicæ, ac Regno- 222
rum utilitatem, naturalemque ubique commorandi li-
bertatem contraria Baronum, seu Dominorum inferio-
rum, aut oppidorum statuta, quæ vicinitatem noviter
expostulantibus denegant, vel non aliter, quàm cum
aliquibus ægris conditionibus, aut extraordinariis one-
ribus concedunt, uti irrationabilia, & contra jus subsisti-
neri non debent, juxta doctrinam, ac regulam supr. tra-
ditam.
Et in nostra specie hanc statuendi facultatem Dominis 223
inferioribus denegant, & hæc statuta, seu ordinationes
oppidorum vicinitatem denegantia improbant Burg. de
Paz *in l. 3. Taur. num. 513.* Parlador. *different. 103. num. 5.*
Azeved. *in l. 1. tit. 9. lib. 7. Recopil. ex numer. 1.* Hermosil.
in l. 15. tit. 5. gloss. 2. numer. 62. Part. 5. & justam causam
ad ea requiri, tenent Anna *singular. 54.* benè resolvit
Cancer. *variar. resolut. 3. tom, cap. 13. num. 312.* & huic
doctrinæ subscribit, licet breviter, Mastril. *de Magi-*
strat. lib. 4. cap. 18. num. 91. † eamque optimè resolvit con- 224
tra Villas, oppida, aut Civitates, ne vicinitatem de no-
vo venientibus denegare, possint, nec aliquo prætextu
ingrediendi licentiam differre, cogendo eos, ut in ali-
quibus locis fit, ut prius se obligent, vel cautionem, aut
securitatem præstent conservandi vicinitatem, & ma-
nendi præcisè in Civitate, aut Villa per certum tempus,
Otero *de pascuis, cap. 5. ex num. 1. & 14.* quinimò, & si
tales obligationes per novos incolas fiant de jure nostro
Regio, nihil eos adstringant, ut cavetur in nostra *l. 3.*
tit. 9. lib. 7. Recopil. quæ id expressè decidit contra Domi-
nos inferiores.
Quæ nostra superior principalis resolutio apud nos 225
comprobari, potest per dict. *l. 1. tit. 9. lib. 7. Recopilat.*
qua statuitur, cuilibet suum domicilium mutare lice-
re, & libertas omnibus, ubi velint habitare, conce-
ditur, quælibetque statuta Dominorum inferiorum, aut
oppidorum ordinationes id prohibentes per eandem le-
gem derogantur, ipsique Domini, vel oppida in con-
trarium quidquam facientes gravibus pœnis coercen-
tur, qua nostra lege stante, nec etiam si justa causa ad-
esset, statuta ista per oppida, aut dominos condita ad-
mitterem, nisi prius causa in Regio Senatu approbata,
&, statutis confirmatis, utpotè contra expressa jura ten-
dentibus: † cujus tamen legis Regiæ, & juris commu- 226
nis resolutio limitanda erit, si Dominis, vel Civitatibus
præstandi vicinitates consuetudine, aut privilegio jus
competat, Hermosil. *in l. 15. tit. 5. part. 5. gloss. 2. num. 64.*
in fin.
De aliis vero pluribus statutis, & edictis prohibitivis, 227
quæ Domini inferiores, aut populi, cum jurisdictione,
vel sine ea condere, possunt, vel à quibus arceri, de-
bent in pluribus casibus, specialiter tractant, ultra DD.
supra relatos, & præcipuè Antiquior. *in l. omnes populi,*
ff. de just. & jur. plura, & ad plures speciales quæstiones
cumulantes Matth. de Afflict. *in prælud. ad Constitut. Si-*
cil. quæst. 3. cum tribus seqq. & quæst. 7. & singularem in pro-
posito quæstionem tractat, latè Orosc. *in dict. l. omnes*
populi, Burg. de Paz *in l. 1. Taur. ex num. 347. cum antece-*
dentibus, Boer. *decis. 128.* Vincent. de Ann. *singular. 58.*
Nevizanz. *decis. 43.* Vincent. de Franch. *decis. 183.* Mol-
fes. *ad Constitut. Neapol. tit. de renunciat. ex nu. 29.* Osasc.
decis. Pedemont. 17. Natt. *cons. 227. & 325.* Gregor. ultra
loca supra relata, in dict. *l. 13. tit. 1. Part. 1. & l. penult.*
tit. 2. Part. 1. ubi de pluribus statutis in multis casibus

Digitized by Google

228 specialibus tractat; † & etiam statutum approbat circa
sumptus, pompam funeris, & vestes lugubres *in l. 12. tit. 13. Part. 1. gloss. 8.* Avendan. *de exequend. 1. part.*
229 *cap. 19. per tot. & ex num. 13.* † Ubi in statutis super officialium electionibus, mercedis mercenariorum taxa, &
super modo præstandi suffragia in oppidi Concilio, & ad
similia circa, quæ populi jurisdictionem habentes statuere, possunt, Matienz. *in l. 4. tit. 14. lib. 5. Recopil. num. 3.*
230 † Et super Pascuis, plantatione montium, numero ovium
pascendarum, custodia montium, vinearum, messium,
& pecudum, de quibus statutis benè Rip. *lib. 1. respons. de legib. & constitut. cap. 21.* Matienz. *in dict. l. 4. numer. 3.*
latè Mastril. *de Magistrat. lib. 4. cap. 18. tot.* Ubi, & de
231 † statutis Baronum circa furnos, & molendina, ne alius,
præter Baronem, ea habeat: & circa venationes, & piscationes (de quibus latius infra suo loco tractabo) Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. super Pragmat. 14. ex num. 47.*
232 *ubi num. 5.* † de banno, aut statuto, ne de nocte mascaræ, vel similia fiant, ut scandalum, vel rixæ vitentur,
de quo Bobadil. *in Politic. lib. 2. cap. 13. à num. 49. & n. 64.*
intellige si id accidere, probabiliter timeatur: de ban-
233 nis, † seu statutis, ne quis post certam horam noctis sub
pœna carcerationis deambulet, Polidor. Ripa *in tractat. de noct. cap. 7.* benè Capiblanc. *dict. Pragmat. 14. num. 48.*
& quòd inventus cum armis, ultra eorum amissionem,
ad pœnam quoque teneatur, Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst. 82. num. 63.* Capiblanc. *ubi proximè, numer. 51.* &
234 † quòd insignum pulsari, debeat campana, ne ignorantia prætendi, possit, ut notat quoque in his Baronum bannis, Vincent. de Franch. *decis. 511. numer. 521. num. 15.* Bobadil. *in Politic. lib. 1. cap. 13. numer. 55. & 52.*
235 † Ubi, quibus horis apud nos pulsari, debeat, ut arma
236 amittantur, juxta nostram *l. 5. tit. 6. lib. 6. Recopil.* † Et
quid si negligentia, aut malitia Sachristæ, vel alterius
pulsaturi, ad horam assignatam non pulsetur; & post
horam benè auditam, sed ante pulsationem, quis cum
armis capiatur, an ea amittat? quod sic idem Bobadill. *numer. 54.* benè Polidor. Rip. *in dict. tract. de noct. cap. 5.*
237 † Et quid si cum bestiis efforas venerit, vel cum lumine,
seu lanterna ambulaverit, Polidor. Rip. *dict. cap. 5.* de
quo etiam casu vide nostram *l. 5. tit. 6. lib. 6. Recopil. juncta*
238 *l. 4. eod. tit.* † Ubi ensem cum pugione, apud nos Daga
de nocte post pulsatam campanam vulgò la Queda cum
lanterna, vel alio lumine, & non aliter portare permittit, & docent Placa *de delict. lib. 1. cap. 8. num. 12.* Bobadil, *dict. cap. 13. numer. 66.* idem Rip. *in dict. tractat. cap. 7.*
239 De edicto, aut statuto deferre arma de nocte sub aliqua pœna probibente, Rip. *dict. cap. 7.* Bartol. *in dict. l.*
240 *omnes populi, ex num. 1. de just. & jur.* † Ubi, quòd per
Dominos inferiores, & alios Judices majores perpetuos
perpetuò: per inferiores vero, ac temporales pro suo
rantium tempore hoc statutum, seu bannum, & similia
fieri, valeant, Bobadil. *in Politic. lib. 2. cap. 16. num. 111. & lib. 1. cap. 13. num. 103.* & latissimè per tot. & præcipuè *à num. 50.*
241 Ad plures quæstiones de prohibitione armorum, in
quibus casibus amittantur? & quæ personæ, & arma in
banno prohibitivo sint comprehensa? & an pugiones,
cultelli, & vaginæ comprehendantur? & ad alia quoti-
242 die in praxi contingentia: † Et *num. 54.* de laudabili quorundam oppidorum consuetudine, aut statuto, ne in
feria quinta, & sexta majoris hebdomadæ, dum Sanctissimum Christi Corpus clausum in Monumento manet, arma portentur, ut in tam Sanctis diebus vitentur rixæ; & quia, quamvis arma pro defensione portari, liceat,
10 hoc tamen tempore, cum Dominum pro nobis tanta
perpessum recolitur? omnes quoque pro eo magis pati,
quàm defendi, parati esse debeamus.
243 De quibus etiam statutis, & similibus ordinationibus,
& præcipuè quando, & quæ per Correctores Civitatum,
aliosve Judices inferiores, vel Decuriones fieri, debeant, latè, & cum pluribus tractat Bobadill. *in Politic. lib. 3. cap. 8. num. 152. usque ad numer. 168. & numer. 167.*

De ordinationibus oppidorum, seu vicorum apud nos 244
Aldeas, quæ aliis Civitatibus subijciuntur, & quòd
non aliter, quàm de consensu Civitatum, quibus ista oppida sunt subjecta, condi, debeant, quod etiam notant
Bald. *in dict. l. omnes populi, column. 2. ff. de justit. & jur.* Bartol. *in l. si quod, num. 5. Cod. de legat. lib. 10.* Decius *consil. 17.* benè Bald. Perusin. *in tractat. de statut. verb. Collegium, num. 3.* in tract. DD. *tom. 2. fol. 99.* Gregor. *in dict. l. 12. tit. 1. Part. 1. glos. 2. in fin.* Gutierrez *practicar. lib. 3. q. 23. n. 14.* Oter. *de pascuis, cap. 12. n. 8.*

Et quòd maximè hujusmodi oppida suis statutis ipsis 245
solum præjudicare valeant, non vero vicinis Civitatis,
cui subsunt, nec ejus juri statutatio, notabiliter animadvertunt, ex Text. *in l. 2. §. fin. Cod. de testib.* & ex aliqq. antiquiorib. Alberic. de Rosat. *in tractat. de statut. lib. 1. quæst. 6. n. 1. & 2.*

Quod idem existimarem respectu aliorum oppidorum 246
communitatem habentium in Pascuis, vel similibus, super quibus statuta fieri, prætenduntur, si aliquod præjudicium ex hoc eis sequatur, ut in specie adduci, potest,
l. 14. tit. 7. lib. 7. Recopil. per quam ex eadem ratione derogatur quædam antiqua ordinatio Civitatis Abulensis circa terminos rotundos singulariter loquens.

Et etiam hæc nostra ampliatio optimè comprobari, 247
potest ex eo, quòd in præjudicium juris pascendi, aut id
jure servitutis, aut communionis, vel aliter habentium,
pascua mutari, non possunt, nisi omnium consensus interveniat, ut resolvunt Dom. Covarruv. *lib. 1. variar. cap. 17. num. 11.* ubi plures cumulat Faria, idem Dom.
Covarruv. *practicar. quæst. 37. num. 4.* Cœpol. *de servitut. rusticor. prædior. cap. de servit. jur. pascend. num. 26.* Mexia *ad leg. Tolet. 2. part. fundament. 9. nu. 69.* & contra Avendañ, Azeved. *in rubric. tit. 14. lib. 3. Recopil. verb. In capite octavo, & in l. 14. num. 3. tit. 7. lib. 7.* & cum aliis optimè Sesse *decis. 74. ex numer. 23. ubi plenè usque ad fin.* Hermosill. *in l. 15. gloss. 2. numer. 52. titul. 5. Partit. 5.*

Ubi, quòd ad mutationem pascuorum Regia facultas 248
necessaria sit, ac simul consensus omnium habentium jus
pascendi, & novissimè D. D. Petr. de Salzed. *in commentar. ad ll. novas Recopil. in l. 4. tit. 14. lib. 3. cap. 24. 27. &*
28. num. 4. cum seqq. & num. 34. † Quia nec in præjudi- 249
cium cujuslibet servitutis Dominus prædii ipsius naturam mutare, aut quidquam facere, potest, ex quo
servitutis conditio deterior fiat, *l. si eo, ff. si servit. vindicet. l. servitutes, §. Si stillicidium, ff. de damn. infect.*
l. cuius, ff. de servitut. urban. prædior. † & ex aliis juribus 250
ad plures quæstiones resolvunt Bartol. *in l. sicuti, §. Sed si quæratur, ff. si servit. vindicet.* Cœpol. *de servitut. rusticor. prædior. tit. de servitut. iur. pascend. cap. 9. column. 13.* Bertrand. *consil. 328. numer. 1. volum. 6.* Sebastian. Neu. Systemm. *ad l. si in ædib. 9. Cod. de servit. & aqua*, Galvan. *consil. 4.* Roder. Suarez *alleg. 15. numer. 10.* Morla *in empor. iur. tit. de servit. quæst. ultim. numer. 28.* Surd. *consil. 27. ex num. 9.* & latius *consil. 65. ex numer. 12.* Capyc. Latr. *consult. 64. ex numer. 30. & 40.* quorum plures etiam in servitute juris pascendi loquuntur latè resolventes,
in ejus præjudicium prata, vel alios pastus ad culturam per vinearum plantationem, vel aliter reduci, non
posse.

Quæ omnia procedunt non solum, si pactione, vel 251
alio contractu debeatur, verum etiam si præscriptione,
aut tollerantia servitus juris pascendi sit quæsita, ut notant, contra Joann. Bapt. Cost. *de ration. rat. quæst. 159. num. 9. & 10.* Bertrand, *ubi proximè*, & ex Avendañ. Chassan. & aliis Portol. ad Molin. *verb. Ganatum, n. 11.* quem sequitur contra Cassanat. & Cancer. D. D. Petr. de Salzed. *in d. l. 4. ex n. 8.*

Ex quibus ad nostram quæstionem resolvendum est, 252
statuta populorum, vel dominorum inferiorum in præjudicium juris pascendi convicinis jure servitutis, aut
com-

Digitized by Google

communionis quæsiti nullo modo substineri, posse; sed circa id reformari, debere per Supremum Senatum, cum ad eum talia statuta confirmanda, ut fieri, debere, supr. dixi, afferuntur, & si circa hoc Regia facultas, aut licentia per Cameram Supremi Senatus impetretur hæc gratia ob tertii præjudicium in Aula Justitiæ ejusdem Senatus retinenda erit, juxta nostram *leg. Regiam* 11. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat.* ut in simili dixi supra hac part. cap. 23. à num. 11.

253 Ad alia autem de materia statutorum, vel ordinationum oppidorum circa jus pascendi, & ad pœnas, quæ eis adjici solent, earumque executionem, ad multasque alias quæstiones, plenè tractat Otet. *de Pascuis, cap.* 12. *per tot.* ad pœnas, maximè istarum ordinationum, latè Avendañ. *de exequend.* 1. *part. cap.* 13. *per tot.*

254 Ubi latè tractat, an in eis per oppida, vel Dominos inferiores pœna indici, possit, ut ex ovibus aliusve pecudibus in pascuo vetito inventis unum ex quinque, loco pœnæ, capiatur (quod vulgò dicimus *Quintar.*) In qua quæstione, quamvis affirmativam sententiam in favorem Dominorum teneant Luc. de Pen. & Jacob. Rebuff. *in l.* 1. *Cod. de pasc. public. lib.* 11. quos sequitur Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 5. *gloss. ultim. in fin.* rectiùs tamen pro negativa resolvunt Bertrand. *cons.* 24. *volum.* 1. Avendañ. *ubi proximè*, Otet. *de Pascuis, dict.*
255 *cap.* 12. *num.* 16. *cum sequentib.* † Quia talis pœna satis rigida apparet, eanque juri exosam, & iniquam reputat Avendañ. *dict. cap.* 13. *num.* 3. & præcipuè, attenta nostra *l.* 24. *tit.* 15. *Part.* 7. qua pecudibus ex malitia, vel scientia in pascuo vetito immissis, dupli fit condemnatio, eis vero aberrantibus, vel ex negligentia, aut non fida pastoris custodia in termino, vel agro vetito de pascentibus, in damni æstimatione dumtaxat eorum domini damnantur, ut notant quoque Avendañ. & Otet. *ubi supr.* quare hac certa pœna per nostram legem assignata, alia gravior, & præcipuè prædicta *Quinti*, statutis imponi, nequit; imò ex eo ambitiosa, & irrationabilia reputari debent, & consequenter nullo modo admittenda erunt, ut superius remanet dictum.

256 Quæ confirmantur ex praxi Regni Neapolis, ubi similiter Barones pœnas excessivas suis bannis, aut statutis adjicere, prohibentur, imò, ultra augustalem pœnam, imponere, nequeunt, ut notant Pragmat. illius Regni, latè Marin. Frecc. *lib.* 2. *de subfeud. authorit.* 2. Pont. *consil.* 53. *volum.* 2. Dominic. Tasson. *in Pragmat. de antefat. versic.* 12. *observat.* 1. *numer.* 102. *& versic.* 3. *observat.* 4. *ex cap. statuimus, de offic. Bajuli, num.* 77. ubi, quòd per suprema, tribunalia, ne pœna damnum excedat, Baronibus injungi, solet, & plenè de hac pœna augustali, & quòd ob dolum, ut *in dict. nostra leg. Part.* 24. fit, etiam in Neapoli per Barones alterari, valeat, Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *super Pragmat.* 8. *cap.* 45. *tot.*

257 Sed supradicta quidem adhuc intellige, nisi ex antiquissima consuetudine, & immemoriali dicta pœna *quinti*, vel alia fuerit servata, ut in hac pœna *quinti*, docent Bertrand. *dict. cons.* 24. & Avendañ. *dict. numer.* 3.
258 † Qui tamen hanc consuetudinem ad incolas cujusque territorii restringunt, nec ad forenses admittendam putant, sed certè, immemoriali contra eos stante, contra omnes servandam judico, ut tenuit quoque contra Jason. *in l.* 1. *ff. quod quisq. jur.* Otet. *dict. cap.* 12. *num.* 21. Ubi ita
259 † in pluribus Regni oppidis servari, testatur, quam, & alias diversas consuetudines circa pœnas in alieno territorio pascentium, in multis Regni oppidis ab immemoriali servatas vidi, & audivi, juxta quas in aliquibus locis una de decem, aut viginti ovibus, aliusve pecudibus in alieno de pascentibus in pœnam decollatur, aut capitur, vel aliquam parvam quantitatem pro uno quoque pecudum capite domini solvere, compelluntur, prout in quolibet oppido exter consuetudo, aut sint ordinationes municipales legitimè, ut dictum remanet factæ, vel longa populorum consuetudine servatæ, à qua, maximè immemoriali, recedere non oportet. Quibus absoluta

manet materia statutorum, quoad facultatem ea condendi, quam non ita apud ullum congestam, & resolutam invenies.

CAP. XXIX.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia statutorum, & notabiliter discutitur celebris quæstio, an postquam statuta per Principem, vel alium superiorem sint confirmata, ea revocandi facultas, ut jurisdictionis commodum, considerari, valeat? & per Dominos inferiores, aut populos, non obstante Regia confirmatione, revocari, possint? & quid si necessariò, vel majoris firmitatis causa sint confirmata? & si bonum publicum, vel statuentium dumtaxat, seu commodum quoque convicinorum respiciant? vel si ad jus commune per revocationem statuta reducantur, aut si per ipsos fundatores Collegiorum statuta sint condita: & quid denique si sint jurata, vel per superiorem confirmata cum clausula irritanti? ad Text. *in cap. cum accessissent, de constitut. & cap. cum dilecto, de Præbend.*

SUMMARIUM.

1 *Proponitur hujus capitis quæstio: an revocandi statuta potestas jurisdictionis commodum sit, sive ejus ratione competat, ita ut Dominis inferioribus suorum locorum statuta, per superiorem maximè confirmata, revocare, liceat?*

2 *Refertur, & fundatur negativa opinio, cum num. seqq.*

3 *Statuta per oppida, aliosve inferiores condita, & per Principem confirmata, ipsius Principis propria fieri, videntur.*

Omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur: ibidem, ad Text. in l. 1. C. de veter. jur. enucleand. *& n.* 22.

4 *Inferiori superioris factum, aut leges tollere, vel relaxare, non licet.*

5 *Papa statutum oppidorum confirmante, non ipsorum locorum, sed Papale statutum dicitur, ita ut nullus alius, quàm Papa id immutare, valeat.*

6 *Collegiorum statuta per superiorem confirmata amplius per Collegia propria authoritate alterari, non possunt.*

7 *Communis utilitas de facili subverti, non debet per statutorum maximè revocationem.*

8 *Refertur, & fundatur affirmativa opinio.*

Adducitur pro ea cap. cum accessissent, de constitut. *ibid. & n.* 40.

Canonici statutum de certo numero Canonicorum per Papam confirmatum de communi consensu revocare, licet, ibid.

Adducitur pro hac sententia Text. in l. omnium, C. de testament. *ibid.*

9 *Oppidorum statuta per ipsa oppida condita, & per dominos confirmata absque ipsorum dominorum licentia oppida revocare, non possunt.*

10 *Adducitur pro hac sententia notabilis Text.* in cap. dilect. de Præbend. *& num.* 41. 49. 56. *&* 57.

Fundatur per hunc Text. Canonicorum statutum de certo numero prabendarum, per ipsos Canonicos immutari, posse, nisi ei juramentum, aut Sedis Apostolica confirmatio accessisset, ibid.

11 *Refertur quorundam sententia distinguentium inter populorum statuta, quorum confirmatio, non ad eo-*

rum necessariam validitatem, sed ad majorem firmitatem, à Principe impetratur, & inter ea, quibus Principis, vel alterius superioris confirmatio requiritur, & quid in utroque casu?

12 *Quid in superioris distinctionis ultimo casu, quoad statutorum interpretationem.*

13 *Et si per statutorum revocationem ad jus commune eorum dispositio reducatur?*

14 *Quid si præfata statuta necessariò Principis confirmationem exigentia commune bonum, vel tantum statuentium utilitatem respiciant.*

15 *Quàm magna apud antiquiores circa nostram principalem quæstionem fuerit dubietas?*

17 *Quid Bald. in ea senserit? ad plures distinctiones?*

18 *Quæ in hac quæstione antiquiorum Doctorum omnium resolutio?*

19 *Amplectitur Author indistinctè affirmativam opinionem, statuta videlicet, etiam necessariò per Principem confirmata, & commune bonorum respicientia, per oppida revocari, posse, cum n. seqq.*

20 *Dom. Covarru. & Menchac. & si pro hac sententia resolverint, nimis tamen breviter, ampliationibus, & limitationibus antiquorum omissis, & dict. n. 19.*

21 *Diluuntur argumenta in contrarium objecta, cum num. seqq.*

22 *Declarantur Text.* in l. 1. Cod. de veter. jur. enucleand. cap. cum inferior, de majoritat. & obedient. *& ex numer. 28. cum sequentib. & numer. 32.*

Authoritate Principis gesta, quomodo ipsius propria intelligantur? ibid.

23 *Alterius statuta, aliave facta confirmans non censetur ipsi actus primordialem originem præbere.*

24 *Nec per hanc confirmationem mutatur prioris initii, aut originis natura.*

25 *Papa confirmante populi statutum, ut pater possit, relinquere aliquid filiis spuriis, adhuc ab hoc statuto populus recedere, valet.*

26 *Statuta per populum facta, & per ejus dominum inferiorem confirmata, non ut Domini confirmantis, sed tanquam à populo facta habenda.*

27 *Quid aliis actibus, & dispositionibus privatorum, per Principem confirmatis, an ex tali confirmatione irrevocabiles fiant, ita ut nec per disponentes immutari, valeant?*

28 *Hujusmodi statutorum confirmationes à Principe facta sapiunt naturam, & vim habent cujusdam privilegii.*

29 *Quilibet privilegio sibi concesso renunciare, valet.*

30 *Invito, in ejus damnum maximè, beneficium non datur.*

33 *Respondetur ad secundum argumentum superioris negativa sententia, cum seqq.*

Statuta revocandi potestatem populos habere prout utilius sibi expedire judicent, publicum bonum respicit, ibid.

34 *Per statutorum revocationem plerumque ad jus commune revertitur.*

35 *De jure speciali facilior, & favorabilior ad jus commune recursus.*

37 *Quid si populorum statuta confirmationem necessariò, vel tantum ad majorem firmitatem requirant, vel si publicam utilitatem, vel statuentium tantum commodum respiciant? an adhuc propria populorum authoritate revocari, valeant? declaratur n. 36. cum seqq. & n. 42.*

39 *Exponitur Text.* dict. l. omnium, Cod. de testament. *circa testamenti Principis præsentia confirmati revocationem.*

40 *Text.* in d. cap. cum accessissent, de constit.

41 *Text.* in dict. cap. dilecto, de præbend. & num. 10. 49. 56. & 57.

Qualibet statuta principaliter statuentium commodum respiciunt, declaratur n. 47.

44 *Quid si statuta non solum statuentium populorum commodum, sed aliorum quoque oppidorum, nempè convicinorum, utilitatem concernant: an in hoc casu istorum quoque consensus in revocatione necessariè requirendus?*

45 *Collegiorum aliorumve communitatum statuta, an & quando per ipsa Collegia, aut communitates revocari, valeant?*

Quid si per fundatores fuerint condita?

46 *Quid si præfata statuta per populos statuentes jurata inveniantur, an, juramento non obstante, ab eis recedere, valeant?*

47 *Iuramentum fidelitatis Imperatori præstitum non obligat, si desinat, esse Imperator, & n. 48.*

49 *Adducitur, & declaratur circa hunc articulum Text.* in dict. cap. dilecto, de Præbend. *& nu. 10. & 41.*

50 *Rejicitur Bart. & aliorum antiquorum distinctio inter statutum simpliciter tantum juratum, vel cum in eo contenta jurantur, plenè circa istas duas formas adhibiti in statutis juramenti, & n. 51.*

52 *Quæ differentia in præfatis casibus statuti jurati juxta Bart. intelligentias inter spiritualia, & temporalia assignanda?*

53 *Stante in Principis statutorum confirmatione clausula, seu decreto irritanti, an per id populis, vel dominis inferioribus statuta revocandi potestas remaneat? cum n. seqq.*

54 *Affirmativa sententia, & n. 55.*

56 *Negativa verior.*

Comprobatur per Text. in d. cap. dilect. de Præbend. *ibid.*

57 *Rejicitur ad hunc Text. D. Covarruv. & aliorum antiquorum pro affirmativa sententia intellectus.*

POstquam igitur de statutorum materia latè egimus, & præcipuè quando ea condendi facultas jurisdictionis fructus sit, & consequenter ad Dominos inferiores, vel populos eam exercentes, pertineat? & post quam jure nostro noviori Recopilationis, & de praxi supremi Senatus hæc statuta generaliter per Principem, aut supremum Senatum, nisi in casibus, de quibus superius dictum remanet, confirmari debere, plenè resolvimus: non abs re, sed potius, pro pleniori nostræ materiæ cognitione, utiliter ad praxim quæri potest, quid dicendum sit quoad facultatem revocandi statuta per Principem, vel alium superiorem confirmata, an hoc jus jurisdictionis quoque commodum dici, valeat? & consequenter Domini inferiores, vel oppida talia statuta sine licentia superioris revocare, & ab eis propria authoritate recedere, possint? 1

2 In qua quæstione negativam sententiam tenent Alexand. *cons. 469.* Felin. *in cap. qualiter 1. columm. 12. de accusat. & in cap. 1. columm. 9. de sponsalib.* Roman. *cons. 98.* Andr. Bar. *in cap. Pastoralis, column. 17. de effic. delegat. & in tractat. de præstant. Cardinal. 1. quæst. 5.* Marsil. *singul. 567.*

3 Quæ sententia primò communiter comprobatur, ex eo, quòd, juxta vulgarem juris regulam, de qua *in l. 1. Cod. de veter. iur. enucleand. cap. 1. de confirmat. util. vel inutil. Omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur,* quare statuta ab oppidis, vel aliis inferioribus condita, & per Principem confirmata ipsius Principis propria fieri, videntur, & consequenter oppida amplius ea revocare, vel aliquo modo immutare non posse dicendum videbatur, † cum inferiori superioris factum, 4 aut leges tollere, vel relaxare, non liceat, *cap. cum inferior, cum vulgatis, de majorit. & obedient. l. fin. Cod. de legib.* ut benè ad rem considerat, ultra relatos, Marsil. *dict. singular. 567.*

Ubi, quòd ideo, Papa statutum quorundam municipio- 5

cipiorum confirmante, jam non amplius eorum statutum, sed Papale dicatur, ut solus Papa id mutare, vel
6 alterare, valeat: † Et idem ait in statutis Collegiorum per superiorem confirmatis, quæ nullo modo amplius per Collegium alterari, posse, asserit Marsilis reprobans Abbatem, *qui in cap. dilecti, de Præbend. column.* 2. contrarium tenuit, dicens circa hoc inadvertenter fuisse loquutum.

7 Secundò negativa ista sententia eo maximè procedere, debere, videtur, ne aliàs communis utilitas, ob quam frequenter statuta hæc conduntur, de facili subvertatur, ut in expresso istam sententiam in statutis commune bonum respicientibus tenent Abbas *in cap. cum accessissent, de constitut.* & ibidem optimè Decius *num. 3. versic. Unde retenta*, & passim per tot.

8 Affirmativa vero sententia comprobatur expresè ex Text. ad rem singular. *in cap. cum accessissent, de constitut.* ubi Canonicos statutum de certo numero Canonicorum per Papam confirmatum de communi consensu revocare posse, deciditur, & ibidem notant Gloss. Abb. Decius, & alii Antiquiores, cum distinctionibus tamen proximè referendis, & hanc sententiam ex hoc Text. & ex *l. omnium, Cod. de testament.* indistinctè tenent, nulla facta mentione Bartol. & aliorum antiquiorum, qui circa hujus quæstionis resolutionem plures distinctiones, ac intellectus his juribus adducunt, & multum resolutionis dubietatem extolluot, ot proximè vides, D. Covarruv. *in cap. quamvis pactum, part. 2. §. 2. numer. 6.* benè Menchac. *lib. 1. controvers. usu frequent. cap. 35. ex nu.* 10. Anguian. *de legib. lib. 3. controvers. 6.* August. Barbos. *in collect. ad dict. cap. cum accessissent, numer. 4.* & facit di-
9 ctum Gregor. *in l. 12. tit. 1. Part. 1.* † Ubi quòd in statutis per populum factis, & per Dominum inferiorem confirmatis, juxta supradicta, jure Partitarum ex *l. penult. tit. 1. Part. 1.* non ut domini confirmantis, sed tanquam à populo facta haberi, debeant, & in expresso, quòd hæc statuta per Dominos inferiores in suis oppidis confirmata absque eorum licentia per ipsos populos revocari, valeant, optimè resolvit Cancer. *3. tom. variar. cap. 13. num. 334.*

10 Quæ affirmativa sententia manifestè etiam probatur per Text. vulgatem, sed ad rem notabil. & singularem, licet per DD. ad hoc non ponderetur, *in cap. dilecto, de Præbend.* ubi in eadem specie *dict. cap. cum accessissent*, clarius hæc quæstio deciditur, dum numerum Præbendatum Canonicis de communi consensu augere, permittit, nisi, ut ibi ait Pontifex: *Statutum aliquod obviaret, quod esset iuramento firmatum:* vel *Cui Sedis Apostolica confirmatio accessisset huiusmodi clausula prohibitionis adjecta, ut si quidquam contra id fieret, non valeret:* ex quibus patet, simplicem superioris confirmationem non sufficere, ut statutum per statuentes revocari, non possit, sed clausulam cum decreto irritanti, necessariam esse, de qua infrà proximè.

11 Alii vero, præcipuè Antiquiores, distinguunt inter populorum statuta, quorum confirmatio non ad eorum necessariam validitatem, sed ad majorem firmitatem à Principe impetratur, quo casu ea liberè, & absque Principis licentia per populos revocari, posse, dicunt: & inter statuta, quibus Principis, vel alterius superioris confirmatio ad eorum validitatem omninò necessaria est, ut apud nos fieri, superius dictum remanet, nam tunc, sicut in condendo statutum superioris authoritas necessario, requiritur, ita in revocando necessariam esse, asserunt, quia eadem potestas exigitur in destruendo, ac in construendo, ut argument. *leg. si ut proponis, Cod. de nuptiis*, in specie resolvunt Bartol. *in dict. l. omnes populi, numer. 33. ff. de instit. & iur.* Andr. Sicul. *cons. 27. column. penultim.* Alexand. *in l. ex facto, ff. de vulgar. & pupil. substitut.* & ibidem Bald. Angel. & Joann. de Imol.
12 † qui addunt, quòd tali casu, sicuti statuentes non possunt tollere statutum, ita nec interpretari.
13 Quam adhuc Bartol. sententiam, ut in casu, quo necessariò requiritur confirmatio, statuta per populos propria authoritate revocari, non valeant, intelligit idem Bart. *in d. l. omn. populi*, nisi per revocationem ad jus commune reducantur, quo casu benè revocari, posse, ait.

Eandemque Bartoli primam sententiam, & distinctio- 14
nem sub alia quoque sub distinctione intelligit Decius *in cap. cum accessissent, de constitut. numer. 3. à vers. Secundò conclusio prædicta*, ut nimirum dictum Bart. & aliorum asserentium, statuta per populos propria authoritate revocari, non posse, quoties necessariò per Principem fuerunt confirmata, procedat in statutis ad commune bonum, vel aliorum concernentibus, secus si statuentium dumtaxat utilitatem respiciant.

Et hanc Decii distinctionem pro concordia Bartoli, 15
& Baldi tradidit quoque Abbas *in dict. cap. cum accessissent, numer. 2. de constitution.* & eam prius fuisse Angeli *in l. omnium, Cod. de testament.* ait Andr. Sicul. *in dict. cap. cum accessissent, de constitut. column.* 10. ubi, postquam per *6. column.* latissimè istam quæstionem examinavit, quam plurimas DD. opiniones, & intellectus referens, ob magnam ejus dubietatem, & difficilem resolutionem ait: *Iesus Christus revelet vobis veritatem huius hæsitatio-*
nis: † Et *in column. 12. vers. Et in quantum*, distinctioni 16
Abbatis, seu Angeli assentiri, videtur, cum supradicta tamen Decii restrictione, si per revocationem populus ad jus commune reducatur, & huic distinctioni, & sententiæ Andr. Sicul. assentitur Aviles *in cap. Prætor. 17. gloss. Las barà, num. fin.* ad alia plura vide Bald. *in l. ex*
placito, Cod. de rerum permutat. ex numer. 12. † qui ele- 17
ganter, & in suo more philosophicè loquitur aliquas distinctiones adducens, *& dict. num. 12. in fin.* expresè ait, quòd Papa specificè statuta populorum confirmante, Papalia dicantur, & tamen populis, si in ipsorum favorem sint facta ab eis recedere, & ad jus commune redire, liceat.

Ex quorum DD. antiquorum dictis per eos commu- 18
nius concludi, videtur, populorum statuta per superiorem necessariò confirmata non aliter per statuentes propria authoritate revocari, posse, quàm si in ipsorum privatorum statuentium utilitatem tendant, & hoc maximè, si ad jus commune reducantur: secus si commune bonum respiciant, intellige, populorum in commune, licet hoc DD. antiquiores supra citati non aperiant, quasi, meo videri, in dicta distinctione differentiam agnoscant inter utilitatem, aut commodum, quod ex statutis ipsis statuentibus, resultat, ut singulis, vel, ut universis.

Ex quibus contrariis DD. sententiis, & variis distin- 19
ctionibus patet, quàm difficilis sit hujus quæstionis resolutio. Sed, doctissimorum antiquorum pace, affirmativa sententia indistinctè accepta verior mihi videtur, ut, videlicet populi statuta sua, licèt necessariò per Principem fuerint confirmata, propria authoritate revocare, aut tollere possint, ut tenuerunt D. Covarruv. & Menchac. & supr. citati, & hoc licet ad eorum validitatem necessaria esset Principis confirmatio, & quamvis non solum privatorum statuentium, sed ipsorum populorum
commune bonum respiciant: † de quibus ampliationi- 20
bus, D. Covarruv. Barbos. & supra citati non meminerunt, sed potius rem nimis breviter tangunt, antiquorum in hac quæstione pugnam, & contrarios intellectus omittentes, imò Abbatem, & alios antiquiores indistinctè pro affirmativa, & negativa opinione referentes D. Covaruv. & Menchac.

Qua quidem affirmativa sententia cum dictis amplia- 21
tionibus retenta, non obstant supra pro contraria nega-
tiva opinione adducta? † Et primò nihil facit primum 22
fundamentum ex dict. *l. 1. Cod. de veter. iur. enucleand.* ibi: *Omnia enim nostra facimus, &c.* ex quibus oppidorum statuta per Principis confirmationem ipsius fieri, dicebamus, & consequenter tanquam factum, aut leges superiores per populos revocari, non posse ex *dict. cap. cum inferior, de maiorit. & obedient.* quia

23 dupliciter respoonderi, potest: † Primò, dictam
regulam *ex dict. leg. 1.* procedere dumtaxat, quoad effe-
ctum firmitatis, ut actus à Principe confirmatus ita fir-
mus maneat, ac si per ipsum fuisset gestus, non vero, ut
tamquam ejus primordiale factum, aut jussus, à quo
nullus recedere debet, reputetur; factum enim pri-
mordiale in nostris statutis, & in quibuslibet aliis acti-
bus, qui ad instantiam privatorum per Principem con-
firmantur, ab ipsis statuentibus, vel aliter tales actus
primò gerentibus originem habet, ex ipsorumque vo-
luntate isti actus primum esse recipiunt, & initium se-
cundi, quod secuodum, licet ex Principis voluotate,
& confirmatione dimanet, dependet tamen principaliter
ex ipsorum quoque statuentium voluntate, quibus libe-
rum semper fuit, confirmationem à Principe impetrare
pro validitate statutorum, vel non, licèt ob ejus defe-
24 ctum corruerent; † quare gratia, ista, aut confirma-
tione impetrata, non est cur naturam primordialem
actus mutari dicamus, cum non de totali esse rei, ut ver-
bis Bald. proximè referendi utar, nec rem ab origine sui
esse producat, sed cum primo actu, & esse concurrat,
cum eoque consecutivè, & accessoriè veniat, ut elegan-
ter ait Bald. *in dict. l. ex placito, num. 12. Cod. de rer. per-*
25 *mut.* † Ubi, quòd ideò, Papa confirmante populi statu-
tum, ut patet possit aliquid relinquere filiis spuriis; adhuc
tamen populus, cujus favore, & voluntate est factum, ab
eo recedere, valeat.
26 Quæ confirmantur ex mirabili ad rem doctrina nostri
Gregorii *in l. 12. tit. 1. Part. 1. gloss. 1. post princip.* ubi no-
tabiliter ad nostram resolutionem ait ex doctrina Alberic.
*in dict. l. omnes populi, ff. de just. & iur. column. 9. in prin-
cip. vers. Quod ergo dicemus*, quòd statuta per populum
facta, & per ejus Dominum inferiorem confirmata nou
ut domini confirmantis, sed tanquam à populo facta ha-
beri, debeant, quia in hoc casu tantum intervenit con-
firmans, ut Magisttatus authoritatem præstans, non,
ut actum principaliter celebrans: juxta quæ statuta hæc
quamvis per Principem confirmata, in sua primæva na-
tura, & voluntate populorum, vel alterius conficien-
27 tis, quoad revocationem remanebant: † Quod, & in
quibuslibet aliis actibus privatorum accidit, pro quo-
rum validitate Regiæ confirmationes frequenter per eos
gerentes necessariò impetrantur, ex quibus dici, nequit,
ità firmos contractus remanere, ut nec volentes contra-
hentes ab eis recedere, possint, quod quidem satis ab-
surdum, & cootra eorum mentem esset, cum tales con-
firmationes dumtaxat pro contractuum validitate, non
pro irrevocabilitate impetrentur, firma pristina natura
contractuum remanente.
28 Secundò prædictæ objectioni ex *dict. l. 1. Cod. de veter.
jur. enucleand. & cap. cum inferior. de maiorit. & obedient.*
responderi, potest, quòd statutorum confirmationis
Principis concessio sapit naturam, & vim habet cujus-
dam privilegii, ut benè animadvertit ad rem Aviles *in
cap. Prætor. 17. gloss. Las barà, num. fin. in med.* cui qui-
29 dem eos, † quorum favore est concessum renunciare,
posse, nemo dubitat, *l. si quis in conscribendo, Cod. de
Episcop. & Cleric. cap. cum illorum, de Prebend.* cum
30 † invito beoeficium non detur, *l. invito 69. ff. de regul. iur.*
31 maximè in ejus damnum: † quod certè in nostro casu ac-
cideret, nam si, confirmatione non obstante, statuenti-
bus ab statutis recedere, non liceret ex talis Principis gra-
tia, & privilegio, statuentium voluntas, aliàs circa sta-
tuendum libera, ad habenda statuta in magnum fortè po-
puli præjudicium adstringerentur.
32 Ex quibus singulariter dicendum est, regulam *dict. cap.
cum inferior. de maiorit. & obedient.* ex quo, pro primo
fundamento opinionis negativæ dicebamus, inferiorem
factum, vel leges superioris tollere, non posse, conces-
so etiam, absque dictorum præjudicio, quòd popolo-
rum statuta ob Principis confirmationem ipsius propria
dicantur; attamen dicta regula procedere, debet, cum
factum superioris inferioris utilitatem principaliter non
respicit, sed ad aliorum commodum dirigitur, ut in
lege generali optimè exemplificari, potest, quam qui-
dem una Civitas mutare, vel ab ea recedere, nequit,
quia non ad suam utilitatem dumtaxat, sed ad commu-
ne bonum, & commodum aliarum quoque Civitatum
sub Imperio, ac ditione illius ejusdem Principis existen-
tium fuit facta: secùs verò quando factum superioris in-
ferioris utilitatem tantum respicit, quo casu benè pote-
rit inferior, id tollere, aut remittere, ut ex *l. penult.
Cod. de pact. l. quoties ab omnibus, Cod. de fideicommiss.
l. cùm pater, §. Mando, & §. Rogo, ff. de legat. 2. l. filius
familias, §. Divi, ff. de legat. 1.* in quibus, & aliis vul-
garibus juribus plura ad similia tradunt Antiquior. &
præcipuè Jason. *in dict. l. penult. & in dict. l. quoties*, & ita
distinguit pro intelligentia, *dict. cap. cum inferior*, ibi-
dem Barbos. *num. 3.* in nostris statutis loquens eleganter
Vazquez Menchac. *controv. usufrequent. lib. 3. d. cap. 35.
ex num. 10. & 13.*
Nec obstat secundum fundamentum pro opinione ne- 33
gativa supr. adductum, ne videlicet utilitas publica de
facili subvertatur, quia, ultra, quòd populus receden-
do ab statutis confirmatis, nec privilegio confirmationis
utendo, suo jure utitur, in quo nullum præjudicium at-
tendi, debet, ut dictum remanet, nullam quidem utili-
tatem, aut commodum sibi ipsi populum auferre, velle,
præsumi, potest, sed quòd statutis non uti ob majorem
utilitatem, & temporum mutationem magis conveniat:
† Quæ præsumptio eo magis fortius procedere, debet, 34
quia frequenter hæc statuta contra jus commune con-
duntur, quare ab eis recedere, ad jus commune rede-
undo favorabilius, & utilius est reputandum, ut in spe-
cie agnoscunt Bartol. *in dict. l. omnes populi, num. 33. de
iustit. & iure, & ex dict. cap. cum accessissent, de constitut.*
& ibidem Andr. Sicul. *column. 12. vers. & in quantum*, &
innuit Bald. *in dict. l. ex placito, num. 12. in fin. Cod. de rer.
permutat.* † Ex quo facilius jus speciale ad jus commune 35
reducitur, notaot DD. *ex l. 2. ff. de inoff. rupt. l. hac con-
sultissima, §. Si quis autem, C. de testam. l. ejus militis,
§. Militia missus, ff. de testament. milit.* & licèt hæc sin-
gulariter ob defectum potestatis impugnet Decius *in dict.
cap. cum accessissent, num. 3. vers. Tertio*; potestatem su-
pra fundatam habes, † ultra, quòd in præseoti non su- 36
mimus totale fundamentum, ut populi ab statutis con-
firmatis recedere, valeant, ex eo, quòd ad jus commu-
ne reducantur, quia imò etiam si non reducerentur, id
facere, possent, juxta supra indistinctè notata, sed, ut
dictam objectionem (ne ex eo communis utilitas de fa-
cili subvertatur) facilis excludamus in statutis, à quibus
recedentes ad jus commune, ut frequenter fit reducuntur
per dictam contrariam majoris utilitatis præsumptionem,
& faciliorem recessum, & ad jus commune aditum; in
quo convenit quoque Decius *ubi proximè.*
Nec nostræ resolutioni obstant supra relatæ antiquo- 37
rum distinctiones inter confirmationem necessariam, &
eam quæ ad majorem firmitatem statutorum adhibetur:
& etiam inter statuta, quæ favorem dumtaxat statuen-
tium, vel ea, quæ publicam utilitatem respiciunt: ut in
illo casu, etiam si confirmatio necessariò adhibita fuerit,
propria authoritate statuentium mutari, valeant, contra
verò si commune bonum concernant.
Quia primò ad necessariam confirmationem dicen- 38
dum est, non ex ea magis statuta Principis fieri ad effe-
ctum, ut postea per statuentes, ut ipsius Principis fa-
ctum, aut leges alterari, vel tolli, nequeant; hoc enim,
ut dictum remanet, intelligi, tantum debet, quo ad ef-
fectum validitatis, ut tanquam Principis statuta per-
petuò, durante videlicet, voluntate statuentiom, ser-
ventur, non verò quoad irrevocabilitatem in qua gratia,
seu privilegium confirmationis in favorem statuentium
expeditum operari, non debet, ne in eorum damnum
retorqueatur, & in præjudicium liberæ facultatis,
quam populi habent condendi statuta, vel non: quare
huic privilegio confirmationis, tanquam in eorum
favo-

Digitized by Google

favorem expedito, cum voluerint, renuntiare, poterunt,
39 & ad pristina jura redire, ut supra fundavimus. † Et in hoc quidem casu necessariæ confirmationis, loquitur Text. *in dict. l. omnium, Cod. de testament.* ubi illa confirmatio, quæ insurgit ex præsentia Principis, erat necessaria, quia aliter testamentum ob defectum solemnitatis, non valeret, & tamen ex eo non impeditur ibi revocatio, ne confirmatio in favorem testatoris adhibita in ipsius damnum retorqueretur, si aliquid operaretur, quoad irrevocabilitatem; licet huic casui, ac legi benè responderi, posset, versari in actu privatorum de sua natura revocabili, ut est testamentum.

40 Quibus etiam adde singularem casum in specie statuti *in dict. cap. cum accessissent, de constitut.* ubi agitur de statuto circa certum numerum Canonicorum, & Primiceriatus dignitatem supprimendam, cujus confirmatio à Papa necessario fuit impetranda, quin per Canonicos propria authoritate id fieri, posset, ut ibidem notat optimè Glossa, & communiter Canonistæ; & tamen hoc statutum, non obstante Papæ confirmatione, de communi consensu Canonicorum revocari, posse, decidirur: Et in eodem casu idem clarè habetur *in dict.*
41 *cap. dilecto, de prabend.* † Ubi non quælibet Papæ confirmatio revocationem de communi consensu Canonicorum prohibet, sed ea in qua clausula decreti irritantis addita quoque fuerit: ut supra ponderatum remanet.

42 Nec obstat secunda pars Antiquorum distinctionis; qui revocationem dumtaxat procedere, asserunt in statutis favorem statuentium, non vero publicum concernentibus (intellige de favore publico ipsorum populorum, ubi statuta conduntur, licet antiquiores non explicent.)

43 Sed certè, meo videri, accepta communissima, juxta ipsos antiquiores, opinione, ut statuta etiam per Principem confirmata per ipsos statuentes revocari, valeant, si eorum utilitatem, & favorem respiciant, non potest considerari casus, in quo populi statuentes, non obstante Principis confirmatione, statuta revocare, non possint, nam casus Antiquiorum, videlicet, si publicum bonum adsit, tantorum virorum pace, non differt à supradicto, in quo, stante favore statuentium, id eis facere, licet, nec unus sine alio dari, potest, nec publica utilitas, aut populorum commodum considerari, quin, & statuentium principale commodum consideretur, quia publica utilitas nihil aliud est, quàm populorum commodum, quare cum statuentes ipsi populi sunt, non privatæ personæ, quæ ibi interveniunt, ex quo statuta non privatorum, sed populorum dicuntur, nulla publica utilitas his populorum statutis dati, valet, quæ ipsorum statuentium non sit, & consequenter juxta ipsos Antiquiores, stante quoque publica utilitate, populi statuentes ab his statutis tanquam eorum favore per superiorem confirmatis, recedere, poterunt, proprio favori renunciando, & ad pristina jura redeundo, quod, justis ea causis, semper fieri, est præsumendum.

44 Quibus ita resolutis, aliqua adhuc pro pleniori hujus articuli declaratione notanda sunt: Primò prædicta non procedere, cum statuta non solum populorum commodum, sed aliorum quoque, videlicet oppidorum convicinorum utilitatem respiciunt, quo casu in eorum præjudicium absque omnium consensu statuta per superiorem confirmata mutari, vel alterari, statuentibus non licet, ut notant Abbas *in dict. cap. cum accessissent, de constitution. num. 2.* Aviles *in cap. Pratorum 17. gloss. las hara, num. fin. vers. Et dictum Baldi*, Lapus *allegat. 63.* Romao. *cons. 37. column. fin.* Angel. *in dict. l. omnium, Cod. de testament. column. ult.* optimè Decius *in dict. cap. cum accessissent, vers. Unde retenta*, quid ampliat ex doctrina Innocent. *in cap. accedentibus, de privileg.* etiam si per superiorem non sint confirmata, quia ea eis, illis, quorum favore sunt facta, jus quæsitum censetur, in cujus præjudicium, nihil postea statuentes facere, possunt.

Item prædicta procedunt in statutis Collegiorum, aliarumve Communitatum, quæ similiter per ipsas Communitates statuentes, non obstante confirmatione, revocari poterunt, ut expressè deciditur *in dict. cap. cum accessissent, & in dict. cap. dilecto, de præbend.* superius ponderato, & ibidem Abbas, Aviles *in dict. cap. Pratorum 17. gloss. Proveer sobre ello, num. 16.* quod intellige in statutis per ipsa Collegia, vel Communitates conditis, secus si per fundatores fuerunt facta, quæ nullo modo immutare, seu alterare Communitatibus licet, ut optimè comprobat Abbas, ex Hostiens. Calderin. & aliis Antiquioribus per eum relatis in dict. *cap. cum accessissent*, ubi quòd absque voluntate fundatoris numerus Præbendatum, vel Dignitatum per ejus ordinationes Ecclesiæ assignatus per ipsius Ecclesiæ Capitulum, seu Canonicos immutari, vel alterari, non valeat, quam doctrinam sequitur, & eleganter exornat Decius *in dict. cap. cum accessissent, numer. 11.* qui benè limitat, Ecclesia de paupertate, & ejus redditibus diminutis, ex doctrina ipsius Abbatis *in cap. 2. in fin. de Religios. domib.* & in Collegiorum, aliarumve Communitatum statutis prædictam resolutionem, ut nullo modo per fundatorem condita Collegia, vel Communitates alterare, valeant, docet benè, licet nullo relato, Anguian. *de legib. lib. 3. controver. 6. num. 5.* quidquid contrarium voluerit doctissimus vir Vazquez Menchac. *lib. 1. controver. usufrequent. cap. 35. n. 13.* 45

Item revocationes supra relatæ procedere quoque, videntur in statutis, etiam per populos, vel alios statuentes juratis, quia adhuc, juramento non obstante ab eis recedere, posse, tenet Bartol. *in dict. l. omnes populi, num. 32. & 34.* quem communiter omnes sequi, ait Joan. Orosc. *ibidem numer. 107. 110. & 118.* benè Abbas *in dict. cap. cum accessissent*, qui prius tolli, debere, ait statutum, ut postea non obliget juramentum, quod accessorium est statuto, & ipsius naturam assumit, quare, revocato statuto, juramentum quoque revocari, censetur, ut notat Bartol. *ubi proximè*, & optimè explicat doctrinam Abbatis, Decius *in dict. cap. cum accessissent, num. 5.* 46
† Pro qua adducit singularem Text. *in cap. venerabilem, in fin. de elect.* ubi juramentum fidelitatis præstitum Imperatori non obligat, si desinat esse Imperator, & ibidem notant Abbas, & Canonistæ; quare similiter in proposito dicendum videtur, quòd juramentum de observando statutum intelligitur, nisi statutum tollatur; imò, & statuentes, statuto jurato simpliciter contraveniendo, tacitè prius statutum tollere censeri, ne incidant in perjurium, notabiliter docent Cardinal. *in Clement. 1. de re judic. in 3. q. in fin. vers. Sed si conveniant*, Abbas *in d. cap. cum accessissent*. 47

Et hanc sententiam, licet nullo ea antiquioribus, præter Bartol. relatis, tenet loquens in statutis per Regem confirmatis, Aviles *in d. cap. Prator 17. gloss. Las hara, num. fin. vers. fin.* ubi etiam quòd perjurii non sunt revocantes, quia juramentum intelligi, debere, ait circa observationem statutorum, dum revocata non fuerint, & huic sententiæ assentire, videntur Joan. Gutierrez *de jurament. confirmat. 2. part. cap. 1. num. 4.* & antiquiores proximè citati. 48

Sed huic Bartol. & antiquiorum communi opinioni 49
assentire ipse non audeo ob Text. expressum, & ad rem singularem *in dict. cap. dilecto, de Præbend.* quem pro resolutione supradictæ principalis quæstionis supra ponderavi, ubi dum Canonicos, ad quos electio pertinet, numerum præbendarum augere, posse, deciditur, hoc intelligit Summus Pontifex, illic: *Nisi forte statutum aliquod obviares, quod esset juramento firmatum, vel cui Sedis Apostolica confirmatio accessisset, &c.* quid ergo ad rem clarius? cum expressè hi duo casus, videlicet, cum juramentum intervenit, vel clausula decreti irritantis in confirmatione superioris apponitur, excipiuntur, in quibus revocatio non liceat, & ideo sicuti, stante in confirmatione dicta clausula decreti irritantis,

statuta revocari, non posse, superius diximus, idem similiter, juramento interveniente, dicendum est, cum
50 ad hunc effectum isti duo casus ibi æquiparentur. † Et licèt Abbas *in dict. cap. cum accessissent*, *& in dict. cap. dilecto*, *column. penult.* Cardinal. *in Clement.* 1. *de regular.* Bald. *in prælud. feudor. column.* 7. pro intelligentia *dict. cap. dilecto*, differentiam constituant inter statutum simpliciter juratum, vel quando contenta in statuto observari, jurantur; ut in illo casu statuto derogari, valeat; secus verò in isto: quod etiam in hoc secundo casu intelligit Abbas, quoad effectum, ut absque perjurio derogatio non procedat, actum tamen, seu revocationem tenere, ait; hæc tamen Abbatis distinctio, & concordia, utpotè contra manifesta verba *dict. cap. dilecto* substineri, non posse, videtur, quia non solum in eo Textu non distinguitur inter statutum juratum, vel cum in eo contenta jurantur; sed imò juramentum, de quo ibi fit mentio, ad statutum simpliciter refertur illic: *Statutum, & quod esset juramento firmatum:* quin aliqua fiat mentio de contentis in eo juratis, vel non: quare de statuto potius simpliciter jurato, quàm de juramento super in eo contentis in dict. Textu agi dicendum, videtur,

51 Nec obstat secunda Abbat. intelligentia, ut in dicto secundo casu, cum contenta in statuto sunt jurata, statuentes si contraveniant, actus, vel revocatio teneat, licèt perjurii sint, quia magis hoc tendit contra expressam litteram, & decisionem *dict. cap. dilecto*, in quo clarè agitur, an nova institutio in contraventionem statuti jurati substineri debeat, necne? & sic de ejus effectu; non verò an contravenientes perjurii sint, vel non; & ideo expresè deciditur, institutionem nullum effectum habuisse, & institutum ad restitutionem perceptorum ratione jurisdictionis teneri, & in specie quòd non teneat actus, si Canonici juramento contravenerint, docet optimè Fulgos. *cons.* 210. quem tandem sequitur Decius *in dict. cap. cum accessissent*, *n.* 8. post quam *à num.* 6. aliquas distinctiones ad rem adduxit.

52 Juxta quæ tamen animadverte, quòd prædicta contra Abbatis intelligentiam, quamvis rectè in spiritualibus jure Canonico *ex dict. cap. dilecto*, procedant, in temporalibus tamen benè doctrina Abbatis substineri, poterit, quia in temporalibus actus contra juramentum tenet, licèt eum gerens perjurus remaneat, ut doctè distinguit Innocent. *in dict. cap. dilecto*, quem sequuntur Joann. de Imol. *in dict. cap. dilecto*, *column.* 11. Alexand. *cons.* 206. *column.* 3. *lib.* 3. Anton. de Burr. *in cap. cum M. de Constitut. column.* 2. Decius *in dict. cap. cum accessissent*, *num.* 7. *de Præbend.* qui cum hac intelligentia dictum Innocentii procedere, debere, benè notant, si nimirum actus spiritualis non solum in laicum, sed etiam circa rem spiritualem, puta Præbendam, Canonicatum, vel similem rem tendat secus si in laicum tantùm cadat, quo casu etiam contra juramentum tenere, dicunt; & ita quoque procedere, debere, videtur supradicta sententia Bartol. Aviles, & Gutier. supra citata, qui dum aliquam mentionem de *d. cap. dilecto*, & Canonistis supra citatis non faciunt, præcipuè Aviles, & Gutierrez, in temporalibus tantum intelligi, debent.

53 Item pro hujus articuli revocationis statutorum prosecutione, & quando ratione jurisdictionis, ut ipsius commodum ejus dominis, vel oppidis jurisdictionem exercentibus, statuta semel facta, & per superiorem confirmata revocandi potestas competat? non in eleganter quæri, potest, an virtute clausulæ, & decreti irritum, quidquid in contrarium fiat, decernentis, per Principem in staturorum confirmatione additi, facultas revocandi, statuta populis, vel Dominis vassallorum, aliisve inferioribus statuentibus adempta censeatur? circa quod magna est Doctorum controversia.

54 Primò enim affirmativam sententiam, ut, non obstante clausula, vel decreto irritanti, possint statuentes ab statutis per superiorem confirmatis, recedere, tenent Abb. & Felin. *in cap. cum olim*, *de offic. delegat.* Petr. de Ancharran. *in cap. statutum*, *in fin. de rescript. in* 6. idem Felin. *in cap. cum dilecta*, *num.* 7. *de rescript.* optimè Decius *in dict. cap. cum accessissent*, *num.* 3. *vers. Tertio conclusio supradicta*, *de Constitut. idem in cap. olim*, *de exception.* *& in l. posthumo*, *num.* 9. *Cod. de bonor. possess. contr. tabul.* & ibidem Curt. Junior. *numer.* 46. Aretin. *in l. nemo potest. column.* 4. *de legat.* 1. Ludov. Gomez *in cap.* 1. *de rescript. in* 6. *num.* 59. Andr. Tiraquel. *in l. si unquam*, *verb. Revertatur*, *n.* 282. *C. de revoc. donat.*

Et hanc sententiam defendit, & pro ea resolvit Dom. 55
Covarruv. *in cap. quamvis pactum*, *part.* 2. §. 2. *num.* 6. qui pro ea etiam adducit doctrinam Glossæ *in dict. cap. statutum*, §. 1. *verb. Committatur*, *de rescript. in* 6. quatenus sentit, statuto illi benè per partes renunciari, posse, non obstante clausula irritante, si in earum tantum favorem sit introductum, ad quod etiam idem D. Covarruv. & DD. citati adducunt jura *in d. cap. statutum*, §. *In nullo*, *& §. ultim.* & Text. *in l. inter cætera*, *in fin. ff. de liber. & posthum.* quasi tunc clausula decreti irritantis statuentium dumtaxat utilitatem respiciens, nudum præceptum sit, & per consequens in Consilium tantùm resolvatur, ad Text. *in l. cum pater*, §. *Mando*, *ff. de legat.* 2. *l.* 2. §. *ult. ff. mandat.* & notata ibidem per DD.

Contraria vero negativa sententia, quæ mihi verior, 56
& communior videtur, expresè comprobatur per Text. *in dicto cap. dilecto*, *de præbend.* ubi manifestè hæc quæstio deciditur; dum Canonicis Præbendarum numerum de communi consensu permittitur. *Nisi*, ut ibidem dicitur, *statutum aliquod obviaret quod esset juramento firmatum: vel cui Sedis Apostolicæ confirmatio accessisset; hujusmodi clausula prohibitionis adjecta, ut si quidquam contra id fieret, non valeret*, quin ideo videri hæc clara decisio diluatur, ex responsione Abbatis, & Decii, & Dom. Covarruv. *in locis citatis*, qui ideò clausulam relatam in dict. Text. substineri, dicunt, tamquam adjectam, & ut facultati Canonicorum, qua uti, solent in augendo numero Præbendarum, occurreretur; nam hæc eadem ratio concurrit in quibuslibet aliis statutis populorum, aliarumve communitatum, quoties in eorum confirmatione dicta clausula decreti irritantis adjicitur, per quam similiter Princeps, vel superior confirmans statuentium facilitati in eis derogandis occurrere, intendit.

Nec insuper obstat, quòd additio D. Covarruv. ex Ab- 57
bat. & Dec. *ubi sup.* id specialiter *in dict. cap. dilectò*, locum habuisse teneat, quia per illam clausulam magis utilitati Ecclesiæ, quàm Canonicorum Summus Pontifex consulere, voluerit, ideoque Canonicos tale statutum remittere, non potuisse; quia imò dicendum, videtur, clausulam relatam, qua certus numerus Canonicorum præscribitur, magis in gratiam, & in ipsorum Canonicorum utilitatem, quàm in Ecclesiæ commodum adjectam censeri, cum Canonicorum multiplicatio solis Canonicis, quorum distributiones per multiplicationem aliorum minuuntur, nocere, poterat, non vero Ecclesiæ, cujus semper interest, plures habere Ministros, *cap.* 1. ubi DD. *de Cleric. non resident. in* 6. ut benè notant Anguian. *de legib. lib.* 3. *controvers.* 5. *ex n.* 12.

Et expresè pro hac negativa sententia resolvunt Gloss. 58
per illum Text. *in dict. cap. dilecto*, *vers. Nisi fortè*, & ibidem Abbas *num.* 4. & in *dict. cap. cum accessissent*, ubi alios Antiquiores refert Felin. *num.* 9. & idem *in cap. ult.* §. *His autem*, *de offic. delegat.* Anton. de Butr. & Imol. *in dict. cap. cum accessissent*, Corset. *in singular. verb. Clausula*, Alexand. *in dict. l. omnium*, *num.* 3. *Cod. de testament.* & ibidem Jas. *numer.* 7. *vers. Limita*, qui ex hoc communitatibus admonet, ut cautæ sint, quando faciunt, statuta à Principibus confirmari, ne clausulam decreti annulativam apponi, permittant, quia etiam si confirmatio sit facta mero, & puro favore statuentium, tamen per dictam clausulam annulativam videtur superior habere pro illicito, quidquid postea statuentes in contrarium fecerint, tenent Joann. de Ann. *in cap. quia*

fru-

frustra, de usur. Oldrad. *cons.*259. *in princip.* 2. *column.* Cardinal. *cons.*130. Lap. *allegat.*86. Roman. *cons.*116. & *cons.*65. *colum.*1. Aviles *in cap. Praetorum* 17. *gloss. Proveer sobre ello, nu.*16. Anguian. *de legib. lib.*3. *controvers.*5. ubi alia plura adducit August. Barbos. *in collectan. ad dict. cap. dilecto, de praebend.* ubi pro hac sententia opinionem D. Covarruv. adducit, sed minus rectè, cum contrarium teneat, ut supra vidisti.

CAP. XXX.

ARGUMENTUM.

Agitur de commodis, sive operibus, aut servitiis vassallorum obsequialibus, vel reverentialibus: an, & quae ratione jurisdictionis, vel dominii fructus dicantur? ad plures praeeminentias, & honores, quae in tractamentis vassallorum Dominis competunt: & praesertim quod per eos in occursu, & cum sternutaverint, salutentur, associenturve, currus, equive sistantur: Justitiae insignia in visitationibus ad portas Dominorum deponantur: tempore Paschatis visitentur: & quid circa haec obsequia in Magistratibus Regiis, & personis illustribus: & de osculatione manus, juramento fidelitatis, vel homagio per vassallos Dominis exhibendo, quommodo, & qua forma? Et alia plura de ejus materia: & de praeeminentia quod Domini, vassallos alloquantur de *Vos*, &, capite discooperto, eos stare, faciant: & quid erga Nobiles, & Doctores? & de cognomine *Dominus*, & aliis Titulis *Sennoria*, *Excelencia*, & similibus: & quòd, inconsulto Principe, Duces, Comites, & alii Titulati non carcerentur, nec de tutore, aut curatore eis provideatur.

SUMMARIUM.

1 *PRaesentis capitis cum praecedentibus connexio.*

2 *Proponitur hujus capit. quaestio, aut materia circa vassallorum erga dominos opera obsequialia, sive officialia, aliaque honorifica commoda, & praeeminentias, an, & qua inferioribus dominis ratione jurisdictionis, ut ipsius fructus, debeantur? & num.6.*

3 *Hujusmodi honores, & praeminentia non minimam, utilitatem, & fructum afferunt.*

4 *Jurisdictiones, & Comitatus, aut Marchionatus dignitates quomodo propter hujusmodi honorificos redditus aestimentur?*

5 *Super eis census imponi, potest.*

7 *Domini per vassallos honorandi, ipsisque debita obsequia exhibenda.*

8 *In quibus vassallorum erga dominos obsequium consistat? ad reverentiam, ut vassalli, aut subditi dominis, vel aliis superioribus assurgant, &, nudato capite, eos salutare, debeant, & n.9.*

Hujusmodi obsequialibus signis subjectio ostenditur, & quibus aliis? remissivè, ibid.

10 *De eodem vassallorum, aut subditorum obsequio, vel salutatione adhibenda, etiam cum domini: vel superiores sternutaverint: cum n. seqq.*

11 *Debetur etiam inter aequales hoc obsequium, propter usum, & consuetudinem.*

12 *Hujusmodi salutationem ad sternutantes origo.*

13 *Ethnici non solum sternutantes salutabant, sed, & illis flectebant genua: & quare?*

14 *Confutatur vulgi opinio, seu error, salutationes istas ex cujusdam pestis tempore, quo sternutantes homines mortui cadebant, originem habuisse, judicans.*

Hujusmodi salutationum origo, & usus antiquior probatur, ibidem.

15 *Hodie jam omnes hoc obsequio, & solita urbanitate reciprocè salutare nos debemus.*

16 *Deficere quem in hac salutatione, argumentum inimicitiae, & injuriae reputatur.*

17 *Idem, stante consuetudine, quòd mulieres inter se occurentes deosculentur.*

18 *In Judicibus hujus salutationes defectus est causa recusationis.*

19 *Praefata reverentialia obsequia similiter Judicibus, & Magistratibus exhibenda, in assurgendo, salutando, & similibus: & n. seqq.*

20 *De poenis contra eos non salutantes, sive authoritatem offendentes.*

21 *Judicibus etiam malis, aut Magistratibus pariter honor, & reverentia debetur.*

22 *Parentes propriis filiis Magistratum gerentibus, an, & quando eis hac reverentialia obsequia exhibere, debeant, praestantioremque locum cedere.*

23 *Distinguitur inter publicos, & privatos, sive domesticos concursu, & n.25.*

24 *Resolvitur idem in patre, quoad filium Episcopum diversis respectibus, quis major, & minor dici potest.*

26 *Plura remissivè circa salutationes, similiaque obsequia reverentialia Magistratibus exhibenda.*

27 *Inferior si Magistratus, vel alii superiori non assurgat, vel debitam salutationem non exhibeat, eum injuriare, censetur.*

28 *Post Imperatoriam, & Regiam Majestatem Praetoria numeranda.*

29 *Magistratus Principes Civitatis dicuntur.*

30 *Apud Romanos idem honos, ac Principibus, Senatoribus, aliisque Supremis Magistratibus tribuebatur.*

31 *Ethnici, quid de Magistratibus senserint? ad plures erga eus laudes.*

32 *In Sacra pagina, valde honos, & reverentia Magistratibus exhibenda commendatur.*

33 *Magistratus sicuti ab omni injusto lucro areentur, ita summo honore, & reverentia frui, debent.*

34 *Principem repraesentant.*

35 *Ipsiusque corporis partes reputantur.*

36 *In eorum persona Principis Majestas honoratur, & laeditur.*

37 *Eis non salutantes, nec debitam reverentiam exhibentes arbitrariè puniendi.*

38 *Poena juxta qualitatem facti, sive irreverentiae, doli, vel negligentiae, dimetienda.*

39 *Refertur notabilis casus cujusdam damnati ad mortem ob satis levem irreverentiam cum quodam Tribuno Romano.*

40 *Magistratibus irreverentes etiam si exempti sint, per ipsos puniri, & mulctari, valent.*

Tex. in l. nullus, Cod. de Judicus, *declaratur ibidem.*

Romani quàm observantissimi de hujusmodi suorum Magistratuum reverentia fuerint?

42 *De aliquibus propter eam non exhibitam acriter apud eos damnatis.*

43 *Magistratibus an liceat, si inferiores eis non salutaverint, ab ipsorum capite birretum eripere, illudque in terram projicere, & conculcare? & numer.44.*

45 *Procedunt, sive intelliguntur praefata in dominis inferioribus, & suis vassallis, quorum respectu Magistratus, & Correctores perpetui dicuntur.*

46 *Domini per vassallos salutati, eos resalutare, tenentur.*

47 *Idem in aliis Judicibus, & Magistratibus, quoad ipsorum subditos.*

Salutationis honos debet esse reciprocus.

48 *Suf-*

48 Sufficit Iudicibus, & Magistratibus pro eorum praeminentia, & prarogativa, quòd prius per subditos salutentur.

Subjectio, aut superioritas satis in eo ostenditur, quòd quis prius alii salutet, vel assurgat, ibidem.

49 Prafata, quoad reciprocam salutationem per Iudicem reddendam, procedunt, maximè erga viros honoratos, & honestos, quos salutare Iudices, & societatem prabore, jubentur.

50 Servandum quoque inter ipsos majores, & minores Magistratus.

51 Princeps etiam omnium Supremus suos Magistratus honorare, debet, eorum authoritatem summo studio augendo.

53 Reges, & Imperatores suis Supremis Magistratibus in authoritate dignitatum ex laudabili consuetudine assurgunt.

Aliqua exempla Romanorum Imperatorum, aliorumque Principum, qui Magistratus aliosque illustres viros honoraverunt, n.52. cum seqq.

55 Surrexit Salomon in occursu matris ejus: & ad alia circa hoc apud Hebraos.

56 Nostra Hispaniarum Regina Magnatibus fœminis assurgunt, faciuntque juxta eas in pulvinari, sedere.

57 De praeminentiis, & honoribus Regni Magnatum apud nostros Reges remissivè.

58 Ex omissa per Magistratus erga subditos salutationis urbanitate sumitur argumentum inimicitia.

59 Maximè si quis antea salutare, solitus fuerit.

60 E contra, per salutationem remissa injuria censetur.

61 Magistratus prius per litigantes salutati, si resalutione non respondeant, recusari, possunt.

62 Idem in Notario.

63 Apud nos in Notariis, judicibusque inferioribus nulla ad recusationem causa exprimenda exigitur.

64 Quid si vassalli nobiles, Doctores, vel aliter qualificati sint, vel sine his qualitatibus, vel honoribus, quoad reciprocas salutationes eis per dominos exhibendas? & n.65.

Vel quoad alia honorifica, aut humiliora tractamenta, ut vassalli Domini, vel de vos vocentur: ibidem.

66 Quid quoad eadem tractamenta, si domini, Comitatus, Marchionatus, vel Ducatus titulo sint decorati.

67 Vassallorum dominis an prerogativa debeatur, quòd per vassallos in occursu associentur, ad idque de equis, aut curribus desiliant? cum n. seqq.

69 Quid si extra locum domini per vassallos alibi comitari, velint?

70 Quid quoad associationem in aliquibus Magnis festivitatibus, Nativitatis, Domini, initii anni, & similibus? Et an in his diebus eos visitare, debeam, ad Pascha, seu diebus initium annunciandum? & n.71.

72 Magistratibus an eis obviantes comitari, & equitantes ad id desilire, debeam? Et de antiquissima hac caremonia, & reverentia, cum n. seqq.

73 Casus celeberrimus filii Q. Fabii Maximi Consulis.

75 Hodie caremonia hac in desuetudinem abiit.

Servatur tantum de urbanitate, quòd Principis Supremis, & Magnatibus sistitur currus, vel equus, donec transeant.

76 Quid in nostra Regia Curia servetur?

77 Quoad mulieres non procedunt prafata reverentialia obsequia.

78 Mulieribus omnes prius salutare debent, advenientibus assurgere, & in via à Semita cedere, ibidem.

In omnibus his viris praferenda, ad plura.

79 Femina non sistebant currus Magistratibus Romanis.

Nec ipsarum mariti simul cum eis vehiculis transeuntes: ibidem.

Servatur idem apud nos.

80 Unius privilegio, alter, licet non privilegiatus, in individuis gaudet.

81 De origine, & ratione hujusmodi mulierum privilegiorum, & n.82.

83 Ad aliàs mulierum praeminentias.

84 Gravibus, atque illustribus personis æquiparantur.

Vocantur domina, clarissima, & aliàs juxta ipsarum qualitatem, & nobilitatem, & n.86.

87 Dominis inferioribus, Comitibus, Marchionibus, & aliis an debeatur praeminentia illa, sive obsequium, ne suorum oppidorum Iudices eorum domus ingredientes cum justitia insigniis, sive virga, ad ipsorum conspectum accedant, sed potius ea prius ad portas deponant, cum n. seqq.

89 Inferiores Magistratus superiorum domos ingredientes, insignia ad portas deponere, tenentur.

90 Servabatur id apud Romanos in Proconsulibus, Consulum respectu.

91 Hodie idem in Archiepiscopis Romam ingredientibus, qui insignia Crucis ob Summi Prasulis reverentiam, & majorem jurisdictionem, deponunt.

92 Inferiores Magistratus superioribus tantum etiam prafatum obsequium de jure exhibere, debent, non verò aliis, quantumvis nobilibus, & illustribus personis.

93 Quid hodie de consuetudine, sive urbanitate quoad easdem privatas illustres personas servetur?

94 Quid si pro actualiter exercenda, jurisdictione in graviori aliquo casu, Iudices Magnatum, aliorumve potentiorum domus ingrediantur, an tunc justitia insignia deponere, debeant?

95 De prarogativa Dominorum inferiorum, ut nimirum ipsorum manus vassalli deosculentur, quando, & quo tempore hoc obsequium prastare debeant? cum n. seqq.

97 Regibus frequentius manus per vassallos deosculantur.

98 De hoc obsequio in initio prima capta possessionis oppidorum per dominos.

99 Tunc etiam tenentur vassalli juramentum fidelitatis prastare.

100 Quomodo per nostros, maximè vassallos, juramentum hoc exhibendum? an flexis genibus, vel stando?

Quid in homagio, quod vassalli feudales prastant? ad plures differentias inter juraments fidelititas per nostros vassallos, & homagii per feudales prastationem, ibidem, & n.103. cum seqq.

101 Coram nullo alio genua flectenda, nisi coram Papa, vel Regia Majestate, & n.102.

103 Increpantur Magnates has genuflexiones à suis vassallis, cum eos alloquuntur, desiderantes.

Papæ pedes, Regii manus deosculantur, & de hac adoratione: ibidem.

104 Iuramentum fidelitatis Baroni, vel Domino jurisdictionem civilem habenti, non vero exercenti criminalem exhibendum.

105 Plura de homagio, quid, & quotuplex sit, ejusque forma? cum n. seqq.

De Castellano obligato per homagium castellum, vel fortalitium restituere, &, quod nulli alii, quam ei, à quo accepit, restituat.

107 Quid apud nos? & n.108.

109 Confunditur frequenter homagium cum juramento fidelitatis.

111 De homagio per Castellanum novo Regi noviter prastando.

112 Per Commendatarios, & milites alios.

113 Homagium feudistarum, quo etiam in Hispania utimur vulgo pleyto homenage, an vim juramenti habeat, cum n. seqq.

114 Nullum in homagii prestatione interponitur juramentum, vel per Deum, vel aliqua rem sacram promissio exigitur, ibidem.

115 Propter homagii violationem in perjurium quis non incidit.

Quo-

Quoties juramenti solemnitatem lex requirit, non impletur per homagii praestationem: ibidem.

116 L.26.tit.11. p. 3. declaratur l.22. tit.11. p.2. in comprobationem adducitur: ibidem.

117 Contractus per promissiones sub fide nobilium, vel aliorum promittentium jurati non censentur.

Perjurii pœnam eorum fractores non incurrunt: ibidem.

118 Idem si simpliciter de fide mentio fiat.

Simpliciter mentio de fide facta de humana non de Christiana, nisi exprimatur, intelligi, debet: ibidem.

119 Hujusmodi promissiones sub homagio, vel Pleyto homenage majorem firmitatem habent, quàm si simpliciter fierent.

120 Magnates, & magna aestimationis equitum, & Nobilium fides.

121 In ejus observantia honor, decus, omnis aestimatio, & fama consistit.

Adducuntur, l.9.21.& 22.tit.21.p.2. ibidem.

122 Omni utilitati praeferenda.

123 Mors potius subeunda, quàm fides, per milites maximè, & Nobiles frangenda.

124 Gravissimum est, fidem, fallere, sive hujusmodi solemnia homagia.

125 Homagii fractores, & si perjurii non sint, infamia notam incurrunt.

126 Filius vassallus, qui ratione juramenti fidelitatis dominum defendere, tenetur, domino simul, & patre eodem tempore periclitantibus, quem adjuvare debeat?

128 An etiam domino contra patrem juvamen ferre, teneatur?

129 Hujusmodi promissiones, quantumvis jurata essent, contra naturam, sive pietatem naturalem non sunt extendenda.

130 Pietati, & honestati adversantia impossibilia reputantur.

131 Quid circa eandem defensionem in parentibus respectu filiorum? an eos contra dominium adjuvare, debeant?

132 Quid si pro Religione, aut patria defensio sit facienda? an tunc debeant parentes pro filiis, vel contra, pugnare?

133 Iuramentum fidelitatis, seu homagium per vassallos dominis, seu Baronibus exhibendum, an praestari quoque, debeat per Nobiles terras Baronum habitantes?

134 An per procuratorem exhiberi, valeat?

135 Quid, si legitimum impedimentum? vel causa adsit ut personaliter hujusmodi juramenta praestari accedere, non possint?

136 In professione fidei per Episcopos facienda, & juramento fidelitatis per eosdem Pontifici exhibendo.

137 Quoad formam, & alia in juramenti fidelitatis praestatione, ante omnia loci consuetudo servanda.

138 De praerogativa, sive praeeminentia, dominorum inferiorum, ut coram eis vassalli, capite detecto, stare debeant, eosque domini alloquantur de vos.

139 Quid circa hec tractamenta in vassallis Nobilibus, Doctoribus, aliisque gravioribus viris, an cum his impersonaliter saltim domini alloqui, possint, vel eum cognomine Dominorum?

140 Quid in Iudicibus ipsorum dominorum oppidorum?

141 Quid in dominis, qui simul titulo Comitatus, Marchionatus, vel Ducatus sunt decorati, an propter ipsorum majorem dignitatem, & honorem sues vassallos, etiam Nobiles, nudatu capite, coram eis stare, facere possint, eosque de vos alloqui.

142 De praerogativa dominorum vassallorum, ut cum cognomine, sive verbo honorifico Dominus per vassallos nominari, debeant.

143 De magna praeeminentia, & honore verbi istius Dominus, & quibus aliis, quam dominis vassallorum debeatur?

144 De origine, & ratione hujus tractationis: cum num. seqq.

145 Quid in scriptis an in initio libellorum, sive supplicationem vassallorum titulus hic adisci, valeat.

Regi tantum apud nos in scriptis debetur: ibidem, & num.146.

Regia pragmatica de las Cortesias, in l.26. tit.1. lib.4. Recop. declaratur ibidem.

148 Titulus apud nos de Señoria, vel Excellentia, quibus debeatur? & quando pracisè, vel de permissione tantum?

149 Filiis Comitum, Marchionum, & similium dominorum inferiorum, an illa praerogativa gaudere, debeant, ut Infantes per vassallos nuncupentur, vel hoc filiis tantum Regum competat?

150 Quid circa praeeminentiam, ut ipsi Magnates, eorumve filii primogeniti appellentur Principes?

Hujusmodi nomen Regibus dumtaxat, & ipsorum filiis primogenitis convenit: ibidem.

151 Quid hodie circa hunc titulum in Italia, Germania, aliisque Provinciis exteris servetur?

152 Comitum filii, & aliorum Titulorum titulo de Señoria, frequenter ex recepta consuetudine honorantur.

153 De similibus titulis Illustrium, videlicet, Superillustrium, Spectabilium, Clarissimorum, & aliis antiquitati maximè cognitis, & recentioribus, quibus apud nos, & alias Nationes, competant?

154 De praeminentia, sive praerogativa dominorum, ne, in Consulto Principe, per aliquem Iudicem apprehendantur, vel in criminalibus damnentur.

155 In Civilibus, cum lis inter Magnates vertitur super aliqua dominatione, sive Statu Comitatus, vel Marchionatus, quòd similiter in ultima sententia revisionis consulatur Princeps.

156 Quid in initio cujuslibet litis per vassallos Domino movenda, an etiam, prius Regem Consuli, sit necesse?

157 An saltim ab ipsis dominis in his litibus venia per vassallos sit impetranda?

Quid en libertis, quoad patronos circa eandem venia impetrationem? ibidem.

158 In datione tutoris, vel curatoris filiorum minorum Magnatum, vel Titulorum Princeps apud nos consulitur.

Text. in l.14. tit.5. lib.2. Recop. l.1. & tot. tit. Cod. de tutoribus, vel curatorib. illustr. personar. ibidem.

159 Monentur Duces, Comites, aliive vassallorum domini, ne praefatis titulis, & praeeminentiis inflentur, & in vassallos superbiant, eos, ut inferiores, spernendo, neve ipsis aliquam injuriam, vel gravamen per tyrannidem inferant: vassallorum domini se mites, & bona conditionis, ut parentes potius, & patronos, quàm ut dominos se ostendere debent: ibidem.

169 Vassallos amare, omnique via honorare, beneficiis magis, quàm suppliciis, vel summo Imperio, eos allicere, curare, debent.

161 Optimum, & firmissimum imperium, quod subditos beneficiis, magis quam suppliciis in officio continet.

162 Exclamat Author contra dominos temporales, & Principes miseros vassallos per tyrannidem, & violentiam opprimentes, de ipsorumque aeterna vindicta.

Hu-

1 HUcusque in capitibus præcedentib. egimus de fru-
ctibus, sive emolumentis, quæ Comitibus,
Ducibus, Baronibus, aliisve dominis inferioribus
competont ratione jurisdictionis feudi, aut territorii,
cujus dominium habent, quæ quidem emolumenta su-
perius enarrata in officialium pro exercenda jurisdictione
electionibus, ipsiusque jurisdictionis mulctis, ac pœ-
nis, & in aliis variis præeminentiis, & commodis pe-
cuniariis consistere, diximus, necnon in vassallorum
2 operibus artificialibus; † nunc ergo in præsenti agam de
alia fructuum, vel emolumentorum specie, quæ simili-
ter dominis inferioribus debentur, & in vassallorum ope-
ribus officialibus, sive obseqnialibus, necnon in aliis præ-
3 minentiis, & honoribus consistunt, † quæ non minimam
utilitatem, & fructum afferunt, sed multum considera-
4 bilem, † ita, quòd jurisdictiones, & Comitatus, aut
Marchionatus dignitates, licèt, nullum, aut parvum
fructum, vel redditum pecuniarium habeant, ob hujus-
modi tamen honores, & præeminentias eorum redditus
computantur ad rationem quinque pro centenario, ha-
bito respectu ad principalem æstimationem, vel pretium
istarum rerum, ut ad plura notant per Text. *in authentic. perpetua*, *vers. Quod si res pretiosa*, *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Matth. Coller. *de process. executiv. part.* 3. *cap.* 9. *nu-
mer.* 174. Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 1.
num. 50. quin in jurisdictionibus, & officiis loquuntur,
in quibus, & in Comitatibus, Marchionatibus, & in simi-
libus dignitatibus noviter Roxas *de incompatibilit. part.* 1.
cap. 5. *nu.* 24. & 25. & *part.* 8. *cap.* 4. *nu.* 10. *cum seqq.* de qua
tamen minoris habenda æstimatione dicam suo in loco
hujus tractatus.
5 Ex quo, & censum tam consignativum, quàm re-
servativum super his rebus, licet per se infructiferis,
vel parvi emolumenti, præter honorificum, imponi,
posse, animadvertunt Felician. *de censib. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 3.
ex num. 22. & 36. Avendañ. eodem tractat. *cap.* 52. *num.* 6.
& 7. & *cap.* 53. *ex num.* 4. & *cap.* 55. & 58. *nu.* 18. Leotard.
de usur. quæst. 46. *ex numer.* 21. & 28. Roxas *ubi proximè*,
num. 17.
6 Quare non extra rem, sed potius valde utiliter, & ne-
cessario ad nostram materiam, in præsenti erit agen-
dum de his fructibus, & commodis in honoribus, &
præeminentiis personalibus consistentibus, quæ ratione
jurisdictionis, vel dignitatis Comitatus, Marchionatus,
Ducatus, & feudorum dominis inferioribus competuot,
an præeminentiæ istæ, & quæ emolumenta, aut fructus
sint, & ratione jurisdictionis, vel aliarum dignitatum
per dominos inferiores prætendi, valeant? vel in ca-
su fructuum restitutionis aliquid pro eis restitui, de-
beat?
7 Primò igitur in fructu jurisdictionis, vel territorii in
dominium, vel feudum concessi, est, dominos per
vassallos, uti superiores, honorari, debitamque re-
8 verentiam, & obsequia eis exhiberi; † Quæ obsequia
in eo frequenter consistunt, quòd superioribus, vel
dominis vassalli, aut subditi assurgant, &, nudato ca-
pite, eos salutare, debeant, quibus reverentia, & sub-
jectio ostenditur, Aristotel. *lib.* 5. *Politic. c.* 10. & *ex l. fin. Cod. de offic. divers. judic. l. peculium*, *C. de proxim. Sacr. Scrinior. lib.* 12. comprobant Jacob. Rebuff. *in l. in Sacris*,
C. eod. tit. Gratian. *discept. forens. cap.* 284. *num.* 3. Giurb.
cons. 38. *n.* 18. Chassan. *in Cathalog. glor. Mund.* 1. *part. con-
siderat.* 26. *in princ.* & ad alia plura signa, quibus honor
Ostenditur, *consider.* 12. *cum pluribus sequent.*
9 Quæ omnia, & præcipuè salutationes, & alia specia-
lia obsequia, de quibus infra, nostris dominis inferiori-
bus, Baronibus, Comitibus, Marchionibus, & si-
milibus per vassallos debentur, ut in specie docent Joann.
Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tractat.* 1. *gra-
vam.* 314. *n.* 1. & *gravam.* 348. *ex n.* 1. Capiblanc. *de Baro-
nib. tom.* 1. *super pragmat.* 8. *c.* 56. *ex n.* 11. & 15.
10 Qui loquitur non solum in salutatione per vassallos
facienda in transitu, vel in occursu domini, sed etiam
cum sternutaverit, & magna cum ratione, † quia, & 11
hoc obsequium inter æquales debetur, Luc. de Penn. *in leg.* 1. *Cod. de Comitib. qui Provinc. regunt*, propter usum,
& consuetudinem, quæ apud omnes, & etiam apud Gen-
tiles jam diu inolevit, ut sternutantem quemlibet cæteri
adstantes salutarent, referunt, Plin. *de histor. natur. lib.* 28.
cap. 2. Apulejus *in metam. Marcell.* Donat. *ad Sueton. in August. cap.* 31. † quia signum augurale sternutamentum 12
Ethnici reputabant, ut tradit Aristotel. 33. *sect. proble-
mat.* 7. & 9. ideo salutationem exigebant, ut illius pre-
catione dirum, & infaustum, quod timebant, averte-
rent, *Plin. & Marcell. Donat. ubi proximè*. † Imò non 13
solum sternutantes salutabantur, sed, & flectebantur
illis genua, quia caput apud Gentiles Sacrum existimaba-
tur, ex quo antiqui per ipsum jurabant, unde sternutatio-
nibus à capite provenientibus, tanquam Sacris genua fle-
ctebantur, ut tradit Atheneus *lib.* 1. *cap.* 27. *in fin.*
Manet igitur ex his confutatus error, qui nullo vete- 14
rum testimonio vulgo jactatur, ut videlicet, hujusmo-
di salutationes in sternutationibus initium habuerint, ex
quodam tempore, quo pestis magna ingrueret, qua ho-
mines sternutantes mortui cadebant, ideò pie introdu-
ctum, aliqui volunt, ut sternutantem quemlibet salute-
mus; sed certè, ut dictum remanet, hujusmodi usus lon-
gè antiquior fuit; beneque animadvertit Cardinal. Baron.
anno Christi 590. *tom.* 7. *fol.* 658.
Ex quibus infertur, nullum, licèt non subditum ab 15
hoc vetustissimo obsequio, & solita urbanitate deficere,
debere, † aliàs enim, si quis, juxta hanc consuetudi- 16
nem, jam debitam reverentiam sternutanti non exhibeat
argumentum inimicitiæ erit, & injuria, ut ex Text. *in cap. Adrianus* 63. *distinct.* & Gloss. *in leg. ad hoc*, *Cod. de appellat.* benè notant Gratian. *discept. forens. cap.* 184.
ex num. 26. Capiblanc. *de Baron. dict. cap.* 56. *nu.* 15. † qui 17
id quoque singulariter exemplificat in consuetudine,
quòd mulieres inter se occurentes deosculentur, quæ
similiter, si ab eo deficiant, argumentum inimicitiæ
erit: ex quo in Judicibus hujus urbanitatis defectum, sive
denegationem causam ad recusationem reputari, dicam
infra *ex num.* 18.
Quæ omnia ex eo singulariter comprobari, possunt, 18
quòd domini inferiores in suis terris non solum superio-
ritatem habent ratione dominii, aut jurisdictionis ip-
sis concessæ, sed etiam dicuntur Correctores perpe-
tui, Regumque Vicarii, ut notant Gloss. *in Authent. de Quæstor.* Avendañ. *in cap.* 7. *Prætor. num.* 1. Innocent.
in cap. pen. de fid. instrum. Bart. *in l. Barbarius*, *ff. de offic. Prætor.* Montalu. *in l.* 1. *verb. E no*, *tit.* 8. *lib.* 1. *for.* Aze-
ved. *in rubric. tit.* 7. *lib.* 3. *Recop. numer.* 6. & *in rubr. tit.* 25.
num. 4. Didac. Perez *in leg.* 2. *tit.* 5. *lib.* 2. *ordinam. gloss.* 1.
quæst. 2. & probatur *in leg.* 3. *tit.* 10. *part.* 3. & *leg.* 12. *tit.* 1.
part. 2. & notat Bobadill. *lib.* 2. *Politica*, *cap.* 16. *num.* 19.
& plenius alibi dixi: ex qua ratione hujusmodi obsequia,
& reverentiam eis per vassallos exhiberi, debere, est in-
comperto, † quia similiter Judicibus, & quibuslibet 19
Magistratibus, aliisque superioribus per subditos sunt
exhibenda, ut optimè comprobatur ex juribus ad rem sin-
gularibus *in l.* 1. *C. de silentiar. l.* 1. *C. de domestic. lib.* 12.
leg. 2. *Cod. de Fabricens. lib.* 11. *leg.* 1. *C. de Præposit. Sacr. cubicul. leg. fin. Cod. qui militar. non poss. lib.* 12. *leg.* 4. ibi 1
In salutatione Iudicum, *C. de Princip. agent. in reb. lib.* 12.
l. penult. Cod. de Consul. non spargend. eodem lib. 12. *leg.* 1.
Cod. de veteran. lib. 10. Joann. de Plat. *in leg. in Sacris*,
C. de proxim. Sacr. scrinior. lib. 12. Gloss. Bart. & alii An-
tiquiores *in dict. l.* 1. *Cod. de silentiar.* Bald. *in cap. solitæ*,
n. 2. *de majorit. & obedient.*
Et plenissimè ad plures quæstiones de honore, & 20
reverentia Magistratibus debita eis assurgendo, salu-
tando, & similibus, & qualiter per mulctam, vel
alias pœnas possint procedere contra irreverentes, &
eos non salutantes, vel authoritatem, aut jurisdi-
ctionem ipsorum offendentes, aut impedientes? la-
tè tractant Aviles *in capit. Prætor*, *in proœm. gloss. Sa-
lud*,

lud, num. 2. Signorol. cons. 108. col. 1. vers. Redeo adpri-
mum, Surgens de Neap. illustr. cap. 21. num. 13. & 16.
Caravit. in Rit. Magn. Cur. 5. à numer. 10. Anton. de Vall.
lib. 4. practicar. quæst. 6. numer. 1. Rovit. in pragmat. 11. de
suspic. offic. numer. 5. & 6. Div. Antonin. Florent. in
21 summ. 3. part. tit. 4. cap. 7. §. 1. in fin. qui loquitur etiam
in Magistratibus malis, quibus pariter honor, & re-
verentia debetur; quia non personæ qualitas, sed
dignitas, & ministerium; necnon persona eligentis,
videlicet Principis, quem Magistratus repræsentant,
est inspicienda, ut benè prosequuntur ex Platon. in
Cret. & ex Ciceron. pro Cluent. Bies lib. 2. de Re-
publ. cap. 9. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 3. nu-
mer. 25.

22 Qui ex numer. 32. id extendit ad patentes, qui eodem
modo, cessante omni lege naturæ, propriis filiis Ma-
gistratum gerentibus cedere, & præstantiorem lo-
cum, similiaque obsequia reverentialia præstare, te-
nentur, ut observavit celeberrimus ille Romanorum
Consul Quinti Fabii Maximi filius, ut proximè referam
23 numer. 37. † quod intellige in publicis locis, atque mune-
ribus, & actionibus, in quibus parentum jura cum fi-
liorum in Magistratu existentium potestatibus inter quie-
scere, debent: secus si extra Rempublicam in domesti-
ca re in actibus privatis concurrant, vel in convivio fa-
miliari discumbant; tunc enim inter filium Magistra-
tum, & patrem privatum publicos honores cessare,
& naturalia jura exoriri, convenit, ut resolvunt
Chassan. in Catalog. glor. Mund. part. 7. considerat. 24.
column. 3. in fin. Gratian. disceptat. foren. cap. 284. nu-
mer. 37.

24 Ubi quòd similiter Episcopus patri in actibus dome-
sticis, & privatis reverentiam exhibere, debet,
25 quamvis postea in Ecclesia illum præcedat, † cum ex
diversis respectibus, quis major, & minor dici,
possit, Ostiens. in cap. indecorum, de ætat. & qualitat.
Chassan. in Catal. glor. Mund. part. 7. considerat. 39.
26 † & eandem concordiam inter parentes, & filios Ma-
gistratum gerentes tradit Aul. Gell. lib. 2. Noct. Atti-
car. cap. 1. qui refert historiam cujusdam Præsidis Cre-
tæ Provinciæ, inter quem, ipsiusque filium, cum
disceptaretur, quis potius sederet, obtineretque po-
tiorem locum? hæc controversia decidenda proposita
fuit Tauro, qui tunc magnus Philosophus in Athenis
habebatur, & ipse eos sub prædicta distinctione concor-
davit.

27 Ad alia autem plura, multa ex bonis litteris congeren-
tes circa salutationes, similiaque obsequia reverentialia
Magistratibus exhibenda, plenissimè tractant Bobadill.
in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 89. & lib. 3. cap. 1. nu. 45. & tot.
& lib. 5. cap. 1. n. 54. & 55. Chassan. in Catal. glor. Mund.
1. part. considerat. 26. Alexand. ab Alexand. lib. 5. Dier. ge-
nial. c. 2. ubi in ejus addition. Tiraquel. Naucler. in Mo-
narch. 3. p. lib. 2. c. 4. & 4. part. lib. 9. cap. 1. Cipæus de Ma-
gistrat. lib. 2. cap. 1. Petr. Gregor. lib. 35. syntag. jur. univers.
cap. 3. Petr. Canonher. in aphor. Polit. tom. 1. pag. 261. ubi
optimè, & eleganter id tractat, Pereir. de man. Reg. par. 1.
qu. 7. ex nu. 41. Sola in proœm. ad Decret. Saband. n. 19. An-
næus Robert. lib. 1. rer. judicat. cap. 4. tot. eruditè Calixt.
Ramirez de leg. Reg. §. 7. n. 8. Mastrill. de Magistrat. lib. 5.
cap. 3. ex nu. 25. & tot. latè, & eleganter Gratian. discept.
forens. cap. 284. per tot. & cap. 538. Barbos. vot. 66. ex n. 16.
plures congerens D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4.
cap. 4. n. 24.

28 Aliàs enim si inferior Magistratui, vel alii superio-
ri non assurgat, nec debitam salutationem, & reve-
rentiam exhibeat, eum injuriare, censetur, ut con-
stat ex latè traditis per Bobadill. Rovit. Giurb. & alios
infrà referendos, ex numer. 38. & 39. & D. Valenzuel.
cons. 91. nu. 50. quod quidem gravissimum reputari, de-
29 bet, † cum post Imperatoriam, & Regiam Majesta-
tem, Prætoriam numerari, dixerit Socin. cons. 22. nu. 4.
30 vol. 1. † Magistratus enim Principes Civitatis dicuntur
per J. C. in leg. spadonum, §. Si Civitatis Princeps, ff. de
excusat. tutor. latè, & eleganter Alexand. ab Alexand.
lib. 5. dier. genial. cap. 2. & ibi ejus addit. Tiraquel. † qui 31
ob hanc causam apud Romanos eundem honorem, qui
Principibus, Senatoribus, aliisque Supremis Magistra-
tibus tribui, ait Pined. in Monarch. Eccles. pag. 971. ubi
inter alia insignem Spartarum observantiam erga suos
Magistratus refert.

Imò, & post Deos, Magistratibus primas, & hono- 32
ris, & gloriæ sedes deberi, dixit Plato de legib. ex quo
sua virtute aliorum vitam moderantur; unde Valerius
Maxim. refert, quod Apollo de justis Magistratibus re-
quisitus respondit, se nescire utrum Deorum numero,
an hominum aggregari, deberent; † & in Deuteron. 33
cap. 22. vers. 8. constat, Magistratus à Deo positos es-
se, Deosque vocari; quare summè eis obediendum,
& omnis honos, & reverentia præstanda, ut jubetur in
eodem Deuteron. cap. 13. ibi: Obedite præpositis vestris,
& subjacete eis, ipsi enim pervigilant, tanquam rationem
reddituri pro animabus vestris. † Et in cap. irrefragabili, 34
de offic. ordinar. cap. nec his 15. q. 1. & in Text. in l. omnem
honorem, C. quand. provoc. non est necess. & in §. Prætorum
quoque edicta, ibi: Qui honores gerunt, idest Magistratus
Instit. de jur. natural. gent. & civil. † Sicut enim eos injusto 35
lucro prohibemus, ita etiam omni honore, & reverentia,
& honestate frui, sancimus, ut eleganter dicitur in Authent.
ut Iudic. sin. quoq. suffrag. §. Volumus, in fin. ideo meritò
ab omnibus honorari, & revereri, debere, notant Chas-
san. in Catalog. glor. Mund. p. 7. consider. 6. Petr. Gregor.
syntagm. jur. part. 3. lib. 47. cap. 1. num. 9. † Nam, & Prin- 36
cipem repræsentant, ipsiusque corporis partes reputan-
tur, l. quisquis, Cod. ad leg. Iul. Majest. l. jus Senatorum,
Cod. de dignitat. lib. 12. l. etiam, ibi: Qui imaginem Prin-
cipis, Cod. de appellation. † & in eorum persona Principis 37
Majestas honoratur, Joann. Plat. in l. fin. in fin. per illum
Text. Cod. de re militar. lib. 12. Bartol. Berouens. in tra-
ctat. de Imperat. milit. eligend. verb. pro Imperatore in 3.
& 4. column. & læditur d. l. quisquis, & frequenter Crimi-
nalistæ.

Unde subditos Magistratibus non salutantes, nec 38
debitam reverentiam exhibentes pro arbitrio puniri,
debere affirmant Caravit. super ritib. Magn. Cur. rit. 5.
numer. 11. & 12. Mutta in consuetud. Panorm. 8. num. 3.
& in constit. Regn. Sicil. tit. 4. nu. 43. Negusant. cons. 157.
numer. 10. Rovit. super pragmat. Regn. Neapol. 15. §. 19.
ex numer. 13. Joann. Maria Novar. de gravam. vassallor.
tractat. 1. gravam. 314. numer. 1. & gravam. 348. ex nu-
mer. 1. Ruginel. pract. quæst. cap. 49. numer. 65. Giurb. dict.
cons. 38. nu. 15. D. Anton. Florentio. in summ. part. 3. tit. 4.
cap. 7. §. 1. in fin.

Et, quòd juxta qualitatem facti, sive irreverentiæ 39
pœna dimetiatur, & si ex negligentia subditi superio-
ribus non salutaverint, vel debita obsequia non exhi-
buerint, leviter pœna carcerationis, vel alia simili
puniantur: si vero dolo eos spernendo, vel male de
ipsis loquendo, gravior pœna sit imponenda, ex Joann.
Plat. in dict. leg. 1. Cod. de domestic. & protector. lib. 12. Va-
lasc. consult. 100. Giurb. dict. cons. 37. Capiblanc. singu-
lar. 74. & 139. quæ extant post ipsius tractat. de Baron.
in tom. 1. in fin. benè idem Capiblanc. in eodem tractat.
tom. 2. super pragmat. 8. cap. 56. nu. 17. Tiber. Decian. in 2.
tom. criminal. lib. 7. cap. 5. num. 29. † Ubi meminit de illo 40
mirabili casu, quem refert Plutarc. in Grachis, cujus-
dam damnati ad mortem ob satis levem irreverentiam
cum quodam Tribuno Romano habitam ex eo dumtaxat,
quòd, Tribuno in platea deambulante, ab illo loco non
recessit.

Quinimò etiam si sint exempti ita Magistratus offen- 41
dentes per ipsos puniri valeant, tradunt Sess. de inhi-
bit. cap. 8. §. 3. numer. 198. Anton. de Vall. lib. 4. pra-
ctic. quæst. 6. numer. 1. Joann. Maria Novar. de gravam.
vassallor. tract. 1. gravam. 314. numer. 1. & ex vulgari
Text. in leg. nullum, Cod. de testib. quem in hoc casu
intel-

Digitized by Google

intelligit etiam juxta decisiones Vinc. de Franch. 127.
& 679. Capiblanc. dict. cap. 56. numer. 78. & licet Cleri-
ci sint, Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 89. Chassan.
in consuetud. Burgund. rubr. 1. verb. Des Iustices, vers. Si
l'uagrace, num. 83. in quibus, quòd ex eo tanquam of-
fendentes jurisdictionem mulctentur, de quo vide Dian.
resolut. moral. part. 1. tractat. 2. de immunitat. Ecclesiastic.
resolut. 25.

42 Sed, ultra omnes, de pœnis Magistratus non salutan-
tium, nec debitam reverentiam exhibentium, latè tra-
ctat Giurb. cons. crimin. 38.

43 Qui in num. 23. quàm observantissimi de hujusmodi suo-
rum Magistratum reverentia Romani fuissent ubi, & de
aliquibus acriter apud eos damnatis ob eam non exhibi-
tam.

44 Et per tot. cons. fusissimè defendit, licere superiori-
bus, & Magistratibus, si inferiores eis non salutave-
rint, ab ipsorum capite virretum eripere, illudque
in terram projicere, & conculcare, & ita decisum
refert in Magna Curia Vicariæ Siciliæ, ubi nullo mo-
do in hoc facto Judicem excessisse, fuit declaratum, de
quo etiam casu meminit Joan. Maria Novar. de gravam.
45 vassallor. tract. 1. gravam. 314. numer. 3. † Sed ego hanc
vindictam, quamtumvis ob justitiæ superioritatem, &
authoritatem conservandam, de facto per Judices fieri,
non consulerem, ne magis propriam offensam, quam ju-
stitiæ injuriam vindicare, videantur, maximè cum hujus-
modi irreverentiæ ob privatas cum Magistratibus inimici-
tias frequenter fieri, contingat; quare, ut tollatur omnis
privati odii, & malevolentiæ suspicio, securius erit, quòd
Judices ab hoc facto, quantumvis alias justo, calore ta-
men iracundiæ præsumpto, abstineant, iracundiamque
etsi justam, & zelo justitiæ habitam temperent, & per
carcerationem, mulctas aliasque pœnas contra ita irre-
verentes procedant.

46 Ex quibus omnibus plenè notatis circa Magistratus
honorandos, debitamque eis reverentiam exhibendam
eos salutando, & similia obsequia ipsis tribuendo,
rectè concluditur, vassallorum dominis, tanquam
in suis terris Judicibus, & Correctoribus perpetuis,
Regumque Vicariis, ut dictum remanet, omnem re-
verentiam, honorem, & obsequium per suos vassal-
los tribui, debere, uti, & aliis Magistratibus, & su-
perioribus.

47 Unum tamen nota, vassallorum dominos per vas-
sallos salutatos eos resalutare, teneri, ut notant ad
Text. in dict. leg. 1. vers. Nostra serenitate, & ibi gloss. in
vers. Adoranda, Cod. de silentiar. lib. 12. Ricc. relatus,
& sequutus per Joan. Maria Novar. de gravam. vassall.
48 tract. 1. gravam. 348. num. 6. & 7. † Uti, & alii Judices,
& Magistratus superius, qui eodem modo subditos re-
salutare, debent; talis enim honos in salutatione deber
esse correspectivus, & sic, è converso per inferiores su-
perioribus, & per superiores inferioribus præstandus,
ut in Judicibus, & aliis notant per jura in l. potieris, §. 1. C.
de offic. Rector. Provinc. c. sto 95. dist. l. cum salutamus, &
ibi gloss. vers. Processisset, ff. de sentent. pass. & restitut. Cu-
ria Pissan. lib. 2. c. 1. Steph. Gratian. discept. forens. c. 284.
nu. 15. cum seqq. benè Kneid. cons. 11. nu. 33. inter consil. di-
49 vers. German. † Sufficit enim Judicibus, & Magistratibus
pro eorum præeminentia, & prerogativa, quòd prius
per subditos salutentur, & eis assurgatur, in quo satis
subditi obedientia, & subjectio ostenditur, & Magistra-
tus superioritas demonstratur.

50 Quæ quoad reciprocam salutationem per Judices red-
dendam, procedunt maximè erga honoratos, & honestos
viros, quos omnino salutare, sedemque, & societatem
præbere, jubentur Judices sub pœna ternarum librarum
auri in l. ult. C. de offic. divers. Iudic. & ex doctrina origi-
nali Felin. in rubr. de majorit. & obedient. col. 7. post med.
vers. Et adde quod Iudex, nu. 9. notat in Doctoribus Chri-
stoph. Lanfranchin. in qu. An præferendus sit Doctor, vel
miles, n. 17. tom. 18. in volum. DD. fol. 22.

Quod pariter, & majori cum ratione inter ipsos 51
Magistratus, & etiam erga minores observandum est,
ut notant ad Text. in leg. nihil omnino, Cod. de Palat.
Sacr. larg. lib. 12. Joan. Plat. ibidem, eleganter ad plura
Chassan. in Catal. glor. Mund. par. 7. consider. 24. & p. 11.
consider. 13. in med. Menoch. cons. 126. num. 17. Joann. de
Montaguian. de Author. Magn. Consil. vers. Tamen ad
propositum, num. 7. Tiraquel. in tract. de Nobilit. cap. 38.
nu. 8. Bobadill. in Polit. lib. 3. cap. 2. num. 15. & seq. Gram-
mat. decis. 1. num. 6. Mastrill. de Magistratib. lib. 5. cap. 3.
nu. 31. unde illud Luc. Grass. Senatoris: Non es mihi Phi-
lippe Consul, quia nec ego tibi Senator sum, ut notant Valer.
Maxim. lib. 6. cap. 8. & Cicer. lib. 3. de Orator. & similiter
dicebat Domitius Orator, de quo Diu. Hieronym. ad
Nepotian. Cur enim te habeam in Principem, cum tu me non
in Senatorem?

Quinimo, & Princeps omnium Supremus suos Ma- 52
gistratus honorare, debet, eorum authoritatem sum-
mo studio augendo, Cur. Pissan. dict. cap. 1. Mastrill.
dict. cap. 3. numer. 29. † Ut benè observasse Alexandr. Se- 53
verum, refert Lamprid. in ejus vita: † Ex quo inolevit 54
laudatus mos diu receptus à Regibus, & Imperatoribus
in authoramentum dignitatum, suis Supremis Magistra-
tibus aliquatenus assurgentibus, ut à proprio Principe ho-
norentur, notant Angel. in l. 1. ad med. Cod. de sentent.
pass. & cum aliis Gratian. discept. forens. dict. c. 284. nu. 11.
Giurb. cons. 83. numer. 22. † Et de Trajano notat Plin. in 55
paneg. quem, Senatores, Patriciosque viros, eis in
honoris exhibitionem assurgendo, osculo recepisse tra-
dit: idemque fecit Antoninus cum viris nobilitate, &
officiorum dignitate conspicuis, ut constat in dict. leg. 1.
Cod. de sentent. pass. ibi: Ad eos processit, idest assurre-
xit, notat ibidem Accurs. verb. Processisset, † & Salo- 56
monem Regem in occursu matris in ejus honorem surre-
xisse, constat 3. Reg. cap. 2. ibi: Et surrexit Rex in occur-
sum ejus, adoravitque eam, de quo honore apud Hebræos
videndi Abulens. quæst. 22. latè Lorin. act. Apostol. cap. 1.
vers. 15. & cap. 15. vers. 34. † Et observant nostræ Hispa- 57
niarum Reginæ cum fœminis Magnatibus; quibus
in Regia Aula ad Reginarum conspectum ingredienti-
bus, assurgit eis Regina, apud eamque in pulvinari
sedent, Carrillo en la Origen de la Dignidad de Grandes,
discurs. 7. noster doctissimum D. D. Petr. de Salzed. in suo
erudito tractat. Theatr. Honor. in leg. 16. tit. 1. lib. 4. Reco-
pilat. gloss. 33. §. 4. numer. 18. & ex numer. 36. † & de si- 58
milibus honoribus, ac præeminentiis, quæ Magnati-
bus viris apud nostros Reges debentur, plenissimè, in
§. 1. cum seqq.

Aliàs igitur (materiam nostram prosequendo) ex 59
omissa per Magistratus erga subditos hujusmodi saluta-
tionis urbanitate, & debiti honoris præstatione ar-
gumentum inimicitiæ sumitur, ut ex cap. Adrianus 63.
distinct. Gloss. in leg. ad hoc, Cod. de appellat. tradunt
Jason. in leg. apertissimi, col. 2. Cod. de Iudic. Mascard.
de probat. concl. 898. numer. 33. Marc. Cala de mod. ar-
ticul. & proband. §. 1. glos. 1. numer. 334. & 345. † Maxi- 60
mè si quis antea salutare solitus fuerit, Felin. in cap. cum
super 23. numer. 5. de offic. delegat. Gratian. discept. forens.
cap. 284. numer. 26. & 27. † prout è contra per salutatio- 61
nem remissa injuria censetur, Innocent. in cap. olim,
de injur. Bald. in leg. in ipsius, §. Ad me, Cod. famil. Er-
cisc. cum distinctione Felin. in cap. reppellantur 7. col. fin.
in princ. vers. Vltimò tangit, de accusat. † & in Magistra- 62
tibus, quod recusari, valeant ex eo, quòd prius per li-
tigantes salutati resalutione (consulto intellige) non re-
sponderint; ex Abb. Felin. & aliis antiquioribus resol-
vunt Mastrill. decis. 151. numer. 46. part. 2. Marant. de or-
din. cognit. tit. de appellat. numer. 50. Rovit. super prag-
mat. 15. de suspic. official. §. 19. numer. 1. & 3. Muta super
pragmat. Regn. Sicil. in pragmat. 4. numer. 46. Carrasc. ad
leg. Reg. cap. 9. numer. 212. August. Barbos. in cap. 29. ex
numer. 2. 63. distinct. Francisc. Maria Prat. in addit. ad
Muscatel. part. 1. prax. secund. instant. appellat. Gloss.

Prima

Digitized by Google

Prima sententia, *numer.* 19. plenè Gratian. *discept. forens. dict. cap.* 284. *ex numer.* 26. Giurb. *cons. crimin.* 58.
63 *numer.* 20. † & in Notario non salutante, *numer.* 21. in
64 quo etiam idem Gratian. *discept.* 538. *numer.* 57. † quod
apud nos in eo necessarium non est, nec in inferioribus Judicibus, quos sine causa expressa licitè recusamus cum juramento tantum à recusatione nempè fraudem abesse, juxta nostram *leg.* 1. *& tot. tit.* 16. *lib.* 4. *Recop.*

65 Quæ circa dominos inferiores dicta, ut per vassallos salutati ipsos resalutare, teneantur, licet majori cum ratione procedere, debeat, si vassalli nobiles, Doctores, vel aliter qualificati sint, & licet aliqui id in vassallis necessario requirant, adhuc tamen idem servandum erit, quantumvis his qualitatibus, & honoribus non sint prædití, quia nec id requiri, asserit Joann. Maria Novar. *in dict. gravm.* 348. nec DD. relati, qui in Magistratibus loquuntur, has qualitates in subditis, ut per Magistratus resalutari, debeant, expostulant, sed indistinctè quibuscumque Judices resalutare, debere, dicunt.

66 Nec huic ampliationi obstat doctrina doctissimi domini, magnique scriptoris D. Ildephonsi de Olea *in suo pleno, & docto tractat. de Cession. Iur. tit.* 3. *quæst.* 6. *numer.* 27. *vers. Et quamvis*, qui, licèt hanc nobilitatis qualitatem in vassallis necessariam esse, doceat, juxta eundem Novarium *in dict. gravam.* 348. *& in gravam.* 349. hoc tamen intelligi, non debet, quoad resalutationem, de qua agit Novarius *in d. gravamin.* 348. quin de prædicta qualitate aliquam mentionem faciat, sed quoad alia tractamenta, ut nimirum, quòd vassalli per dominos domini vocentur; vel quod eos alloquantur *de vos*, in quo quidem casu rectè procedit intelligentia Dom. Oleæ prædictam qualitatem requirentis, & in hoc solo tractamento eam requirit Novar. *d. gravam.* 349.
67 † & eodem modo intelligi debet doctrina ejusdem Domin. D. Ildephonl. de Olea *in loc. citat.* quoad limitationem prædictorum, si vassallorum domini Comites, Marchiones, vel Duces sint, quæ limitatio etiam procedit circa tractamenta, ut vassalli *Domini* vocentur, vel *de vos*, aut nudato capite, vel cooperto, coram domino stare, debeant, de quibus *infra*, non vero quoad hoc, ut resalutari, debeant, vel non, ut de exemplificatione Dom. Oleæ benè constat, resulutationes enim majori ratione à quolibet, licèt Supremum locum occupante, lega urbanitatis, & gratitudinis prioris receptæ salutationis debentur, quam alia tractamenta de quibus proximè.

68 Item dubitari potest circa aliam prærogativam, quam vassallorum domini prætendere, solent; quod, videlicet, per vassallos associentur cum è domo egrediuntur, vel in via eis occurrunt, quousque ad domum reducantur: & quòd de equis, aut curribus vas-
69 salli ad id desideliant; † In quo articulo breviter resolvendum est, nullo jure, ac ratione hanc prærogativam dominis inferioribus deberi; esset enim magnum gravamen, & servitutis species, quod vassalli adhoc onus cogerentur: ita in specie docet Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract.* 1. *gravamin.* 314.
70 *numer.* 4. † Ubi id maximè increpat, si extra locum
71 domini per vassallos alibi associari, velint; † quod etiam intelligit idem Novar. nisi ex urbanitate saltim id faciant in festivitatibus magnis, ut sunt Nativitas Domini, initium anni, Pascha Resurrectinnis, & in similibus solemnibus diebus. Nam in his etiam diebus vassallos ad annuntiandos bonos dies festos, initium anni, & Pascha teneri ex urbanitate ad domum Baronum eundo, sentit Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *super pragm.* 8. *cap.* 56. *num.* 15.

72 Sed, quidquid circa hoc in Regno Neapoli servetur, utrumque apud nos est tam in mera facultate, & urbanitate vassallorum, quòd nunquam viderim, nec audiverim, ad id per dominos cogi; licet in illo an ad id cogi possent, dubitari, valeret, qui cum id omnes vassalli faciant, alii tamen ab eo abstinerent, quia ex eo parvi pendere, & despicere dominum viderentur; solitum namque quando non servatur, injuria est, ut notant DD. per Text. *in d. cap. Adrianus* 63. *distinct.* & doctrinam Glossæ *in l. ad hoc, C. de appellat. & consult.*

Quid autem in Magistratibus, an eis obviantes comita- 73
ri, & æquitantes ad id desilire, debeant? est insignis locus Apulæi, *lib.* 1. *Florit. vers. Habet interdum, & necessaria festinatio honestas moras, &c.* ubi de antiqua hac cæremonia, & reverentia, de equis desiliendi, & Supremos Magistratus, Consules videlicet comitandi, Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 2. Plutarch. in Fab. Aul. Gell. *noctium Atticar. lib.* 2. *cap.* 1. Chassan. *in Catalog. glor. Mund. p.* 7.
consider. 24. *col.* 4. *in princ.* † qui referunt celeberrimum il- 74
lum casum (de quo supr. ad aliud mentionem fecimus) filii Quinti Fabii Maximi, qui cum Consul. esset, patri ad eum tentandi gratia (ut aliqui volunt) accedenti, jussit, ut equo descenderet, juxta antiquum Romanorum institutum, & si quid Consulem alloqui vellet, pedibus accederet, cujus jussui Fabius obtemperans, confestim desiliens properavit ad filium, complexusque eum, & data salute dixit illud celebre dictum: *Nolui ante jussum tuum descendere, non ut Imperium tuum contemnerem, sed ut experirer, an scires Consulem agere.*

De qua etiam antiqua cæremonia de equo, & curru 75
descendendi in occursum Magistratuum extat singularis locus apud Just. Lips. *elector. cap.* 23. *lib.* 1.

Sed hoc quidem obsequium, & cæremonia jam in de- 76
suetudinem abiit; idque tantum de urbanitate servatur, quòd nempè Magnatibus, & Principibus, Supremisque Magistratibus sistitur currus, vel equus, donec transeant, ut singulariter animadvertit Gratian. *discept. forens. cap.* 284. *nu.* 35. *&* 36.

In nostra tamen Regia Curia ita hoc de urbanitate 77
tantum procedit, ut nec alius id faciant, quam ille, quem Magnates nostri, aut Supremi Magistratus benè, sive specialiter cognoscunt, & meritum forte, aut dependentem habent; quinimo nec multoties hi propter confusionem, & celeres transitus, equos, vel currus sistunt.

Sed, quidquid prædicta omnia obsequia reverentia- 78
lia in viris procedat, eaque vassalli, vel subditi suis dominis, vel Magistratibus exhibere debeant, eis transeuntibus prius salutando, & advenientibus, nudato capite, assurgendo, necnon, & in via à semita cedendo; in mulieribus tamen hæc omnia obsequia cessare, debent, quia imò, è contra in hujusmodi honoribus, sive præeminentiis indistinctè omnibus viris sunt præferende, ut in sedibus, & quòd viri eis assurgant, priusque salutent, & à semita in via ipsis cedant, & de similibus præcedentiis mulierum plenè tractant Valer. Maxim. *lib.* 5. *tit. de gratis*, Philipp. Bergomens. *lib.* 5. *anno mundi* 4700. Chassan. *in Catal. glor. Mund. part.* 2. *consider.* 37. *in princ.* Gratian. *discept. forens. cap.* 284. *num.* 37.
& est elegans locus Just. Lipsii *elect. d. cap.* 23. *lib.* 1. † qui 79
notabiliter ex eo illam Romanorum cæremoniam de equis, vel curribus desiliendi in occursu Magistratuum locum non habuisse, referunt, cum mariti, cæterivè cives Romani cum suis uxoribus, vel aliis fœminis vehiculis vehebantur, quo casu vehicula sistere, vel ex eis descendere, non cogebantur; juxta quod idem servatur hodie; † Nam licèt loco prædictæ cæremoniæ id solum in Europæ Peovintiis remanserit, ut de urbanitate in occursu currum Principum, sive Magnatum, alteriusve superioris aliorum currus sistantur, donec istorum currus transeant, ut proximè dictum remanet, hoc tamen servatur præterquam cum mariti cum suis conjugibus vehiculis advehuntur, ut benè notat Gra-
tian. *dict. cap.* 284. *numer.* 35. *&* 56. † quod equidem me- 80
ritò legali ratione, & ex vulgari juris regula procedit, ut nimirum unius privilegio alter, licet non privilegiatus, in individuis gaudere, debeat, ut communi-

Digitized by Google

muniter notant DD. per Text. vulgatem, *in l. si commu-*
nem, ff. quemadm. servit. amitt.
82 De origine autem, & ratione hujusmodi privilegio-
rum, & mulierum præeminentiarum tractant plenè
Valer. Maxim. Philipp. Bergomens. Chassan. *in locis pro-*
ximè citat. qui omnes in eo conveniunt, apud Roma-
nos hujusmodi privilegia mulieribus fuisse concessa à
tempore celebris illius matronæ Romanæ Veturiæ Co-
riolani matris, quæ simul cum volumnia uxore filium
suum Coriolanum insignem Romanorum Ducem, è
Civitate propter plebem ejectum, & ita suæ patriæ
inimicum factum, & ad eam devastandam conver-
sum temperavit, ac coercuit, licèt per nullum antea
precibus flecti, potuisset, referunt Plutarc. *in vit. Co-*
riolan. Livius *lib.* 12. propter quod magnum beneficium
istarum mulierum ope è Romanis obtentum, & in ejus
gratitudinem, prædicta privilegia in posterum fuisse con-
cessa, tradunt.
83 Sed, quidquid hoc sit de hujusmodi privilegiorum apud
Romanos origine, verissimam tamen rationem apud
omnes eam fuisse censeo, qualitatem, videlicet,
seaus, ob quam omnes eas adamate, simulque hono-
rate, ac revereti ipsa natura impellimur, & eo ma-
gis stante seaus superioritate in viris, qua etiam ratio-
ne indignum valde, indecorumque esset, cum fœmi-
nis inferioris sexus circa prædictas præcedentias con-
tendere.
84 Et ea hac ratione semper mulieribus plures præemi-
nentiæ apud omnes nationes fueruot concesse, de qui-
bus plenissimè Chassan. *in Catal. glor. Mund. part.* 2.
85 *consider.* 29. usque ad *consid.* 41. † & gravibus, atque
illustribus personis æquiparantur, idem Chassan. *con-*
sid. 37. & excelsis viris in dignitate constitutis, *leg. opti-*
mam, Cod. de contrahen. stipulat. & inter egregias perso-
nas eas oumerat Bald. *in leg. si quis testium, Cod. de testib.*
86 † Vocanturque clarissimę, ac reverendissimę, & domi-
næ, Chassan. *dict. part.* 2. *consider.* 37. *col.* 1. & latius *con-*
sil. 31. *&* 41. *eadem, part.* 2. Tiraquel. *de l. connub. in l.* 5.
87 *num.* 19. † qui tamen subdit, & Chassan. *in d. consider.* 31.
non indistinctè omnes fœminas his cognominibus, &
præcipuè *dominarum*, nuncupari, debere, nam ad id
ipsarum qualitas, & dignitas est inspicienda, ea quo apud
nos, & Italos, magnamque partem Gallorum digniores
fœminæ *Damas*, hoc est, *Domina* nuncupantur, ut te-
statur Tiraquel. *ubi proximè*, & cum aliis doctissimus do-
minus, supremique nostri Castellæ Senatus meritissimus
Consiliarius, & nostræ Hispaniæ suis scriptis splendor
D. Petr. de Salzed. *in suo erudito tractat. theatr. honor. in*
l. 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. gloss.* 16. *n.* 3. 4. *&* 29.
88 Item, prosequendo materiam nostram præeminen-
tiarum obsequialium, quæ Dominis temporalibus ra-
tione jurisdictionis, ut ipsius fructus debentur, du-
bitari potest, an Comitibus, Marchionibus, Duci-
bus, vel aliis dominis inferioribus præeminentia, sive
obsequiem, aut reverentia illa debeatur, ne suorum
oppidorum Judices per ipsos electi eorum domos ingre-
dientes cum justitiæ insigniis, sive virga, ad ipsorum
conspectum accedant; sed potius eam prius ad portas
89 deponere, debeant? † In quo articulo resolvendum
censeo, hujusmodi reverentiale obsequium inferiori-
bus dominis deberi, quia superiores sunt, & in suis ter-
90 ris Regum Vicarii, ut *sepius diximus*. † Quare subintrat
communis Doctorum doctrina, ut inferiores Magistra-
tus, superiorum domos ingredientes, insignia ad portas
deponere, teneantur, Bart. Orosc. & alii Antiquiores
in leg. Proconsul. per eundem Text. *ff. de offic. Procons.* Ale-
91 xand. ab Alexand. *lib.* 2. *dier. genial. cap.* 27. † qui id
notat, observatum fuisse in Proconsulibus antiquis Ro-
manorum, qui Proconsulatus insignia, lictores, vi-
delicet, fasces, secures, præteatam, curulemque,
& sellam deponebant, cum coram consulibus compare-
rent; & referunt ad alios quoque inferiores Magistratus
Petr. Gregor. *syntagmat. jur. univers. part.* 7. *lib.* 47. *cap.* 32.
num. 5. Villadieg. *in Polit. cap.* 5. §. 1. *num.* 21. Mastrill. *de*
Magistrat. lib. 5. *cap.* 3. *num.* 21. noster Bobadill. *in Polit.*
lib. 3. *cap.* 2. *nu.* 18. † & hodie idem io Archiepiscopis Ro- 92
mam ingredientibus, qui insignia Crucis ob Summi Præ-
sulis reverentiam, & majorem jurisdictionem, depo-
nunt, Bobadill. *loc. citat.*
Quæ quidem intelligit idem Bobadill. respectu Ma- 93
gistratuum Superiorum, non vero aliorum civium,
quantumvis nobilium, & illustrium, maximè si Ju-
dicibus, qui eorum domos ingrediuntur subditi sint i
nam tunc Judices justitiæ insignia deponere, non de-
bere, resolvit: † Sed hoc, licet de jure benè proce- 94
dat, contrarium tamen ea frequentiori usu, & stylo
per hujus Regni Judices ordinarios, Civitatum Corre-
ctores, necnon, & per Prætores hujus Regiæ Curiæ
servatur, qui oon solum in Magnatum, aliorumve Ti-
tulorum domus ingredientes, verum etiam quarumlibet
aliarum personarum illustrium, graviorumque civium
habitationes, insignia, sive *varas* ad januas deponе-
re, diu consueverunt; quare in hac recepta consuetu-
dine, & consueta urbanitate Judices deficere, non con-
sulerem, cum per ejus defectum illustrium personarum
æstimatio apud nos violata, & sugillata videatur, &
quodammodo injuria tales personæ ex eo afficerentur,
ad notata per DD. *in cap. Adrianus* 63. *distinct.* de quibus
supr. † Quod tamen intelligerem, nisi pro actualiter eaer- 95
cenda jurisdictione in aliquo graviori casu domos Ma-
gnatum, aliorumve potentiorum Judices ingredian-
tur, veluti si pro ipsorum personis ad carceres reducen-
dis, vel si malefactores insequantur, in quibus, &
similibus casibus justitiæ insignia deponere, non debent,
sed ea portare, &, ut Judices, non ut familiares, se gerere.
Item inter alias dominorum inferiorum præeminen- 96
tias, sive reverentialia obsequia, quæ per vassallos
eis sunt præstanda, illud, ut principale superiorita-
tis commodum, vel fructus non est omittendum, quod
nimirum manus osculari, teneantur, ut apud nos ca-
vetur *in leg.* 5. *tit.* 25. *part.* 4. & tam in nostris vassallis,
quàm in feudalibus, notant ibidem noster Gregor.
verb. Al rico ome, optimè doctissimus D. D. Ildephon-
sus de Olea in suo aureo tractatu *de cession. jur. tit.* 3. *qu.* 6.
num. 25. † Quæ tamen manus osculatio non semper, nec 97
in omni tempore, vel occursu, aut visitatione Domini
per vassallos est adhibenda; sed duntaxat in certis casi-
bus in dict. nostra *l.* 5. *tit* 25. *part.* 4. præscriptis: † Quid- 98
quid aliud dicatur . in Regibus, quorum manus
frequentius per vassallos deosculantur, ut ex hac diffe-
rentia in ipsa lege constat.
Sed, inter alios casus, in quibus vassalli manus do- 99
mini deosculari, tenentur, illum, ut principalem
non omittam, cum videlicet Domini, vel Barones oppi-
di, aut Villæ per Regem ipsis concessæ possessionem ac-
cipiunt, quo casu vassalli in recognitionem dominii eo-
rum manus osculantur, ut apud nos statuitur *in dict. leg.* 5.
tit. 25. *part.* 4. *in princip.* † Quia & nunc etiam tenentur ju- 100
ramentum fidelitatis præstare; † sed hoc per nostros vas- 101
sallos ratione jurisdictioois non flexis genibus, sed stando
(vulgo *en pie*) est præstandum, ad differentiam homagii,
quod vassalli ratione feudi præstant, quod, genibus fle-
xis, includendo suas manus intra manus domini, & eas
deosculando, faciunt, ut benè resolvit, & de hujus
Regni consuetudine, ne per nostros vassallos genua fle-
ctantur, testatur, D. Olea *dict. numer.* 25. *vers. & licèt,*
& vers. in his Regnis, † quia coram nullo alio debet, ge- 102
nuflecti, nisi coram Papa, vel Majestate Regia, ut be-
nè notat oolter Gregor. *in l.* 18. *tit.* 13. *part.* 2. D. Solorz.
in Discurs. erudito de los Derechos de Plazas Honorarias,
n. 328. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *super pragmat.* 8. *c.* 56.
n. 19. † Ubi Magnates increpat eo, quòd has genuflexio- 103
nes à suis vassallis, cum eos alloquuntur, desiderant, 104
† cum soli Papæ; vel Regi (ut diximus) debeantur, illi pedes
osculando: isti vero manus, de qua adoratione, & quod
soli Pontifici, & Principi Supremo sit exhibenda, ultra
rela-

Digitized by Google

relatos, latè tractant per text. *in l.1. Cod. de silentiar. lib.12.* DD. ibidem, Ioseph. Stephan. Valentin. *in tract. de Osculat. ped. Pontif.* Marc. Anton. Mazzarin. *in tract. de trib. coron. Pontif. & de osculat. ped.* & summa eruditione D. Solorzan. *ubi proximè, & ex num.316.* & Dian. Thor. Giurb. & alios congerens, D. Olea *dict. quæst.6. num.25. in fin.*

105 Sed ad prædictam differentiam inter juramentum fidelitatis, & homagium, aliasque plures differentias inter utrumque congerentes videndi Surd. *decis.159. num.17. & 18.* & Magistraliter *cons.172. lib.1.* Afflict. *decis.120. & 389.* Arismin. Tepat. *var. resol. tit. 240. de jurament. fidelit. & homag.* Cancer. *tom.3. variar. cap.10. ex num.39. & cap.13. ex num.361. & part.2. cap.2. & 3. ex numer. 280.* Potioles *ad Molin. in §. Homagium*, Gaspar Thesaur. *lib.1. quæst.38. num.3.* Amat. *variar. resol. cap.67. ex num.65.* D. Olea *dict. quæst.6. num.25.* Ponte *de potestat. Proreg. in tit. de donis, & expens. numer.15.*
106 † ubi quod hoc fidelitatis juramentum Baroni, vel domino jurisdictionem Civilem habenti sit exhibendum, non verò exercenti criminalem, idem notant Marin. Frecc. *de subfeud. lib.2. de authorit. Baron. authorit.2. nu. 71. in fin. fol. mihi 268. & lib.1. fol.33. num.27.* Dominic. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers.3. observat.4. nu.*
107 *225.* † specialiter de homagio ad plura Oldrad. *consil.*
108 *93.* † Vbi de obligato sub homagio Castellum, vel fortalitium restituere, & quod nulli alii, quàm ei, à quo
109 accepit, restituat; † de quo homagio apud nos maximè, quod novo Regi antiquitus per Castellanos fiat, extant nostræ *ll. Partitar. 21. cum tribus seqq. tit.13. par. 2.* ubi Gregor. Avendan. *de exequend. 2. part. cap.27.*
110 † Vbi de ejus apud nos forma, quæ etiam extat in nostra *l.2. tit.5. part.7. & leg.5. tit.15. eadem part.* optimè
111 de forma, & quo jure sit introductum; † & quod frequenter cum juramento fidelitatis confundatur, & sumatur unum pro alio, Andr. de Isern. *ad tit. de nov. form. fidelitat. vers. Homagium, numer.6. & 7.* & idem fieri in multis nostris legibus *Partitar.* testatur eas congerens noster Gregor. *in l.25. tit.11. part.3. gloss. O le fiziere*
112 *re pleyto omenage, circa med.* † benè quid, & quotuplex sit, & unde dicatur? Speculat. *in tit. de feud. §. Quoniam, vers. Et nota, & vers. Secundo quæritur, & vers. Primo ante*, ubi Bald. *in addit. verb. Homagium*, aliqua Gutierrez *in Authent. Sacramenta puberum, Cod. si advers. vendit. num.148. & 149.* & est singularis ad multa Gloss. nostri Gregor. *in dict. l.26. tit.11. part.3. dict. gloss. O le fiziere pleyto omenage, & in l.4. tit.25. par.4. gloss.3.*
113 *4. & 5.* † Ubi remissivè, & plures nostras leges Partitę referens de homagio per Castellanum, vel ejus substitutum, novo Regi præstando plenissimè, & solita eruditione D. Solorzan. *de jur. Indiar. lib.2. cap.23. num.21. cum seqq. & per tot.*

114 Vbi de juramento fidelitatis, & homagio per feudatarios, commendatarios, milites, & alios præstando, & novissimè cum Suarez, Salgad. Sanchez, & aliis D.D. Petr. de Salzed. *ad leg. nov. Recopilat. in l.10. tit.1. lib.1. & in celebri tract. de lege Polit. lib.2. cap.12. nu.3.* Saytus *in Clavi Reg. lib.1. c.5. n.13.*

115 Vbi illam quæstionem tractat, an homagium, quo maximè Hispaniæ equites, sive nobiles uti solent, vulgò *Pleyto omenage*, vim juramenti habeat? quam etiam quæstionem tractat D. Solorzan. *de jure Indiar. lib.2. cap. 23. ex num.24. & 26.* qui ex Mendoza, & Tiraquel. resolvit hujusmodi homagium sub sola promissa fide viri boni, & nobilis conceptum vim juramenti obtinere, & idem expresè decisum videtur in nostra *leg. 26. tit. 11.*
116 *part.3.* † Sed tanti viri pace, contrarium est verius, quia in homagii præstatione nullum interponitur juramentum, vel promissio Deo, vel per Deum, vel aliquam rem Sacram, quod necessario ad juramentum exigitur, ut quis ob ejus violationem perjurus dicatur, & ad cæteros effectus juramenti, ut ex ejus diffinitione constat, & notant optimè D. Covarruv. & DD. proximè referendis; sed est solum quædam promissio simplex inter generosos, vel nobiles, eorum fide dumtaxat in- 117
terposita: † ita optimè resolvunt, & quod propter homagii violationem in perjurium, quis non incidat, nec si juramenti solemnitatem lex requirat, impleatur per homagii præstationem, Oldrad. *cons.93.* Avendan. *de exequend. 2. part. cap.27. numer.7.* D. Padill. *in leg. si quis major, numer.36. Cod. de transact.* plenè, & doctè Gutierrez *in repetit. ad Authent. Sacramenta puberum, Cod. si advers. vendit. numer.148. & 149.* & in hac sententia, postquam hanc quæstionem plenè disputavit, residet noster doctissimus Gregor. Lopez *in dict. leg. 26. tit.*
11. part.3. Gloss. *O le fiziere pleyto omenage*, † qui om- 118
nes, & præcipuè Gregor. & Gutierrez plures interpretationes tribuunt eidem *leg. 26.* multasque alias leges *Partit.* pro ista sententia adducunt, sed inter omnes est notabilis rem satis apertè decidens *l.22. tit.21. part.2.* in vers. *Otrosi, que las palabras*, quæ discretivè de juramento, & homagio, tanquam de diversis, loquitur, & comprobatur ex eleganti doctrina D. Covarruv. *in cap.*
quamvis pactum, de pact. 1. part. §.2. num.2. † qui per 119
hujusmodi promissiones sub fide nobilium, vel aliorum promittentium, non censeri contractus juratos, nec perjurii pœnam eorum fractores incurrere; quia nulla religio, vel res Sacra interponitur, sed solum fides hu-
mana; † imò idem si simpliciter de fide mentio fiat; 120
quia in dubio de fide humana promittentium, juxta consuetudinem, est intelligendum, ut cum Cajetan. egregiè resolvit idem D. Covarruv. quem sequitur Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. 3. part. num.14.* ubi id rectè limitat, si exprimatur per fidem Christianam, quia tunc de Fide Catholica intelligi debet, alias quidem fidei humanæ interpositio, non magis operabitur, quàm si per caput suum, vel animam suam quis juraverit, quo juramenti genere non satis fit, cum per legem ad validitatem, vel corroborationem alicujus actus juramentum exigitur, ut in specie *Authent. Sacramenta puberum, C. si advers. vendit.* notabiliter advertunt Iacob. Butr. & Salicet. *in eadem Authent.* Gregor. Lopez *in dict. gloss. O le fiziere pleyto omenage, in fin.*

Vnum tamen nota, quod hujusmodi sub homagio, 121
vel *Pleyto omenage* promissiones majoris firmitatis, quam si simpliciter fierent, sunt habendæ: tum ob earum, quasi publicam, & communiter inter nobiles receptam
solemnitatem: tum etiam, † quia interponitur res 122
tam magnæ æstimationis, ut est equitum, & nobilium fides, quæ præter Religionem, vel alias res Sacras in aliis juramentis interponi solitas, nulla major, nullaque dignior habetur, ut ex infrà dicendis apparebit,
† cum in ejus observantiam honoris decus, omnis æsti- 123
matio, & fama consistat, ut in Nobilium fidelitate loquens est notabilis nostra *l.9. tit.21. part.2.* & magis specialiter ad rem, *leg.21. eodem tit.* ibi: *Otrosi, acostumbran mucho de guardar pleyto, e omenage, que fiziessen:*
& repetitur *in l.22. eodem tit.* omnique † utilitati præ- 124
ferri debet, *l. miles, §.1. ff. ad leg. Iul. de adulter.* elegan-
ter Oldrad. *cons.93. n.5.* † Et etiam vitæ; nam mors po- 125
tius subeunda, quàm fides per milites maximè, & nobiles frangenda, Paris de Put. *de re milit. col.4. num.13.* in quæst. *De uno nobili provocato ab alio.*

Vndè gravissimum esse, fidem fallere, sive hujusmodi 126
solemnia homagia, ex text. *in l.1.* juncta ibi gl. *de const. pecun. l. postliminii jus, §. Captivus, ff. de captiv. & postlim. revers.* notant Io. Redin. *de Majest. Princ.* sive *in relect. proœm. Instit. in verb. Imperatoriam Maiestatem, p.2. n.102.* Nicol. Moron. *de fid. treug. & pac. qu.102. n.2.* Cæpol. *de*
Imper. milit. dilig. n.15. † quare homagii factores, licèt per- 127
jurii non sint, infamiæ notam incurrunt, *d. l.2. tit.5. p.7.* optimè D. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.2. lib.2. dict. cap. 23. nu.26. & 27.* noster Gregor. *in dict. l.26. tit.11. part. 3. gloss. O le fiziere pleyto omenage, & in l.22.* per eandem legem, in verb. *Otrosi, que las palabras, tit.21. part.2. gl.4.* Gutierr. *in d. Authent. Sacramenta puberum, Cod. si*

advers. vendit. num. 148. qui duo ultimi ex hoc inter juramenti violatores, & homagii fractores differentiam constituunt, ut illi perjurii sint, & infamia notentur: isti verò infames tantum remaneant, & quod ex eo homagii fractores, licet non perjurii, pœna tamen extraordinaria puniri valeant, tenent Matt. de Afflict. *in constitut. Regn. Sicil. rubr.* 55. *n.* 11. Avendan. *de exequend. mandat. par.* 2. *dict. c.* 27. *n.* 7.

128 Tanta enim est vis hujus solemnis promissionis, seu homagii, aut simplicis juramenti fidelitatis, ut multi teneant ac resolvant, filium vassallum, qui dominum hujus fidelitatis juramenti ratione juvare, & defendere, tenetur, domino potius periclitanti, quàm patri eodem tempore in simili periculo existenti opem ferre debere, ita in specie Andr. de Isern. *in §. Contra omnes, num.* 2. *tit. hic finit. lex*, & ibidem Præposit. *num.* 1. per Gloss. *in*
129 *cap. de form.* 22. *quæst.* 1. † Sed contrarium est verius, scilicet parentibus succurre, naturalibus legibus, & filiali pietate teneri; ab eo enim filius vitam feudo, vel alia re longè pretiosiorem accepit, & ita fortiori jure, naturali videlicet, & sanguinis adstringitur, & non aliter, ac se ipsum, parentem diligere, & defendere, cogitur, quibus, & aliis rationibus ita optimè hunc casum resolvit Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 13. *num.* 152. *cum seqq.*

130 Iuxta quæ idem Mager. *ex num.* 42. tractat etiam singulariter illam celebrem quæstionem, an filius, qui vigore juramenti alium defendere, tenetur (ut sunt nostri vassalli erga dominos) id contra patrem facere debeat? quam quæstionem similiter pluribus rationibus, & Do-
131 ctoribus adductis, negativè resolvit *ex nu.* 106. † quia tales promissiones, quantumvis juratæ essent, contra naturam, sive pietatem naturalem non sunt extendendæ, *cap. non est obligatorium, de regul. jur. in* 6. ubi DD. Bald. Afflict. Alvarot. & alii Feudistæ *in cap.* 1. *de nova form.*
132 *fidelit.* † nam quæ contra pietatem, & honestatem sunt, impossibilia reputantur, *l. filius, l. conditiones, leg. quidam, ff. de condit. instit.* quorum nulla est obligatio, *l.*
133 *si stipuler. ff. de verb. obligat.* † & idem resolvit Mager.
134 *ex numer.* 193. in parentibus respectu filiorum: † quæ principaliter cum aliis limitat *ex num.* 239. *& ex numer.* 250. nisi pro Religione, aut patria defensio sit facienda.

135 An autem juramentum nostrum fidelitatis, vel homagium per vassallos Dominis, seu Baronibus exhibendum præstari quoque debeat per Nobiles terras Baronum habitantes? tractat optimè doctissimus Domin. & integerrimus Vicecancellarius Regni Aragonum D. Christophor. Crespi de Valdaura in suis doctis, aureisque observationibus *observat.* 13. *per tot.* qui ad fidelitatem jurandam, non verò ad homagium teneri resolvit, quod an procedat extra Regnum Aragonum, & Valentiæ, & Principatum Cathaloniæ ubi doctissimus vir loquitur, non immo, consule Feudistas, quia apud nos solum juramentum fidelitatis indistinctè per vassallos præstatur, ut dictum remanet *sup.*

136 An verò per procuratorem hæc juramenta præstari valeant? tractant late cum antiquioribus Marin. Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *Author.* 4. *num.* 11. Franc. Marc. *decis.* 482. *part.* 2. Vrsil. in addit. ad Afflict. *decis.* 265. *numer.* 45. & plures referens Henric. Rossenthal. *de feud. cap.* 6. *concl.*
137 77. *per tot.* Niger. *de laudem. quæst.* 42. *ex num.* 51. † & quod sic, si legitimum impedimentum, vel causa adsit, ut personaliter hujusmodi juramenta præstaturi accedere, non valeant, resolvunt Surd. *decis.* 159. quem sequitur Cancer. & ita pro ejus resolutione decisum testatur *in* 3. *tom. variar. resol. cap.* 10. *num.* 44. Claper. *in suis decis. Fiscal. caus.* 9. *quæst. unic. per tot.* Rossenthal. *ubi supra*, Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 10. *part.* 1. *ex numer.* 18. D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *dict. cap.* 23. *ex num.* 100. *& lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 7. *& in nu.*
138 6. licèt contrarium resolvat *in numer.* 16. *& per tot.* in professione fidei per Episcopos facienda, & juramento fidelitatis per eosdem Pontifici exhibendo; de quo plenius suo loco dicendum erit, scilicet *in* 4. *part. cap.* 30.

Quibus circa vassallorum homagium, vel juramentum 139
fidelitatis adde, quod in ejus præstatione, quoad formam, & alia, Regni consuetudo ante omnia sit servanda, Surd. *decis.* 672. *in fin. tom.* 2. Menoch. *de arbitr. cent.* 6. *cas.* 577. Canc. *d. c.* 10. *n.* 44. *in fin.* Gasp. Thesaur. *lib.* 1. *quæst. forens. q.* 38. *n.* 5.

Item inter emolumenta, vel fructus obsequiales do- 140
minis per vassallos, debitos, non est omittendum illud obsequium, aut præeminentia, quam Duces, Comites, & alii Domini inferiores erga suos vassallos circa tractationem habent, qui quidem de recepta nostræ Hispaniæ consuetudine, non solum coram dominis, capite detecto, stare debent, sed, & eos domini alloquuntur *de vos*, ut notat doctissimus Dom. D. D. Ildephonsus de Olea *de cession. jur. tit.* 3. *dict. q.* 6. *nu.* 27. quam tractationem supponit etiam Ioan. Maria Novar. *de gravam. vas-*
sallor. tract. 1. *gravam.* 315. *& gravam.* 349. † dum in 141
his locis id singulariter limitat, ut non procedat in vassallis nobilibus, Doctoribus, gravioribusque viris, vel aliter qualificatis, quos nec impersonaliter, ut puta (*Don Petre faciat hoc, vel illud*) per Barones vocari debere, ait, sed cum eognomine *dominorum*, videlicet, *Domine Don Petre*, & idem notat, quoad hoc, ut tales personæ qualificatæ coram suis dominis cooperiantur, Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *super pragm.* 8. *c.* 56. *n.* 19.

Qua in vassallis nobilibus, similibusque personis, ju- 142
sta limitatione præmissa, comprobatur, quod notabiliter ad rem advertit noster Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 98. ubi acriter, & quidem merito, increpat vassallorum dominos, eo, quod oppidorum Iudices, licèt per ipsos nominatos coram eis, capite discooperto, stare faciant, eisque *de vos* alloquantur, quod indecens, & inurbanum est, propter justitiæ administrationem, quam exercent, & quia Regem, licèt mediatè, repræsentant.

Vnum tamen nota, quod dicta limitatio Novarii, 143
quoad vassallos nobiles, vel aliter qualificatos, apud nos dumtaxat procedere debet, in dominis privatis, qui Comites, Marchiones, vel Duces non sint: secus si his titulis sint decorati, quo casu propter ipsorum majorem honorem, & dignitatem suos vassallos, etiam nobiles, nudato capite, coram eis stare, facere poterunt, eosque *de vos* alloqui, quod apud nos frequenter servatur, & animadvertit D. Olea *dict. quæst.* 6. *numer.* 27. *in fin.*

Item vassallorum domini cum eognomine, sive ver- 144
bo honorifico *Dominus* per vassallos nominari debent, ut comprobari potest per text. *in l.* 1. *in fin. ff. de jurisd. omn. judic.* & expressè in nostra *l.* 1. *tit.* 25. *p.* 4. ibi: *Sennor es llamado propriamente aquel que à Mandamiento de poderio sobre todos aquelloe que viven en su tierra, è à este tal deben todos llamar Sennor, tambien los Naturales, co-*
mo los otros, que vienen à el, ò tierra, & notant † plura de 145
hac præeminentia, & de hujus verbi sive tituli *Dominus*, magno honore; & quibus etiam aliis, quàm dominis vassallorum hic titulus competat? D. Sebastian de Covarr. *en su tesoro de la lengua Castellana, litt. S. verb. Sennor*, Sess. *decis.* 1. *nu.* 53. Renat. Choppin. *de legib. And. lib.* 1. *cap.* 46. *nu.* 13. & nostri Historiographi Moren. de Vargas *in tract. de la Nobleza, discur.* 13. *n.* 5. Marian. *in histor. Hispan. lib.* 5. *c.* 11. Fr. Prud. de Sandobal *histor. de los cinco Reyes, en Don Alonso el VI. fol.* 41. Fr. Hieronym. Roman. *Republicas del Mundo, lib.* 4. *cap.* 30. Salazar de Mendoza *Origen de las Dignidades, lib.* 1. *c.* 17. *& lib.* 2. *cap.* 1. & per doctrinam Bart. *in dict. l.* 1. *in fin. ff. de jurisdict. omn. judic.* docet D. Solorzan. *in suo Aureo, & Plenissimo discursu del Derecho de Placas Honorarias, ex numer.* 363. noster eruditus Politicus Bobadill. *lib.* 2. *dict.*
cap. 16. *num.* 19. *&* 23. † Vbi de origine, & ratione hu- 146
jus tractationis.

Quod

Digitized by Google

147 Quod tamen intellige non, ut in scriptis in initio li-
bellorum, sive supplicationum, vulgò *Memoriales*,
quæ Dominis inferioribus porriguntur, hoc verbum pro
titulo honorifico in medio papyri apponatur, ut cum Re-
gibus fit, quia hoc solum ad Reges spectat: & cavetur
in nostra Regia pragmatica, vulgò, *de las Cortesias*,
quæ extat *in l.16.tit.1.lib.4.recopilat.* & notat Bobadill.
148 *ubi proximè:* † & alia multa circa hunc titulum apud
nos *de Sennor*, & quod privativè Regibus, ac Princi-
pibus Supremis in epistolarum inscriptionibus, vel in
aliis scriptis debeatur, plenissimè, & summa, nec in
solita eruditione, congerit doctissimus Dom. Petr. de
Salzed. *in Theatr. Honor. ad dict. leg.16. gloss. 3. per*
149 *tot.* † & quod Magnates, Duces, Comites, & alii
Domini inferiores hoc cognomine, sive titulo *de Sen-
nores*, antiquitus apud nos appellarentur tradit *in gloss.
25. num.48.*

150 Quibus etiam convenit, quod vassallorum domini,
qui titulo Comitatus, Marchionatus, vel Ducatus po-
tiuntur, tam in scriptis, quàm in alloquutionibus per
vassallos vocari, debent cum titulo, vulgò, *de Senno-
ria*, vel *Excelencia*, prout his titulatis debetur, juxta
nostram Regiam Pragmaticam *in dict.l.16.* & notata per
præcitatum D.D. Petr. de Salzed. *in d.l.16.gloss.25.* ubi
quando præcisè, quandove permissivè, & quibus Digni-
tatibus hi tituli debeantur?

151 An autem dominorum vassallorum, Comitum vide-
licet, Marchionum, & aliorum Magnatum filii illa
præeminentia gaudere debeant, quod infantes per vas-
sallos appellari debeant? Breviter dic, nullo modo hoc
nomine uti posse, quia hæc præeminentia filiis Regum
dumtaxat competit, ut apud nos constat *in leg.1. tit.7.
part.2.* ubi notat in specie Gregor. in verb. *Infantes*,
152 benè Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 16. num. 166.* † Et
in num.218. quod nec ipsi Magnates, nec eorum filii
primogeniti Principes appellentur; nam hujusmodi et-
iam nomen solum Regibus, eorumque filiis primoge-
153 nitis convenit; † licet jam istius nominis titulis pluri-
bus, maximè in Italia, Germania, & aliis exteris Pro-
vinciis per Imperatorem, vel Reges sit concessum, sed
minus propriè, & abusivè, ut notat idem Bobadill. *ubi*
154 *proxime;* † Nota tamen, Comitum filios, vel Magna-
tum propter Dignitatem parentem in eis refulgentem be-
nè posse salutatione honorifica *de Sennoria* honorari; &
ita consuetudine est receptum, & apud nos servatur, *ut
infrà* dicam, *cap. seq.*

155 De quibus, & aliis similibus titulis videlicet, Illu-
strium, Superillustrium, Illustrissimorum, Spectabi-
lium, Clarissimorum, Perfectissimorum, & aliis recen-
tioribus noviter inventis, & quibus apud nos, & alias
Nationes competant, & antiquitus præcipuè apud Ro-
manos competerent? plenissimè ad omnia tractant ad
text. *in l.1.Cod.ubi Senator. l.1.Cod.de annon.& cap. l.si
quando, C.de appellat. l.peculiari, C. de proxim. Sac.Scri-
nior. l.2.Cod.de domestic. & protector. lib.11.* & singula-
riter *in l.raptores, C. de Episcop.& Cleric. & in Authent.
de appellat. §.fin.& §. Illud, & in Authent. ut ab illustr.
& in Authent. de reb. Eccles. non alienan. §.fin.* & ad alia
plura jura Gloss. celebris *in dict. Authent. ut ab illustrib.
& proœm. inst. §. Cumque hoc*, Ioan. Platea *in l. fin. C.de
Decur. lib.10.* & optimè *in rubr. C. de Dignit. lib. 12.* ubi
alii repetentes, Andr. Alciat. *in l.speciosas, ff. de verb.
signif.& lib.3. dispunct.cap.14.* Ioann. Orosc. *in l.1.ff.de
offic. ejus, & in l.fœmina, ff. de Senator.* Cæsar Cost. *va-
riar.ambig. jur.lib.2.c.12.* Aldrovand. *in d.§.Cumque hoc,
in proœm. instit.* Tiraq. *de Nobilit.cap.8.num.16.& cap.
6. num.21.* Pancirol. *variar. lect. lib.1.cap.3.* Turturet.
de Nobilitat. gentilit. lib.9.cap.4. Ioann. Corras. *in l.nu-
ptæ, §.Senatores, de Senator.* Bulenger. *de Imper. Ro-
man. lib.4. cap.34.* Lancellor. Conrad. *in temp. judic.
lib.1. cap.4.* Petr. Gregor. *lib.6. syntagm. cap.7. num. 11.
& lib.4. cap.7.* eleganter Iacob. Cujac. *in l. fin. Cod. de
silentiar. lib.12.* latissimè Iacob. Menoch. *centur. 1.*
caf.68.& conf.342. lib.4. Petr. Ferrat. *in prax. in form.
Apostol. §. Spectabilis*, Marth. *de jurisdict. 2. part. cap.
34. in fin.* Æguinar. Baro *in d.l.nupta, de Senator.* Andr.
Knichen. *de Saxon. non provocand. jur. c.4.n.17.* Kochier.
de jur. Superior. c.4. ex n.378. Vvolphang. Laz. *Roman.
Republ. lib.2. cap.5.& 6.* Io. Lymnæ, *de jur. public. lib. 4.
c.6.* Tiber. Decian. *resp. crimin.19. nu.19. & 178. vol. 3.*
Moren. de Vargas *Nobleza de Espanna, discurs. 13. ex
n.5.* Bobadil. *lib.2. Polit. c.16. ex n.25.* Mastrill. *de Ma-
gistrat. lib.4. c.5. n.9. & 10.* D.Solorzan. *in discurs. Polit.
De Placas Honorarias, ex nu.135.* Henric. Kinschot. *de
rescript. tract.1. cap.1. num. 4.* Dominic. Tasson. *in prag-
mat. de antefat. vers.7. observat. 3. ex numer. 105.*
Petr. Berc. *rer. German. lib.1. cap. 22.* Gutther. *de offic.
Dom. August. lib.1. c.4.* Anton. Perez *ad tit. Cod. de Di-
gnitat. lib.12. nu.3.* Ioan. Iacob. Dracon. *de jur. patr. lib.
2. c.4. ex n.21.* Theodor. Hœping. *de jur. insign. cap. 22.
ex num.100.* plenè eruditus D.D. Petr. de Salzed. *in dict.
gloss.25. per tot.*

Item vassallorum Domini, qui titulo Comitatus, Mar- 154
chionatus, aut Ducatus sunt decorati illis commodis,
sive præeminentiis circa ipsorum personas ratione hujus-
modi dignitatum potiuntur, ne videlicet, inconsulto
Principe, per aliquem Iudicem aprehendantur, vel in
criminalibus damnentur, ut probatur per text. singula-
rem *in l. Divi fratres 27. §.1. & 2. ff. de pœn.* ubi quod in
Decurionibus, & principalibus Civitatum antiquitus
servaretur, & constat etiam *in l. 1. ff. quand. appelland.
sit, l. quoties, Cod. ubi Senator. vel Clarissim.* notant Io.
Plat. *in l. si gravius, C. de legat. lib.12.* Marin. Frecc. *in
tract. de subfeud. Baron. lib.3. pag. mihi 437. col.1. in prin-
cip.* Parlador. *lib.2. rer. quotid. c.1. n.21.* Alciat. *in c. quod
sedem, n.85. de offic. ordin.* Bobadill. *in Polit. lib. 2. c.16.
n.226.* † & ex eadem causa idem apud nos servatur, ut 155
similiter consulatur Princeps in ultima sententia revisio-
nis, cum his inter Magnates vertitur super aliquo Statu
Comitatus, Marchionatus, vel simili, ut testantur Greg.
Lop. *in l.19. tit.23. part.3.* verb. *Acuerde con el Rey*, Par-
lad. *ubi proximè, n.21.* Bod. *dict. n.216.* † Et *in num.60.* 156
idem servari debere, ut in initio cujuslibet litis per vas-
sallos Domino movendæ, ne aliter id fiat, quam prius,
Rege consulto, & de ejus jussu, ut antiquitus cum Im-
peratoribus servabatur, *l. benè à Zenone*, & ibi Gloss. *C.
de quadrien. præscript.* & in specie Dominorum vassallo-
rum id apud nos disponit, *l.6. tit.2. lib.3. Ordinament.* &
docent Avendan. *de exequend. p.1. c.11. num.4.* idemque
tradit Marin. Frecc. *de subfeud. lib.2. author.32. pag.364.*
† & exemplo libertorum cum patronis comprobat Bo- 157
badill. *ubi proximè*, sed id de praxi receptum non video,
nec dicta lex Ordinamenti in nova nostrarum legum
compilatione invenitur, ut etiam advertit Bobadill. *lib.
2. Polit. cap.16. nu.60.* nec quidquam facit exemplum li-
bertorum, quia ipsi veniam dumtaxat in litibus moven-
dis exigere, tenebantur, quin aliquam à Principe licen-
tiam impetrare deberent, *l. venia, ff. de in jus vocand.*
quam etiam à vassallis, ob reverentiam Dominis debi-
tam, ab ipsis exigi debere, non inficior, argument. text.
in l.4. §. Ait Prætor, ff. de in jus vocand.

In datione autem tutoris, vel curatoris minorum Ma- 158
gnatum, vel Titulorum benè apud nos dicta præeminen-
tia gaudent, ne aliter eis de tutore, vel curatore per Iudi-
ces, sive Magistratus provideatur, quam prius Rege con-
sulto, ut cavetur per nostram *l.14. tit.5. lib.2. recop.* cui
convenit juris communis, *l.1. & tot. tit. C. de tutor. & cu-
rator. illust. pers.* & notant Parlador. *d. cap.21. n.19.* Bo-
bad. *d. cap.16. n.207.*

Sed non ideo prædictis titulis, & præeminentiis 159
debent Duces, Comites, & alii vassallorum domi-
ni, quamvis potentissimi sint, inflari, & in vassallos
superbire eos, ut inferiores, spernendo, & ut multi
faciunt, quasi mancipia tractando, multas injurias, &
gravamina per tyrannidem eis inferendo; sed potius se
mites, & bonæ conditionis ostendere debent, eos,

Digitized by Google

non ut domini, sed tanquam ipsorum patroni, vel parentes regendo, quia nec alium titulum habent, nec prætendere possunt, juxta mirabilem locum Ecclesiast. *cap.32.* ibi: *Rectorem te posuerunt noli extolli, esto in illis, quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe, ut laeteris propter illos, & ornamentum gratia accipias, coronam, & dignationem consequaris congregationis.*

160 Quare vassallos amare, & omni via honorare: beneficiis magis, quàm suppliciis, vel summo Imperio eos attrahere debent, ut ita ipsi magis amore, quàm timore eis obediant, juxta elegantem illam sententiam, & po-
161 liticam Dionys. Alycarnass. *lib.6. antiquit. Roman.* † *Optimum, & firmissimum imperium, quod subditos beneficiis magis, quàm suppliciis in officio continet; illi enim benevolentia, huic metus est Comes, quicquid timetur, id necessitate naturali exosum omnibus:* quod etiam optimè tradit noster sapientissimus Rex *in l.3. tit.1. part.2.* ibi: *El mayor poder, è mas cumplido, que el Emperador puede aver de fecho en su Sennorio, es, quando el ama à sugente, y es amado della.*

162 Et denique timeant Domini temporales, & quicumque Principes, qui judicant, & regunt terram, si minus justè id faciant, miseros vassallos per tyrannidem, & violentiam opprimentes (ut ferè his verbis in Apocalypsi exclamatur) quia eorum clamor ad eum perveniet, qui eorum injurias, & contemptus vindicabit; nam licèt in hoc sæculo multoties ultionem non videamus, in alio tamen Potentes potenter tormenta sustinebunt.

§. I.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia *capit. praecedent.* circa præeminentias, quæ Dominis inferioribus inter fructus jurisdictionis competunt: Agiturque in præsenti de præeminentiis, sive honoribus, qui eis in spiritualibus, maximè in Ecclesiis suorum oppidorum debentur, & præsertim, an cum Cruce per Clerum, maximè, in novo ingressu oppidorum recipiantur? an sedilia cum genuflexorio, pulvinaribus, baldachino, & similibus ornamentis, necnon, & cum aliorum præcedentia habere debeant? & an intra Presbyterium? Et quid antiquitus in Imperatoribus, & aliis Principibus Supremis circa sellas in Presbyterio habendas, vel nõ? ad casũ memorabilem Divi Ambrosii cum Imperatore Theodosio: Pluraque incidenter injucundè afferuntur circa Imperatores, & Reges, an personæ Ecclesiasticæ, vel Sacræ reputentur, seu aliquem sacrum ordinem habere, videantur, ex quo aliqui in brachio, aliavè corporis parte unguntur, & inter Canonicos in aliquibus suorum Regnorum Ecclesiis numerantur: Item ad præeminentias Dominorum agitur de honore illo, ut eis post Clerum ante alios thurificatio, & Pax detur. Et an etiam suis uxoribus, ante alias fœminas sit exhibenda? Multaque alia circa consuetudinem in hujusmodi præeminentiis omnino servandam: Et quid si illicita, vel contra jus sit: seu, ut minor majorem in aliquibus, vel generaliter in omnibus actibus præcedat: Etsi minor proprium actum exerceat,

SUMMARIUM.

1 *Materia hujus capit. circa praeminentias, sive honorifica emolumenta, quae dominis temporalibus in suorum locorum Ecclesiis, vel aliter in spiritualibus debentur.*

2 *Domini temporales cum in sua oppida ingrediuntur, an cum Cruce per Clerum recipi debeant? & num. 3.*

Praeminentiam hanc Regi deberi, resolvitur, ibidem.

Text. in l.7. tit.1. lib.1. Recop. dict. num.3.

4 *Dominis inferioribus an debeatur praeminentia, ut in Ecclesiis suorum oppidorum, cum caeterorum praecedentia, necnon cum sellis, baldachino, genuflexorio, & similibus ornamentis sedeant.*

5 *Magna utilitas, & honorificus fructus sedendi ante alios praecedentia reputatur.*

In ea principaliter honos consistit, ibid.

6 *Fundatur sententia negativa, cum num. seqq.*

Sedilia, vel scamna in Ecclesiis debent esse communia, dict. num.6.

7 *Ius habendi sedilia, aut bancha in Ecclesia, spirituale reputatur.*

Per laicos ideò haberi, non posse juxta aliquos, ibidem.

8 *Invito, maximè, Episcopo, vel sine ejus licentia, vassallorum dominos, aliosve privatos hoc jus habendi scamna privata, vel sedilia, aliaque jura, aut loca pro sepulchris, vel armis collocandis, habere non posse, fundatur.*

9 *Quod saltim Episcopi, vel Rectoris tollerantia sit necessaria.*

10 *Haec praerogativa sedendi in praeminentiori loco regulariter nulli alii, quàm jus patronatus habenti, competit.*

11 *Contraria affirmativa opinio, imò Baronibus, vel dominis inferioribus in ipsorum terrarum Ecclesiis competere praeminentiam habendi sedilia, & postergalia cum genuflexorio, & aliis ornamentis: resolvitur pro ea, cum num. seqq.*

12 *Domini inferiores primas vices in sedendo, & similibus propter jurisdictionem, & superioritatem in suis locis habere debent.*

13 *Domini in suis terris Gubernatores, aut Correctores sunt.*

14 *Officiales Regii, & perpetui Magistratus.*

15 *Iudices Ordinarii.*

16 *Æquiparantur Praesidi Provinciae.*

17 *Et ipsi Regi.*

18 *Nuncupanturque Regis Vicarii.*

19 *Regis locum obtinent.*

21 *Correctores, Iudices ordinarii, aliique Regii Magistratus in suis Civitatibus, aut oppidis omnibus praeferuntur.*

22 *Etiam Iudicibus commissionis, Regum Perquisitoribus, & aliis delegatis, nisi Praetores Regiae Curiae sint, vel de Regalibus consiliis, cum duobus num. seqq.*

23 *Quid in oppidis, aut Villis parvis?*

25 *Referuntur Doctores quaestionem in specie pro dominis inferioribus resolventes.*

26 *Competit haec praerogativa ex caeremoniali Romano, sedes praeminentiores in Ecclesia habendi aliis illustribus viris, Magistratibus, & Principibus.*

27 *Diluuntur argumenta in contrarium objecta, cum num. seqq.*

28 *Scamna, vel sedilia in Ecclesia communia esse debere, declaratur, nisi aliud personarum major, aut dignior qualitas expostulet.*

29 *Ius habendi sedilia, vel scamna privata in Ecclesia, quoad usum saltim, quid temporale esse, ipsius-*

ipsiusque laicos capaces, verius resolvitur.
30 *Rectè per Episcopum laicis conceduntur.*
31 *Acquiritur quoque hoc jus ex sola tollerantia Episcopi, vel Rectoris, sive ex tacito consensu.*
32 *Laicis jus patronatus ex gratia quæri potest.*
33 *Idem dicendum, quoad jus habendi scamna, vel sedilia.*
34 *Ius hujusmodi juri patronatus assimilatur.*
35 *Præfata acquisitione sedilium, vel etiam sepulchrorum juris acquisitione stante ex parte laicorum, locus quoad usum benè ipsorum dicitur.*
36 *Ejus domini, licèt impropriè, dicuntur.*
37 *Possunt vindicare sedes hujusmodi, vel sepulchra, ut propria.*
38 *Competit eis pro conservanda quasi possessione manutentio.*
39 *Plura remissivè pro tuenda quasi possessione juris sedendi in Ecclesia, & similium jurium, cum num. seqq.*
40 *Mulieribus quoque competit hæc manutentio.*
41 *Pro quærenda quasi possessione sufficit unicus actus sedendi.*
42 *In jure habendi arcam aliquam pro certo usu in Ecclesia, quod remedium recuperandæ competat.*
43 *In offerendi ante alios primitias, & recipiendi pacem conservanda quasi possessione.*
44 *Ecclesiæ Rectores scamnum, vel sedes à loco suo ad libitum amovere, non possunt.*
45 *Existens in quasi possessione sedendi in sublimiori loco, seu aliter standi cum aliorum præcedentia, poterit etiam, manu armata, resistere ei, qui vellit, illum amovere.*
46 *Provocatus, si eum occidat, pœna ordinaria non est damnandus.*
47 *Concluditur, laicos juris habendi sedilia, vel scamna privata in Ecclesia, quoad usum saltim, capaces esse.*
48 *Ius habendi sellas in Ecclesia, vel scamna privata, nisi de licentia Episcopi competere, non posse, declaratur.*
49 *Dominis temporalibus, seu Baronibus jus habendi præfata sedilia, scamna in Ecclesia competere, intelligitur, dummodo extra Presbyterium ea collocent: secus si intra, cum num. seqq.*
50 *Intra Presbyterium nullis, quantumvis nobilibus, atque illustribus viris laicis, Principibus, nec Magistratibus Regiis, suas sedes collocare permittitur, cum num. seqq.*
Locus iste totus sacris peragendis, & Altaris Ministris est dicatus, ibid.
51 *Comprobatur hæc prohibitio, pluribus juribus Pontificiis, & Conciliaribus decisionibus, cum n. seqq.*
52 *Adducitur elegans locus ex cæremoniali Romano.*
53 *Qua ratione præfatus locus Presbyterium, seu Diaconium appelletur?*
55 *Est nobilior pars Ecclesiæ.*
56 *Non sacratis hominibus ibi assistere, sacrataque vasa attingere, non licet; & plura de hac erga laicos prohibitione, cum num. seqq.*
57 *Nec patrono laico in eo sedere permittitur.*
58 *Limitantur præfata, nisi laici causa offerendi, vel sumendi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Presbyterio accedant.*
60 *Mulieribus multò minus ibi accedere licet.*
61 *Quantumvis Ecclesiæ patronæ sint.*
62 *Vel Sacratæ, aut Moniales.*
63 *Nec incensum circa Altare præbere, eis permittitur.*
65 *An saltim Principibus Supremis, Imperatoribus, aut Regibus hæc prærogativa, sive honorificus fructus sedendi, vel ingrediendi in Presbyterium competat.*
66 *Fundatur negativa opinio, cum num. seqq.*
Adducitur pro ea mirabilis casus, Divi Ambrosii cum magno Imperatore Theodosio, ibid.
Divus Ambrosius Imperatorem in Presbyterio, sive Sacrario post oblationem manentem repulit, ibidem.
67 *Miranda Catholica obedientia, & responsio Imperatoris refertur.*
69 *Verius est, Supremam, Regiamque dignitatem sub præfatis prohibitionibus non comprehendi, imò recentioribus saltim temporibus Principibus Supremis suas sedes in Presbyterio collocare, licere, resolvitur, cum num. seqq. & infr. ex n. 103.*
70 *Idem, quoad prohibitionem ne laici Monasteria monialium ingrediantur, nec fœmina virorum, sub qua Reges, aut Regina non comprehenduntur.*
72 *Servatur quoque in Gubernatoribus Supremis.*
73 *Quid inter istorum Superiorum Principum sedilia, & Episiopalem sedem quoad locum ubi collocari debeant?*
76 *Refertur quorundam ratio circa præfatam Supremæ dignitatis prærogativam: quia videlicet, Imperatoria, vel Regiæ dignitati Subdiaconatus ordinem annexum, multi credunt.*
Adducitur in comprobationem text. in cap. Valentinianus 63. *dist. ibidem, declaratur infrà, num.* 90. *cum seqq.*
77 *Imperatores, Reges, & alii Principes Superiorem non recognoscentes subdiaconatus officium, celebrante Papa, aut Episcopo, pluries exercuerunt.*
78 *Imperatorem de novo consecratum Pontifici celebranti loco subdiaconi Calicem, & Patenam cum Hostiis offerre, multi referunt.*
79 *Eundemque in Matutinis Nativitatis Domini septimam lectionem decantare.*
80 *Ex præfatis, Imperatores, vel Reges, non, ut merè personas laicas, sed Ecclesiasticas reputandos, concludunt multi.*
81 *Imperator in Roma coronandus à Canonicis Sancti Petri de urbe, tanquam unus ex eis recipitur, similiter consecratus admittitur, ut Canonicus Sancti Ioannis Lateranensis: ibid.*
82 *Apud nos etiam nostri Reges inter Canonicos Toletanos, Burgenses, & Legionenses connumerantur, & num. 83.*
84 *Idem privilegium antiquis Comitibus Barcinonensibus in Barcinone Civitatis Ecclesia competebat.*
85 *Et Francorum Regi in Ecclesia Pictaviensi.*
86 *Imperatorem insuper personam Ecclesiasticam reputandam, voluerunt multi, ex quo in brachio sacro olio ungitur.*
87 *Idem, quoad Reges, qui similiter hac sacra Vnctione utuntur.*
Imperatores ideo, & Reges, qui hac cæremonia creantur sacri dicuntur per multos, ibid.
88 *Venerandi admodum ex eo.*
90 *Nullum Subdiaconatus ordinem Imperatores, & Reges habere, verius resolvitur, cum num. seqq.*
Exercuerunt tantùm Imperatores, & Reges, officium Subdiaconatus speciali privilegio, ibid.
91 *Hoc maximè fuit admissum in primis Ecclesiæ temporibus, in quibus Subdiaconatus inter sacros ordines non reputabatur.*
92 *Quando Subdiaconatus inter sacros ordines receptus?*
Declarantur, & concordantur jura in cap. quicumque 70. dist. cap. ministri 81. dict. cap. multis, de ætat. & qualit. c. miramur, *de serv. non ordinand. cum aliis vulgaribus, d. n. 91. & 92.*
93 *Recentioribus Ecclesiæ temporibus matrimonium Subdiaconis fuit prohibitum*, ad text. in cap. si quis eorum 32. dist.
94 *Imperatores, aut Reges, ex quo Sacro olio in bra-*

chio ungantur, Ecclesiasticarum personarum aliquam qualitatem habere, est dicendum, & n. 97.

95 *Dicuntur ideo Sacri:* Sacri eorum affatus, *& similia ad eos pertinentia sacra appellantur, ob inviolabilem eorum authoritatem.*

96 *Unguntur etiam, ut ardentius pro defensione Ecclesiæ, & Catholicæ Religionis pugnent.*

97 *Differentia inter Imperatorum, & aliquorum Regum in brachio unctionem: & Episcoporum in capite, & de ratione.*

99 *Reges, non omnes oleo sacro unguntur, & qui hac ceremonia utantur?*

100 *Reges aliquos in nonnullis suarum Ecclesiarum inter Canonicos annumerari, non ut propriè Canonicos, aut personas Ecclesiasticas est intelligendum, sed honoris causa, & quoad temporalitatem laicis semper remanentibus, & n. 102.*

102 *Nostri Marchiones de Astorga eodem Canonicorum privilegio in Ecclesia Legionensi perpetuo gaudent.*

103 *Concluditur, Principibus Supremis, non obstante, quod laici sint, præfatam prærogativam sedendi in Presbyterio deberi Supremæ dignitatis ratione.*

104 *Similiter laici in Chorum Ecclesiarum Cathedralium ingredi, & inter Canonicos sedere prohibentur.*

Plura remissivè de hujus prohibitionis origine, & ratione, ibidem.

105 *Antiquissimè tamen mulieribus fuit permissum in choris simul cum masculis assistere, & cum eis psallere, & de notabili ratione.*

Recentioribus temporibus hoc quoque fuit sublatum, & mulieres in choro assistere, prohibita, ibid.

106 *Prohibitionibus istis non obstantibus, laicos multos ratione dignitatis hodiè chorum ingredi, & inter Canonicos sedere, est permissum, ut sunt Magnates, Titulati, Regii Consiliarii, & ordinum militarium equites, de quorum etiam in sedendo ordine remissivè.*

108 *Agitur de alia præeminentia dominorum inferiorum, ut post Clerum, ante alios thurificentur, cum num. seqq.*

109 *Quo ordine, & quibus ictibus sint thurificandi, & alia de hac prærogativa in Ecclesia Cathedrali, Collegiata, vel Parochiali, cum num. seqq.*

111 *Canonicis, Dignitatibus, & Presbytero celebranti, quibus ictibus thurificatio exhibeatur, ad differentiam dominorum vassallorum.*

112 *Quid in Magistratibus, vel oppidi Gubernatoribus? cum num. seqq.*

113 *Et in Iudicibus ipsorum dominorum.*

114 *De alia prærogativa dominorum vassallorum, ut eis, ante alios, dum divina celebrantur, pax exhibeatur: quomodo, & quando? & nu. 115.*

116 *In hac recipiendæ pacis præeminentia Episcopus omnibus præfertur, quantumvis Magnatibus, Regiis Consiliariis, aliisque excelsis viris.*

117 *Uxoribus quoque dominorum, ante alias, pax exhibenda.*

118 *Gaudent præeminentiis, & dignitatibus maritorum.*

119 *An similiter, si viro præeminentia in sedendo ante alios præscriptione, seu aliter sit quæsita, vel pro ea manutentio competat, uxori quoque sedes cum eadem cæterarum mulierum præcedentia, & manutentio debeatur?*

120 *Quid si mulieres ipsæ has præeminentias possiderent, ad præscriptionem, & manutensionem?*

121 *Quid si maritus ratione dignitatis hanc præeminentiam habeat, quo ad suam uxorem, an cæteris etiam præferenda?*

122 *Inter mulieres, maximè, ante omnia consuetudo servanda, quoad hujusmodi sessiones.*

123 *Multoties, non obstante virorum prærogativa, & dignitate, fœminæ inter se, quoad sessionem, & alia nullum discrimen admittunt.*

124 *Si ipsæ has præeminentias possederint, manutenendæ, & inter eas consuetudo servanda.*

125 *Quid si in oppidis nulla sit consuetudo exhibendi pacem alicui mulieri, an tunc loci domini uxori sit exhibenda?*

De jure an pax, vel thurificatio mulieribus debeatur? ibid. & num. 126.

127 *Referuntur aliæ præeminentiæ dominorum inferiorum, ut primi cum divina celebrantur, ad offerendum, tendant: & Sanctissimum Christi Corpus sumant.*

Primas candelas, & ramos recipiant in festivitatibus maximè Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, & in Dominica Palmarum, ibid.

In omni concursu semper primi habendi sunt domini: ibidem.

128 *An in festivitate Sanctiss. Corporis Christi, & in diebus Iovis, & Veneris Sancti primam hastam baldachini, sive pallii deferre debeant? cum n. seqq.*

131 *Primus locus, quis in processionibus reputetur? & an is sit, primam hastam pallii deferre?*

132 *Stante consuetudine, ut primam hastam pallii Barones, vel oppidi domini deferant, an præeminentiam istam aliis cedere possint, vel eorum substituti ea gaudere debeant?*

133 *Quid in Decurionibus, Nobilibus, & aliis, qui de consuetudine hastas pallii deferunt, quoad eorum substitutos? & num. 135.*

De consuetudine in multis Civitatibus hæc præeminentia Decurionibus, & Nobilibus competit, d. num. 133.

134 *Decentius, quod per dignitates, & Canonicos Ecclesiæ deferantur.*

136 *In præfatis omnibus prærogativis, & præcedentiis loci consuetudo ante omnia attendenda: plura de consuetudine in præcedentiis servanda remissivè: in confraternitatibus, Religionibus, processionibus, ad jus sedendi, pacem, palmam, thurificationem, candelam recipiendi, & similia: dict. num. 136. cum num. seqq.*

139 *In dominis inferioribus, Baronibus, Gubernatoribus, & aliis.*

140 *In mulieribus.*

141 *Quando secus per mulieres nempè consuetudo induci nequeat? distinguitur inter generalem, & specialem consuetudinem.*

142 *Quid in spectantibus ad earum artem?*

143 *De consuetudine in rebus alias illicitis, & contra jus, an & quando illa servari debeat?*

144 *Quid ut minor, vel minus dignus, majori, vel digniori præferatur? aliqua notabiliter de hac consuetudine pro contrariis circa hoc sententiis concordandis: cum num seqq.*

146 *Quid si minor, vel minus dignus non generaliter in omnibus actibus, sed in aliquibus tantum de consuetudine majorem præcedat?*

147 *Et si proprium actum exerceat?*

148 *Quid si consuetudo sit circa ea quæ intrinsecè mala, & illicita sunt, vel tantum contra, vel præter jus?*

Ultra præfata ergo in tẽporalibus obsequialia emolumenta, de quibus in capite præcedenti: sunt & aliæ præeminentiæ, quas in spiritualibus, tanquam jurisdictionis etiam commoda, vel dominii fructus vassallorum Domini in Ecclesiis suarum terrarum prætendere solent; quas in præsenti utiliter ad praxim, nec lectori injucundè tractabo. 1

Primò igitur Domini temporales, quando in ipsorum oppida ingrediuntur, cum Cruce recipi per Clerum processionaliter, aliqui desiderant; sed minus justè, vel magis superbè, quàm decet; quoniam hæc præeminentia, vel Regalia soli Regi ex Principibus sæcularibus 2

com-

Digitized by Google

competit, ut in specie notat Dominic. Tasson. *in pragm.*
de antefat. versic. 3. *observat.* 4. *num.* 215. qui ad id refert
D. Covarruv. *practic. cap.* 6. *numer.* 7. qui tamen de hoc
3 non meminit; † Sed apud nos id specialiter statuitur,
ne domini inferiores hac præeminentia uti, audeat *in l.*
7. *tit.* 1. *lib.* 1. *recopilat.* & notat Bobadill. *in Politic. lib.* 2.
cap. 16. *num.* 213.

4 Item aliam principalissimam præeminentiam frequenter prætendere, solent Barones, Duces, Comites,
alique Domini vassallorum videlicet, jus sedendi in
honorabiliori loco in ecclesiis suorum oppidorum, cum
cæterorum præcedentia, necnon, & cum sellis, baldachino, pulvinaribus sericis, genuflexorio, & simili-
5 bus ornamentis; † quod non minimum emolumentum esset, sed magna quidem utilitas, & inter principales jurisdictionis, vel dominii fructus computari digna, cum æstimationem respiciat, & honorem, qui in
sedendo ante alios principaliter consistit, Bald. *in l. decernimus, in* 2. *notabil. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* &
cum multis Tiraquel. *de jur. primogen. in præfat. numer.*
13. Azeved. *in addit. ad Cur. Pisan. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1.
Chassan. *in Catal. glor. Mund.* 1. *part. consider.* 1. Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 20. quare in hujus articuli resolutione, an hoc emolumentum, sive præeminentia inter jurisdictionis, vel dominii fructus sit connumeranda, dominisque inferioribus competat? paulisper insistam.

6 In hac ergo quæstione, pro opinione negativa facit
primò, quod sedilia, vel scamna in Ecclesiis debent esse
communia, Paul. Fusc. *de visitat. cap.* 27. *n.* 16. & ita fuit
decisum in Rota Pisan. ut refert Marth. *in decis.* 88. & sequitur Ricc. *in collect. decis.* 674. ideo laicos privativè ea
habere non posse, tenuerunt Ioseph Stephan. *in tract. de
adorat. ped. Summ. Pontific. cap.* 11. *ad fin.* Paul. Fusc. *d.
cap.* 27. *num.* 17.

7 Secundò facit, quod jus habendi sedilia, aut bancha
in Ecclesia reputatur spirituale, ut & jus sepulchrorum;
quare istarum rerum, sive præeminentiarum jus per laicos haberi non posse, resolvunt in specie Hostiens. *in c.
abolendæ, penult. de sepultur.* ubi etiam Ioan. Andr. Ancaran. Panormitan. & alii Antiquiores, idem Abbas *in
cap. quanto* 3. *num.* 11. *colum. ultim. ad med. vers. Advertæ, quia dictum, de judic.* Petr. de Vbald. *de Canon. Episcop. & Paroch. cap.* 12. *in fin. num.* 5. & 6. *tom.* 15. *part.* 2.
in tract. DD. Roch. *de jur. patron. in verb. In Ecclesia,
n.* 13. Gratian. *discept. forens. c.* 210. *n.* 48. Horat. Giovagnon. in celebri ad rem *cons.* 8. *lib.* 2. *n.* 3.

8 Tertiò hæc negativa sententia magis roborabitur, si
vassallorum domini nullam Episcopi licentiam sedendi,
cum aliorum præcedentia, habuerint, cum eo invito,
hoc jus habendi scamna privata, bancha, vel sedilia, &
similia jura, aut loca pro sepulchris, vel armis collocandis per laicos haberi non possint, ut benè docent Hostiens. Abbas, Ioann. Andr. & alii Canonistæ *in dict. cap.
abolendæ, de sepultur.* Roc. de Curt. *de jur. patron. verb.
In Ecclesia, num.* 16. Giovagnon. *dict. cons.* 8. *num.* 19.
9 Gratian. *dict. contr.* 210. *num.* 2. † vel saltim; quod ad
minus Episcopi, vel Rectoris tolerantia ex gratia requiratur, ut istorum jurium possessio conservetur, Gratian. *dict. contr.* 210. *num.* 51. de quo plenius proximè
dicam.

10 Quartò hæc negativa sententia firmior reddi videtur,
si nec vassallorum domini, quantumvis illustres, &
excelsi sint, aliquod jus patronatus in suorum oppidorum Ecclesiis habeant, ut tali prærogativa sedendi in
eminentiori loco uti possint, quæ regulariter nulli alii,
quàm jus patronatus habentibus competit, ut in simili
casu arguit Sanfelic. *decis.* 331. *num.* 10. nam hæc præeminentia primò, & principaliter jus patronatus possidentibus conceditur, ut ad text. *in cap. piæ mentis, & cap.
Fulgentius* 16. *quæst.* 7. notant Abb. *in rubr. de jure patron. num.* 4. & *in cap. nobis, numer.* 5. Roch. de Curt.
de jur. patron. vers. Honorificum, in princip. cap. 63. Ca-

valler. *dec.* 321. & cum aliis Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 3.
cap. 12. *ex num.* 214.

Sed his non obstantibus, contraria affirmativa opinio 11
verior mihi videtur, imò Baronibus, vel dominis inferioribus in ipsorum terrarum Ecclesiis competere præeminentiam habendi sedilia postergalia cum pulvinaribus, & genuflexorio; necnon, & cum aliorum præcedentia.

Quæ sententia eo præcipuè nititur fundamento, & 12
ratione, quod Barones, vel Domini inferiores primas
vices, & locum in sedendo, & similibus propter utilem dominium, & jurisdictionem in suis locis habere
debent, cæterisque in signum superioritatis preferri, ut
benè notat Sanfelic. *decis.* 331. *numer.* 5. ex Augustin. Barbos. *in collect. ad Bull. Pontif. verb. Baro. pag.
mihi* 65.

Secundò hæc sententia, & resolutio comprobari, po- 13
test ex eo, quod vassallorum Domini in suis terris Rectores, aut Gubernatores sunt, Capyc. Latr. *decis.* 181.
num. 3. & apud nos Correctores perpetui, ut ex Avend.
Montalv. Azeved. & aliis Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 16.
num. 19. † Et apud Italos officiales Regii, & perpetui 14
Magistratus dicuntur, Marin. Frecc. *de subfeud. tit. de
Author. Baron. cap.* 10. Vincent. de Franch. *decis.* 211.
num. 7. & *decis.* 274. *num.* 3. Petr. Gregor. *de concess. feud.
part.* 1. *quæst.* 10. *num.* 14. Capiblanc. *in rubr. de Baron.
num.* 56. & *tom.* 1. *super pragmat.* 5. *num.* 81. † Et Iudi- 15
ces ordinarii suorum vassallorum, ut ux Isernia, Afflict. & aliis notant Frec. *dict. tract. de subfeud. author.*
9. Franch. & Capiblanc. in loc. citat. Ponte *de potestat.
Proreg. tit. de divers. provis.* §. 1. *num.* 1. † Et æqui- 16
parantur Præsidi Provinciarum, Rebuff. *in l.* 2. *Cod. de
primicer. col.* 2. *lib.* 12. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.*
15. *num.* 4. † Imò, & ipsi Regi, secundum vulgare 17
dictum Bald. *in l. receptitia, Cod. de constit. pecun.* &
Iason. *in l. stipulationum, ff. de verbor. obligat. num.* 10.
in quibus, quod Comes, in suo Comitatu Regi assimiletur, Suar. *alleg.* 6. *pag. penult. in princip.* Avedan. *de exequend. part.* 1. *cap.* 5. *nu.* 5. *vers. Item quanquam.* † Nun- 18
cupanturque Vicarii Regii, Avendan. *ubi proximè*, &
ex Montalvo, Didac. Perez, & ex aliis Bobadill. *in Politic. lib.* 2. *dict. cap.* 16. *num.* 19.

Regisque locum obtinent, ut ex nostra *l.* 12. *tit.* 1. *par.* 19
2. traduni ad plura Avendan. *de exequend.* 1. *part. dict.
cap.* 5. *numer.* 5. *vers. Item dictum, & cap.* 12. *num.* 24.
vers. Item dictum, Suarez *dict. allegat.* 6. *pag. penult. in
fin.* Azeved. *in rubr. tit.* 7. *lib.* 3. *recop. & in rubr. tit.* 25.
lib. 4. *num.* 5. † Ex quibus non mirum, si nostris vassal- 20
lorum dominis prima Sedes in Ecclesiis suarum terrarum
cum postergali, & genuflexorio in signum superioritatis, ad aliorum differentiam debeatur; quia & ipsi Principi, cujus locum obtinent, si ibi assisteret, deberetur,
Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 13. *ex num.* 27. † Et 21
Correctoribus, aliisque Regiis Magistratibus similiter
hæc præeminentia esset præstanda, ut notat Capyc.
Latr. *dict. decis.* 181. *num.* 2. unde generaliter in sedibus, & aliis honoribus, quod nostri Correctores, aliique Iudices Ordinarii locorum, vulgò *Alcaldes Ordinarios* præcedere omnes debeant; † Et etiam alios 22
Iudices commissiorus, Regumque perquisitores, vel
alios Delegatos, dummodo Regiæ Curiæ Prætores
non sint, vel de Regalibus Consiliis, Bobadill. *in
Politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 59. & melius eodem *lib.* 2.
cap. 21. *numer.* 61. † Ubi dictum circa præcedentiam 23
aliorum Perquisitorum, & Delegatorum Principis intelligit, ut non procedat in Villis, sive oppidis parvis, quæ vel eorum Iudices tanti honoris digni non
habentur, Cæphal. *consil.* 615. *num.* 17. *lib.* 5. † Sed 24
hoc intelligerem, cum delegati personæ graves fuerint, licèt in hoc non multum culparem Iudices Ordinarios locorum, & si parvi sint: ad primum autem,
& ad superiorem regulam generalem, loquendo in Delegatis, quod eus Magistratus Ordinarii in sedendo,

& alis honoribus præcedant juxta doctrinam Bobadill.
post eum docet quoque Capyc. *decis.* 181. *n.* 6.

25 Et in terminis nostræ quæstionis pro Baronibus, vel
alíis dominis inferioribus, quod in Ecclesiis suarum ter-
rarum sedilia, postergalia cum pulvinaribus, genuflexo-
rio, aliisque ornamentis in præeminentiori loco habere
debent, resolvunt, licet non ita, nec his rationibus
pro utraque parte adductis, disputent, Augustin. Bar-
bos. *in summ. Apostol. decis. verb. Domini temporales*,
collect. 262. *& in tract. de Canonic. cap.* 34. *numer.* 52. in
quibus locis, ita declaratum, & decisum refert per Sa-
cram Congregationem Rituum *in Bovinen.* 2. *Martii*
1630. *& in Trivicana* 12. *Februarii* 1653. *& alia Bo-*
vinen. 5. *Martii* 1635. & sequuntur, licet Barbosa non
relato, Matth. *de jurisdiction. part.* 2. *cap.* 53. *numer.* 16.
Giurb. *de feud.* §. 2. *gloss.* 13. *num.* 54. Capyc. Latr. *dict.*
decis. 181. *ex num.* 2. Sanfelic. *decis.* 331. *num.* 5. ubi re-
fert Barbosam super *Bull. Pontif. in verbo Baro*, & no-
vissimè Iul. Capon. latè *tom.* 5. *discept. forens. discept.* 329.
ex num. 12. *cum mult. seqq.*

26 Quæ principalis in favorem Dominorum resolutio ele-
ganter etiam probatur ex Cæremoniali Romano à San-
ctiss. Clemente VIII. renovato *lib.* 1. *cap.* 15. ubi hujus-
modi sedes nobilibus, atque illustribus viris laicis, Ma-
gistratibus, & Principibus conceduntur, dummodo ex-
tra Chorum, vel Presbyterium collocentur, illic: *Se-*
des autem pro nobilibus, atque illustribus viris laicis, Ma-
gistratibus, atque Principibus quantumlibet magnis, &
excelsis, plus minusve, pro cujusque dignitate, & gradu
ornatas, decet extra Chorum, & Presbyterium colloca-
ri, juxta Sacrorum Canonum præscriptum, laudabilis-
que antiquæ disciplina documenta, jam inde ab exordiis
Christianæ Religionis introducta, ac longo tempore ob-
servata, & idem constat *ex Concil. Turonens.* 2.
cap. 4.

27 Qua nostra resolutione firmissima stante, non obstant
fundamenta pro contraria sententia per nos objecta:
28 † Ad primum ergo dicendum est, verissimum esse,
scamna, vel sedilia in Ecclesia regulariter communia es-
se debere; sed hoc tamen aliquando limitari, prout
personarum major, aut dignior qualitas expostulet, ut
accidit in Ecclesiarum patronis; quare non mirum, si
oppidorum dominis, qui inter vassallos primas vices ha-
bent, in signum jurisdictionis, & superioritatis, quia
cæteros eminent, & gubernant, prima quoque sedes in
eminentiori loco concedatur.

29 Nec obstat secundum fundamentum, quo dicebamus,
jus habendi sedilia, vel scamna privata in Ecclesia,
tanquam in re spirituali per laicos haberi non posse;
quia hoc intelligi debet, quoad jus, vel dominium ista-
rum rerum; secus verò, quoad usum, cujus laicos ca-
paces esse, certissimum est, ut optimè docent, contra-
riam sententiam, sub hac distinctione intelligentes Ho-
stiens. *in dict. cap. abolenda, num.* 20. *&* 161. & ibidem
Abbas *num.* 5. & Ananias *in princ. num.* 4. Rocch. de Curt.
de jure patron. in verb. in Ecclesia, num. 18. Dom. Molin.
lib. 1. *de primog. cap.* 24. *num.* 54. *juncto num.* 36. Gratian.
disceptation. forens. cap. 20. *numer.* 47. *&* 48. eleganter
Horat. Giovagnon. *cons.* 8. *numer.* 23. *lib.* 2. Capyc. Latr.
decis. 181. *num.* 9. *&* 10. Ciarlin. *controv.* 119. *numer.* 8.
30 † quare hæc jura sedilia privata, vel sepulchra in Eccle-
sia habendi in eminentiori loco per Episcopum laicis
concedi posse, communiter resolvunt Hostiens. Abbas,
& cæteri Canonistæ *in dict. cap. abolende, de sepultur.*
Roch. de Curt. *ubi proximè, num.* 16. Lambertin. *de jure*
Patron. lib. 1. *part.* 1. *quæst.* 11. *princip. artic.* 15. *numer.* 2.
benè Giovagnon. *dict. cons.* 8. *numer.* 9. Gratian. *dict. di-*
31 *scept.* 210. *ex numer.* 46. *&* 51. † Imò ex sola tollerantia
Episcopi, vel Rectoris, & tacito consensu ex ea indu-
cto, quoad usum acquiri poterunt, Corduba *in leg. si*
quis à liberis, numer. 32. *ff. de liber. agnoscend.* Chri-
stoph. Proc. *in* §. *Apum, Instit. de rer. divis.* Giovagnon.
& Gratian. *ubi proximè*, Capyc. Latr. *dict. decis.* 181.
num. 10. Ciarlin. *dict. contr.* 210. *numer.* 19. † Nam si- 32
cut laicis competit ex gratia jus Patronatus, *cap.* 1. *&* 2.
cap. quoniam, de jure Patron. & notant DD. *in cap. quan-*
to, de judic. † Ita etiam ex gratia, vel alio jure quæri, 33
potest per eos, quoad usum saltum, jus retinendi scamna,
vel sedilia in Ecclesia, ut benè arguunt Abbas *in dict.*
cap. abolende, num. 5. *vers. Quidquid, col.* 2. *de sepultur.*
Gratian. *discept.* 110. *n.* 19. *& discept.* 210. *num.* 46. *&* 47.
Giovagnon. *d. cons.* 8. *n.* 8.

Quia licèt hoc jus non sit propriè jus Patronatus, ad 54
similitudinem tamen ejus habetur, & largo modo jus
Patronatus appellatur, Hostiens. *in dict. cap. abolende,*
numer. 20. & ibidem Ioann. Andr. *numer.* 2. & Abbas
dict. vers. Quidquid, & vers. Et idem, Roch. de Curt.
de jure Patron. verb. In Ecclesia, num. 15. *vers. Tamen,*
& num. 16. Lambertin. *eodem tract. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.*
11. *princip. artic.* 15. *num.* 1. Dom. Molin. *de primogen.*
lib. 1. *dict. cap.* 24. *numer.* 54. Vivian. *de jure patron. lib.* 5.
cap. 2. *num.* 55.

Quæ ita procedunt, ut hujusmodi sedilium, vel etiam 35
sepulchrorum acquisitione stante, possint laici dicere,
hic locus est meus quantum ad usum, Ioann. de Anna
in dict. cap. penult. num. 4. *de sepultur.* Giovagnon. *dict.*
consil. 8. *num.* 9. Ciarlin. *dict. controvers.* 210. *num.* 25.
† Et licèt abusivè, & impropriè, Domini dicuntur, 56
D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *dict. cap.* 24. *nu.* 36. † Ideo 37
sedes istas, & sepulchra ab illis, ut propria vindicari
posse, notat Gratian. *dict. discept.* 210. *num.* 51. † Et 38
pro conservanda quasi possessione competit manutentio,
ut benè in specie, Guilielm. Benedict. *in cap. Raynu-*
tius, de testament. verb. Duas habens filias, numer. 21.
versic. Imo, & si essent, & versic. Et ad hoc, Purpurat.
cons. 540. *num.* 19. Corduba *in l. si quis à liberis, in prin-*
cip. num. 25. 30. *&* 31. optima Rotæ *decis.* 222. *par.* 1. *in*
novissim. Sanfelic. *dict. decis.* 331. *numer.* 18. *&* 19. *&*
num. fin. ita decisum refert in favorem Præfecti arcis
Civitatis Barensis prætendentis, in eminentiori lo-
co in Ecclesia sedere cum pulvinaribus, & subsel-
lis, nobilibus Civitatis id reluctantibus, in quo et-
iam casu scripsit pro Castellano, Capyc. Latr. *dict. decis.*
181. † Et ad alios casus pro manutentione istius, & si- 59
milium jurium videndus, Ciarlin. *dict. controv.* 119. *nu.*
9. † Qui plenissimè per totam controversiam defendit 40
quasi possessionem juris sedendi cujusdam mulieris in
stallo, quod in Ecclesia habebat, *& in controv.* 210. *nu.*
17. Posth. *de manutent. observat.* 18. *numer.* 24. *&* 25.
† Vbi quod unicus actus sufficiat pro quærenda quasi 41
possessione juris sedendi, Marzat. *cons. ultim. lib.* 1. &
cum aliis Gratian. *dict. disceptat.* 210. *ex num.* 41. Franc.
Marc. *decis.* 275. *part.* 2.

Vbi quod pro istis sedibus, & arca, quam quis pro 42
certo usu in Ecclesia habebat, competat remedium re-
cuperandæ; quem sequuntur, Menoch. *de recuper. pos-*
sess. remed. 15. *quæst.* 7. *num.* 45. Gratian. *dict. disceptat.*
210. *num.* 59. *cum seqq.* † Ubi & in quasi possessione of- 43
ferendi ante alios primitias, & recipiendi pacem: † Be- 44
nè in sedilibus Giovagnon. *dict. cons.* 8. *numer.* 22. *&* 23.
qui eleganter loquitur contra curatum, qui amoverat
stallum à loco suo, quod fieri nequit, nam si esset amo-
bile ad nutum Rectoris, & sic merè facultativum, nun-
quam competeret manutentio, prout de jure competit,
Ciarlin. *dict. contr.* 210. *nu.* 17.

Quinimò, & existens in quasi possessione sedendi in 45
sublimiori loco, vel aliter standi cum aliorum præce-
dentia, poterit etiam manu armata resistere ei, qui vult
illum amovere, Bald. *in l. observare*, §. *Antequam, in*
fin. ff. de acquirend. possess. Guillielm. Benedict. *in cap.*
Raynutius, de testament. verb. Duas habens filias, num.
21. Lara *de Capellan. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 25. Giovagnon.
consil. 8. *num.* 14. Menoch. *consil.* 257. *numer.* 55. *lib.* 5.
& consil. 902. *numer.* 77. *libr.* 10. Ciarlin. *dict. controv.*
210. *num.* 10. † Nec si ad arma provocatus illum oc- 46
ciderit, tenebitur, quia id fecit defendendi hono-
ris,

Digitized by Google

ris, & æstimationis causa, quæ vitæ æquiparatur, Gloss.
in §. Suspectus, Instit. de suspect. tutor. & in specie Re-
buff. *in l. unic. num.* 354. *gloss.* 1. *Cod. de sentent. quæ pro*
eo, quod interest, Cordub. *in l. si quis à liberis, in prin.*
num. 33. *&* 34. *ff. de liber. agnoscen.* Gratian. *discept.* 110.
num. 20. *&* 21. & cum aliis Capyc. Latr. *decis.* 181. *ex*
num. 13. Azeved. *cons.* 29. *num.* 29. *&* 30. ubi de facto
consuluisse, ait pro nobili, qui alium occidit, eo quòd
ei loco non cessit, benè Aloys. Ricc. *in prax. for. Eccles.*
resolut. 313. *num.* 2. ubi, quòd pœna ordinaria non pu-
niatur; & aliis pluribus congestis, eleganter resolvit
Hermos. *in proœm. part.* 5. *num.* 114.

47 Ex quibus concluditur pro responsione ad secundum
contrariæ sententiæ fundamentum juris habendi sedilia,
vel scamna privata in Ecclesia, laicos licet non quoad
dominium, vel aliquod jus directum, quoad usum ta-
men, capaces esse, ita ut hujusmodi usus, sive jus uti-
le legitimis causis, vel titulis eis acquiri, valeat: idque
vindicare, aut defendere, in eoque manuteneri, pos-
sint.

48 Ad tertium autem, & quartum fundamentum, qui-
bus dicebamus, non nisi de licentia Episcopi nostrum
jus habendi scamna privata, vel sellas in honorabiliori
loco, & similia jura in Ecclesia acquiri posse, maximè,
si hæc jura prætendens ipsius Ecclesiæ patronus non sit:
respondendum est, hoc limitari debere, nisi ex alia ra-
tione, vel causa legitima hæc jura absque Episcopi li-
centia, & absque eo, quòd jus patronatus quis habeat,
alicui competant, prout accidit in nostris dominis vas-
sallorum, quibus ratione superioritatis, & jurisdictio-
nis, aut gubernii, quòd in suis terris exercent, hanc
præeminentiam deberi, justissimum, & æquissimum
est, ut determinavit Sacra Congregatio Rituum, apud
Barbos. & comprobant DD. supra citati.

49 Unum tamen notabiliter adverte, quòd hoc jus Ba-
ronum, vel dominorum inferiorum habendi sedilia pri-
vata in Ecclesia in eminentiori loco cum aliorum præce-
dentia, intelligi debet, dummodo extra Presbyterium
hujusmodi sedes collocent: secus verò si intra: & ita li-
cèt per transitum, intelligit ex pluribus Sacræ Congre-
gationis Rituum decisionibus August. Barbos. *in summ.*
50 *Apostol. decis. collect.* 261. † Nam in tali loco nullis,
quantumvis nobilibus, atque illustribus viris laicis, si-
ve magnis, atque excelsis Principibus, nec Magistrati-
bus Regiis suas sedes collocare, permittitur, nam to-
tus ille locus ita sacris peragendis, & Ministris Altaris
est dicatus, ut divinorum officiorum tempore nullate-
nus laicis in eo sedere, vel stare liceat, ut constat *in*
cap. 1. *de vit. & honest. Cleric. cap. Sacerdotum* 30. *cap.*
51 *pervenit, de consecrat. distinct.* 2. † Quæ prohibitio à
primis Ecclesiæ fundamentis originem trahit, ut con-
stat ex authoritate Divi Clementis *lib.* 1. *Constit. Apostol.*
cap. 61. *alias* 57. Divi Anacleti *Epistol.* 1. *Decret. colum.*
52 1. *tom.* 1. *Concil. pag.* 156. † Exprimiturque satis ele-
ganter in Cæremoniali Roman. per Sanctissimum Cle-
mentem VIII. renovato *lib.* 1. *cap.* 13. ubi mirabiliter ad
nostram quæstionem ita loquitur: *Sedes autem pro nobi-*
libus, atque illustribus viris laicis, Magistratibus, atque
Principibus quantumlibet magnis, & excelsis, plus mi-
nusve, pro cujusque dignitate, & gradu ornatas, decet
extra Chorum, & Presbyterium collocari, juxta Sacro-
rum Canonum præscriptum, laudabilisque antiquæ disci-
plinæ documenta jam inde ab exordiis Christianæ Religio-
53 *nis introducta, ac longo tempore observata.* † Et proba-
tur etiam ex Concil. Turonensi 2. *cap.* 4. & ex Concilio
Laodicensi *cap.* 19. ibi: *Solis autem ministerio Sacro de-*
ditis liceat in Altare ingredi, & in eo communicare; &
Agathens. *cap.* 16. ibi: *Non oportet in Sacratos Ministros*
in Sacrarium (quod Græci Diaconium appellant) ingre-
di, & *in primo Concil. Bracharens.* & *in Concilio Mar-*
tini Papæ, de quo meminit Guillielm. Duran. proximè
referendus, ex quo D. Ambrosius Theodosium Impe-
ratorem talem locum ingredi, vetuit, de quo mi-
rabili casu proximè dicam *infr. ex numer.* 66.

Quapropter hic locus, qui prope Altare majus versus 54
Ecclesiam vergit, *Presbyterium*, seu *Diaconium* appel-
latur, vel Sacrarium, aut Sancta Sanctorum, quia ibi
per Presbyteros, Diaconis, & Subdiaconis, eis mini-
strantib. sacra peraguntur, Gloss. *in dict. cap.* 1. *in verb.*
Sed pars illa, vers. Et appellatur Sacrarium, de vit. &
honest. Cleric. Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 13. *nu.* 5.
Daniel. de Nobilib. *disput.* 60. *num.* 25. † Et nobilior pars 55
Ecclesiæ reputatur, Coccin. *decis.* 142. *num.* 1. † Undè 56
non sacratis hominibus ibidem assistere, sacrataque va-
sa attingere, fuit prohibitum *tot. tit. de consecrat. distinct.*
1. *gloss. in dict. capit.* 1. *vers. Si pars illa.* † Cui quidem 57
loco tanta fuit adhibita reverentia, ut nec patrono laico
in eo assistere, vel sedere permitteretur, ut per Rotæ
decisionem, quam refert, tenet Lother. *dict. quæst.* 13.
num. 23. *& lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 5. *&* 6. eruditus vir D.
Michael Anton. Frances de Urrutygoit. in suo plenissimo
& docto tractat. *de Eccles. Cathedral. cap.* 5. *num.* 46. † 58
Qui in *num.* 43. hanc contra laicos prohibitionem rectè
intelligit, nisi causa offerendi, vel sumendi Sanctissimum
Eucharistiæ Sacramentum illuc accedant, juxta *dict. cap.*
1. *de vit. & honest. Clericor. cap. Sacerdotum* 30. *de con-*
secrat. distinct. 2. & juxta Lother. *ubi proximè*, & alios
relatos per Daniel de Nobilib. *dict. disput.* 60. *num.* 37.

Ad alia autem de hac prohibitione, ne laici, quan- 59
tumvis nobiles, & illustres, atque excelsi viri in Pres-
byterio stare, vel sedere, valeant eo tempore, quo di-
vina officia celebrantur, plenè ad plura tractant, ultra
Barbos. & alios Canonistas *in dict. cap.* 1. *de vit. & honest.*
Clericor. & in cap. Sacerdotum 30. *de consecrat. distinct.*
2. Cened. *collect.* 45. *ad decret.* Dionys. Areop. *de Eccles.*
Hierarch. c. 3. Guillielm. Durand. *de mod. general. Con-*
cil. celebr. rubr. 55. *ex nu.* 1. in tractat. DD. *vol.* 13. *p.* 1.
fol. 168. *col.* 1. † Ubi, quòd multò minus mulieribus 60
id liceat, per text. *in cap.* 1. *§. Prohibendum, de cohabit.*
Cleric. & mulier. Lother. *de re benef. dict. quæst.* 13. *n.* 22.
† Quantumvis Ecclesiæ patronæ sint, idem Lother. *lib.* 61
2. *quæst.* 4. *num.* 6. † Et etiam si sacratæ, sive Moniales 62
fuerint: † Et quòd nec incensum circa Altare præbere, 63
eis permittatur, Pavin. *de visitat. part.* 2. *quæst.* 8. *n.* 36.
& 37. *in tractat. DD. vol.* 14. *fol.* 206. *col.* 4. & ad idem
Guillielm. Durand. *ubi proximè, nu.* 3. juxta text. *in cap.*
Sacratas 23. *distinct.* † Ad multaque alia plures conge- 64
rentes, Lother. *ubi proximè, ex n.* 19. Henriq. *in summ.*
lib. 9. *cap.* 25. *§.* 9. *litt. O.* Daniel. de Nobilib. *dict. disput.*
60. *ex num.* 35. doctè Urrutygoit. *dict. cap.* 5. *ex nu.* 42.
& latè tractat eruditissim. DD. Emmanuel Gonzalez Tel-
lez dignissimus olim Regii Consilii Senator, jam cum
hæc scribuntur, vita functus, *in suis doctis comment. ad*
Decretal. in dict. cap. 1. *de vit. & honest. Clericor. ex nu-*
mer. 11.

Quæ prohibitio assistendi, vel sedendi in Presbyterio 65
ita contra laicos, licet nobiles, vassallorumque domi-
nos, aliasque personas illustres procedit, ut etiam dubi-
tent DD. an in Imperatoribus, Regibus, aliisque Prin-
cipibus supremis procedere, debeat; ut nec ratione su-
premæ jurisdictionis hanc præeminentiam, sive honori-
ficum fructum, aut Regaliam sedendi, seu ingrediendi
in Presbyterio habeant? † Et quòd in primitivæ Eccle- 66
siæ temporibus non liceret Imperatoribus in Sacrarium,
vel Presbyterium ingredi, adstruitur ex mirabili illo casu
D. Ambrosii cum Magno Imperatore Theodosio, quem
D. Ambrosius in sacrarium inter Sacros Ministros ingre-
dientem repulit, inde exire jubens, & cum reliquis lai-
cis consistere, ex quo, ut dixit D. Ambrosius, Regia
Purpura Imperatores, non Sacerdotes faceret; cui jussus
magno, & Christiano zelo, magna, & Catholica obe-
dientia Principis Christiani dignissima fidelissimus, ac
Christianissimus Imperator obtemperans confestim exi-
vit, ut tradit Theodoret. *lib.* 5. *histor. cap.* 17. cujus ver-
ba referre libuit, ut magni illius Doctoris, & Ecclesiæ
Pastoris laudetur summa integritas, & zelus: & Chri-
stia-

ſtianiſſimi Imperatoris obedientia commendetur, ait igitur Theodoretus: *Vbi autem tempus poſtulavit, ut dona ſacra menſa offerret, ſurgit, atque non minorem lacrymarum vim, quàm antea effundens in Sanctuarium ingreſſus eſt: cum verò uti ſolebat, obtuliſſet, intus propè cancellos manſit, & rurſus magnus ille Ambroſius non conticuit quidem, ſed locorum differentiam eum docuit; ac primum ſciſcitatur ei, quare ibi ageret? Et cum reſpondiſſet Imperator, ſe expectare divinorum myſteriorum participationem: ſignificat illi per primarium Diaconum, qui ei miniſtrabat, ad loca interiora ſolis Sacerdotibus aditum patere, eademque aliis omnibus inacceſſa: jubet igitur, ut exeat, & cum reliquis laicis conſiſtat: nam Purpura (inquit) Imperatores facit, non Sacerdotes: quam ad monitionem excipit lubens fideliſſimus Imperator. Reſpondetque, ſe non animi confidentia ductum manſiſſe inter cancellos, ſed hanc conſuetudinem Conſtantinopoli didiciſſe; quare habuit etiam pro hac medicina gratiam.*

67 Poſt quæ, cum Imperator Conſtantinopolim adiret, & in Templo munus offerret, egrediens e loco Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus (vir bonus, ſed illiteratus omnino, & aliis defectibus notatus, ut advertit Baron. *tom. 4. anno Chriſti* 381. *pag.* 445. *&* 447.) rogavit Imperatorem, ut inde non diſcederet, cui Catholicus Imperator id renuens mirabiliter ad exemplum aliorum Chriſtianorum Principum, ne in rebus Eccleſiaſticis ſe immiſceant, reſpondit, quæ idem Theodoretus refert *in loco citato*, ibi: *Imperator autem pietatis præcepta, quæ ab illuſtri illo Epiſcopo didicerat, etiam cum revertiſſet Conſtantinopolim, obſervavit: nam cum Divino quodam feſto ad Templum veniret, ſtatim, ut dona ſacra menſa obtulerat, exivit: atque cum Nectarius, qui id temporis illius Eccleſiæ Antiſtes fuit, rogaret, cur non maneret intus? gemens (inquit) ægrè tandem didici quid inter Imperatorem interſit, & Epiſcopum; ægrè tandem reperi veritatis Magiſtrum; niſi ſolum Ambroſium, non novi Epiſcopum dignum eo nomine:* idem referunt Nicephor. *l.* 12. *hiſtor. c.* 41. Baron. *to.* 1. *anno* 390. *pag.* 260. Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. *hiſtor. tripart. lib.* 9. & noviſſimè Daniel. de Nobilib. *in diſputat. ſelect. diſput.* 60. *num.* 12. *&* 48. Bellarmin. *de effic. princip. Chriſtian. lib.* 3. ubi de Theodoſ. *fol.* 263. qui de hoc mirabili exemplo meritò ſtupeſcit, & eleganter exclamat: *Quid ma-*
jus, zelus Ambroſii, an obedientia Imperatoris? utrum-
68 *que admiramur, & laudamus.* † Quo exemplo ita con-
tra Imperatores, & Reges ne ſua ſedes, vel ſolia Regia intra Presbyterium collocare, valeant, reſolvunt plures ex præcitatis Doctorib.

69 Sed quidquid primitivæ Eccleſiæ temporis ſervaretur, poſtea tamen ob ſupremam, Regiamque dignitatem id eis fuit permiſſum, & conſuetudine in pluribus Regnis inductum, ex eo, quòd conſtitutio pœnalis perſonas tam inſignes non comprehendat, Diana *reſolut. mo-*
70 *ral. part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 67. *verſ. Ad argumentum.* †
Ideò in ſimili prohibitione, ne laici Monaſteria monialium ingrediantur juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de regular. cap.* 3. Reges non comprehendunt: nec Reginas, quoad Monaſteria virorum, Suarez *tom.* 4. *de Religion. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 5. Sanchez *in ſumm. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 3. *& cap.* 77. *n.* 3.

71 Et in noſtra ſpecie pro hac Principum prærogativa in Presbyterio ſedendi, reſolvunt Rota apud Coccin. *deciſ.* 142. *num.* 3. ubi id ſervari, teſtatur in Cathedrali Montis regalis, Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 13. *ex nu.* 28. & alios congerens Daniel de Nobilib. *in diſput. ſelect. diſ-*
72 *putat.* 60. *ex num.* 33. † Ubi, & in aliis Principibus ſu-
periorem non recognoſcentibus, & in Republica Lucenſi, necnon in Principum ſuperiorum, Gubernatoribus ſupremis, ut Mediolanenſi Gubernatore, in quibus om-
73 nibus optimè Daniel *ubi proximè.* † Et in *numer.* 61. be-
nè animadvertit, ſedam Epiſcopi ad latus Euangelii, duobus gradibus eminentiorem, horum verò Principum ſuperiorum, & Gubernatorum ad latus Epiſtolę collocari debere.

De qua etiam antiquiſſima permiſſione, quoad Prin- 74
cipis ingreſſum in Sacrarium, vel Presbyterium, conſtat *in VI. Sinodo generali, can.* 68. *aliàs* 69. *in Trullo*, ibi: *Nulli hominum liceat, qui quidem ſit in laicorum numero, intra Sacrum altare ingredi: ab eo tamen nequaquam prohibitâ poteſtate, & authoritate Imperatoris, quandoquidem voluerit creatori dona offerre ex antiquiſſima traditione.* Quæ omnia, ut dictum remanet, proveniunt quidem ſupremæ dignitatis ratione, & ad ſimilia notabimus quoque *infrà ex num.* 103.

Et de ſimili permiſſione, ut videlicet, laici viri Illu- 75
ſtres, & Titulati, vel Catholicæ Majeſtatis Conſiliarii, aut ex Ordinibus Militaribus, non obſtante, quòd laici ſint, ob eorum dignitatem, & nobilitatem, inter Canonicos admitti poſſint in Choro in primis ſedibus poſt Epiſcopum juxta eorum qualitates, dicam *infrà ex numer.* 104.

Nec omittenda eſt ratio (non quidem ut admittatur, 76
ſed ut rejiciatur potius) quam aliqui tradunt, ut prædicta prærogativa Regibus competat, videlicet, quia vulgò creditur, Imperatoriæ, vel Regiæ dignitati Subdiaconatus ordinem eſſe annexum per text. *in cap. Valentinianus, in fin.* 63. *diſtinct.* ubi Imperator loquens cum Div. Ambroſio ait: *Noli timere, quia Deus, qui te elegit ſemper te adjuvabit; & ego adjutor, & defenſor tuus, ut*
meum ordinem decet. † Et quòd Imperatores, Reges, 77
& alii Principes ſuperiorem non recognoſcentes Subdiaconatus officium, celebrante Papa, vel Epiſcopo, pluries exercuerint, teſtantur Gloſſ. *in dict. cap. Valentinianus*, Caſſan. *in Catalog. glor. mund.* 5. *part. conſiderat.* 24. *num.* 103. Martin. Laudenſ. *de princip. quæſt.* 83. Sigon. *l.* 7. *de Reg. Ital.* qui tradit, Imperatorem in Italiam proficiſcentem Archiepiſcopo Mediolanenſi Vice Subdiaconi miniſtrare, & conſtat *in l. Sacrar. Cæremoniar.* quem edidit Marcell. Corcyr. *ſect.* 3. *c.* 3. & ex Franciſc. Hallier. *tract. de ſacr. elect. tit. de ſacr. unction. art.* 5. §. 4. *num.* 19.

Qui etiam teſtantur Imperatorem de novo conſecra- 78
tum Pontifici celebranti loco Subdiaconi Calicem, &
Patenam cum Hoſtiis offerre: † Imò, quòd Imperator 79
veſte Subdiaconi indutus eidem Romano Pontifici ſacra miniſtranti inſerviat, & in Matutinis Nativitatis Domini cantet ſeptimam lectionem ſub Euangelio: *Exiit edictum à Cæſare Auguſto*, tradunt Caſtaldus *lib. de Imperat.*
quæſt. 29. *num.* 4. Franc. Hallier. *ubi proximè, num.* 29. † 80
Ex quibus, non ut merè perſonas laicas, ſed ut Eccleſiaſticas, Imperatores, vel Reges ad prædictam ſedendi in Presbyterio prærogativam reputandos, volunt DD. præcitati.

Quæ comprobantur etiam ex eo, quòd Imperator in 81
Roma coronandus à Canonicis Sancti Petri de Urbe, tamquam unus ex eis recipitur: & ſimiliter conſecratus admittitur, ut Canonicus Sancti Joannis Lateranenſis, ut traditur *in dict. lib. Sacrar. Cæremon.* edito per Marcell. Corcyr. *dict. ſect.* 5. *cap.* 3. & refert quoque Pater Roman. *in Republica Chriſtiana, l.* 2. *cap.* 11. *fol. mihi* 144.
† Quòd etiam apud nos vidimus in noſtro Hiſpaniarum 82
Rege, qui inter Canonicos Toletanos, & Burgenſes annumeratur, ut teſtatur D. Solorzan. *in polit. Indian. l.* 4.
cap. 2. *fol.* 509. † Et inter Legionenſes, Valdes *de dignit.* 83
Reg. cap. 14. *ex num.* 14. D. Solorzan. *ubi proximè*, Auguſt. Barboſ. *in collect. ad text. in cap. cum M. de Conſtit.*
num. 13. † Ubi de ſimili privilegio antiquorum Comi- 84
tum Barcinonenſium in illius Civitatis Eccleſia, de quo
Oliban. *in Comment. ad Vſatic. cap.* 13. *num.* 6. † Et de 85
Francorum Rege idem teſtantur in Eccleſia Pictavienſi, & in aliis ſuis Regni, Barboſ. *ubi proximè dict. num.* 15. D. Solorzan. *in loco citat.* Franc. Hallier. *in dict. tract. de ſacr. electien. tit. de ſacr. unction. articul.* 5. §. 4. *numer.* 19.

Et inſuper prædicta, ut Regibus, & Imperatoribus 86
præfa-

Digitized by Google

præfata præeminentia ſedendi in Presbyterio debeatur,
ex quo nimirum Eccleſiaſticæ perſonæ reputentur, com-
probari quoque, poterit ex eo, quòd Imperator in bra-
chio Sacro Oleo ungitur, & conſecratur, text. *in c. 1.*
§. Vnde in veteri, de Sacr. Vnction. ubi Barboſ. & alii
87 Canoniſtæ: † Ideo ex hac ratione Imperatores, & alii
Reges, qui hac cæremonia creantur, ſacri dicuntur,
Reſtaur. Caſtald. *in tractat. de Imper. quæſt.* 18. *num.* 6.
& quæſt. 60. *num.* 3. & cum aliis Marc. Anton. Surg. *in*
tract. de offic. Præfect. Prætor. lib. 1. *cap.* 22. *ex numer.* 2.
88 † Et veneratione digni, exemplo Davidis, qui ea ratio-
ne Saulem venerabatur, nec tangere auſus fuit, ut tra-
dit D. Auguſt. relatus à Gratian. *in cap. Dominus, §. Quæ-*
89 *ro, quæſt.* 1. Hallier. *in dict. §.* 4. *num.* 17. † Et ex eo
tamquam perſonis ſacris prædictam noſtram prærogati-
vam ſedendi in Presbyterio Principibus ſupremis com-
petere, magis aſſentitur Lother. *de re benefic. lib.* 1. *dict.*
quæſt. 13. *ex num.* 30.
90 Sed certè rationes illæ admitti non debent: Nam pri-
mò quoad Subdiaconatus ordinem, quo multi Impe-
ratores, & Reges initiatos credunt, ut ſuperius diximus,
verius tamen eſt, quòd licet non negemus, Imperato-
res, vel Reges pluries officium Subdiaconatus exercuiſ-
ſe; non tamen ex eo Subdiaconatus ordinem habere,
ſunt dicendi, ut perſonæ ſacræ ratione ordinis intelligan-
tur; ſed tantum, quòd illud officium ſpeciali privilegio
exercere, poterant, ut benè notant per Gloſſ. *in dict.*
cap. Valentinianus, in fin. 63. *diſtinct.* Mart. Laudenſ. *de*
princip. dict. quæſt. 83. Caſſan. *in Catal. Glor. mund.* 5.
part. conſider. 24. *num.* 105. idem Lother. *de re benefic.*
91 *dict. quæſt.* 13. *nu.* 29. † Quod maximè in primis Eccle-
ſiæ temporibus procedebat, in quibus Subdiaconatus
inter ſacros ordines non reputabatur, ut de tempore Sy-
ricii Papæ, qui Sancti Petri Cathedram gubernavit *anno*
385. ut probant jura ita intelligenda, & concordanda
ſub temporum diſtinctione, cum novioribus juribus pro-
ximè referendis, *in cap. Quicumque*, ubi Gloſſ. 70. *di-*
ſtinct. & de tempore Lucii Papæ extat text. *in cap. Mini-*
ſtri 81. *diſtinct.* latè comprobat Barboſ. *de univerſ. jur.*
92 *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 37. *ex num.* 12. † Quo uſque Conſti-
tutionibus Urbani, & Gregorii XI. inter ſacros ordines
fuit annumeratus, ut conſtat *in cap. à multis, de ætat.*
& qualitat. juncto *cap. miramur, de ſervis non ordinand.*
93 *cap.* 1. *diſt.* 31. *cap. ſi quis eorum* 32. *diſtinct.* † Ubi ma-
trimonium Subdiaconis fuit prohibitum, de quo articu-
lo plenè Azor. *inſtit. moral. lib.* 13. *cap.* 13. *quæſt.* 2. Au-
guſt. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 7. *&*
cap. 37. *ex num.* 12. D. D. Michael. Anton. Frances de
Vrrutygoit. *de Eccleſ. Cathedr. capit.* 5. *numer.* 49.
& 50.
94 Item nec ex en, quòd Imperatores, vel Reges Sacro
Oleo in brachio ungantur, præfatam prærogativam
95 ipſis permitti, dicendum eſt: † Nam, licèt propter
hanc ſacram Vnctionem ſacri appellentur, hoc dumta-
xat intelligi debet, ob inviolabilem eorum authoritatem,
& ne ſine piaculo attingi poſſint, *l. ſacrilegii, Cod. de*
diverſ. reſcript. & ea ratione ſacri eorum affatus dicuntur
in l. 5. *§. Si tutor. ff. de adminiſtr. tutor. l. ſi quis dicat* 5.
ff. de manumiſſ. & in Codice paſſim *Sacræ Conſtitutiones,*
Sacræ Annotationes, Sacri vultus, & ſimilia ad eos
pertinentia ſacra appellantur, ut benè animadvertit Caſ-
ſiodorus *lib.* 3. *Epiſtol.* 33. juxta quæ ſimiliter ipſi quoque
Imperatores, & Reges nuncupantur ſacri, ut cognoſca-
tur, quàm inviolabiles ab omnibus haberi debeant, &
96 quàm magna reverentia venerari: † Et ut inuncti arden-
tius pro defenſione Eccleſiæ exurgant, & pro Regno ſa-
97 craque, & Catholica Religione decertent; † Non quia
ex hac Sacra Vnctione perſonæ ſacræ ratione ordinis Ec-
cleſiaſtici efficiantur, nec aliqua ſpiritualis, ſive Eccle-
ſiaſtica poteſtas eis tribuatur, cum ſemper in laicorum
numero remaneant, Selva, poſt alios, *de benefic. part.*
98 2. *quæſt.* 23. *num.* 25. ut latè tractant: † Et de differentia
inter Imperatorum, & aliquorum Regum in brachio
unctionem, & Epiſcopum in capite, & de ratione, Ge-
rund. *de Epiſcop. tom.* 2. *lib.* 8. *diſput.* 13. *cap.* 6. *num.* 3.
Rodulph. Cupiers *in repetit. text. in cap. oportebat* 79. *di-*
ſtinct. §. Reſtat modo, art. 1. *tit. ex conſecrationis ſerie*
arguitur, ex num. 16. Dian. *reſolut. moral. part.* 12. *tract.*
2. *de conſecrat. Epiſcop. reſol.* 88. Hallier. *de ſacris election.*
part. 2. *cap.* 10. *art.* 5. *part.* 3. *cum ſeq.* Auguſt. Barboſ. *in*
collect. ad cap. 1. *de ſacr. unct. num.* 5.
Vltra quæ, ſi ex hac ſacra unctione prærogativa ſeden- 99
di in Presbyterio Imperatoribus, & Regibus compete-
ret, ea non omnibus concederetur, ut per Doctores tri-
buitur, quia non omnes unguntur, ſed ſolum Jeroſo-
lymitanus, Francorum, Anglorum, & Siculorum Re-
ges, ut cum multis teſtatur Caſſan. *in Catal. glor. mund.*
part. 4. *conſiderat.* 31. *verſ. Et adverte, quòd ſunt*, & ta-
men conſtat, hanc præeminentiam omnibus ſuperiorem
non recognoſcentibus competere, & inſuper aliquibus
eorum ſupremis Gubernatoribus, de quibus ſupr. ut no-
tant DD. præcitati; infertur ergo rectè, ex hac unctio-
ne hujuſmodi privilegium non provenire.
Nec quidquam facit, quòd plures Reges in aliquibus 100
Eccleſiis Canonici dicantur, ut ex hac ratione, ut Eccle-
ſiaſticæ perſonæ reputentur, & præfata prærogativa gau-
dere poſſint; quia, ultra quòd non omnes hoc Canoni-
corum privilegium habent, ad proximè dicta circa ſa-
cram unctionem, hæc Canonicorum prærogativa intel-
ligi debet, non ut verè Canonicæ, & perſonæ Eccleſia-
ſticæ ſint, ſed honoris cauſa, & quoad temporalitatem
tantùm, quæ laico benè conferri poteſt; † Vt inſpici- 101
mus in noſtris Marchionibus de Aſtorga, qui non obſtan-
te, quòd laici ſint, eodem Canonicorum privilegio in
Eccleſia Legionenſi perpetuo gaudent, ut tradit Ana-
ſthaſ. Lober. *de Civitat. Legionenſ. fol.* 212. † Ideò ſimi- 102
liter Principes, licèt hoc privilegio gaudeant, inter lai-
cos omnino connumerari, non eſt inconveniens, & pro-
batur *in cap. ubi nam* 5. *& cap. ſeqq.* 96. *diſt.* & latè proſe-
quuntur Azor. *lib.* 10. *Inſtit. moral. cap.* 5. *quæſt.* 3. *in fin.*
& cum multis Barboſ. *in collect. ad text. in cap. cum M.*
de conſtitut. numer. 14. *&* 15. D. Mich. Anton. Franc. de
Vrrutygoit. *de Eccleſ. Cathedr. dict. c.* 5. *ex n.* 81.
Quare remanet dicendum, prædictam prærogativam 103
Imperatoribus, Regibus, aliiſque ſupremis Principi-
bus, non obſtante, quòd laici ſint, competere ex vi ſu-
premæ, ac Regiæ dignitatis, *ut ſuperius ex num.* 69. pro
ratione diximus.
Quæ quidem prærogativa Principibus ob Regiam di- 104
gnitatem debita, ipſiuſque ratio magis ex eo comproba-
tur, quòd, licet in Choro Eccleſiarum Cathedralium
laici ingredi, & inter Canonicos pſallentes, dum divina
celebrantur, miſceri, aut ſedere, prohibeantur, ut
probatur *in dict. c.* 1. *de vit. & honeſtat. Cleric.* ubi DD.
& in dict. cap. Sacerdotum 30. *de conſecrat. diſt.* 2. *& in*
noſtra l. 1. *tit.* 11. *part.* 1. ibi: *Non deben los Legos eſtar*
con los Clericos en el Coro, quando ſe dizen las Horas,
mayormente la Miſſa, porque ſe puedan dezir ſin embar-
go, y con mayor devocion, quod, & prohibitum fuit à
Sancto Petro, ut conſtat ex Sancto Clemente *epiſt.* 1. *ad*
Iacobum fratrem Domini, & per alios plures Pontifices,
ut per decretum Leonis IV. de quo Platin. *in ejus vita*, &
Pii V. de quo Navarr. *de hor. Canonic. cap.* 18. *& in Con-*
cilio Maguntin. cap. 3. ut refert Burchard. *lib.* 3. *decret.*
cap. 102. & in *Concilio Turonenſe II. cap.* 4. de quo me-
minit Anton. Auguſt. *in not. antiq. compilat. decretal. in*
dict. cap. 1. *de vit. & honeſtat. Clericor.* & in *Mediolanen-*
ſi I. ſub tit. commun. de ration. divinor. officior. tom. 5.
Concil. in nov. addit. pag. 235. *& in Concilio Provinciali*
Toletano ſub D. Chriſtophoro de Roxas Archiep. *act.* 3.
Canon. 16. & per alia multa decreta Pontificia, de qui-
bus ad hanc prohibitionem videndi, Guilhelm. Duran.
in rational. lib. 1. *cap.* 1. *numer.* 18. Fuſc. *de viſitat. lib.* 1.
cap. 20. *num.* 3. D. Antonin. *in ſumm.* 3. *part. tit.* 12. *c.* 3.
in princip. & cap. 7. *§.* 3. Sozomen. *l.* 7. *hiſtor. Eccleſiaſt.*
cap. 24. D. Franciſc. Sarmient. *lib.* 7. *ſelectar. interpretat.*
cap.

Digitized by Google

cap. 17. Simanc. de dignitat. Episcop. cap. 12. Fr. Bartho-
lom. Carranc. in summ. Concilior. cap. 68. 6. Synodi gene-
ralis, Lotter. de re beneficiar. lib. 1. dict. quæst. 13. n. 36.
Dom. Valenzuel. cons. 101. ex num. 4. & novissimè, aliis
congestis, Daniel. de Nobilib. disputat. select. disputat.
60. ex num. 20. & ex pluribus Sacræ Congregationis de-
clarationibus August. Barbos. de Canonic. cap. 34. num.
22. & in summ. Apostol: decis. collect. 342. ex numer. 1.
& novissimè Prosper. Fagnan. & eruditissimus Dom.
Doct. Regiusque Consiliarius dignissimus Domin. Ema-
nuel Gonzalez in dict. cap. 1. de vit. & honest. Cleric. ex
num. 5. benè D. Michael Anton. Frances de Urrutygoit.
vir quidem apprimè eruditus in suo copioso, & docto
tractat. de Eccles. Cathedral. c. 5. ex n. 195.
105 Qui etiam tractat de antiquissima illa permissione, ut
mulieres in Choris simul cum masculis assisterent, &
cum eis canerent, nec quidem absque aliqua ratione, ut
nimirum, ut aliqui volunt, ita occupata muliebris lo-
quacitas comprimeretur: de qua etiam permissione, &
quàm justè fuerit sublata testantur Sanct. Isidor. Pelu-
siot. lib. 2. epist. 90. Novarin. in schediasm. Sacro-Prof.
lib. 1. cap. 8. num. 38. Marcell. Donat. in Sueton. Tran-
quil. in Cæsar. August. cap. 70. fol. 340. Benedict. Capra.
in clement. cum ratione, de elect. num. 29. Gratian. dis-
106 cept. cap. 270. num. 58. & 59. † Quibus tamen prohibi-
tionibus non obstantibus, ne laici Chorum ingredian-
tur, personas Illustres, & Titulatos, aut Magnates,
vel Catholicæ Majestatis Consiliarios, & Ordinum Mi-
litarium Equites apud nos non comprehendi, sed po-
tius ob eorum dignitatem admitti posse, ut ibidem as-
sistant, & juxta eorum qualitatem sedeant, fuit declara-
tum in nostro Concilio Tolerano celebrato anno 1566.
act. 3. §. 15. vers. His verò, de quo meminit Cened. in
collect. ad Decretal. collect. 45. in fin. idem testantur, &
de forma sessionis juxta plures Sacræ Congregationis Ri-
tuum decisiones, Sellius in select. Canonic. cap. 11. nu.
41. August. Barbos. in summ. Apostol. decis. collect. 442.
num. 3. Sandoval in tract. de offic. Eccles. part. 4. cap. 10.
pag. 126. D. Michael. Franc. Urrutygoit. dict. cap. 5. ex
n. 244. & n. 112. & 113. in fin. ubi maximè, stante con-
suetudine.
107 Quare ex his constat, majori cum ratione Regibus,
aliisque Principibus superiorem non recognoscentibus
præeminentiam suam Regiam sedem collocandi in Pres-
byterio, ob majorem ipsorum dignitatem deberi.
108 Ut igitur materiam hujus capitis prosequamur circa
emolumenta, quæ ratione jurisdictionis loci, vel domi-
nii dominis inferioribus, vel Baronibus in spiritualibus
competunt, proxima est præcedenti, circa sedilia, alia
præeminentia, qua domini inferiores in Ecclesiis suarum
terrarum gaudent, ut nimirum, post Clerum, ante
alios thurificari debeant, ut declaravit Sacra Congrega-
tio Rituum in Sanctæ Agathæ 17. Novembris 1617.
quam refert Sellius in select. Canonic. cap. 4. n. 43. Aug.
Barbos. in summ. Apostolicar. decis. collect. 57. n. 5. & me-
minit Sanfelic. decis. 331. nu. 6.
109 Quæ thurificatio in Ecclesia Parochiali, ubi non sunt
Canonici post celebrantem Archipresbyterum, vel alios
Ecclesiasticos Ministros, domino loci exhiberi debet,
Sacra Congregatio Rituum in Bisignanens. 27. Septemb.
110 1668. Sellius num. 45. † In Cathedrali autem Ecclesia,
vel Collegiata post Canonicos, qui priusquam oppidi
Gubernatores, & alii Regii officiales sunt thurificandi,
Sellius ubi proximè, cap. 16. num. 23. August. Barbos. in
111 summ. Apostolic. decis. collect. 705. num. 11. & 17. † Et
in tractat. de Canonic. cap. 34. num. 25. & quòd vassallo-
rum domini duobus ictibus sint thurificandi, numer. 32.
ut Canonici, & Dignitates, quibus similiter duobus
ictibus thurificatio exhibetur ad differentiam cætero-
rum de Choro, qui unico ictu thurificantur, & Presby-
teri celebrantis, qui tribus, ut declaratum extat per
Sacr. Congregat. Rit. relatam per Sellium dict. cap. 16.
num. 21. idem August. Barbos. dict. collect. 705. num. 8.
ubi limitat in num. 9. nisi stante immemoriali, ut digni-
tates cum triplici ictu, absente Episcopo, thurificentur;
† Et idem servatur in Magistratibus, vel oppidi Guber- 112
natoribus, quos æquis ictibus, ac Canonici thurifica-
ri debent, notat ex pluribus declarationibus Sacr. Con-
greg. Rit. Aldan. in compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 9.
num. 41. Barb. dict. tract. de Canon. dict. quæst. 38. n. 34.
qui tamen in num. 35. tenet, Magistratus unico tantum
ictu thurificandos ad differentiam dominorum inferio-
rum; † Sed hoc pro concordia Barbosæ, intelligerem 113
in Judicibus ejusdem loci domini inferioris, ut ita à suo
domino differant, & distinguantur, secus in aliis Magi-
stratibus Regiis, ut sunt Correctores, & similes, in
quibus procedere, debet præfata Aldan. & ejusdem Bar-
bos. sententia, ut æquis ictibus, ac Canonici, & domi-
ni inferiores thurificentur, & ita in aliquibus nostri Re-
gni Civitatibus, & aliis inferioribus dominorum oppidis
servatum vidi, & audivi.
Hanc thurificationis prærogativam sequitur alia simi- 114
lis præeminentia, ut nimirum Pax, dum Divina cele-
brantur, vassallorum dominis ante alios detur, notat ex
pluribus Sacr. Congregat. Rit. decisionib. August. Barbos.
in summ. Apostol. decis. collect. 261.
Sed hoc quoad vassallorum dominos, & alios laicos, 115
quibus Pax debetur, non nisi post datam pacem omnibus
de Choro, & tunc eis à Beneficiato non est exhibenda,
sed ab aliquo ministro contra induto, & non cum osculo,
sed cum aliquo instrumento, ut declaravit Sacra Congre-
gat. Rit. in Calagurritana 5. Julii 1614. & Pacensi 2.
Martii 1609. Sellius in dict. select. Canon. cap. 17. nu. 3.
August. Barbos. in summ. Apostol. decis. verb. Pax, col-
lect. 519. num. 7. † In qua etiam præeminentia Episco- 116
pus omnibus, quantumvis Magnatibus, & excelsis Vi-
ris, necnon, & Regiis Consiliariis præferri debet, Sel-
lius ubi proximè, nu. 26. & Barbos. nu. 4.
In quo articulo nota quoque, quòd hac Pacis præ- 117
minentia gaudere etiam debere, videntur dominorum
uxores, ut ante alias, eis detur: † cum præeminentiis, 118
& dignitatibus virorum uxores gaudere debere, nemo
dubitet, quia uxor eadem cum viro dicitur, & ejus ra-
diis coruscat, l. ultim. Cod. de incol. lib. 10. & ad plura
Tiraquel. de nobilit. c. 18. Pichard. de nobilitat. commun.
inter. vir. & uxor. de quo tamen infrà num. 129. † Et 119
ad similem præeminentiam, videlicet sedis sublimioris
per virum in Ecclesia quæsitæ, vel debitæ, de quo supra,
quòd similiter uxori sedes in eadem sublimitate, cætera-
rum mulierum respectu, debeatur, optimè Giovagnon.
respons. 8. in fin. Menoch. cons. 52. n. 30. ubi quòd uni-
ca sit sedes viri, & uxoris, Capic. Latr. decis. 181. ex
num. 37. † Sed circa hoc valde dubitarem, casu, quo 120
viri manutentionem, vel jus in his præeminentiis ob pro-
priam possessionem, aut præscriptionem obtinuerint, si
ex hac ratione eorum uxores easdem prærogativas, res-
pectu aliarum fœminarum, absque ulla propria possessio-
ne prætendant, quia naturaliter diversæ sunt personæ,
& ita unius possessio tamquam facti, alteri prodesse, non
poterit, maximè ad manutentionem: † Secus si ratio- 121
ne dignitatis, vel alterius qualitatis viro inhærentis hæc
præeminentia competat, quia nempè oppidi dominus
est Prorex, vel Gubernator; nam tunc uxori etiam de-
bebitur.
Sed ante omnia in hoc maximè consuetudo inter ipsas 122
mulieres servanda; nam multoties, non obstante viro-
rum prærogativa, & dignitate, inter eas nullum discri-
men admittunt: † Est quippè muliebris sexus vanitati 123
magis adhærens, & sic in his, quæ honoris sunt, diffici-
lior in cedendo: † Si verò ipsæ mulieres has præeminen- 124
tias possederint, extra dubium est, quòd manutenean-
tur, & præscriptione eas acquirant (servata inter eas
consuetudine) ut in præeminentia juris sedendi mulie-
rum in Ecclesia tractat Ciarlin. contr. 119. & 210. in qui-
bus plenissimè defendit quasi possessionem juris se-
dendi cujusdam mulieris in stallo, quòd in Eccle-
sia

sia habebat; de quibus plenius, *infrà ex numer.*
140.
125 Sed dictum circa præeminentiam Pacis, quòd vas-
sallorum Dominorum uxoribus, etiam ante alias, com-
petat, intellige in locis, in quibus Pax mulieribus ge-
neraliter dari, consuevetit, ut in aliquibus nostri Re-
gni parvis oppidis servatur: secus in aliis, ubi non est ta-
lis consuetudo, quod mulieribus Pax exhibeatur; quia
tunc hujusmodi Pax nulli ex mulieribus est præstanda,
quia nec de jure eis debetur, Sellius *in select. Canonic. c.*
126 17. *numer.* 11. † Et quod nec Pax, nec thurificatio,
August. Barbos. *in summ. Apostol. decis. collect.* 519. *nu.*
5. *& in collect.* 568. *verb. Pax*, *num.* 8. ubi quoad Pa-
cem, an eis exhibenda sit, necne? arbitrio Episcopi re-
linquit.
127 Ex quibus præeminentiis, & ex earum ratione, aliæ
similes prærogativæ in favorem Baronum, vel Domino-
rum inferiorum inferri poterunt, ut nimirum, primi,
cum Divina celebrantur, ad offerendum tendant: San-
ctissimum Christi Corpus sumant; candelas in Festivita-
te Purificationis *BEATISSIMÆ VIRGINIS*
MARIÆ, & in aliis festivitatibus accipiant: nec-
non, & Ramos in Dominica Palmarum; in quibus,
& aliis similibus rebus in cæterorum concursu semper
primi habendi sunt Domini, servata tamen, ante om-
nia, consuetudine, quæ in his præeminentiis primum
locum obtinere, debet, ut plenè proximè dicam.
128 An autem Baronibus, vel vassallorum Dominis com-
petat illa præeminentia, ut in Festivitate Sanctissimi
Corporis Christi, & in diebus Jovis, & Veneris Sancti,
primam hastam baldachini, sive pallii deferre, debeant?
poterat ex prædictis dubitari; juxta quę in hoc etiam actu
hunc primum locum eis competere, videbatur dicen-
129 dum: † Sed certè nullus, quem viderim, hanc præe-
minentiam de jure eis tribuit, imò Barbos. Joann. Bapt.
Thor. Ioann. Mar. Novar. & Dom. Olea proximè referen-
di, dum illam quæstionem tractant, de qua, & nos in-
frà, *hoc cap.* §. 2. *& infrà ex num.* 132. an hujusmodi
præeminentias Barones, vel Domini aliis cedere, pos-
sint, loquuntur in suppositione, quòd eis de consuetu-
dine fuerit quæsita, & non aliter.
130 Quare ex mente horum Doctorum verius resolven-
dum censeo, hanc præeminentiam de jure, cessante con-
131 suetudine, Dominis inferioribus non deberi: † Nec
quidquam facit, quòd primum locum in his actibus ha-
bere, debeant; nam primus locus in his processionibus
non est, hastam baldachini deferre; sed post omne Cle-
rum in fine processionis, Parochum, vel Presbyterum
Sanctissimum deferentem sequi, inter loci Iudices, si-
ve Decuriones, aliosque Concilii Officiales primum lo-
cum obtinendo; ut Correctores, & alii primi Magistra-
tus in suis oppidis tendunt.
132 Sed dubitari solet, an, stante consuetudine, (quæ
omninò in his præeminentiis servari debet, ut dicam in-
frà) ut primam hastam Pallii oppidi Domini deferant,
hanc præeminentiam aliis cedere, possint, vel eorum
substituti ea gaudere debeant? In qua quæstione est con-
cors Doctorum resolutio, ut nullo modo id facere, va-
leant, nec hac prærogativa substitutos in gubernatione
oppidi gaudere, Ioan. Bapt. Lezan. *in summ. quæst. regu-
lar. tom.* 3. *verb. Baldachinum*, *numer.* 3. Ioann. Maria
Novar. *in lucern. regular.* eodem verbo, *numer.* 3. *& de
gravam. vassallor. tr.* 3. *gravam.* 20. Ioann. Bapt. Thor.
in compend. decis. tom. 1. *verb. Subrogatus*, *sive substitu-
tus*, *in fin. fol.* 527. noster Doctissimus D. D. Ildephon-
sus de Olea *de cessien. jur. tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 34. & 35.
& ita declaravit Sacra Congregatio Rituum, & testatur
August. Barbos. *in summ. Apostolic. decis. collect.* 53. *in
verb. Baldachinum*, *numer.* 5. *& collect.* 57. *in verb. Ba-*
133 *re*, *num. fin.* † Idemque intellige, quoad substitutos,
in quibuscumque aliis, quibus privilegio, vel consue-
tudine hæc præeminentia competit, ut in multis nostri
Regni, & Italiæ Civitatibus accidit, in quibus de anti-
qua consuetudine Decuriones, aut Nobiles ensibus ac-
cincti hastas pallii deferunt, ut testantur Franch. *decis.*
253. *num.* 4. & ad eum Riccius, Lara *de Anniversar. &
Cappellan. cap.* 24. *num.* 18. Hermos. *ad partit.* 5. *in pro-
log. gloss.* 2. *num.* 85. & resolvit benè D. Olea *ubi proximè*,
num. 34. † Qui benè animadvertit, decentius esse, quòd 134
per Dignitates, & Canonicos Ecclesiæ deferantur: † 135
Sed hanc proximam conclusionem, ut Decurionum sub-
stituti prærogativa ista deferendi hastam pallii, ut est con-
suetum, non gaudeant, subintelligerem, & limitarem,
casu, quo Decurionatus officium inserviant, Regio ti-
tulo, aut facultate, qua eis quoque omnes officii præe-
minentiæ concedantur, ut in hac Regia Curia accidit,
ubi Decurionum minorum fortè, & aliorum substituti
præfata, & aliis quibuscumque officii præeminentiis gau-
dent: semper tamen loci consuetudinem, si quæ magis
specialis sit, attende.
Unum tamen pro generali hujus §. materiæ intelli- 136
gentia animadverte, quòd in præfatis omnibus præemi-
nentiis juris sedendi in Ecclesia, Pacem, vel thus reci-
piendi, Baldachini, sive pallii deferendi hastas, & simi-
libus prærogativis, an tamquam jurisdictionis, vel do-
minii emolumenta Baronibus, aut vassallorum Domi-
nis, sive aliis privatis competant, necne? ante omnia
consuetudo est inspicienda, & omnino servanda; quia
per eam tamquam securiorem, & firmiorem regulam
dimetiuntur quælibet præcedentiæ, quæ plerumque in
communi hominum opinione, sive acceptione consi-
stunt, ut latè prosequuntur in omnibus præcedentiis, &
honoribus, *ex l. minimè*, *Cod. de legib.* multis congestis,
Coscia *in tractat. de præcedent. numer.* 128. *cum seqq.* Po-
sthius *de manutent. observat.* 44. *num.* 3. & post eundem
tract. *in decis.* 32. *num.* 6. *& in decis.* 73. *num.* 1. *& decis.*
229. *nu.* 1. & 6. elegans consilium Menoch. 126. *ex n.* 2.
† Ubi, quòd consuetudinis præsertim in præcedentiis, 137
tanta sit vis, ut pro lege sit habenda, Petr. Bellug. *in
specul. princip. rubr.* 6. *num.* 10. & ibi multos laudans Ca-
mill. Borrell. *in addit. litt. O.* Franch. *decis.* 388. *num.* 4.
ubi Addent. Marcell. Maur. *allegat.* 50. *nu.* 2. Paul. Rub.
in decis. 85. *num.* 5. *part.* 5. *tom.* 3. *recentior. & decis.* 223.
part. 6. latè Valenzuel. *cons.* 34. *num.* 132. *cum seqq.* Au-
gust. Barbos. *de potestat. Episcop. part.* 3. *allegat.* 78. *nu.*
27. Hermos. *in proleg. part.* 5. *num.* 80. *& num.* 101. *cum
seqq.* ubi Avendan. Bobadill. Mastrill. & alios plures de
materia congerit loquens in confraternitatibus, Reli-
gionibus, & earum processionibus, quoad præceden-
tiam juris sedendi, & alia optimè Sperell. *decis.* 179. *nu-
mer.* 1. *cum seq.* latè Daniel. de Nobilib. *in disputat. select.
disputat.* 45.
Ultra quos magis specialiter in præeminentiis, de 138
quibus supra in hoc capit. egimus, juris nimirum, se-
dendi in Ecclesia, Pacem, vel thus ante alios recipien-
di, & similium, quòd ante omnia in eis consuetudo,
ut firmissima istarum præcedentiarum regula, ac lex ser-
vetur, tractant plenè Fab. de Ann. *cons.* 40. Franc. Marz.
cons. 26. *num.* 34. Ioan. Garcia *de expens. cap.* 8. *numer.* 5.
vers. Adeoque, Lara *in l. si quis à liberis*, *in princ. nu.*
32. *ff. de liber. agnoscend.* Francisc. Marc. *decis.* 275. *p.* 1.
Parisius *cons.* 149. *lib.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens.
cap.* 210. *ex num.* 35. & novissimè, aliis congestis, opti-
mè Ioann. Bapt. Ciarlin. *contr.* 119. *ex num.* 6. *& contr.*
210. *ex num.* 14. Capic. Latr. *decis.* 185. *ex num.* 18. ubi
maximè circa locum sedendi, in deosculatione Evange-
lii, & in thuribulis, & similibus, Sanfelic. *decis.* 331.
ex num. 22. ubi, quòd nullus titulus, nulla juris solem-
nitas requiratur, sed ita fieri consuevisse, & de facto per
decennium observatum, sufficiat.
Et loquentes in Baronibus, sive Dominis inferioribus, 139
& in Gubernatoribus oppidi, vel status ex pluribus Sa-
cr. Congregat. Rit. declarationibus August. Barbos. *in
summ. Apostol. dec. in verb. Consuetudo*, *collect.* 221. *ex
n.* 5. & *in ver. Domini temporales*, *collect.* 261. Ioan. Maria
Novar. *de gravamin. vassallor. tr.* 3. *gravam.* 20. *n.* 6. *&* 7.

Qui-

140 Quinimò in mulieribus etiam servandam consuetudinem, quoad jus sedendi in Ecclesia, prius offerendi, & similium, notant Ioan. Faber. *in §. Aliam verò*, Institut. *de bonor. possession.* Perez de Lara *de Anniversf. & Ca-*
141 *pell. lib. 1. capit. 24. nu. 22.* quod verissimum censeo. † Quia, licèt aliàs per mulieres consuetudo induci, non possit, Bart. *in l. 1. ff. de legib.* ubi, & Angel. Ludovic. Roman. *in singular.* 42. benè Aviles *in cap. Prator, in proœm.* Glos. *Ordenanzas, num.* 10. Azeved. *in l. 1. num. 2. tit. 1. lib. 2. Recopilat.* hoc intellige de consuetudine generali, quæ vim legis habet, quàm (ut nec legem, nec alia statuta condere) mulieres inducere, non valent, ut benè considerant Aviles, & Azeved. *in loc. cit.* secus in consuetudine speciali, quæ eas tantùm respicit, optimè Abbas *cons. 53. num. 1. lib. 2. & in cap. fin. nu. 7. de consuetudin.* Socin. *cons. 7. nu. 8. lib. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. dict. cap. 210. nu. 35.* Iasson. *in dict.*
142 *l. 1. ff. de legib. num. 14. vers. Tertiò videtur.* † Qui id quoque limitat in spectantibus earum artem: sequitur Aviles *ubi proximè, num. 12.*

143 Qui ferè omnes in eo etiam conveniunt, quòd in his præeminentiis, & honoribus, consuetudo, quæcumque illa sit, etiam in illicitis, & contra jus, quòd tamen qualiter intelligendum sit? videbis *infra num.* 148. servari debeat, ut constat ex Hermos. Capic. Latr. Sanfelic. Daniel. de Nobilib. & aliis ex supra relatis, & plenissimè contra alios comprobat Sperell. *decis. 179. ex nu. 1.*
144 † Undè minorem, vel minus dignum majorem, vel digniorem, stante consuetudine, præcedere, posse, dicunt Posthius *post tractat. de manutent. in decis. 29. num. 2. & decis. 32. numer. 7. & decis. 33. numer. 5. & decis. 594. num. 3.* & resolvit Rota *in decis. 85. ex numer. 5. part. 5. tom. 3. recentiorum de Rub.* plenè fundat Sperell.
145 *in dict. decis.* 579. † Contra quam tamen sententiam extat optimum consilium D. Valenzuel. 34. *ex num.* 132. ubi latè defendit, consuetudinem, ut minor præcedat, tamquam irrationabilem servandam non esse.

146 Quæ tamen contrariæ opiniones benè concordari, possunt, ut D. Valenzuel. sententia procedat, cum minor in omnibus actibus præcedere, voluerit: contraria autem affirmativa opinio, cum non in omnibus, sed in aliqno casu particulari justa, & rationabili causa subsistente, id prætenderit, quia tunc procedere, poterit talis consuetudo reservata majori in aliis, superioritate, & ita sub hac distinctione eleganter intelligunt *numer. 4. & 5.* ubi Addit. *num. 8. & 9.* Franc. Tondut. de Sanleg. *in resolut. beneficial. cap. 81. nu. fin.* Coscia *de præcedent. num. 24. cum seqq.* Sperell. omnino videndus *in dict. dec. 179. ex n. 13. usque ad fin.* & novissimè hanc concordiam doctè sequitur vir eruditus D. Michael. Anton. Frances de Urrutygoit. *in dict. tractat. de Eccles. Cathedral. cap. 33. nu. 179. cum seqq.* & in *allegat. pro union. Cathedral. Cæsaraugust. in Eccles. Salvator. capit. 17. ex numer.*
147 *54.* † Et quòd maximè consuetudo, quòd minor majorem in aliquibus actibus præcedat absque dubio servetur, cum videlicet minor actum proprium exercet: ut in Parocho stola induto, qui Canonicos Cathedrales præcedit: & in Inquisitore concurrente cum Episcopo in negotiis Fidei, & in Episcopis, Prælatis, Delegatis, & Consiliariis, qui in Collegio, seu Capitulo debent, sedere, & subscribere post Decanos, & Præsidentes, quamvis majorem, quàm isti, habeant dignitatem; quia hæc major dignitas ad illos actus non refertur: optimè Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 106. & capit. 298.* & aliis congestis, benè D. Michael. Ant. Franc. de Urrutygnit. *in dict. tract. de Eccles. Cathedral. c. 21. nu. 175. cum seqq.*

148 Unum tamen nota, quòd Doctorum dicta circa consuetudinem, etiam in illicitis, servandam, intelligi debent, si contra jus tantum sint, ita ut, jure contrario semoto, licita, seu præter jus manerent: secus si per se illicita, & intrinsecus mala fuerint; nam in his nullam vim consuetudinem habere, omnibus patet, *capit. irreligiosa consuetudo, de consecrat. dist. 3.* ubi cum aliis juribus communiter Canonistæ.

§. II.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia §. præcedentis circa honorifica emolumenta, sive præeminentias, quæ in spiritualibus Dominis inferioribus, ut jurisdictionis fructus competunt: novæque duæ quæstiones tractantur: Prima: an etiam in Ecclesiis de jure Patronatus privatorum hujusmodi honores, & specialiter præcedentia competat oppidorum Dominis, eorumvè justitiæ officialibus, necnon, & Correctoribus, aliisque Regiis Magistratibus in oppidis Regi solum immediatè subjectis, ita, quòd Ecclesiarum Patronis in sessione, & similibus actibus sint præferendi? Secunda quid dicendum, quoad Dominos inferiores, si Ecclesiæ suarum terrarum de jure Patronatus Regii sint, an in eis adhuc suis præeminentiis, sella, baldachino, & aliis, de quibus supra, uti possint? Et an, oppido per Regem concesso, vel alienato, jus Patronatus in ejus Ecclesia Regi competens datum censeatur? & quid etiam in aliis privatorum alienationibus, domus, vel Palatii, per quod est aditus ad Ecclesiam juris Patronatus? & incidenter agitur de jurisdictione, an sub oppidi Regia concessione transeat?

SUMMARIUM.

1 *Proponuntur duæ in hoc §. tractandæ quæstiones. Prima an domini temporales, ipsorumve officiales justitiæ, necnon & Regii Magistratus in Ecclesiis suarum terrarum præeminentiis, & honoribus, de quibus in cap. præcedenti, gaudere, debeant, si Ecclesiæ de jure Patronatus privatorum sint.*

2 *Secunda quæstio quid si Ecclesia sit de jure Patronatus Regio?*

3 *Ad primam quæstionem: fundatur pars Patroni, cum num. seqq.*

Patronis in Ecclesiis Patronatus, ut in propria domo, jura honorifica in processionibus, sessionibus thurificatione, & similibus cum cæterorum laicorum præcedentia debentur, ibidem.

4 *Fundatur dominorum pars, cum nu. seqq.*

5 *Domini temporales in suis oppidis omnibus superiores sunt: æquiparantur Principi, & ut ejus Vicarii habentur, jurisdictionemque perpetuam habent, ibidem.*

6 *Major in dignitate, qualitateve alia præcedere, debet.*

Quando secus, ob contrariam consuetudinem, vel quia minor proprium actum exercet? remissivè, ibidem.

7 *Jurisdictionem maximè, qui majorem habet, minorem habentem præcedit.*

8 *Magistratus, quibus Regium generale privilegium cæteros præcedendi competit, præcedere, non debent superiores consiliarios in eos jurisdictionem habentes.*

9 *In legis privilegio, alteriusve dispositionis generalitate, majores, & digniores personæ non intelliguntur, includi,* ad text. in capit. Sedes Apostolica 15. de rescript.

10 *Loci dominus est ipsius Patronus, & omnium superior,*

rior, ac sublimior persona speciali nota digna, ad text. in l. item, apud Labeonem, §. Hoc edictum, ff. de injur.

11 *Magnum esset absurdum, si Patronus privata persona dominum jurisdictionis, & ipsius Iudices, vel officiales eam administrantes, praecederet.*

12 *Sequeretur etiam ex hoc, quòd in oppidis, aut Civitatibus Regiis Patroni Correctores, aliosque Regios Magistratus in sessionibus, & similibus actibus praecederent.*

13 *Magistratuum authoritas augenda, praeponendaque omnibus.*

14 *Praecedentiam Regios Magistratus tangentem, potius uni, quàm alii concedere, est de regalibus.*

15 *Episcopus, vel ordinarius Patrono aedificanti, seu dotanti Ecclesiam in concessione juris Patronatus concedere, non poterit jus praecedendi Correctores, aliosve Regios Magistratus, vel oppidorum dominos, qui etiam Correctores sunt, & num. 17.*

16 *Praecedentia haec in magnum cederet praejudicium, seu diminutionem Regiae superioritatis.*

17 *Praecedentiam in Ecclesiis concedere, esse potius Praelatorum Ecclesiasticorum, quàm Principum saecularium, quomodo intelligatur?*

Episcopi aliive Praelati Ecclesiastici, si privatis personis in Ecclesiis praecedentiam concederent in praejudicium Regiorum Magistratuum, magnum scandalum, & absurdum sequeretur, eosque divinorum publica assistentia indirectè privarent: aliaque inconvenientia, ibidem.

18 *Declarantur in hunc modum jura Canonica, quae Ecclesiarum Patronis praecedentiam in sessionibus, & aliis actibus tribuunt, ut quoad privatos tantam procedant, non verò quoad Regios Magistratus, dominosve oppidorum.*

19 *Regia Oeconomica potestas has praecedentias, in praejudicium Regiorum Magistratuum privatis concessas, benè coarctare posset ratione scandali.*

21 *An, quoad haec, differentia aliqua constitui, possit inter principales locorum Ecclesias, in quibus necessariò ratione officii Magistratus, vel domini assistere, tenentur, & inter alias privatas Ecclesias, vel Cappellas?*

Magistratus à concursu cum Patrono abstinere, debent in privatis Cappellis, in quibus ratione officii assistere, non adstringuntur, ibidem.

22 *Discutitur secunda hujus §. principalis quaestio, an nempè inferiores domini in suorum locorum Ecclesiis, si etiam de Regio Patronatu sint, aliquibus ex praefatis praeeminentiis, quibus jus Patronatus minuitur, gaudere, possint, veluti sella cum genuflexorio, pulvinaribus, postergali, aliisve honorificis ornamentis? cum numer. seqq.*

23 *Fundatur pars affirmativa in favorem dominorum, cum num. seqq.*

24 *Domini inferiores sunt Iudices suorum locorum, & apud nos Correctoros perpetui, locum ipsius Regis obtinentes.*

25 *Oppido, aut Castro per Regem alienato, vel aliter concesso, jus quoque patronatus in ejus Ecclesia Regi competens cum ipso oppido translatum censetur juxta aliquos.*

Villa, aut Castrum, seu oppidum sunt nomina universitatem designantia, & in se jurisdictionem, honorem, & jus patronatus continent, ibidem.

26 *Similiter, si dominus Castrum, vel Villam in feudum dederit, jus quoque patronatus dedisse, intelligi, tenent plures.*

27 *Idem in qualibet privatorum Villae, aut Castri donatione, quoad jus patronatus Castro cohaerens, quod ut accessorium absque aliqua specificatione transeat.*

28 *Princeps nullo alio medio praeeminentiis Regii patronatus uti posse, videtur, quàm per suos Magistratus, sive Iudices justitiam in illo loco administrantes.*

29 *Iudicibus Regiis in locis dominorum deficientibus, qui his praeeminentiis loco Regis utantur, succedere debent in eis domini locorum, ut perpetui Iudices justitiam per suos officiales administrantes.*

30 *Vendita domo, vel Palatio, quod erat aditus ad usum juris patronatus, sive Ecclesiam, ipsum jus patronatus in venditione comprehenditur.*

31 *Idem, vendito fundo, intra cujus limites sita est Ecclesia, cujus patronatus jus venditori competit, quod in emptione veniat, si aliunde ex via publica ad Ecclesiam non est aditus, nisi per ipsum fundum.*

32 *Idem, quoad jus sepulchri intra fines fundi constructi ad text.* in l. si mercedem, §. 1. ff. de action. empt.

33 *Resolvitur negativè contra dominos inferiores, ne suas sellas cum genuflexorio, & aliis ornamentis in Ecclesia de Regio patronatu collocare valeant, vel aliis praeeminentiis uti, quibus minuitur patronorum authoritas.*

34 *Magnam reverentiam domini inferiores Principi Patrono adhibere, debent.*

35 *Cessantque in eo, quòd pro dominis contra privatos patronos dicebamus ob superioritatem dominorum: & dict. nu. 34.*

Retorquentur haec contra dominos inferiores pro Principe patrono, ibidem.

Regiae Majestatis dedecus, ac indecens esset, alium in sua Ecclesia, sella, & aliis praeeminentiis uti: ibidem.

36 *Quid de praxi servetur in nostro Supremo Camerae consilio in Ecclesiis de Regio patronatu contra dominos inferiores praefatis praeminentiis uti volentes.*

37 *Diluuntur argumenta in contrarium objecta.*

38 *Duces, Comites, & alios dominos inferiores in suis terris Iudicos perpetuos, Correctores, Regisque Vicarios esse verissimum, sed hoc declaratur, quoad jurisdictionem tantùm, non quoad jus patronatus, & alia exsranea jura, quae ipso oppido separatim ab eo, Principi competunt.*

39 *Haec omnia jura, ut diversa, & distincta in concessione jurisdictionis, vel oppidi, nisi speciali facta mentione, non veniunt, sed penes Principem remanent.*

40 *In oppidis Regiis, aut Civitatibus Regii Magistratus, Correctores, & alii, in quibus jurisdictio in administrationem transfertur, praefata praeminentia sella cum genuflexorio, & aliis ornamentis in Ecclesiis Regii patronatus uti, non debent, sed sedere tantùm cum corpore capituli, vel Civitatis.*

41 *Regii Magistratus, & locorum domini Principem uti Regem, non uti Patronum, repraesentant.*

42 *Concessa Villa, aut Castro, seu aliter per Regem alienato, vel per alium privatum, an jus patronatus in ejus Ecclesia Regi, vel privato competens in alienatione transeat? declaratur, cum num. seqq.*

43 *Distinguitur inter jus Patronatus Villae, aut Castro acces-*

Digitized by Google

accessoriè coherens, vel quod principaliter per se subsistit, & quid in utroque casu? cum numer. seqq.

46 *Ius patronatus Regi competens in ipsius Regis oppidorum Ecclesiis non coheret ipsi oppido, nec ejus ratione competit, sed alia speciali, qua refertur.*

47 *Subsistit principaliter per se hoc jus Patronatus, & Regiæ personæ, aut Coronæ adhæret, nec per Regem, oppido alienato, transire, verius resolvitur.*

48 *Quid similiter dicendum in jurisdictione, an concesso Castro, vel territorio, veniat, vel non: resolvitur juxta præfatam distinctionem, jure communi attento.*

49 *Quando territorium absque ulla jurisdictione transeat? exemplificatur.*

50 *Iure nostro Regio attento* in leg. 1. tit. 5. lib. 1. Recopilat. *jurisdictio in oppidi, aut territorii concessione, seu alienatione, quando comprehendatur? & quid, stantibus generalissimis, aut amplissimis clausulis? cum numer. seqq.*

54 *Quid si, post Regiam concessionem, donatarius, vel emptor per longissimum tempus jurisdictione fuerit usus?*

56 *An* dict. l. 1. Recop. *procedat tantum in jurisdictionis merè gratuitis concessionibus, vel etiam in alienatione ex causa onerosa.*

57 *Respondetur ultimo argumento in contrarium pro dominis inferioribus objecto. Principem nempè non aliter præeminentiis juris Patronatus uti, posse, quàm per Magistratus, aut Iudices justitiam administrantes, & consequenter per ipsos dominos inferiores.*

58 *Princeps utitur aliter, quàm per suos Iudices, jure patronatus, etiam si in Ecclesia non assistat, præsentando nempè beneficia.*

59 *Vendita domo, aut Palatio, per quod est aditus ad jus patronatus, vel Ecclesiam, jus patronatus in venditione non comprehendi, verius resolvitur.*

60 *Ius patronatus vendi, seu aliter alienari, nequit, nisi cum universitate bonorum, vel ratione connexitatis, vel accessionis.*

62 *Ius patronatus, si intra alicujus fundi limites Ecclesia est sita, vel juxta domum, per quam ad eam aditus patet, non ex eo domo, aut fundo accessorium esse, sive eis coherere, dicendum.*

63 *Declaratur text.* in l. si mercedem, §. 1. ff. de action. empt. & dict. num. 75.

1 PRo complemento autem materiæ §. præcedent. præeminentiarum, quæ Dominis temporalibus in spiritualibus, ut jurisdictionis fructus competunt, quæstiones duas novas per DD. non tractatas, sed quæ frequenter in praxi accidere, possunt, subuciam: Prima an videlicet Domini temporales, ipsorumve justitiæ officiales, necnon, & Regii Magistratus, aut Correctores in Civitatibus, vel oppidis Regi immediatè subjectis, in Ecclesiis suarum terrarum gaudere, debeant præfatis honoribus, & præeminentiis quoad sessiones, palmas, candelasve accipiendas, Pacem, thurificationem, & alia, de quibus *supra in §. præcedenti*, quæ ipsis ratione jurisdictionis, competere, diximus, non obstante, quòd Ecclesiæ de jure patronatus privatorum sint, in eisque Patroni regulariter omnibus sint præferendi.

2 Secunda quæstio erit: quid si Ecclesia de jure patronatus Regii sit?

3 In prima quæstione, cum Ecclesia, nempè, juris patronatus alicujus privati est, pro parte Patroni facere videtur, quod in Ecclesia patronata hæc jura honorifica cum cæterorum præcedentia, tamquam in propria domo ei competunt (ut in processionibus, sessionibus, thurificatione, pace, palmis, candelis accipiendis, & similibus plenissimè dicam *infrà capit. 32. per tot.* quare hic non immoror) interim, latè tractant August. Barbos. & alii Canonistæ *in capit. nobis 25. de jure patronat.* Melch. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 4.* & novissimè Ioann. Bapt. Ventrigl. *in prax. rer. notabil. annotat. 1. §. 2. ex numer. 26.* qui, licèt nullam mentionem de Dominis temporalibus faciant, generaliter tamen contra quoscumque laicos has præeminentias Patronis tribuunt, de quibus plenius dicam infrà *dict. capit. 32.* juxta quæ jura, & generalitatem, qua DD. loquuntur, easdem præeminentias, & honores Patronis etiam contra Dominos temporales oppidorum competere, videtur dicendum.

Sed quamvis hæc maximè urgere fatear, pro Domi- 4
nis tamen temporalibus locorum resolvendum censeo;
maximè, in Ecclesiis principalibus oppidorum: † Pri- 5
mò, quia in suis oppidis omnibus superiores sunt,
jurisdictionemque perpetuam habent, Principi æqui-
parantur, & ut ejus Vicarii, habentur, ut latè proba-
vimus supra *in princip. hujus capit.* † Ideò, juxta regu- 6
las vulgares, ob majorem dignitatem, & superiorita-
tem Patrono quoque præferri, debent, ad notata per
DD. circa majorem, vel superiorem inferiori præferen-
dum, ut videri potest apud Cosciam *de præcedent. nu-*
mer. 24. cum seqq. Alexand. Ludovis. *decis. 310.* & ibi
Addent. latissimè Dom. Valenzuel. *cons. 34. ex numer.*
132. cum seqq. Gratian. *discept. 298.* Ioann. Baptist.
Thor. *in compend. decis. part. 2. verb. Præcedere*, Ton-
dut. *quæst. beneficial. 81.* optimè Sperel. *decis. 179.* D.
Michael. Ant. Frances de Urrutygoit. *de Eccles. Cathe-*
dral. capit. 33. ex numer. 179. & in tract. de union. Ca-
thedral. Cæsaraugust. in Eccles. Salvat. capit. 17. ex nu-
mer. 54. apud quos etiam quando ex contraria consue-
tudine, vel quia minor proprium actum exercet, majo-
rem ex hoc præcedere, valeat?

Et in eo, qui majorem jurisdictionem habet, ut minorem habentem præcedat; per text. *in capit. statuimus, §. fin. 17. dist.* tradunt Abbas *cons. 21. numer. 1. lib. 1.* Boer. *de authorit. Magn. consil. numer. 48.* quanto ergo magis dominus oppidi jurisdictionem in eo perpetuam habens vasallum patronum nullam habentem, præcedere debet. 7

Secundò similiter pro Dominis, ne eos Ecclesiarum Patroni virtute suorum privilegiorum, sive jurium generalium præcedant, facit casus singularis, quem decisum tradit Boer. *in dict. tractat. de authorit. Magn. Consil. numer. 48.* de quibusdam Magistratibus, qui Regium, & generale privilegium, cæteros in sessione præcedendi habebant, quos tamen præcedere, non debere, rectè ait Boetius contra Superiores Consiliarios in eos jurisdictionem habentes: idem ergo in nostro casu dicendum, Patronorum, nempè generale privilegium, sive jus alios præcedendi, extendi non debere ad oppidi Dominum ipsius Patroni superiorem, in eumque jurisdictionem habentem. 8

Quæ optimè confirmari possunt per text. satis ad rem singularem *in capit. Sedes Apostolica 15. de rescript.* & notata ad eum per DD. *ibidem*, ne in legis privilegio, vel alterius dispositionis generalitate majores, & digniores personæ, nisi speciali facta mentione, includi, intelligantur, ut optimè cum aliis declarat August. Barbos. *in eodem text. numer. 4. & 6.* & quòd ex hoc canonicæ sanctiones sublimes personas exprimere soleant, cum eas comprehendere velint, benè animadvertunt Gomez *in proœm. Regul. Cancellar. part. 4. numer. 1. & 2.* Barbat. *cons. 8. numer. 23. vol. 1.* ergo nec in nostro casu sub generalitate privilegii, vel juris Patronorum, qua cæteri includuntur, ipsius oppi- 9

oppidi, & jurisdictionis Dominum comprehendi, de-
10 bere, dicendum videtur; † est enim loci Dominus ip-
sius Patroni, & omnium superior, sublimiorque per-
sona, & speciali nota digna, ut comprehendatur sub
generalitate juris, ne aliàs omissa censeatur, & quasi ne-
glecta, juxta Text. vulgarem, sed ad rem notabilem *in l.
item apud Labeonem*, §. *Hoc edictum, ff. de injur.* & frequen-
ter ad eum notata per DD.

11 Tertiò pro eadem sententia considera ex præfatis, ma-
gnum absurdum, quod contra omnem rationem, bo-
namque Reipublicæ politicam in contemptum suorum
Magistratuum sequeretur, si hanc præeminentiam Pa-
tronis concederemus; quid enim injustius esset, quàm,
quòd privata persona, ut est Patronus, præcedat Do-
minos jurisdictionem in dominium habentes; necnon,
& ipsorum Judices, vel officiales eam administrantes?
12 † ex quo etiam necessarium esset, quòd similiter in oppi-
dis, aut Civitatibus, nulli alii quàm Regi subjectis,
Correctores aliosque Regios Magistratus in sessionibus,
13 & similibus actibus Patronus præcederet; quod satis du-
rum, & contra optimam rationem Politicæ, quæ omni-
bus meritò Reipublicæ Magistratus præponi, jubet, in
omnesque ipsorum superioritatem, & authoritatem au-
get.

14 Quartò pro Dominis, aliisque justitiæ Magistrati-
bus facit (& quidem meo judicio, sententia, quam
pro ipsis defendimus fortissima ratione fundari potest)
quòd, nempè præcedentiam, Regios Magistratus tan-
gentem, potius uni, quam alii concedere, est de re-
galibus, ut notant Donat. Anton. de Marin. *variar. re-
solut. cap.* 202. *numer.* 19. *&* 20. Franchis *decis.* 138. ubi
quòd ex gratia speciali Principis, contra juris disposi-
tionem, potest præcedere modernus Consiliarius anti-
quiorem, ut fuit observatum in Regio S. Claræ Senatu
Neapolit. cum Episcopo Bisniani electo Consiliario ejus-
dem Tribunalis, sequitur noviter rem explicans Clave-
ro *de præcedentiis*, §. 17. *numer.* 296. ubi etiam adducit
Pontem *decis.* 8. & Ann. *consil.* 40. *numer.* 47. *lib.* 1. qui
15 eundem casum referunt. † Ergo Episcopus, vel Ordi-
narius Patrono ædificanti, aut dotanti Ecclesiam jus
hoc præcedendi Correctores, aliosve Regios Magistra-
tus, vel similiter oppidorum Dominos, qui Corre-
ctores, & Judices perpetui sunt, ut sæpius diximus
supr. in §§. *præcedentib. & infr. hoc* §. *Ad secundam quæ-
stionem*, *numer.* 24. in concessione patronatus dare,
16 non potest; † nam hoc certè in magnum cederet præ-
judicium, seu diminutionem Regiæ superioritatis, quæ
in suis Judicibus, & Magistratibus resplendet, & con-
servatur.

17 Nec hoc solidissimum fundamentum quis effugiet,
si dicat, præcedentias in Ecclesiis concedere, potius
Prælatorum Ecclesiasticorum, quàm Principum sæcu-
larium esse, regulamque præfatam facultatem præce-
dentias inter Magistratus concedendi Principi tribuen-
tem extra Ecclesiam intelligendam; nam licet verum
sit, Prælatis Ecclesiasticis competere facultatem con-
cedendi benefactoribus honorabiliora loca, sepulchra,
& alias præcedentias in Ecclesiis, ut notant Abb. &
communiter Canonistæ *in cap. abolenda*, *de sepultur.*
& plenè diximus in §. præcedent. hoc tamen semper in-
telligerem, dummodo inter personas privatas hujusmo-
di præeminentiæ per Prælatos, seu Episcopos conce-
dantur: secus, si in præjudicium Regiorum Magi-
stratuum, qui publicè Divinis Officiis necessario in-
tersunt; nam his quemlibet privatum Prælatos Eccle-
siasticos præponere posse, satis injustum, & indi-
gnum, nec sine magno scandalo foret: nihilque aliud
esset, quam eos, necnon, & ipsas Communitates,
seu Civitates, vel oppida, quæ in forma capitulari
intersunt, à Divinorum publica assistentia indirectè
privare, cum nullus Corrector, nulla Civitas, vel
oppidum publicè Divinis interesset, si privatus, li-
cet nobilissimus, præcedentiam in sessione, vel aliter
haberet; quod etiam in ipsarum Ecclesiarum dedecus ce-
deret, valde enim fidelium devotio, & publicus concur-
sus minueretur.

Qua propter, ne hæc tam gravissima inconvenien- 18
tia sequantur, jura Canonica, quæ Ecclesiarum pa-
tronis præcedentiam in sessionibus, & aliis actibus
tribuunt, quoad privatos tantum intelligerem, non
vero, quoad Correctores, aliosve Regios Magistra-
tus, & ipsas Civitatum communitatis, nec quoad Do-
minos oppidorum, qui Correctores perpetui, Regii
Magistratus, & Vicarii sunt: † imò, si tales præce- 19
dentias contra hujusmodi personas Ecclesiarum Prælati
expressè Patronis, vel aliis privatis concederent,
maximè in principalibus Civitatum, vel oppidorum
Ecclesiis, ubi necessario omnes Divinis Officiis, assi-
stere, debent, Regia œconomica, & Politica pote-
stas meritò eas coarctaret, scandali vitandi causa, quod
grave exinde sine dubio sequeretur.

Ex quibus concludendum censeo, oppidorum Domi- 20
nos, suosve justitiæ officiales, vel alios Regios Magi-
stratus, etiam in Ecclesiis patronatis ipsos Patronos præ-
cedere, debere.

Quæ semper intelligerem, ut procedant in Ecclesiis 21
principalibus locorum, in quibus necessario, & tan-
quam proprium actum exercentes hujusmodi Domini,
vel Magistratus Divinis assistere tenentur; in aliis au-
tem privatis Cappellis, in quibus non ita necessario
Magistratus, & Domini interesse, adstringuntur, à
concursu cum patrono abstinere, debent, cum neces-
saria non sit publica assistentia in his Cappellis, vel pri-
vatis Ecclesiis, ut ita scandalum vitetur; & rixæ, quæ
frequenter super his præcedentiis oriri, solent, quæ om-
nia, & eorum occasionem Judices, & Magistratus sum-
mo studio prudenter, & Politicè vitare, debent, nisi
aliud necessitas officii expostulet.

Quoad secundam vero hujus §. principalem quæstio- 22
nem, quid dicendum sit in Ecclesiis de Patronatu Re-
gio, an etiam in eis Dominis inferioribus locorum
aliquibus ex præfatis præeminentiis, quibus jus patro-
natus minuitur, gaudere, possint? veluti sellas cum
genuflexorio, pulvinaribus, postergali, aliisve ho-
norificis ornamentis in eminentiori loco collocare. † In 23
qua quæstione, quam per nullum, quem viderim,
tactam invenio, pars affirmativa in favorem domino-
rum majori cum ratione quàm in Ecclesia alterius patro-
ni privati, adstrui, posse, videtur: † Primò, quia 24
Domini locorum sunt Judices Ordinarii, & perpetui,
ut cum Feudistis notant Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *su-
per pragmat.* 5. *numer.* 149. Dominic. Tass. *super pragmat.
de antefat. vers.* 3. *observat.* 4. *numer.* 29. & apud nos Cor-
rectores perpetui, Regnumque Vicarii, ut ex Avendañ.
Bobadill. & aliis dictum remanet, supra in princip. hu-
jus *cap.* locumque ipsius Regis obtinent, *leg.* 12. *tit.* 1. *p.* 2.
quare eis quoque sellas, & alias Patronorum præemi-
nentias, ut ipsi Regi Patrono competere, videtur dicen-
dum.

Secundò facit, quòd oppido, aut Castro per Re- 25
gem alienato, vel donatione, aliterve concesso, jus
quoque Patronatus in ejus Ecclesia Regi competens,
cum ipso oppido translatum censetur: quia Villa, &
Castrum, aut oppidum sunt quædam nomina universi-
tatem designantia, quæ in se continent jurisdictionem,
honorem, & jus patronatus; quæ omnia cum Uni-
versitate Castri tanquam accessoria transeunt, ut in spe-
cie Regiæ concessionis, vel alienationis per doctrinam
Bald. *in cap. unic. col.* 3. *de capitan. qui cur. vendid.* Bart.
Alexand. & aliorum antiquor. docet noster Gregor. Lop.
in l. 68. *tit.* 18. *part.* 3. *gloss.* 18. *& in l.* 9. *tit.* 4. *gloss.* 3. *part.* 5.
Philipp. Corneus *cons.* 206. *col.* 6. *vol.* 3. Bertazzol. *de
claus. claus.* 20. *gloss.* 21. *numer.* 4. † & similiter, si Domi- 26
nus Castrum, vel Villam in feudum dederit jus quoque
patronatus dedisse, intelligitur, quod ei in Ecclesia il-
lius Castri competebat, Innocent. *in c. cum sæculum*, *de jure*

Patronat. Petr. de Ravenn. *in tract. de feud. tit.* 26. *si de feud. defunct. content. sit inter domin. & agn.* §. *In generali, vers. & nota, in tractat. DD. tom.* 10, *part.* 2, *fol.* 27. *col.* 4.
27 *in fine*. † Et ex eadem ratione in qualibet alia privatorum Villæ, aut Castri donatione, seu alienatione jus patronatus Castro cohærens, ut accessorium, absque aliqua specificatione transire, nullus dubitat, juxta Text. vulgarem *in cap. ex litteris, de jure patronat.* ubi notant Innocent. Abbas, & alii Canonistæ, & de recentioribus ad plura August. Barbos. & Prosper. Fagn. *in collect. ad eundem Text.* & ibidem doctissimus D. D. D. Emanuel. Gonzalez, & alios cumulans novissimè D. Petr. Frasso *de Reg. Patronat. Indiar. cap.* 5. *numer.* 48. *cum seqq.* de quo plenius vide per nos dicta *infra c.* 31. §. 7. *ex numer.* 49.

28 Quod fundamentum eo maximè corroborari, poterit, si consideremus, Regem hujusmodi præeminentiis Regii Patronatus nullo alio medio uti posse, videri, quàm per suos Magistratus, sive Judices justitiam in illo loco
29 administrantes; † Quare, hoc medio sublato, & translato in Dominos inferiores per jurisdictionis concessionem, usum quoque istarum præeminentiarum, sive jus patronatus in ipsos Dominos justitiæ perpetuos administratores translatum videtur.

30 Quæ consideratio non inelegaoter comprobari, potest exemplo domus, vel palatii venditi, per quod erat aditus ad usum juris patronatus, sive Ecclesiam, quo casu jus patronatus in venditione comprehendi, notaot Boer. *decis.* 322. *n.* 14. Bertazzol. *claus.* 26. *gloss.* 13.
31 *num.* 3. † Et idem comprobant, vendito fundo, intra cujus limites sita est Ecclesia, cujus patronatus venditori competit, quo casu, si aliunde ex via publica ad Ecclesiam non est aditus, nisi per ipsum fundum, jus patronatus in venditione comprehendi, resolvunt Batt. & Paul. de Castr. *in leg. si mercedem*, §. 1. per eundem Text. *ff. de action. empt.* Abbas *in cap. ex litteris, de jure patron. quæst.* 5. *numer.* 5. Cardinal. *in cap. cum sæculum numer.* 5. *vers. Quoad quæstionem, dict. tit. de jure patron. & in cap. ex litteris, eodem, numer.* 18. *&* 19. & ibidem Boich. Roman. *singul.* 57. Silvest. *in summ. verb. Jus patronatus, quæst.* 5. Lugdunens. *in consuetud. Pari-*
32 *siens. tit.* 1. §. 37. *gloss.* 10. *numer.* 9. † Ut similiter transit jus sepulchri constructi intra fines fundi venditi, ad quod nisi per fundum aditus non patet, Text. *in leg. si mercedem*, §. 1. *ff. de action. empt. & in leg. modicis, ff. de contrahen. empt.* Joann. Andr. Ancharran. & Abbas *in dict. cap. ex litteris*, Rocc. de Curt. *de jure patronat. in verb. Ipse, velis, quæst.* 23. & alii infrà referendi, ubi de differentia inter jus patronatus, & jus sepulchri, quoad hujusmodi translationem.

33 Sed, his nihilominus non obstantibus, & quidquid superius diximus in contentione inter Dominos locorum, & privatos Patronos super his præeminentiis, in præsenti certè quæstione, cum nimirum, jus patronatus in oppidis locorum Regi competit, extra dubium censeo, Dominis in Ecclesiis Regii Patronatus suas sellas, cum genuflexorio, & aliis ornamentis collocare, non licere, nec aliis præeminentiis uti, quibus minuitur patronorum authoritas: & hoc non solum ex rationibus superius pro privatis Patronis addu-
34 ctis, † Sed ea, meo videri, in præsenti urgentiori, ob Regiam, nimirum, reverentiam, quam Principi Patrono adhibere, debent, in quo cum sit omnibus superior, cessant fundamenta superius pro Dominis
35 contra privatos Patronos adducta: † & maximè cessat illud, quod principaliter pro Dominis dicebamus, Patronorum nempè respectu Dominos superiores esse, jurisdictionemque exercere, ex quo Patronis præferendos resolvimus; nam hæc omnia in quæstione præsenti stant potius pro Principe Patrono contra ipsos Dominos, cum Princeps omnium superior habeatur, & consequenter juxta supr. tradita neminem ei, vel in sua Ecclesia præferendum, aut sella, aliisve præeminentiis uti, posse, justissimum, & Regiæ Majestatis decori, & debitæ reverentiæ conveniens est.

Quæ pro Regio Patronatu contra Dominos resolutio, 36
extra dubium hodie apud nos procedit in oppidis Dominorum inferiorum Archiepiscopatus Granatensis, & aliorum, quorum Ecclesiæ sunt de Regio Patronatu; nam in his omnibus quotidie ad instantiam Regii Fiscalis espediuntur Provisiones Regiæ in Supremo Cameræ Consilio, quibus Domini inferiores, aliive potentiores privati sellas, quas in his Ecclesiis collocare, solent, tollere, jubentur, quæ Regiæ Provisiones statim executioni mandantur, auditis tamen postea in Consilio Cameræ eisdem Dominis, vel privatis circa jus principale, si fortè id eis speciali privilegio competant.

Cui verissimæ resolutioni non obstant superius pro 37
parte Dominorum duo fundamenta adducta; † ad pri- 38
mum enim dicendum est, verum esse, Duces, Comites, & alios Dominos inferiores in suis terris Judices perpetuos, & Correctores, Regisque Vicarios esse, ipsiusque locum obtinere; sed hoc dumtaxat procedere, debet, quoad jurisdictionem, & oppidi gubernium, non vero, quoad alia extranea jura, si quæ in ipso oppido Principi competant, ut est jus patronatus, & etiam tributa, & similia, quæ separatim ab ipso oppido
Princeps habet; † hæc namque omnia, ut distincta, 39
& diversa in concessione jurisdictionis, vel oppidi Dominii, nisi speciali facta mentione, non veniont: sed penes Principem remanent, ut optimè notat, & fundat in aliquibus juribus specialibus loquens novissimè
Fasard. *allegat.* 7. *per tot.* † Ideò in oppidis Regiis, aut 40
Civitatibus Regii Magistratus, ut sunt Correctores, & alii Judices, in quibus jurisdictio in administrationem transfertur, præfata præeminentia sellæ cum genuflexorio, & aliis ornamentis in Ecclesiis Regii Patronatus uti non debent, sed sedere tantum in banchis communibus cum corpore Capituli, vel Civitatis, cum aliorum præcedentia, ut in aliis oppidis, & Civitatibus,
quæ de Regio Patronatu non sunt; † quia Principem uti 41
Regem non uti Patronum repræsentant: quod idem dicendum est in locorum Dominis, quos Regis Vicarios, ipsiusque locum obtinere, ac repræsentare, diximus.

Nec magis obstat secundum fundamentum, quo 42
dicebamus, concessa Villa, aut Castro, vel aliter per Regem alienato, jus patronatus, ut quid accessorium cum Universitatem in Dominos inferiores transire, juxta doctrinam nostri Gregorii, & aliorum, quos superius pro hac sententia adduximus, ut in qualibet etiam alia privatorum Castri, vel alterius Universitatis alienatione notant omnes per Text. *in dict. cap. ex litteris,*
de iure patronat. † Nam primò pro hujus secundi funda- 43
menti resolutione, & doctrinæ generalis doctissimi Gregorii declaratione, præmittendum est, communissimam Doctorum opinionem *ex dict. cap. ex litteris, de iure patronat.* deductam, ut, videlicet, alienato oppido, vel Castro, aliave bonorum Universitate, jus quoque patronatus, ut accessorium comprehendatur, intelligi, & procedere, debere, cum ipsi Castro, vel Villæ jus patronatus adhæreat, secus, si per se subsistat, propriæque personæ alienantis, vel concedentis principaliter competat, ipsiusque cohæreat; nam tunc, ut accessorium cum Castri, vel oppidi Universitate transire, non poterit, sed penes oppidum, aut Castrum alienantem, aliterve concedentem remanebit, ut in dotis datione, aliave quacumque alienatione pro intelligentia *dict. cap. ex litteris*, optimè distinguunt, & resolvunt Petr. Barbos. *in leg. divortio*, §. *Si vir, numer.* 57. *in fin. ff. solut. matrimon.* Baeza *de decim. tutor. cap.* 23. *numer.* 18. *&* 19. Spin. *de testamen. gloss.* 24. *nu.* 112. Lara *de anniversf. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 29. Sahagun. *in cap. quanto* 3. *numer.* 26. *de Iudic.* Cabed. *de patr. Reg. Coron. c.* 27. *ex numer.* 5. Joann. Gutierrez *de tutel.* 3. *part. cap.* 29. *num.* 3. Pater Sanchez *in consil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 71. *num.* 29.

numer. 29. Fontanell. *de pact. nuptial. clauf.* 6. *gloff.* 1.
part. 3. *numer.* 12. Giurb. *ad constitut. Messanens. cap.* 1.
gloss. 2. *numer.* 47. Barbof. *in repertor. verb. Jus patronatus,*
pag. 204.

44 Et est bona decisio Grivel. 37. *numer.* 21. rectè ita
distinguens inter jus patronatus per se subsistens, vel
territorio cohærens, ut in maritum fideicommissa-
45 rium, vel alios transeat, vel non: † & ita intelligi de-
bent cæteri Doctores, prout clarè ipsi exprimunt, qui,
dum alienato Castro, aut oppido jus patronatus cum eo
transire *ex dict. cap. ex litteris*, affirmant, id fere om-
nes dicunt, cum, videlicet, jus patronatus ipsi oppi-
do, aut Castro est annexum, quod necessario requiritur,
ut ratione accessionis transferatur: de qua materia ad
Tex. *in d. c. ex litteris, de jure patronat.* plenius dicam in-
fra hac *p. c.* 31. §. 7. *cum seqq.*

46 Qua supposita declaratione, & intelligentia *ad dict.*
cap. ex litteris, de jure patronat. & ad communem
Doctorum ex eo sententiam, patet jam responsio ad
præfatum secundum fundamentum pro Dominis inferio-
ribus ex doctrina nostri Gregor. objectum, ut in eos jus
patronatus ex Regia concessione oppidi, tanquam quid
accessorium translatum censeatur; nam hæc accesso-
ria translatio in Regiis patronatibus, juxta dictam di-
stinctionem locum habere, non potest, siquidem hæc
jura principaliter, & per se Regibus competunt, ipso-
rumque personis cohærent, non ratione oppidorum,
nec consequenter tanquam eorum accessoria; sed alia
specialissima ratione, ex quo, videlicet, Ecclesias do-
tarunt, aut fundarunt, vel etiam, quia eas ab infide-
lium manibus liberaverint, ut apud nos accidit in Regni
Granatensis, & in omnibus Indiarum Ecclesiis, in
quibus ex his rationibus jus patronatus nostris Regibus
competit, habitis ad id etiam specialibus Bullis Pon-
tificiis, ut notant ex Bald. *in cap. quanto, de Judic.*
Gregor. Lopez *in leg.* 18. *in fin. tit.* 5. *part.* 1. D. Covar-
ruv. *in regul. possessor.* 2. *part.* §. 10. *numer.* 5. Marth.
de jurisdict. 2. *part. cap.* 40. *à numer.* 2. Anastas. Germon.
de Sacror. immunit. lib. 2. *cap.* 12. *à numer.* 25. Escobar.
de Pontific. & Reg. jurisdict. cap. 8. *numer.* 7. *quæst.* 18.
& aliis, August. Barbof. *de jur. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 8.
numer. 28. D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2.
à princ. D. Salgad. *de Reg. Protect.* 3. *part. cap.* 10. *nu-*
mer. 32. D. Salced. *de lege Politic. lib.* 2. *cap.* 13. Episcop.
Villaroel. *en el Governo Ecclesiast.* 2. *part. quæst.* 19. *art.* 1.
à num. 1. & pluribus aliis relatis latè tractant D. Petr. Fras-
so Limensis Senator. *in tractat. de Reg. Patronat. Indiar.*
tom. 1. *c.* 1. *à nu.* 4. & dicemus *infra hac p. c.* 31. §. 2. *ex n.* 83.
cum mult. seqq.

47 Juxta quæ, hujusmodi jus patronatus oppidis an-
nexum reputari non potest, ut eis alienatis, vel per
Regem concessis, in Dominos inferiores transeat;
sed imò principaliter per se subsistens, & Regiæ Perso-
ne, seu Coronæ cohærens, ut ex *leg.* 34. *tit.* 18. *part.* 3.
& ex D. Solorzan. D. Salgad. Cabed. & aliis probat
Frasso *in dict. cap.* 1. *à numer.* 28. quo casu juxta supe-
rius dicta, etiam, alienato Castro, transire non po-
test, & ita eleganter, licet in alio casu, se explicat
48 Gregor. Lop. *in leg.* 68. *tit.* 18. *part.* 3. *gloss.* 8. *in med.* † qui
loquens in jurisdictione, an concesso Castro, vel ter-
ritorio, transeat, vel non; similiter doctè ex Bart.
Alexand. & aliis antiquioribus, resolvit juxta dictam
distinctionem inter jurisdictionem nimirum, quæ Ca-
stri territorio cohæret, vel quæ ipsi personæ, non terri-
torio, ut in primo casu transeat, secus vero in secun-
do; quam distinctionem optimè etiam, & eleganter
prosequitur doctissimus D. Covarruv. *practicar. quæst.*
49 *cap.* 1. *num.* 10. † qui benè secundum casum exemplificat,
cum oppidum concessum alterius Civitatis jurisdictioni
est subjectum, quo casu solum territorium, sine ulla ju-
risdictione in donatarium, vel emptorem transire, ait,
& plenè ad eandem distinctionem, Matienz. *in leg.* 1.
tit. 10. *lib.* 5. *Recopilat. gloss.* 21. *nu.* 24. *cum seqq.* Menoch.
Lagunez. de Fructib.
de præsumpt. lib. 3. *præsumpt.* 97. & cum aliis novissimè Do-
minic. Antunez de Portugal. *de donation. Reg. lib.* 2. *cap.* 7.
num. 53.

Sed hanc quoad jurisdictionem distinctionem intelli- 50
ge, ut procedat solum, attento jure communi; nam
de jure nostro Regio, non aliter jurisdictio, oppido do-
nato, vendito, vel aliter per Regem alienato, concessa
intelligitur, quàm si id fuerit expressum, etiam si cum
omnibus juribus, quæ in oppido Rex habet, concessio
fiat, ut clarè deciditur in nostra *leg.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *Re-*
copilat. † ubi hoc amplius additur, etiam si ita oppidi 51
concessio, vel alienatio fiat, ne ullus Regius Judex,
vel Alguacellus, sive alius justitiæ Officialis talem Vil-
lam, vel oppidum ingrediatur: † Et licet his alienationi- 52
bus, aut oppidorum donationibus adjiciatur generalis-
sima clausula, cum omni dominio Regali, vel quatenus
ad Regium dominium pertinet, vel addito, quòd conce- 53
ditur Villa seu Castrum in totum, nullo jure penes Regem
retento; quia adhuc juxta verbas nostræ legis jurisdictio
translata non censetur † nisi ex post facto donatarius, vel 54
emptor per tempus 40. annorum absque ulla civili, vel
naturali interruptione ea fuerit usus: † & ad alia multa 55
pro intelligentia *dict. leg.* 1. videndi Gregor. *in leg.* 12. *in*
verb. Segundos privilegios, tit. 1. *part.* 1. *& in l.* 68. *tit.* 18.
part. 3.

Qui tamen dispositionem *dict. leg.* 1. ad donationes 56
mere gratuitas restringere, videtur, quin ad eas, vel
alias alienationes ex causa onerosa extendatur, in qui-
bus adhuc locum habere, posse, ait, *leg.* 12. *tit.* 1.
part. 2. de quo dubio, licet Gregor. non referat, men-
tionem facit Azeved. *in dict. leg.* 1. *ex numer.* 34. *&* 37.
sed certe nulla est dubitatio; quia ultra generalitatem *dict.*
leg. 1. satis apertè, & expressè loquitur in qualibet etiam
ex causa onerosa alienatione, prout ex ipsius verbis,
pluries in alienationibus repetitis, clare constat, ibi:
Fueran dadas, donadas, o enagenadas; & ibi: *Que lo*
da, dona, ò enagena la Villa, & passim idem repetitur
in eadem lege, optimè, contra Gregor. Matienz. in ea-
dem, *leg.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *num.* 26. & ad alia plenè D. Lar-
rea *allegat.* 70. *per tot.*

Prosequendo igitur nostræ quæstionis, & superioris 57
resolutionis materiam, non obstat ultimo, quòd pro
augmento secundi fundamenti dicebamus, Regem
nempè præeminentiis juris patronatus nullo alio me-
dio uti posse, quam per suos Magistratus, sive Ju-
dices justitiam in loco, ubi Ecclesia est sita, admi-
nistrantes; ex quibus, hoc medio sublato, & trans-
lato in dominos inferiores per jurisdictionis concessio-
nem, usum quoque istarum præeminentiarum, sive
jus patronatus in ipsos Dominos translatum censeri, di-
cebamus; exemplo juris patronatus, cujus Ecclesiæ,
sive usui erat aditus per domum, aut Palatium, vel
fundum, quod, similiter fundo, vel Palatio vendi-
to, in emptorem transferri, diximus, ad instar etiam
juris sepulchri per Text. *in dict. leg. si mercedem*, §. 1. *ff. de*
action. empt. Bart. Paul. de Castr. Bertazzol. & alios supra
citatos; nam huic objectioni dupliciter satisfieri, po-
test.

Primò, quia verum non est, Principem aliter ju- 58
re patronatus uti, non posse, quàm per Regios Of-
ficiales justitiæ, quibus certius est, nullum Regii
patronatus usum competere, cum ad jurisdictionem
non pertineat, ut proximè dictum remanet; quinimò
Princeps benè aliter uti potest jure patronatus, idque
conservare, quamvis in Ecclesia non assistat, nec eam
ingrediatur, veluti beneficia præsentando, ut notat
Prosp. Fagn. *in dict. cap. ex litteris, de jure patron. nu.* 20.
vers. Quoniam.

Secundò ad præfata exempla juris patronatus trans- 59
lati, vendito fundo, vel Palatio, per quod est adi-
tus ad Ecclesiam, ubi est jus patronatus, dicendum
est, verius esse, in hoc casu jus patronatus non trans-
ferri, ut contra Bart. Paul. de Castr. Abb. & alios

Digitized by Google

resolvit Innocent. *in dict. cap. ex litteris*, *n.3.* licet author. contrariæ opinionis referatur per Cardinal. & Lambertin. sed malè, quia satis expresse hanc sententiam comprobat, Hostiens. Joann. Andr. & Ancharran. *in dict. cap. ex litteris*, & opinionem istam communem appellat ipse Abb. *in eod. Text. numer.5.* eamque, ut veriorem sequuntur Roch. *de jure patronat. in verb. Ipse, vel is, quæst.23.* Cæsar. Lambertin. *eodem tractat. lib.1. part.2. quæst.5. artic.17.* Bald. *in l. fin. col. penult. numer.58. vers. Idem si habeo, de edict. Div. Adrian. tollend.* Rot. *dec.1152. nu.4. part.3. lib.3. divers.* D. Covarruv. *lib.1. variar. c.13. num.3.* noviter Prosper. Fagnan. *in d. cap. ex litteris, ex num.19.*

60 Et ratio hujus resolutionis juxta D. Covarruv. & hos DD. est, quia jus patronatus vendi, seu aliter alienari, non potest, nisi cum universitate bonorum, quam unus fundus, sive domus non constituit, quæ tamen ratio sufficiens non videtur, juxta per nos dicenda, *infr. hac p. c.31. §.7. n.50.*

61 Ubi quòd sufficiat jus patronatus rei particulari inhærere, ot cum ea ratione connexitatis, sive accessionis, et-
62 iam semota universitate, ot accessorium transeat; † quare pro istius resolutionis ratione dicendum est, non solum in præsenti ob defectum universitatis jus patronatus transire, oon posse; sed quia nec fundo, aut domo inseparabiliter, ut accessorium cohærere, dici, potest, ex eo solum, quod iotra fines fundi, vel juxta domum ad Ecclesiam sit aditus; nam, licèt ex hoc Ecclesiam fundo, vel domo, quodammodo cohærere negari, non possit, hoc tamen verum est materialiter tantum respectu constructionis, seu ædificii juxta domum, vel fundum, non ut ex eo jus patronatus ipsi domo, vel fundo inseparabiliter annexum dicatur; benè enim potest in hoc casu per se subsistere, & persone competere ratione constructionis, vel dotationis Ecclesiæ, quio tunc, licet juxta ipsam domum Ecclesia fuerit constructa, & pro commodiori usu aditus per eam pateat, ipsi domui jus patronatus annexum sit, nisi hoc expresse in juris patronatus speciali reservatione fuerit dictum, vel aliter concessum, quia fortè domus feudi, aut majoratus est, aliàs quidem potius ratione personæ, quam rei jus patronatus competere, dicendum erit.

63 Nec his obstat *d. l. si mercedem*, *§.1. ff. de action. empt.* & communis DD. per hunc Text. resolutio, ut jus sepulchri intra fines fundi siti cum ipso fundo vendito transeat? oam hoc procedit; quia non aliter, nisi per ipsum fundum sepulchro usus ibi patebat, secus in jure patronatus, quod benè exercere, possumus, quamvis Ecclesiam per domum, vel Palatium adhærentem non ingrediamur, videlicet per ipsius Ecclesiæ portas principales ingrediendo; imò, & si oullo modo ad Ecclesiam Patronos accedat, jure patronatus utitur, idque conservat ad beneficia præsentando, ot benè respondit, & distinguit Innocent. *in d. cap. ex litteris*, *num.3.* & ibidem Abbas *nu.14.* & sequuntur D. Covarruv. *lib.1. variar. dict. cap.13. nu.3. vers. Non obstat ratio*, Prosper. Fago. *in d. cap. ex litteris*, *n.20. vers. Quoniam.*

64 Ex quibus ad secundam hujus §. quæstionem concluditur, oppidorum Dominos suis præeminentiis, & honoribus, quæ ratione jurisdictionis eis competunt, in Ecclesiis de Regio Patronatu, uti ooo posse.

65 Et hæc pro declaratione præeminentiarum, seu honorum quæ ratione jurisdictionis, vel oppidorum Domini temporales in spiritualibus, seu Ecclesiis frequenter prætendunt.



§. III.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia nostrorum fructuum in operibus obsequialibus, aut tractamentis, & in honoribus, ac præeminentiis consistentium, de quibus in cap. §. præcedenti, Agiturque, an opera obsequialia, vel tractamenta, per vassallos exhiberi quoque debeant aliis personis, quam Dominis, videlicet, eorum uxoribus, filiis, fratribus, & similibus; Et an Dominorum substitutis, seu locumtenentibus hujusmodi honores, & præeminentiæ competant? Pluraque utilia ad praxim adnotantur circa Patris, & filii personarum identitatem, ad quæ jura, & Parentum privilegia extendatur? Et an ad possessionem? maximè in possessione nobilitatis trium personarum ad executoriam possessoriam requisitam per nostram leg. Regiam vulgò *de Cordova*, & ad simile Forum Regni Aragonum: Et an præfata patris, & filii personatum identitas incompatibilitatem inducat ob plures majoratus, vel commendas Indiarum ab utroque possessas, quasi ab uno possessæ dicantur: ad incompatibilitatem majoratuum respectu quantitatis nostræ *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat.* & Regias prohibitiones, ne plures Indiarum Commendæ in una persona concurrere, possint.

SVMMARIVM.

1 *PRoponitur materia hujus §. an opera, aut tractamenta obsequialia, & similia honorifica emolumenta locorum Dominis tam in spiritualibus, quam in temporalibus debita eorum uxoribus, filiis ac fratribus, substitutis, locumtenentibus, & similibus per vassallos maximè exhiberi debeant?*

2 *Quid in uxoribus? cum n. seqq.*

Maritorum radiis, præeminentiis, ac dignitate coruscant, ibidem.

3 *Conjuges sunt socii quarumlibet rerum, & honorum.*

4 *Mulieres nobilibus viris, Comitibus, vel Marchionibus aliisve personis illustribus nubentes Nobiles, Comitisæ, & Marchionisæ efficiuntur, eorumque privilegiis, & honoribus gaudent, remissivè ad plura.*

5 *Quid, soluto matrimonio per mortem viri, viduitate per uxorem servata.*

6 *Proponitur principalis huius §. Quæstio, quoad filios dominorum inferiorum, an suorum parentum, prærogativis, & præeminentiis gaudere, debeant?*

7 *Fundatur in favorem filiorum opinio affirmativa, cum n. seqq.*

Habentur cum parentibus pro una, eademque persona, ibidem.

8 *Parentis caro in persona filii aucta dicitur, non noviter facta.*

9 *Filius pro substantiali parte parentis habetur.*

10 *Vox patris, vox filii, & è contra.*

11 *Pater mortuus per filium vivere, fingitur.*

12 *Plura remissivè de hac inter patrem, & filium personarum identitate ad plures iuris effectus, & quæstiones.*

14 *Filii Comitum, vel Marchionum in vita parentum Comites, vel Marchiones nuncupantur.*

15 *Et filii Regum Reges ad Text.* in c. cœpit Hermenegildus Rex fin. 24. q. 1.

16 *Et Imperatorum filii Imperatores, & Augusti.*

17 *Et*

17 Et filius feudatarii, feudatarius.

18 Appellatione domini ipsius domini filius continetur.

19 Filius in vita patris quodammodo rerum paternarum dominus existimatur.

21 Hac inter patrem, & filium personarum identitas non tantum locum habet in dominii rerum paternarum acquisitione, sed etiam in quorumlibet jurium, & privilegiorum communicatione, cum n. seqq.

22 Privilegio immunitatis, & exemptionis prasentibus in aliqua Civitate concesso, filius absens, prasente patre, gaudet, juxta aliquos.

23 Idem in quocumque alio privilegio ratione habitationis, vel domicilii.

24 Parentis habitatio, seu domicilium filii etiam, ut ipsius parentis portionis, incolatus esse, censetur.

Adam si viveret, omnes illius loci, ubi habitaret, domiciliarii essemus: ibidem.

25 Pœna vassallo imposita, si quid contra dominum faciat, habet locum, si faciat contra filium domini.

26 Filius privilegio fori paterni gaudet.

27 Pater cum pluribus filiis pro uno capite consideratur, quoad collectas, & munera subeunda.

28 Domus habitationis patris censetur domus habitationis filii.

29 Catastrum, seu æstimum patris omnibus filiis prodest.

30 Filius pauper, vel dives dicitur secundum patris facultates.

31 Vir aut uxor superstes ob divitias paternas ipse dives censetur, ut excludatur à quarta parte bonorum conjugis defuncti, ex Authentica præterea, Cod. und. vir. & uxor.

32 Stante statuto, ut non aliter quis ad officia publica admittatur, nisi certam quantitatem bonorum habeat? filius, cujus pater eam quantitatem possidet, benè admittitur.

33 Quod unus habet, alter quoque habere, videtur.

34 Et possessio unius, possessio utrinsque promiscua censetur.

35 Stante nostra lege Regia, vulgo de Cordova, requirente in nobilitatis executoria possessoria, avum, & patrem litigatoris, & ipsum litigatorem, per viginti annos nobilitatem possedisse, an si avus, & pater per hoc tempus possederint, filius ante adeptam post mortem patris actualem possessionem, executoriam hanc possessoriam obtinere, valeat?

36 De eadem quæstione in Regno Aragonum.

37 Discutitur magis hæc quæstio, an prafata personarum identitas, aut fictio in acquisitione, seu communicatione possessionis locum habere, possit?

Objicitur, possessionem quid facti esse, & consequenter in ea identitatis fictionem locum habere, non posse, ibidem.

38 Distinguitur pro resolutione hujus objectionis inter novam possessionis acquisitionem, & inter jam quæsitæ retentionem, aut communicationem, ut quid facti, aut juris dicatur.

39 Declarantur, juxta hanc distinctionem, difficilima jura in leg. denique 19. ff. ex quib. caus. major. l. possessio 49. ff. de acquir. possess. l. peregre 44. ff. eodem.

40 Possessio parentibus per filios ex personarum identitate, vel juris fictione quæritur, & in quibus casibus?

41 Respondetur secundò superiori objectioni, ne parentis possessio ex identitatis fictione filiis acquiratur, vel communicetur.

Hoc procedere non potest in jurium incorporalium, de quibus in prasenti, quasi possessione, ibidem.

Jurium incorporalium quasi possessio per quoscumque etiam fictitios modos acquiritur, ut ipsa incorporalia jura: ibidem.

42 Jurium incorporalium quasi possessio ipsa jura incorporalia comitatur.

Lagunez de Fructib.

Limitatur, l. cum hæredes, ff. de acquir. possess. ne in jurium incorporalium quasi possessione procedat: ibidem.

43 Idem in quasi possessione juris prasentandi, & aliorum jurium incorporalium, quod indistinctè eorum quasi possessio tam ex cessione, quàm successione, similibusve modis transferendi dominia absque ulla apprehensione transeat.

44 Contrarium resolvitur, ut verius ad superiorem principalem hujus, §. Quæstionem, imò filios Comitum, aut Marchionum non eisdem titulis, & praeminentiis parentum gaudere, debere: nec Reges, aut Comites appellari, posse.

Personarum inter patrem, & filium identitas procedit per fictionem, & ex artificio juris civilis, non per rei veritatem, remissivè ad plures quæstiones.

Attenta veritate pater, & filius sunt duæ diversæ, & separatæ personæ, ibidem.

45 Plura per patrem, aut filium acquiruntur, vel fiunt, quæ nec alteri quæri, nec per eum expediri, valent, cum n. seqq.

46 Jejunii obligatio, qua pater adstringitur, per filium, ut personalissima adimpleri, nequit.

47 Nec juramentum.

48 Quoad Magistratus functionem, quam filius exercet, diversa, & inferior persona patris habetur.

49 Nec per filii, aut parentis contractum alter obligatur.

51 Prafata rerum paternarum dominii, & jurium acquisitiones non veræ, sed fictæ potius, & impropria habenda.

Filius in his rebus per patrem communicatis nullam administrationem, vel usum habet, sed tantum, vivente patre, dominium quodam, seu jus sopitum quod, patre decedente, patefieri, & continuari, dicitur, ibidem.

52 Filius pauper ob patris divitias ad Sacros Ordines promoveri, nequit, nisi ad titulum patrimonii cum n. seqq.

Non sufficit, quòd à patre divite alimenta jure naturali exigere, valeat: ibidem.

53 Declaratur regula juris; qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere, videtur.

55 Majoratus, quem pater habet, non censetur per filium haberi ad effectum, quòd sit incompatibilis cum majoratu, quem verè filius possidet, quasi in una persona juncti censeantur.

56 Idem in comendis Indiarum.

57 Idem quoad superiorum titulorum Comitatus, Marchionatus, & similium privilegia, & praeminentias, quæ verè filiis, & cum usu non debentur.

58 In multis aliàs pater per usum filii præjudicaretur.

59 Et Vassalli etiam, quia plures dominos haberent.

60 Usu, & consuetudine non servatur, ut filii Comitum, vel Regum, aut Imperatorum Comites, Reges, seu Imperatores in vita parentum appellentur.

61 Primogeniti Regum Principis nomine, & Altitudinis decorantur, cæteri vero nuncupantur Infantes.

62 Declaratur Text. in d. cap. cœpit Hermenegildus Rex 24. q. 1.

Divus Hermenegildus verè fuit Rex, divisumque Regnum cum Patre Leovigildo habuit, ibidem.

63 Honorantur tamen magis, quam cæteri privati, filii, Comitum, Marchionum, & aliorum Principum, aut Magnatum, & quo titulo salutentur:

64 Quid in eadem hujus §. principali quæstione quoad

fratres Comitum, aut Baronum, aliorumque dominorum inferiorum, an eis competat aliqua ex praerogativis, aut tractamentis ipsis dominis debitis?

65 *Quid stante cessione ipsorum dominorum in favorem eorundem fratrum, aliorumque privatorum, an ex tali cessione in eos praeminentia, aut servitia obsequialia transferri, valeant?*

1 PRo coroinde autem capitis, & §§. præcedent, materia, nempè, præeminentiarum, & operarum obsequialium, quæ locorum Dominis, aut Baronibus, per Vassallos exhiberi, debere, superius diximus; non inutiliter ad praxim, quæri, potest: an præeminentiæ istæ, vel operæ, aut tractamenta obsequialia, & similia honorifica emolumenta aliis personis, quàm Dominis, videlicet, eorum uxoribus, filiis, ac fratribus, substitutis, locumtenentibus, & similibus, per vassallos exhiberi, quoque debeant? vel de jure ipsis competant? ita, ut non solum respectu ipsorum Dominorum; verum etiam istarum personarum hujusmodi præeminentiæ, ut emolumentum, aut fructus jurisdictionis, vel dominii habeantur? In qua quæstione pro clariori ipsius resolutione separatim, de unaquaque ea præfatis personis tractabo,

2 Et in primis, quoad uxores, res est absque controversia; nam nullus dubitat, eas præeminentiis, ac titulis, & dignitatibus maritorum potiri, eorumque radiis, ut Luna Solis lumine, coruscare, ut per jura vulgaria *in leg. fœmina, ff. de Senatorib. leg. mulieres 13. Cod. de dignitat. lib. 12. leg. ultim. Cod. de incol. lib. 10. leg. Fiscus, §. fin. ff. de jure Fisc.* quia sunt una caro juxta illud *Genes. cap. 2. Erunt duo in carne una*, 3 † haberurque in nostra *leg. 1. tit. 2. p. 4. & juxta leg. adversus, Cod. de crimin. expilat. hæreditat. leg. 5. tit. 2. part. 3.* & ex aliis vulgaribus juribus communiter notant DD. & vir, & uxor sunt socii divinæ, & humanæ domus quarumlibetve rerum, & honorum,

4 Et ita, quòd mulieres Nobilibus viris, aut Comitibus, vel Marchionibus, aliisve personis illustribus, vel privilegiatis nubentes Nobiles, & Comitissæ, aut Marchionissæ efficiantur, eorumque privilegiis; ac præeminentiis, & honoribus fruit, debeant, resolvunt ex præfatis juribus, & latissimè ad plures quæstiones tractant Joann. Gutierrez *lib. 4. practicar. quæst. 6.* Bobadill. *in Polit. lib. 3. cap. 2. numer. 24.* Picbard. *integro tractat. de Nobilitat. communic.* Petr. Barbos. *in leg. quia talem, ex numer. 27. ff. solut. matrim.* Vincent. de Franc. *decis. 363.* ubi Addent. Pat. Sanchez *de matrimon. lib. 7. disputat. 47. per tot.* Mandel. Albens. *consil. 255.* Paschal. *de patr. potest. part. 3. cap. 10. numer. 64. & part. 4. cap. 2. numer. 6.* Fontanell. *de pact. nuptial. clausul. 7. gloss. 3. part. 15. ex numer. 40.* Cabed. *decis. 98. part. 1.* Pont. *consil. 31. & 16. part. 2.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. cap. 13. ex numer. 20.* Narbon. *in leg. 18. tit. 1. lib. 4. Recopilat. gloss. 1. ex numer. 1.* Carleval. *de Iudic. lib. 1. tit. 1. disputat. 2. quæst. 2. num. 65.* Cokier. *de jurisdict. in exempt. part. 1. quæst. 29. numer. 1.* Bulenger. *lib. 1. Imper. Roman. cap. 19.* & ex moderniotibos alios plures congerentes D. Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 25. numer. 91. cum seqq.* Amaja *in dict. leg. fin. Cod. de incol.* Lara *de vit. homin. cap. 1. ex numer. 14.* Mar. Giurb. *ad Consuetud. Messan. 1. part. cap. 1. gloss. 1. ex num. 52.* Vela *dissertat. 4. numer. 9.* August. Barbos. *in collect. ad Cod. in leg. cum te, Cod. de nupt.* Pareja *de instrum. edit. tit. 2. resolut. 6. special. 6. fol. mihi 264.* Jacob. Horlonsans *in certamin. mascal. & fœmin. acie viril. cap. 5. ex numer. 4.* Cyriac. *controv. 273. ex numer. 13. ad 43. & contr. 401. ex numer. 71.* Marin. *quotid. resolut. 305.* Reynos. *observat. 3.* Capyc. Galeot. *lib. 1. controver. 55. & in respons. Fiscal. 1. ex numer. 111.* Domin. Tasson. *in pragmat. de antefat. vers. 8. observat. 2. ex numer. 14.* Georg. Schombor. *lib. 1. Polit. c. 6.* Lel. Visciol. *horar. successivar. lib. 8. cap. 4. vers. Modestissima*, Turturret. *de Nobilit. gentil. lib. 2. cap. 6.* Besold. *cons. 33. ex num. 3. & in discurs. Polit. de Monarch. cap. 3. & num. 3. & discurs. 1. de trib. domestic. societ. cap. 1. & 2.* Stephan. Nathen. *de justit. vulnerat. part. 1. tit. 8. cap. 10. ex num. 1.* plenè doctissimi Dom. & dignissimi nostri Supremi Senatus Consiliarii D. Ildephons. de Olea *de cession. jur. & action. tit. 3. quæst. 3. numer. 29.* & D. Petr. de Salced. *in theatr. honor.* ad nostram *leg. 16. tit. 1. lib. 4. Recopilat. gloss. 53. per tot.*

Quod intellige, etiam soluto matrimonio per mortem viri, viduitate per uxorem servata, nam, licet matrimonii ratione talia privilegia uxori fuerint quæsita, ejus tamen personæ, & ossibus infixa fuere, quare, & si matrimonium deficiat, ejus effectus semel producti conservantur in persona uxoris, quæ dum ad novum matrimonium non transit, pristini quoque conjugii honorem conservat; & ita in specie resolvunt per Text. expressum *in dict. leg. fœmina, ff. de Senator.* Joann. Plat. *in leg. fin. Cod. de incol. lib. 10.* Franc. Pont. *dict. consil. 31. ex num. 8. & de potestat. Proreg. tit. de elect. offic. §. 8. numer. 9. & 11.* Chassan. *in Catalog. glor. mund. part. 5. consider. 59.* Andr. Varel. *in leg. jubemus, Cod. de proxim. Sacr. Scrin. lib. 12.* Tiraqel. *de Nobilit. cap. 18. numer. 3.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. dict. cap. 13. ex numer. 68. usque ad 83. & numer. 208.* Fontanell. *de pact. nuptial. dict. gloss. 3. numer. 49. & 65.* & ex Otalor. Garc. Azeved. Novar. & aliis Amaja *in dict. leg. fin. Cod. de incol. lib. 10. ex numer. 24.* Stephan. Nathen. *de justit. vulnerat. part. 1. dict. tit. 8. cap. 10. numer. 1.* Capiblanc. *de Baron. tom. 1. super pragmat. 8. part. a. num. 193.* & notant alii plures ex proximè relatis. 5

Quoad filios autem Comitum, aut Marchionum, aliorumve Dominorum inferiorum, major est difficultas, an præfatis suorum parentum prærogativis, & præeminentiis gaudere, debeant? 6

Primò igitur pro filiis facit vulgare Theoricorum, necnon Pragmaticorum dictum, ut ex vi patriæ potestatis, quædam inter patrem, & filium personarum identitas inducatur, ita ut pro una, eademque persona reputentur, ut probant per Text. *in l. lis nulla 4. ff. de Iudic. l. Imperator. 50. ad S. C. Trebellian. leg. ne cum filio familias 16. ff. de furt.* & est Text. formalis *in leg. fin. C. de impuber. & aliis substitut.* ibi: *Cum, & natura pater, & filius eadem esse persona penè intelligantur*, & in nostra *l. 2. tit. 5. part. 5.* ibi: *Ca como quier, que sean dos personas, segun natura, ó segun Derecho son contadas por una*, quia verè filius est portio corporis patris, ut habetur *in l. cum scimus 22. §. 1. in fin. C. de agricol. & censit. lib. 11.* ibi: *cum enim pars quodammodo corporis ejus per cognationem in fundo remaneat*, & apud Ovidium de Dido ad Æneam eleganter Canentem: 7

Forsitan, & gravidam Dido, scelerate, relinquis.
Parsque tui latitat corpore clausa meo.

Unde Divus Hieronymus *in epist. Paul. ad Philemon.* liberos viscera parentum appellat, & ipse Paulus inibi ad id alludens, *Tu autem*, inquit, *illum, idest mea viscera suscipe*: & Canace apud Ovidium ad Macharium, ita de filio omisso, & per feras dilacerato eleganter quærelatur:

Cum mea me ceram sylvis inimicus in altas.
Viscera montanis ferret edenda lupis.

Et paulo post:

Diripiunt avida viscera nostra feræ.

Ex quibus caro parentis in persona filii aucta dicitur, non noviter facta *in cap. contradicimus, §. Hac authoritate 25. quæst. 3.* Paul. de Castr. *cons. 164.* incipit. *in præsenti causa, col. 3. lib. 2.* 8 9 † Ita ut filius pro substantiali parte parentis habeatur, secundum Aristotel. *ethicor. 5. cap. 6.* Petr. Gregor. *syntagmat. jur. cap. 8. numer. 6.* 10 † & vox filii, vox patris dicitur, & è contra *in §. Ei vero, Instit. de inutilib. stipulat.* ubi notant Institutarii, 11 † quare propter istam identitatem, vel similitudinem pater mortuus per filium vivere, fingitur, Ecclesiast. *cap. 30. Mortuus est pater ejus: & quasi*

Digitized by Google

& quasi non est mortuus : similem enim reliquit sibi post
se.
12 Et hanc personarum inter patrem, & filium identita-
tem ad plures juris effectus, & utiles in praxi quæstio-
nes, notant plenissimè cum pluribus ampliationibus,
& limitationibus, Paul. de Castr. omninò videndus in
cons.164. lib.2. ex Theoricis Cujacius ad tit. de justit. &
jur. in leg.1. circa fin. Anton. Faber. in jurisprudent. Papi-
nian. tit.8. princ.7. illat. 1. cum seqq. Emund. Merill. lib.3.
observat. cap. 4. D. D. Melchior. de Valent. illustr. jur.
lib. 3. tractat. 2. part. 1. numer. 5. Anton. Bard. de tempor.
util. cap. 12. numer. 3. cum seqq. in tractat. DD. tom.5.
fol. 218. col. 2. Clemen. Amer. de patr. potest. cap. 4. num.5.
Matth. Brun. de cession. bonor. quæst. 32. numer. 8. Octavius
Vvelpell. de treug. & pac. quæst. 24. ex numer. 4. in
tom. 11. tract. DD. part. 1. fol. 408. col. 2. Nicol. Mo-
ron. de fid. treug. & pac. quæst. 143. num. fin. latè Cardinal.
Tusch. pract. conclus. litt. F. conclus. 351. & litt. P.
conclus. 117. plenè Tiraquel. ad leg. si unquam, Cod. de
revocand. donation. in præfat. num. 15. cum seqq. & in tract.
de primogen. quæst. 33. per tot. Mascard. de probation. con-
clus. 1151. per tot. Paschal. de virib. patr. potest. 4. part. c. 1.
per tot. Vazquez Menchac. de success. creat. lib. 2. §. 20. p. 2.
requisit. 29. declarat. 1. numer. 42. Grat. respons. 39. nu-
mer. 7. lib. 1. Azeved. in leg. 1. tit. 3. lib. 2. Recopilat.
numer. 2. & 3. Aviles in capit. Prætor. 1. gloss. ni hijos,
ex numer. 1. & ex modernioribus, aliis congestis, Nar-
bon. in leg. 35. tit. 3. lib. 1. Recopilat. ex numer. 44. gloss. 1.
& in leg. 17. & 18. tit. 1. lib. 4. gloss. 4. ex numer. 4. Castill.
lib. 1. controvers. cap. 40. numer. 22. & cap. 163. numer. 9.
D. D. Joann. Bapt. Valenzuel. cons. 95. à nu. 66. Hermos.
in dict. leg. 2. tit. 5. part. 5. gloss. 2. numer. 4. ubi & Gregor.
Giurb. de success. feud. cap. 18. §. 2. gloss. 1. num. 11. ubi plu-
res congerit, Capic. Latr. decis. 164. numer. 6. & 7. Matt.
Mager. de advocat. armat. cap. 13. numer. 161. Ailloo. in
addit. ad Gomez 1. variar. cap. 1. ex numer. 10. Roxas de
incompatibil. 4. part. cap. 3. ex num. 24. optimè doctissimus
D. D. Petr. de Salced. in theatr. honor. in l. 16. tit. 1. lib. 4.
Recopilat. ex n. 1.
13 Ex qua inter patrem, & filium unitate, sive persona-
rum identitate videtur ad nostram quæstionem inferen-
dum, eadem privilegia, sive præeminentias, & similia
emolumenta, quæ Comitibus, Marchionibus, aliisve
Dominis inferioribus deberi diximus, ipsorum quoque
14 filiis competere, † quia ex eadem ratione filios Comi-
tum, vel Marchionum, Comites, vel Marchiones in
vita parentum appellari, debere, notant per Text. in
leg. fin. §. Emancipatum, ff. de Senator. Gloss. in cap.
fin. 24. quæst. 1. Andr. de Iseru. in Constitut. Prosequentes,
& in aliis locis relatis per Vincent. de Ann. in repetit. Con-
stitut. terminum vitæ, numer. 24. & 26. Andr. Tiraquel.
15 de primogen. quæst. 33. numer. 3. † Et filios Regum, Re-
ges, ut apertè probatur juxta gloss. ibi, & communem
intellectum per Text. in dict. cap. fin. 24. quæst. 1. ibi: Cæ-
pit Hermenegildus Rex juvenis, junctis sequentibus, Ad
eum perfidus pater Adrianum Episcopum misit, & per Text.
in cap. 1. de pac. constant. ibi: Et filius eius Rex Augustus,
& in cap. nos Romanorum Rex: & notant communiter Ca-
nonistæ in dict. cap. fin. Oldrad. consil. 94. Chassan. in Ca-
talog. glor. Mund. part. 5. consider. 41. Philipp. Paschal. de
patr. potest. part. 4. cap. 1. numer. 5. Gregor. Lopez in leg. 2.
tit. 15. part. 2. gloss. de linage, D. Covarruv. in cap. alma
mater, part. 1. §. 3. num. 9. vers. 3. D. Molin. de primogen.
lib. 3. cap. 6. nu. 15. ubi Addent. Anton. Gom. lib. 1. variar.
cap. 1. num. 5. ubi plures congerit Ayllon. Mieres de majo-
rat. part. 1. quæst. 23. numer. 110. & part. 2. in initio ex nu-
mer. 475. & 515. & part. 3. quæst. 17. numer. 29. Narbon. in
leg. 35. tit. 3. lib. 5. Recopilat. gloss. 1. numer. 44. & in dict.
leg. 17. & 18. ex num. 2. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 5.
ex num. 1. & ex Tiraquel. Perea, Aveodañ. & aliis pluri-
16 bus, Roxas de incompatib. part. 7. cap. 6. num. 3. † Et simi-
liter Imperatorum filii Imperatores, & Augusti vocantur,
juxta Gloss. in cap. Adrianus 91. in verb. Augustus 63. dist.
Lagunez. de Fructib.

Tiraquel. de primogen. quæst. 33. num. 5. † Et fuedatarii fi- 17
lius, fuedatarius, Bald. in l. cum antiquioribus, col. 6. vers.
Decimo sic, Cod. de jur. deliberand. † Ex appellatione do- 18
mini ipsius quoque domini filius continetur in l. 1. §. Do-
mini appellatione, etiam filius famil. ff. ad S. C. Syllanian.
ubi notant Bart. & Bald.
Quæ omnia procedunt per Text. vulgarem in leg. in 19
suis 11. ff. de liber. & posthum. illic: Qui etiam vivo patre,
quodam modo Domini existimantur, leg. in suis, ff. de suis,
& legit. hæredib. & in nostra leg. 21. tit. 3. part. 6. l. 1. tit. 3.
lib. 3. for. leg. & tradunt Didac. del Castill. in leg. 40. Taur.
gloss. 1. Menchac. de succession. progress. §. 10. n. 2. Pichard.
in rubric. de inoffic. testament. num. 27. & in §. Sui autem,
numer. 27. & 28. instit. de hæred. qualit. & different. & ex
aliis juribus tradit Anton. Gom. lib. 1. variar. cap. 9. nu. 7.
& 8. sequitur Cancer. variar. 3. p. cap. 21. ex num. 4. Vela
dissertat. 11. ex n. 27.
Ex quibus similiter, & in nostra quæstione Comitum, 20
Marchionum, seu Baronum filii, aliorumque Do-
minorum inferiorum, ut Comites, Marchiones, &
Domini haberi, debent, & consequenter eis eadem
privilegia, & præeminentiæ, seu tractamenta, quæ,
& parentibus, competent.
Quinimò hæc conclusio eo magis corroboratur, ex 21
quo præfata inter patrem, & filium personarum iden-
titas, non solum locum habet in dominii rerum pa-
ternarum acquisitione, sed etiam in quorumlibet ju-
rium, & privilegiorum communicatione, quæ omnia,
licet propria parentum ex vi identitatis personarum, fi-
liis quoque competere, latè resolvunt DD. proximè rela-
ti ex num. 19. † Et magis specialiter in privilegio immuni- 22
tatis, & exemptionis præsentibus in aliqua Civitate
concesso, quòd, præsente patre, filius absens eo potia-
tur, Paul. de Castr. cons. 110. Incipit super primo quæsito
videtur dicendum, col. 2. vers. In contrarium facit, lib. 1.
Roman. in leg. 1. §. Domini, & in leg. 2. ff. ad S. C. Sylla-
nian. Tiraquel. in dict. l. si unquam, Cod. de revocand. do-
nation. in præfat. n. 15. & cum aliis Niger. de laudem. tom. 1.
qu. 25. num. 61. † Et in quocunque privilegio ratione habi- 23
tationis, vel domicilii resolvit Paschal. de patr. potestat. 4.
p. c. 10. n. 21.
Quia parentis habitatio, vel domicilium, filiis et- 24
iam tanquam portionis ipsius parentis esse censetur, ita
ut juxta singulare dictum Alexand. in dict. leg. in suis 11.
numer. 5. ff. de liber. & posthum. si Adam viveret, omnes
illius loci, ubi habitaret, vicini, & domiciliarii esse-
mus; † Et pœna vassallo imposita, si quid contra domi- 25
num faciat, habet locum, si faciat contra filium domi-
ni, Bart. & Bald. in dict. leg. 1. §. Domini appellatione,
ff. ad S. C. Syllanian.
Et in privilegio fori paterni, quòd, filio in patria po- 26
testate constituto, ut eadem persona cum patre, com-
petat, fusè plura cumulans Joann. Mar. Novar. de elect.
& variar. for. quæst. 9. sect. 3. in novissima editione Neapol.
& in muneribus publicis, quòd pater, & filius una per-
sona, vel quid inseparabile reputentur, ut per Gloss. ad
hoc, & similia singularem in leg. 2. Cod. qui ætat. vel prof.
lib. 10. notant ibidem Joann. Plat. & Bald. in leg. diximus,
§. si pater, de excusat. tutor. per eumdem Text. & in l. non
plures, in fin. Cod. de Sacrosanct. Eccles. in quibus locis
valde dictam gloss. commendat, & idem Bald. in l. etiam,
col. penult. vers. Modo videndum, C. de execut. rei judicat.
ubi ex eadem gloss. notat.
Quòd pater cum multis filiis pro uno capite conside- 27
retur, quoad collectas, vel munera subeunda: † Quia 28
domus habitationis patris censetur domus habitationis
filii, juxta eundem Bald. in leg. 1. §. Illud, Cod. com-
mun. de manumis. † Et catastrum, vel æstimum patris 29
prodest omnibus filiis, Roman. in dict. §. Domini appel-
latione, idem Bart. in leg. cum scimus, Cod. de agricol.
& censit. lib. 11. Alberic. in leg. in suis 11. & in 1. part. sta-
tutor. quæst. 71. & 109. Alexand. in leg. ult. Cod. de impuber.
& al. substitut.

30 Quia filius dicitur pauper, vel dives secundum patris sui facultates, Raphael. Cuman. *cons.* 132. *incipit duos*
31 *fratres, in princip.* † Qui singulariter loquitur in vito, aut uxore superstite, cujus pater est dives, ut ex eo, licet ipse nihil possideat, quartam partem bonorum conjugis defuncti, aliàs conjugi pauperi superstiti debitam, *ex authent. praterea, Cod. unde vir, & uxor.* prætendere, non valeat, & notant idem Cuman. *in dict. leg. in suis, ff. de liber. & posthum.* Alexand. *in d. Authent. preterea, col. 3. vers. Sed juxta pradicta,* Cardin. Tusch. *pract. litt. F. concl. 351. nu. 17.* Tiraquel. *in d. l. si unquam, in præfat. nu. 23. vers. Stantibus,*

32 Et, quòd, stante statuto, ut non aliter quis ad officia publica admittatur, nisi certam quantitatem bonorum habeat, filius, cujus pater eam quantitatem possidet, benè admitti possit, notant Alberic. *in dict. l. in suis 11.* Raphael. Cuman. *in dict. cons.* 132. Tiraquel. *in dict. præfat. ad leg. unquam, numer. 23. vers. Stantibus,* cum benè arguatur: pater est dives, ergo, & filius, Andr. Alciat. *in dict. l. in suis, in fin. de liber. & posthum.* Ægyd. Benedict. *in Commentar. ad l. unic. 6. part. §. 1. numer. 30. in fin. princip. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Molin. *de just. & jur. tom. 1. tract. 2. disputat. 146. vers. Illud praterea,* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 6. n. 33.* Petr. Surd.
33 *in tract. de aliment. tit. 1. q. 23. n. 12. & q. 33. nu. 30.* † Nam propter præfatam personarum identitatem, *ex dict. l. in suis, & d. l. cum scimus, Cod. de agric. & censit. lib. 11.* quòd unus habet, alter quoque habere, videtur, Bald. *in d. l. fin. C. de impuber. & al. subst. nu. 10. in fin.* Surd. *d. tractat. de aliment. tit. 8. q. 37. n. 7.*

34 Imò, quod magis est, in possessione, quòd possessio unius possessio utriusque promiscua censeatur, dixit Bald. *in leg. 2. Cod. de legitim. hæredib.* & sequuntur Guillielm. Benedict. *in cap. Raynutius, §. Mortuo 2. ex num. 2. de testament,* Tiraquel, *in præfat. ad leg. si unquam, C. de revocand. donation, num. 15.* Niger. *de laudem. tom. 2. qu. 16. ex nu. 2.* Paschal. *de patr. potest. 4. p. c. 1. n. 1.* Roxas *de incompatibil. 4. p. c. 3. n. 29.*

35 Ex quibus, pro intellectu nostræ *legis Regia*, vulgò *de Cordova*, requirentis in nobilitatis executoria possessoria avum, & patrem litigatoris, & ipsum litigatorem per viginti annos nobilitatem possedisse, singulariter notat noster Garcia *de Hispanor. nobilitat. gloss. 12. ex numer. 18. 21. & 23.* quòd si avus, & pater per viginti annos possederint, & filius remanserit, qui nullam actualem possessionem post mortem patris adeptus fuerit, quia fortè in locis omnino liberis, & sine ulla distinctione nobilium, & ignobilium vixerit, adhuc tamen poterit vigore possessionis parentis, quam, & ipse habuisse, intelligitur, possessoriam nobilitatis executoriam obtinere: & in eadem specie nostræ legis *de Cordova*, resolvit etiam
36 Otalor. *de nobilitat. 3. part. cap. 8. n. 9.* † Et faciens mentionem dictæ nostræ legis *de Cordova*, cui similis est Forus Regni Aragonum, *fin. tit. quomod. quis, debeat?* latè, & optimè Sesse *dec. 3. ex num. 1.* qui loquitur in filio infante, vel remanente in oppido, ubi nobilium, & ignobilium nulla est distinctio.

37 Quæ tamen possessionis parentis in filio communicatio ex eo procedere, non debere, videbatur, quia possessio facti sit, ut *ex l. denique 13. ff. ex quib. caus. major.* notant DD. ad cujus acquisitionem tanquam quid facti personarum parentis, & filii identitatem extendi, non posse, videtur dicendum, cum sit fictio juris, quæ tantum in his, quæ juris, non quæ facti sunt, operari, potest, *l. in bello 12. §. Facti, ff. de capt. & postlim. revers.*

38 Sed adhuc, retenta præfata resolutione, huic objecto responderi, poterit; Primò, in nostro casu non agi de nova possessionis acquisitione, quo casu eam quid facti esse in ipsius acquisitionis initio verissimum est, sed de jam acquisita retinenda, vel continuanda, & tunc quid juris esse, nullus dubitat, ut optimè docent, & distinguunt per Text. *in leg. peregrè 44. ff. de acquirend. possess.* & per doctrinam Bart. *in l. 1. ff. eod. col. 2.* cum aliis antiquioribus D. Covarruv. *in regul. possessor. 2. part. in initio, n. 3.*
doctè Gomez *in l. 45. Taur. n. 17. & 18.* † Et hoc est, quod 39
dicitur *in dict. leg. denique 19. ex quib. caus. major. Possessio autem plurimum facti habet,* videlicet, in actu acquisitionis, *& in l. possessio 49. ff. de acquirend. possess.* ibi: *Possessio plurimum à jure mutuatur,* nimirum, postquam jam est quæsita, quoad retentionem, juxta *dict. l. peregrè 44. ff. eodem tit.*

Et ad ipsius possessionis acquisitionem per eos, quos 40
in dominio, vel potestate habemus, per quos etiam similiter parentibus scientibus ex eadem personarum identitate, vel juris fictione possessio quæritur, & ignorantibus, si ex causa peculiari quæratur, *l. acquiruntur 10. §. Non solum, ff. de acquirend. rer. dom. l. 1. §. Item acquirimus, l. quod servus 24. cum vulgatis, ff. de acquirend. possession.* Donell. *lib. 9. Commentar. c. 6.* Cujacius *lib. 25. observat. cap. 5.* Valent. *lib. 1. illustr. jur. tract. 2. cap. 5. ex n. 4.* & cum aliis ex pragmaticis Posth. *de manutent. observat. 55. n. 127.*

Secundò adhuc magis specialiter dictæ objectionis re- 41
sponderi, potest, in præsenti videlicet nos agi de præeminentiarum, sive jurium incorporalium acquisitione, sive in favorem filiorum communicatione, & in superiori quæstione circa acquisitionem quasi possessionis, quæ etiam jus incorporale reputatur, quorum jurium incorporalium videlicet, possessionem indistinctè quæri per juris fictiones, & modos, quibus dominia, quæ juris sunt, & ipsa jura incorporalia, sine aliquo facto acquiruntur.

Ex quo cum hujusmodi jurium quasi possessio potius in 42
jure, quam in facto consistat, benè notat in nostro casu quasi possessionis nobilitatis paternæ in filium continuandæ, Joann. Garcia *de nobilitat. dict. gloss. 12. numer. 15. cum sequent.* tanquam his juribus incorporalibus, quasi possessio adhæreat, eorumque acquisitionem comitetur, ex quo hæc jura ossibus inhærent, & ideo ea semel quæsita tenere dicamur, & cum eis tanquam cum aliqua qualitate deambulemus, ut ad limitationem, *l. cum hæredes, ff. de acquirend. possess.* notant Bald. *in l. in suis 11. 2. opposit. ff. de liber. & posthum.* Ferret. *cons. 179. nu. 9.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 46. n. 19.* Gutierrez *cons. 3. nu. 5.* & cum Lambertin. & aliis Gasp. Rodrig. *de ann. reddit. lib. 2. q. 17. nu. 45.* Posth. *de manutent. observat. 55. in princip.* & in cessione D. Olea *de cession. jur. tit. 6. q. 5. ex n. 5.*

Et in quasi possessione juris præsentandi, & aliorum 43
jurium incorporalium, quòd indistinctè eorum quasi possessio, tam ex cessione quàm ex successione, similibusve modis transferendi dominia absque ulla apprehensione transeat, resolvunt, ad limitationem, *dict. l. cum hæredes,* Lambertin. *de jure patronat. 1. part. lib. 2. quæst. 3. artic. 22. num. 4. & 5.* Gutierrez *dict. cons. 3. num. 2.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 5. cap. 5. numer. 33. cum seqq.* ubi contrariam sententiam Achil. Caputaq. & aliorum reprobat in qua tamen quæstione contrarium tenet ex his Doctoribus novissimè in successione Cardinal. Joann. Bapt. Luca *in theatr. veritat. & justit. lib. 13. part. 1. de jure patronat. discurs. 63. numer. 31.* de cujus tamen pleniori resolutione plenius in hoc tractatu dicetur suo loco; quare non mirum, quòd in nostra quæstione quasi possessio nobilitatis per patrem filio communicetur virtute fictionis identitatis personarum, qua ipsum jus incorporale, hoc est, ipsa nobilitas filio quoque quæritur.

Ex quibus omnibus concludi videtur, filiis Comitum, 44
vel Marchionum, aliorumve Dominorum inferiorum præeminentias, & honores, & eadem tractamenta parentum deberi, & per juris personarum identitatem communicari.

Sed adhuc, prædictis non obstantibus, contra- 45
rium, ut verius resolvendum est, imò filios Comitum, aut Marchionum non eisdem titulis, & præeminentiis, quibus sui parentes honorantur, gaudere, debere: nec Reges, aut Comites appellari, posse, quia licet verissimum

Digitized by Google

mum fateat, patrem, & filium in ejus potestate manentem pro unica persona reputari, hoc communiter intelligunt DD. ut non propriè, sed per fictionem juris procedat, & in his, quæ juris, non quæ facti sunt, nec consequenter in his, quæ personis cohærent, ut notant DD. per Text. *in dict. l. fin. Cod. de impuber. & al. substitut.* per illa verba, *penè intelligantur*, quæ improprietatem denotant, optimè Alberic. *in dict. l. fin. numer. 2.* illic: *Sed licet juris fictione prædicta sint vera, tamen secundum rei veritatem sunt duæ diversæ personæ: & in his, quæ facti sunt, pro diversis reputantur*, & ex artificio juris civilis Gloss. *in versic. Existimantur, in §. Sui autem, Institut. de hæred. qualitat. & different.* & ad plures quæstiones speciales latè declarant Anton. Batd. *de tempor. util. cap. 12. ex numer. 3. in tractat. DD. tom. 5. fol. 218. col. 2.* plura remissivè Cardin. Tusch. *practicar. conclus. litt. P. conclus. 117. num. 9.* Tiraquel. *de nobilit. quæst. 33. in fin.* Chassan. *in Catalog. glor. mund. part. 5. consider. 53. nu. 45. cum seqq.* Aloys. Ricc. *decis. 36. Cur. Archiepisc. Neapol. ex num. 1.* Fontanel. *de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 7. part. 1. num. 63.* ubi alios refert Narbon. *in dict. l. 17. & 18. tit. 1. lib. 4. Recopilat. gloss. 4. num. 7.* Mart. Maget. *de advocat. armat. cap. 13. num. 126.* Roxas *de incompatibil. 4. p. cap. 3. num. 32.*

46 Ex quibus declarationibus plura per patrem, aut filium acquiruntur, vel fiunt, quæ alteri quæri, nec per eum expediri, valent, ut in jejunio aliqui notant, ad quod si pater sit adstrictus, per filium hujusmodi obligationem, utpotè personalissimam impleri non posse, benè explicat Fontanel. *in loc. citat. numer. 63. in fin.* quidquid contrarium voluerit Gloss. *in cap. 4. de pœnitent. dist. 3.* Tiraquel. *in dict. l. si unquam, C. de revocand. donation. in præfat. num. 15. in med.*

47 Nec juramentum per alterum explendum; quia similiter hæc obligatio est personalissima, & vinculum animæ respicit: ideò quoad id pater, & filius una, eademque persona reputari, non valent, quemadmodum nec una anima, nec una conscientia rei jurandæ inter eos datur, Bald. *in l. maximum vitium, col. 2. in fin. C. de liber. præterit.* Tiraquel. *in d. præfat. n. 17.*

48 Nec quoad Magistratus functionem, in qua filius Magistratus, ut diversa persona, & patris superior in his, quoad munus Magistratus pertinent, se gerere, debet, *l. ille à quo, §. ultim. ff. ad S. C. Trebellian.* & ex Favorino illustri Philosopho mirabili exemplo comprobat Gellius *lib. 2. noct. Atticar. cap. item 2.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 18. ex num. 3.* & dictum remanet supr. in §. præced.

49 Nec per filii, aut parentis contractum, aut obligationem alter obligatur, *tot. tit. Cod. ne filius, pro patr.* Mart. Maget. *de advocat. armat. dict. cap. 13. n. 126.*

50 Ex quibus idem similiter in nostris præeminentiis, & honoribus dicendum est, quæ eodem modo personalia sunt, & tanquam personæ cohærentia filiis, ut naturaliter diversis à parentibus personis, communicari, non poterunt.

51 Imò, licet concedamus, hæc omnia privilegia, & jura parentum filiis ob personarum identitatem communicari, ut aliarum rerum dominia, & jura, juxta *l. in suis 11. ff. de liber. & posthum.* hoc procedere, & intelligi, debet, ut dictum remanet, non verè, ac propriè, sed potius impropriè, & fictè, ità ut filius in his rebus per patrem communicatis nullam administrationem, vel usum habeat, sed dumtaxat, vivente patre, quodam dominium, vel jus sopitum absque uso, vel administratione, quod ideò, patre decedente, in filium continuari, non de novo acquiri, dicitur *in dict. l. suis 11.* quia, mortuo patre, illud dominium sopitum, quasi reviviscit, & patefit, in eoque filius nanciscitur plenum usum, & administrationem, ut optimè cum aliis ex theoricis explicat doctissimus Dominus Præceptor meus, imò, & communis omniumque amantissimus, sua præclara scientia, & eruditione omni ævo dignissimus D. D. D. Josephus Fernandez de Retes *in opuscul. lib. 7. cap. 2. à num. 26. & lib. 5. cap. 9. n. 1.*

Qua propter cum hoc rerum parentum dominium penes filios in vita patris tantum fictitiè, & sine administratione sit, nullo modo eis pauperibus paternæ divitiæ proderunt, ut ad titulum patrimonii ad Sacros ordines promoveri, valeant, quia Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 21. de reform. cap. 2.* dum ad titulum patrimonii, quem ad Sacros ordines ascendere, permisit, id absque dubio de vero patrimonio intellexit, cujus libero usu, & redditibus ordinandus se alere, possit, ibi: *Eo quoque prius inspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint;* & licèt hujusmodi alimenta jure naturali, positivo, & divino filiis parentes divites præbere, debeant, *l. si quis à liberis, §. Si quis ex his, l. necare, ff. de liber. agnoscend. Princip. institut. de jur. natural. cap. jus naturale, 1. distin.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 1.* ad idque, renuente patre, filius actionem habet, vel officium Judicis implorare, poterit, ut sibi à patre subsidium vitæ subministretur *d. l. si quis à liberis, in princip.* Surd. *d. tract. de alim. tit. 2. q. 1. ex n. 1.* 52

Quo casu locum habere, posse, videbatur vulgaris regula, quæ communiter jactatur: *Qui actionem habet ad rem consequendam, ipsam rem habere videtur, l. qui actionem 15. cum vulgatis, ff. de regul. jur.* hoc tamen jure, vel actione menti Concilii non satisfit, nam certè Sacrum Concilium de patrimonio verè habito, & possesso sensit, non de his rebus, quas, licèt habere, dicamur, hoc tamen non verè fit, sed cum aliqua juris fictione, & improprietate, ut sunt res, pro quibus consequendis aliquæ actiones nobis competunt, quis enim hujusmodi res propriè possidere, & habere, dicet, cum ex his nullam commoditatem, aut fructus percipiat, ut denotatur per verbum videtur, *dict. l. qui actionem*, & ibidem animadvertunt Decius, & Petr. Faber. Surd. *in d. tract. de alim. tit. 7. q. 17. num. 14.* 53

Et in specie, quòd paternæ divitiæ nihil filiis prosint, ut ad titulum patrimonii ad Sacros ordines promoveantur, plenè resolvunt Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 6. num. 28.* Nicol. Garcia *de benefic. to. 1. part. 3. cap. 5. num. 91.* Ugolin. *de offic. & potest. Episcop. cap. 26. §. 9. num. 91.* Narbon. *in l. 35. tit. 13. lib. 1. Recopil. gloss. 1. ex num. 47.* 54

Et in simili casu videlicet, quòd majoratus, quem pater habet, non censeatur per filium haberi ad effectum, ut sit incompatibilis cum majoratu, quem verè filius possidet, quasi utrique in una persona juncti videantur ob prædictam personarum identitatem, resolvit Didac. Rodriguez de Alvarad. *de conjectur. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 39. & 40.* benè Roxas *de incompatibilit. part. 4. cap. 3. ex num. 23. & 30.* 55 † Unde infert etiam doctissimus 56 D. D. Joann. de Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 2. cap. 15. ex num. 1. & cap. 19. num. 46.* Quòd Commendas plures non dicitur habere pater, ex quo filius successit in ea, quam ipse pater ob incompatibilitatem reliquit, ex prædictis videlicet rationibus, quia dominiorum, aliorumque jurium parentis, & filii propter identitatem personarum communicatio fictitia est, & respectu filii absque ullo usu, vel administratione hujusmodi dominii, vel juris paterni communicatio.

Ex quibus concludendum est, idem dicendum esse in nostris filiis Comitum, vel Magnatum, aliorumve Dominorum inferiorum, quibus, licet in vita parentum istorum privilegia, & honores, & Comitatus, vel Marchionatus titulum communicari, dicamus *per dict. l. in suis*, & alia jura superius relata, hoc accipi debet, ut communiter servatur, non ut aliquod exercitium, vel usum istarum præeminentiarum, vel privilegiorum habeant: 57
† quia hoc solum penes patrem viventem residet, qui aliàs 58
per usum filii, in multis præjudicaretur; † & vassallis et- 59
iam non parvi gravaminis esset, nam plures essent Comites, aut Domini, qui eis imperarent.

Qui-

60 Quinimò nec usu, aut consuetudine servatur, quòd
omnes filu Comitum, vel Regum, aut Imperatorum
Comites, Reges, seu Imperatores in vita parentum ap-
61 pellentur: † sed solum primogeniti Regum *Principis* no-
mine, & altitudine decorantur, cæteri verò nuncupantur
Infantes.

62 Nec quidquam facit exemplum superius in initio hujus capitis objectum nostri Regis, & Sancti Hermenegildi, qui, adhuc vivente patre, Rex fuit nominatus, ut constat *in dict. cap. cæpit Hermenegildus Rex*, nam, sejecta expositione Glos. quæ in hoc Text. id ex vi identitatis personarum procedere, putavit, juxta *dict. l. in suis* 11. *ff. de liber. & posthum.* dicendum est, Divum Hermenegildum verè, & propriè Regem Hispalensem electum fuisse à populo, atque solemniter coronatum, oam Leovigildus pater ejus, ut Hispaniarum Imperium Gotticum, aliàs electivum in suis descendentibus continuaretur, eoque mortuo, firmum maneret, sibi adjunctos in vita nominavit suos filios videlicet Hermenegildum, & Reccaredum, commisso Hispalensi Regno Hermenegildo, parte altera à Tagi fontibus Reccaredo, ipso autem Leovigildo Toleti in Regno remanente, ut testantur nostri Historiographi Hispani ex Garivai, Gregor. Turonens. Rassis, & aliis Pater Mariana *in histor. Hispan. to.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *circa fin.* Magister Sanctius *de reb. Hispan. lib.* 1. *cap.* 10. *post priac.*

63 Unum tamen nota, quòd filii Comitum, Marchionum, & aliorum Principum, aut Magnatum propter Parentum dignitatem, & honorem, honorari etiam debent, magis quàm alii privati, ut apud nos servatur in filiis Magnatum in patria potestate existentibus, quibus honorificam salutationem de Señoria permittitur in nostra Pragmat. de vulgò: *De las Cortesias*, *in l.* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* & ibidem notat eruditus D. D. Petr. de Salzed. *glos.* 50. *num.* 10. in qun satis à suis parentibus differunt, qui io salutationibus titulo de *Excellencia* decorantur juxta eandem *Pragmatic. in dict. l.* 16. & quod in filiis Magnatum dictum est, servatur etiam apud nos de consuetudine in quibuslibet aliis filiis Comitum, vel Marchionum, licèt Magnates non sint, quibus etiam titulus de Señoria ab omnibus exhibetur: intellige vivente patre, & dum in sua domo, & potestate sunt, quasi tunc magis personam patris, ejusque honorem tangat filios hoc titulo tractari: secus, eo mortuo, aut filiis secundò, vel tertiogenitis, & patria potestate per matrimonium, vel aliter, exeuntibus.

64 Quoad fratres autem Comitum, vel Baronum, aliorumve Dominorum inferiorum, an eis aliqua ex prædictis prærogativis, vel præeminentiis, aut tractamentis, quæ ipsis Dominis deberi, diximus, competant? dubitari etiam potest, sed breviter resolvendum cum Joann. Maria Novar. *de gravamin. vassallor. tract.* 2. *gravam.* 21. nullo modo has præeminentias, vel servitia obsequialia eos prætendere, posse, quia omninò, ut extranei, & ut cæteri vassalli reputantur.

65 An verò saltim ex cessione, ipsorum Dominorum in eorum fratres, vel alios privatos hujusmodi præeminentiæ, aut servitia obsequialia transferri valeant? plenè tractavi supra in cap. præced. ubi pro negativa cum multis resolvi.

Quæ de servitiis, & operis vassallorum obsequialibus, & de honoribus, aut præeminentiis, sive tractameotis Comitum, Marchionum, aliorumve Dominorum inferiorum, quæ certè loco fructuum, aut emolumentorum haberi, debent, dixisse sufficiat, quæ omnia, quasi non aliena, imò nostri tractatus materiæ propria, ei, cum aliis emolumentis, & præeminentiis, de quibus in capitibus præcedentibus nostro operi annectere, curavi; utinam utiliter ad praxim, & jucunde ad lectorem (ut conjicio) fiat.

CAP. XXXI.

ARGUMENTUM.

Collationes, electiones, institutiones, præsentationes, nominationes, & similia facere, an fructus sit Episcopatus, alteriusve Prælaturæ, Juris patronatus, aut officii, cujus ratione competunt? Plura de istorum actuum utilitate, & præminentia: & quòd ideò, ex quo hujusmodi collationes, præsentationes, & similia fructus sint, Episcopo, Patrono, Possessori majoratus, feudi, & emphyteusis, cui Jus Patronatus inhæret, competant: necnon, & marito ratione dotis, conductori, fideicommissario, curatori hæreditatis jacentis, Patri in Patronatu bonorum adventitiorum, & cuilibet alii fructuario: de quibus omnibus separatim in §§. sequentibus agam.

SUMMARIUM.

1 *PRoponitur principalis hujus capitis quæstio: circa collationes, electiones, nominationes, præsentationes, & institutiones beneficiorum, & officiorum: an hæc omnia inter fructus Episcopatus, beneficii, vel officii, aut Iuris Patronatus connumerari debeant?*

2 *Tractatur etiam consequenter, à quibus hæc percipi, sive expediri, valeant? Ratio hujus præmatura de fructuum acquisitione tractationis, ibid. & n. seqq.*

Acquisitionis fructuum materia cum materia, sive tractatione circa ipsorum fructuum essentiam pluries connexa invenitur, & sic incidenter necessario tractanda in præsenti, aliisque hujus primæ part. cap. etsi in eis de fructuum tantum essentia principaliter agemus, ibid.

3 *Collationes, electiones, præsentationes, & similia inter fructus Episcopatus, alteriusve Prælaturæ, beneficii, vel officii, aut Iuris patronatus habenda, resolvitur ex communissima Doctorum sententia, & n. seqq.*

4 *Referuntur Doctores specialiter in collationibus loquentes.*

5 *In vocis præstatione, tam in Ecclesiasticis Congregationibus, sive Capitulis, quàm inprophanis Parlamentis, vel Curiis.*

6 *In nominationibus.*

7 *In præsentationibus, ad plures quæstiones remissivè.*

8 *Ratio, cur collationes, præsentationes, & similia beneficii, vel officii, aut Iuris patronatus fructus habeantur? & n. seqq.*

Quamvis nullum commodum pecuniarium, vel aliud temporale per conferentes, vel præsentantes ab electis exigi, possit, gaudent tamen aliis commodis, & utilitatibus, ibid.

9 *Conferre, vel præsentare, maxima præeminentia.*

10 *Non venit, ut quid per excellens, & speciali nota dignum, ia generali jurisdictionis concessione per Episcopum suo Vicario facta.*

11 *Nec in Capitulum, Sede vacante, transit ex generali juris concessione, potestate, & jurisdictionis Episcopalis jure.*

12 *Præsentare, aut conferre, & si præcisum, & necessarium sit, cui tamen conferendum, vel præsentandum, voluntarium habetur.*

In

Digitized by Google

In hoc maxima conferentium, vel præsentantium utilitas, ibid.

Eligens in electum magnam liberalitatem exercet, ibid.

13 *Episcopi, aliive Prælati suis nepotibus, consanguineis, ac familiaribus dignis, & benemeritis beneficia conferendo, se eximere, & liberare, possunt ab alendi sanguinis obligatione, vel gratificatione servitiorum.*

14 *Conferre, vel præsentare, donatio reputatur.*

15 *Donans donatarium naturali antidorali obligatione adstringit.*

16 *Magna utilitas in hoc versatur.*

Interest hominis, beneficio hominem affici, & ita beneficii debitorem sibi quærere, ibid.

17 *Similiter voluntatem in his electionibus, vel præsentationibus, & similibus explere lucrum, sive fructum continet.*

18 *Magnum lucrum in eo, quòd contractus ab aliquo initus sortiatur effectum, nec rescindatur.*

19 *Et si amicitia, beneficio collato, quis satisfaciat.*

20 *Magna in his omnibus fruitio: refertur elegans locus Senecæ.*

22 *Grave damnum infertur, si quis in his electionibus, & similibus actibus voluntatem implere, suoque desiderio satisfacere, impediatur.*

23 *Circa collationem beneficiorum quæstio gravis præjudicii.*

24 *Collationes, & præsentationes non solum inter fructus, sed inter principaliores habentur.*

25 *Collationes, & præsentationes, & si non in specie, in genere tamen renascuntur.*

26 *Collationes, & præsentationes possessori bonæ fidei juris conferendi, vel præsentandi, ut alterius res fructus, competunt.*

27 *Conferendi, vel præsentandi potestas ad eum regulariter pertinet, ad quem, & cæterorum fructuum colligendi jus.*

28 *Collationes, præsentationes, nominationes, & similia Episcopis ratione Episcopatus, Regibus, & aliis Patronis ratione Juris Patronatus, ut fructus, competunt: necnon, & aliis fructuariis, marito ratione dotis, possessori majoratus, feudi, aut emphyteusis, patri, tutori, sequestri, Capitolo, Sedevacante, & aliis, de quibus singulis quoad hujusmodi collationes ratione Prælaturæ, aut Juris Patronatus plenè in §§. sequent. tractatur.*

1 REm difficilem, satisque intricatam, sed utilissimam, admodumque frequentem in praxi aggredimur, circa collationes, electiones, nominationes, vocis præstationem, præsentationes, confirmationes, & institutiones beneficiorum, & officiorum, an hæc omnia inter fructus Episcopatus, alteriusve Prælaturæ, beneficii, vel officii, aut Juris patronatus connumerari
2 debeant? † Et à quibus consequenter ea percipi, sive proprius expediri, valeant? quia in hoc, ut in aliis similis materiæ capitibus, materiam acquisitionis tractare, decrevi, simul cum principalibus hujus nostri operis primæ partis quæstionibus, quæ licet dumtaxat circa fructuum essentiam versari, deberent, adhuc tamen hanc etiam de fructuum acquisitione anticipatam tractationem in hoc, & in aliquibus hujus primæ partis capitibus justa ratione, necessariam duxi, ob connexitatem nempè materiarum, quarum quælibet ab alterius resolutione pendet; nam plura rerum emolumenta, an in fructu sint, necne? plenè cognoscemus ab effectu acquisitionis, si nimirum usufructuario, marito ratione dotis, vel similibus competunt: & è contra istorum acquisitio dependet etiam, ex quo talia emolumenta in fructu sint computanda; quapropter materiæ istæ simul hic, & in aliis similibus hujus primæ partis capitibus commiscentur, ut ita in uno capite recollectæ facilius inveniantur, & clarius, quàm si in pluribus capitibus divisæ, ac dispersæ collocarentur.

Primò igitur, quoad principalem hujus capitis quæ- 3
stionem, an videlicet collatio, præsentatio, electio, & similia prædicta reputari, debeant inter fructus Episcopatus, alteriusve Prælaturæ, sive beneficii, aut officii, vel Juris patronatus, quorum ratione competunt? omissa in hac re longiori disputatione, quæ sanè inutilis esset; quia in hac re est concors ferè omnium DD. sententia, breviter resolvendum est: hæc omnia in prædictarum rerum fructu connumeranda: ita communiter resolvunt primo tam in collationibus, quàm in electionibus, nominationibus, & præsentationibus loquentes, quòd juris conferendi, eligendi, nominandi, vel Juris patronatus fructus sint, *ex cap. cum Bertoldus, de re judicat. cap. consultationibus, de Iure patronat. cap. quod autem, cap. ex litteris eodem*, & aliis vulgaribus juribus, optimè Gloss. *in cap. cum olim, verb. Capitulo, vers. Sed collatio beneficiorum, de majorit. & obedient.* & ibidem Abbas *num.* 1. Felin. *num.* 2. Imol. *num.* 2. & alii antiquiores Canonistæ, benè Alexand. *cons.* 75. *num.* 42. *cum seqq. lib.* 4. incipit *visis*, Petrus Baisius *in suo director. election.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 12. extat in tractat. DD. *tom.* 15. *part.* 2. *fol.* 381. Cardin. Tusch. *practicar. conclus. litt. C. conclus.* 421. *per tot.* Cassador. *decis.* 3. *numer.* 6. *de pension.* Hieron. Gonzal. *in regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 45. §. 2. *ex num.* 8. August. Barbos. *in appellat. verb. Fructus, num.* 21. *& in tract. de potest. Episcop. lib.* 3. *tit. de Iure patron. cap.* 12. *ex n.* 224. Guizzarel. *decis.* 34. *num.* 8. Niger. *de laudem.* 1. *part. q.* 13. *num.* 70.

Et specialiter loquentes in collationibus, quòd com- 4
putentur inter fructus principales Episcopatus, alteriusve beneficii, ultra Glos. Abbat. & relatos, eadem Glos. *in cap. cum Bertoldus, verb. Patrono*, Innocent. *in cap. consultationib. de jure patron.* Imol. *in Clement. ne in agro, column.* 17. *de stat. Monachor.* & idem Cardin. *in §. Si quis, in* 1. *quæst.* benè Abbas *in cap. cum olim, de caus. possess. & propriet. num.* 4. *& in cap. querelam, de election. column.* 2. Ægidius *cons.* 10. *num.* 33. *versic. Prima ratio*, Joann. Selva *in tract. de benef. part.* 2. *quæst.* 9. *num.* 6. *& part.* 3. *q.* 40. *num.* 4. in tract. DD. *tom.* 15. *part.* 1. *fol.* 92. Gundisal. Villadieg. *in tractat. de legat. quæst.* 11. *num.* 20. *in tract. DD. tom.* 13. *part.* 2. *fol.* 265. Joann. Franc. Pavin. *de offic. & potest. cap. sed. vacant. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 2. *in eodem volum. DD. fol.* 421. Christofor. Rossiniac. *in tractat. de benef. cap.* 1. *numer.* 21. *in tractat. DD. tom.* 15. *part.* 2. *fol.* 247. & in electionibus tractant, & resolvunt optimè Alesand. *dict. cons.* 75. *lib.* 4. *numer.* 42. Castrens. *cons.* 345. *incipit, forma Capituli, numer.* 2. *versic. Nam fructus, lib.* 1. Innocent. *in cap. Cumana, column.* 2. *de election.* Imol. *in cap. cum M. column.* 24. *de constitut.* Angel. *in l. momentanea, numer.* 3. *C. unde vi*, Ripa *in cap. cum Eccles. Sotrina, de caus. possession. & proprietat. ex num.* 102. *&* 106. Petr. de Baisio *in suo director. election.* 1. *part. cap.* 2. *num. fin.* Jacob. Mandel. de Alba *cons.* 174. *num.* 11. & ibidem Addit.

Et in vocis præstatione, quòd similiter Canonica- 5
tus, vel Præbendæ alteriusve officii fructus sit, Innocent. *in cap. in litteris, de restitut. spoliat.* ubi notant alii Canonistæ Imol. *in Clement.* 2. *column.* 2. *de ætat. & qualit.* Felin. *in dict. cap. cum olim, numer.* 2. *de majorit. & obedient.* & tam in Ecclesiasticis, quàm in prophanis, Mastril. *decis.* 18. *numer.* 3. qui loquitur in Parlamentis, sive Curiis, quæ in Regno Neapolit. singulis tribus annis, vel prout aliter necessitas expostulat, coram Prorege fiunt, in quibus illius Regni Principes, Duces, Marchiones, Barones, aliive feudatarii, & Civitates Regii Demanii per suos Syndicos, vel Procuratores assistunt, vocemque præstant, ut tradit quoque Marin. Frecc. *de subfeud. lib.* 1. *in* 1. *dub. ex numer.* 6. de quibus tra-

tractat Horat. Barbat. de divis. fruct. 1. part. cap. 16. ex nu-
6 mer. 6. † In nominationibus vero, quòd sint quoque fru-
ctus nominandi ex Boerio, Rebuff. Vivian. & aliis docet
7 D. Valenz. dict. cons. 188. num. 10. † Et in præsentationibus
idem, post antiquiores Canonistas in dictis juribus, latè
ad plures in praxi quæstiones resolvunt, ex dict. cap. con-
sultationibus, cap. cum Bertoldus, de jure patronat. ubi
notant Barbos. & alii Canonistæ, & in c. ex litteris, eo-
dem tit. Roch. de Curt. de iure patronat. in verb. Ius,
num. 8. Lambertin. eodem tractat. lib. 1. 2. part. in. quæst.
principal. art. 3. num. 2. Boer. decis. 17. numer. 14. Zerol. in
prax. 1. part. verb. Ius patronatus, versic. 16. Seraphin.
decis. Rot. 456. numer. 3. Lara de Cappellan. lib. 2. cap. 9.
num. 41. Rota decis. 7. de jure patronat. in novissim. Guilhel.
Redoan. de simon. part. 2. cap. 37. numer. 18. in volum. DD.
tom. 15. part. 2. fol. 86. Petr. Andr. Gambar. de potestat.
Legat. à Later. lib. 4. numer. fin. in tractat. DD. tom. 13.
part. 2. fol. 182. Selva in tract. de benef. part. 2. quæst. 7.
numer. 6. in tractat. DD. tom. 15. part. 1. fol. 38. column. 1.
Dom. Molin. de primogenitur. lib. 1. cap. 24. num. 2. Baeza
de decim. tutor. cap. 23. numer. 16. benè Hieronym. Gon-
zal. in loc. citat. Joann. Gutierrez. de tutel. & cur. 3. part.
cap. 29. numer. 2. Jacob. Mandel. de Alba consil. 174. n. 11.
Alexand. Raudens. variar. resolut. cap. 19. numer. 27. Ma-
rescot. lib. 1. variar. cap. 55. numer. 15. Gabriel. Pereir. de
man. Reg. 1. part. cap. 7. numer. 25. & 2. part. cap. 26. nu-
mer. 15. Nicol. Garzia de benef. 5. part. cap. 1. ex num. 690.
& cap. 5. numer. 2. Azeved. consil. 9. numer. 2. Masin. de con-
fisc. quæst. 37. numer. 73. Jul. Vivian. de iure patronat. lib. 8.
cap. 8. numer. 20. Beltramin. in addit. ad Ludovis. decis. 77.
numer. 11. Cæls. Hug. cons. 78. numer. 1. Mutta decis. 72.
numer. 6. Gizzatel. decis. 34. numer. 8. ubi Addent. Aloys.
Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neapol. in 1. numer. 1. part. 1.
Silvest. Bernart. in respons. jur. pro Reg. Patr. 1. part. §. 16.
num. 30. & §. 15. numer. 39. Cabed. de Patron. Reg. Coron.
cap. 13. numer. 2. D. Valenz. consil. 188. numer. 10. & consil.
63. numer. 104. Reynos. observat. 37. num. 4. & observ. 66.
numer. 7. Posth. de manutent. observat. 32. numer. 9. Au-
gust. Barbos. vot. 20. numer. 27. & in appellativ. verb. Fru-
ctus, numer. 21. Narbon. de ætat. ann. 7. quæst. 21. num. 22.
Castil. de usufruct. cap. 36. num. 37. Niger. de laudem. 1. p.
quæst. 7. numer. 70. Horat. Barbat. de divis. fruct. 1. part.
cap. 16. numer. 5. Mar. Giurb. de Constitut. Messanens.
cap. 1. gloss. 2. numer. 48. Merend. lib. 24. controvers. jur.
cap. 35. numer. 6. Pareia de instrument. edit. tit. 2. resolut. 3.
numer. 17. D. Salgad. de Reg. protect. 3. part. cap. 10. num. 3.
Petr. de Marc. in concord. Sacerdotii, & Imperii, lib. 8.
cap. 22. §. 7. & cap. 24. §. 4. & 5. Andr. Valens. lib. 1. de be-
nef. tit. 4. numer. 22. Georg. Mund. consil. 17. numer. 226.
volum. 1. Fermos. in tractat. de sed. vacant. tractat. 1. qu. 4.
ex numer. 103. & quæst. 23. numer. 4. & 17. cum. seqq. Villa-
roel. en el Govierno Ecclesiastico 2. part. quæst. 19. artic. 1.
numer. 21. & novissimè Dom. Petr. Frasso de Patron. Reg.
Indiar. cap. 7. num. 2. Dominic. Antunez de Portugal. de
donation. 3. part. cap. 28. numer. 76. Illustrissimus Dom.
quem pro cunctis referre, sufficeret, D. D. Franciscus
Ramus del Manzano, vir quidem sua prudentia, &
doctrina, & scriptorum eruditione nostro ævo nulli
secundus, omnique tempore venerandus in supplic. ad
Sanctissim. Domin. nostrum Alexand. Papam VII. pro no-
minatione Episcoporum Regnorum Lusitaniæ nostro Regi Ca-
tholico competente, proposit. 1. numer. 3. quos omnes ità
fusè congessi ob plures quæstiones, & dubia, quæ
circa hunc articulum in praxi excitari, solent, apud
quos ea videre poteris, ultra infra per nos specialiter re-
ferenda.

8 Nec mirum (ut nostram principalem conclusio-
nem prosequamur) quòd hi omnes actus conferendi,
præsentandi, eligendi, &c. ut fructus Episcopatus,
alteriusve Prælaturæ, sive Præbendæ, vel Juris patro-
natus habeantur; nam licet ob hujusmodi collationes,
præsentationes, vel electiones ad beneficia Ecclesiasti-
ca nullum commodum pecuniarium, vel aliud tempo-
rale per conferentes, aut præsentantes ab electis exigi,
possit, sed gratis fieri debeat, ne alias simoniæ labes in-
curratur, ut frequenter notant Doctores materiam simo-
niæ tractantes: attamen magnum interesse, & utilitatem
ex parte eligentium in se continent.

Primò, quia est maxima præeminentia, conferre, 9
vel præsentare beneficia Ecclesiastica, ut ex cap. ex fre-
quentibus, de institution. cap. conquærenti, de offic. ordi-
nar. notant Flamin. Paris. in tractat. de confident. quæst. 28.
numer. 267. Joan. Selva in tractat. de benef. 2. part. qu. 11.
numer. 9. & honorificentia, & prærogativa maximi mo-
menti reputatur, cap. venerabilem 33. de elect. Sforc. de
restitut. in, integr. art. 6. num. 25. & 26. † Iden tanquam 10
quid præexcellens, & speciali nota dignum jus conferen-
di in generali jurisdictionis concessione facta ab Episcopo
suo Vicario non comprehenditur, juxta Text. vulgarem
in l. item apud Labeonem, §. Hoc edictum, ff. de injur. no-
tant in specie per Text. in cap. fin. de offic. Vicar. in 6. De-
cius consil. 123. incipit, in casu proposito, numer. 4. in fin.
Rota in decis. 1. de offic. Vicar. in antiquior. Paris. cons. 80.
num. 17. & 18. lib. 4. † Nec in Capitulum, Sedevacante, 11
transit ex generali juris concessione, potestatis, & juris-
dictionis Episcopalis, ut, ad differentiam institutionis,
notant per Text. in cap. 1. de institut. in 6. cap. 1. §. Cum ve-
ro, cap. 2. ne sed. vacant. aliquid innovet, Decius in loc. ci-
tat. Pavin. de offic. & potestat. Capitul. sed. vacant. 2. part.
quæst. 1. per tot. Selva de benef. 2. part. quæst. 11. num. 6. cum
seqq. & extat nostra l. 9. in fin. tit. 16. part. 1. & plenius infra
dicam.

Secundò conferentes, vel præsentantes ad beneficia 12
ex eo etiam maximam utilitatem consequuntur, quia,
quamvis conferre, vel præsentare beneficia sit precisum,
& necessarium, præsentare tamen, vel conferre ma-
gis uni, quàm alii, est voluntarium, & gratiosum;
in eoque eligens in electum magnam liberalitatem exer-
cet, ut notant ex pulchra Gloss. in cap. relatum, verb.
Liberaliter, de præbend. & in cap. fin. verb. Libera, de
offic. Vicar. in 6. Staphil. de grat. & expectat. §. Nona for-
ma, num. 6. alias num. 8. & 9. Ripa in l. fin. num. 160. Cod.
de revocand. donat. Dom. Molin. de primog. lib. 2. cap. 4.
num. 13. & 14.

Qua ratione optimè animadvertit Hieronym. Gonza- 13
lez in regul. 8. Cancelar. §. 4. proœm. num. 47. cum sequentib.
non levem utilitatem Episcopis, aliisve Prælatis ex ju-
re conferendi provenire, ex quo suis nepotibus, aut
consanguineis pauperibus dignis, & benemeritis be-
neficia conferre, poterunt, unde se alere valeant,
quibus aliàs de propriis bonis subvenire, teneren-
tur: necnon, & suis familiaribus in gratificationem
servitiorum, liberando se ita à remunerandi obliga-
tione.

Tertiò magna utilitas, & commodum in collationi- 14
bus, & præsentationibus versatur, ex eo, quòd con-
ferre, vel præsentare, est donare, ut vulgariter no-
tant DD. per Text. in dict. cap. fin. de offic. Vicar. in 6.
Panormitan. & reliqui Canonistæ in cap. relatum, de præ-
bend. † Donans autem obligat sibi donatarium quadam 15
obligatione naturali, & antidorali, l. sed, & si lege 25.
§. Consuluit, ibi: Quamvis ad remunerationem sibi natu-
raliter aliquem obligaverunt, ff. de hereditat. petit. qua
benefacienti, benèfacere, cogimur, unde ait Gloss. in
hoc Text. verb. Obligaverunt, quod omnis creatura mo-
vetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefacit: & in spe-
cie conferentis beneficium, quòd obliget illum, cui con-
fertur ad antidora naturali obligatione, tenent Abbas per
Text. ibi in cap. post electionem, num. 2. de concess. præbend.
Milius in repertor. verb. Beneficiorum collatio, numer. 14.
16 † Quæ non minima utilitas est reputanda, interest quip-
pè hominis, beneficio hominem affici, l. servus, in fin.
ff. de serv. exportand. Vela in comment. ad cap. 1. de offic.
Ordinar. 2. part. num. 65. Alciat. Emblemat. 160. D. So-

lorz.

Digitized by Google

lorz. *de jur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 9. num. 55. & 72. cap. 13. à num. 12. 80. & 89.* quia ut inquit Gajus in eleganti ad rem Text. *in l. si pignore 54. §. 1. ff. de furtis, species lucri ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere:* benè aoimadvertunt Aoton. Pichard. *in §. 10. num. 37. Institut. ad leg. Aquil.* Hieronym. Gonzalez *in regul. 8.*
17 *Cancellar. §. 4. proœm. ex nu. 53.* † Similiter voluntatem io his electionibus, vel præsentationibus explere, lucrum etiam, & consequenter fructum continet, nam satis lucrari, dicitur, qui voluntatem adimplet, ut notabiliter dicit singularis Gloss. *ult. in l. penult. ff. de condict. caus. dat.* & ibidem norant Bart. Angel. qui glossam notabilem dicunt, Aretin. & Bald. *in l. 1. Cod. de furt.* idem Bald. *in sua Margarita, in verb. Lucrum, vers. 3.* &, licèt his non relatis, Felic. *de societat. cap. 27. num. 28.* Merlin. *tom. 2. controvers. cap. 45. num. 19.* & est bonus Text. *in l. 1. ff. qui satisdar. cogant.* in illis verbis: *Satisfacere dicimus ei, cujus desiderium adimplemus.*
18 Ex quibus optimè dicunt Philip. Corneus *cons. 51. incipit, licet in hoc, column. 3. vers. Solent enim, lib. 2. & cons. 187. incipit, videtur in hac, column. 3. vers. Est ergo sensus, lib. 3.* Tiraquel. *de retract. lignag. in præf. num. 15.* quòd satis lucratur, qui in eo suæ voluntati satisfacit, ut contractus à se initus sortiatur effectum, nec rescindatur:
19 † ut, & qui amicitiæ satisfacit, eamque, beneficium conferendo, adimplet, Niger. *de laudem. tom. 1. quest. 13.*
20 *num. 39.* † Quia in his omnibus non minima fruitio consistit: pro quibus est elegans, & mirabilis locus Senecæ *consolat. ad Marc. cap. 12.* ibi: *Licet tibi nihil industria ejus contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia quæsierit, ipsum, quod habuisti, quod amasti, fructus est,* de quibus alibi quoque ad similia.
21 Quare magni lucri, & fructus collationes nostræ, & præsentationes sunt æstimandæ; nam cum eis non solum voluntas in personarum electione simpliciter adimpletur, sed etiam consanguineorum, familiarium, & amicorum
22 obligationes remunerantur; † unde è contra voluntatem in his electionibus, & aliis actibus implere, suoque desiderio satisfacere, si quis impediatur, grave damnum sentire, notarunt Bart. *in l. si filius, qui patri, numer. 7. ad med. vers. Ratio, quia ex eo, ff. de vulgar.* Bald. *in sua Margarit. verb. Lucrum, vers. 3. in not.* Menoch. *de recuperand. possess. remed. 1. num. 42.* Tiraquel. *de retract. lignag.*
23 *in præfat. num. 25.* † Gravisque ex hoc præjudicii quæstionem circa collationem beneficiorum dicunt Gloss. *in cap. cum olim, in verb. Capitulo, post med. in vers. Sed collatio, de majoritat. & obedient.* & ibidem Abbas *num. 2.* Milius *in repertor. verb. Beneficiorum collatio, numer. 16. ad med.*
24 † Et quia juxta hos, & superius relatos DD. collationes, non solum ut fructus Episcopales habentur, sed etiam inter majores, & principales fructus collationes, & præsentationes connumerat Arnulphus Ruzæus *de jur. regal. in §. incipit, secundo loco, numer. 2. in tractat. DD. tom. 12. fol. 359.*
25 Nec huic nostræ verissimæ conclusioni, ut collationes, præsentationes, electiones, & similia juris conferendi, vel præsentandi fructus fiot, obstat, quod, licèt per transitum, voluit Joann. Gutierrez *de tutel. part. 3. cap. 19. num. 9.* hæc nimirum emolumenta non renasci, quod inter alia requiri, ut quid fructus reputetur, diximus supra in hac part. *cap. 2. ex num. 47. & cap. 6. ex num. 19.* & aliis in locis, juxta declarationem de qua ibi; quia imò verius est, collationes hujusmodi renascentiam habere, nam, mortuo præsentato, potest fieri nova præsentatio, quæ renascentia in genere sufficit; ut quid fructus dicatur, tametsi non renascatur in specie, juxta singularem doctrinam Bartol. *in l. fin. num. 3. ff. solut. matrimon.* & notat in specie Petr. Barbos. *in l. divortio 8. §. Si vir, numer. 56. ff. solut. matrim.*
26 Quæ nostra verissima resolutio, tam in collationibus, quàm in præsentationibus, & aliis nominandi actibus, ut inter fructus juris conferendi, vel præsentandi reputentur, clarè etiam comprobant DD. ex eo, quòd sicuti possessori bonæ fidei cæteri fructus competunt juxta vulgaria jura *in §. Si quis, à non domino, Institut. de rer. divis. l. bona fidei, ff. de acquir. rer. domin. cap. gravis, de restit. spoliat.* ita similiter collationes, vel præsentationes facere, ad bonæ fidei possessorem juris conferendi, vel Patronatus, ut ipsius fructus pertinere, dicunt Petr. Baisius *in director. election. 1. part. cap. 2. numer. fin. in tractat. DD. tom. 15. part. 1. fol. 381.* Gomez *in regul. de triennal. quest. 37. numer. 19.* Christoph. Ruffiniaz. *in tractat. de benefic. cap. 21. numer. 21. in tractat. DD. tom. 15. part. 1. fol. 247.* Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. glos. 45. §. 2. numer. 10.* ita ut vero domino bonæ fidei possessor præferatur, ut plenius dicam infra in §§. seqq.

Quia conferendi, vel præsentandi potestas ad eum regulariter pertinet, ad quem, & cæterorum fructuum 27
colligendi jus, Innocent. *in cap. examinata, de Judic.* & sic ad eum, qui est in possessione fructus percipiendi, ex Hostiens. & aliis antiquioribus Canonistis ibidem Selva *de benefic. part. 2. quest. 9. ex num. 1. in tract. DD. to. 15. part. 2. fol. 38.* de cujus regulæ intellectu in sequestre plenius dicam infra in seqq. §§.

Et similiter hujusmodi collationes, præsentationes, 28
nominationes, & similia facere Episcopo, vel alii Prælato, Regibus ratione Regii Patronatus, vel aliis Patronis, tanquam fructus competit, necnon, & usufructuario Juris patronatus, marito ratione dotis, possessori majoratus, feudi, aut emphyteusis, cui inhæret, item, & fideicommissario, emptori, donatario, cessionario, conductori rei, cui Jus patronatus inhæret, curatori hæreditatis jacentis, patri in Patronatu bonorum adventitiorum: de quibus omnibus separatim per singulos §§. proximè agam, & quid in sequestre, depositario, tutore, Capitulo, Sede vacante, creditore, Jure patronatus in pignore dato, Fisco ratione confiscationis, quomodo, & quando horum omnium respectu collationes, præsentationes, & similia inter fructus reputari debeant, & ad præfatas personas spectent?

§. I.

ARGUMENTUM.

De Episcopo, aliisve Prælatis, vel Beneficiariis, & de Capitulo, Sede vacante, quoad collationes, electiones, institutiones, & similia, an hæc omnia Episcopi soli, vel cum Capitulo, seu alternis vicibus utrique competant? Et an jurisdictionis Episcopalis, vel ratione dignitatis Episcopatus fructus sint, ut ad Capitulum, Sede vacante, pertineant, vel non? Plenèque distinguitur inter beneficia liberæ collationis, vel necessariæ institutionis, aut confirmationis: Et quid si electio, aut collatio per Episcopum, simul cum Capitulo, vel de ejus consensu fieri, debeat? Etsi de consilio tantùm? An in his casibus, mortuo Episcopo, Capitulo competat? Et in beneficiis devolutis, & similibus, quæ Jure patronatus, aliove jure speciali Episcopo competunt: an, eo mortuo, ad Capitulum eorum collatio, vel præsentatio expectet? Et remissivè ad plura alia, quæ in Capitulum, Sede vacante, transeunt, vel non.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *EPiscopis, aliisve Prælatis conferendi, eligendi, aut instituendi jus, ut Episcopatus fructus, competit.*
Proponuntur aliqua pro hujus regulæ declaratione dubia, ibid. & n. seqq.
2 *An hoc jus, sive fructus privativè ad Episcopum solum spectet, vel simul cum Capitulo? cum numer. seqq.*
3 *De jure communi Episcopo simul, & Capitulo debetur.*
4 *De jure speciali, aut consuetudine soli Episcopo, vel cum consensu, aut consilio Capituli: & è contra Capitulo, de Episcopi consilio, competere, possunt: & num. 5.*
6 *Et utrique alternis vicibus.*
7 *Pertinere etiam potest hoc conferendi, vel eligendi jus, sive electionum fructus ad alium inferiorem authoritate Apostolica.*
8 *Et ad Canonicos singulos per hebdomadas.*
9 *Conferentibus Canonicis per hebdomadas, Canonicus etiam in sacris non institutus conferre, potest.*
Secùs in electione, ad Clement. ut hi qui, *in hoc casu intelligendam,* de ætat. & qualit. *ibid.*
10 *Conferendi actus an sint jurisdictionis fructus, vel juris principalis Episcopatus, quo cæteri fructus habentur?*
11 *Multi sunt inferiores, qui, etsi nullam jurisdictionem exerceant, conferendi jus habent.*
12 *E contra Capitulum, Sede vacante, jurisdictionem Episcopalem habet, & tamen conferre, nequit, ibidem, declara infr. num. 17. cum seqq.*
13 *Distinguitur pro concordia inter liberam collationem: & necessariam institutionem, aut confirmationem, & de ipsarum differentia.*
14 *Collationes Episcopalis jurisdictionis non sunt: institutiones, & confirmationes sic, & n. seqq.*
15 *Refertur alia distinctio inter voluntariam, & necessariam jurisdictionem: & quòd illius, non istius collationes sint.*
16 *Episcopus extra territorium rectè confert.*
Conferre voluntariæ jurisdictionis reputatur, ibid.
17 *Vicarius Generalis Episcopi, & Capitulum, Sede vacante, an conferre, vel instituere, aut confirmare, possint? resolvitur sub dicta distinctione inter liberam collationem, & necessariam institutionem, & num seqq.*
18 *Vicarius Episcopi non aliter, quàm de speciali Episcopi concessione confert.*
19 *Episcopo, & Vicario ex ejus concessione, idem beneficium in una hora conferentibus, quæ collatio præferenda?*
20 *Referuntur Doctores plenissimè materiam tractantes circa collationes, institutiones, vel confirmationes per Capitulum, Sede vacante, juxta dictam distinctionem faciendas, vel non, & numer. seqq.*
21 *Capitulum, Sede vacante, electiones, aut præsentationes voluntarias, quæ Iure patronatus, vel alio jure speciali Episcopo competunt, facere nequit.*
23 *Quid circa resignationes, aut permutationes recipiendas, vel non?*
24 *Conferre beneficia, donare, dicitur.*
25 *Capitulo, Sede vacante, administrare tantùm, non donare permittitur.*
26 *Episcopatus fructus, inter quos collatio, & præsentatio, successori sunt reservandi.*
27 *Collationes, quæ Episcopo simul cum Capitulo, vel saltim de ejus consensu competunt, rectè per Capitulum solum, mortuo Episcopo, expediuntur.*
28 *Fortius hoc procedit, si Episcopus, ut Canonicus in electione suffragium suum dumtaxat præstat.*
29 *Secus si collatio ab Episcopo de consilio tantùm Capituli sit facienda, vel alternativè de consilio, aut assensu, ibid.*
30 *Inferior, si de consilio Episcopi conferat, an, mortuo Episcopo, vel in remoto loco agente, consilium à Capitulo exigere, debeat, vel, nullo spectato consilio, liberè possit conferre?*
Episcopus hujusmodi consilii præstandi facultatem alii delegare, non potest, ibid.
31 *Capitulum, Sede vacante, non succedit in his, quæ Episcopus non iure communi, sed privilegio, sive jure speciali habet.*
32 *Quid in dispensationibus privatorum, visitationibus, aliisve litteris ex speciali Pontificis commissione Episcopo directis? & d. n. 31.*
33 *Beneficia ad Episcopum ob negligentiam inferiorum devoluta, an Capitulum Sede vacante conferat? & num. seqq.*
Refertur affirmativa opinio, & fundamenta, ibid. & num. seqq.
34 *Beneficia devoluta conferre, est additamentum ad jurisdictionem, non ad collationem, sive jus principale conferendi.*
35 *Beneficiorum collationem ob negligentiam suffraganei non solum ad Metropolitanum, sed ad ejus quoque Capitulum, Sede vacante, devolui, tenuit doctissimus D.D. Ioan. de Solor.*
36 *Refertur negativa sententia, & n. seqq.*
37 *Ius hoc devolutionis Episcopo, vel Metropolitano non naturaliter, sed accidentaliter, & præter naturam competit.*
In his, quæ accidentaliter Prælati habent, non succedit Capitulum, ibid.
38 *Amplectitur Author hanc negativam opinionem ob specialem Constitutionem Beati Pii V. & Regul. 2. Cancellar. quæ omnia beneficia liberæ collationis reservantur Episcopo.*
39 *Declaratur doctrina Dom. Solorzan.*
40 *Plura, & plures Doctores adducuntur remissivè ad alias multas quæstiones de potestate Capituli, Sede vacante, circa nostras collationes, præsentationes, institutiones, & confirmationes, & alia voluntariæ, & necessariæ jurisdictionis, dispensationes, ordines, statuta, & similia.*

QUoad Episcopum igitur, aliumve Prælatum, quòd 1
ei confeteodi, vel eligendi, aut instituendi potestatem, ut fructus Episcopatus competat, oullus dubitat, ut constat ex Glos. Panormitan. & aliis Canonistis *in cap. cum olim, de majorit. & obedient.* & ex relatis supra hoc cap. 31. ex oum. 3. com seqq. quare, hac regula supposita, aliqua dubia circa ejus declaratiooem ooo inutiliter ad praxim excitabo.

Primò dubitari, potest, an hoc jus sive fructus priva- 2
tivè ad Episcopum solum spectet, an vero simul cum Capitulo? † In quo articulo breviter resolve, Canonica- 3
tuum, vel Dignitatom electionem, seu collationem regulariter de jure commuoi ad Episcopum simul, & Capitulum spectare, *cap. cum Ecclesia Vulterana, de election. cap. postulasti, de concession. præbend.* juncta ibi Glos. *in princip. vers. Nota,* Federic. *cons.* 1. Oldrat. *cons.* 244. *numer.* 19. Rota *decis.* 4. *in novissim. sub tit. de concession. præbend.* Gabriel. *cons.* 199. *num.* 11. *lib.* 1. Selva *de benefic. p.* 3. *quæst.* 40. *numer.* 3. *in tractat. DD. tom.* 15. *part.* 1. *fol.* 92. D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *numer.* 34.
† Nisi aliter de jure speciali, vel consuetudine servetur, 4
Joan. Andr. & Bald. *in cap. fin. de supplend. negligent. Prælat.* Joann. Franc. Pavin. *in tractat. de offic. & potestat. Capituli Sede vacant. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 8. *versic. Et similiter, in tractat. DD. tom.* 13. *part.* 2. *fol.* 422. *column.* 3. nam de jure, aut consuetudine speciali Episcopo, cum assensu, vel saltim de consilio Capituli beneficiorum collationes

tiones competere, soleor: vel è contra Capitulo, aut alii
de consilio Episcopi, idem Pavin. *ubi proximè, vers. Sed
nunquid.*
5 Necnon, & magis frequenter, ad solom Episcopum,
vel solum Capitulum de consuetodine in multis Ecclesiis
spectant, *dict. cap. cum Ecclesia Vulterana, de election.*
6 † Vel ad Capitulom, vel Episcopum, alternis vicibus,
Clement. plures, de Iure patronat. cap. cum in illis, §. fin.
7 *de prabend. in 6.* † Vel ad alium inferiorem, authotitate
Apostolica, *cap. cum aliquibus, de rescript. in 6. cap. si*
8 *cui, de prabend. eodem lib.* † Vel ad Canonicos per singu-
las hebdomadas, *cap. mandatum, de prabend. in 6.* in
quibus juribus plenissimè notant August. Barbos. Prosp.
Fagnan. & alii Canooistæ, Petr. Rebuff. *in tractat. de no-*
9 *minat. q. 8. num. 3. cum seqq.* † Qui benè animadvertit *in*
num. 6. ad casum, quo Canonici per hebdomadas con-
ferunt, Canooicum etiam non constitutum in sacris io
soa hebdomada cooferre, posse, nonobstante *Clement.*
ut hi qui, de atat. & qualitat. quæ loqoitur, & intelligi,
debet in suffragii præstatione, sive electione, non verò
in collatione, nominatione, vel præseotatione, quæ om-
ninò à præstatione suffragii differunt, *cap. cum in illis, §. 1.*
de prabend. in 6.
10 Item dubitari potest, an actus conferendi sint jurisdi-
ctionis fructus: vel joris principalis Episcopatus, aut
beneficii, quo cæteri quoque fructus Episcopo compe-
tuot? In quo articulo varii extant Canonistæ; nam ju-
risdictionis esse, tenent Abbas, & Gloss. *in cap. novit,*
de offic. legat. idem Abbas *in cap. cum olim, in fin. de ma-*
joritat. & obedient. cui opinioni adhærere, videtur Glos.
in cap. transmissam, de election. Philipp. Prob. *de jur. re-*
gal. quæst. 14. numer. 12. Selva *in tractat. de benefic. part. 1.*
quæst. 11. numer. 7. Cardinal. Tusch. *practic. conclus. lit. C.*
conclus. 421. numer. 5. & ex Gomezio, Milio, & aliis Hie-
ronym. Gonzal. *in regul. 8. Cancellar. §. 4. proæm. num. 27.*
Rebuff. *in tractat. de pacific. possessorib. numer. 251.* Au-
gustin. Barbos. *in dict. cap. transmissam, de elect. nu-*
mer. 6.
11 Contrarium autem, imò, quòd jurisdictionis Episco-
palis propriè non sint actus conferendi, tenuit Joann.
Andr. *in cap. quanquam, de election. in 6.* Joann. Franc.
Pavin. *de offic. & potestat. capitul. sed. vacant. part. 2.*
12 *quæst. 2. numer. 2.* Et comprobatur, ex quo multi sunt
inferiores, qui, licèt nullam jurisdictionem exerceaot,
jus tamen conferendi habent: & è contra Capitolum,
Sede vacante, licet in eum Episcopalis jurisdictio trans-
feratur, conferre, non potest, ut notant Joann. Andr.
& proximè referendi.
13 Pro cujus articuli resolutione breviter distingoendum
est, seu constituenda est differentia inter beneficiorum
collationes, quæ liberè ad notum conferentis, cui vo-
luerit, dummodo dignus sit, expediuntur, juxta *cap.*
relatum, de prabend. & inter institutionem, per quam
beneficii jus incertam personam, videlicet, ab alio jam
electam, vel præsentatam necessariò transfertur, quæ
ideò necessaria collatio dici, potest: necnon, & inter
confirmationem, qua necessariò etiam electio à superio-
re facta approbatur sine aliqua juris translatione, ad
differentiam institutionis: de qua distinctione Abbas
in cap. à nobis, de jure patronat. numer. 4. & 5. Philipp.
Decius *consil. 223. incipit in casu proposito, numer. 4. & 5.*
optimè Selva *de benefic. part. 3. quæst. 1. ex numer. 20.* &
de hac etiam verborum differentia, & quid inter ele-
ctionem, nominationem, præsentationem, institotio-
nem, & similia, latè Parlador. *different. 120.* Petr. Re-
buff. *de nominat. quæst. 8. numer. 7.* Barbos. & alii Cano-
nistæ *in cap. cum illis 16. §. Cum autem, de prabend.*
in 6.
14 Qua supposita distinctione, ad nostram quæstionem
dicendum est, collationes propriè jurisdictionis Episco-
palis noo esse, secus verò institutiones, vel confirmatio-
nes, ut optimè distinguuot Joann. Andr. *in dict. cap. quan-*
quam, de election. in 6. Joann. Franc. Pavin. *de offic. & po-*
testat. capitul. sed. vacant. 2. par. quæst. 2. numer. 2. † Vel 15
verius declara, actus conferendi voluntariæ esse jurisdi-
ctionis, non necessariæ, secus confirmationes, & insti-
tutiones, quæ propriè jurisdictionis sunt, ut optimè di-
stinguit, & intelligit Joann. Selva *in dict. tractat. de be-*
nefic. part. 3. quæst. 44. per tot. † Ubi quòd ideò extra terri- 16
torium Episcopus conferre, possit, idemque notat *in*
part. 2. quæst. 14. numer. 12. Joann. Pavin. *de offic. & pote-*
stat. capitul. sed. vacant. part. 2. quæst. 1, numer. 6. D. Co-
varruv. *lib. 3. variar. cap. 10. num. 8. & 9.* licèt indistinctè
pro contraria opinione referantur per Hieronym. Gonzal.
in loc. citat.
Ea cujus articuli resolutione alia quoque quæstio ad 17
idem resolvitur circa Vicarium generalem Episcopi, &
Capitulum, Sede vacante, in quibus valdè per DD. con-
trovertitur, an conferre, instituere, vel confirmare,
valeant virtute Episcopalis jurisdictionis ea generali de-
legatione Episcopi competentis, vel, eo mortuo, de jure
translata? In qua quæstione juxta prædicta communiter
resolvunt DD. Vicarium generalem, vel Capitulum, Se-
de vacante, beneficiorum collationes facere, non posse,
secus vero io confirmationibus, vel institotionibus, quæ
necessariò fieri, debeot.
Ita resolvunt in Vicario magis specialiter loqoentes, 18
& quòd ad collationes per ipsum faciendas Episcopi spe-
cialis concessio requiratur ex Text. *in cap. ex frequentio-*
ribus, de institut. cap. fin. de offic. Vicar. in 6. io quibus
communiter notant Canonistæ, Oldrad. *consil. 77.* Petr.
Rebuff. *in prax. tit. de collation. numer. 12. & tit. de devo-*
lut. numer. 88. & 90. Decius *consil. 127. numer. 3.* Hieron.
Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. in §. 4. proæm. 34.* Dom.
Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. numer. 32.*
& 33. latè Selva *de benefic. part. 2. quæst. 14. ubi per tot.* latè
de materia beneficiorum collationis, vel institutionis per
Vicarium generalem faciendam, vel non: † Et in *nu-* 19
mer. 20. in fin. addit ex Felin. *in cap. ex parte Decani, &*
in cap. capitulum, de rescript. quòd Episcopo, & Vica-
rio ex speciali, videlicet, concessione, idem benefi-
cium in una hora conferentibus, collatio Episcopi præ-
fetatur.
In Capitulo vero, Sede vacante, idem sub dicta distin- 20
ctione beneficiorum liberæ collationis, vel necessariæ in-
stitutionis, aot confirmationis ad plures quæstiones ple-
nissimè resolvunt *ex dict. cap. 1. de institut. in 6.* & ex Text.
in cap. 2. ne sed. vacant. cap. 1. §. Cum vero, eodem in 6.
l. 19. in fin. tit. 16. part. 1. Abbas, & Felin. *in cap. cum*
olim, de maioritat. & obedient. Zerol. *in prax. Episcop.*
verb. Capitulum, §. 5. Pat. Molin. *de instit. & iur. tract. 5.*
disputat. 11. numer. 12. & 6. Petr. Monet. *de commutat.*
ultim. voluntat. cap. 10. numer. 196. Ricc. *decis. Cur. Ar-*
chiepiscop. 38. Franc. Marc. *decis. 92. num. ... & decis. 801.*
numer. 6. & decis. 972. in princip. part. 2. Franc. Leo *in*
Thesaur. 1. part. cap. 10. numer. 8. & aliis congestis, Au-
gust. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 32. nu. 95.*
& lib. 3. cap. 14. numer. 209. & de potestat. Episcop. alle-
gat. 72. numer. 182. Pat. Dian. *tractat. 4. resolut. 1. in prin-*
cip. & resolut. 25. & sequentib. Donat. Anton. Marin. *lib. 1.*
resolut. iur. cap. 13. numer. 1. Pater Avendan. *in addit. ad*
1. tom. Thesaur. indic. numer. 9. Fermosin. *de sed. vacant.*
tractat. 1. quæst. 23. ex numer. 2. 14. & 925. & novissimè
Frass. *de Patr. Reg. Indiar. cap. 18. ex numer. 1. & 32.* ul-
tra quos, licet antiquiores, optimè declaraot Petr. Re-
buff. *in tractat. de nominat. ex numer. 130. & in tit. de de-*
volut. numer. 87. & 88. Joann. Vvames *consil. 259. & 260.*
& 267. Sebast. Nevius *in tractat. de potest. capitul. in feu-*
dis, canonicatibus, & similibus conferendis, in rubr.
tit. qui feud. dar. poss. Joann. Selv. *de benefic. part. 2. qu. 11.*
per tot. Paul. de Citadin. *de iure patronat. tract. 6. quæst. 33.*
Hieronym. Gonzalez. *in regul. 8. Cancellar. dict. §. 4.*
proæm. numer. 35. & gloss. 9. §. 1. numer. 77. Nicol. Garc.
de benefic. 5. part. cap. 7. ex numer. 54. Parlador. *diffe-*
rent. 120. numer. 9. Dom. Solorzan. *de iur. Indiar. lib. 3.*
cap. 13. ex num. 31. & in Polit. Indian. lib. 4. cap. 13. fol. 605.
column.

21 *column. 2. versic. Tambien.* † Ubi quòd, nec electiones,
nec præsentationes voluntariæ jure patronatus, vel alio
jure speciali Episcopo competentes per capitulum fieri,
valeant, quod notant etiam Merol. *tom. 2. disput. 7. cap. 7.*
dub. 11. numer. 135. Pat. Dian. *tractat. 4. resolut. 29. in fin.*
Monet. *dict. cap. 10, numer. 303.* Fermosin. *de sed. vacant.*
dict. tractat. 1. quæst. 24. numer. fin. Joann. Pavin. *de offic.*
& potestat. sed. vacant. 2. part. quæst. 1. numer. 2. & quæst. 5.
numer. 5. in tractat. DD. tom. 13. part. 2. fol. 421. Qui *in*
22 † *quæst. 3. 4. & 5.* plenè tractat potestatem Capituli, Sede
vacante, circa collationes, electiones, præsentatio-
nes, confirmationes, institutiones, & similes, & sub
23 dicta distinctione resolvit: † & in *q. 2.* quid circa confir-
mandas, vel recipiendas resignationes, vel permutatio-
nes?

24 Cujus resolutionis, quoad liberas collationes, ele-
ctiones, aut præsentationes, ne per Capitulum, Sede
vacante, expediri, valeant, eam quoque rationem prin-
cipalem assignant DD. quòd conferre beneficia, aut præ-
sentare, idem ac donare, dicitur *cap. de multa* 18. §. 1.
ibi: *Ad quem prioris spectat donatio, de præbend. & di-*
gnitat. cap. fin. & ibidem Gloss. *de offic. Vicar. in 6.* Quod
25 † Capitulum, Sede vacante, facere, nequit, nam ei ad-
ministrare solum, non donare, permittitur, Pater Dian.
dict. tractat. 4. resol. 54. in fin. August. Barbos. *de potestat.*
Episcop. part. 3. allegat. 71. numer. 24. & de iur. Ecclesiast.
lib. 1. cap. 32. num. 111.

26 Quæ ratio eo maximè procedit, quòd collationes,
aut præsentationes juxta superius fundata, Episcopatus
sunt fructus, qui successori, de jure communi sunt re-
servandi, quin aliqua de eis dispositio, aut donatio Ca-
pitulo, Sede vacante, permittatur, juxta Text. *in cap.*
quia sæpè, de election. in 6. & optimè in specie animadver-
tunt Selva *de benefic. part. 2. quæst. 11. numer. 10.* Joann.
Franc. Pavin. *de offic. & potestat. Capitul. sed. vacant. p. 2.*
quæst. 1. num. 2.

27 Quam resolutionem, quoad liberas collationes, ut
ad Capitulum, sede vacante, non pertineant, limita,
& intellige, nisi hujusmodi collationes per Episcopum,
& Capitulum simul fieri debeant: vel si per Episcopum,
cum consensu tamen capituli; quia tunc, mortuo Epi-
scopo, capitulum conferre, poterit, quasi hoc jus Ca-
pitulo per mortem Episcopi in totum accreverit, vel
penes ipsum in solidum, deficiente socio, remanserit,
ita in effectu Joann. Franc. Pavin. *ubi proximè dict. quæst. 1.*
numer. 3. licet in casu, quo de consensu capituli colla-
tio fieri, debeat quid sit dicendum, clarè non decidat:
28 † Quæ quidem limitatio multò fortius rectè procedere,
debet, cum Episcopus in collatione, ut Canonicus,
simpliciter interesse habet, nam eo casu propter ejus
mortem non impeditur Capitulum conferre, sicuti nec
per mortem alterius Canonici, notant Hostiens. & alii
antiquiores, quos refert Gloss. *in cap. 1. ne sed. vacant.*
29 *in 6.* idem Pavin. *ubi proximè, numer. 3. in fin.* † Secus
vero, si collatio de consilio dumtaxat Capituli Episcopo
competat: vel etiam alternativè de consilio, aut assen-
su, quod perinde est, ac si cum consilio tantùm pro-
pter alternativam, quam in uno verificari, sufficit,
quia tunc, mortuo Episcopo, ad capitulum non spe-
ctabit, cum nullum jus eo casu habeat, cui mortui Epi-
scopi jus accrescat, vel in totum remaneat; ita ferè Pa-
vin. *dict. quæst. 1. numer. 2.* & Selva *de benefic. part. 2. dict.*
quæst 11. ex nu. 11.

30 Quibus adde notabilem casum, cum videlicet, ali-
quis inferior jure speciali, vel consuetudine de consilio
Episcopi confert, an tunc, mortuo Episcopo, vel eo
in remoto loco agente, in hoc consilio præstando Capi-
tulum succedat, vel an liberè, nullo expectato consilio,
ille, ad quem beneficiorum collatio pertinet, ea confer-
re possit? In quo articulo optimè resolvit Joann. Andr.
in cap. 1. de maioritat. & obedient. in 6. consilium à Capi-
tulo impetrari, non debere; quia in ejus præstatione
Episcopi industria electa censetur; qua ratione, nec id
Episcopus alteri committere, posset; † & quia, nec de 31
jure cummuni hoc Episcopo competit, sed accidentali-
ter, vel privilegio speciali: in quibus capitulum non suc-
cedit, ut notat ad rem Pavin. *ubi proximè, versic. Sed*
nunquid: & in pluribus similibus casibus comprobant
Abbas *in cap. cum olim, de maiorit. & obedient. quæst. 5.*
benè Roman. *consil. 506. numer. 4.* ubi ejus Addit. Mart.
in digest. decis. tom. 6. tit. Capitulum, cap. 19. Cardinal.
Tusch. *practic. conclus. litt. C. conclus. 56. numer. 5. & ex*
numer. 46. Monet. *de commun. ultim. voluntat. cap. 8. nu-*
mer. 186. cum seqq. & multis relatis Nicol. Garzia *de be-*
nefic. 5. part. cap. 7. numer. 42. cum sequentib. Meroll. *tom. 3.*
disput. 7. cap. 7. dub. 1. numer. 15. Dom. Valenzuel. *con-*
sil. 107. numer. 10. cum seqq. Dom. Solorzan. *de jur. Indiar.*
tom. 2. lib. 3. dict. cap. 13. ex numer. 5. Pater Dian. *5. part.*
resolut. moral. tractat. 14. resolut. 29. & tractat. 4. resol. 2.
August. Barbos. *lib. 1. de jur. Ecclesiast. cap. 32. ex num. 58.*
& de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 36. numer. 10. &
part. 3. allegat. 97. ex numer. 17. Piasec. *in prax. Episcopal.*
tit. de election. numer. 6. Sbroz. *de Vicar. Episcop. lib. 1.*
quæst. 16. & lib. 2. quæst. 135. ex numer. 4. Fermosin. *de sed.*
vacant. tractat. 1. quæst. 2. ex numer. 10. Joann. Baptist.
Thor. *in compend. decis. Cur. Archiepisc. part. 1. verb. Vi-*
carius. † Apud quos quid in dispensationibus privato- 32
rum, visitationibus, aliisve litteris ex speciali Pontificia
commissione Episcopo directis?

Secundò præfatam quoad liberas collationes resolu- 33
tionem aliqui DD. limitant in beneficiis, quæ ob negli-
gentiam Abbatis, vel alterius inferioris ad Episcopum
devolvuntur, quæ benè per Capitulum, sede vacante,
conferri, posse, tenent Joann. Andr. *in cap. cum in cun-*
ctis, de election. super ultim. gloss. & in cap. 1. ne sed. va-
cant. in 6. Abbas *in cap. 2. ne sed. vacant.* Zerol. *in prax.*
Episcop. verb. Capitulum in fin. † ex quo additamentum 34
videtur, non ad collationem, sed ad jurisdictionem, in
qua Capitulum succedit, ut singulariter dixit Joann. Mo-
nach. *in dict. cap. quamquam de election. in 6.* quem refert,
& sequi videtur Joann. Franc. Pavin. *de offic. & potestat.*
Capitul. sed. vacant. 2. part. quæst. 2. num. 3. cum sequentib.
ubi latè hanc quæstionem disputat, & in *numer.* 10. eam
propter Doctorum varietatem difficilimam reddi magna-
que declaratione indigere, censet; & huic sententiæ,
licet nullo relato, assentitur noster satis eruditus vir Dom.
Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 3. cap. 13. num. 54.* & repetit.
in Politic. Indian. lib. 4. cap. 3. fol. 608. column. 1. versic. Y
que, † ubi tenet, quòd quemadmodum ad Metropoli- 35
tanum devolvitur facultas conferendi beneficia, si suffra-
ganeus ea intra semestre conferre, neglexerit, juxta Gloss.
in cap. Presbyteri 24. dist. ubi DD. eadem quoque ad ca-
pitulum ipsius Metropolitani, sede vacante, devolva-
tur.

Pro contraria autem sententia resolvunt Abbas *in cap.* 36
cum olim, de maioritat. & obedient. & ibidem Felinus:
† quia hoc jus devolutionis Episcopo, seu Metropolita- 37
no non competit naturaliter, sed accidentaliter, & præ-
ter naturam, in quibus Capitulum Ecclesiæ vacantis Epi-
scopi vices non supplet, ut notabiliter pro ratione tra-
dit ad id allegans Text. *in cap. 1. ne sed. vacant. in 6.* Bald.
in cap. ne pro defectu, de election. † A qua sententia hodie 38
non est recedendum propter Constitutionem Pii Quinti,
& Regulam 2. Cancellariæ, qua omnia beneficia vacan-
tia liberæ collationis Episcopo reservantur: & ita pro
opinione ista cum aliis resolvunt Nicol. Garcia *de benef.*
5. part. cap. 7. numer. 53. Andr. Vallens. *de benefic. lib. 1.*
tit. 10. numer. 3. & lib. 2. tit. 20. numer. 13. † Doctrina au- 39
tem Dom. Solorzan. ubi proximè, intelligi, poterit, &
debet, ut videri doctissimi correctio vitetur, non de li-
bera collatione, sed de necessaria, ut est institutio, quæ
& generaliter collatio dicitur, & promiscuè his verbis Do-
ctores uti, solent.

Ad alia autem de materia Capituli, sede vacante, 40
ejusque potestate, tam circa nostras collationes, præsenta-
tiones, instuutiones, & confirmationes, quàm
circa

Digitized by Google

circa alia voluntariæ, aut necessariæ jurisdictionis: ad dispensationes, ordines, statuta, & alia similia, quæ ad nostram materiam principaliter non pertinent, plenè tractant ad jura *in cap. cum olim 14. de majoritat. & obedient. cap. 2. ne Prælat. vices suas, cap. ad abolendam 9. de hæretic. cap. penult. & ultim. de supplend. negligent. Prælator. in 6. cap. 1. de institut. cap. 1. de majorit. & obedient. cap. 2. & fin. de offic. Vicar. eodem lib. 6.* Concilium Tridentinum *session. 7. cap. 10. & sess. 23. cap. 10. & sess. 24. cap. 16. de reformat.* ultra antiquiores latè in his juribus repetentes August. Barbos. Prosper. Fagnan. & novissimè doctissimus Dominus, omnique eruditione præcellens D. D. Emanuel Gonzalez *in collect. ad eadem jura*, & de hac materia integros tractatus scripsere Rodobald. Parinus, Joann. Franc. Pavin. & Nicol. Fermosin. præter quos videndi etiam Rebuff. *cons.* 95. Pater Azor. *tom. 2. institut. moral. lib. 3. cap. 37. quæst. 6.* Stephan. Quarant. *in summ. Bullar. verb. Capitulum sede vacante*, ubi Prosper. Augustin. *in not.* Emanuel Rodriguez *in summ. lib. 3. cap. 55. à princ.* Jacob. Sbroz *de Vicar. Episcop. lib. 1. quæst. 15. & 16.* Melch. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 2. à numer. 24.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. litt. C. conclus. 56.* Pat. Sanchez. *de matrim. lib. 8. disput. 2. numer. 10.* Paris. *de resignat. benefic. libr. 7. quæst. 23. à numer. 26.* D. Felician. de Vega *in cap. at si Clerici, §. de adulteriis, à numer. 49.* & in *cap. ceterum 5. ex numer. 32. de judiciis*, Franc. Marc. *decis. 92. & 93. & decis. 801. ex numer. 6. & decis. 972. part. 1. & 560. part. 3.* Cuchus *lib. 3. major. institut. tit. 7.* Petr. Gregor. *in rubr. de offic. ordinar.* Ric. *in prax. variar. resolut. 2. part. resolut. 118. ex numer. 1. & part. 3. resolut. 265. & in prax. Archiepisc. tit. de Vicariat. Capitul. sed. vacant. decis. 472.* Moscon. *de Majest. Eccles. lib. 1. part. 1. cap. 15. pagin. 294. cum seqq.* Cardos. *in prax. judic. verb. Capitulum*, Nicol. Garcia *de benefic. part. 5. capit. 7. à num. 2.* Alexand. Sperell. *decis. 111. à numer. 39.* D. Valenzuel. *cons. 107. per tot.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. 2. part. allegat. 36. num. 9. & 3. part. allegat. 132. numer. 21.* & *allegat. 92. in fin. & de univers. jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 32. numer. 104.* ubi plures refert: Joann. Petr. Monet. *de commutat. ultim. voluntat. cap. 5. ex nu. 414.* Rota Roman. *apud* Petr. Franc. Tondut. *post tractat. de pension. decis. 80. num. 39. & decis. 1. num. 1.* Pat. Dian. *7. part. moral. tractat. 2. resolut. 3. & 8. & tractat. 4. resolut. 1. & 3. & per tot. tractat.* Ioann. Bapt. Ciarlin. *controvers. forens. lib. 1. cap. 46. num. 10.* Andr. Vallens. *de benefic. lib. 1. tit. 10. à num. 1.* Bottiliet. *de succession. ab intestat. cap. 2. Theorem. 64. num. 4.* Barthol. Gavant. *in Manual. Episcop. verb. Capitulum sede vacante*, Ludovic. Sarav. *de jurisdiction. Adjunct. quæst. 17.* Pius Vives *in discurs. Apologet. pro immunit. Eccles. litt. A. pag. 69.* D. Garcia Perez Araciel. *in allegat. jur. Sobre las vacantes de las Indias, ex numer. 152.* D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. per tot.* & in *Politic. Indian. lib. 4. cap. 3. per tot.* Fermosin. *integr. tract. de offic. & potestat. Capitul. sed. vacant.* Simon. Barbos. *in repertor. verb. Capitulum sede vacante, pag. 43.* Reynos. *observat. 8. à nu. 38.* aliqua D. Michael Ant. Frances de Urrutygoit. *in tractat. de Eccles. Cathedral. capit. 11. num. 31. cum seqq.*

§. II.

ARGUMENTUM.

De Patronis, & præcipuè de Principibus Supremis, quoad beneficiorum præsentationes, Episcopatuumvè, ratione juris patronatus: Agiturque principaliter, quibus modis jus patronatus, & consequenter hujusmodi præsentationes, ut ipsius fructus, quærantur? maximè de Ecclesiarum constructione, dotatione, fundi datione, necnon, & reædificatione: & de Episcopi consensu requisito: Et quomodo aliàs ex diuturnitate probetur? Quid etiam in Ecclesiis Conventualibus, seu Collegiatis, an in earum jure patronatus quærendo Episcopi consensus sufficiat; vel Apostolicus requiratur? distinguitur inter Prælati electionem, & ipsum jus patronatus, quoad aliàs præeminentias: Et quid, ut intersit solum Patronus electioni? vel honoris causa, seu de urbanitate eam confirmet? Pleneque agitur de jure Patronatus Regio, in quibus Regni Ecclesiis competat? Et de similibus juribus conferendi beneficia, seu præsentandi, quæ Reges Hungariæ, & quondam Angliæ, & Imperator habent: Et in Gallia, de jure Regaliæ, vulgo *Philippina*, qua Reges Christianissimi, sede Episcopali vacante, Episcopatus redditus lucrantur, cunctaque beneficia provident: Postremò nonnulla tractantur de termino, quod Patronis ad præsentandum competit: Et quid in Regibus Patronis?

Lagunez de Fructib.

SVMMARIVM.

1 *Istius §. cum precedent. capit. connexio.*

2 *Præsentationum fructus ad legitimos patronos pertinet.*

Proponitur materia in præsenti §. tractanda: de modis nimirum, sive titulis, quibus ius patronatus, ipsiusque præsentationum, & alii fructus acquiruntur ibidem.

3 *Proponuntur tres principales modi acquirendi ius patronatus, & fructus præsentationum: Ecclesiarum constructio: Dotatio ipsarum: & pro earundem ædificatione datio fundi.*

4 *De constructione, & num. seqq.*

5 *Quid si reædificetur Ecclesia? distinguitur inter Ecclesia penitus destructam: & eam, quæ non totali reparatione eget, & num. seqq.*

8 *Quid si non voluntariè, sed necessario Ecclesia ædificetur in executionem parentis, vel alterius ultimæ voluntatis, an ædificanti ius patronatus reservari, debeat? & num. seqq.*

10 *An ipso iure in hoc casu absque ulla reservatione ius patronatus competat filio, vel hæredi illius, qui Ecclesiam fundari, voluit? Et quid in extraneo executore? & num. 10. & 11.*

12 *Ecclesia eadem gratitudine filium, ac patrem fundantem prosequi, debet.*

13 *De dotatione, sive secundo modo acquirendi ius patronatus, & eius fructus, & numer. seqq.*

14 *Quid si dos tantùm augeatur? et si antiqua in totum, vel in parte tantum sit perempta?*

15 *De fundi datione, seu tertio prædicta acquisitionis modo.*

Referuntur iura in his tribus acquisitionis modis promiscuè loquentia, ibidem.

16 *Doctores eosdem acquisitionis modos tractantes, & num. 17. & 18.*

17 *Quid si plures ad dotationem Ecclesiæ concurrant? vel unus ad dotationem, alius ad constructionem, alter verò ad fundi dationem? quomodo inter eos in patronatus dividendum?*

19 *Ecclesia ab uno congruenter dotata, alius prætextu majoris oblatæ dotis pro iure patronatus quærendo non est admittendus, & numer. 21.*

20 *Constructa per unum Ecclesia, eo invito, & dotare*

volente, alius ad dotationem, & sic ad jus patronatus admitti, non debet.

22 Ecclesia funditus diruta, pro reparatione patronus prius, quàm alius, requirendus.

23 Ius patronatus, ejusvè fructus acquirendi quilibet capax: & nu. seqq.

24 Etiam fœmina in dignitate non constituta: & numer. 25.

26 Et Meretrices.

27 Quæsita per meretricem, licet ex illicito, & meretricio quæstu, in ejus tamen dominio sunt, nec repeti, possunt: & ratio ad l. si ob turpem causam, ff. de condiction. ob turp. caus.

28 Ex hujusmodi quæsitis meretrices eleemosynam facere, possunt, Ecclesias fundare, aliavè opera pia exercere.

29 Superius juris patronatus, & fructuum præsentationum capax est.

30 Et Monachus: sed Monasterio id acquirit.

31 Episcopi, seu Diœcesani consensus pro quærendo jure patronatus, ejusque præeminentiis semper (præter fundationem, dotationem, aut fundi dationem) requiritur: & latè de eo in numer. seqq.

32 Fundata Ecclesia, citra Diœcesani consensum, nec jus patronatus quæritur: nec ædificium ita constructum meretur Ecclesiæ nomen.

34 An Vicarii Generalis, sede vacante, consensus sufficiat?

35 Quid in Vicario Episcopi?

36 Sufficit ratihabitio.

37 Sufficiat quoque tacitus consensus, aut ratihabitio: consensus hic, aut ratihabitio, quibus eliciatur conjecturis: dict. nu. 37. cum seqq.

Ex sola fundatione, vel dotatione authoritate Episcopi facta, etiam nulla juris patronatus reservatione interveniente, id acquiritur, ibidem.

38 Amplia, & si de authoritate Episcopi non constet, sit tamen ædificium in forma Ecclesiæ factum, & in eo publicè divina officia fuerint celebrata.

39 Etsi Ordinarius videns, ædificium fieri, non impedierit.

41 In reædificatione Ecclesiæ omninò dirutæ Ordinarii quoque requiritur consensus.

42 Ordinarius consensum, sine legitima causa præstare recusans, compellendus ad id per Superiorem.

43 Vel à Superiore ipso præstandus.

44 Iuri patronatus semper favendum, ne alias laici ab Ecclesiarum fundationibus arceantur.

45 Consensus ex diuturnitate temporis, ædificatione Capellæ cum insigniis, & armis, & visitatione Superioris præsumitur.

46 Limitatur, nisi ex facie instrumenti fundationis de defectu constet.

47 Triginta annorum cursum pro hac solemnitate præsumenda sufficere, juxta aliquos.

48 Idem in aliis solemnitatibus extrinsecis præsumendis.

Plenè ad plures quæstiones remissivè in alienationibus bonorum Ecclesiæ, oppidorum, minorum, & ad alia de extrinsecis, vel intrinsecis solemnitatibus cursu temporis præsumendis, vel non: ibidem, & num. seqq.

49 Pro nostra consensus Ordinarii solemnitate præsumenda minoris temporis spatium sufficere.

50 Idem in aliis extrinsecis solemnitatibus in rebus parvi præjudicii.

51 Stante maximè adversarii scientia.

52 Ius patronatus, ejusque præsentationum, aliivè fructus, quomodo, & qua præscriptione multiplicatis præsentationibus, & aliis conjecturis quærantur? ad armorum vetustissimas appositiones, & in lapidibus inscriptiones: repetitas institutiones ordinariorum, & alia signa: remissivè.

53 In Ecclesiis Collegiatis, sive Conventualibus, an pro quærendo jure patronatus, aut jure præsentandi, vel eligendi Ordinarii consensus in fundationibus, vel dotationibus sufficiat, vel Apostolicus sit necessarius? & num. seqq.

Referuntur variæ Doctorum sententiæ, ibidem, & num. seqq.

56 Quidam præscriptione jus præsentandi Prælatum in Ecclesia Conventuali acquiri, volunt.

57 Traditur pro resolutione distinctio inter jus eligendi, vel præsentandi Prælatum in Ecclesia Collegiata: & inter jus patronatus ad cæteras præeminentias: in primo casu Apostolicum consensum, vel privilegium requiri: in secundo Ordinarii sufficere resolvitur: & nu. seqq.

59 Declaratur text. in cap. nobis, de jure patronat. & num. seqq.

Ius eligendi Prælatum in Ecclesia Collegiata est quid spirituale, & sic laico, nisi de Apostolica licentia, acquiri, nequit, ibidem.

60 Secus in patrono Ecclesiastico, cui rectè de ordinarii tantum consensu quæritur.

62 Ius patronatus, & jus eligendi in Ecclesia Collegiata multi minus rectè confundunt.

63 Comprobatur superior resolutio per nostram leg. 1. tit. 15. part. 1.

64 Redditur alia ratio, ne jus eligendi in Ecclesia Collegiata, præter Apostolicum consensum, patrono acquiratur.

Ecclesiæ Collegiata, seu Conventualis Prælatus per concursum, aut electionem Regularium, vel Canonicorum nominandus, ibidem.

65 Prælatum, vel Abbatem, Regularibus, aut Canonicis invitis, dari non oportet: & nu. 68.

66 Patronus laicus in electione Prælati Ecclesiæ Regularis, nec suffragium inter alios habere debet.

67 An etiam, ut patronus laicus jus præsentandi Prælatum ad Ecclesiam Collegiatam habeat, Apostolicus consensus, sive concessio, ut in jure eligendi, requiratur, vel Episcopi sufficiat? & numer. seqq.

69 Declaratur circa hanc quæstionem text. in dict. cap. nobis, de jure patr.

70 Quid, ut electioni tantùm absque suffragii præstatione inter Canonicos, vel Regulares patronus laicus interveniat? vel ab eo honoris causa, vel de urbanitate, facta electione, assensus pro confirmatione postuletur.

71 Intelliguntur præfata circa Apostolicum consensum requirendum ad electionem Prælati Ecclesiæ Conventualis per patronum laicum, ut procedant tantum in principali electione, seu præsentatione Abbatis, vel Prælati totius Ecclesiæ: secus in privatis Capellis, & beneficiariis ad eas præsentandis: necnon, & in præbendis ipsius Ecclesiæ.

72 Præscriptio, sive consuetudo circa jus eligendi, vel præsentandi Prælatum in Ecclesia Collegiata quid operetur?

Refertur opinio affirmativa, ibidem.

73 Negativa.

74 Laicus non ita juris eligendi incapax, ut incapacitas privilegio Apostolico tolli non possit.

Privilegium hujusmodi, ut solemnitas extrinseca cursu temporis facilius præsumitur, ibidem.

75 Confirmatur, hæc sententia, nostrorum Regum consuetudo præsentandi Episcopos in Ecclesiis Cathedralibus.

76 Resolvitur pro prima negativa sententia.

77 Limitatur in Clerico Patrono, & nu. seqq.

79 Confirmatur hæc negativa opinio per nostram l. 1. tit. 15. part. 1.

Con-

Consuctudo, ut laicus patronus absque suffragio electioni Pralati Ecclesia Conventualis intersit, substinenda, ibidem.

80 *Potest etiam id in limine fundationis de Episcopi consensu reservari.*

81 *Collegialis Ecclesia, sive Conventualis quomodo probetur? & quibus signis prasumatur? remissivè.*

83 *Proponuntur aliqua tractanda circa Reges Patronos, aliosve Principes supremos, ipsorumque prasentationes ratione Regii Patronatus.*

84 *Principes Supremi similiter, ut privati, ratione dotationis, vel fundationis, Ecclesiarum jus patronatus, & consequenter beneficiorum prasentationes, ut ipsius fructus, consequuntur.*

85 *Amplia, etiam si unam tantum prabendam in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata dotaverint; nam & ejus prasentationem habere, debent.*

86 *Imò Regibus, ac Principibus generaliter in omnibus Ecclesiis sui Regni jus patronatus multi tribuere, ratione soli, in quo sunt sita.*

87 *Contrarium verius.*

Principes supremi in Ecclesiis Cathedralibus, & aliis sua ditionis dumtaxat quandam generalem protectionem, quoad tutelam, & patrocinium habent, non jus patronatus quoad prasentationes, & alia patronorum emolumenta, fundatione per eos, aut dotatione non stante, ibidem, & n. 88.

89 *Intellige, nisi per antiquissimum temporis cursum, multiplicatis prasentationibus, id quesierint: vel etiam privilegio Pontificio, & nu. 92.*

91 *Reges nostri ad reparationes Ecclesiarum Cathedralium totius Regni non tenentur, sed in illis tantùm, quarum patroni sunt.*

93 *Regibus nostris in totius Regni antiquis Ecclesiis, Cathedralibus maximè, jus patronatus competere deberet, quoad prasentationes omnium ipsarum prabendarum, ex quo eas, Saracenis à Regno expulsis, erexerint, ac dotaverint.*

Adducitur in testimonium notabilis, l. 18. tit. 15. part. 1. *ibidem.*

94 *Antiquis Episcoporum ad nostras Ecclesias Cathedrales electiones per Canonicos, sive Ecclesiarum capitula facta ad Reges confirmanda mittebantur ex dictis rationibus.*

95 *Intelligitur, juxta hujusmodi antiquam observationem, sententia Dom. Covarruv. jus patronatus in omnibus Regni Ecclesiis Cathedralibus nostris Regibus tribuentis.*

96 *Reges nostri retinere semper Episcoporum prasentationes in omnibus Hispania Ecclesiis.*

Comprobatur hoc jus multis rationibus, & authoritatibus, necnon, & Apostolicis privilegiis, ibidem, & num. seqq.

98 *In Indiarum quoque Regnis omnium Ecclesiarum Cathedralium, & aliarum jus Patronatus, & Beneficiorum, ac Prabendarum prasentationes nostri Reges obtinent; plenè de hoc jure remissivè ad resignationes, permutationes, absque Regio assensu non admittendas, & ad alia plura.*

99 *Hispania Reges in Indiarum Regnis, quasi Vicarii Summi Pontificis sunt effecti.*

100 *In Sicilia Legati à Latere dicuntur, & de appellationibus Ordinariorum cognoscunt, ibidem.*

102 *In Gallia notabilis Regalia servatur, quam Galli* Philippinam *vocant, custodiendi per Regem Christianissimum, sede vacante, fructus Episcopatuum.*

103 *Hanc regaliam extendunt Galli Doctores ad provisiones, sive collationes beneficiorum, sive prabendarum, sede vacante, ut Episcopatus fructus.*

104 *Magna semper inter Summos Pontifices, & Christianissimos Reges de hujus Regalia justificatione controversia: & quid aliqui ex antiquioribus Doctoribus de ea senserint.*

Lagunez. de Fructib.

105 *Referuntur Doctores Galli pro ejus defensione.*

106 *Idem privilegium conferendi quadam beneficia habuerunt quondam Reges Anglia, & nunc Imperatores, & Reges Hungaria, & num. 107.*

107 *Intelliguntur hac privilegia, & consuetudines, ut prasentandi beneficia, non conferendi, sint.*

108 *Differentia inter prasentare, & conferre.*

Prasentandi laici capaces sunt: non verò conferendi, ibidem.

109 *Ius conferendi Pontificia concessione laicis, etiam fœminis, quaeri potest: non verò consuetudine, & si immemoriali, & num. 110.*

111 *Quod tempus Patronis laicis, Ecclesiasticis, vel mixtis, ad prasentandum concedatur: quadrimestre, vel semestre?*

113 *Hujusmodi terminus, an à vacationis, vel scientia tempore currere, incipiat? & alia plura remissivè de eo.*

114 *Stante fundatoris dispositione, ut quadrimestre, vel semestre a tempore vacationis, non scientia currat, quid dicendum?*

115 *An à tempore vera, non interpretativa notitia currat? & num. 116.*

117 *Vnius ex Compatronis scientia, an alteri noceat?*

118 *Absenti, carcerato, vel aliter legitimè impedito non currit.*

Nec ei, qui ob justam inimicorum timorem accedere, non audet, ibidem.

119 *Nec lite super jure Patronatus inter Patronos orta.*

120 *Limita nisi aliquis sit in quasi possessione prasentandi, nec de ea dubitetur, sed super jure principali lis vertatur.*

121 *Plura remissivè de devolutione ad Ordinarium ob prasentationem in prafixo tempore non factam, vel minus legitimè factam.*

122 *Regibus, & Principibus supremis tempus prasentandi non currit, nec ob diu omissas prasentationes datur devolutio.*

123 *Frequentissimis quippè negotiis legitimè semper impediti censentur.*

124 *Hoc maximè procedit in beneficiorum Regnorum Indiarum prasentationibus, ob locorum distantiam, & alia legitima intervalla, sive impedimenta, & num. 126.*

125 *De quadrimestris ampliationibus in illis Regnis Pontificiis privilegiis.*

126 *Ampliationes hujusmodi necessaria non erant, stante resolutione prafata in numer. 122. & 123.*

EX præfata hujus capitis principalis resolutione, ut 1
nimirum Beneficiorum præsentationes, collationes, electiones, & similes nominandi actus inter fructus Episcopatus, alteriusve Prælaturæ, vel juris Patronatus computentur, rectè ad materiam hujus §. infertur, hujusmodi præsentationes, tamquam juris Patronatus fructus ad Patronos pertinere, ut comprobant, lateque tractant DD. congesti *supra in principio hujus capitis, ex numer.* 3. ideo his fructus gaudere, debet, qui Patronatus jus legitimè fuerit adeptus.

Quapropter necessariò in præsenti erit agendum de 2
modis, quibus jus Patronatus quæritur; nam & eisdem nostri præsentationum, & alii fructus ad Patronos quoque spectabunt.

Modi igitur, sive tituli, quibus jus Patronatus, 3
& præsentationis fructus acquiruntur, sunt tres illi principales, quos frequenter enarrant Doctores: Ecclesiarum nimirum constructio: Ipsarum dotatio:

Digitized by Google

Pro earumdemque ædificatione datio fundi: De quibus jus Patronatus, ipsiusque fructus acquirendi modis extat glossa magistralis communiter per DD. sequuta *in cap. piæ mentis 16. quæst. 7.* quæ illos recitat in illo vulgari versu: *Patronum faciunt dos, ædificatio fundus.*

4 Et specialiter de constructione, aut fundatione habetur id *in cap. nobis 25. de jure Patronat. cap. filiis, vel nepotibus 16. quæst. 7.* & de præstatione territorii, *cap. Abbatem 18. quæst. 2. dict. cap. nobis*, ubi DD. Rota Romana *decis. 269. num. 2.* ubi, quòd ex fundatione etiam dicetur, si quis fundum pro constructione præbuerit, Roch. de Curt. *de jure Patronat. verb. Fundavit, num. 1.*

5 † Et etiam ex fundatione jus Patronatus quæsitum censebitur, non solum si ex fundamentis Ecclesia, vel Capella sit constructa, verum etiam, si reædificetur, intellige de totali reædificatione, ut cum Ecclesia penitus est diruta, & collapsa, ita ut nova consecratione indigeat, juxta eundem Roch. *ubi proximè*, Rota apud Gratian. *discept. forens. cap. 177. à num. 26.* Lambertin. *de jure Patronat. lib. 1. part. 1. quæst. 6. artic. 3. num. 20. & artic. 8. num. 17.* benè Seraphin. *decis. 555. num. 2.* Melch. Lotter. *de re beneficiar. dict. quæst. 8. num. 19.* Prosper. Fagnan. *in collect. ad cap. in singulis, de jure Patronat. ex num. 50. & 52.* Nicol. Garcia *de benefic. 5. part. cap. 9. ex num. 51.*

6 Ideò ex reædificatione Ecclesiæ non omnino dirutæ, sed tantùm discoopertæ, & tecto carentis, jus Patronatus non acquiri, censuit Rota Roman. *decis. 306. part. 1.* in novissim.

7 Ad alia autem multa circa juris Patronatus acquisitionem, aut non, per reædificationem, videndi Riccius *collectan. 1559.* Pater Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 19. num. 10.* Seraphin. *decis. 318. & 907.* Campanil. *in diversf. jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 337. cum seq.* Burat. *decis. 496. n. 7.* ubi Ferentil. *in addit. litt. A.* & ad *decis. 22. litt. A. nu. 26.*

8 Qui prædicta circa juris Patronatus acquisitionem ex fundatione, sive ex reparatione, optimè declaratur, ut hæc acquisitio procedat in constructione voluntariè, non necessariò facta, sequitur ex Lambertin. & aliquibus Rotæ decisionibus August. Barbos. *de jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 31.* in quo tamen contrarium tenet, imò ædificantem, etiam si voluntatem suorum majorem exequatur, jus Patronatus reservare, posse, Seraphin. *decis. 381. num. 1.* quem sequuntur Dom. Valenzuel. *cons. 388. nu. 8.* D. Michael Anton. Frances de Urrutygoit. *de Eccles. Cathedral. cap. 16. num. 60.*

9 Sed, his authoritatibus non obstantibus, à sententia Barbosæ non recederem, quia, qui voluntatem alterius exequitur, nihil de suo præstat, ut tam magnum gravamen fundationi adjicere, possit, imò contra voluntatem defuncti faciet executor, si, dum ille Ecclesiam fundari, voluit, nulla facta mentione de reservatione juris Patronatus, executor id reservaverit.

10 Et licèt adhuc subtiliter dubitari, possit, an ex ipsa fundatione in hoc casu, ut in aliis ipso jure jus Patronatus absque ulla reservatione competat, & debeatur hæredi, vel executori defuncti, tamquam in eum sit translatum jus acquirendi Patronatum? responderi tamen potest, nullam acquisitionem, vel translationem in hæredem, vel executorem considerari, posse: Non acquisitio, quia tempore constructionis, quo hoc jus acquiritur, non est, cui acquiratur, videlicet, defuncto jam, qui construere jussit: Non translatio, quia tempore mortis ipsius, qui construi Ecclesiam disposuit, nullum jus erat inesse productum; quòd transferri, posset, utpote nondum Ecclesia ædificata: nec penes defunctum fuit aliquod considerabile jus acquirendi Patronatum, sed solum quædam spes, quæ transmissibilis non videtur.

11 Sed, licèt ex his rationibus noviter consideratis, ultra præfatos Doctores, qui ferè nullam pro suis sententiis adducunt, verior mihi sententia August. Barbos. videatur; eam tamen, pro concordia, intelligerem, cum extraneus voluntatem alterius exequitur, secus si filius, vel alius descendens, cui certè jus Patronatus competere, debere, videtur dicendum ex eodem jure naturali, aut gratitudinis, quo patri, si viveret, deberetur.

12 Nam, æquitate, & ratione inspecta, eadem gratitudine Ecclesia filium, ac patrem fundantem prosequi, debet; quid enim dicemus, si in nostro casu filius paupertate laboraret, ita, ut alimentis egeret, nonne Ecclesia in remunerationem eum alere, teneretur? videtur quod sic, aliàs ab ingratitudine liberari, non posset, cum filium proprij fundatoris tam gravi necessitate afflictum desereret: quæ omnia in extraneo executore locum non habent.

13 Ex dotatione autem, quòd ex ea etiam jus Patronatus, & nostræ præsentationes, aut fructus quærantur, habetur *in cap. filiis, vel nepotibus 16. quæst. 7.*

14 Et idem si dos augeatur, declara, si in totum antiqua sit perempta, Cardinal. *in cap. quoniam, numer. 6. vers. Dicit Vincentius, de jure Patronat.* Boer. *cons. 4. numer. 26. cum seqq.* vel si saltim ad eam quantitatem sit deducta, quæ propter suam exiguitatem prorsus sit incongrua, quia paria sunt dotem non habere, vel eam incongruam habere, Lambertin. *de jure Patronat. lib. 1. part. 1. quæst. 6. art. 6. num. 7. vers. Nam nulli dubium est*, & cum aliis Melch. Lotter. *de re beneficiar. l. 2. q. 8. nu. 31. & lib. 1. q. 31. nu. 8.*

15 Et tam in dotatione, quàm in constructione, & alio tertio præfatæ acquisitionis modo, videlicet, in fundatione sunt jura promiscuè loquentia *in cap. 3. cap. cum autem 24. de jure Patronat. cap. unic. eodem tit. in 6. cap. ad audientiam 2. de Eccles. ædificand. cap. significasti 41. de testib. cap. Monasterium, cap. pia mentis, cap. frigentius 16. quæst. 7.* Glossa *in dict. cap. pia mentis*, Sacrum Concilium Tridentinum *session. 25. c. 9. de reformation.* nostra *leg. 1. titul. 15. p. 1.*

16 De quibus præcipuè tribus modis acquirendi, sive probandi jus Patronatus, ad plures quæstiones, plenissimè tractant, ultra August. Barbos. Fermosin. Prosper. Fagnan. & doctissimum Dom. D. D. Emanuel Gonzalez, ad prædicta jura repetentes Zerol. *in prax. Episcop. verb. Ius Patronatus, ex numer. 1.* Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap. 1. ex numer. 10. & cap. 2. à princip.* Vgolin. *de potestat. Episcop. cap. 51. ex numer. 6.* noster Gregor. *in dict. leg. 1. tit. 15. part. 1 gloss. 4. & 7.* multaque cumulant Dom. Covarruv. *practic. quæst. cap. 36. num. 2. vers. Distinguitur autem*, Mascard. *de probation. conclus. 959.* Genuens. *in prax. Archiepisc. capit. 63. per tot.* Maceratens. *var. resolut. l. 1. resolut. 80. per tot.* Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. gloss. 18. tot.* Farinac. *decis. 615. part. 1. recentior.* Leo *in thesaur. for. Ecclesiast. part. 2. cap. 6. ex numer. 25. & cap. 21. ex numer. 4.* & ex modernioribus plures congerentes Vivian. *de iure Patronat. part. 1. lib. 1. cap. 3. per tot.* Sanchez *in consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 48. ex nu. 3.* Melch. Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quæst. 7. & 8.* Garcia *de benefic. part. 5. capit. 9. numer. 36. cum pluribus seqq.* August. Barbos. ultra *collectan. ad prædicta iura in tractat. de potestat. Episcop. p. 3. allegat. 70. à princip. & de iur. Ecclesiast. l. 3. c. 12. ex n. 28. & 61.*

17 Qui benè animadvertit *in n. 54.* quòd plures simul concurrentes ad dotationem Ecclesiæ: vel unus ad dotem, alius ad fundationem, alius verò ad constructionem; omnes insolidum efficiantur Patroni: & idem notavit ex Roch. & aliis antiquioribus noster Gregor. *in dict. leg. 1. tit. 15. part. 1. gloss. 5.* Garcia *ubi proximè, n. 54.* Prosper. Fagnan. *in cap. in singulis 49. de iure Patronat.*

18 Qui *ex numer. 23. usque ad finem* ad plures quæstiones hos juris Patronatus acquirendi modos optimè explicat: de quibus ex recentioribus latè etiam ad plura tractant Peno. *decis. 34. numer. 20. & decis. 257. numer. 6. & decis. 436. numer. 2.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. disput. 9. quæst. 21. ex numer. 1. & disput. 15.*

quæst.

Digitized by Google

quæst. 1. numer. 8. Escobar. de Pontif. & Reg. jurisdiction. cap. 8. numer. 74. qui loquitur in Academiarum Patronatus acquisitione ex ipsarum erectione, & donatione, Dom. Salgad. de Regia protection. 3. part. cap. 9. ex num. 100. Fragos. de regimin. Reipubl. tom. 2. part. 2. disputat. 9. §. 3. num. 110. & 114. Fetentil. in notation. ad Burat. decis. 1. ex numer. 13. Pater Lezan. tom. 1. quæstion. regul. part. 2. cap. 11. ex numer. 2. & novissimè Ioann. Baptist. Ventrigl. in prax. Ecclesiast. annotat. 1. §. 1. per tot. Dominic. Antunez de Portugal. de donation. Reg. p. 3. c. 28. ex n. 4. Frass. de Reg. Patronat. Indiar. c. 4. ex n. 1.

19 Quibus adde, quòd Ecclesia ab uno constructa, & congruè dotata, non debet alius prætextu oblatæ majoris dotis pro jure Patronatu consequendo aodiri in præjudicium Patroni, qui prius dotaverat, ut benè animadvertit Roch. de jure Patronat. verb. In Ecclesia, quæst. 4. Aloysius Ricc. 1. part. decis. 13. noviter Iacob. Fontanell. de jure Patron. lib. 5. q. 12. nu. 3.

20 Quia nec aliter juxta ipsum Fontanell. numer. 6. alii per Episcopum jus Patronatus in præjudicium Patroni concedi, potest; imò constructa per unum dumtaxat Ecclesia, alius ad eam dotandam non est admittendus, constructore, intellige, invito, & volente eam dotare, qui ad id prius requirendus est, nam in hoc primas vices habere, debet, ex quo ad eum, ut Patronum ratione constructionis dotandi obligatio spectet, Abbas in cap. quoniam, de jure Patronat. Roch. de jure Patronat. verb. Et construxerit, quæst. 3. Fontanell. eodem tractat. dict. lib. 1. quæst. 11. num. 1. & dict. quæst. 12. ex nu. 5. & novissimè Portug. de donat. Reg. 3. p. c. 28. n. 177.

21 Imò majori ratione admitti, non debet majorem dotem offerens, Ecclesia jam congruenter per Patronum dotata, Roch. dict. verb. Et construxeris, quæstion. 4. Aloys. Ric. part. 1. decis. 13. Fontanell. dict. c. 12. n. 5.

22 Et idem, quoad reparationem, Ecclesia funditus diruta, quòd similiter prior Patronus ad reparationem ante alium, admittatur, eumque super hoc Episcopus requirat, antequam extraneo reparare volenti consentiat, ut vitetur novi Patroni concursus, quod valdè æquum est, docent Hostiens. in cap. in singulis, numer. 3. de jure Patronat. & ibidem Ioann. Andr. numer. 12. Cardinal. quæst. 3. Henric. Boich. propè fin. vers. Prior verò Patronus, & in eodem tex. noviter notat Prosp. Fagn. num. 37.

23 Quæ circa juris Patronatus acquisitionem, & consequenter ipsius fructum in præsentationibus, aliisve præeminentiis, & honoribus consistentium generaliter in quacumque persona ædificante, vel dotante locum habent, nisi, stante speciali alicujus exclusione, vel incapacitate ex parte acquirentis, ne jura ista quærere, possit, Lambertin. de jure Patronat. lib. 1. part. 1. quæst. 7. artic. 1. Pater Sanchez in consil. moral. lib. 2. capit. 3. dub. 70. numer. 2. Andr. Valens. de benef. lib. 4. tit. 1. ex numer. 6.

24 Quapropter regula generalis affirmativa constituenda est, quemlibet scilicet istius juris, ipsiusque fructuum acquisitionis capacem esse, juxta jura, & Doctores proximè referendos; & non solum masculos, sed etiam fœminas, capit. pia mentis 16. quæstion. 7. & probatur in cap. fin. de concession. præbend. Roch. de jure Patronat. verb. Competens, in princip. Vivian. eodem tractat. p. 3. lib. 3. cap. 4. num. 5. Pater Azor. institut. moral. part. 2. l. 6. cap. 21. Nicol. Garcia de benefic. part. 5. c. 9. ex n. 142. August. Barbos. in dict. cap. fin. n. 2. & in cap. ex litteris 7. de jur. Patronat. num. 12.

25 Quod intellige, non solum in fœminis in dignitate constitutis, verum etiam in quacumque muliere privata, ut benè ampliant Abbas, & Imol. in dict. cap. fin. de concession. præbend. Lambertin. dict. quæst. 7. artic. 2. numer. 40. quidquid dict. cap. fin. de Comitissa loquatur, & sic de muliere in dignitate constituta, quia id intelligi debet, non limitativè, sed exemplificativè, & prout casus ibi accidebat.

26 Quinimò, & meretrix juris Patronatus, ipsiusque fructuum erit capax, ut probatur ex generalitate text. in c. pia mentis 16. quæst. 7. ubi firmatur, omnem Christianum capacem esse juris Patronatus; ergo, & meretrix, cum Christiana illa sit, licet mala; quin obstat, quòd ex meretricio, & illicito quæstu ipsiusque redditibus Ecclesiam fundet, aut dotet.

27 Quia hujusmodi quæsita, quantumvis ex illicito, & turpi modo in dominium meretricis transeunt, à qua nec repeti possunt; & hoc non, ut aliqui volunt, ex vulgari ratione, quòd utriusque turpitudo versetur, ad vulgarem regulam, quod in pari causa turpitudinis potior sit conditio possidentis, juxta text. in l. si ob turpem causam 8. ff. de condict. ob turp. caus. cap. in pari, de regul. jur. in 6. ut cum aliis voluit, ad rem, Dominic. Antunez de Portugal. de donation. Reg. part. 3. c. 28. n. 22. sed ex eleganti ratione per Ulpian. tradita in dict. l. idem, §. Sed quod meretrici, dict. tit. de condict. ob turp. caus. quia, nimirùm, solius dantis, non mulieris accipientis, turpitudo versatur; nam licet illa (ut optimè ait Vlpianus) turpiter faciat, quòd si meretrix: non turpiter accipit, cum sit meretrix.

28 Ideo ex hujusmodi quæsitis meretricem eleemosynam facere, aliave pia opera exercere, posse, dotare Ecclesiam, vel fundare, in eaque quærere jus Patronatus, resolvunt Navarr. miscellan. 52. n. 7. Ioann. Baptist. Lup. de illegitim. commentar. 1. §. 3. nu. 30. Roch. de jure Patronat. verb. Competens, ex num. 3. Spin. de testament. gloss. 6. n. 21. Ricc. collectan. 1582. Gavant. in manual. Episcop. verb. Ius Patronatus, n. 19. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 218. num. 5. & 6. August. Barbos. in cap. in litteris, num. 12. de jure Patronat.

29 Item spurius ad nostram juris Patronatus, ipsiusque fructuum acquisitionem admittitur, ut ex dict. cap. pia mentis, cap. frigentius 16. quæst. 7. notant Roch. de Curt. in dict. verb. Competens, quæst. 2. per tot. Lambertin. de iure Patronat. part. 1. lib. 1. artic. 17. quæst. 7. vers. Quæro decimò tertiò, Ioann. Baptist. Lup. de illegitim. commentar. 1. §. 3. nu. 30. Gratian. dict. cap. 218. ex nu. 1. Andr. Valens. de benefic. lib. 4. tit. 1. num. 7.

30 Et Monachus, si construat, vel dotet: sed id non sibi, sed Monasterio acquiret, ut ex aliis notant Pater Sanchez lib. 7. Decalog. cap. 14. nu. 4. Pat. Lezan. tom. 1. quæst. regul. part. 2. cap. 11. num. 2.

31 Quæ omnia intellige, supposito semper consensu, aut licentia Episcopi, vel Ordinarii illius loci, ubi Ecclesia construitur, aut dotatur, eo enim deficientes, nullo modo jus Patronatus acquiri, poterit, ut latè resolvont per text. in dict. cap. nobis 23. de iure Patronat. c. 1. eodem in 6. Calderin. cons. 20. incipit, quidam ædificavit sub tit. de iure Patronat. Ioann. Andr. in dict. c. nobis, col. 2. Abbas cons. 59. vers. 3. princ. vol. 2. qui, præter ædificationem, dotationem, vel præstationem fundi, consensum etiam Diœcesani necessariò requirunt, ut cognoscatur, an dos congrua sit, necnè? & an locus, vel ædificium constructum dignum sit, ut nomen Ecclesiæ mereatur? & an etiam, qui dotat, vel construit, sit talis, qui de facili ad jus Patronatus admitti, debeat? ut benè explicat Calderin. ubi proximè, Vvesembec. cons. 48. n. 13. optimè Ioann. Selva de benef. p. 1. q. 6. n. 16. cum seqq. in tract. DD. tom. 15. p. 1. fol. 24. Ioann. Nicol. Delphin. de iure Patronat. lib. 1. n. 97. v. Sed ex hoc quæro.

32 Qui benè ex eo animadvertit, fundata Ecclesia, citra Episcopi consensum, non solum jus Patronatus non acquiri, sed imò ædificium ita constructum Ecclesiæ nomen non mereri, & instar profani demoliri, posse, juxta text. in cap. cum olim, §. Insuper. de privileg. cap. placuit 1. q. 2. §. Si quis, in Authent. de Ecclesiast. tit. §. Sancimus igitur, ut nullus ædific. Orator. devot. præter voluntat. Episcop.

33 Et ex recentioribus, ne jus Patronatus, citra Diœcesani consensum acquiri, valeat, latè prosequuntur Vivian. de iure Patron. lib. 1. part. 1. numer. 24. Franc. Tondut. Canon. quæst. 2. part. cap. 4. §. 9. ex numer. 12.

August. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. lib. 4. cap.* 32. *num.* 8. *& de potestat. Episcop. part.* 3. *allegat.* 70. *nu.* 20. optimè prosequitur, & eleganter plures rationes referens Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 9. *num.* 563. *cum seqq.* Penn. *decis.* 255. *num.* 8. Pat. Lezan. *dict. cap.* 11. *n.*
34 3. Franc. Tondut. *in dict.* §. 9. *num.* 16. † Ubi quòd Vicarii Generalis, sede vacante, consensus, vel licentia sufficiat, notant etiam Lambertin. *de jure Patronat. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 2. *art.* 9. & cum aliis Nicol. Garcia *de benefic.* 5. *p. cap.* 9. *num.* 79. Pater Sanchez *in Consil. Mo-*
35 *ral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 48. *num.* 7. † Quòd tamen non procedere ait *ex num.* 75. in Vicario Generali Episcopi, nisi ad id speciale mandatum habeat, Barbos. *de jur. Ecclesiast. dict. cap.* 12. *num.* 40. *& de potestat. Episcop. dict. allegat.* 70. *num. fin.*

36 Quòd autem sufficiat, si ex post facto consensus, vel ratihabitio ordinarii supervenerit, notant Joann. Selva *de benefic. dict. quæst.* 6. *ex num.* 17. *&* 22. Abbas *cons.* 89. *col.* 1. *vol.* 2. Zabarel. *cons.* 6. *sub tit. de jure Patron.* cum aliis Garcia *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 209. *& part.* 5. *cap.* 9. *num.* 50. Gavant. *in manual. Episcop. verb. Ius Patronatus, num.* 17. Pater Sanchez *dict. capit.* 3. *dub.* 48. *num.* 8. Tondut. *resolut. beneficial. part.* 3. *cap.* 192. *numer.* 16. benè Martin. Mager. *dict. cap.* 9. *num.* 570. quidquid contrarium voluerit, imò ex sola Capellæ, vel Ecclesiæ constructione absque Ordinarii consensu, jus Patronatus acquiri, D. Michael Anton. Frances de Urrutygoit. *de Eccles. Cathedral. cap.* 16. *num.* 59. ex Duran. *decis.* 147. *num.* 1. & Tondut. *lib.* 1. *resolut. beneficial. c.* 73. *num.* 4. apud quos id non inveni.

37 Animadverte tamen pro ista juris Patronatus acquisitione, tacitum Episcopi consensum sufficere, qui tunc maximè elici, poterit, si fundationi, aut dotationi Ecclesiæ, vel Capellæ consenserit, suamque authoritatem præstiterit, quo casu ex sola fundatione, vel dotatione jus Patronatus, sine aliqua speciali reservatione, aut expresso Episcopi consensu, ipso jure, acquiretur, ut colligitur ex mente Joan. Andr. Hostiens. & aliorum antiquorum, dum ex sola dotatione, constructione, aut fundatione Episcopi consensu, vel authoritate facta jus Patronatus acquiri, docent; quòd etiam comprobatur ex ipsius juris Patronatus definitione vulgariter per DD. tradita, & resolvit optimè in specie, contra Abbat. ejus fundamentis satisfaciens Roch. de Curt. *de jure Patronat. verb. Pro eo quod de Diœcesani consensu, quæst.* 8. & hanc partem sequitur benè fundans Joan. Selva *de benefic. part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 50. *&* 51. Leopold. Hachelmannus *in disput. jur. Canonic. disput.* 10. *de jure Patron. concl.* 3. Mart. Uran. *cons.* 18. *num.* 3. *lib.* 2. Nicol. Delphin. *de jure Patron, num.* 97. *lib.* 1. *vers. Sed ex hoc quæro,* Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 9. *num.* 571. & constat *ex dict. cap. quicumque, cap. filiis, vel nepotibus* 16. *quæst.* 7. *cap. quoniam, cap. nobis, de jure Patronat.* in quibus juris ex sola fundatione, dotatione, aut constructione Ecclesiæ authoritate Episcopi facta, jus Patronatus acquiri deciditur.

38 Nota etiam, quòd si de authoritate, aut consensu Episcopi in fundatione Ecclesiæ non appareat, & de eo dubitetur; præsumitur quoque tacitè intervenisse, ex quo ædificium in forma Ecclesiæ sit factum, ibique sit Altare, aut campanile, & ibidem Missæ, vel alia Divina Officia publicè fuerint celebrata, notant, post Innocent. Abbas *in cap. inter dilectos, de donat. & in disput. Sempronius,* Archidiacon. *in cap. nemo, el* 1. *de consecrat. dist.* 1. optimè, multa circa illud cumulans Felin. *in cap. de quarta, vers. Secunda declaratio, de præscript.* elegans consil. Paul. de Castr. 181. Ludovic. Roman. *singul.* 320. incipit, *Tu Senensis dictus,* Ioann. Selva *de benefic. part.* 1. *quæst.* 6. *numer.* 44. *&* 45.
39 Et quod sufficiat pro consensu Episcopi præsumendo, quòd ædificium fieri, videns non impedierit, docent Bellet. *disquisit. Cleric. de disciplin. Cleric.* §. 1. *ex numer.* 10. D. Michael. Anton. Frances de Urrutygoit. *de Eccles. Cathedral. capit.* 16. *numer.* 41. † Et ad alia de 40
hoc Diœcesani consensu in Ecclesiarum, vel Capellarum fundatione præsumendo extat Rotæ *decis.* 222. *cum seqq. part.* 1. *divers.* Gratian. *decis.* 26. *numer.* 16. *&* 17.

Item hoc amplius adde, quòd etiam semel jam Ca- 41
pella, aut Ecclesia de Ordinarii consensu, vel similiter Apostolica licentia constructa, si tamen postea funditus diruatur, ut totali reædificatione egeat, quòd adhuc Diœcesani consensus sit necessarius, ut ex reædificatione jus Patronatus, quis acquirat, plenè resolvit Prosper. Fagnan. *in collect. jur. Canonic. ad cap. in singulis, num.* 52. *cum seqq. de jure Patronat.* sed similiter ex tacito consensu Diœcesani præsumetur, ut in nova ædificatione superius diximus.

Unum tamen nota, quòd si Ordinarius consensum 42
sine legitima causa præstare, renuerit, poterit ad id à suo superiore compelli, *ut ex capit. nullus,* & ibidem Abbas *de jure Patron. & gloss. in capit. penult. verb. Teneantur, de rescript. in.* 6. docent Ioann. Selva *de benef.* 1. *part. dict. quæst.* 6. *numer.* 42. Lambertin. *de jure Patron. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 1. *art.* 20. Vivian. *eodem tractat. lib.* 2. *capit.* 1. *ex numer.* 9. Pat. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *capit.* 3. *quæst.* 10. Pat. Lezan. *quæst.*
regul. tom. 1. *part.* 2. *dict. capit.* 11. *numer.* 3. *in fin.* † 43
aliàs, renuente adhuc Diœcesano, sine justa causa, ipse superior consentiet, Massobr. *in prax. habend. concurs. prælud.* 7. *dub.* 7. August. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.* 3. *dict. cap.* 12. *nu.* 41.

Nam semper juri Patronatus favendum, ut per hoc 44
Ecclesia magis splendescat, & augeatur: & ne aliàs laici ab Ecclesiarum dotationibus, & fundationibus arceantur, sed imò ferventius, & animosius ad id incitentur, videntes jura sibi benignè favere; notant ultra plures ex relatis eleganter Felin. Sandens. *in tractat. quand. litter. Apostolic. noceant Patron. Eccles. in vers. Corroborari potest.* Arnulph. Ruzæus *de jur. Regal. in* §. 1. *num.* 17.

Nota etiam ad materiam consensus Diœcesani pro 45
juris Patronatus, ipsiusque fructuum acquisitione, ex diuturnitate temporis, ædificatione Capellæ cum insigniis, & armis, ac visitatione superioris hujusmodi consensum præsumi, ut ex Roch. Lambertin. & aliis, pluribusque Rotæ decisionibus comprobant Nicol. Garcia *de benefic. part.* 5. *dict. capit.* 9. *numer.* 73. August. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 70. *numer.* 22. Cavaler. *decis.* 765. *numer.* 5. & in Apostolico privilegio præsumendo in Ecclesiis conventualibus, idem Barbos.
de jur. Eccles. lib. 3. *capit.* 12. *numer.* 49. † Ubi benè li- 46
mitat, nisi ex facie instrumenti fundationis de defectu conster, juxta elegantem consil. Paul. de Castr. 81. *ex numer.* 7. *lib.* 2. quem ad hanc limitationem communiter ad similia sequuntur Dom. Molin. *de primogen. lib.* 2. *capit.* 6. *numer.* 74. & cum aliis Dom. Valenzuel. *cons.* 18. *ex numer.* 21. Noguerol. *allegat.* 38. *num.* 49.
Valeron. & Ventrigl. proximè referendi: † & quòd re- 47
gulariter ex cursu triginta annorum præsumatur, tenet Beltramin. *in addit. ad Gregor. XV. in decis.* 420. *numer.* 7. Rot. *decis.* 179. *num.* 1. *part.* 1. *divers. & decis.* 694. *num.* 5. *part.* 1. *recent. & decis.* 101. *n.* 6. apud Paul. Rub. *tom.* 3. *divers.*

Ut in aliis quoque solemnitatibus extrinsecis passim 48
notant DD. quos novissimè congerunt, plenè tractantes materiam, quando solemnitates intrinsecæ, vel extrinsecæ ex temporis cursu præsumi, debeant ad alienationes bonorum Ecclesiæ, oppidorum, minorum, judicialia, & similia benè ex recentioribus Marin. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 227. *per tot.* D. Valenzuel. *cons.* 18. *ex numer.* 15. Castilll. *tom.* 7. *contr. cap.* 20. *ex num.* 32. Capyc. Galeot. *tom.* 1. *contr.* 58. *& tom.* 2. *contr.* 38. Barbos. *in collect. Codic. in l. si filius, Cod. de heredit. petit.* Spad. *cons.* 163. *n.* 17. *l.* 1. *& cons.* 148. *n.* 2. *lib.* 2. *& cons.* 99. *n.* 1. *& cons.* 105. *num.* 6. *l.* 3. Capyc. Latr. *consult.* 22.

ex

ex num. 11. Ganavert. cons. 6. art. 3. num. 5. Ioann. Bapt. Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. Solemnitas 1. & 2. & est optimum responsum Camarat. 21. ex nu. 28. usque ad fin. Cyriac. contr. 162. ex num. 26. & contr. 261. ex n. 36. Paul. Staib. resol. 40. ex num. 9. & resolut. 20. ex numer. 76. benè Thoming. cons. 6. ex num. 106. & 133. to. 1. & cons. 38. ex numer. 86. tom. 1. Villagut. in respons. de reb. Eccles. mal. alienand. ex numer. 123. Noguerol. allegat. 38. numer. 49. & allegat. 25. ex num. 25. D. Salgad. posth. 4. part. Labyrint. in tractat. de libert. benef. art. 7. ex n. 3. & plures congerentes Valeron. de transaction. tit. 4. quæst. 2. ex num. 68. D. Molin. lib. 2. cap. 6. num. 74. & lib. 4. cap. 10. num. 11. ubi alios cumulant addent. & Ayllon ad nostrum Gomez 2. variar. cap. 12. num. 17. Ioan. Baptist. Ventrigl. in prax. rer. notabil. annotat. 1. §. 3. ex num. 55. apud quos infinitos ex antiquioribus cumulatos invenies, qui ferè omnes magis frequenter solemnitates extrinsecas ex transcursu triginta annorum præsumi, resolvunt.

49 Sed imò, quòd in Diœcesani consensu præsumendo non tanti temporis spatium requiratur, ex quo agitur de modico præjudicio, & de favore Ecclesiæ, ne aliàs beneficium ob defectum consensus supprimatur, & eo maximè, quia cum reperitur Ecclesia ædificata per Patronum, consensus Ordinarii intervenisse, præsumitur: tum magis concurrentibus præsentationibus Patroni ædificantis, & institutionibus Ordinarii easdem confirmationes approbantibus, ex quibus actibus tacitus consensus præsumitur, ut benè notant Roch. de jure Patronat. verb. Pro eo, quæst. 8. numer. 20. Beltramin. in addit. ad Gregorium XV. in dict. decis. 420. num. 7. unde decennii transcursum sufficere, rectè resolvit August. Barbos. de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 43. cum seq.

50 † Quod in aliis quoque extrinsecis solemnitatibus præsumendis, si ex eo parum præjudicium inferatur, no-
51 tant Authores supra relati; † Et quando concurrit non solum observantia, sed etiam adversarii scientia, benè Thoming. cons. 6. ex num. 106. & ex num. 133. tom. 1. juxta quæ procedere, & intelligi, debet doctrina Dom. Valenzuel. cons. 18. ex numer. 17. dum decennii spatium pro his solemnitatibus præsumendis sufficere, ait.

52 Hæc de tribus superioribus modis acquirendi jus Patronatus, ipsiusque præsentationum fructus, & præeminentias: & de Ordinarii consensu semper adhibendo: ultra hos etiam titulos, sive acquirendi modos jus Patronatus, ipsiusque præsentationis fructus ad aliquem pertinere, frequenter probari, prætenditur ex multiplicatis præsentationibus, aliisque conjecturis per antiquissimum temporis concursum, hodie juxta sacrum decretum Concilii Tridentini sess. 22. cap. 9. per immemorialem possessionem, de qua præscriptione, sive probatione, ipsiusque conjecturis ex armorum, sive insignium alicujus familiæ in Ecclesia appositione de antiquis enunciativis, & inscriptionibus vetustissimis in marmoribus, lapidibus, vel lignis positis in Ecclesia, vel aliis locis publicis, ex institutionibus Ordinariorum ad præsentationem alicujus Patroni, & ad alias multas præsumptiones, & modos probandi jus Patronatus, & quid noviter sit innovatum per Sacrum Concilium Tridentinum dict. cap. 9. de ipsiusque nova forma circa pleniorem, & exactiorem probationem, stante potentia ex parte prætendentium jus Patronatus: & quæ personæ, aut familiæ potentes ad id dicantur, ut usurpationis præsumptio oriatur, non concurrentibus Concilii requisitis: tractant plenissimè plures congerentes Hieron. Gonzalez in regul. 8. Cancellar. gloss. 18. n. 44. cum pluribus seqq. Aloys. Ric. integro tract. de novissim. probat. juris Patron. Nicol. Garcia de benefic. p. 5. c. 9. ex num. 81. usque ad 115. Melch. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 13. ex num. 123. usque ad 152. latè infinitos cumulans August. Barbos. in collect. ad Concil. Trident. dict. sess. 22. cap. 9. & de potestat. Episcop. p. 3. allegat. 72. numer. 28. cum pluribus seqq. & de univers. jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. ex num. 67. usque ad 155. D. Salgad. de Reg. protect. 3. p. cap. 10. ex num. 226. & novissimè cum aliis Ioann. Bapt. Ventrigl. in prax. rer. notabil. annotat. 1. §. 2. per tot. ubi in numer. 1. plures refert Cardinal. Ioann. Bapt. Luca vir quidem doctus, summaque cum ratione in omni materia eleganter resolvens, in suo celeberrimo Theatr. veritat. & instit. lib. 13. rubric. de iure Patronat. discurs. 57. & 58.

Quæ omnia superius dicta circa acquisitionem juris Patronatus, necnon, & juris præsentandi, tamquam ipsius fructus ex fundatione, constructione, vel dotatione Ecclesiæ, adhibito expresso, aut tacito Episcopi consensu in Ecclesiis, quæ Collegiatæ, sive Conventuales non sunt, absque dubio procedunt: in Ecclesiis verò Collegiatis, aut Conventualibus multum dubitant, & variant DD. nam aliqui tam quoad jus Patronatus, quàm jus eligendi, aut præsentandi Prælatum in his Ecclesiis Apostolicum consensum, vel privilegium requiri, asserunt Mohedan. decis. 340. aliàs 10. num. 5. de iure Patron. Didac. Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. Ordinament. col. 18. vers. ius autem præsentandi, pag. mihi 143. Put. dec. 369. lib. 2. Lambertin. D. Covarruv. Cavaler. & alii proximè referendi, Ferentil. in annotat. ad decis. 1. Burat. n. 15. August. Barbos. in collect. ad dict. cap. nobis, num. 3. & 10. ubi plures ad id congerit, quorum multi loquuntur solùm, quoad jus electionis, vel præsentationis Prælaturæ, non verò, quoad ipsum jus Patronatus, aliasque præeminentias, imò idem Barbos. in dict. cap. nobis, numer. 2. & de iur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. numer. 47. contrarius sibi extat, cum aliis pluribus congestis, dum jus Patronatus in Collegiata ex fundatione, aut dotatione solo consensu Episcopi acquiri posse, resolvit. 53

Alii verò, quoad jus Patronatus, nullum Apostolicum consensum, vel Episcopi necessarium esse, docent, ut in hujusmodi Ecclesia Collegiata ex fundatione, aut dotatione jus Patronatus, quæratur, Lambertin. de iure Patronat. lib. 1. p. 1. art. 7. undecim. quæst. num. 3. Cavaler. decis. 265. n. 6. & 7. 54

Alii, licèt quoad jus eligendi privilegium Apostolicum expostulent, quoad jus præsentandi Episcopi consensum cum speciali reservatione in limine fundationis, vel dotationis sufficere, judicant, pro qua sententia est elegans Rotæ decisio apud Puteum 369. lib. 2. paulò ante n. 1. vers. Sed quia istud non sufficiebat, & expresè docent D. Covarruv. in regul. possessor. 2. part. §. 10. nu. 3. in fin. Didac. Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. Ordinam. col. 18. vers. Ius autem præsentandi, pag. mihi 143. idque tenet, licèt his non relatis, August. Barbos. in dict. cap. nobis, de iure Patronat. n. 2. vers. Limita supra dictam, qui omnes pro hac parte adducunt, Cardinal. Roch. & Lambert. & text. in dict. cap. nobis, de iure Patron. sed malè, quia id non asserunt, nec per dict. text. probatur, imò ex eo contrarium deducitur, ut proximè videbis. 55

Alii præscriptione etiam jus istud præsentandi Prælatum in Ecclesia Collegiali Patrono laico indistinctè acquiri posse, volunt, ut ex Ioann. Andr. in regul. quod alicui, de regul. iur. in 6. tenet Didac. Perez in loc. citat. vers. poterit etiam præscriptione. 56

Inter quorum Doctorum varietates, juxta veriorem sententiam, & intelligentiam ad dict. cap. nobis, de iure Patron. distinguendum est inter jus Patronatus Ecclesię Collegiatę, vel Conventualis: & inter jus eligendi, vel pręsentandi Pręlatum ad ipsam Ecclesiam: In primo casu dicendum est in Ecclesia Conventuali, vel Collegiata ex sola constructione, vel dotatione cum consensu Episcopi jus Patronatus acquiri ad effectum omnium pręeminentiarum, quę aliàs regulariter ratione Patronatus alterius Ecclesię debentur: In secundo verò casu, quoad eligendi, vel pręsentandi jus, contrarium resolvendum videtur: id nimirum in Ecclesia Collegiata, Conventuali absque Papę privilegio alicui competere, non posse. 57

Digitized by Google

58 Quoad primum; videlicet acquisitionem ipsius ju-
ris Patronatus id supponunt Hostiens. *in rubr. de jure Pa-
tronat. numer. 3. vers. In Collegiata*, Abb. *in dict. capit.
nobis, eodem tit. numer. 6. vers. Item jura*, & ibidem
alii antiquiores, qui, dum solum disputant, an in his
Ecclesiis electio Prælati Patrono competat, necnè? jus
Patronatus quæsitum apertè sentiunt, & supponunt:
& id mihi expressè comprobatur *in eodem capit. nobis*,
ubi in principio, jus Patronatus ex constructione de
consensu Episcopi acquiri, deciditur, & deinde so-
lum de electione Prælati in Conventuali discepta-
tur.

59 Quoad verò secundam partem juris eligendi, vel
præsentandi Prælatum, quod non nisi de speciali Papæ
privilegio Patrono quæsitum censeatur, probatur etiam
expressè *in dict. cap. nobis, in vers. Caterum, & in vers.
Nisi fundator aliter de sua jurisdictione obtineat*, hoc
est, prout interpretatur Hostiens. *in dict. rubr. de jure
Patron. vers. In Collegiata, in fin.* nisi de speciali facul-
tate, aut privilegio Papæ id obtinuerit: optimè expli-
cat ibidem gloss. in verb. *De sua*, ubi quòd non sufficiat,
si per Episcopum id fuerit reservatum; quia jus eligen-
di, ut quid spirituale, per alium, quàm per Papam
Patrono laico concedi, non potest; ut in eodem text. no-
tat Abb. *numer. 9.* ultra quem intellectum ad *dict. vers.*
60 *Nisi fundator aliter de sua jurisdictione obtineat*: † Se-
cundò id intelligit gloss. *ibidem*, nisi Ecclesiastica per-
sona, ut puta Abbas, vel alter hujusmodi jus Patrona-
tus obtineat, istudque jus eligendi, vel electioni interes-
sendi cum aliis Clericis de consensu Episcopi reservave-
rit: & notavit quoque pro secundo intellectu, licèt non
ita explicitè, Hostiens. *in loc. citat.*

61 Juxta quæ in nostris Patronis laicis jus Patronatus,
quoad fructum juris eligendi in Ecclesia Collegiata pro-
pter incapacitatem, absque Apostolico consensu transi-
re, non posse, ferè omnes constanter tenent, licèt se-
cus, quoad alias præeminentias, ut notant ibidem An-
charran. *in dict. capit. nobis, numer. 16. & in cap. Sacro-
sancta, numer. 3. de election.* Lambertin. *de jure Patron.
lib. 2. part. 1. quæst. 5. in princip.* & cum aliis Lotter. *de re
benefic. lib. 2. quæst. 6. num. 57.* benè ita Paul. de Citradin.
contrarium asserentem intelligens Mart. Mager. *de ad-
vocat. armat. cap. 9. numer. 522. & 548.* & ita se explicat
August. Barbos. *de jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 47.*
quamvis satis expressè *in numer. sequent. & in collect. ad
dict. cap. nobis, numer. 3. & 10.* ex Hostiens. & Abbat.
& D. Covarruv. indistinctè, & absolutè teneat, jus Pa-
tronatus absque Apostolico consensu in Ecclesia Colle-
giata acquiri non posse; sed certè contra litteram text.
in dict. cap. nobis, & contra mentem Hostiens. & Ab-
bat. qui id solum, quoad jus eligendi expressè volue-
runt, & D. Covarruv. *in loc. citat.* per Barbos. qui est *in
regul. possessor. 2. part. §. 10. numer. 3. vers. Alter casus*,
& Roch. *de jure Patronat. in verb. In Ecclesia, quæst. 2.*
Lambertin. *ubi proximè*, & alii plures per eundem Bar-
bos. pro sua opinione relati *in dict. numer. 10.* consensum,
vel privilegium solum, quoad electionem Prelati, non
verò in jure Patronatus quærendo requirunt, imò in
jure Patronatus, aliisque ejus præminentiis per solam
constructionem de Episcopi consensu sufficere omnes fa-
62 tentur. † Ex quibus constat, Barbos. & aliquos Docto-
res jus Patronatus in Ecclesia Collegiata, vel Conven-
tuali minus rectè accepisse pro jure eligendi, & confun-
disse hæc verba.

63 Et hæc resolutio, ac distinctio probatur quoque per
nostram *l. 1. tit. 15. part. 1. in vers. Pero si el Patron*, ubi
Montal. & Gregor. imò *in nostra leg. part.* magis declara-
tur, dum in ea Papæ privilegium intervenire debere,
exprimitur ibi: *Si el Papa ge lo otorgare, bien lo puede
aver, ò de otra guissa non*, & expressè etiam loquitur tam
in electione, quàm in concursu electionis, ibi: *Que
pueda el solo elegir el Prelado, ò con los otros Clerigos, que
y fuessen, ò le ovieren de elegir*, supponens etiam nostra
lex, ipsum jus Patronatus ad alias præeminentias, & ju-
ris effectus ex sola constructione quæsitum fuisse.

Cui resolutioni juris eligendi absque Apostolico con- 64
sensu acquisitionis prohibitionem adstruenti, aliam quo-
que elegantem rationem, præter incapacitatem, tradit
Melch. Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 6. numer. 52. &
53.* quia de natura Ecclesiæ Conventualis, vel Colle-
gialis sit, quòd in Prælati nominatione per electionem,
sive concursum Regularium, vel Canonicorum proceda-
tur, *cap. 1. de election.* † Ne aliàs, eis invitis, detur 65
Abbas, vel Prælatus, ut benè etiam animadvertit Sut.
decis. 369. l. 3. num. 2. Joann. Bapt. Ventrigl. *in prax. rer.
Ecclesiast. annotat. 1. & annot. 2. numer. 5.* † Nec solvi- 66
tur difficultas, si saltim velit Patronus electioni interve-
nire suam vocem cum cæteris præstando, quia hoc ei, ut
laico, prohibetur, ut dictum remanet, & probant com-
muniter Canonistæ, tam in electionibus Regularium,
quàm sæcularium per text. *in cap. Sacrosancta 51. §. At-
tendentes, & in cap. Messana 56. de elect.*

An autem hæc dicta de electione Prælati, ne ad eam 67
Patronus laicus sine Papæ consensu, vel privilegio, ad-
mittatur, procedat quoque in præsentatione, aut saltim
hæc de consensu Episcopi in limine fundationis, vel do-
tationis reservari possit? meritò dubitari potest; si qui-
dem circa præsentationem Prælaturæ in Ecclesia Colle-
giata non procedit incapacitas laicorum in electione
considerata, ut in aliorum beneficiorum præsentatio-
nibus: & hanc sententiam, sufficere nempè consensum
Episcopi, tenuisse diximus supra *numer. 31. & seqq.* D.
Covarruv. *in regul. possessor. 2. part. §. 10. numer. 3. in fin.*
Didac. Perez *in l. 1. tit. 6. l. 1. Ordinament. col. 18. vers.
Jus autem præsentandi, pag. mihi 143.* ex Cardinal. &
Roch. apud eos citat. & extat pro hac opinione singularis
decisio Rotæ apud Puteum 369. *lib. 2.* paulò ante *num. 1.
vers. Sed quia istud non sufficiebat.*

Sed, quidquid hi doctissimi viri dicant, verius vide- 68
tur, etiam in jure præsentandi Prælatum in Ecclesia
Collegiata, Apostolicum consensum laico Patrono neces-
sarium esse, quia, licèt incapacitas cesset, non cessat
aliud inconveniens, quòd videlicet provisio per electio-
nem, sive concursum Regularium, vel Clericorum sæ-
cularium ejusdem Ecclesiæ fiat: nam certè talis electio per
præsentationem omninò solveretur, atque ita daretur
Prælatus invitis, quod est contra naturam Collegii *dict.
cap. nullus invitis*, ubi *gloss. 1. 16. dist.* & ita in specie re-
solvit contra *dict. Rot. dec. apud Put.* Lotter. *de re beneficiar.
l. 2. dict. q. 6. ex n. 58.* ubi pro hac sententia decisum refert
in alia Rotæ *dec. 53. sub n. 1. p. 1. recentior.* & notant, ultra
eum, Lambertin. *de jure Patronat. l. 1. p. 1. art. 7. undecim.
q. n. 3.* Seraphin. *dec. 1305. n. 5. & dec. 1355. n. 5. & dec.
1395. n. 2.* Aloys. Ric. *in collect. dec. p. 5. collect. 1486.* &
loquendo expressè in jure præsentandi, licèt nullam du-
bitationem faciat, nec differentiam inter id, & jus eli-
gendi constituat, idem tenet August. Barbos. *de jur. Ec-
clesiast. lib. 3. cap. 12. num. 46.* quamvis Hostiens. & Ab-
bat. referat, qui solum in electionibus, nulla de præsen-
tatione facta mentione, loquuntur, & Didacum Perez,
qui contrarium expressè in præsentatione resolvit, ut *su-
pra* dixi.

Sed certè, si littera text. *in dict. cap. nobis*, & omnis 69
ejus contextura benè perpendatur, satis expressè in eo
probatur hæc resolutio, ne etiam quoad jus præsentandi
Prælaturam in Ecclesia Collegiata reservatio de Episcopi
consensu teneat; in hoc enim text. postquam in *vers.
Caterum*, talis electio Patrono prohibetur, limitatur in
vers. Secus, ut hoc non procedat in speciali Cappella for-
tè in eadem Ecclesia sita, in qua Patronum Presbyterum
eligere, & pro institutione Episcopi præsentare, posse,
clarè deciditur, in qua secunda parte text. quæ Prioris
est limitatio, manifestè constat, Summum Pontificem
non de electione canonica, sed de præsentatione
fuisse loquutum, & consequenter verbum *Electio*
superioris *part. vers. Caterum*, in eodem sensu,
vide-

videlicet de præsentatione etiam accipi debere, ut sequens exceptio de regula sit.

70 Vnum tamen nota, prædictam resolutionem Putei, D. Covarruv. & Didac. Perez procedere posse, si reservatio in favorem Patroni de consensu Episcopi dumtaxat fiat, ut super jam facta electione Patroni assensus de urbanitate postuletur: vel quod etiam electioni interveniat, dummodo sine suffragio per modum consultationis, honoris, & reverentiæ causa fiat, ut expresse notatur *in dict. cap. nobis, & in dict. nostra leg. 1. part.* Innocent. *in rubr. de jure patronat. sub num. 3. vers. Quodtamen*, Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quæst. 6. num. 64.* Cavaler. *decis. 321. num. 1.* qui benè ex hoc notat, ob illius defectum, electionis cassationem per Patronum prætendi, non posse, ut & notant Abbas, & alii antiquiores *in dict. cap. nobis*, per verbum ibidem *Honestius*, & ex Abbat. Roch. Lambertin. & aliis benè August. Barbos. *in dict. cap. nobis, num. 5. verb. Patroni*, & ibidem alii recentiores repetentes.

71 Secundò etiam nota, præfatam principalem resolutionem, ne Patronus in Ecclesia Collegiata electionem, vel præsentationem habet, procedere solum, quoad electionem, sive præsentationem Abbatis, vel Prælati Ecclesiæ Collegiatæ, vel Conventualis, secus in aliis beneficiis Capellarum, si quæ sunt in ipsa Ecclesia, quæ per Patronum liberè præsentari debent: necnon, & præbendæ, aliaque beneficia illius Ecclesiæ, ut probatur *ex dict. cap. nobis, vers. Secus tamen in Capella*, & in Concilio Tridentino *sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. Reliqua*, Abbas *in dict. cap. nobis, num. 6. in fin.* & ibidem alii antiquiores, idem Abbas *in cap. suggestum, nu. 3.* eodem tit. *& in cap. fin. de concession. præbend.* Brixiens. *in repertor. jur. verb. Patronus, vers. 13.* Bertachin. *in repertor. jur. verb. Patronus Ecclesiæ, colum. 5. in fin. fol. mihi* 206. & alios referens Lambertin. *de jure patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 5. art. 3.* Lotter. *de re beneficiar. d. qu. 6. num. fin.* Ferentil. *in addition. ad Burat. in decis. 1. nu. 15. & 16.* & ex Paris. Seraphin. & aliis August. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. nu. 48. & in d. cap. nobis, nu. 5.* & ibidem Prosper. Fagnan. & alii recentiores repetentes.

72 Sed an saltim vigore præscriptionis, aut consuetudi-
nis hoc jus eligendi, vel præsentandi Prælatum in Eccle-
sia Collegiata quæri valeat? negant Bertachin. *de Episcop.*
lib. 1. q. 60. par. 3. nu. 71. ad fin. qui hanc consuetudinem
corruptelam esse, asserit, & proinde subsistere, non
debere, quo solum, & Federico à Bononia relatis, idem
tenet Lotter. *d. q. 6. nu. 69.* Ioan. de Castillion *de election.*
cap. 4. fol. 101. Ioann. Bapt. Ventrigl. *in prax. rer. notab.*
73 *annotat. 1. §. 2. num. 6.* † In quo tamen articulo contra-
rium resolvere videtur August. Barbos. *de jur. Eccle-*
siast. lib. 3. d. cap. 12. num. 49. dum docet, ex cursu tem-
poris, & observantia privilegium Apostolicum in limi-
ne fundationis intervenisse, præsumi ex doctrina Abbat.
in cap. Cura Pastoralis, num. 4. de iure Patronat. & juxt.
Rot. *dec. 363. n. 1. p. 4. divers.*

74 Quod adstrui, quoque posse videtur, quia non est ita incapax laicus juris eligendi, ut incapacitas tolli, non possit per dictum privilegium, quod ut solemnitas extrinseca, in fundatione ex cursu temporis præsumitur ad plenius per nos tradita circa solemnitates extrinsecas præsumendas *suprà nu. 47. & seqq.* quod intelligi, deberet juxta Barbos. *ubi proximè*, nisi ex facie instrumenti fundationis constet, adhibitum fuisse dumtaxat Episcopi consensum, vel alterius Prælati inferioris, vel aliter de effectu privilegii Pontificii non appareat, ut notavimus quoque *suprà num. 46.*

75 Iuxta quam Barbosæ sententiam procedere quoque videntur Episcoporum præsentationes, quæ per nostros Reges ad Ecclesias Cathedrales hujus Regni fiunt, nam ultra, quod ad id extant plura Apostolica privilegia, ex cursu tanti temporis præsumi deberent, de quibus tamen *infrà* dicam.

Sed adhuc à prima sententia Lotterii recedere non 76
audeo ob notabilem juris repugnantiam, quod laicus in Prælatorum, aliisque Ecclesiasticis electionibus se immisceat, & suffragium præstet: & propter authoritatem Innocent. Ioann. Andr. & aliorum antiquorum *in d. cap. nobis*, qui hanc consuetudinem non admittunt, de quibus Barbos. alias omnia colligens, mentionem non facit: & ad idem *in dict. cap. nobis*, gloss. in verb. *De sua jurisdictione, in fin.* Hostiens. *in rubr. de jure Patronat. verb. Quid competat, n. 3. vers. Alii exponunt.*

Qui hanc consuetudinem tantùm in Clerico, non in 77
laico admittit: idemque sentit Abbas *in dict. cap. nobis, num. 9.* ubi allegat text. *in cap. Messana, de election.* & intelligit *cap. per tuas, de arbitr.* ut procedat in Clerico, non in laico.

Et huic inter laicum, & Clericum Patronum distin- 78
ctioni assentitur noster Gregor. *in dict. l. 1. tit. 15. part. 1.*
gloss. 14. Brixiens. *in repertor. jur. verb. Patronus, col. 5.*
concl. fin. † & quoad laicum meo videri expressè, apud 79
nos confirmari, videtur per eandem *l. 1. dict. tit. 15. par.*
1. in vers. *Mas si costumbre fuesse*, dum ibi dicitur, benè
valere consuetudinem, ut Patronus electioni sit præsens;
intellige sine suffragio, quasi secus, ut cum eo: & hoc
etiam, ut sine suffragio interesse, possit, stante ad id con-
suetudine, notant Innocent. & Abbas *dict. cap. nobis*,
qui in hoc casu intelligunt etiam *dict. cap. per tuas, de*
arbitr.

Quia in eo idem per Episcopum statui potest, Abbas 80
in loc. citat. & reservari per Patronum in limine fundationis de consensu Episcopi, ut per modum consulationis Prælati electioni intersit, Innocent. *in rubr. de jure Patron. sub num. 3. vers. Quodtamen*, Melch. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 6. num. 64.*

Quæ autem sit Ecclesia Collegiata, vel Conventualis, 81
& quibus signis cognoscatur, ut de ea superius dicta procedant? tractant plenè Ioan. Andr. & alii antiquiores *in dict. cap. nobis, de jure Patronat.* ubi optimè, ultra eos, explicat Abbas *num. 8.* ubi quod prius principaliter extructione: secundò privilegio: tertiò consuetudine, aut possessione probetur: quos modos tanquam principales hujus probationis prosequuntur Innocent. *in cap. postulasti, de iure Patron.* Alexand. *cons. 71. ex num. 4. & 34. & cons. 75. ex num. 2.* Andr. Barbat. *cons. 17. lib. 1.* qui plenissimè hanc materiam explicat, Rebuff. *in concor. tit. de collat. in §. Volumus, vers. Collegialitatis*, Mascard. *de probat. conclus. 585. per tot.* Card. Mantic. *decis. 107. nu. 9. & decis. 175. nu. 1. & decis. 215. ex num. 1.* Hieronym. Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. gloss. 19.* Lambertin. *de iure Patronat. part. 1. lib. 2. quæst. 5. in princip. usque ad num. 5.* Federic. de Sen. *cons. 61.* Cavaler. *decis. 274. num. 3. & decis. 650. num. 6.* Coccin. *decis. 296. num. 4.* August. Barbos. & alii recentiore *ad d. cap. postulasti.*

Quæ omnia circa Ecclesias Collegiatas, vel Conven- 82
tuales tam latè notavi; quia non versantur extra hujus capitis principalem quæstionem circa fructus juris Patronatus in præsentationibus consistentes, eorumque per Patronos acquisitionem; nam ex dictis plenè cognitum manet, quando electio, vel præsentatio Prælati, aliorumque beneficiorum, sive præbendarum Ecclesiæ Collegiatæ, vel Conventualis fructus juris Patronatus in ipsa Ecclesia quæsiti sint, & per Patronum fieri, sive tales fructus lucrari debeant?

Quibus, circa privatos Patronos dictis, quando per 83
eos Ecclesiarum fundatione, dotatione, aut fundi datione jus Patronatus quæratur, & consequenter præsentationes, & electiones tanquam ipsius fructus, & emolumenta. Nonnulla etiam circa Reges, aliosque Principes supremos pro pleniori materiæ hujus §. cognitione notanda veniunt.

Primò igitur his Principibus supremis ratione dotatio- 84
nis, vel fundationis, aut constructionis Ecclesiarum jus Patronatus competere, & consequenter beneficiorum præsentationes; ut comprobat Arnulph. Ruzæus *de iur.*

regal.

regal. in §.5. incipit: *Regalia Græcorum*, *num.54. cum seqq. in volum. DD. tom.12. fol.358. columm.3.* ubi optimè ad nostram materiam, quod hujusmodi præsentationes, tanquam fructus juris Patronatus Regibus fundatoribus competant, D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.2. ex num.1.* & tam in Ecclesiis Cathedralibus, quàm in Collegiatis loquentes Abbas *in cap. nobis, de jure Patronat. & in consil.57.* incipiente: *Christi nomine*, Ioann. ab Imol. *in cap. fin. in ult. notab. extra, de concession. præbend.* Roch. de Curt. *de jure patron. super verb.*
85 *In Ecclesia, quæst.1. & in verb. Dotavit, qu.21.* † Qui hoc ampliat ad casum quo Rex, vel alii Principes dotarent unam præbendam in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, cui præbendæ noviter erectæ eos ratione dotationis providere posse, dicit, & in eodem casu sequitur Arnul. Ruzæus *in dict. tractat. de jure Regal.* §. *1. numer. fin. in fin.*

86 Imò Regibus, ac Principibus supremis generaliter in omnibus Ecclesiis sui Regni jus Patronatus tribuere volunt ratione soli suæ ditionis, in quo Ecclesiæ sunt sitæ, etiam nulla stante speciali dotatione, aut fundatione, Archidiacon. *in cap. lectis 63. dist.* Bald. *in cap. quanto, de judic. col. ult. & in proœm. Decretal.* §. *Rex pacificus, num.* 52. qui dicunt, Reges generaliter Patronus esse Ecclesiarum Cathedralium sui Regni, præbendasque ex eo præsentare posse, & sequuntur Dominic. Cardinal. & Alexand. *in d. cap. lectis*, Paris. de Puteo *de Syndicat. verb. Civilitas, cap.2. num.3.* Mart. Laudens. *in tract. de Princip. quæst.74. in tract. DD. tom.16. col.4. fol.*204. Anton. Corset. *in tract. de excellent. Reg. quæst.*34. Schurff. *consil.* 72. *n.*10. *centur.*10. & cum aliis Mart. Mager. *de advocat. armat. c.9. n.*658. qui ad id refert D. Covarruv. & Cevall. proximè per nos referendos.

87 Sed certè, quidquid isti DD. asserant, contrarium est verius, quia licèt verissimum sit, ad Reges quandam generalem protectionem, & defensionem Ecclesiarum sui Regni, & præsertim Cathedralium spectare; hoc tamen intelligi, debet solùm quoad tutelam, & patrocinium in communi, bonorumque protectionem, non ut jus Patronatus habeant, quoad præbendarum, aliorumve beneficiorum præsentationes, nisi concurrente etiam qualitate dotationis, vel fundationis, aut privilegii Sedis Apostolicæ, ut optimè declarant Ioan. Andr. *in c.2. de præbend. in 6.* optimè Boer. *decis. Burdegal.* 32. *ex n.1. & 5.* Arnulph. Ruzæus *de jur. Regal.* §.*1. n.21. & 23. vers. Tertio non militat. in tract. DD. tom.15. fol.358. colum. 4.*

83 Qui benè dicunt, non sufficere, quod Reges tantum sint, & hujusmodi generalem protectionem habeant, nisi concurrente etiam dotationis, vel fundationis qualitate, optimè noster Gregor. *in l.18. tit.55. p.1. gloss. fin.* Anastas. Germon. *de sacr. immunit. lib.3. cap.12. nu.25.*
89 † Vel nisi per antiquissimum temporis cursum, multiplicatis præsentationibus, hoc jus quæsitum habuerint, juxta Sacrum Concilium Tridentinum *session.25. de reformat. cap.9.* Dom. Ioan. de Balboa *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possession. & propriet. num.*38. Dom. Solorzan. *de iure Indiar. tom.2. lib.3. cap.23. num.2.* his ergo cessantibus nullum jus Patronatus Regibus in Ecclesiis Cathedralibus suorum Regnorum compet it, sed sola protectio, ut notat quoque Dom. Solorzan. *in Polit. Indian. lib.4. c.2. à princ. & de iur. Indiar. tom. 2. lib.3. c.2. ex num.*11.

90 Et novissimè agnoscit hanc differentiam inter jus Patronatus, & protectionem, quam Reges in Ecclesiis Cathedralibus habent, D. Michael Anton. Frances de Vrrutygoit. in suo docto, & pleno tractat. *de Eccles. Ca-*
91 *thedral. cap.13. n.68. & 69.* † Qui benè ex hoc infert, Reges apud nos ad reparationes Ecclesiarum Cathedralium, ut cæteri Patroni non teneri, præterquam in Ecclesiis Regni Granatæ, & etiam in omnibus Regnorum Indiarum, & aliorum, quarum verè Patroni sunt, juxta tradita per D. Solorzan. *in Polit. lib.* 4. *c.23.* vers. *Y en terminos, fol.693. & de iur. Indiar. tom. 2. lib.2. cap.23. nu.2.*

Ex quibus etiam ad nostram principalem materiam 92
circa præsentationes beneficiorum, sive præbendarum per nostros Reges faciendas, vel non, ratione juris Patronatus, rectè infertur, apud nos Regem nostrum solum præbendas, aliaque beneficia præsentare in illis Ecclesiis, quorum jus Patronatus ei competit, propter antecessorum nostrorum Regum dotationes, aut fundationes, necnon si privilegio Pontificio id habeant, vel antiquissima præscriptione hoc jus quæsierint.

Sed dolendum nimis, quod nostri Reges hoc jure præ- 93
sentandi præbendas, aliaque inferiora beneficia Ecclesiarum Cathedralium Regnorum Hispaniæ non utantur, quia certè, si antiquitatem respicimus, nostros Reges generaliter in Ecclesiis Cathedralibus Hispaniæ, necnon, & in omnibus quampluribus aliis principalibus inferioribus, antiquissimo tempore fundatis jus Patronatus obtinuisse, nullus dubitare potest, cum eas, Saracenis è Regno expulsis erexerint, construxerint, & hinc amplius è Regio patrimonio dotaverint, ut ex veterum Historicorum monumentis clarè constat, de quo extat etiam manifestum testimonium in nostra *leg.58. tit.15. part.1.*

Vbi noster sapientissimus Rex loquens de antiqua illa 94
Episcoporum in Cathedralibus electione, quæ per Canonicos, sive Capitula Ecclesiarum fiebat, & Regibus nostris mittebatur, ut si eis placeret, per eos confirmaretur; hanc superioritatem ex dictis rationibus ortum habuisse, ait illic: *E esta mayoria, è honra an los Reyes de Espanna por tres razones. La primiera, porque ganaron las tierras de los Moros, è fizieron las Mezquitas Eglesias: è echaron de y el nome de Mahoma: è metieron y el nome de nuestro Sennor IesuChristo. La segunda, porque las fundaron de nuevo, en logares donde nunca las ovo. La tercera, porque las dotaron: ò demas les fizieron mucho bien: è per esso han derecho los Reyes de los rogar los Cabildos en fecho de las eleciones, è ellos de caber su ruego*, idemque constat *in l.3. tit.3. lib.1. ordinament.* † & 95
juxta hæc jura, per contrarium usum, jam antiquata, loquuntur, & intelligi debent, D. Covarruv. *in regul. possessor. 2. part.* §.*10. numer.5. de regul. iur. in 6.* Cevallos *commun. contr. commun. tom.4. quæst.*897. *num.* 379. qui dicunt, nostros Reges Hispaniæ in omnibus sui Regni Ecclesiis Cathedralibus jus Patronatus obtinere.

Sed quidquid hoc in usu non sit, quoad præsentatio- 96
nes præbendarum Ecclesiarum Cathedralium totius Hispaniæ; quoad verò nominationes, sive præsentationes Prælatorum in Episcopatibus omnium Ecclesiarum Cathedralium, nullus dubitare potest, eas ad nostros Reges pertinere, per eosque rectè expediri, non solum ex antiquissima consuetudine, & ex rationibus relatis *in dict. l.18. tit.5. part.1.* sed etiam propter litteras, & concessiones Apostolicas, ut constat *ex d. nostra l.18. part.* & ibidem Gregor. gloss. *Antigua costumbre*, ubi testatur, se Apostolicas Bullas super hoc vidisse, *l.3. tit.3. l.2. tit.6. lib.1. ordinament. l.13. tit.3. lib.1. recopil.* & testantur plenèque hanc regaliam erga nostros Reges defendunt Didac. Perez, & Azeved. *in dict. iuribus*, Pater Azor. *institut. moral. 1. part. lib.5. c.14. & 2. part. lib.10. cap.7. qu.4.* Navar. *in cap. nullam 18. quæst.2.* Eman. Rodrig. *tom.2. regul. qu.122. art.3. & 4. & in summ. 1. part. cap.106. ex num.1.* Cevallos *commun. contr. commun. qu.* 307. *cum seqq. & ex num.379. & 397.* & passim *ad numer.* 475. *& in nu.*1000. Quintanadven. *in suo Ecclesiast. lib. 1. cap.5.* Bobadill. *in Polit. lib.2. cap.18. num.*215. 223. *&* 141. Vasquez Menchac. *controvers. illustr. lib.1. c.22. ex n.14. & lib.2. c.51. n.38.* Cabed. *de patron. Reg. Coron. c.37.* Pereyr. *de man. Reg. tom.1. concord.28. n.76.* Rousel. *in histor. Pontific. iurisd. lib.2. c.5. n.26. cum seqq. & c.7. nu.* 34. Gasp. Schifordeg. *ad Fab. lib.3. tr.30. q.3. & 4.* Escobar *de Pontific. & Reg. iurisd. c.8. n.7. cum seqq.*

Et

97 Et ex recentioribus alios plures cumulantes, Pareja
de instrument. edit. tom.1. tit.2. resol.3. numer. 12. & 32.
Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 50. Pater
Dian. *resol. moral. p.10. tract. 1. resol.* 8. D. Solorzan. *de
jur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.4. num.28. cum seqq.* Præses
Castejon *de primat. Tolet. 2. tom. in Archiepiscop. Fonse-
ca, pag.*952. Dom. Salgad. *de Reg. protect. 3. par. cap.10.
num.*223. Ramirea de Prad. *in not. ad Luitprand. Chro-
nolog. n.*97. Cæsar Contard. *in templ. Iudic. lib.2. cap. 2.
num.*13. Pater Mend. *de jur. Academic. lib. 1. num.* 139.
q.7.§.5. doctissimus D. D. Petr. de Salzed. *de leg. Polit.
lib.2. cap.11. num.25. & 31. & cap.17. num.46. cum seqq.
& cap.13. ex num.1. & cap.14. ex num.21.* & ex Histori-
cis Pat. Marian. *lib.24. c.16. & lib.25. cap.3.* Zurita *tom.
4. lib.20. cap.23. 31. &* 53. Salazar de Mendoza *de origin.
Dignit. Hispan. lib.1. c.6.* Ægid. Gonzal. Davil. *in Thea-
tr. Eccles. de Salmant. cap.9. & 11. & lib. 3. cap.* 18. ul-
tra quos alios plures congerit, plenissimèque, & cum
solita eruditione materiam tractat Illustriss. Domin. no-
stræ Hispaniæ decus Supremusque Senator, nostrique
magni Regis felici auspicio Magister electus D.D.D.
Franciscus Ramos del Mancano *in supplicat. ad Sanctiss.
Papam Alexandrum VII. pro nominatione Episcoporum
Regnorum Lusitaniæ Regi nostro Catholico competenti, pro-
posit. 1. num.1. cum seqq.*

98 In Regnis autem Indiarum, tam quoad Episcopatuum
præsentationes, quàm ad Præbendarum Ecclesiarum
Cathedralium, cæterorumque beneficiorum inferiorum
nominationes nostri Reges plenissimum jus Patronatus
obtinent ex apertis Bullis Pontificiis: de quibus, & de
hoc Regio Patronatu Indiarum, maximè ad nostras præ-
sentationes latè tractant ad plures effectus, & de resigna-
tionibus, permutationibus absque Regio assensu non
admittendis, Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.2. lib.3.
cap.2. cum seqq. & in Polit. Indian. lib.4. cap.2. cum seqq.*
& novissimè optimè, pluribus schedulis, aliisque au-
thoritatibus congestis, & optimè materia discussa D. Petr.
Frass. in suo docto, & copioso tract. *de Reg. patronat. In-*
99 *diar. cap.7. cum seqq. & ferè per tot. tractat.* † Ita ut no-
stri Reges, quasi Vicarii Romani Pontificis, ipsiusque
delegati in partibus Indiarum per Bullas Pontificias sint
effecti, ut animadvertit Frater Eman. Rodrig. 1. *tom. qu.
regul. q.33. art.2.* Fr. Ioann. Focher *in itiner. ad Ind. con-
verten. 1. part. cap.7. vers.4. fol.13. & cap.11. & 12.* Se-
raphin. Freitas *de just. Imper. Asiatic. cap. 7. nu. 3.* & ex
Gregor. Lopez, Dom. Salgad. & aliis Dom. Solorzan. *d.
cap.2. n.34. cum seqq.* & repetit *in Polit. Indian. d. cap.2.*
100 *fol.509. col.1. cum seqq.* † Quo etiam privilegio noster
Catholicus Rex in Regno Siciliæ gaudet, ubi verè est
Legatus à Latere Summi Pontificis, cognoscitque in illo
Regno de appellationibus Ordinariorum Ecclesiastico-
rum per suum Regium Tribunal, quod appellatur *Mo-*
101 *narchia*, ex Apostolica concessione Vrbani II. quam re-
fert hanc Regaliam latè defendens Camill. Borell. *de præ-
stant. Reg. Catholic. cap.39. per tot.* & alii plurimi DD. re-
lati per D. Solorzan. *de iur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 1.
num.75. cum seqq.*

102 Quæ omnia, quoad beneficiorum Episcopatuumve
præsentationes, ut inter juris patronatus fructus connu-
merentur, & consequenter per Patronos fieri debeant,
ut aliquid de exterorum Regnorum consuetudinibus ad-
damus, optimè comprobari possunt per tradita à Docto-
ribus Gallis, qui agentes de regalia, qua Francorum
Reges in toto suo Regno, antiqua consuetudine nec-
non, ut Galli allegant, Pontificus concessionibus, utun-
tur conservandi videlicet, & custodiendi in sede vacan-
te Ecclesiarum Cathedralium ipsarum bona, fructusque,
& redditus Episcopales lucrandi, quousque novus Epi-
103 pus Regi homagium præstiterit; † necnon, & in eadem
sede vacante hanc regaliam principaliter etiam locum ha-
bere dicunt, & exequuntur in præbendarum, benefi-
ciorumque collationibus, ut Galli dicunt, vel propriis
præsentationibus, quas in eadem sede vacante in Eccle-
siis Cathedralibus, & Metropolitanis sui Regni per suos
Reges fieri, tradunt, ex superius fundata ratione: quia
nimirum hujusmodi collationes, & præsentationes in
fructu computentur, ut pro ratione notant Arnulph.
Ruzæus *de jur. regal. in §.1. num.15. & 16.* Philipp. Pro-
bus *eodem tract. quæst.9. num. fin.* † Quam regaliam Gal- 104
li *Philippinam* vocant, quia fuit Regia schedula, sive
provisio pro istius regaliæ observantia edita per Philip-
pum IV. Francorum Regem, cognomine *Pulchrum*,
temporibus Sanctissimi Pontificis Bonifacii VIII. qui hoc
jus acriter Philippo Regi contradixit, atque impugna-
vit: magnaque ex tunc circa id inter Romanos Pontifi-
ces, & Francorum Reges controversia fuit orta, ut ex
antiquioribus tradunt Ioan. ab Imol. *in cap.2. de præ-
bend. in 6. num. 3.* & ibidem Ioann. Andr. Archidiac. *in
cap. Imperium 10. dist.* qui hoc jus regaliæ non esse, nisi
quandam usurpationem, quam sibi Reges Franciæ vin-
dicarunt ex tollerantia, & dissimulatione Summorum
Pontificum, & idem repetit Archidiac. *in cap. Adrianus
63. distinct.* & sequuntur Ioann. Monachus *in cap. 2. de
præbend. in 6.* Ioann. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit.
de legat. §. Nunc tractemus, super vers. Sed nunquid le-
gatus.*

Sed pro hujus juris defensione, de ipsiusque materia, 105
& praxi in Regno Franciæ, & quod non solum antiquis-
sima illius Regni consuetudine, sed, & jure Canonico
specialibusque Pontificiis concessionibus comprobatur,
latè scripserunt per integros tractatus Arnulph. Ruzæus,
& Philipp. Probus *de iure huius Regaliæ*, de qua etiam
consuetudine, sive privilegio Regum Franciæ mentio-
nem facit Boer. *decis. Burdegal. 32. n.9.*

Et idem habuisse Reges Angliæ, affirmat Boer. *ubi* 106
proximè, & in Regibus Hungariæ, quod similiter ex pri-
vilegio Papæ conferant, tradunt Archidiacon. *in cap.
Imperium 10. dist. & in cap. Adrianus el 1. 63. dist.* Ant.
Corset. *de potest. Reg. 2. part. num.9. cum seqq.* † Vbi si- 107
mile privilegium refert Imperatoris, ut in qualibet Ec-
clesiarum Germaniæ unum recipi, Imperator facere pos-
sit, quod privilegium se vidisse Bullatum ait Speculat. *in
tit. de præbend. §. Restat, vers. Item nota.*

Sed hoc privilegium, & similia Regum Franciæ, & 108
quondam Angliæ benè declarat Ioan. Andr. *in addit. ad
eundem Speculat. ubi proximè*, ne videlicet per ea Impe-
ratori, vel Regibus conferendi potestas tribuatur, sed
dumtaxat facultas faciendi unum recipi, quod ultimum
in effectu est præsentatio, inter quæ magna est differen-
tia; nam conferre propriè ad Ecclesiasticos dumtaxat
spectat: præsentare verò ad alios, qui omninò juris con-
ferendi incapaces sunt.

Sed certè, licèt hæc differentia verissima sit; quoad 109
acquisitionem tamen utriusque juris notabiliter distin-
gue inter acquisitionem ratione privilegii Pontificii, vel
ratione consuetudinis: privilegio quippè benè jus con-
ferendi per Principes, vel quemlibet alium laicum ac-
quiri poterit, Abbas *in rubr. de Indic. col. penult.* qui ad
id allegat text. *in cap. Adrianus el 1. 63. dist.* idem Abb.
*in cap. novit. in gloss. super verb. Consuetudine, de Iudic.
& in cap. de hoc, in gloss. in verb. Regem, de simon.* Ioan.
Andr. *in cap.2. de præbend. in 6.* Andr. Sicul. *in cap. dile-
cto, de testib.* imò, & fœminam ex privilegio Sedis Apo-
stolicæ præbendas, & alia beneficia conferre posse, re-
solvunt, *ex cap. dilecto, de testib. cap. is cui, de præbend.
in 6.* benè Cardinal. Zabarell. *cons.* 126. Alberic. de Ros-
sat. *in l. bene à Zenone, col.3. vers. Sed an Imperator pos-
sit conferre beneficia, Cod. de quadrien. præscript.* Panor-
mitan. *in d. rubr. de Iudic. in penult. col.* Nicol. Boer. *dict.
decis.32. n.10.* Arnulph. Ruzæus *in d. tr. de jur. regal. §.
Quinta, & ultima, num.3.*

Secus verò de consuetudine, quantumvis immemo- 110
riali, propter maximam juris resistentiam, & omnimo-
dam incapacitatem laicorum juris conferendi, Ioann.
Andr. *in dict. cap.2.* Abbas *in cap. quanto, in 1. notabil.
de consuetudin. & in cap. cum Apostolica, in fin. de his,*

qua

quæ fiunt à Prælat. & in dict. cap. dilecte, in 1. notabil. de testib. quam distinctionem doctè tradit Anton. Corset. in dict. tract. de potestat. Reg. ex num. 9. & 12. vide tamen Nicol. Boer. in dict. decis. 32. num. 9. qui ex Alberic. Archidiacon. & aliis antiquioribus ex antiquissima consuetudine, intellige immemoriali, laicos conferre, posse resolvit, & idem defendit Arnulph. Ruzæus in dict. tract. de iur. regal. §. Quarta fuit opinio, per tot. quorum sanè authoritati in hoc dubio, non est multum deferendum, quia Galli sunt, & præfatum jus conferendi Regum Franciæ consuetudine defendere curant.

111 Vltimò tamen nota pro præfatis Regiis, aliorumque Patronorum præsentationibus peragendis, sive pro his juris patronatus fructibus percipiendis, si Patronatus jus Ecclesiasticum sit, semestre, si verò laicale quadrimestre Patronos habere, cap. cum propter, de iure patronat. cap. quia diversitatem, de concession. prebend. cap. unic. §. Verum, de jure patronat. in 6. cap. grave nimis, de præbend. nostra leg. 11. tit. 15. part. 1. ubi Gregor. & alios referentes Augustin. Barbos. & alii moderni in præfatis juribus repetentes, & ad plures quæstiones circa hujusmodi præsentationum terminos, idem Barbos. de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 168. Pater Sanchez in cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 59. numer. 10. Valenz. de benefic. lib. 1. tit. 4. numer. 22. Barthol. Gavant. in manual. Episcop. verb. Ius patronatus, num. 53. Clemen. Merlin. decis. 159. num. 4. Dominic. Antunez de Portugal. de donation. Reg. 3. p. cap. 28. ex num. 115.

112 Qui id ampliat in Patronatu mixto Ecclesiastico scilicet, & laicali, ut in eo etiam semestre ad præsentandum Patronus laicus habeat, & animadvertunt cum aliis Nicol. Garzia de benefic. 5. p. cap. 9. n. 210. Barbos. de jur. Ecclesiast. d. cap. 12. num. 168. & 169.

113 Et quod terminus hic non à tempore vacationis beneficii, sed à die veræ scientiæ, sit computandum, juxta veriorem sententiam resolvunt, ex dict. cap. quia diversitatem, de concess. præbend. dict. cap. cum propter 27. de jure patronat. cap. licet 3. de supplend. negligent. Prælator. ubi gloss. in verb. à notitia, l. 8. tit. 16. p. 1. latè alia multa circa hunc terminum ad plures quæstiones congerentes, ultra antiquiores, Zerol. in prax. Episcop. verb. Ius patronatus, §. 4. Perez de Lara de Anniversf. & Capell. lib. 2. c. 9. ex n. 35. Flores de Mena variar. resol. lib. 1. qu. 3. ex n. 20. & per tot. Spin. de testament. gloss. 4. ex nu. 18. & 21. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 560. ex n. 26. Anton. Faber in Cod. ad tit. de Sacrosanct. Eccles. definit. 35. & ad tit. de jure patronat. definit. 5. Ricc. collect. 119. & 129. in fin. & resol. 184. & decis. 183. p. 2. Farinac. decis. 173. p. 2. novissimè Vivian. de jure patronat. lib. 7. cap. 1. & 2. Narbon. in l. 20. gloss. 22. num. 33. tit. 1. lib. 4. recopilat. Escobar de puritat. & nobilitat. 1. p. q. 7. nu. 40. Augustin. Barbos. de jur. Ecclesiast. dict. cap. 12. n. 167. Fragoss. de regimin. Reipublic. tom. 2. p. 2. disp. 20. §. 7. n. 22. Iacob. Fontanell. de jure patronat. lib. 2. qu. 2. ex nu. 1. Andr. Valens. de benefic. lib. 1. tit. 4. nu. 12. & lib. 2. tit. 19. ex nu. 1. Clemens. Merlin. decis. 220. num. 10. Rota apud Tondut. post tract. de pension. decis. 57. num. 12. & decis. 64. num. 5. Donat. Anton. Marin. variar. resolut. lib. 1. cap. 300. ex numer. 1. Dom. Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 48.

114 Quod ampliat novissimè D. Petr. Frass. in suo docto tractat. de Reg. Patronat. Indiar. cap. 32. num. 45. etiamsi Patronus in sua dispositione statuerit, quod quadrimestre, vel semestre à die vacationis, & non à vera notitia debeat incipere, ex Spin. dict. gloss. 4. n. 25. Vivian. de jure patronat. p. 2. lib. 7. c. 4. n. 36. Ricc. in prax. par. 1. resol. 555. & decis. 233. part. 4. Marin. dict. resol. 300. nu. 6. de quo tamen valde dubito, quia nullæ aliæ urgentiores leges in hujusmodi dispositionibus servandæ, quàm fundatorum voluntas, qui ex dicta speciali dispositione, impleto semestri, vel quadrimestri termino, nec Patroni præsentatione stante, eam ordinario devolvi, voluit; & quidem ex justissima causa ne diutius beneficia vacent: alias nec possent præfatum juridicum terminum restringere, quod non est dicendum.

115 Imò (prosequendo prædicta) quod à vera non ab interpretativa, aut verosimili notitia terminus computetur, latè tractat Nicol. Garzia de benefic. p. 10. c. 2. ex nu. 15. & 34. & p. 1. c. 2. n. 34. D. Salgad. de Reg. protect. 3. p. cap. 10. num. 42.

116 Sed verius, quod sufficiat vera, vel saltim præsumpta vacationis scientia, arbitrio Iudicis terminanda, considerata qualitate beneficii, modo vacationis, longitudine temporis, locorum distantia, & fama, & resolvit ex eodem Garzia, aliisque pluribus relatis, idem D. Salgad. d. 3. p. de Reg. protection. c. 11. n. 65.

117 Vnius tamen ex compatronis scientia alteri ignoranti non nocet, undè ex unius ignorantia cæteris scientibus jus præsentandi præservatur, Nicol. Garzia dict. part. 10. cap. 2. num. 4. Dom. Salgad. ubi proximè, numer. 63. & 64. Augustin. Barbos. de jure Eccles. dict. cap. 12. num. 167.

118 Nec absenti, vel aliter legitimè impedito hoc tempus currit, veluti si injustè sit carceratus, vel tutum non habeat accessum propter alicujus inimici timorem, Rebuff. de pacific. possess. num. 304. Flores de Mena lib. 1. variar. dict. quæst. 3. num. 4. Augustin. Barbos. dict. cap. 12. n. 170. Dominic. Antunez de Portug. de donation. Reg. 3. p. c. 28. num. 118.

119 Ideò lite super jure præsentandi inter ipsos Patronos orta, tempus ipsis non curret, nec erit locus ad ordinarium devolutioni, sed interim œconomum ordinarius ponere debet, quousque lis terminetur, Perez de Lara de Anniversf. & Capellan. lib. 2. dict. cap. 9. ex numer. 37. & extat nostra l. 11. tit. 15. par. 1. & ibidem Gregor. optimè, aliis relatis, Spin. de testament. dict. gloss. 4. numer. 24.

120 Qui id benè declarat, nisi aliquis ex Patronis sit in quasi possessione præsentandi, nec de ea dubitetur, sed super jure principali, quia tunc suam possessionem præsentando continuare debet, juxta text. in cap. consultationibus, de iure patron. D. Salgad. dict. cap. 15. ex num. 67. & 69.

121 Ad alia autem, circa devolutionem ad ordinarium ob præsentionem in præfixo tempore non factam, vel minus justè factam, vel ex aliis causis est optima decisio Rotæ 586. per tot. in noviss. recollect. per Farinac. part. 1. omnino videnda, quia sex propositis casibus totam materiam distinguit, & quamplures quæstiones ex ea absolvuntur: benè Marescot. lib. 1. variar. resolut. cap. 84. Ricc. in prax. Eccles. iur. patron. decis. 118. per tot. fol. 180. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 24. D. Salgad. dict. cap. 11. per tot. August. Barbos. Garzia, Flor. de Men. & alii supra relati ex num. 118.

122 Nota tamen, nostris Regibus præfatum præsentandi tempus ratione Patronatus Regiæ Coronæ non currere, nec, eo elapso, devolutionem dari, etiamsi eorum officiales, vel ipsi sciant vacationem, ex legitima præscriptione, qua ad id Reges Hispaniæ tuti sunt eo quod multis occupationibus legitimè impediti, tam in bello, quàm in pace censentur, ideo intra illud tempus multoties præsentare, non possunt; & ita resolvunt, tam in Episcopatuum, quàm in aliorum beneficiorum præsentationibus, Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 28. nu. 5. & 7. Nicol. Garzia de benefic. p. 10. cap. 2. num. 34. in fin. Augustin. Barbos. de potestat. Episcop. 3. part. allegat. 72. numer. 117. Escobar de puritat. & nobilitat. lib. 1. quæst. 7. num. 4. Tondut. de pensionib. c. 25. num. 28. Dom. Solorzan. de iure Indiar. lib. 3. dict. cap. 3. num. 49. Dom. Salgad. de reg. protect. 3. p. cap. 10. num. 43. D. Crespi de Valdaura observat. 57. num. 20. & novissimè Dominic. Antunez de Portugal. de donation. Reg. 3. part. cap. 28. n. 124.

123 Qui generaliter id in quocumque alio Rege, ex dicta ratione resolvit: 124 † & quod fortiùs in Indiarum Regnis hęc conclusio procedat propter magnam locorum distantiam, aliaque multa intervalla, & impedimenta, quæ con-

Digitized by Google

contingere solent, tradit D.Solorzan. *ubi proximè, n.51.* D. Petr. Frasf. *de Reg. Patronat. Indiar. dict. cap. 32. ex num. 53.*

125 In quibus, quod ex eo quadrimestre primò ad annum, deinde ad decem, & octo menses Bullis Pontificiis in Indiis sit prorogatum, quod adhuc hodie ad plures Provincias in longiori tractu detectas insufficiens esse, ait D.
126 Solorzan. † Sed stante præfata conclusione, & ratione nihil obstat, quod intra hoc tempus præsentationes per nostrum Regem non fiant.

§. III.

ARGUMENTUM.

De usufructuario, possessore majoratus, feudi, aut emphyteusis, quoad acquisitionem nostrarum præsentationum, sive fructuum juris patronatus: distinguitur plenè inter jus patronatus ipsi majoratui, feudo, aut emphyteusi, vel eorum Villæ, aut Castro, aliisque rebus cohærens: & inter principaliter per se subsistens, ut cum præfatis præsentationum fructibus transeat, vel non in usufructuarium, fideicommissarium, maritum, depositarium, sequestrem, conductorem, aliasque personas, de quibus in §§. sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *PRoponuntur hujus §. principales tractanda quastiones circa acquisitionem fructuum juris patronatus in præsentationibus consistentium, in usufructuario, possessore majoratus, feudi, aut emphyteusis.*

2 *Agitur prius de usufructuario, & num. seqq.*
Ad proprietarium, non ad usufructuarium præsentationum fructus pertinere, tenuerunt multi, ibidem.

3 *Fructus præsentationis non computantur, juxta aliquos, inter fructus per administratore, vel fructuum collectorem percipiendos, ne per eos ipsa perceptione consumantur.*

4 *Fructuum natura non debet esse consumptiva: contra infrà, num. 10. & 11.*

5 *Præsentatio beneficiorum ipso jure juxta Guillielm. Benedictin. provenit, nulla adhibita industria, aut cura ex parte Patroni, vel usufructuarii: contra infrà ex num. 12.*

6 *Resolvitur pro affirmativa sententia in favorem usufructuarii universitatis bonorum, vel rei specialis, Castri, aut Villa, cui jus patronatus adhæret, & num. seqq.*

7 *Contra, si jus patronatus per se principaliter subsistat, nulli universitati bonorum, vel Castro, aut Villa adhærens.*

9 *Præsentatus ab usufructuario, stante in quasi possessione præsentandi, præfertur præsentato à proprietario.*

10 *Respondetur rationibus pro negativa sententia in contrarium adductis.*
Nihil obstat, ut quid in fructu reputetur, quod in ipsa perceptione consumatur, ibid.

11 *Magistratuum, sive officialium justitia creationes jurisdictionis fructus sunt, non obstante, quod in ipsa electione, ut præsentationes, consumantur.*

12 *Præsentationes, & si nulla cura, aut Patronorum industria fierent, non ideo minus fructus reputanda.*

13 *In præsentationibus non minimam curam, & industriam ex parte Patronorum circa præsentandi personam, & aliam adhibendam.*

14 *Præsentationum fructus inter industriales numerantur.*

15 *Similiter possessori majoratus fructus præsentationis debentur, ratione iuris patronatus maioratui inhærentis.*

16 *Et feudi domino, & emphyteuta.*

17 *In his, & similibus personis, ut in eos ius patronatus, & præsentationes, & sine licentia Episcopi alienationes, & quacumque alia dispositiones transeant, vel non: constituenda est semper differentia inter ius patronatus per se principaliter subsistens: & inter Castro, aut Villa accessoriè annexum: in hoc casu transire: secus in illo; resolvitur.*

18 *Adducuntur Doctores pro hac distinctione, latè eius materiam tractantes.*

20 *Iure patronatus per se principaliter stante non solum ad eius translationem Episcopi licentia requiritur, sed & quod gratis translatio fiat, ut simonia vitetur.*
Episcopus nequit dispensare, ut ius patronatus principaliter per se subsistens pretio in alium transferatur, ibid.

21 *Patronus ob commissam simoniam in translatione huiusmodi iuris patronatus, pretio interveniente, ipsum ius amittit: cui tunc acquiratur? & quid si compatronum habeat?*

UT ergo hujus §. quæstiones, quoad acquisitionem 1
fructuum juris patronatus in præsentationibus
consistentium per usufructuarium, possessorem majoratus, feudi, aut emphyteusis clarius resolvamus, separatim circa unumquemque istorum procedam.

Primò igitur, quoad usumfructuarium multi volue- 2
runt, non ad ipsum, sed potius ad proprietarium beneficiorum præsentationes juris patronatus ratione pertinere, ut in specie docuerunt Paul. de Montepic. *in repetit. l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, qu. 39. ff. de legat. 2.* Bellon. *consil. 6.* necnon, & doctissimus vir Guillielm. Benedict. *in quæst. Thesauraria, num. 2. cum seqq.* quæ extat post repetit. *ad cap. Raynutius, de testament. fol. mihi 51.* ubi hanc sententiam aliquibus rationibus comprobare, nititur: † & præsertim, 3
quia hujusmodi præsentationis fructus non computari, ait, juxta gloss. *in cap. cum olim, de maiorit. at. & obedient.* inter fructus percipiendos per administratorem, & fructuum collectorem; quia ipsa perceptione eos consumerent; ideò similiter cum usufructuarius præsentando, talem fructum consumeret, ei non deberi,
sed domino rei conservandum, dicit Guillielm. † & 4
quia natura fructus non debet esse consumptiva: † & in- 5
super addit idem Guillielm. Benedict. *in num. 4.* quod præsentatio beneficiorum ipso jure provenit, nulla adhibita industria, aut cura ex parte Patroni, vel usufructuarii.

Sed, his nihilominus rationibus, & Doctorum au- 6
thoritate non obstantibus, secundum veriorem, & communiorem sententiam resolvendum est, hujusmodi præsentationes ad usufructuarium universitatis, videlicet bonorum, vel rei specialis, cui jus patronatus cohæret, pertinere, ex quo juris patronatus fructus esse juxta relatos *suprà in princip. huius capit.* resolvimus, & in specie, quod fructuario universitatis bonorum, vel Castri, cui jus patronatus adhæret, competant, nec ullo modo proprietario reserventur, resolvunt ex Cæsar. Lambertin. Roch. de Curt. Celso, & aliis Dom. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 24. n. 4.* Petr. Barbos. *in l. divortio 8. §. Si vir, n. 57. vers. Vnde infertur, ff. solut. matrim.*

Qui eo tantùm casu contrariam sententiam admittit, 7
cum jus patronatus per se principaliter est subsistens, nulli universitati bonorum, vel Castro adhærens, tunc enim absque licentia Episcopi in usufructuarium transire, nequit, juxta text. *in cap. illud, de iure patronat.*

ideò

Digitized by Google

ideò nec præsentare, poterit: secùs si jus patronatus Castro', vel universitati bonorum sit annexum; nam eo casu benè transibit, *cap. ex litteris*, cum vulgatis, *de jure patronat.* & consequenter jus præsentandi ei competet.

8 Pro qua distinctione est optima *decis.* Dolan. apud Gri-
vell. 37. *ex num.* 6. *&* 21. & prosequuntur Menoch. *cons.*
66. *num.* 26. Spin. *de testament. gloss.* 4. *numer.* 113. Ioann.
Gutierrez *de tutel. & cur.* 3. *p. cap.* 29. *num.* 6. Cened. *col-
lect. ad Decretal. num.* 5. Ricc. *in tract. de novissim. pro-
bat. juris patr. resol.* 192. *num.* 6. Don Ioann. del Castill.
in tract. de usufruct. cap. 36. *n.* 35. *&* 36. Pat. Sanchez *in
cons. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 71. *nu.* 32. Nicol. Garzia *de
benefic.* 5. *part. cap.* 6. *num.* 21. Fontanel. *de pact. nuptial.
clauf.* 6. *gloss.* 1. *part.* 3. *à princip. & num.* 12. Sahagum *in
cap. ult. de sequestr. possess. num.* 64. Reynos. *observat.* 37.
num. 38. & cum aliis Simon Barbos. *in repertor. verb. Ius
9 patron. pag.* 205. *col.* 1. † Quo fit, ut præsentatus ab
usufructuario stante in quasi possessione præsentandi
præferatur præsentato per proprietarium, juxta Grivell.
in dict. decis. Dolan. 37. *ex num.* 14. *&* 17. & proximè re-
ferendos.

10 Nec quidquam faciunt in contrarium objecta per Guilhelm. Benedict. ubi suprà, quia nihil obstat, ut quid in fructu reputetur, quod in ipsa perceptione per usufructuarium consumatur; imò hoc magis naturæ fructuum adhæret, quia ad id principaliter natura, vel industria hominis procreantur, vel percipiuntur, ut ipsorum consumptione hominum necessitati provideatur, nihilque interest, an in ipsa perceptione, vel post, juxta fructus naturam, & percipientis utilitatem, vel voluntatem sequatur consumptio, ut in nostris præsentationibus fit.

11 Quarum etiam similis naturæ sunt, etiam officialium electiones, sive Magistratuum creationes, quæ eodem modo fructus jurisdictionis reputantur, juxta latè per nos tradita *supr. hac* 1. *part. cap.* 18. *per tot.* non obstante, quod in ipsa perceptione, vel electionis facto, ipsius electionis consumptio sequatur, ut notant DD. *in d. c.* 18. relati maximè *ex n.* 109. *& à n.* 128.

12 Minusque obstar, quod ait idem Guillielm. Benedict.
ipso jure nostras præsentationes provenire, nulla dili-
gentia, vel cura hominis adhibita; nam hoc solum pro-
derit, ut potius naturales, quàm industriales fructus
sint, non ut fructuario debeantur, vel non, quia indi-
13 stinctè omnes ad eum pertinent. † Præterquam quod in
nostris præsentationibus, & collationibus magna cura,
& industria est adhibenda, cum provideri, aut præsen-
tari, debear persona idonea, & intra certum tempus à
jure præfinitum, Abbas *in cap. consultationibus, num.* 3.
14 *ad med. de jure patronat.* † Ideò præsentationis, vel col-
lationis fructus inter industriales verius connumerat Pe-
tr. Rebuff. *in tract. de nominat. q.* 17. *princip. nu.* 54. Phi-
lipp. Probus *de jur. regal. qu.* 50. *num. fin. tom.* 12. *tractat.
DD. fol.* 405. Hieron. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellar.
gloss.* 45. §. 2. *num.* 11. & ex aliis plenius dicam *infrà suo
loco.*

15 Iuxta quæ similiter, ut usufructuario, possessori etiam majoratus hujusmodi fructus, sive præsentationes competere, debent ratione juris patronatus majoratui cohærentis, D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 1. *&* 2.

16 Item Feudatarius, vel emphyteuta Villæ, aut Castri, in quo existit jus patronatus inter ipsius fructus, præsentationibus quoque gaudet, Paul. de Castr. per text. quem ita intelligit *in cap. ex litteris, de jure patronat. in cons.* 262. incipit: *Venerabilis vir, num.* 1. *vol.* 1. Roch. de Curt. *de jure patronat. verb. Ipse, vel is, q.* 26. *num.* 38. Lambertin. eodem tractat. *lib.* 1. *p.* 1. *artic.* 2. *quæst.* 8. Pat. Azor. *instit. moral. lib.* 6. *cap.* 20. *qu.* 12. August. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 225. *circa fin.*

17 Dixi suprà, tunc usufructuario, possessori majoratus, feudatario, & emphyteutæ jus patronatus fruendum competere, si cum universitate bonorum inveniatur, vel ipsi majoratui Villæ, aut Castro cohæreat: secus si per se principaliter subsistant; quia tam in usufructuario, quàm in possessore majoratus, feudatario, emphyteuta, marito ratione dotis, & aliis fructuariis ea generalis, & vulgaris distinctio est constituenda inter jus patronatus per se principaliter subsistens, nulli universitati bonorum, vel Castro accessoriè annexum: In primo casu in præfatas, vel alias personas nullo modo sine licentia Episcopi alienari, vel transferri potest, nec ipsius alienatio tanquam principaliter rei spirituali annexæ in laicum subsistere, *cap. illud, de jure patronat. cap. unic. eodem in* 6. *l. fin. tit.* 15. *part.* 1. secus verò in secundo casu, quia tunc non principaliter jus patronatus alienatur, vel transfertur, sed accessoriè in principali bonorum temporalium alienatione, vel translatione venit, juxta text. vulgar. *in cap. ex litteris, de jure patronat. cap. cum Bertoldus* 18. cum vulgatis, *de sentent. & re judicat. l.* 8. *dict. tit.* 15. *part.* 1.

Et ita distinguunt, plenè hanc materiam ad plures 18
quæstiones tractantes in alienatinne juris patronatus, vel translatinne ex causa legati, fideicommissi, hæreditatis, fundationis majoratus, feudi, aut emphyteusis, doris constitutinnis, donationis, cessionis, transactionis, & in omni alia alienatione, ut antiquiores omittam, quos plenè congestos apud sequentes moderniores invenies, Pat. Sanch. *in consil. moral. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 76. Aloys. Ricc. *collect.* 1559. *& decis.* 116. *part.* 4. D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 8. 13. *&* 25. ubi plures cumulant Addent. D. Covarruv. *lib.* 1. *variar. cap.* 13. *ex n.* 17. *& lib.* 2. *c.* 18. *ex n.* 6. & ibidem Faria *in addit. ex nu.* 104. *& in lib.* 1. *c.* 13. *ex n.* 17. Hermosill. *in l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloss.* 4. *ex num.* 2. Fontanel. *de pact. nuptial. clauf.* 6. *gl.* 1. *part.* 3. *à num.* 3. Garzia *de benefic.* 5. *part. cap.* 9. §. 1. *ex num.* 9. *& num.* 177. *cum seqq.* Grivell. *decis. Dolan.* 37. Anton. Monac. *decis. Florent.* 72. *ex num.* 30. *&* 40. plenè August. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.* 3. *c.* 12. *num.* 220. *cum seqq.* qui optimè primam partem hujus distinctionis ex Surd. Spin. Suarez, & aliis intelligit, ut juxta eam jus patronatus transeat non solum cum Villæ, aut Castro cohæret, sed etiam si fundo, aliive rei particulari sit annexum, quia semper, ut accessorium consideratur; quod verum censeo; quia semper tunc, ut accessorium, etiam semota universitate, jus patronatus habetur, & in hoc sensu loquitur Cardinal. Ioann. Bapt. Luca *in theatr. verit. & justit. tit.* 13. *part.* 1. *de jure patronat. discurs.* 56. *nu.* 6. *&* 15. quidquid contrarium sentire, videatur, imò universitatem requiri, Prosper. Fagn. *in dict. cap. ex litteris, num.* 21.

Et ad alia multa præfatam distinctionem prosequuntur 19
idem Barbos. *in repertor. verb. Ius patronatus, pag.* 205. Tondut. *de pension. cap.* 17. *ex n.* 19. Roxas *decis.* 99. *num.* 10. *& decis.* 223. *num.* 12. Duran. *decis.* 147. *ex nu.* 1. Pen. *decis.* 255. *num.* 8. Alexand. Sperell. *decis.* 180. *ex nu.* 41. Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 90. *& contr.* 107. *n.* 82. *cum seqq.* Giurb. *decis.* 84. *n.* 13. *& ad Constitut. Messan. cap.* 1. *gloss.* 2. *à num.* 47. Niger. *de laudem. tom.* 2. *q.* 20. *ex n.* 91. Ioann. Baptist. Thor. *in compend. decis. Cur. Archiepisc. Neapol.* 1. *part. verb. Donatio, & in verb. Ius patronatus, in* 3. *part. ejusdem compend. decis. sect.* 2. Reverter. *decis.* 123. *n.* 2. ubi Marin. *in observat. num.* 1. *& in lib.* 1. *resol. jur. cap.* 221. *ex num.* 1. Petr. Gambacurt. *de immunit. Eccles. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 5. *in fin.* Thom. del Bene *eodem tractat. tom.* 2. *cap.* 17. *dub.* 14. *ex nu.* 4. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 9. *quæsit.* 23. *ex n.* 4. Gibalin. *de univers. negot. lib.* 4. *cap.* 4. *consect.* 7. *num. fin.* Pat. Lezan. *tom.* 1. *regular. cap.* 11. *n.* 8. Andr. Valens. *de benefic. lib.* 1. *tit.* 4. *ex nu.* 9. Barbos. *in repertor. verb. Ius patronatus, pag.* 205. Pat. Ioseph. Gibalin. *de simon. quæst.* 20. *consect.* 15. *numer.* 2. *vers. Tertio pro iure patronatus,* Gavant. *in Manual. Episcop. verb. Ius patronatus, nu.* 20. Noguerol. *allegat.* 36. *num.* 26. D. Salgad. *in Labyrinth.* 3. *par. cap.* 5. *ex num.* 1. benè ad aliqua specialia Prosper. Fagnan. *in dict. c. ex litteris, de jure patronat. & ibidem,*

ma-

Digitized by Google

magna eruditione doctissimus Dom. D.D. Emanuel Gonzalez *in collect. ad jus Canonic.* Dom. Michael Anton. Frances de Vrrutygoit. *de Eccles. Cathedral. cap. 16. nu.* 113. & novissimè alios plures congerentes doctissimus D.D. Ildephonsus de Olea *de cession. jur. tit. 3. quæst. 8. nu.* 26. Valeton *de transaction. tit. 3. q. 6. num. 40. cum seqq.* Ioann. Bapt. Ventrigl. *in prax. rer. notabil. annot.* 1. §. 2. Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg. 3. part. cap.* 28. *ex numer.* 85. D. Petr. Frass. *de patronat. Reg. Indiar. cap. 4. ex num.* 41. Cardinal. Ioann. Bapt. Luca *in tract. de jure patronat. discurs.* 56. qui benè animadvertit *in num.* 13. *&* 19. in casu, quo jus patronatus principaliter per se subsistat, ut in alium per patronum transferatur, requiri non solùm Ordinarii consensum, sed & quod translatio gratis fiat; nam alias, pretio inteveniente, translatio erit simoniaca, circa quam Episcopus dispensare,
20 non potest: † Iusque patronatus ex eo amittetur, & Ecclesia libera remanebit, si patronus unicus sit, si verò compatronum habeat, tunc ejus pars non ad compatronum, sed ad Episcopum competet, juxta DD. relat. per Lucam, *ubi sup.*

21 Iuxta quam superiorem firmissimam regulam, & distinctionem, materiam nostri §. circa acquisitionem fructuum præsentationum in sequentibus §§. separatim prosequemur, clariusque tractabimus in aliis personis Fideicommissario, nempe, Marito, Depositario, Sequestre, Tutore, Curatore, Patre adventitiorum usufructuario, Conductore, Fisco, & similibus, ad quos fruenda, vel administranda; aliave ratione pertinent bona, quibus jus patronatus inhæret.

§. IV.

ARGUMENTUM.

De Fideicommissario hæreditatis, quoad acquisitionem fructuum præsentationum juris patronatus hæreditarii, & ipsius patronatus, quando in eum transeat, vel non? Defenditur plenè Dom. Molin. affirmativa sententia contra ferè omnes, maximè antiquiores Doctores, & Peregrinum, qui acriter D. Molin. ex hoc increpat, ad veriorem declarationem *l. quia perinde, §. Restituta, ff. ad S. C. Trebellian.* aliorumque jurium difficilium.

SVMMARIVM.

1 *PRoponitur principalis hujus §. quæstio: An fideicommissario hæreditatis, in qua jus patronatus continetur præsentationis fructus debeantur, sive, quod idem est, jus patronatus competat?*

2 *Refertur, & fundatur Bart. & Peregrin. negativa opinio* ex l. quia perinde 42. §. Restituta, ff. ad S. C. Trebellian.

Restituta hæreditate fideicommissario, jura sepulchrorum adhuc penes fiduciarium remanet, ibidem.

3 *Fundatur contraria Dom. Molin. & aliorum sententia affirmativa, & num. seqq.*

Ius patronatus cum universitate bonorum transit, ibidem.

5 *Refertur Grivelli in hac re distinctio inter jus patronatus principaliter per se subsistens: & Villa, aut Castro, aliive rei cohærens.*

6 *Reiicitur, ut ferè in totum negativa sententia conveniens.*

Declaratur magis dubium nostra quæstionis, & circa quod specialiter versetur? ibid.

7 *Ius patronatus Castro, aut Villæ cohærens in fideicommissarium, legatarium aliumvè, cui Villa, aut Castrum relinquatur, sine Episcopi consensu transire, nulli est dubium.*

8 *Quid in hac quæstione senserit doctissimus vir Card. Ioan. Bapt. Luca, & de ejus laude, Rotæ in hac re decisiones, ibid.*

9 *Amplectitur author affirmativam sententiam Dom. Molin.*

10 *Diluuntur argumenta in contrarium pro negativa adducta, & num. seqq.*

11 *Intelligitur* text. in dict. l. quia perinde, §. Restituta, ff. ad Trebellian.

Loquitur text. hic in antiquo iure sepulchrorum, non in nostro jure patronatus, ibid.

12 *Magna inter hæc iura differentia, & num. seqq.*

13 *Ius sepulchrorum in alium, quàm in hæredem non transit: semperque in eo hæreditario iure succeditur.*

14 *Iure patronatus non tantum succeditur iure hæreditario, sed etiam quocumque alio titulo particulari, legati scilicet, fideicommissi, donationis, permutationis, & similibus, & n. 15.*

16 *Ius sepulchrorum etiam cum universitate bonorum alio, quàm hæreditario titulo, non transfertur.*

17 *Contrarium in iure patronatus, quod in venditione, donatione universitatis bonorum, & simili alia alienatione transit.*

18 *Et in totius, vel partis hæreditatis renuntiatione, donatione, aut venditione: & n. 19. & 20.*

21 *Regula:* Qui semel hæres est, &c. *intelligitur quoad iura directa.*

23 *Nulla ratio differentia inter venditionem, aut renuntiationem hæreditatis: & inter fideicommissariam hæreditatis restitutionem, ad præsentem quæstionem assignari potest.*

24 *Reiicitur assignata per Dom. Covarruv. & num. seqq. ad 30.*

25 *Patronatus ius non solum honorificum, sed multoties valde lucrosum esse solet.*

26 *Habent plerumque Patroni ex dispositione fundatorum annuos redditus, qui iuris patronatus fructus sunt.*

27 *Ex præsentationibus habent quoque mediata lucra pecuniaria, pauperes consanguineos præsentando.*

28 *Commoda hæc testatorem non est præsumendum auferre, voluisse à fideicommissario universæ hæreditatis, cui cuncta sua bona, & iura cum exclusione fiduciarii reliquit.*

29 *Idem si ius patronatus, tanquam quid tantùm honorificum, consideretur.*

Vt quid notabile, ne in generali hæreditatis dispositione comprehenderetur, speciali exclusione egebat, ad text. in l. item apud labeonem, §. Hoc edictum, ff. de injur. *ibid.*

30 *Comprehenduntur etiam in fideicommisso universali cætera honorifica officia, iurisdictiones, Comitatus, aut Marchionatus tituli, & similia.*

31 *Concluditur ultimo pro opinione affirmativa Dom. Molin.*

32 *Defenditur doctissimus Molina ab increpatione Peregrini, qui illum, argumentum speciale pro negativa sententia non intellexisse, dicere, ausus fuit.*

33 *Refertur distinctio quædam Peregrin. ad hanc quæstionem: aliud videlicet esse, quidpiam pervenire ad hæredem, ut hæredem: aliud verò ad eundem pervenire, quia hæres sit.*

34 *Reiicitur, ut imaginaria, & verbalis hæc distinctio.*

A quo originariè desumpta, ibid.

35 *Paulum de Castr. cui tribuitur, in diverso casu, & longe ab ista distinctione loquutum, ostenditur.*

DE Fideicommissario autem universæ hæreditatis, 1
qua jus patronatus contineat, an hujusmodi præsentationum fructus ei competat? multum dubitari potest, ob

Digitized by Google

ob principale dubium, in quo maximè torquentur Doctores, an in eum jus patronatus transeat, vel non? 2 † In qua quidem quæstione (ex cujus declaratione resolutio ad nostram dependet) negativam sententiam quamplurimi Doctores confirmant ex text. *in l. quia proinde 42. §. restituta, ff. ad S.C. Trebellian.* in illis verbis: *Restituta hæreditate, jura sepulchrorum remanent* ; ex quibus inferunt similiter, jus patronatus ad fideicommissarium non transire, sed potius apud hæredem remanere, ut per hunc text. docuit ibidem Bart. quem magis communiter DD. sequuntur, Gregor. Lopez *in l. 12. tit. 5. part. 6.* verb. *Del linage*, D. Covarruv. *in cap. Raynutius, §. 29. num. 8. de testament. & lib. 2. variar. cap. 39. num. 8.* Tiraquel. *in tract. le mort fait leviff, declarat. 11. num. 9.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 7. num. 37.* qui acriter doctissimum virum nostrum Dom. Molin, contrarium asserentem Carpit, quem hujus negativæ sententiæ rationem non intellexisse, ait, sed immeritò quidem, ut proximè videbis, & prosequuntur contra D. Molin. Maceratens. *lib. 1. resolut. 7. num. 20. & resolut. 83. numer. 5.* Anton. Thesaur. *lib. 1. quæst. forens. quæst. 1. num. 3.* Eman. Acosta *in cap. pater, verb. Trebellianica, num. 4. de testament.* Spin. Lambertin. Ioan. Botta, Padill. Mieres, & alii relati, & sequuti per Zevallos *in quæst. 717. num. 3.* Didac. Perez, Crass. Pichard. Mant. Molin. Theolog. Parlador. & alii, quos cumular, & sequitur cum Anton. Gomez. ejus addit. Aillon. *1. variar. cap. 3. num. 31.* & cum aliis pluribus Faria *in addit. ad D. Covarruv. lib. 2. variar. cap. 18. ex num. 117.* Nicol. Garzia *de benefic. 3. p. cap. 9. ex num. 17.* & suo more plures alios referunt, & sequuntur August. Barbos. *in collect. ad Decretal. in c. 1. num. 10. & 11. de jure patron. & de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 232.* Giurb. *ad constitut. Messan. cap. 1. gloss. 2. num. 45. & 33.* Ciarlin. *controvers. forens. tom. 1. contr. 1. ex num. 40.* Noguerol. *allegat. 28. ex num. 60.* latèque disputat, & resolvit contra D. Molin, Fachin. *lib. 10. controvers. cap. 94. & lib. 13. cap. 64. & 90.* omnium plenissimè ex Guillielm. Benedict. Roch. de Curt. Guid. Pap. Polit. Sforcia, Trentacinq. Simon. de Prætis, Intrigliol. & aliis infinitis, Fusar. *de substit. quæst. 634. num. 2.* & novissimè hanc partem sequitur Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. 3. p. c. 28. n. 43.*

3 Contrarium verò affirmativam sententiam eo validissimo fundamento firmant D. Molin. & proximè referendi, quod videlicet, jus patronatus rectè cum universitate bonorum transeat; juxta text. *in dict. cap. ex litteris, de jure patronat.* & distinctionem latè per nos fundatam suprà *in §. præcedenti, ex num. 6. & 17.* 4 † Vnde in fideicommissarium hæreditatis, in quem omnia jura transeunt, cum universitate quoque bonorum transire, resolvunt, ex Roman. qui prius hanc contra Bart. sententiam tenuit, *in l. si Patroni, ff. ad Trebellian.* D. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 5. cum seqq.* qui ita plenissimè, & summo ingenio hanc sententiam fundat, & ab aliorum impugnationibus defendit, ut alium post eum referre, superfluum videatur; ex modernioribus tamen eum sequuntur Par. Molin. *de instit. & iur. tract. 2. disp. 188. in fin.* Io. Gutierrez *de tutel. & cur. 3. p. cap. 29. n. 13.* qui hanc sententiam veriorem dicit, licèt contrariam communem fateatur; & ex professo Phanucius *de inventar. hereditat. p. 6. nu. 64.* Franc. Marc. *decis. 1136. par. 1.* Riccius *decis. 126. nu. 14. & dec. 101. p. 3.* ubi ita decisum refert, idem Ricc. *in prax. iur. patronat. dec. 179. n. 142.* Io. Bapt. Thoro *in compend. dec. Cur. Archiepiscopal. Neapol. p. 2. verb. Ius patronatus,* quod extat post *sect. 2. 3. partis principalis compend.* optimè hanc sententiam, & Dom. Molin. defendens, vir quidem doctus, Melch. Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quæst. 11. ex num. 29. & 34. cum seqq.* & pro hac sententia noviter resolvit Horat. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. cap. 16. ex num. 136.* & resolvit *in num. 151. & 132.*

5 Inter has Doctorum contrarias sententias extat elegans distinctio Grivell, *in decis. Dolan. 37. num. 21.* inter jus patronatus per se principaliter subsistens nulli rei, vel Castro cohærens; & inter illud, quod rei, aut territorio est annexum; in primo casu ad fideicommissarium universalem non transire, ait Grivell. secus verò in secundo; quam etiam concordiam laudat, & sequitur novissimè D. Petr. Frass. *in docto, & pleno tract. de Reg. Patronat. Indiar. cap. 5. n. 4.*

Sed, licèt hæc distinctio prima facie totam difficulta- 6
tem absolvere, & Doctorum discordiam sedare, videatur, benè tamen considerata, per eam Bartoli negativam sententiam in totum Grivellus assequitur in prima hujus distinctionis parte, cum nimirum jus patronatus principaliter in hæreditate per se subsistit nulli rei cohærens, in quo certè solum casu fuit controversia inter Bartol. & Roman. & cæteros moderniores, an saltim cum universitate bonorum jus patronatus in fideicommissarium transiret? licèt alias id principaliter fieri, non posset; nec ulla fuit, vel potuit esse in secundo casu dubitatio, cum videlicet jus Patronatus alicui rei, vel Castro est annexum; † tunc enim non solum in fideicom- 7
missarium universalem, sed in quemcumque alium rei singularem successorem ex donatione, venditione, legato, aut cessione in laicum, sine Episcopi licentia accessoriè transire, nullus dubitat, juxta text. *in dict. cap. ex litteris, de jure patronat.* & nostram *l. 8. tit. 13. part. 3.* & cum Roch. de Curt. Lambertin. & aliis D. Molin. *lib. 1. dict. cap. 24. nu. 13.* & indubitatam distinctionem supra traditam *in §. præcedenti*.

Nec omittam, referre, quid in hac quæstione senserit 8
doctissimus vir; summo cum judicio quæstiones omnes percalens, eleganterque, & quasi connaturali ratione securè resolvens, Eminentiss. Card. Ioann. Bapt. Luca (quem post hæc Scripta, Sanctissim. D. N. Innocent. Pap. XI. in Purpuratorum S.R.E. Patrum numerum meritò cooptavit) *in suo celeberrimo Theatro veritat. & iustit.* admodum docto, valdèque utili, tam in forensibus Canonicis, quàm in civilibus *lib. 13. part. 1. de iure patronat. discurs. 36. num. 3. & 4.* ubi licèt nulla de hac quæstione habita disputatione, nec rationibus pro aliqua parte adjectis, quantumvis Bart. opinionem magis communem, & per Rotam receptam agnoscat: nullum tamen probabile, & veridicum fundamentum pro ea assignari posse, ait, ex quo Bart. & alii antiquiores, non benè cognita materia, & natura juris patronatus Ecclesiastici, prout hodie agnoscitur, in hac quæstione processerint, ducti argumento ab antiquo illo jure sepulchrorum Gentilium, vel jure patronatus libertorum; quare, licèt Rotam modernam benè id agnoscentem, ob authoritatem solum, & reverentiam Rotæ antiquæ, opinionem Bart. regulariter amplecti, dicat doctissimus de Luca, ab ea tamen faciliter ex levibus, & generalibus conjecturis frequenter recedere, refert.

In hujusmodi igitur opinionum conflictu ab affirmati- 9
va sententia Roman. doctissimique nostri D. Molin. recedendum non censeo, licèt magna copia Doctorum altera prævaleat, sed sufficit pro cunctis D. Molina, ejusque magna authoritas, & rectum judicium, ita in resolvendo securum, ut ferè nullam ipsius opinionem reprobatam inveniamus.

Ideò, retenta hac opinione Roman. & D. Molin. re- 10
stat, fundamentis contrariæ negativæ sententiæ Bart. satisfacere, ex quibus clariorem, & firmiorem sententiam affirmativam reddi, speramus: † Primò igitur non ob- 11
stat dict. *l. quia perinde 42. §. Restituta, ff. ad S.C. Trebellian.* quod est unicum communis opinionis fundamentum; nam text. hic loquitur in jure sepulchrorum, quod ad fideicommissarium non transire, verissimum est; sed non ex eo idem in jure patronatus dicendum, sequitur, ut voluit Bart. & sequaces; † quia magnam es- 12
se differentiam inter hæc jura constat, pluresque rationes cur extensio non admittatur.

Primò enim ipsum jus sepulchrorum in alium, quàm 13
in hæredem suum, vel extraneum non transit, *in l. jus*

sepul-

Digitized by Google

sepulchri, ibi: *Non etiam ad alium quemquam, qui non*
est hæres, pertinere potest, Cod. de Religios. & sumpt. fu-
ner. l. ius familiarum, Cod. eodem, l. familiaria, cum leg.
sequent. ff. eodem tit. ideo in eo, non alio jure, quàm ju-
re hæreditario, succeditur, ad differentiam juris specia-
lis inferendi mortuum, quod legari potest, juxta text.
ita intelligend. *in l. monumenta, Cod. de legat.* & hæc fuit
præcipua ratio, juxta Roman. & D. Molin. quare *in dict.*
§. Restituta, jus sepulchrorum in fideicommissarium non
14 transeat, quia oimirum hæres non est: † In jure autem
Patronatus non jure hæreditario præcisè succeditur, sed
quocumque alio titulo singulari, fideicommissi, vide-
licet, legati, aut donationis transferri potest, & qui-
dem io Ecclesiam, vel pium locum absque Episcopi con-
sensu; in laicum verò cum eo, si per se subsistat, *c. quod*
autem, cap. illud, de jur. patronat. cap. unic. eodem in 6.
l. 8. tit. 15. p. 1. & ibidem Gregor. *gloss. 6.* Roch. de Curt.
de iure patronat. verb. Ipse, vel is à quo, num. 30. & quæst.
7. num. 16. Lambertin. *de iur. patronat. par. 2. lib. 1. artic.*
2. cum seqq. Franc. Marc. *decis. 1136. part. 1.* & cum aliis
Duran. *decis. 463. lib. 2.* Tondut. *Canonic. resolut. lib. 1.*
cap. 54. num. 13. & lib. 2. cap. 4. §. 9. num. 17. Pat. Sanchez
15 *in consil. moral. lib. 2. cap. 3. dubit. 76. num. 3.* † Et io per-
mutatione eandem distinctionem servantes *ex cap. nemi-*
ni 16. quæst. 7. idem Roch. *ubi proximè, numer. 28.* &
ex Lambertin. & aliis Pat. Azor. *institut. moral. lib. 6. cap.*
20. quæst. 5. & 6. Ciarlin. *tom. 1. controvers. 1. numer. 22.*
Roxas *decis. 99. num. 10. & decis. 223. numer. 12.* Gavant.
in Manual. Episcop. verb. Ius patronatus, num. 23. Do-
nat. Anton. Marin. *variar. resolut. lib. 1. cap. 222.* & se-
quent. Pat. Lezan. *tom. 1. regular. part. 2. c. 11. ex*
numer. 3. Faria ad D. Covarr. *lib. 2. variarum cap.*
18. ex numer. 117. & ad alia plura, multis conge-
stis, doctissimus D. Olea *de cession. jur. tit. 2. quæst. 5.*
ex num. 3.
16 Item principalissimam differeotiæ rationem inter jus
sepulchrorum, & jus patronatus, ad nostram quæstionem,
assignant Roman. & D. Molin. quod nimirum jus sepul-
chrorum absq; titulo hæreditario, quantumvis cum ooi-
versitate bonorum, transire, non possit, ideo in fidei-
commissarium cum universis juribus hæreditariis non
transferri, omnes affirmant, juxta dict. *§. Restituta,*
dictæ l. quia perinde, ff. ad Trebellian. nec in emptorem
universæ hæreditatis, quia semper penes hæredem jura
directa remanent, ut notant in specie Glos. *in l. quasi he-*
res, verb. Quanti, ff. de hæreditat. vel action. vendit. quem
ibidem sequitur Alberic. neque in alterius universitatis
bonorum venditione, aut donatione, nisi accessorium
ad ipsam rem venditam, vel donatam sepolchrum sit,
nec ad id aliundè aditus pateat, nisi per ipsum fundum
venditum, ut per *l. in modicis*, quam ita benè declarat
ibidem Alberic. *ff. de contrah. empt. l. si mercedem, §. Si*
eum fundum, ff. de action. empt. ubi Bart. & alii antiquio-
res, Gloss. *in l. quedam, ff. de acquir. rer. domin.*
17 Quod omne contrarium servatur in jute patronatus,
quod cum universitate bonorum quocumque titulo tran-
sit, joxta text. *in cap. ex litteris, cap. cum sæculum, de*
iure patronat. & DD. relatos suprà *num. 3.* quare vendita
etiam hæreditate, in qua est jus patronatus, ipsum in
emptorem transit, ut communiter resolvunt antiquiores
Canonistæ, Hostiens. *in dict. cap. ex litteris*, quem Ab-
bas, & alii sequuntur, Felin. *in cap. causam qua, de præ-*
script. num. 8. Bernard. Diaz de Lugo *reg. 254.* D. Covarr.
lib. 2. variar. resolut. cap. 18. num. 8. & ex Roch. de Curt.
Decio, & aliis contrariam sententiam Emanuelis de Aco-
sta, & Lambertini reprobans D. Molin. *dict. cap. 24. nu.*
25. Genuens. *in practic. Archiepisc. Neapol. cap. 61. nu.*
26. Aloys. Ricc. *collect. 1679. vers. Infero*, Salazar *de*
usu, & consuetud. cap. 12. num. 7. Mantic. *de tacit. con-*
vention. lib. 4. tit. 12. num. 1. cum seqq. Nicol. Garzia *de*
benefic. 4. part. cap. 9. nu. 10. & 11. August. Barbos. *de uni-*
vers. iur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 127. & cum aliis
18 Hermosill. *in l. 5. tit. 5. par. 5. gloss. 4. cum seqq.* † & in re-
Lagunez de Fructib.

nuntiatione hæreditatis Ioan. Gutierrez *de iurament. con-*
firmat. 1. par. cap. 42. num. 4. † & idem, quoad empto- 19
rem, vel donatarium partis hæreditatis, Covarruv. *dict.*
cap. 18. num. 8. in fin.
Ex quibus manifestè infertur, jus patronatus, ad dif- 20
ferentiam juris sepulchrorum, in fideicommissarium
universalem cum universitate bonorum transire debere,
licèt hæres oon sit, nec jura directa ad eum transeant,
sed potius penes hæredem remaneant; quia hoc ipsum
in emptore hæreditatis invenitur, in quem similiter nul-
la jura hæreditaria, sed utilia tantùm transferuntur, di-
rectis penes hæredem remanentibus, † juxta vulgatam 21
regulam, præcipuè in veoditione hæreditatis intelligen-
dam, eum nempè, qui semel hæres sit, amplius hære-
dem desinere esse, non posse videlicet, quoad jura dire-
cta, & notant Cujacius, Vvesembec. & alii scribentes
ad tit. ff. & C. de hæreditat. vel action. vendit. † & ta- 22
men in hæreditatis emptorem, vel in alium, licèt non
hæredem, cum universitate bonorum jus patronatus
transit: † Nec ulla ratio differeotiæ assignari posse, vi- 23
detur inter fideicommissarium, & emptorem hæredita-
tis, cur in isto, non verò in illo jus patronatus cum uni-
versitate transeat.
Et licèt D. Covarruv. *in dict. cap. 18. num. 8. in fin.* se- 24
quens negativam sententiam, quoad fideicommissarium,
eam differentiæ rationem ioter ipsum, & emptorem
præstiterit, ut nimirum id in fideicommissario procedat
ex defectu voluntatis testatoris, quem præsumitur juxta
D. Covarruv. ea dumtaxat ad commodum pecuniarium
pertinentia fideicommissario relinquere voluisse, non
verò, quæ ad honorem, & præemineotiam, ut est jus
patronatus.
Attamen, tanti viri pace, conjecturata hæc ratio sub- 25
stineri, non posse, videtur: Primò, quia non solum
jus Patronatus est honorificum, sed multoties etiam valde
lucrosum esse solet: † Tum propter redditus, qui ple- 26
rumque per fundatorem in singularis annis Patrono assi-
gnantur; † tum etiam propter præsentationes, quæ fru- 27
ctus jus patronatus sunt, nec solum honorem præsentan-
di respiciunt, sed pecunia quoque lucra, saltim media-
ta; ex quo consanguineos pauperes Patronus præsenta-
re, potest in beneficiis, unde se valeant sustentare, ita
se liberando ab obligatione eos aleandi de propriis boois,
quæ non est levis utilitas, ut optimè considerat Hiero-
nym. Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. §. 4. proœmial. nu.*
47. quibus adde per nos adducta suprà *in princip. hujus c.*
ex num. 8. & 12. ubi plenius de magna utilitate juris pa-
tronatus.
Ex quibus sicuti in venditione hæreditatis præsumitur, 28
venditorem inter omnia jura vendita, jos quoque pa-
tronatus compreheodere, noo est cur eandem volunta-
tem in testatore non præsumamus, sed potius præfata
commoda in fideicommissarium transferri, voluisse di-
cendum, ea à fiduciario auferendo, cum tam amplè in
favorem illius disposuit, ut in eum omnes res, omnia-
que jura hæreditaria cum fiduciarii exclusione transire,
voluerit.
Imò etiam si concedamus, jus patronatus solum, vel 29
principaliter honorem, & dignitatem, non verò com-
modum pecuniarium respicere, adhuc tamen dicendum
videtur, sub generalitate, & dispositione omnium bo-
norum, & jurium comprehendi; si enim dispositionem
generalem testator, vel alius generaliter de universita-
re bonorum disponens in jure patronatus in favorem hæ-
redis limitatè cogitaret, exprimeret certè, oec rem,
aut dispositionem tam principalem, & speciali nota di-
gnam omitteret, nam ea omissa neglecta censeretur,
juxta text. vulgatem *in leg. item apud Labeonem, §. Hoc*
edictum, ff. de injur. † Et insuper alias, juxta rationem 30
D. Covarruv. si in hæreditate alia quoque jura honorifi-
centia sine commodo pecuniario inveniantur, ut puta, of-
ficia, jurisdictiones, Titulus, Comitatus, vel Marchiona-
tus, qui nullum fructum, vel redditũ, præter honorificum

afferant, in fideicommisso generali non venient, sed penes hæredem gravatum remanebunt, quod nullus dicere audebit.

31 Ex quibus concluditur, pro doctissimi Domini Molinæ sententia, jus patronatus in fideicommissarium universalem transire.
32 † Patetque ex præfatis audacia, qua Peregr. *de fideicomm. artic. 6. n. 37.* acriter increpat virum nostrum doctissimum D. Molin. quem rationem, sive specialem argumentationem contrariæ negativæ sententiæ, de qua noviter Peregr. ibidem, non satis percepisse, ait:
33 † Videlicet, quod aliud sit quidquam pervenire ad hæredẽ, uti hæredem, aliud verò pervenire ad heredẽ, quia hæres sit. Ad heredem uti heredem illud pervenire, ait, & exemplificat Pereg. *in n. 35.* quod proportionibus hereditariis defertur. Ad heredem autem, quia hæres sit, quod in solidum cuique etiam ex minima parte hæredi scripto pertinet, ut est jus sepulchrorum, juxta Peregrin. & jus patronatus, quę jura, cum ad quemlibet hæredem in solidum transeant, pro rata hereditaria: ideo ad hæredem, quia heres sit non uti hæredem transire, ait Peregrin. *in num. 37.* & consequenter ex hac ratione, ad differentiam aliarum rerum hæreditariarum hęc jura non trasferri in fideicommissarium, infert, quia non est heres; sed apud hæredem remanere.

34 Quæ Peregrini illatio verissima esset, si antecedens, sive ipsius Peregrini distinctio aliquam veritatem, vel rationem haberet: sed certè illa omnino caret, estque imaginaria quædam, & verbalis distinctio, quam Ripa *in l. centurio, num. 55. ff. de vulgar. & pupil.* quem sequitur Peregrinus, desumpsit ex Paul. de Castr. *in dict. leg. quia perinde, §. Restituta, & in l. quamvis 40. num... ff. ad S.C. Trebellian.*

35 Sed minus rectè hanc distinctionem Paul. de Castr. tribuunt, qui longè aliter loquitur: ait enim Castrens. quod restituta hæreditate, non transeunt feuda, vel emphyteusis, quæ non habentur, ut res hæreditariæ, sed propter hæreditatem, sicut jura sepulchrorum, in quibus differentiam constituit Paulus inter jura hæreditaria, & non hæreditaria, quæ tamen deveniunt ad hæredem ratione hæreditatis, magis, quàm jure hæreditario, quin præfatam differentiam faciat Paulus inter hæredem quia hæres sit: & hæredem, qui uti heres capit: nec ex ipsius verbis, nisi per manifestam imposturam conjecturari potest, neque etiam ulla intrinseca ratio inter has diversas succedendi formulas, quas sibi Ripa, & Petegrinus contra Dom. Molin. fingunt, considerari, aut percipi valet: unde enim inferunt, ea jura in quibus quis succedit, quia hæres est, in fideicommissarium transferri, non posse, secus verò illa, in quibus uti heres, quis succedit, certè nulla ratio ex vi horum verborum assignari posse, videtur.

Et hæc pro hujus §. Quæstione in justissimam Dom. Molin. defensionem.

§. V.

ARGUMENTUM.

De Marito, an ei præsentationes ratione juris patronatus dotalis competant? Et quid si extradotale sit? Vel constante matrimonio, superlucratum? Et postremo in vidua, cui statuto dimidia pars fructuum bonorum mariti debetur, an præsentare, possit cum hæredibus mariti?

SUMMARIUM.

1 *QVæstio hujus §. Quid dicendum in marito quoad ius patronatus cum universitate bonorum, vel aliter in dotem datum, & ipsius fructuum acquisitionem in nostris præsentationibus consistentium: quis in præsentando uxor, vel vir præferendus?*

2 *Pro parte uxoris, qui tenuerint?*

3 *Ratio istius opinionis: quia præsentationes non afferre commodum conferens ad substinenda onera matrimonii, voluerunt aliqui: declara infr. n. 13.*

4 *Nec ipsum ius patronatus in maritum transire, tenent multi.*

5 *Alii præventioni hoc relinquunt: ita quod in utriusque concursu præsentatus ab uxore præferatur.*

6 *Iuxta aliorum sententiam totum hoc consuetudini relinquitur.*

7 *Refertur, & ut verior recipitur sententia pro marito: ut ad eum præsentandi ius, tamquam iuris patronatus dotalis fructus pertineat, & num. seqq.*

8 *Ius patronatus cum universitate bonorum, vel rebus, quibus cohæret, in dotem datum in maritum transit, & num. 10.*

9 *Mariti dumtaxat præsentatio, non uxoris, attendenda.*

12 *Stante statuto, vel consuetudine, ut tutor fructus minoris decimet, an præsentationes aliquæ ei competant?*

13 *Fructus omnis, & commodum ex rebus dotalibus proveniens marito debetur, etiam si ad substinenda onera matrimonii nihil conferat: & nu. seqq.*

14 *Et etiam si dotis fructus onera excedant.*

15 *Onera matrimonii est causa generalis acquisitionis fructuum dotalium: non mensura quota.*

17 *Intelliguntur hæc si ius patronatus rebus dotalibus cohæreat: secus si per se principaliter subsistat: quo casu uxori semper præsentationes competere, resolvitur.*

18 *Idem si rebus extradotalibus cohæreat.*

19 *In uxore possidente maioratum, cui ius patronatus est annexum.*

20 *In Regina proprietaria.*

21 *Quid si ius patronatus, constante matrimonio, per maritum, & uxorem simul sit quæsitum extructa Capella, vel dotata ex bonis superlucratis?*

22 *Quid in hoc casu, soluto matrimonio, dicendum?*

23 *Stante statuto, vel consuetudine, qua mariti præmorientis bonorum dimidia pars fructuum uxori, in viduali statu permanenti, tribuitur, an ei quoque pro dimidio præsentare, vel ius patronatus exercere debeatur? & num. seqq.*

24 *Ius patronatus, licèt quoad ius ipsum individuum sit, dividuum tamen habetur quoad exercitium, & præsentationes: & num. 25.*

26 *Idem in iurisdictione, & aliis iuribus incorporalibus: remissivè, in fin.*

27 *In Regno Aragonum uxores, sive viduæ in casibus, quibus prædefunctis maritis eis ipsorum bonorum, iuxta foros illius Regni, usufructus conceditur, præsentare debent, & gaudere aliis fructibus iuris patronatus maritorum.*

QUid autem in marito dicendum sit quoad acquisitionem fructuum juris patronatus, in nostris pręsentationibus consistentium, jure patronatus cum universitate bonorum, vel rebus cohęrente in dotem dato, magna est inter DD. controversia, quis in pręsentando, an uxor, vel vir pręferendus? 1

In qua quæstione pro parte uxoris plurimi sunt Doctores assetentes, jus præsentandi in maritum non transire; tenent Anton. de Butr. & Abbas *in cap. fin. de concession. præbend. column. penult. & fin.* & ibidem Ioann. ab Imol. Paul. Eleazar *in cap. nobis, de iure patronat. & in disputat. quæst. incipientis, Patronatus Ecclesiæ Sancti Martini*, Felin. *in cap. cum olim, num. 2. de maioritat. & obedient. & in cap. causam quæ, n. 8. de præscript. & in c. cum Bertoldus, col. fin. de re iudic.* qui asserit, suo tempore dubium hoc fuisse agitatum in Rota, & propter diversas opiniones nihil certi determinatum; & hanc sententiam sequitur Guilhel. Benedict. *in cap. Raynutius, de testam.* 2

verb.

verb. Cætera bona, num. 37. qui loquens in Villa in dotem data, cui jus patronatus erat annexum, jus præsentandi potius uxori veræ dominæ, quàm marito compe-
3 tere, ait: † ex ea, mirum, ratione, quod præsentationem non esse fructum commodum reale afferentem, dicat, seu aliquid conferens ad substinenda onera matrimonii marito incumbentia, pro quibus dos, ipsiusque fructus marito conceduntur; sed solum quemdam honorem, sive præeminentiam ad actum præsentandi, ut dixit quoque Abbas *in cap. fin. de jure patronat.* Iason. *in l. fin. in fin. ff. solut. matrim.* Decius *in regul. fœmina, num.* 50. *ff. de regul. jur.* plenè Paul. de Montepic. *in l. Titia cum testamento, §. fin. cap.* 8. *quæst.* 39. *nu.* 126. *ff. de legat.* 2. Ioan. Crot. *in l. frater à fratre, col.* 28. *ff. de condict. indebit.* Belon. *cons.* 6. *num.* 16. Petr. Adorn. *in commun. opinion. in verb. Ius patronatus*, & huic sententiæ assentitur Burgos de Paz *in procem. ll. Taur. numer.* 19. Grivel. *decis. Dolan.* 37. *num.* 10. Mart. *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 41. *num.* 27. qui pro hac sententia adducit *decis.* 625. *Rotæ part.* 3. *in noviss.* ubi ita pro uxore judicatum fuisse, refert, contra decisionem alias lata pro marito ab eadem Rota *dec.* 10. *de jure patron. in noviss.*

4 Imò, quod nec ipsum jus patronatus in maritum transeat, tenuerunt Paul. de Eleazar *in cap. nobis, col. penult. de jure patronat.* & iterum *in sua* 4. *disputat.* incipit, *Patronus Ecclesiæ Sancti Iacobi col. ultim.* Panormitan. *in d. c. ultim. de concession. præbend.* Petr. de Ancharan. *in Clement.* 2. *column.* 3. *vers. Secundo potest. & in vers. quod ad aliud, de patronat.* Boer. *in consuetud. Biturigens. de consuetud. stat. person.* §. 5. *gloss.* 2. incipit, *dotis fructus.*

5 Alii verò præventioni locum esse in præsentationibus inter virum, & uxorem asserunt, ut in expresso tenet Cæsar Lambertin. *de jure patronat. in* 3. *artic.* 6. *quæst. princip.* 3. *p. lib.* 2. & constat ex Rota *in dict. decis.* 10. *de jure patron. in noviss.* ubi hoc magis additur, quod si ambo concurrant, præsentatus ab uxore præferri debeat.

6 Alia autem est opinio, quæ totum hoc consuetudini relinquit, ut maritus, vel uxor in præsentando præferatur, & ita resolvere videtur, ex Rota, Peregrin. & aliis, Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap.* 521. *num.* 21.

7 Sed, his opinionibus non obstantibus, contrariam pro marito sententiam communiorem, & veriorem existimo, ut videlicet, bonis, vel castro, cui jus patronatus adhæret, in dotem datis, jure præsentandi, ut Patronatus fructu, exclusa uxore, maritus gaudeat.

8 Quæ sententia eo unico, & firmissimo fundamento nititur, quod extra dubium sit, ipsum jus patronatus cum universitate bonorum in maritum transire, juxta text. *in dict. cap. ex litteris, de jure patronat.* per quem text. verius resolvunt, contrariam sententiam Paul. de Eleazar. Boer. & aliorum *dict. num.* 4. relatam prorsus evertentes Tiraquel. *in gloss.* 9. *post leg. connubial. nu.* 13. Baeza *de non meliorand. filiab. ration. dot. cap.* 26. *num.* 1. & cum multis Fontanell. Giurb. Barbos. & alii proximè referendi: Quare cum præsentationes juris patronatus fructus sint, ut communiter notant omnes per Gloss. fin. *in cap. cum Bertoldus, de re judicat.* Abbas, & alii antiquiores *in cap. cum olim, de majorit. & obedient.* & fundavimus plenius suprà in princip. hujus cap. *ex numer.* 3. ideo ad maritum, ut cæteri dotis fructus pertinere debent: & ita in specie resolvunt Roch. de Curt. *de jure patronat. vers. Ipse, vel is, numer.* 62. *cum seqq.* Paul. de Citadin. *eodem tract. part.* 6. *artic.* 3. *num.* 70. D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 3. Baeza *de decim. tutor. cap.* 24. *num.* 30. qui hanc sententiam veriorem, & æquiorem dicunt, sequunturque Tiraquel. *post leg. connubial. gloss.* 9. *numer.* 5. *cum seqq.* qui latè pro hac sententia resolvit, & præcipuè *in numer.* 3. licèt pro contraria referatur à Parlador. *in sexquicent. different.* 120. *num.* 22. optimè Petr. Barbos. *in leg. divortio* 8. §. *Si vir, ex*
9 *numer.* 56. *ff. solut. matrimon.* qui in *num.* 58. † addit, non solùm maritum præferendum, sed uxoris præsentationem non esse admittendam, Dom. Palacios Rubios *in repetit. cap. per vestras*, §. 43. *in princip. de donation. inter vir. & uxor.* Menoch. *cons.* 66. *num.* 27. *lib.* 1. Francisc. Connan. *lib.* 4. *commentar. cap.* 1. *num.* 1. Brechæus *ad l. frugem.* 77. *num.* 5. *ff. de verbor. significat.* Feronius *in Consuetud. Burdegal. lib.* 1. *tit.* 4. §. 1. *column.* 2. *circa med.* Dom. Francisc. Sarmient. *lib.* 3. *select. cap.* 3. *in fin.* Ioann. Gutierrez *de tutel. & cur.* 3. *part. cap.* 26. *nu.* 3. Azeved. *in l.* 7. *tit.* 3. *lib.* 6. *recopilat. & in leg.* 9. *tit.* 5. *lib.* 1. *numer.* 43. Spin. *de testament. glos.* 4. *numer.* 113. Marescot. *lib.* 1. *variar. cap.* 30. *num.* 15. Sahagun. *in repetit. cap. quanto* 3. *de Iudic. num.* 11. *cum seqq.* Lara *de anniverś. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 29. in quibus, quod maritus solus præferatur, ipseque solus præsentet: & latè, ad plura, prosequuntur ex modernioribus Castill. *de usufruct. cap.* 36. *numer.* 36. Fontanell. *de pact. nuptial. clausul.* 6. *glos.* 1. *part.* 3. *ex numer.* 3. Nicol. Garzia *de benefic.* 5. *part. cap.* 9. §. 1. *ex numer.* 177. Augustin. Barbos. *de iur. Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 123. Mar. Giurb. *ad constitution. Messanens. cap.* 1. *glos.* 2. *nu.* 51. & novissimè, licèt nulla disputatione habita, Dominic. Antunez de Portug. *de donation. Reg.* 3. *part. cap.* 28. *num.* 43. D. Petr. Frasso *de Patron. Reg. Indiar. cap.* 4. *num.* 49. & 52.

Nec huic verissimæ sententiæ obstat ratio per Abbat. 10
& alios in contrarium considerata, quod videlicet jus patronatus, ipsiusque fructus, aut præsentationes nihil conferant ad subeunda onera matrimonii, ut cæteri fructus pecuniarii, vel qui ad pecuniam redigi possunt, ex eo quod honorem tantùm, & quandam dignitatem
hæc contineant. † Nam primò, quoad translationem 11
ipsius juris patronatus, dicendum est, id sine dubio in maritum transferri bonis, quibus adhæret in dotem datis, non ex eo, quod utile, vel inutile sit, sed ex necessaria juris dispositione, quia cum universitate bonorum, vel rebus, quibus cohæret, transit: nec consideretur per se, sed venit tantùm accessoriè, ita fermè Tiraquel. *post leg. connubial. glos.* 9. *n.* 13.

Pro qua ratione est singularis doctrina, & resolutio 12
Rebuff. *in tract. de nomination. quæst.* 17. *nu.* 56. *vers. Præterea*, qui loquens in Consuetudine, sive statuto generali, ut tutor lucretur omnes fructus rerum minoris, resolvit præsentationum fructus ei competere ob generalitatem statuti, aut consuetudinis, licèt præsentare non sit fructus, vel commoditas proportionabilis pro alimoniis, ut cæteri fructus, de quo articulo in nostris tutoribus, quoad decimam fructuum rerum pupillarium, quam jure nostro Regio habent, dicam principaliter *infrà in* §. *sequent.*

Secundò, pro ratione præfatæ in favorem mariti reso- 13
lutionis, dicendum est juris patronatus translatione in maritum admissa, ipsius quoscumque fructus, sive præsentationes, aliasve præeminentias ad ipsum maritum pertinere necessario dicendum: licèt tales non sint, ut consumantur in oneribus matrimonii substinendis, quia
hæc qualitas nullibi requiritur. † Quinimò, & si dotis 14
fructus onera matrimonii longè excedant, nihilominus ad maritum pertinent, *Glos.* 1. *l. dotis fructus* 8. *in princ. ff. de jur. dot.* Petr. Barbos. *in dict. l. divortio* 8. §. *Si vir, num.* 57. *ff. solut. matrimon.* Amat. *resolution.* 83. Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 6. *glos.* 2. *part.* 2. *ex num.* 6. Carleval. *de judic. tom.* 3. *disput.* 19. juxta generalem dispositionem *l. pro oneribus, Cod. de jur. dot.* qua omnes do-
tis fructus marito competunt. † Ex quibus patet, one- 15
ra matrimonii causam generalem esse hujusmodi acquisitionis, non verò per ea quotam fructuum quærendorum dimetiri, vel ipsorum fructuum qualitatem, ut talis naturæ sint, quod in oneribus substinendis consumi valeant.

Vltra quæ, non in eleganter etiam dici potest, ad 16
maritum hujusmodi præsentationes, & præeminentias pertinere, debere, ut licet, ad subeunda onera nihil

conferant, deserviant tamen ei in compensationem hujusmodi onerum, quibus plerumque dotis fructus non sufficiunt: gaudeat ergo maritus his præeminentiis, & similibus dignitatibus, quia licèt magnæ sint, non tamen gratis gaudet.

17 Vnum tamen nota, prædicta semper intelligi debere, cum jus patronatus Villæ, aut Castro, aliusve rebus in dotem datis cohæret: secus si per se subsistat, propriæque personæ uxoris competat, ipsique cohæreat; tunc enim nec ipsum jus, neque præsentationes ad maritum, vel alium, in quem bona fuerint translata, pertinebunt, sed penes alienantem, vel uxorem jus patronatus remanet, ab eaque præsentationes erunt concedendæ, ut benè limitant, & declarant Spin. *de testament.glos.24. n. 112.* benè Petr. Barbos. *in dict. l. divortio* 8. §. *Si vir, nu. 57. in fin. ff. solut. matrimon.* Lara *de Anniverś. & Capellan. lib.2. cap.3. num.29.* Sahagun. *in cap. quanto 3. num. 26. de Iudic.* Cabed. *de patronat. Reg. Coron. cap. 27. ex num.5.* Ioann. Gutierrez *de tutel. 3.part. cap.29. numer.3.* Pat. Sanchez *in Consil. Moral. lib.2. cap.3. dub. 71. num. 29.* Fontanell. *de pact. nuptial. clausul.6. glos.1. p.3. n.12.* Giurb. *ad constitut. Messan. cap.1. gloss. 2. nu.47.* Barbos. *in repertor. verb. Ius patronatus, pag.*204. & est bona decisio Grivel. 27. *num.*21. rectè ita distinguens inter jus patronatus per se subsistens, vel territorio cohærens, ut in maritum, fideicommissarium, vel alios transeat, vel non.

18 Item, si jus patronatus rebus extra dotalibus cohæreat, tunc similiter præsentationes ad uxorem pertinebunt, ex quo penes ipsam dominium, vel jus patronatus remanet, docent ita intelligendi Cæsar Lambertin. *de jure patronat, in 9. artic. 4. quæst. principal. 1. part. lib. 2.* qui etiam, nullo requisito consensu mariti, procedere ait, Tiraquel. *post leg. connubial. in glos.5. n.221.* Petr. Barbos. *in dict. l. divortio, §. Si vir, num.58. in fin.*

19 Quæ conclusio confirmatur exemplo juris patronatus
majoratui uxoris cohærentis, eo in dotem dato, quo casu uxoris solum, non mariti est facultas præsentandi;
quia penes eas jus patronatus cum cæterorum bonorum
majoratus dominio remanet, optimè D. Molin. *de primogen. lib.1. cap.24. num. 32. & 33.* D. Palac. Rubios *in
cap. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. §. 43. num.*
20 10. sequitur Ioann. Gutierrez *dict. cap.29. num.4.* † Qui
id quoque confirmant exemplo Reginæ proprietariæ,
quæ ipsa sola, non maritus præsentare debet, quia jura
Regni in maritum non transferuntur, ut in eadem specie docent Burg. de Paz *in proœm. leg. Taur. num. 5.* Didac. Perez *in l.4. tit.4. lib.5. Ordinament. vers. Sexto fundatur*, Pat. Sanchez *in Consil. Moralib. lib.2. cap.3. dub. 71. n.29. & 30.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauś. 6. glos. 1. p.3. n.12.* Giurb. *ad Constitut. Messanens. cap.1. glos.2. nu. 47.* D. Petr. Frasl. *de patron. Reg. Indiar. c.5. n.6.*

21 Si verò jus patronatus, constante matrimonio, per
maritum, vel uxorem ex Capellæ constructione, dotatione, vel aliter sit quæsitum, inter ipsos communicabitur, D. Covarruv. *lib.3. variar. cap.19. num.4.* D. Palacios Rubios *in rubr. de donatione inter. §.61. n.13.* Baeza *de decim. tutor. cap.23. nu.17. & in tr. de non meliorand. filiab. ration. dot. cap. 26. nu.2.* Matienz. *in l.5. tit.9. lib. 5. recopil. glos.4. nu.5.* Garzia *de conjugal. acquæst. n.165.* Ioan. Gutierrez *de tutel. 3. part. c.29. nu.5.* Giurb. *ad constitut. Messanens. cap.1. glos.2. num.37.* quod, durante
matrimonio, pro indiviso habebunt; sed ejus exercitium, hoc est præsentationes, & alia ad maritum spectabunt, cui & cæterorum bonorum administratio competit, D. Palac. Rubios, & Garzia proximè relati, & ex
aliis Pat. Sanchez *dict. dub.71. num.31. & 32.* Ferr. Manriquez. *de præcedent. quæst.34. num. fin.* Niger. *de laudem.*
22 *tom.2. quæst.9. artic.2. num. 3.* † Soluto verò matrimonio, inter superstitem, & deficienti hæredes jus patronatus commune, quoad jus pro indiviso manebit, quoad exercitium tamen per voces dividetur, D. Covarruv. *dict. cap.19. num.5.* Baez. *de non meliorand. dict. cap. 26. num.2.* D. Palac. Rub. Matienz. & Garzia *in loc. citat.* Spino *de testament. glos.24. num.53.* Pat. Sanchez *dict. lib.2. consil. c.3. dub.71. n.31.*

Ex qua proxima conclusione resolutio infertur alterius 23
singularis quæstionis, quam proponit doctissimus vir
Chassaneus *in consuetud. Burgund. rubr.4. Des droictz, §. 6.* incipit, *Femme Mariee*, in verb. *Sur la moiytie, num. 2. cum seqq. fol. mihi* 598. ubi singulariter quærit: An,
stante statuto municipali, quo uxori dimidia pars fructuum bonorum mariti præmorientis tribuitur, quousque nupserit, vel ad aliud tempus, ei quoque pro dimidio præsentare, vel jus patronatus exercere, competat?
In qua quæstione Chassan. licèt præsentare, in fructu esse, fateatur, id tamen in uxorem usumfructuarium pro
dimidia parte transire posse, negat: † Ex ea unica ratio- 24
ne, quod jus patronatus individuum sit, *cap. 1. extra de jure patronat.* & jus corporale, quod dividi, non posse, ait per text. *in l. 1. §. Vsusfructus, ff. ad leg. Falcid. l. Carmeliapia, ff. de jure patronat.* ideo in casu, quo uxori post mortem viri ususfructus bonorum in totum competat, tunc ipsam tutè præsentare debere, admittit.

Sed, hujus viri doctissimi pace, adhuc si uxori, vel 25
alii dimidia pars ususfructus bonorum mariti, alteriusve personæ concedatur, eam jus Patronatus in his bonis inventum pro dimidia parte, quoad exercitium, vel præsentationes habere, debere, censeo: & hanc resolutionem tenuisse, invenio Matth. de Afflict. *in Constit. Regn. Sicil.* quæ incipit: *Licentiam, in 2. quæst. 1. notabil. lib.3.* ut animadvertit Addit. ad eundem Chassaneum *in dict. loc. num.5. in fin.* & sequuntur ex nostris, licèt nulla mentione contrariæ sententiæ Chassanei facta, Baeza *de decim. tutor. c.23. nu.21.* Ioan. Gutierrez *de tutel. & cur. 3. p. c.29. num.8.*

Nec huic veræ resolutionis quidquam obest ratio in 26
contrarium per Chassaneum considerata, videlicet, quod jus patronatus individuum sit: nam, licèt hoc verum fatear ex dictis juribus, & aliis per *DD.* vulgariter relatis, hoc intelligi debet, quoad ipsum jus, ejusque substantiam, secus verò, quoad exercitium, sive jus præsentandi, quod dividuum esse, omnes indubitanter asserunt, per text. *in Clement. plures, de jure patronat.* & ita distinguunt D. Covarruv. *lib. 3. variar. c. 19. num.5.* Lambertin. *de jure patron. 1. p. lib. 1. qu.3. artic.1. num.2.* Rocb. *eodem tract. in verb. Ius, quæst.6.* Augustin. Barbos. & alii Canonistæ ad prædicta jura repetentes; quod frequenter in praxi invenimus: nam plerumque præsentationes per plures Patronos fiunt, qui (licèt insolidum penes omnes jus patronatus resideat) ejus tamen in præsentationibus exercitium per voces habent divisum: idemque accidit in cæteris juribus incorporalibus, quæ similiter, quoad exercitium dividi possunt, ut plenius in jurisdictionalibus, & aliis similibus suo loco dicam.

Ex quibus securius infertur ad Foros Regni Aragoniæ, 27
quibus uxori in bonis mariti prædefuncti integer ususfructus, quousque ipsi dos solvatur, conceditur, vel in aliis casibus, quousque vidua permanserit, qui casu tenutaria appellatur, eam fructibus juris patronatus mariti gaudere debere, & ad beneficia præsentare, ut tenent in simili statuto *in l. Titia, §. Titia, in repetit. ff. de legat. 2. in 39. quæst.* Chassan. *in Consuetud. dict. rubr.4. Femme Mariee, in 6. §.* in vers. *Sua la moytie, num. 5. in fin.* Roch. *de iure patron. in verb. Ipse vel is, à quo causam habuit, quæst.28.* & Aragoniæ DD. *in constit. hic nostra, nu. 292.* Mieres, quem refert, & sequitur Acaz. de Ripoll. *variar. cap.10. num.55. & 401.* Franc. Ferret. *in eadem constitut. hac nostra, tempor.1. nu.24.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauś.7. glos.3. p.5. n.38*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

ARGUMENTUM.

De Tutore, vel Curatore minoris, aut hæreditatis jacentis. Et de Patre, quoad præsentationes juris patronatus pupilli, minoris, hæreditatis jacentis, aut filii: Et an saltim Tutori, vel Curatori decimam præsentationem facere, apud nos competat ex nostra *l. 2. Fori*, qua minoris fructuum decima pro administratione eis tribuitur.

SVMMARIVM.

1 *PVpillo successione, vel alia causa lucrativa ius patronatus rectè quæritur.*
2 *Ex constructione Capellæ, vel dotatione quomodo ei acquiri valeat?*
3 *Ecclesia, vel Capella per tutorem ex pecunia pupilli, sine Iudicis authoritate, fundata, an & quando pupillo ius patronatus debeatur?*
4 *Donationes, etiam pia causa, de bonis pupilli fieri, tutori prohibetur.*
5 *Proponitur præsentis §. Quæstio: An præsentationes ob ius patronatus pupillorum per tutores, vel per ipsos pupillos fieri debeant?*
6 *Distinguitur inter infantem minorem septennio: vel qui hanc ætatem iam excessit: & quid in utroque?*
Septennio minor præsentandi, seu aliter nominandi incapax, ibid.
7 *In hoc casu tutores pro minore præsentant.*
8 *Etiam si tutor putativus sit.*
9 *Tutore deficiente, Infantis proximiori consanguineo præsentatio debetur.*
10 *Pupillus septennio major ipse solus præsentat.*
11 *Et ad emphyteusim nominat.*
13 *Pupillo maiori septennio, & tutore simul præsentantibus, præsentatus à pupillo præferendus.*
14 *Refellitur in hoc contraria sententia Lambertini.*
15 *Tutoribus, vel Curatoribus ex fructibus rerum minorum lege municipali, ut apud nos lege Fori, debetur: an etiam ex huiusmodi præsentationibus decimam prætendere valeat? & n. seqq.*
17 *Distinguitur inter statutum, seu legem municipalem certam partem fructuum substentationis causa tutoribus assignantem: vel generaliter omnes, nulla causa adjecta, & num. 18.*
19 *Declaratur notabile ad rem statutum municipale Bituricense.*
20 *Ex aliis redditibus pecuniariis iuris patronatus, si qui fortè, ut adsolet, in singulis annis minoribus debeantur, decima tutoribus nostris solvenda.*
21 *Parentes bonorum adventitiorum filiorum administratores; an verò ipsi filii iuris patronatus adventitii ratione præsentent? resolvitur pro filiis.*
In spiritualibus non curatur de patria potestate, ibid.
22 *Quid in curatore hereditatis iacentis, hereditarii Patronatus respectu?*

1 SUpposito ergo rectè jus patronatus pupillo in qua-
cumque minori ætate successione, vel aliter, causa
lucrativa maximè, quæri posse, ut resolvunt Archidiac.
in cap. decernimus, in princip. 16. quæst. 7. Abbas *in cap.
1. de jure patronat. & in cap. fin. de concession. præbend.*
Ioan. Andr. *in cap. ex eo, de elect. in 6.* & ex Bald. Lap.
Roch. de Curt. & aliis, Cæsar Lambertin. *de jure patronat.
lib. 1. p. 1. q. 7. princip. artic. 14. num. 1. cum seqq.* Narbon.
de ætat. ann. 7. qu. 22. in princ. quia omnes Christianos,
certissimi juris est, istius juris capaces esse juxta vulgarem
Lagunez. de Fructib.
regulam *in cap. pia mentis, cap. frigentius*, in quibus
communiter Canonistæ *16. quæst. 7.*
Vel etiam pupillo ex constructione, aut dotatione 2
Capellæ, quam per tutorem cum decreto Judicis fieri,
valere in utilitatem pupilli, accidere potest, ut puta si
pupillo ditissimo, vel Magnati jus patronatus valdè ho-
norificum, & illustre in ejus, totiusque familiæ splendo-
rem ex eo acquiratur: † Vel si de facto ex pecunia pupil- 3
li Ecclesia per tutorem fundata, vel dotata sit, licèt illi-
citè, & de facto sine Iudicis authoritate, quo etiam ca-
su jus patronatus pupillo acquiri, dicunt Pat. Azor. *2. p.
institut. moral. cap. 22. §. 14.* Dominic. Antunez de Portu-
gal. *de donat. Reg. 3. p. cap. 28. num. 62.* quod intellige-
rem in subsidium bonorum tutoris; nam ab eo per pupil-
lum pecunia exacta, ipsi tutori jus patronatus manebit:
alias quippe, extra hos casus ex constructione, vel do-
tatione Ecclesiæ à tutore facta jus Patronatus pupillo ac-
quiri non posse, verissimum est; † quia tales donatio- 4
nes, etiam piæ causæ de bonis pupilli tutori interdicun-
tur, ut resolvunt, ultra plures ex relatis, Roch. de Cur-
te *de jure patronat. quæst. 3.* Lambertin. *dict. quæst. 14. nu.
5.* Pat. Sanchez *in consil. moral. lib. 12. cap. 3. dub. 70.
num. 5.* Simoncel. *in tractat. de decret. lib. 1. tit. 2. in-
spect. 2.* Narbon. *dict. quæst. 22. ex numer. 5.* quorum do-
ctrinam etiam in pupillo semper intelligerem, juxta dicta
non stante, videlicet, præfata utilitate, & Iudicis de-
creto.
Quibus suppositis, quoad acquisitionem juris patro- 5
natus, ad nostram principalem quæstionem, acquisitio-
nis nimirum, sive perceptionis fructuum juris patrona-
tus pupilli, qui in præsentationibus consistunt: an per
tutorem, vel per ipsum pupillum fieri debeant? distin-
guendum est, primo inter Infantem minorem septennio:
vel qui hanc ætatem jam excesserit. † In primo casu est 6
concors Doctorum sententia, Patronum minorem sep-
tennio præsentare, vel aliter nominare, non posse, ut
resolvunt Bart. Brigiens. *in quæst. sua Dominicali*, inci-
pienti, *tutor cujusdam*, Ancharan. *cons. 325.* incipit, *vi-
sis, circa fin.* Lapus *allegat. 8. post nu. 2. & allegat. 75. nu.
5.* Ioan. Calderin. *cons. 431. aliàs 9. de jure patronat. num.
1.* Lambertin. *lib. 2. de iure patronat. 1. par. quæst. 2. princ.
artic. 9. & 3. part. 6. quæst. princip. num. 2.* Quintil. Man-
dos. hanc sententiam communem appellans, *de ætat.
min. cap. 4. num. 17.* Cardinal. Tusc. *pract. litt. P. conclus.
241. num. 2. & 8.* qui idem in tutrice sentit, Iul. Vivian.
in prax. juris patronat. lib. 8. cap. 2. num. 25. Nicol. Gar-
zia *de benefic. 5. part. cap. 9. num. 189.* qui, & hanc rece-
ptam, & communiter approbatam sententiam dicit:
† antequam quidem ætatem tutores Infantium nomine 7
præsentabunt, Federic. de Sen. *cons. 102.* incipit, *Nobi-
lis quidam, in princ.* Calderin. *cons. 430. alias 8. de jure
patronat.* Lambertin. *de jure patron. 1. p. lib. 2. quæst. 2. art.
9. & 10.* Cardinal. Tusch. *dict. concl. 241. num. 5.* Baez. *de
decim. tutor. cap. 23. num. 20.* ubi quod pupillo Infante si-
mul cum tutore præsentante, præsentatus à tutore præ-
feratur, sequuntur D. Palac. Rub. *in cap. per vestras, de
donation. inter §. 43. succedit alia notabilis quæstio, num.
3.* Gutierrez *de tutel. part. 3. cap. 29. numer. 7.* Garzia *dict.
cap. 9. num. 193.* Narbon. *de ætat. ann. 7. dict. quæst. 22.
num. 13.* August. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12.
num. 231.* † qui id in tutore putativo ex aliis ampliat, 8
Vivian. *dict. cap. 2. num. 25.* † Vbi quod, tutore defi- 9
ciente, aliquis ex consanguineis Infantis (proximior
intellige) pro eo præsentet, cui assentire videtur Nar-
bon. *ubi proximè, num. 14.*
In secundo verò casu, nimirum cum Patronus sep- 10
tennio est major, ipsum solum præsentare posse,
quin aliqua tutoris, vel Iudicis authoritate egeat,
communiter etiam resolvunt Ioan. Andr. *in cap. ex
eo ad med. numer. 8. de election. in 6.* Bart. *in quæ-
stion. Dominical.* incipit, *tutor cujusdam*, & ex aliis
antiquioribus hanc sententiam sequuntur, magisque
communem dicunt plures objectiones in con-

trarium oppositas resolventes, optimè ex Panormitan. & aliis antiquioribus Per. Rebuff. de nominat. q.17.n.51. & 52. Roch. de jure patronat. verb. Competens, q.3. & 4. Lambertin. eodem tract. lib.2.p.1.q.2.artic.9.n.8.cum seq. Tiraquel. post leg. connabial. gloss.5.nu.6. & 8. Benedict. Ægid. in l.1.C. de Sacrosanct. Eccles. 1.p.§.2. num. 19. Quintil. Mandos. de ætat. minor. cap.4.n.18. Card.Tusch. pract.concl.lit.P.d.conc.241.n.8.Mant.dec.140.n.11.Caldas Peteir. in l. si curatorem, verb. Cum non absimilis, n.34. C.de in integr.restitut.& de nominat. emphyteut. q.4.nu.7.
11 † qui loquitur in nominatione ad emphyteusim, quam rectè per majorem septennio fieri posse, affirmat.

12 Latèque in nostris præsentationibus prosequuntur Georg. Cabed. in Patronat. Reg.c.27. à n.4. Parlador. in sexquicentur.different.120.n.21.de jure Patronat.lib.12. c.9.ex n.37.Cened.ad Decretal. collect.5.n.9. Nicol.Garzia de benef. dict. 5.p.c.9.n.186.189. & 194. Narbon. de ætat. dict. ann.7.q.22.nu.16. Lara in compend. vit. homin. c.18.n.51. Gavant. in manual. Episcop.verb. Ius patronatus, num.63. August. Barbos. in collect. ad cap. ex eo 32. de elect. & ibidem D. Michael Moez. & alii ex recentioribus Canonistis, & novissimè Dominic. Antunez de Portug. de donat. Reg. 3.p.c.28.ex n.64. D. Petr. Frass. de de Patronat. Reg. Indiar. cap.5.n.15. & 16.

13 Qui etiam omnes communiter consentiunt, pupillo majore septennio, & tutore diversimodè præsentantibus, præsentatum à pupillo præferendum: quod verissimum
14 censeo, † quamvis Lambertin. de jure patronat. lib. 2.p. 3.6. quæst.principal.n.3. vers. Quid dicendum, ex Ioan. Andr. teneat, hujusmodi præsentationes uti unius Patroni variantis, aut duorum æquè Patronorum habendas; quare in eis gratificationi locum esse, ait, ut in casu, quo duo ab uno Patrono cumulativè præsentantur, vel à duobus Patronis æqualibus, dissentientibus tamen, quam declarationem sequitur Narbon. in dict.q.22.n.17. sed certè mihi satis contra juris, & præcedentis resolutionis rationem videtur; nam, si juxta omnes, pupillus per se, si major septennio fuerit, ut persona habilis ad præsentandum habetur, quin aliqua tutoris authoritate egeat, tutor omnino, ut persona extranea necessario est considerandus; unde si diversimodè, quàm pupillus præsentet, ejus præsentatio attendi, non debet, ut ex ea uti si ipse pupillus secundò præsentaverit, variasse, dicatur, vel ut præsentatio diversa ab alio æquali Patrono judicanda sit, & ita gratificationi locus pateat, quia nihil magis in hac re tutoris præsentatio sine pupilli consensu confert, quàm si alterius cujuslibet extranei esset.

15 An verò cum pupilli majores sunt septennio, & præsentant, saltim in hoc casu tutores, vel curatores, quibus jure nostro Regio in l.2.tit.7.lib.3. Fori, decima ex omnibus fructibus rerum minoris pro administratione debetur, hujusmodi decimam ex præsentationibus prætendere valeant, ut ei videlicet liceat ad singula decem beneficia, unum suo nomine jure proprio præsentare? solet per pragmaticos dubitari. Et in simili statuto, vel consuetudine, quæ in Bituricensi tractu servatur, ubi similiter, durante tutela, omnes fructus rerum pupillarium tutor lucratur, juxta §.11. in dicto loco Biturigens. de consuetud. jur. & status personar. proponit quæstionem doctissimus Petr. Rebuff. in tract. de nominat. q.17.n.53. cum seqq. an videlicet tunc, si pupillo jus patronatus competet, ad tutorem quoque præsentationes, ut juris patronatus fructus pertineant?

16 Quam quæstionem affirmativè resolvit Rebuff. Primò, quia præsentare, est fructus juris patronatus, cap. consultationibus, de jure patronat. c. cum Bertoldus, de re judicat. & juxta alia sæpius in hoc cap. per nos repetita. Secundò, quia ex hac ratione usufructuario, marito, bonæ fidei possessori, & similibus, ad quos rei fructus spectant, hujusmodi præsentationes competere, ait Rebuff. & plenius probavimus suprà.

17 Sed, his nihilominus non obstantibus, & sententia Rebuff. firmissima in suo casu remanente, cum generaliter, atque indistinctè omnes fructus, vel aliqua quota tutori tribuitur (prout infrà dicemus) contrarium nempe nullam decimam apud nos ex dict. l.2. Fori, tutori ex præsentationibus deberi, resolvendum, censeo, attenta nostrorum pragmaticorum communi sententia, & declaratione ad dict. leg.2. Fori, licèt de præfata contraria opinione, aut casu Rebuffi nullus meminerit: & ita ex nostris resolvunt Baeza de decim. tutor. cap.23. ex n.16.& 23. quem sequitur Ioan. Gutierrez de tutel. & cur. 3.par. c.29.ex n.1. & 6. Azeved. in Cur. Pisan.lib.1.c.12.n.25. Nicol. Garzia de benefic.p.6.c.9.n.206. & 207. Narbon. de ætat. dict. ann.7.q.22.ex n.21.

Quibus non obstat dict. l.2.tit.7.lib.3. Fori, qua de- 18
cima fructuum pupillarium tutori tribuitur; quia hæc lex non indistinctè de omnibus fructibus intelligi debet, juxta præfatos DD. sed de illis dumtaxat, qui apti sunt ad alimenta, ut ex ipsius verbis patet, ibi: Mantengales de los frutos, y tome para si el diezmo, & clarius hoc idem constar in antiquissima lege Gothorum Fori judge, de qua facit mentionem Gutierrez ubi proximè: in quibus certè fructibus Patronatus præsentationes non veniunt, quia proportionabiles, & aptæ ad alimoniam non sunt, sed principaliter quodam jus honorificum patronatus reputatur, ut benè notant Felin. in dict. c. cum olim, col.2. de majoritat. & obedient. & sentit Guilhelm. Benedict. in cap. Raynutius, verb. Cætera bona, n.37. de testament. Baeza dict. cap.23.n.25. & alii DD. proximè relati, ex qua etiam ratione huic sententiæ magis assentire, videtur, licèt ultimo cogitandum relinquat, Chassan. in consuetud. Burgund. rubr.6.§.4. entregens nobles, in vers. Et fasct. la dicte femme, ex num.12. qui loquitur in simili statuto Burgundiæ.

Nec huic resolutioni obstat contraria sententia Rebuff. 19
supra relata, quia loquitur juxta statutum Biturigens. quo indistinctè omnes fructus rerum pupilli tutori pro administratione conceduntur, & hoc solum nulla causa sustentationis adjecta, in qua maximè generalitate se fundat Rebuff.

Vnum nota, quod si pupillus, aut minor alios fructus, 20
vel redditus pecuniarios ratione juris patronatus habeat, ut puta ex præcepto, vel fundatione testatoris, hos benè tutor decimare poterit, quia ad alimoniam sunt apti, notat ex Baeza dict. cap. 23. num. 33. Ioann. Gutierrez d. cap.29. num.17.

Quid autem dicendum sit in patre, quoad præsentatio- 21
nes juris patronatus bonorum adventitiorum filii? merito dubitari poterat, ex eo, quod pater in bonis filii potentius jus, quàm tutor, vel alius administrator habeat; est enim non solùm legitimus administrator, verùm etiam bonorum adventitiorum usufructuarius ex patriæ potestatis vi: Sed adhuc, his non obstantibus, resolvendum est, jus præsentandi in eum non transire, filiumque majorem solum præsentare posse, ex quo in spiritualibus non curatur de patria potestate, ut in specie docent Ferronus in consuetud. Burdegal. tit. de jur. personar. §.1. fol.11. Baeza de decim. tutor. cap.23.n.30. Ioann. Gutierrez de tutel. 3.p.d.c.29.n.14. Vivian. de jure patron. 2.p.c.2.n.8. cum seqq. Praxis tamen est in contrarium; nam frequenter parentes præsentant; sed oritur quidem ex filiorum tollerantia, qui plerumque parvuli, & sub patria potestate manentes id non contradicunt, vel potius jura hæc sibi competere, ignorant.

Quoad curatorem hæreditatis jacentis breviter etiam 22
resolvendum est, eum rectè ad beneficia præsentare ratione juris patronatus hæreditatis, ut communiter notant Campanil. in divers. jur. Canon. rubric.51.c.53.nu. 360. in med. Pat. Sanchez lib.2. consil. moral. c.3. dub.71. num.32. Nicol. Garzia de benefic. 5.p.c.6. ex n.1. Vivian. de jure patronat. lib.12.c.9.n.44. cum. seqq. August. Barbos. de univers. jur. Eccles. lib.3.c.12.n.230.

§. VII.

§. VII.

ARGUMENTUM.

De acquisitione, sive exercitio præsentationum ratione juris patronatus in sequestre, depositario, conductore, & creditore: an præsentare, possint ratione juris patronatus cum Villa, aut Castro, cui inhæret, sequestrati, conducti, pignorive dati? & denique quid in Fisco ratione confiscationis? Pluraque circa depositarium, aut sequestrem voluntarium, vel necessarium, seu mixtum quando possidere, dicatur, vel non? & locatione, aut venditione, quid quando jus patronatus principaliter, vel accessoriè locatur, aut venditur: vel tamquam Castro, aut Villæ adhærens, ut Apostolica licentia, pro vitanda simonia, requiratur, vel non? Et in confiscatione plenè distinguitur inter jus patronatus accessorium, seu rei cohærens, vel principaliter per se subsistens, familiare, sive gentilitium, vel hæreditarium, aut personale: Et inter Judicem laicum, vel Ecclesiasticum damnantem, aut confiscationem indicentem.

SUMMARIUM.

1 *Proponuntur in hoc §. Principaliter tractanda quæstiones.*

2 *Agitur de prima quæstione circa sequestrem; vel depositarium, an sequestrato majeratu, vel Castro, aut præbenda, cui jus patronatus, vel conferendi est annexum, præsentandi, aut conferendi facultas, ut aliorum fructuum perceptio, in eos transeat?*

Refertur, & fundatur affirmativa opinio, ibid.

Præsentare, vel conferre beneficia in fructu reputatur, ibid.

3 *Ad sequestrem, aut depositarium fructus colligere, seu percipere, durante lite, spectat.*

4 *Sequester plerumque bona fide possidet:* ad text. in l. licet, §. Rei depositæ, ff. de posit. Clement. unic. de sequestr. possess. & fruct. *declara infrà ex num. 11. ibid.*

4 *Referuntur Doctores pro hac affirmativa sententia resolventes.*

6 *Pro contraria sententiâ adducitur* l. interesse 39. ff. de acquirend. possess. *qua imò sequestrem, vel depositarium non possidere, probari videtur.*

7 *Sequester, aut depositarius non propria, sed alterius nomine, fructus colligit, ne dissipentur, sed penes eos vero domino custodiantur.*

8 *Sequester, vel depositarius, si ad præsentandum admittentur, necessariò dissiparent fructus præsentationum, eos ipso præsentandi actu consumendo; declara infrà, num. 19.*

9 *Adducitur pro confirmatione* text. in cap. cum Bertoldus, de re judicat. & infr. num. 20.

Creditor facere præsentationes juris patronatus pignori dati prohibetur: ibid.

Creditor fructus restituere debitori, vel in sortem imputare debet, ibid. & infrà n. 20.

10 *Doctores pro hac negativa opinione.*

11 *Distinguitur, pro concordia, inter sequestrationem necessariam jussu Iudicis, & voluntariam de consensu partium: & mixtam: & in unaquaque quid dicendum?*

12 *In sequestrem necessarium non transfertur possessio: secus in voluntarium, & num. præcedent. & 13.*

Declaratur jura in dict. l. licet, §. Rei depositæ, ff. de posit. cum dict. leg. interesse, de acquirend. possess. *ibid.*

15 *Sequester ex consensu partium potentius jus ad præsentationes habet.*

16 *Intelliguntur Doctores contraria affirmativa sententia.*

Differentia inter sequestrum, & depositum ad dict. l. licet, §. Rei depositæ, *ibid.*

17 *Quid in sequestro, aut deposito mixto?*

19 *Sequester voluntarius eos tantum fructus servare, & restituere tenetur, quos ex sua natura servare valeat: vel saltim eorum æstimationem.*

20 *Intelligitur* text. in dict. cap. cum Bertoldus, de re judicata.

21 *Beneficio in Commendam dato, cui ius præsentandi est annexum, Commendatarius præsentat.*

Comendatarius frequenter fructus lucratur, ibid.

22 *Quid in secunda huius §. principali quæstione: creditoris videlicet, iure patronatus pignori dato: an ei præsentare liceat?*

23 *Resolvitur pro negativa sententia; comprobatur per text.* in cap. cum Bertoldus, de re judicat. *ibidem.*

24 *Dominium, vel saltim iuris patronatus possessio ad præsentandum requiritur.*

25 *Fructus pignoris non lucratur creditor, sed eos in sortem imputat, aut restituit.*

26 *Creditor, si præsentaret, necessariò lucraretur fructus Patronatus.*

27 *Referuntur Doctores in specie resolventes.*

28 *Resolvitur contrarium in nostra* l. 9. tit. 15. part. 1. *Ab ea, ut iuri Canonico in re spirituali adversanti, receditur.*

29 *Quid in conductore majeratus, castri, aut universitatis bonorum, seu præbendæ, cui ius patronatus, vel conferendi cohæret, an ei debeatur conferendi, vel præsentandi fructus?*

30 *Distinguitur inter conductorem ad longum, vel ad modicum tempus.*

In conductorem ad longum tempus ius utile, seu dominium transfertur: secus si ad modicum conduxerit, ad text. in l. 1. §. Quod autem, ff. de superficieb. *ibid.*

31 *Intelligitur juxta hanc sententiam text.* in cap. ex litteris, de jure patronat.

33 *Quid in jure conferendi, & aliis iuribus spiritualibus, quoad laicum conductorem?*

35 *Admittitur, ut verior, affirmativa opinio, indistinctè conductori, etiam ad modicum tempus præsentationes tribuens.*

Adducitur pro ea text. in dict. cap. ex litteris, *ibidem.*

36 *In conductorem ad modicum tempus, & si nullum dominium transeat, transit tamen commoditas, seu fructus percipiendi facultas, & n. 38.*

37 *In fructuum perceptione non curatur de brevi, aut longa renascentia.*

39 *Præsentationes, & si quid spirituali annexum sint, transferuntur cum universitate bonorum, ut ipsum jus patronatus.*

40 *Iuris decimandi commoditas rectè in conductorem ad modicum tempus transfertur.*

41 *Confirmatur superior affirmativa opinio ex nostra* l. 9. tit. 15. part. 1.

42 *Leges Partitæ plures inter Doctores de iure communi ortas controversias sedarunt.*

43 *Limitatur superior affirmativa sententia, si per dominum locatorem ius præsentandi in locatione fuerit exceptum.*

44 *Ius patronatus, ut in locatione, quoad præsentationes, necnon in venditione, & similibus contractibus cum universitate bonorum, seu aliter accessoriè transeat, requiritur, ne principaliter in his contractibus ipsum ius specificetur, ut vitetur simonia.*

45 *Quid si venditionis contractus ita concipiatur?* Vendo tibi castrum cum jure patronatus: *vel* vendo castrum & jus patronatus, *& num. sequentibus.*

46 *Quid si per viam meræ declarationis jus patronatus specificetur?*

47 *Dictionem* cum, *&* &, *quæ sit natura, & nu. sequentibus.*

48 *Adducuntur singularia ad rem jura* in l. 1. §. 1. & in l. si cui, ff. de fund. instruct. vel instrument. legat.

49 *Quid si jus patronatus, Castro, aut oppido sub præfatis venditionis formulis alienato, ipsi castro cohæreat, vel principaliter per se subsistat? & num. seqq.*

50 *Quid si vendantur servus, equus, vel alia separata res cum jure patronatus?*

51 *Proponitur ultima hujus §. principalis quæstio, quoad Fiscum Regium: An ex confiscatione omnium bonorum, interque jus patronatus invenitur, jus ipsum, vel fructus saltim ratione confiscationis in eum transeat?*

52 *Refertur opinio negativa casu, quo confiscationis pœna per judicem laicum indicatur.*

54 *Secus si per Ecclesiasticum.*

55 *Refertur sententia, in omni casu, bonis generaliter confiscatis, indistinctè jus patronatus venire, affirmans.*

56 *Distinguitur, pro concordia, inter jus patronatus rei confiscatæ cohærens; & quod per se principaliter subsistit: ut illud in Fiscum transeat: secus vero istud: & num. seqq.*

57 *Intelliguntur, juxta hanc distinctionem, Doctores negativæ sententiæ.*

58 *Declaratur in hac re sententia Cardinal. Ioan. Bapt. Luc.*

59 *Adducitur, pro majori declaratione, alia notabilis distinctio inter jus patronatus hæreditarium, & gentilitium, sive familiare, in quo jure sanguinis, sive majoratus, succeditur: & num. seqq.*

60 *Ius patronatus gentilitium, sive majoratus, stante bonorum, quibus adhæret, confiscatione, pro vita tantum damnati ad Fiscum transit: si verò hæreditarium sit, in perpetuum: ibid. & n. 61.*

62 *Ius patronatus personale, & per se subsistens nullo modo in perpetuum, vel ad tempus in Fiscum transfertur.*

63 *Intellige, si per Iudicem laicum confiscatio indicatur: & quid si per Ecclesiasticum?*

64 *Iudicis Ecclesiastici in hoc casu sententia non sequuta, ad quoscumque hæredes delinquentis jus patronatus pertinet.*

1 PLures in hoc §. principaliter tractandæ veniunt quæstiones circa sequestrem, nimirum, depositarium, conductorem, creditorem, & Fiscum, an præsentare, vel conferre eis debeatur, si fortè Castrum, seu majoratus, vel præbenda, cui patronatus, vel conferendi jus est annexum, sequestretur, locetur, in pignusve, aut confiscationis causam capiatur? Quæ dubia, aut quæstiones, ut clarius absolvam, separatim unamquamque proponam, & discutiam.

2 Primò igitur, sequestrato majoratu Castro, vel oppido, aut præbenda Ecclesiastica, cui Patronatus, vel conferendi jus cohæret, dubitant valdè Doctores, an præsentandi, vel conferendi jus, ut aliorum fructuum perceptio, in sequestrem, vel depositarium transeat? Et primò pro parte affirmativa extat illa sæpius in hoc capite repetita conclusio, quod conferre, vel præsentare beneficia in fructu sit, *cap. consultationibus, de jure patronat. cap. cum Bertoldus, de re judicat.* & latius dicta *supra in*
3 *princ. cap. præcedent. ex n. 3.* ad eumque † pertinere, ad quem & colligere, aut percipere fructus spectat; quare, & ad nostrum etiam sequestrem, qui ad id principaliter assignatur, ut lite pendente, vel alia causa sequestri durante, de re sequestrata curet, fructusque recolligat, sive percipiat, ut communiter notant DD. per text. *in Clement. unic. de sequestrat. possess. & fruct.* Innocent. & alii proximè referendi.

Secundò facit, quod sequester plerumque possidet, 4
text. vulgar. *in l. licet, §. Rei depositæ, ff. de posit. dict. Clement. unic. de sequestrat. possess. & fruct.* ubi Canonistæ, Bald. Salicet. & alii antiquiores *in l. unic. Cod. de prohibit. sequestrat.* & quidem bona fide, quia authoritate Iudicis, vel consensu partium ad regul. *in l. juste, de regul. jur.* undè & fructus, inter quos est, conferre, aut præsentare, percipere posse videtur, ut quilibet alius, maximè bonæ fidei fidei possessor, juxta §. *Si quis à non domino, Instit. de rer. divis. l. bona fidei 48. ff. de acquir. rer. domin.*

Ex quibus, & aliis rationibus hanc sententiam affirma- 5
tivam indistinctè docet ex Innocent. & Ioan. de Lignan. *in cap. examinata, de Iudic.* Paul. & Cardin. *in d. Clemen. unic. de sequest. possess. & fruct.* Federic. de Sen. *in cons. 66.* incipit *in sequestro posito,* Felin. *in cap. cum Bertholdus, num. 30. de re judicat.* qui sic per Rotam decisum testatur, dum ipse esset Auditor, & alia decis. Rotæ *in antiq. 323.* Ioann. ab Imol. *in dict. cap. examinata, num. 11. de Iudic.* & ibidem Barbat. *num. 68.* Roch. de Curt. *de jure patronat. in vers. Ipse, vel is à quo, quæst. 32. num. 71.* & hanc esse magis communem opinionem dicit Cæs. Lambertin. *de jure patronat. 2. par. lib. 1. 9. quæst. principal. 1. membr. num. 3. & 5.* Gregor. Lopez *in l. 9. tit. 15. part. 5.* in verb. *Empennado, & in l. 1. tit. 9. part. 3. gloss. Debela guardar,*, Petr. Andr. Gamb. *de potestat. legat. a later. in commend. benefic. num. fin. in tract. DD. tom. 13. part. 2. fol. 181. col. 4.* Baez. *de decim. tutor. c. 20. num. 16.* Valer. Reginal. *in prax. for. pœnit. lib. 30. tr. 3. nu. 245.* Pat. Azor. *institut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 25. quæst. 17.* Hieron. Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. gloss. 23. n. 17.* Gigas *de pension. q. 72. num. 3.* & resolvens contra distinctionem proximè referendam Ioann. Gutierrez *de tutel. & cur. 3. par. cap. 7. ex num. 15. & 18.* Nicol. Garzia *de benefic. part. 5. cap. 6. ex num. 1.*

Pro contraria autem sententia facit primò, quod se- 6
quester, vel depositarius non videtur possidere, nisi id expressè actum sit, ut probat text. *in l. interesse 39. ff. de acquirend. possess.* & tunc maximè in sequestro judiciali, cum necessario fit, loquentes Rota per Alexand. Ludovis. *decis. 9.* Iacob. Mandel. de Alba *cons. 75. numer. 2. & cons. 78. num. 3.* Menoch. *de recuperand. possess. remed. 3. ex num. 86.* Anton. Pichard. *in §. Præterea, instit. quibus mod. re contrah. obligat.* Caroc. *de sequestr. par. 1. quæst. 4. ex num. 2.* Gamm. *decis. 277. num. 3. & decis. 331. num. 3.* Azeved. *ad rubr. tit. 12. lib. 4. recopilat. num. 7. cum seqq.* Cald. Pereir. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 21. nu. 3.* & ex Menoch. & aliis Paz. *de tenut. cap. 19. n. 31. & 32. & e. 1 n. nu. 41. & 42.* & per Gloss. Bart. Alexand. & alios plures Trentacinq. *variar. resol. lib. 3. res. 12. vers. In hoc sequestro, tit. de solut. fol. 108.*

Secundò facit, quod sequester, vel depositarius, li- 7
cèt fructus colligat, vel percipiat, & multoties possideat, id tamen non proprio, sed nomine alieno facit, ne fructus dissipentur, sed penes eum custodiantur, ut victori restitui possint, *cap. 2.* ubi DD. *de sequestrat. possess. &*
fruct. † cum ergo, si sequester præsentaret, eo ipso fru- 8
ctus dissiparentur, nec possent restitui vincenti, quia in ipso actu præsentandi consumpti manerent, ut probavimus supra hoc *c. 31. n. 25. & alibi sæpè.* Igitur à præsentationibus sequester, vel depositarius arcendus videtur:
† & confirmari, potest per text. *in cap. cum Bertholdus,* 9
de re judicat. ubi creditor habens in pignus jus patronatus cum universitate bonorum, non præsentat, quia nomine alieno possidet, & fructus debitori restituere, tenetur, vel in creditum imputare.

Et in specie pro hac negativa sententia contra Inno- 10
cent. resolvunt Hostiens. *in d. cap. examinata, de Iudic.* &

ibidem

Digitized by Google

ibidem Anton. de Butr. & Abb. *num.* 15. & eam communem opinionem dicit Corset. *in eodem text. in vers. Successivè quæritur*, Renat. Choppin. *de Deman. Franciæ*, *lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 8. & postea resolvit, contra Innocent. & alios, Cevallos *commun. contr. commun. quæst.* 740. *n.* 3. & 4.

11 Pro quorum tamen dissentientium Doctorum conciliatione extat optima distinctio, & concordia, cui ut veriori, magisque in praxi sequutæ adhæreo: aut igitur sequestratio est merè necessaria, ut si, jubente judice, fiat: aut est voluntaria de consensu partium: vel mixta, de voluntate, scilicet, litigantium, & simul judicis præcepto facta: In primo casu sequestrem, seu proprius depositarium præsentare, aut conferre, non posse, dicendum est, quia neque in eum possessio transfertur, nisi id expresè per judicem actum sit, ut apertè probat text. *in dict. l. interesse* 39. *ff. de acquirend. possess.* qui in hoc casu intelligi, debet, juxta proximè referendos: In secundo verò casu contrarium est resolvendum, imò sequestrem conferre, aut præsentare, posse, ex quo in eum transit possessio.

12 Et ita in specie hæc distinctio, quoad dictos primos duos casus, expresè probatur *in dict. l. licet*, §. *Rei deposita*, *ff. de posit.* quem text. cum *dict. l. interesse*, quoad translationem possessionis cum dicta distinctione conciliant ex Bald. & Salicet. *in l. unic. Cod. de prohibit. sequestrat.* Gloss. & Bart. *in dict. l. interesse puto*, *num.* 1. Abb. *in cap.* 2. *num.* 4. *de sequestrat. possess.* optimè noster Gregor. *in l.* 1. *tit.* 9. *part.* 3. *glos.* 2. Guid. Pap. *decis.* 246. *nu.* 6. Grammatic. *decis. Neapol.* 51. *numer.* 2. Cassador. *decis.* 14. *sup. reg.* 12. Tiraquel. *de jur. constit. limit.* 17. *nu.* 6. Menoch. *de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 86. *cum sequentib.* Carroc. *de sequestrat. part.* 1. *quæst.* 4. *ex num.* 2. Gamma *decis.* 277. *num.* 3. & *decis.* 331. *num.* 1. Iacob. Mandel. de Alb. *cons.* 75. *num.* 2. Rota per Alexand. Ludovis. *decis.* 9. Corras. *lib.* 2. *miscell. cap.* 12. Matth. Coller. *de process. execut.* 1. *part. cap.* 2. *ex num.* 58. & 64. & *in tract. de sequestr. cap.* 6. Mohedan. *decis.* 14. *de restitut. spoliat.* Sarnen. *in regul. de annal. quæst.* 46. Mandos. *in eadem regul.* 14. *quæst.* 43. *num.* 5. & 6. D. Sahagun *in repetit. cap.* 1. *de sequest. possess. & fruct. num.* 9. Pichard. *in* §. *Præterea*, *ex numer.* 1. *Instit. quib. mod. re contrah. obligat.* Seraphin. *decis.* 746. *num.* 3. Azeved. *ad rubr. tit.* 12. *lib.* 4. *Recopilat. numer.* 7. *cum seqq.* Cald. Pereyr. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 2. *numer.* 3. benè explicat Rodrig. *de privileg. credit.* 1. *part. artic.* 6. *ex num.* 10. *cum seqq.* Castill. *de aliment. capit.* 13. *numer.* 8. & 9. D. Salgad. *de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 18. *n.* 34. & 35. & pleniùs *in Labyrinth.* 1. *part. cap.* 11. §. 1. *nu.* 29. Augustin. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 234. *cum duob. seqq.*

13 Qui omnes illud in hac re constituunt discrimen inter depositarium, seu sequestrem voluntarium, qui ex voluntate ambarum partium designatur: & necessarium, qui judicis authoritate præponitur, ut ille, possideat, hic autem nullo modo; quod in sequestro necessario, & judiciali intellige, nisi id actum sit per judicem, ut in eum possessio transferatur, ut benè declarant Pat. Molin. *de justit. & jur. disputat.* 1223. *litt. D. vers. Quod vero ad ultimum attinet*, *per tot.* Iacob. Mand. de Alb. *cons.* 75. *num.* 2. & *cons.* 78. *num.* 3. & per Bart. Alexand. & alios, Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 3. *resolut.* 12. *vers. In hoc sequestro*, & *vers. Sequentib. tit. de solut. fol.* 108. Paz *de tenut. cap.* 10. *num.* 41. & 42. & *cap.* 19. *num.* 31. & 32. quod tamen evidenter apparere, debet, Rodrig. *de privileg.* 1. *part. dict. artic.* 6. *ex num.* 10. & probari, nec alias præsumitur, Noguer. *allegat.* 25. *nu.* 199. Salgad. *in Labyrinth. dict. cap.* 11. §. 1. *num.* 29. *in fin.* & 30. Capyc. Latr. *decis.* 137. *numer.* 6. Dominic. Antunex de Portug. *de donat. Reg.* 3. *p. capit.* 28. *n.* 93.

14 Iuxta quam communissimam distinctionem similiter ad nostram quæstionem collationis, vel præsentationis resolvendum est, sequestrem, vel depositarium voluntarium conferre, aut præsentare, posse ex eo, quòd possidet; secus verò necessarium, qui nullam possessionem habet, sed dumtaxat meram custodiam, ut doctè in specie distinguunt Ioan. Selva *in tractat. de benefic. part.* 2. *quæst.* 9. *ex num.* 8. & *per tot. in volum. DD. tom.* 15. *part.* 1. *fol.* 38. Roch. de Curt. *in tract. de jure Patronat. in verb. Ipse, vel is, quæst.* 36. Rebuff. *de nominat. quæst.* 14. *nu.* 127. & 128. Prob. ad Monach. *in cap. nullum, de tempor. ordinan. in* 6. *num.* 5. Petr. Gregor. *de benefic. capit.* 38. *num.* 18. & licèt nullo in specie hujus distinctionis relato, juxta eam resolvunt August. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.* 3. *dict. cap.* 12. *num.* 233. *cum duobus sequentib.* Dominic. Antunez de Portug. *de donat. Reg.* 3. *part. dict. cap.* 28. *num.* 92. & 93. qui Innocentii, & aliorum sententiam indistinctè pro depositario, aut sequestre resolventium, in sequestre voluntario, in quem possessio transfertur, intelligunt: 15 † Quibus etiam adde, pro ratione differentiæ, sequestrem ex voluntate partium non solum possidere, sed & potentius jus, & facultatem præsentandi ex consensu partium habere, videri.

16 Et insuper hic DD. intellectus ex eo comprobari potest, quòd ferè omnes, qui præsentationes admittunt, loquuntur in sequestro, quod propriè in specie sumptum à deposito in eo principaliter differt, quòd in illo rei depositæ possessio, & dominium ex partium voluntate plerumque in sequestrem transit: secus verò in deposito, ut clarè probat text. *in dict. l. licet*, §. *Rei deposite*, *ff. de posit.* ideo loquendo specialiter in depositario, eum præsentare, aut conferre non posse, securè resolvit Augustin. Barbos. *lib.* 3. *de jur. Ecclesiastic. dict. cap.* 12. *num.* 236. ex quo in eum nec dominium, nec possessio transfertur *glos.* 2. *in fin. cap. bonæ fidei*, *de deposit.* Ant. Gomez *in l.* 45. *Taur. nu.* 5. & *lib.* 2. *variar. cap.* 7. *num.* 2. ubi Carlev. Castill. & alios congerit Aillon. D. Salgad. *in Labyrinth.* 1. *part. cap.* 11. *num.* 20.

17 In tertio verò casu præfatæ principalis distinctionis, quando, videlicèt, sequestrum est mixtum de partium voluntate, simulque & de judicii præcepto, idem ac in necessario dicendum est, ut singulariter animadvertunt Selva, & Rebuff. *in loc. citat.* quia prævalet necessitas, & præceptum judicis, ejusque effectus, qui non immutantur: ex quo partes necessitati huic libenter obtemperent, cum & necessariò id facere debeant.

18 Qua distinctione faciliter diluuntur fundamenta superius pro utraque parte objecta, maximè quoad facultatem percipiendi fructus, vel non, ratione possessionis, vel ejus defectus.

19 Nec obstat sequestri voluntario, quem conferre, vel præsentare, diximus, quòd fructus victori servare, & restituere, teneatur, quare præsentare, aut conferre, non posse, videri, dicebamus, quia hoc est, disponere, & consumere fructus in ipso actu præsentationis, ut superius diximus, nam hæc restitutio, vel fructuum reservatio intelligi, debet de fructibus, qui juxta ipsorum naturam servari, possunt, vel saltim eorum valor, non verò de nostris collationibus, aut præsentationibus, quæ juxta eorum naturam, in ipso actu conferendi consumuntur; ideò rectè sequester voluntarius confert, aut præsentat ratione suæ possessionis, liberæque administrationis, & facultatis tacitè etiam concessæ ex voluntate litigantium, qui & id benè cognoverunt, nihil eis ex præsentationibus per sequestrem factis superesse; quæ insuper consumptio ex accidenti venit ex ipsorum nempè fructuum natura, ideo attendi, non debet, ut necessarios juris, & actus gesti effectus impediat: vel quominus sequester suo jure utatur.

20 Nec obstat *cap. cum Bertholdus*, *de re judicat.* quia ibi est certa legitima persona, quæ præsentet, nempe verus dominus; secus verò facta sequestratione, nam, ob litem pendentem, litigantes præsentare, prohibentur, Ioann. Gutierrex *de tutel. & cur.* 3. *part. dict. cap.* 7. *num.* 16. & ex aliis Nicol. Garcia *de benefic.* 5. *part. dict. cap.* 6. *num.* 6.

Iuxra

21 Iuxta quæ, majori cum ratione Commendatarius, cui beneficium in commendam fuerit datum, poterit præsentare ratione juris præsentandi beneficio commendato adhærentis; quia commendatarius percipit, & frequenter lucratur fructus beneficii in commendam assignati, inter quos præsentare connumeratur: notant in specie Archidiacon. in cap. nemo, de elect. in 6. Ioan. Franc. Pavin. de offic. & potest. cap. sed vacant. quæst. 3. 4. part. princip. num. 14.

22 Ex quibus circa sequestrem, vel depositarium dictis, infertur resolutio ad secundam quæstionem hujus §. videlicet, quoad creditorem, penes quem est jus Patronatus cum Villa, aut Castro, sive universitate bonorum pignoratum, an talis creditor conferre, aut præsentare, valeat, uti & alios fructus percipere, ei licet cum onere restituendi, vel in debitum imputandi?

23 In qua quæstione est text. expressus in cap. cum Bertholdus, de re judicat. quo deciditur, creditorem nullo modo præsentare, aut conferre, posse: cujus ratio juxta prædicta est evidens, quia, nimirum, in creditorem nullum dominum, nullaque possessio rei pignoratę transfertur, sed solum nuda detentio, donec debitum persolvatur, l. si pignus 37. ff. de pignorat. action. l. 1. §. Per servum 15. ff. de acquir. possess. cum pluribus D. Salgad. in Labyrinth. 1. part. cap. 11. num. 16. & 17. ideo omni ju-
24 re est destitutus, ut præsentare, possit, † Cum dominium, vel saltim juris Patronatus possessio, ut quis præsentare, valeat, requiratur, cap. querelam, de elect. cap. consulationibus, de jure Patronat.

25 Et insuper ea etiam eleganti ratione creditor ad præsentandum non admittitur, quia fructus pignoris non lucratur, sed imò eos debitori restituere tenetur, vel in sortem imputare, l. 1. & 2. ff. de pignorat. action. cap. 1. & 2. cap. conquestus, de usur. Leotard. de usur. quæst. 11. ex num. 11. Messa lib. 3. variar. cap. 45. ex numer. 1. ideò meritò fructuum perceptione privatur dominus debitor, ut cum eis creditori satisfiat; quod in præsentationibus locum habere, nequit, quia nulla earum pecuniaria
26 æstimatio, est, quæ in debitum imputetur: † Si ergo præsentaret, necessariò fructus Patronatus lucraretur, cum illi, scilicet ipsæ præsentationes jam consumptæ res inæstimabiles sint, tamquam spiritualitati annexæ, ut benè notat ex gloss. fin. in dict. cap. cum Bertholdus, noster Gregor. in l. 4. tit. 15. part. 1. verb. Empennado, quapropter justè præsentationes domino reservantur, quia contra rationem, & æquitatem esset, ut gratis absq; ulla imputatione creditor præsentaret.

27 Et in specie resolvunt ex Paul. de Citadin. Roch. de Curt. Lambertin. & aliis antiquioribus, Spin. de testament. gloss. 4. numer. 118. optimè noster Gregor. ubi proximè, Selva de benefic. part. 2. quæst. 9. numer. 3. in tractat. DD. tom. 15. Tiraquel. post leg. connubial. gloss. fin. numer. 12. Cened. in collect. ad Decretal. collect. 5. num. 15. & Canonicar. quæst. lib. 1. quæst. 10. numer. fin. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 30. numer. 21. 26. & 27. & cum pluribus Rotæ decisionibus Nicol. Garcia de benefic. part. 5. cap. 6. numer. 7. Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 41. num. 27. August. Barbos. de univers. jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. n. 137. Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 1. q. 22. n. 7.

28 Quidquid contrarium expressè statuatur per nostram l. 9. tit. 15. part. 1. quia, cum versemur circa rem spiritualitati annexam, magis juris Canonico in dict. cap. cum Bertholdus, & communi opinioni Canonistarum, quàm dictæ legi est standum, ut benè animadvertit Gregor. Lopez in ea, licèt pro contraria sententia eum cum ipsa leg. 9. part. referat Cevallos commun. contra commun. qu. 740. qui tamen in ead. quæstione, à num. 3. contrariam opinionem veriorem cum ipso Greg. Lopez. in glos. verb. Empennado, agnoscit.

29 Quid verò dicendum sit in conductore Castri, vel universitatis bonorum, sive Præbendæ, aut Prælaturæ Ecclesiasticæ, cui jus Patronatus, vel conferendi cohæret: an, ut cæteros hujusmodi rerum fructus conductor percipit, ad præsentationes quoque faciendas, ut fructus juris Patronatus sit admittendus?

In qua quæstione magis communis opinio distinguit 30
inter conductorem in perpetuum, vel saltim ad longum tempus: & inter eum, qui ad modicum conduxit: In illum jus conferendi, vel præsentandi transferri, ferè omnes asserunt, quia ex tali locatione jus utile, vel dominium ei quæritur, text. in l. 1. §. Quod autem, ff. de superficieb. Secus verò in istum, quia nullum jus, vel possessio juris Patronatus in eum transit, sed solum, nomine alieno, hoc est locatoris, possidet, l. non solet, ff. locat. juncta l. genere 3. ff. de acquirend. possess. & ita optimè distinguit Paul. de Castr. in consil. 361. vol. 1. incipit, venerabilis vir, aliàs cons. 57. † Qui in primo casu loca- 31
tionis ad longum tempus intelligit text. in cap. ex litteris, de iure Patronat. ubi jus Patronatus in conductorem transire, clarè deciditur per verba ejus text. qui loquitur de conductore Villæ datæ ad firmam, hoc est, in annuum censum.

Quam distinctionem, & intellectum Paul. de Castr. 32
ex Felin. Beroi. & aliis antiquioribus sequuntur Roch. de Curt. de iure Patronat. vers. Ipse, vel is a quo, quæst. 26. numer. 58. Paul. de Citadin. eodem tractat. part. 9. quæst. 4. Lambert. eodem tract. 2. part. lib. 1. quæst. 8. artic. 2. Rebuff. de nominat. quæst. 17. numer. 53. & 56. aliàs 21. & 23. Selva de benefic. part. 2. q. 10. ubi latè per tot. in tract. DD. tom. 15. part. 1. † Qui in numer. 4. & 5. hoc solum 33
rectè intelligit in jure præsentandi, secus in jure conferendi, quod tamquam merè spirituale, etiam cum universitate bonorum, in laicum transire, non posse, ait; notant quoque Rebuff. de nominat. quæst. 14. numer. 122. & in aliis juribus merè spiritualibus, ad differentiam juris Patronatus, & juris sepulchrorum, Prosper. Fagnan. in dict. capit. ex litteris, de jure Patronat. numer. 6. & 7.

Ultra quos ad plura alia circa præfatam distinctionem 34
videndi Duaren. lib. 3. cap. 8. Petr. Barbos. in l. divortio 8. §. Si vir, numer. 58. ff. solut. matrim. Salzed. ad Bernard. Diaz. regul. 401. 2. ampliat. Gratian. regul. 341. nu. 8. Spin. de testament. gloss. 4. numer. 119. eique magis adhæret noster Gregor. in l. 9. tit. 15. part. 1. in verb. Arrendando, Carroc. de locat. 5. part. rubr. de jure Patronat. Zecchus de benef. & pension. cap. 12. numer. 12. Azor. institut. moral. lib. 6. capit. 10. quæst. 11. & cap. 25. quæst. 18. Genuens. in prax. cap. 102. numer. 5. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 3. numer. 20. Nicol. Garcia de benefic. part. 5. capit. 6. numer. 10. qui etiam pro hac distinctione refert. Baez. de decim. tutor. capit. 22. numer. 12. Gutierr. de tutel. 3. part. capit. 29. numer. 16. sed malè, quia imò partem negativam indistinctè tenent, & Baez. variat, extatque contrarius in eodem tract. capit. 23. numer. 27. in fin. & numer. 32. sed distinctionem hanc noviter sequitur Prosper. Fagnan. in collect. ad jus Canonic. in dict. cap. ex litteris, nu. 11. cum seqq.

Quam distinctionem, licèt communiorem fatear, 35
contrariam tamen sententiam, quæ fortassis verior videbitur, imò in conductorem, sive ad longum, sive ad modicum tempus jus præsentandi indistinctè transire, docuerunt, per dict. capit. ex litteris, de jure Patronat. quem ita indistinctè, & generaliter intelligunt Cardinal. & Abbas ibidem, & Hostiens. col. ultim. Campanil. in divers. jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. numer. 358. optimè contra dictam distinctionem August. Barbos. de univers. jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. numer. 226. &, licèt nulla mentionem facta de superiori distinctione scilicet locationis ad longum, vel ad modicum tempus, docet indistinctè, præsentationes ad conductorem pertinere, Tiraquel. post leg. connubial. gloss. 9. n. 7. & 13.

Quæ sententia ea solidissima ratione fundari, potest, 36
quòd in conductorem ad modicum tempus, licèt non transeat aliquod dominium utile, transit tamen commoditas, sive fructus percipiendi facultas; igitur & præsenta-

Digitized by Google

sentatio, quàm in fructu esse, sæpius diximus, ut benè arguit Cardinal. *ex dict. cap. ex litteris*.

37 Nec huic fundamento obstat responsio Joann. Selva *in dict. tract. de benefic. part. 2. quæst.* 10. *numer.* 2. qui præsentationis fructum ad conductorem pertinere, non debere, ait, ex eo, quòd talis fructus brevi tempore non renascatur; quòd non est ferendum, nam sufficiat, quòd beneficii vacatio, quæ est tempus perceptionis hujus fructus, in tempore conductionis accidat, nec curatur postea de brevi, aut longiori renascentia. Quæ autem sit locatio ad longum, vel ad modicum tempus? tractant D. Molin. *de primogeniis, lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 29. Carvall. *de una, & alter. quart.* 2. *p. n.* 324. *&* 325. Garcia *de expens. cap.* 14. *à princip.*

38 Nec obstat, quòd dominium utile, quoad ipsum jus Patronatus non transfertur, quia hoc non requiritur, ut conductor ejus commoditatem percipiat, sicuti nec in aliis rebus temporalibus id exigitur, sed virtute dumtaxat contractus conductionis lucrantur fructus, sive eos percipiendi facultas in conductorem transfertur.

39 Minusque obstabit, si dicas præsentationes esse quid spiritualitati annexum, unde per se, non translato jure Patronatus, in conductorem transferri, non posse, videntur; quia hoc verum esset, si per se principaliter essent transferendæ, non verò cum inter alios conductionis fructus cum universitate accessoriè transferuntur. Sicuti enim ipsum jus Patronatus titulo venditionis, donationis, vel alio simili cum universitate bonorum transit, *dict. cap. ex litteris*, quare ipsius quoque commoditates, sive præsentationes cum aliis fructibus, vel commoditatibus conductionis accessoriè transferri, non poterunt?

40 Quæ confirmantur exemplo juris decimandi, quod quid spirituale esse, nemo dubitat, ita ut ejus respectu laici incapaces sint, text. *in cap. causam quæ, de præscriptien.* imò nec cum universitate bonorum transire potest, ut nec alia jura spiritualia, ut dixi *supra*, & tamen per locationem beneficii etiam ad modicum tempus factam jus percipiendi decimas in laicum transfertur, ut per text. *in cap.* 2. *de locat.* probat ibidem Abbas *numer.* 3. & ex text. *in cap. ult. ne Prælat. vices suas*, Tiraquel. *de retract. lignagier.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 31. Dueñas *regul.* 249. Rebuff. *de decim. q.* 10. *nu.* 34.

41 Et apud nos hæc affirmativa opinio, ut ad conductorem indistinctè præsentare, pertineat, confirmatur per nostram *l.* 9. *tit.* 15. *part.* 1. cui in re tam dubia, & per
42 DD. Canonistas controversa standum erit. † Cum & id maximè leges Partitæ curaverint, controversias plures de jure communi, aut Canonico inter Doctores ortas dirimere, ut passim per eas fieri, invenimus.

43 Quam resolutionem, ut in conductorem Villæ, aut Castri jus præsentandi ratione Patronatus adhærentis transeat, dupliciter limita, & intellige; primò *ex dict.* text. *in c. ex litteris*, si videlicet per dominum locatorem hoc jus sibi fuerit exceptum, & notant Canonistæ *in eodem tex.* ad omnes alienationes universitatis bonorum, & idem dicitur in *dict. l.* 9. *tit.* 15. *part.* 1.

44 Secundò quòd nostræ præsentationes, sive jus Patronatus cum universitate bonorum transeat, tam in conductione, quàm in venditione, & qualibet alia alienatione declara, ut procedat, cum nihil expresè in his contractibus inter contrahentes actum fuerit: secus verò si jus Patronatus in venditione, vel alio contractu exprimatur: veluti si vendatur Castrum, & jus Patronatus, quo casu talis contractus substineri, non poterit, tamquam de re spiritualitati annexa principaliter gestus, ut constat ex latè traditis per Joann. Andr. *in cap. unic. numer.* 1. *vers. Quæro de quo dubitari vidi, de iure Patronat. in* 6. & ibidem Franc. *num.* 3. *vers. Sed imò:* quidquid contrarium teneat Zerol. *in prax. Episcop.* 1. *part. verb. Ius Patronatus*, §. 8. *dub.* 18. quem reicit Nicol. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 6. *numer.* 11. qui etiam in *numer.* 12. ex eo increpat Petrum Rebuff. *in tract. de nominat. quæst.* 14. *numer.* 120. ex quo in hoc loco dixit, jus conferendi in conductorem Episcopatus transire, si specialiter hoc fuerit actum, sed immeritò quidem, quia hoc non resolvit Rebuff. *in numer. sequent.* imò tamquam simoniacum talem contractum reprobat, & insuper nec tacitè cum universitate bonorum jus conferendi tamquam quid merè spirituale transire, posse, ait.

Quid autem dicendum sit si venditio, aut contractus 45
fiat, non ita expresè principaliter circa jus Patronatus, ut in dicta formula, vendo tibi Castrum, & jus Patronatus, sed sub his verbis concipiatur: vendo Castrum cum jure Patronatus: in quo casu benè transire tamquam accessoriè venditum, eo tamen solum expresso per viam declarationis, tenent Abbas, Marian. Soccin. & alii antiquiores *in cap. querelam, de simon.* qui distinguunt inter has formulas, vendo Castrum cum jure Patronatus: vel vendo Castrum, & jus Patronatus: ut in primo casu tamquam accessoriè cum universitate transeat: secus verò in secundo; pro qua distinctione ex doctrina Joann. Andr. *in dict. cap. unic. de jure Patronat. in* 6. Abb. *in cap. illud, eodem tit.* Decius *cons.* 172. incipit, *plura dubia*, resolvit latè Roch. *de iure Patr. in verb. Ipse, vel is, quæst.* 25. ubi plenè de hac materia ad similes casus; sequitur Gregor. Lopez *in l.* 8. *tit.* 15. *part.* 1. *gloss.* 8. sed hanc distinctionem optimè reprobat Felin. *in dict. capit. querelam, in ult. col.* qui in neutro casu jus Patronatus transire, resolvit; sequitur cum validissimis fundamentis comprobans Lambertin. *de iure Patronat.* 2. *part. lib.* 1. *in* 5. *quæst. principal. artic.* 20. *num.* 12. usque *ad fin.* & huic sententiæ tamquam tutiori propter periculum simoniæ noviter adhæret Prosper. Fagnan. *in dict. cap. ex litteris, num.* 64. *de iure Patronat.* qui in *numer.* 26. † 46
Tunc benè transire, admittit, juxta Gemin. Ioan. Andr. & Franc. *in dict. cap. unic.* quando per viam declarationis jus Patronatus exprimitur, ut si dicatur, vendo Villam cum omnibus suis juribus, idest jurisdictione, jure Patronatus, &c.

Sed adhuc à superiori Abbat. & aliorum communi 47
distinctione ex differentia inter verbum, seu conjunctionem, *&*, & *cum* recedendum non videtur, propter harum dictionum notam omnibus naturam, quæ est, conjungere: sed illa principaliter, ista verò accessoriè conjungit.

Pro qua distinctione sunt jura expressa, quæ miror per 48
Doctores non animadversa *in l.* 1. §. 1. *& in l. si cui, ff. de fund. instruct. vel instrument. legat.* in quibus in similibus legatorum formulis *fundi, & instrumenti:* vel *fundi cum instrumento*, hæc differentia satis expresè ostenditur, &, ultra alios, explicat eleganter Bart. in eisdem juribus.

Sed quia in hoc dubio articulo urget adhuc ad diffici- 49
lem casum (de quo infrà) non levis difficultas; pro pleniori explanatione, præfatam Abbatis distinctionem quoad secundum casum veram haberem eo solum casu, quo jus Patronatus venditum sub dictione *cum* aliàs Castro, aut Villæ principaliter venditæ accessorium esset, sive cohæreret, quasi tunc dumtaxat quod tacitè inest, & aliàs accessoriè in venditione necessariò veniret, exprimatur sub dictione *cum*: secus si per se jus Patronatus principaliter subsisteret; quia in hoc casu, etsi sub dictione *cum* in venditione Castri exprimatur: & quamvis virtute hujus dictionis accessoriè videatur venditum, intelligi debet, quoad contractum venditionis, ut minus principaliter, quàm Castrum sit venditum, non ut ipsum jus Patronatus Castri accessorium sit factum, vel ei cohærere dicamus? quæ accessio est, quæ principaliter requiritur in *dict. cap. ex litteris*, ut cum re vendita, vel aliter alienata absque Episcopi, vel Apostolica licentia transeat.

Quæ declaratio, & subdistinctio ad distinctionem 50
Abbatis clarè ex eo comprobatur, quòd si in venditione

Castri

Castri cum jure Patronatus, jus hoc ratione accessionis inductæ per dictionem cum indistinctè sine Pontificia licentia transferri, diceremus, etiam si ipsum jus alias Castro non cohæreret, idem necessariò fatendum esset in cujuslibet alterius rei alienatione, ut puta servi, equi, similisve rei, cui jus Patronatus numquam inhæret; nam etiam si in tali alienatione jus Patronatus sub verbo cum exprimeretur ex vi accessoriæ conjunctionis cum, absque ulla Ecclesiastici licentia transiret: quod manifestum absurdum foret, quia his mobilibus rebus numquam jus Patronatus cohæreret, ut earum accessorium dicatur: & accessio ex dictione cum est solum quoad formam, & alios effectus contractus, nimis accidentalis in nihiloque influens ad naturam, & substantiam rerum, ut connexæ, seu inter se cohærentes habeantur, quam certè connexionem, vel adhæsionem textum in dict. cap. ex litteris, & Canonistas voluisse, constat, ex quo regulariter omnes non tantùm juris Patronatus Villæ, aut Castro simplicem cujuslibet alterius respectu accessionem requirunt; sed, & quòd ei cohæreat, vel annexum sit: aliàs quippe cuilibet facile esset, jus Patronatus vendere, seu alienare sub alterius rei mobilis parvæ æstimationis venditione principaliter ad rem istam profanam concepta, & adjecta dictione cum ad jus Patronatus.

51 Quoad ultimam verò partem hujus §. circa confiscationem, an per eam generaliter in omnibus bonis alicujus factam inter quæ jus Patronatus invenitur, id, vel fructus saltim præsentationis in Fiscum transeat? mul-
52 runt variant Doctores; † Pro negativa sententia extant plures eo casu, quo confiscationis pœna per Iudicem laicum indicatur eo, quod hic de re spirituali disponere non possit, Felin. in capit. quanto, col. 3. de Iudic. & ibidem Barbat. num. 17. Bart. in extravag. ad reprimendam, verb. Revelandum, Bertachin. in tractat. de Episcop. part. 4. vers. Vigesimo quaro, numer. 69. Afflict. in cap. unic. §. ex eadem lege, numer. 9. de legib. Corrad. in usib. feudor. Lambertin. de jure Patronat. lib. 3. quæst. 8. Guid. Pap. decis. 341.

53 Et, ultra alios antiquiores, referendo pro hac negativa sententia Antagonistas, Gigant. d. crimin. læs. Majestat. lib. 2. tit. de pœn. committ. crim. læs. Majestat. qu. 4. per tot. & Farinac. in prax. criminal. quæst. 25. numer. 151. cum seqq. & Peregrin. de jur. Fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 72. & 21. (sed male, quia id indistinctè Doctores hi non resolvunt, sed cum distinctionibus proximè per nos referendis) hanc negativam sententiam indistinctè tenent Iacob. Simanc. de Catholic. instit. tit. 9. ex num. 25. Pat. Azor. institut. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 20. Emanuel. Acost. in cap. si pater, de testament. in 6. verb. Trebelliánica, numer.

54 Ubi, pluribus relatis, distinguit inter confiscationem à Iudice Ecclesiastico factam, vel à Iudice laico: & in primo casu jus Patronatus indistinctè venire, ait, secus verò in secundo, Carpan. ad novas constitut. Mediol. cap. omnium, numer. 429. ubi ita decisum refert, Mart. Laudens. de Fisc. quæst. 4. Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 40. ex numer. 1. Et alios plures congerentes Sebastian. Guacin. de confiscat. bonor. concl. 13. limitat. 32. per tot. Pat. Sanchez in præcept. decalog. lib. 2. capit. 19. num. 5. Anton. Ricciul. de jur. personar. extra grem. Eccles. existent. lib. 5. cap. 34. Giurb. ad constitut. Messan. cap. 1. gloss. 2. numer. 46. & novissimè hanc partem sequitur eam in Iudiciali foro hodie extra controversiam esse, asserens Gigant. Farinac. Peregrin. Vivian. & Lotter. pro ea referens doctissimus vir Cardinal. Ioan. Bapt. Luca in Theatr. veritat. & justit. lib. 3. part. 1. de jure Patronat. discurs. 38. num. 3. ubi indistinctè pro hac negativa sententia resolvit.

55 Pro contraria autem affirmativa opinione; imò jus Patronatus, bonis generaliter confiscatis, indirectè, & accessoriè venire, resolvunt, latèque defendunt Gloss. in cap. filiis, vel nepotibus 16. quæst. 7. Abb. Bald. & Paul. de Castr. in l. 1. Cod. de bon. quæ liber. idem Abbas in cap. cum laici, & in cap. quante, numer. 6. de Iudic. & ibidem eum sequuntur Cardinal. & Decius numer. 6. Roch. de Curt. de jure Patronat. verb. Ipse, vel is, quæst. 29. n. 69. Ferret. cons. 179. num. 1. & 2. Iul. Clar. receptar. sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 78. vers. Quæro modo. Cæs. Lambertin. de jure Patronat. lib. 3. quæst. 8. artic. 8. numer. 20. qui id ampliat, etiam si à Iudice laico confiscatio indicatur: sequitur Dom. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 26. Ioseph. Ludovic. de jure Patronat. part. 1. lib. 1. quæst. 3. artic. 1. conclus. 42. declar. 13. Spin. de testament. gloss. 4. prin. numer. 116. Pat. Azor. institut. moral. 2. part. lib. 6. cap. 20. quæst. 14. Aufretius de potestat. sæcular. regul. 4. fallent. 21. Farinac. in prax. crimin. part. 1. quæst. 25. ex num. 156. Cald. de nominat. quæst. 21. num. 53. & cons. 7. numer. 36. & 37. & cons. 28. n. 30. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 22. n. 27. & 28. Aloys. Ric. decis. cur. Archiepiscop. Neapol. part. 2. decis. 126. n. 2. & 2. part. decis. 259. & in prax. juris Patronat. resol. 196. & in collect. decis. ad Decret. part. 5. collect. 1731. & plures relati per Cened. in collect. 5. ad Decretal. num. 2. & 3. Suarez lib. 4. de simon. cap. 28. numer. 12. & 17. Ioann. Nicol. Delphinat. de jure Patronat. lib. 2. numer. 220. Reverter. decis. 123. num. 3. ubi Marin. in observat. numer. 2. Tondut. de pension. cap. 35. numer. 24. & alii congesti per Sanchez in præcept. decalog. dict. lib. 2. cap. 19. ex numer. 8. & 10. & per Giurb. ad constitut. Messanens. cap. 1. gloss. 2. numer. 54. & hanc sententiam novissimè sequitur D. Petr. Frassus in tract. de jure Patr. cap. 4. nu. 62.

Inter quorum Doctorum varias sententias illa semper 56
mihi verissima visa fuit concordia distinguentium inter jus Patronatus Castro, aut oppido annexum: & inter id quod de per se competit, & subsistit: ut in primo casu cum universitate bonorum tamquam accessorium, bonis confiscatis, in Fiscum transire dicendum: secus verò in secundo: quam distinctionem optimè referunt, & sequuntur, ut antiquiores omittam, plures congerentes Ric. in prax. Eccles. tit. de jure Patronat. decis. 179. Nicol. Garcia de benefic. part. 5. cap. 9. numer. 26. cum seqq. Melch. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 14. num. 25. cum seqq. Guazin. de confiscat. concl. 13. limitat. 32. num. 18. Pat. Sanchez in præcept. decalog. dict. lib. 2. cap. 19. n. 8. & huic distinctioni assentitur Farinac. in prax. crimin. quæst. 25. nu. 155. cum duob. sequentib. Cast. Palao in oper. moralib. tract. 4. disputat. 5. punct. 5. num. 9. August. Barbos. de potestat. Episcop. 3. part. allegat. 71. num. 45. & de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. numer. 138. & 139. Giurb. ad constitut. Messanens. capit. 1. gloss. 2. num. 54. Fermosin. de confiscat. allegat. 32. numer. 1. Ioann. Baptist. Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. Ius Patronatus, apud quos alios plures congestos invenies.

Iuxta quam distinctionem, ejusque partes loquuntur 57
plures ex Doctoribus superius pro negativa, & affirmativa sententia relatis: quorum multi, postquam sententiam negativam tenuerint, eam intelligunt, & declarant, ut dumtaxat procedat in casu, quo jus Patronatus Villæ, aut Castro non cohæret; nam si cohæreat, benè in Fiscum transire, dicendum, & in emptorem hujusmodi bonorum, si fortè per Fiscum distrahantur, ex generali regula, quòd jus Patronatus, ut accessorium cum universitate, vel re, cui cohæret, transeat: & ita suam negativam sententiam declarant Gigas de crimin. Læs. Majestat. lib. 2. tit. de pœn. committent. crim. Læs. Majestat. dict. quæst. 4. num. penult. & ult. Farinac. in prax. crimin. dict. quæst. 25. num. 155. cum duob. sequent. optimè Melch. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. dict. quæst. 14. num. 26. & 27. &, licèt non ita explicitè, idem ferè tenet Peregrin. de jur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 72. qui imò, quamvis pro sententia negativa per Cardinal. Ioan. Baptistam Lucam, & alios referatur; pro affirmativa resolvit in vers. Contrariam verò. Sed intelligi, debet in jure Patronatus gentilitio, ut proximè dicam.

Ex quibus satisfit authoritati, magni semper haben- 58
dæ

dæ doctissimi viri Ioan. Bapt. Luca *in tract. de jure Patronat. dict. discurs.* 38. *num.* 3. ubi pro negativa sententia indistinctè resolvens, eamque hodie extra controversiam esse asserens, nullo alio fundamento eam confirmat, quàm authoritate Gigant. Peregrin. Farinac. & Lotter. qui, ut vides, contrarium potius, vel non ita indistinctè, id docent.

59 Redeundo ergo ad præfatam nostram concordiam, & verissimam in hac quæstione resolutionem, eam adhuc declarandam censeo sub alia eleganti distinctione, videlicet jus Patronatus hæreditarium, & gentilitium, sive familiare: in primo casu, eum jus Patronatus Castro, vel Villæ adhæret, publicato Castro, & Fisco addicto, in eum in perpetuum transit, vel in emptorem Castri, ut per Gigant. & alios optimè notat Farinac. *dict. quæst.* 35. *n.* 156. *&* 157. in secundo verò casu, cum nimirum, est gentilium, & jure sanguinis defertur, pro vita dumtaxat condemnati ad Fiscum pertinebit; nam, mortuo damnato, in ipsius descendentes jure successionis transibit. Soccin. Iunior. *cons.* 51. *volum.* 2. Mantua *cons.* 5. Gigas in hoc casu intelligendus *de crimin. Læs. Majestat. lib.* 2. *tit. de pœn. committent. crim. Læs. Majestat. q.* 4. *n.* 4. Farinac. *dict. quæst.* 25. *num.* 154.

60 Et in hoc sensu satis expresse loquitur Peregrin. *dict. tit.* 1. *num.* 72. qui, dum partem affirmativam pro Fisco tenet, id expresse limitat, & declarat, ut jus Patronatus penes Fiscum resideat, eo tantùm tempore, quo id Patronus fuisset habiturus, quasi dicat, plus juris in Fiscum ex confiscatione transferri non posse, quam ipse Patronus damnatus habuisset ad text. *in l. lex vectigali, ff. de pignorib. l. peto, §. Prædium, ff. de legat.* 2. quæ jura etiam pro sua limitatione adduxit Peregrin. in qua quidem Peregrini declaratione involvitur secunda nostra distinctio; nam tunc maximè verificatur in jure Patronatus gentilitio, quod jure sanguinis defertur, in quo pro vita tantùm damnati Fiscum succedere, & præsentare, posse, diximus; nam, eo mortuo, Fisci jus resolvitur, & statim descendentibus, vel aliis de familia successori-
61 bus aperitur, & defertur successio: † Quòd in nostris Hispaniæ majoratibus, & aliis fideicommissis perpetuis frequenter servatur, in quibus ob confiscationem bonorum possessoris Fiscus saltim, quoad commoditatem, & usumfructum, durante vita possessoris damnati, succedit, nisi aliud per fundatorem sit cautum, ut comprobat text. vulgaris *in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de jur. Fisc.* D. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 11. *cum seqq. & lib.* 1. *c.* 20. *nu.* 9. de quo plenius *infrà* suo loco dicemus. Quapropter idem in hoc casu dicendum quoad jus Patronatus, si inter res majoratus inveniatur, quia majoratui cohæret, vel saltim cum universitate bonorum confiscata ad Fiscum debet, transire, juxta *sæpius in hoc §. Dicta*.

62 Si verò jus Patronatus personale est, nulli rei cohærens, sed potius per se principaliter, & distinctè subsistit, nullo modo nec perpetuum, nec ad vitam condemnati in Fiscum transibit, sed penes damnatum semper remanebit, etiam post sententiam Iudicis, & confiscationem omnium bonorum, juxta rationem, & Doctores
63 pro principali distinctione proximè relatos; † Sed hoc intellige de sententia Iudicis laici, qui nullam potestatem circa hujusmodi personalis juris Patronatus privationem principaliter indicendam habet: secus verò quoad Iudicem Ecclesiasticum, nam ejus sententia juris Patronatus personalis, sive (intellige) rei non cohærentis, privatoria sequuta, jus Patronatus, si gentilitium sit, ad descendentes, vel alios successores sanguinis statim defertur: Si verò hæreditarium sit, statim evanescit, & Ecclesia libera remanet, ut benè notant Sahagun *in cap. quanto, de Iudic. num.* 27. *cum seqq.* Nicol. Garcia *de be-*
64 *nefic.* 5. *part. dict. cap.* 9. *n.* 28. *&* 29. *&* 30. † Qui etiam addit, quòd Iudicis Ecclesiastici sententia non sequuta, ad quoscumque hæredes extraneos delinquentis jus Patronatus pertinebit.

§. VIII.

ARGUMENTUM.

De acquisitione nostrorum fructuum præsentationis, collationis, electionis, & similium ratione quasi possessionis juris præsentandi, conferendi, vel eligendi, ad text. *in cap. consultationibus, de jure Patronat. cap. quærelam, de elect.* Plenèque tractatur de quasi possessione, & quòd præsentatus à quasi possessore, sit præferendus præsentato à proprietario, nec revocetur, etiam si in Judicio proprietatis evincatur: Et quid si notoriè de defectu juris in proprietate constet: Et quomodo constare debeat? aliqua etiam annotantur circa requisita hujus quasi possessionis: maximè circa bonam fidem: Et si unus ex Patronis, vel electoribus malam fidem habuerit, an, & quando respectu etiam aliorum electio in totum vitietur? Quid in hæredibus, vel cessionariis, an eis absque ulla apprehensione, ex sola cessione, vel aditione hæreditatis, ubi jus Patronatus invenitur, ejus quasi possessio quæratur? Et similiter idem tractatur in aliis juribus incorporalibus: Et quid in hæredibus suis? Et denique an dispositio dict. *cap. consultationibus*, sic noviter derogata per Sacrum Concilium Tridentinum *session.* 25. *cap.* 9.

SUMMARIUM.

1 *Quàm latissimè hujus §. materia pateat, & in forensibus frequentissima sit.*

Versatur circa Patronos, Episcopos, Ecclesiarum capitula, possessores majoratus, & alias personas, de quibus in §§. præcedentibus: an, & quando ratione quasi possessionis collationum, aut præsentationum fructus, sive honorificum emolumentum eis competat? ibi.

2 *Materia hæc plenè hic tractanda, ut principalissima nostri tractatus.*

3 *Nulla alia ratione præsentationes, aut collationes, sive electiones ad juris præsentandi, vel conferendi possessores pertinent, nisi quia istorum jurium fructus reputantur: & numer. præcedent.*

4 *Cuilibet bona fide possessori fructus rei competit.*

6 *Collationes, præsentationes, electiones, & similia potius eis, qui sunt in conferendi, vel præsentandi quasi possessione, quàm proprietariis debentur: & numer. sequent. quid hodie? infr. ex num. 37. & fin.*

7 *Inter plures jus Patronatus prætendentes, prævalet quasi possessio.*

8 *Idem in provisis ab Ordinario, vel alio, qui est in quasi possessione conferendi.*

9 *Amplia, ut nec præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi amoveatur, etiam si per sententiam, postea ipsius jus detegatur nullum: & numer. seqq.*

10 *Semel legitimè facta, sive gesta non retractanda, etiam si ad eum casum devenerint, à quo incipere non possent.*

11 *Collationes, & præsentationes sunt fructus industriales.*

Industriales fructus bona fide à possessore percepti non sunt restituendi, & si postea res evincatur, ibidem.

12 *Collationes, & præsentationes, quamvis fructus naturales essent, adhuc semel à possessoribus facta restitui,*

stitui, sive revocari, non deberent, victis possessoribus in proprietatis iudicio.

In ipso præsentandi, vel conferendi actu sine utilitate pecuniaria consumuntur: ibidem.

13 *Fructus naturales bona fide percepti, & consumpti, evicta re, non restituuntur, si perceptor locupletior factus non sit.*

Collationes, & præsentationes factæ, & maximè in istis, institutione sequuta, fructus consumpti, non extantes dicuntur, dict. num. 12.

14 *Summus Pontifex juri, sive proprietati Patronatus laicorum absque speciali mentione derogare, non censetur.*

15 *Similiter, ut hujusmodi derogationi locus sit, de laicis Patronatus, vel præsentandi jus possidentibus facienda est mentio.*

De veris autem Patronis tunc aliqua mentio non exigitur: ibidem.

16 *Derogationes istæ, etsi expressa mentione Patronorum laicorum, vel possessorum fiant, apud nos non admittuntur, & numer. seqq.*

18 *Declarantur præfata, quòd ad juris præsentandi, vel conferendi possessores collationes, & præsentationes, ut fructus, pertineant, ut dumtaxat procedant, cum super jure proprietatis quæstio, aut dubium vertitur: secus si de ejus defectu in possessore clarè constet, & num. seqq.*

19 *Deficit in hoc casu bona fides in possessoribus ad fructuum perceptionem requisitam.*

20 *Et Iudicium proprietatis possessorium absorbet.*

21 *Nec tunc ad possessionem, sed ad proprietatem respectus habetur.*

22 *Quomodo, & quando de hujusmodi defectu proprietatis constare, sufficiat: an ante institutionem post præsentationem factam? & an per rem judicatam, vel partis confessionem?*

23 *Ante confirmationem præsentationis fructus plenè consumptus dici non potest.*

Est res adhuc integra, nec jus, sed spes tantùm præsentato est quæsita, ibi.

24 *Ante institutionem, vel confirmationem per obitum electi, seu præsentati, non dicitur vacare beneficium.*

25 *Contrarium servatur in collatione, qua facta, statim ante adeptam possessionem jus quæritur electo.*

26 *Nec revocanda, quantumvis postea de proprietate alterius constet, etiam ante adeptam possessionem.*

27 *Vtrum ad præfatum proprietatis defectum in possessoribus probandum publicum instrumentum sufficiat? & num. seqq.*

Publicum instrumentum dicitur probatio evidens, & facere rem notoriam, & evidentissimam: ibidem, & num. 31.

28 *Est probatio probata, incontinenti, & prompta, ac veritas apparens, & nu. 30.*

29 *Exceptionem notoriam, non reiiciendam inducit.*

32 *Ex publico instrumento tres principales præsumptioptiones oriuntur: de quibus, & ad alia multa de magna instrumentorum publicorum probatione, & num. seqq.*

34 *Possessor alias bonæ fidei per publicum instrumentum, cui nihil opponi possit, in malam fidem incidit: remissivè.*

35 *Spoliatus ante omnia restituendus, nisi de notorio defectu proprietatis appareat.*

36 *Sufficit, quòd de dominio, aut jure spoliatoris per publicum instrumentum constet.*

37 *Concluditur ex præfatis, instrumentum publicum, & authenticum sufficere, ut de defectu iuris conferendi, vel præsentandi constet in possessore, ne ad præsentationes, vel collationes in præiudicium veri domini admittatur.*

38 *Intelligitur, si instrumentum non solùm in authentica forma sit, sed etiam ita clarum, ut nihil ei probabiliter, vel saltim coloratè opponi, valeat?*

40 *Prosequitur materia collationis, & præsentationis, sive earum fructuum perceptionis ratione possessionis.*

Agitur plenè de istius quasi possessionis probatione: ibidem.

41 *Ex unica præsentatione, sive collatione constituitur quis in quasi possessione juris præsentandi, vel conferendi.*

42 *Hujusmodi actus, sive præsentatio debet esse ultimus.*

In beneficialibus semper ultimus status, & immediata possessio attenditur: & plura de materia ista: remissivè, ibidem.

43 *Limita, nisi actus, ex quo quasi possessio quæsita prætenditur, factus sit sine alterius præjudicio.*

44 *Item limita, nisi ultima præsentatio unius brevi dumtaxat tempore antiquam alterius præsentandi interverterat possessionem.*

45 *Quæ requisita necessaria sint pro quærenda, & iustificanda quasi possessione iuris conferendi, vel præsentandi, aut eligendi? & nu. seqq.*

46 *Requiritur primò, quòd collationes, aut præsentationes bona fide sint factæ.*

Et de scientia, & patientia illius, in cuius præiudicium quasi possessio quæri, prætenditur, ibi.

Et quòd collationes, aut præsentationes per Ordinarium fuerint admissæ, & effectum sortita, ibidem.

Sintque earum actus clari, & certi, non turbidi, aut æquivoci, ibi.

Et providentes, vel præsentantes suo iure uti, credant, ibid.

47 *Agitur specialiter de bonæ fidei requisito, ut nostra de fructuum acquisitione materia magis cohærente.*

48 *Fructuum acquisitio mala fide procedere, nequit.*

49 *Idem in collationibus, præsentationibus, aut electionibus, ut nullo modo mala fide factæ substineantur, sed ita præsentatus, vel provisus removendus.*

50 *Quid inter plures Patronos, vel electores putativos, si unus mala fide concurrat, an præsentatio, vel electio in totum corruat? & nu. 51.*

52 *Proprietarius, qui non possidet, an, & quando possessorem propria authoritate spoliare, possit? & quid in nostris iuris eligendi, vel præsentandi possessoribus? & num. seqq.*

53 *Refertur Garciæ in hac re distinctio.*

54 *Distinguitur, pro veriori resolutione, inter casum, quo notoriè de mala fide, sive proprietatis defectu constat: vel cum non ita clarè de hoc appareat: in illo casu posse, resolvitur: secus in isto.*

55 *Nullo alio iuris conferendi, vel præsentandi possessore stante, potest proprietarius præsentare, aut conferre, & ita collationis, vel præsentationis fructum percipere, licèt nullam antea habuerit possessionem.*

57 *Iuris conferendi, vel Patronatus hæreditarii quasi possessio utrum in hæredem ex sola hæreditatis aditione absque ulla apprehensione transeat, ut præsentare possit? & num. seqq.*

58 *Refertur negativa opinio per text.* in l. cum hæredes, ff. de acquirend. possess. *de cujus in hoc casu intellectu plenè in numer. sequentibus.*

59 *Idem in cæteris juribus incorporalibus.*

60 *Refertur sententia affirmativa.*

61 *In*

Digitized by Google

61 *In jure exigendi censum, aliisque juribus incorporalibus, & num. 62.*

63 *Quasi possessio in incorporalibus semper eadem jura comitatur, & infr. num. 69. in fin. & 89.*

64 *Distinguitur, pro concordia, inter jus conferendi, sive eligendi, aut Patronatus connexum beneficio: seu dignitati, Castro, aut Villæ: & inter id per se solum subsistens, & persona competens, & infr. num. 70.*

65 *Juris istius dignitati, aut Castro cohærentis quasi possessio non interrumpitur morte antecessoris, sed penes dignitatem remanet, & in successorem absque nova apprehensione ex sola hæreditatis aditione transit, & num. 67.*

66 *Secus in jure Patronatus, vel conferendi, quod personæ cohæret, quia, ea extincta morte antecessoris, extinguitur quoque, & interrumpitur quasi possessio, & num. 69.*

68 *Differentia inter jurium incorporalium cessionem, & successionem ex testamento quoad translationem quasi possessionis, & nu. 69.*

69 *Jurium incorporalium quasi possessionem in hæredem absque nova apprehensione non transire, verius: secus in cessionarium: & nu. prædecent.*

71 *An eum conferendi, vel præsentandi jura dignitati, aut Castro cohærent, necessarium sit, ut eorum quasi possessio in successorem transeat, quòd saltim dignitatis, vel Castri possessionem apprehendat.*

72 *Jurium præsentandi, vel conferendi per se subsistentium, & aliorum jurium incorporalium quasi possessio an saltim absque nova apprehensione in suos hæredes ipso jure transfertur?*

73 *Negativa opinio omnium Doctorum communissima* ex l. cum hæredes, ff. de acquirend. possess. *de cujus intellectu plenè in num. seqq.*

74 *Contrarium verius noviter probari, intenditur, & num. seqq.*

75 *In suis hæredibus rerum paternarum dominium ipso jure statim post mortem patris absque ullo temporis intervallo continuatur, non de novo acquiritur, & num. 80.*

76 *Nulla posterior aditio, nec hæreditatis jacentis fictio necessaria, ut in extraneis hæredibus, & n. 78.*

77 *In suis hæredibus post mortem patris patefit, sive apparet dominium rerum paternarum, quod, vivente patre, licèt sopitum, & sine administratione habent.*

78 *Extraneis hæredibus institutis, inter mortem testatoris, & hæreditatis aditionem inducitur hæreditatis jacentis fictio, penès quam omnia jura hæreditaria, & rerum dominia sint, & hæredi conserventur.*

79 *In hac persona ficta defuncti possessio conservari, non potest, ideo necessariò interrumpitur.*

80 *Nulla differentia assignari, posse, videtur, quoad translationem quasi possessionis inter casum, quo jus Patronatus, vel conferendi ex cessione transfertur, vel dignitati, vel Castro cohærens in extraneos hæredes transit: & cum in id, licèt nulla dignitati connexum sit, hæredes succedunt, & nu. 81.*

82 *Quid quoad translationem possessionis paternæ nobilitatis in filium? remissivè.*

83 *Refertur quædam, juxta aliquos, ratio specialis, ex qua quasi possessio in incorporalibus absque ulla apprehensione, sola cessione transeat.*

Verbum cedere in incorporalibus loco traditionis habetur, ibidem.

84 *Relinquitur cogitandum de resolutione præfatæ quæstionis circa translationem quasi possessionis jurium incorporalium in suos hæredes, absque nova apprehensione.*

85 *Adducitur singularis cautela, ut jurium incorporalium, aliarumque rerum possessio defuncti in quoscumque hæredes transeat.*

Constituti clausula virtute per defunctum in favorem hæredis tempore mortis quoad possessionem suarum rerum adjecta, rectè in hæredem possessio absque ulla interruptione transfertur, ibidem.

87 *Præfata* ex dict. cap. consultationibus, de jure Patron. *ut collationes, præsentationes, sive electiones ad possessores juris conferendi, præsentandi, vel eligendi pertineant, etiamsi semel tantum præsentaverit, absque alia in juris proprietate probatione, an hodie locum habeant, stante novissima Sacr. Concil. Tridentin. decisione, session. 25. cap. 9.*

Hac conciliari decisione non aliter præfata jura, Patronatus maximè alicui competere, posse, statuitur, quàm si ex authenticis instrumentis, vel ex multiplicatis præsentationibus, aut electionibus immemoriali præscriptione probentur, ibi.

88 *In potentioribus personis, universitatibus, & similibus, quid, ultra dicta Concilii, requiratur?*

91 *Superiora omnia ad possessores juris conferendi, vel præsentandi per Sac. Concil. correcta tenuerunt multi.*

92 *Intelligitur Sacr. Concilii correctio, seu dispositio, ut procedat solum cum de libertate beneficii agitur, an juris Patronatus, vel liberæ collationis sit? secus quando supposita, nec dubitata qualitate juris Patronatus inter plures præsentatos à diversis Patronis: sive inter ipsos Patronos invicem jus Patronatus sibi privativè prætendentes contenditur, & num. 93.*

94 *In hoc ultimo casu semper, etiam post Concilium, præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, præferendus præsentato à vero Patrono.*

QUàm latissimè pateat hujus §. materia, & quàm 1
versatissima in forensibus sit, nemo est, qui non videat, cum locum sibi vindicet in Patronis, Episcopo, Ecclesiarum Capitulis, marito, possessore majoratus, feudi, aut emphyteusis, & in quibuslibet personis, de quibus in superioribus §§. egimus, in eis quidem dum Patronatus, vel conferendi jus prætendunt ratione prælaturæ, fundationis, dotationis, sive majoratus, feudi, aut emphyteusis, aliarumve causarum, de quibus supra, frequentiores lites sunt, circa quasi possessionem præsentandi, vel conferendi, ut interim, dum de jure principali agitur, in perceptione horum fructuum, sive in jure præsentandi possidentes manuteneantur.

Quapropter materiam hanc plenè in præsenti tracta- 2
ee, decrevi, tamquam principalissimam nostri tractatus, siquidem nulla alia ratione præsentationes, collationes, aut electiones ad possessores juris conferendi, vel præsentandi, sive eligendi pertinent, quàm quòd hujusmodi præsentationes, vel collationes fructus sint juris Patronatus, vel conferendi, ut probavimus *supra in principio hujus capit. ex nu. 3.* & ex proximè dicendis clarius apparebit.

Ut ergo à ratione, & origine hujus acquisitionis ini- 3
tium sumamus, & quàm de nostra fructuum acquisitionis materia sit, cognoscatur, ea in primis assignanda est principalissima ratio, ut collationes, vel præsentationes ad possessores juris præsentandi, vel conferendi spectent, quòd videlicèt, collationes, vel præsentationes istæ juris conferendi, vel præsentandi fructus sint, ut pec text. *in cap. cum Bertholdus, de re judic. cap. ex litteris, de iure Patronat.* Gloss. celebris *in cap. cum olim, de maioritat. & obedient.* & per alia jura, & Doctores plenius per nos adducta probavimus supra in princip. hujus capit. *ex num. 3.*

Qua ratione, ut cuiliber alii bonæ fidei possessori fru- 4
ctus competunt, *l. bona fidei 48. ff. de acquir. rer. domin.*

§. si

Digitized by Google

§. *si quis à non domino*, *Inst. de rer. divis. cap. gravis*, *de*

5 *restitut. spoliat.* † Ita similiter juris conferendi, vel præsentandi, aut eligendi possessori (intellige semper, bona fide existente, ut infrà dicam) & etiam præsentationes, collationes, aut electiones competere, debent: ita hac ratione expressa per text. *in dict. cap. consultationibus*, *de iure Patronat.* & *cap. querelam*, *de election.* docent eleganter Innocent. *in dict. cap. consultationibus*, *in vers. Possidebat*, & ibidem Hostiens. *num. 3. in eodem vers.* Joann. Andr. *num. 2.* & Panormitan. *in eodem text. in 1. notabil.* & *n. 3. v. Sed ratio decidendi*, & *in d. cap. querelam*, *col. 2.* ubi specialiter de electionibus per eundem text. & in collationibus Bald. *conf. 437.*

6 Et promiscuè tam in collationibus, quàm electionibus, & præsentationibus agentes, quòd hæc omnia potius ad eos, qui sunt in possessione juris conferendi, aut præsentandi, sive eligendi, quàm ad proprietarios pertineant, ex quo istorum jurium fructus fiot, optimè ad rem resolvunt Petr. Baifius *in direct. elect. cap. 2. 1. part. num. 11.* & *12. in tract. DD. to. 15. part. 1. fol. 381. col. 2.* Joann. Selva *de benefic. part. 2. quæst. 7. num. 6. in eodem tom. 15. DD. fol. 38.* Christophor. Rofiniaz. *in tract. de benefic. cap. 1. num. 20.* & *21. in eodem tom. 15. DD. fol. 247.* Gomez *in regul. de trien. q. 37. n. 19.* optimè Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. glos. 45. §. 2. ex n. 1.* & *8. cum seqq.* Marescot. *lib. 1. variar. cap. 55. nu. 16.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 5. cap. 5. ex num. 1.* D. Valenzuel. *conf. 188. ex n. 10.* Prosp. Fagnan. *in dict. cap. consultationibus*, *nu. 5. cum seqq.* & novissimè, licèt his non relatis, Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. 3. p. cap. 28. ex nu. 76.*

7 Undè inter plures jus Patronatus prætendentes, quasi possessio prævalet, Cabed. *de Patronat. Reg. cap. 34. n. 8.* Caldas *conf. 5. num. 25.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. litter. P. conclus. 430. nu. 28.* Marchesan. *de commission. part. 1. fol. 438. num. 1.* Posth. *de manutent. observat. 32. num. 4.* & consequenter præsentatus vel electus, aut provisus à possessore præsentato à proprietario præfertur, ut per *dict. cap. consultationibus*, *cap. ex litteris*, *de iure Patronatus*, *dict. cap. querelam*, *de election.* latè ad plures quæstiones resolvunt, ultra Abbat. & antiquiores in his juribus repetentes, Roch. de Curt. *de iure Patronat. verb. Competens*, *quæst. 14.* & *45.* Lambertin. *eodem tract. 1. part. lib. 2. quæst. 3. art. 2.* & *6.* benè D. Covarruv. *practicar. quæst. c. 14. n. 2.* qui hoc apud omnes receptum esse, ait Ioann. Gutierrez *lib. 4. practic. quæst. 42. num. 9.* & *10.* Marescot. *lib. 1. var. cap. 55. num. 12.* Spin. *de testament. glos. 4. num. 26.* Duaren. *de benefic. lib. 3. cap. 9.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 23. nu. 46.* Dueñas *regul. 281.* Alexand. Raudens. *variar. capit. 19. nu. 20.* Farinac. *decis. 735. num. 1.* & *decis. 180. per tot. 1. part. posthum.* & *decis. 374. 1. part.* & *decis. 274. nu. 7. part. 2. in novissim.* & ex pluribus Rotæ decisionibus Nicol. Garcia *de benefic. 5. part. dict. cap. 5. num. 4. cum seqq.* Reynos. *observat. 66. nu. 4.* Noguerol. *allegat. 28. n. 37.* Posth. *de manutent. observat. 32. nu. 8.* & alii congesti per August. Barbos. *in dict. cap. consultationibus*, *num. 3.* & ibidem ad plura Prosper. Fagnan. & doctissimus Dom. D. Emanuel. Gonzalez.

8 Et specialiter in provisis ab Ordinario, vel alio, qui est in quasi possessione conferendi, Rota in antiquis *decis. 14. alias 575. de iure Patronat.* Urrutygoit. *in tract. de intrus. quæst. 28. n. 18.* & *sequent.* benè Ferdinan. Brancia relatus à Marin. *in allegat. 60. n. 6.* & *7.*

9 Quæ ita procedunt ex prædicta ratione, ut præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, amoveri, non debeat, licèt postea jus ipsius nullum detegatur, idque per sententiam, qui non possidebat, obtineat, ut per text. *in dict. cap. consultationibus*, notant, ultra plures ex relatis, Ric. *in prax. iuris Patronat. dec. 153. num. 47.* Tondut. *canonic. resolut. part. 1. cap. 87. n. 8.* Gabr. Pereir. *de man. Reg. part. 2. cap. 29. num. 15.* August. Barbos. *de univers. iur. Ecclesiast. lib. 5. c. 12. n. 187.* & *in dict. cap. consultationibus*, *num. 5.* benè Reynos. *observat. 66. num. 14.* D. Salgad. *de Reg. protect. part. 3. cap. 20. n. 179. cum seqq.* Clemens Merlin. *decis. 356. ex n. 2.* & novissimè D. Petr. Frass. *de Reg. Patronat. Indiar. cap. 5. num. 18.*

10 Cujus communissimæ conclusionis plures rationes non inelegantet assignari, possunt: Primò, quia factum præsentationis legitimè fuit peractum, ideo non est retractandum, etiamsi devenerit ad casum, à quo incipere, non potuit, *cap. præcepta 55. dist. l. 2. de itiner. actuque priva.* & notata per DD. pro intellectu regulæ *in l. quæ legata 18. l. filius familias*, *ff. de reg. jur.* benè ad rem ex Innocent. Hostiens. & aliis antiquioribus notat Prosp. Fagnan. *in dict. cap. consultationibus*, *num. 6.*

11 Secundò, quia, ut dictum remanet, præsentationes, & collationes juris Patronatus, vel conferendi fructus sunt, & hoc amplius industriales, ut notat Abbas *in dict. cap. consultationibus*, *ad med. de jure Patronat.* & plenius probavi *supra in princip. hujus capit. num. 3.* & *in §. 3. num. 14.* qui semel bona fide percepti non sunt restituendi, licèt postea res à possessore evincatur, *l. bonæ fidei*, *ff. de acquir. rer. domin. §. Si quis à non domino*, *Instit. de rer. divis.*

12 Tertiò, & si nostræ præseotationes, collationes, vel electiones fructus naturales essent, ut aliqui volunt, adhuc cessaret in illo casu restitutio, idest repositio collationis, electionis, seu præsentationis, ex quo bona fide talis fructus in ipso actu præsentationis, vel collationis consumptus censetur, quin ex eo conferens, sive præsentans in aliquo locupletior maneat, Innocent. *in cap. ex litteris*, *num. 1. de jure Patronat.* Abbas *in dict. cap. consultationibus*, *ante fin. vers. Item præsupposito*, maximè sequuta institutione, Lambertin. *de jure Patronat. lib. 2. part. 1. q. 2. art. 6. num. 4.* Menoch. *conf. 90. num. 123. lib. 1.* quidquid contrarium, imò etiam post institutionem fructus extantes esse, teneat Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina*, *num. 93. de caus. possess.* & *proprietat.* ex quo patet, revocationi, sive restitutioni, evicto jure principali, locum esse, non posse, ut optimè ad rem notat cum Abbat. & Lambert. Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. gloss. 45. §. 2. num. 12.* & *13.*

13 Quia similiter cæteri bonæ fidei possessores à fructuum naturalium restitutione omnino liberantur, si eis jam consumptis, locupletiores effecti non fuerint, Gloss. *in dict. §. Si quis à non domino*, & *in l. ex diverso 35. in verb. Non habendam*, *ff. de rei vendicat.* & alibi plenius suo loco dicam.

14 Quæ nostra (ut materiam hujus §. prosequamur) juris Patronatus, vel præsentandi quasi possessio tanti æstimatur, ut sicuti juri, sive proprietati Patronatus laicorum ob præjudicium Patronorum minimè Summus Pontifex derogare censeatur, nisi de eo in suis litteris expressa facta mentione, ut ad differentiam juris Patronatus Ecclesiastici, notant *ex gloss.* communiter recepta *in Clement. 2. in vers. Apostolica*, *de præbend.* August. Barbos. & alii Canonistæ *in cap. 2. de præbend. in 6.* Cabed. *de Patron. Reg. cap. 35.* Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. Cancell. gloss. 10. in princ.* D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. l. 2. c. 3. n. 12.* D. Salgad. *de Reg. protect. 4. p. c. 9. n. 102.*

15 Ita similiter facienda est expressa mentiò de laicis, qui sunt in quasi possessione juris Patronatus, & præsentandi ob eorum præjudicium, licèt de veris Patronis tunc aliqua mentio fieri, non debeat, ut in specie notant Cardinal. *conf. 19. ad fin.* quem sequuntur Decius *conf. 117.* & *in conf. 153.* ubi multa pro hac sententia adducit Lambertin. *de iure Patronat. 3. p. lib. 2. q. 9. artic. 23.* & *p. 1. q. 3.* optima gloss. *in dict. cap. consultationibus*, Roch. *dict. verb. Competens*, *quæst. 19.* & cum aliis doctè resolvit D. Covarruv. *pract. quæst. c. 36. n. 6. vers. Quintò.*

16 Quinimò, etiam cum apud nos tales derogationes Pontificiæ juris Patronatus laicorum, etiam expressa mentione facta, non admittantur, juxta multa Regia edicta horum Regnorum, & antiquissimam consuetudinem,

Digitized by Google

nem, & praxim nostrorum supremorum Tribunalium,
in quibus Bullæ, aliæque litteræ Pontificiæ hujusmodi
juris derogatoriæ retinentur, ad effectum Summo Pon-
tifici supplicandi de gravi præjudicio, & scandalo, quod
ex his derogationibus frequenter exoritur, ut plenè ha-
bemus in eleganti, & docta practica doctissimi D. Co-
varruv. *in dict. cap. 36.* † Ex eadem quoque ratione tales
17 derogationes admitti, non debent in præjudicium eorum,
qui sunt in quasi possessione juris Patronatus, & præsen-
tandi, ut doctè animadvertit idem D. Covarr. *ubi proximè,
nu. 6. vers. 5.*

18 Quæ omnia, ut ad possessorem juris præsentandi, vel
conferendi præsentationes, vel collationes, ut fructus
juris Patronatus, aut juris conferendi spectent, præsen-
tatusque ab eo præsentato à proprietario præferatur,
principaliter declara. & intellige, ut tunc solùm pro-
cedat, quoties de vero, & legitimo Patrono, aliove
jus conferendi, vel eligendi habente clarè non constat;
sed potius super jure proprietatis inter plures jus Patro-
natus prætendentes disceptatur, vel inter Episcopum
beneficium liberæ collationis esse prætendentem, & in-
ter Patronum, qui è contra juri Patronatus annexum
vult; alias enim, si de proprietate alicujus clarè con-
stet, & consequenter de defectu proprietatis in possesso-
re, nullo modo possessor præsentare, vel conferre, po-
19 terit: † Tum ob defectum bonæ fidei in hujusmodi fru-
ctuum perceptione, seu præsentatione requisitæ, *ut pro-
20 ximè*, dicam: † Tum etiam, quia proprietas in eo ca-
su causam possessionis absorbet, ipsiusque tanquam no-
toriè injustæ effectus enervat *cap. dilectus, de caus. possess.
21 & propriet.* † Nec tunc habetur respectus ad possessio-
nem, sed ad proprietatem; ita in specie declarant Abbas
*in dict. cap. consultationibus, num. 9. vers. Quod ego intelli-
gerem*, Decius *cons. 127. num. 8.* aliàs *cons. 126. numer. 3. &
cons. 149. numer. 2.* post med. vers. *Retenta ista conclusio*,
Paul. de Citadin. *de iure Patronat. 6. part. art. 3. numer. 16.*
Roch. *eodem tract. verb. Competens, quæst. 19. numer. 45.*
Ferret. *cons. 211. num. 10. in fin. vers. Primò non obstat*, Jo-
ann. Gutierrez *cons. 4. in fin.* benè cum aliis antiquioribus
Hieron. Gonzalez *in regul. 8. Cancell. dict. gloss. 45. §. 2. nu.
43.* Marescott. *lib. 1. variar. dict. cap. 55. numer. 63. & 64.*
Noguerol. *allegat. 28. num. 77.* Reynos. *observat. 66. nu. 10.*
D. Salgad. *de Reg. protect. part. 3. cap. 10. n. 160.* & novissimè
Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Reg. 3. part. cap.
28. num. 152.* D. Petr. Frass. *de Patronat. Reg. Indiar. cap. 5.
num. 17.*

22 Et quòd de proprietate, ante institutionem, consta-
re, sufficiat per confessionem partis, aut rem judica-
tam, docent Roch. de Curt. *de iure Patronat. verb. Com-
petens, quæst. 19.* Farinac. *decis. 565. in novissim.* & ex In-
nocent. Abbat. Calderin. & aliis antiquioribus Dom. Co-
varruv. *practic. quæst. 14. num. 2. vers. Tertium*, qui lo-
quitur in re judicata ante institutionem, & cum aliis
Posth. *de manutent. observat. 52. num. 8.* ubi, & quòd suf-
ficiat, si per publicum clarum instrumentum fundatio-
nis constet, & ad rem judicatam, vel confessionem par-
tis plenè, pluribus decisionibus Rotæ congestis, confir-
mat Nicol. Garcia *de benefic. part. 5. cap. 5. num. 45. cum seqq.*
licet ipse contrarium resolvat *ex num. 53.* imò non suffice-
re, quòd ante institutionem de defectu proprietatis in
possessore constet, si jam est facta præsentatio, tanquam
in actu præsentationis sit fructus jam perceptus, & con-
sumptus: sed certè à prima sententia D. Covar. & aliorum
non recederem.

23 Quia verius videtur, ante institutionem, rem adhuc
ferè esse integram, cum fructus plenè consumptus dici,
non valeat, ex quo nondum jus in re præsentato, vel ele-
cto ad beneficium, ante institutionem, aut confirmatio-
nem, sit quæsitum, sed solum spem sive jus ad rem ha-
beat, *cap. fin. de translat. Episcop.* Hieronym. Gonzalez
24 *in regul. 8. Cancell. gloss. 15. §. 2. num. 1.* † Unde, ante insti-
tutionem, vel confirmationem per obitum electi, vel præ-
sentati non dicitur vacare beneficium, plenè ad alia idem
Nicol. Garcia *dict. 5. par. cap. 3. num. 1. cum seqq.* † Licet aliud 25
sit in collatione, per quam statim, etiam ante adeptam
possessionem, nihil alio expectato jus in re quæritur, *cap.
si tibi absenti, de præbend. in 6.* D. Covarruv. *lib. 3. variar.
cap. 16. num. 3. & 5.* Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. gloss. 15.
§. 1. num. 15. & 33.* uti per institutionem, ut ad plura plenè
Nicol. Garzia *de benefic. 4. part. cap. 2. per tot.* † Quare colla- 26
tio facta à possessore bona fide semper erit substinenda,
quamtumvis postea de proprietate alterius constet, etiam
ante adeptam possessionem, Garzia *dict. 5. part. cap. 5.
num. 57.*

An autem de proprietate veri Patroni, ipsiusque defe- 27
ctu in possessore constare, sufficiat per publicum instru-
mentum? dubitant DD. in quo dubio D. Covarruv. & Ni-
col. Garzia *in loc. citat.* licet id non disputent, nec propo-
nant, probationem solum per partis confessionem, vel
rem judicatam admittere, videntur, dum solum duos
istos modos probationis referunt: sed contrarium verius
censeo, si instrumentum sit clarum, & authenticum,
nam & instrumentum quoque dicitur probatio evidens, &
facere rem notoriam, *cap. cum dilecti*, & ibidem Abbas
num. 3. de donat. Alex. *cons. 135. nu. 5. lib. 6.* Decius *cons. 423.
ex num. 9.* & manifestissimam probationem appellat, quę
ex publico instrumento deducitur, Bart. *in l. 1. in princ. ff.
de nov. oper. nunciat.* Intrigliol. *cons. 1. num. 48.* † Et prom- 28
ptam, & in continenti factam, Menoch. *de arbitr. cas.
17. in fin.* Benintend. *decis. Bonon. 77. num. 16.* Morot. *cons.
50. num. 13.* Milanen. *dec. 8. num. 21. lib. 1.* † Et exceptio- 29
nem notoriam inducit non reiciendam, etiamsi aliàs ex-
ceptiones per statutum reiciantur, Roderic. Suarez *in l.
post rem iudicatam, num. 57.* Menoch. *de præsumpt. libr. 1.
præsumpt. 48. num. 3. 21. & 23.* Petr. Surd. *cons. 214. num. 18.*
† Adeoque instrumentum publicum solemnia habens red- 30
dit rem claram, & manifestam, ut dicatur probatio pro-
bata, veritas apparens, non autem probanda, Decius
cons. 302. col. penult. in fin. & cons. 389. col. penult. Alexand.
cons. 37. incipit: *Viso, & opportunè.* † Remque evidentis- 31
simam, & manifestam probationem appellat Jason. *cons.
137. col. 3. & sequent. lib. 4.* Alexand. *cons. 62.* incipit: *In
causa, & lite, num. 6. vers. Secundò fortificatur, lib. 7.* &
rei judicatæ assimilatur, Bar. *in l. 1. in 1. opposit. ff. de nov.
oper. nuntiat.* Bald. *cons. 333. nu. 1. vol. 1.* & partis confessio-
ni, Jason. *in l. 2. Codic. de transact. & in cons. 137. Viso,
& accuratè, column. 6. lib. 4.* Dec. *cons. 36.* incipit: *Et
pro tenui, in princip. vers. Sed tandem prædictis non obstan-
tibus.*

Quia ex instrumento authentico tres oriuntur præsum- 32
ptiones, videlicet, quòd sit verum, sit solemne, sitque
omne in eo contentum ita liquidum, & indubitatum
quod ob id passim per DD. instrumentum *noli me
tangere* nuncupetur, ut comprobant alia multa de
magna instrumentorum probatione plenè cumulan-
tes.

Ultra Bart. Jason. & Decian. *in loc. citat.* per text. *in leg.
cum precibus, Cod. de probation. cap. licet causam, extra eo-
dem*, Abbas *in dict. cap. cum dilecti in 1. notab. de donat.* ubi 33
alii Canonistæ, Bald. *in l. quoties, Cod. de iudic. & consil.
599. vol. 5.* latè Decius *cons. 118.* incipit: *Viso instrumento,
in princip. & cons. 183. in contr. in princ. & cons. 423. negari,
non potest, col. 2. vers. Quibus tamen non obstantibus, n. 10.
cum seqq.* plenè Roland. à Vall. *cons. 85.* Factum est, *nu. 38.
lib. 1. & cons. 76. numer. 8. & cons. 79. numer. 4. eodem lib.*
benè Apostill. *ad Dec. consil. 682. in princip.* Tiraquell. *de
retract. §. 2. gloss. 1. numer. 20. cum seqq.* Ofasc. *decision. 117.
num. 1. & decis. 129. numer. 7.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2.
cas. 105. numer. 41.* Mascard. *de probat. conclus. 906.* Mutta
*in consuetud. Panormit. cap. 16. vers. Quia hodie, & cap. 53.
numer. 3.* Hieronym. Gratt. *respons. 28. numer. 2. & respons.
46. numer. 1. lib. 1.* & alii per Farinac. *de falsitat. quæst. 156.
numer. 146.* Thesaur. *quæst. 31. & 36.* Mastrill. *decis. 170.*
D. Valenzuel. *cons. 2. numer. 4. & consil. 21. numer. 78. &*

*conf.*12.*num.*43.*& conf.*51.*num.* 2. Castil. *tom.* 2. *controv. cap.*16. Pateja *de instrument. edit. tit.* 1. *resolut.* 3. *ex nu.* 12. & novissimè Franc. Maria Prat. *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 19. *numer.* 8. *cum sequentib. & tom.* 3. *cap.* 33. *ex numer.* 5.

34 Juxta quas possessor aliàs bonæ fidei per instrumentum, si clarum sit, nec aliquid probabiliter contra id opponi, possit, in malam fidem incidit, ut plenè dicam
35 in 2. tom. hujus operis. † Et spoliator, licèt ante omnia restituere, & spoliatum, etiam prædonem, in suam possessionem redintegrare, teneatur, *cap. in litteris*, *cap. conquerenti*, *de restitut. spoliat.* nisi in continenti de proprio dominio offerat probationem, ut notant DD. *in*
36 *dictis juribus:* † si tamen id comprobet per instrumentum publicum, in quo etiam de defectu juris spoliati appareat, à restitutione televatur, nihilque alteri possessio prodest, latè Gabriel. *commun. conclus. in tit. de restitut. spoliat. conclus.* 2. *ex num.* 96. *&* 103. & plenius dicam to. 2. hujus operis.

37 Ex quibus rectè ad nostram quæstionem infertur, non solum per rem judicatam, vel partis confessionem sufficere, quòd de defectu proprietatis in possessore juris præsentandi, conferendi, aut eligendi constet, ne ad præsentationes, provisiones, aut electiones ratione possessionis admittatur in præjudicium veri domini: verum etiam satis erit, si de eo per publicum instrumentum appareat, & ita in specie resolvunt Soccin. Senior. *consil.* 266. *sub numer.* 4. *versic. Vel ad minus*, *lib.* 2. Bursat. *consil.* 305. *numer.* 3. *& consil.* 349. *num.* 9.

38 Qui id benè declarant, & intelligunt, si instrumentum non solum in authentica forma sit, sed etiam ita clarum, ut contra illud nihil relevans probabiliter, vel saltim coloratè opponatur, & prosequuntur Nevizanz. *conf.* 37. *num.* 20. Butrius *in cap. ex litteris*, *numer.* 8. *de jure patronat.* Lambertin. *de jure patronat. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 3. *art.* 6. *numer.* 4. benè Melch. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 30. *&* 31. Posth. *de manutent. observat.* 32. *num.* 8. *& post eundem tractat. decis.* 239. *num.* 2. *& decis.* 232. *num.* 6. Massin. *de confiscat. quæst.* 37. *num.* 30. & novissimè Dom. Antun. de Portugal. *de donat. Reg.* 3. *part. cap.* 28. *num.* 80. *&* 153.

39 Ex quibus omnibus ad principalem nostram quæstionem, concludendum est, ad possessorem juris conferendi, aut eligendi, vel juris patronatus collationes, electiones, sive præsentationes, tanquam istorum jurium fructus pertinere, nisi de defectu proprietatis clarè constet.

40 Prosequendo igitur nostram de collationis, & præsentationis, sive earum fructuum perceptionis ratione quasi possessionis materiam; non nulla circa istius quasi possessionis probationem necessariò notanda subjiciam, circa quæ magis frequenter inter Pragmaticos dubitatur.

41 Et primò valdè dubitant, qui actus collationis, aut præsentationis necessarii sint, ut quis in quasi possessione conferendi, præsentandi, sive eligendi constituatur? In quo dubio, omissa longiori disputatione, est communis Canonistarum, & Legistarum resolutio, in his juribus incorporalibus ex unico actu, videlicet ex unica provisione, præsentatione, vel electione quasi possessionem providendi, præsentandi, vel eligendi in posterum acquiri, ut comprobat Text. *in cap. cum Ecclesia Sutrina*, juncta ibi gloss. *verb. Brevitatem temporis. de caus. possess. & propriet.* & sequuntur ibidem Innocent. & Abb. *num.* 23. Ripa *num.* 52. & alii Canonistæ, & per celebre consilium Calderin. 12. Oldrad. *conf.* 312. incipit: *Thema quæstionis*, Lambertin. *de jure Patronat. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 11. *num.* 5. Joann. Selva *in tract. de benefic.* 2. *part. quæst.* 7. *num.* 4. *&* 15. *in tract. DD. to.* 15. *part.* 1. *fol.* 37. *column.* 2. Christoph. Rufinac. *de benefic. cap.* 1. *num.* 23. *in volum. DD. tom.* 15. *part.* 2. *fol.* 247. *col.* 2. & ex aliis antiquioribus resolvit Dom. Covarruv. *practic. cap.* 14. *num.* 2. *vers. Tertium*, *& in regul. possessor.* 2. *part. initii num.* 6. Joann. Gutierrez *conf.* 3. *num.* 1. Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 7. *quæst.* 23. *numer.* 41. Hieronym. Cevallos *commun. contr. commun. quæst.* 717. *num.* 4. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 9. *num.* 19. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 6. *num.* 2. *& cap.* 34. *num.* 9. Hieronym. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancell. gloss.* 45. §. 2. *num.* 29. Pereira *de man. Reg.* 1. *part. cap.* 7. *numer.* 26. *& decis.* 91. *numer.* 24. Phæb. *decis.* 213. *numer.* 11. *part.* 2. Themud. 3. *part. decis.* 302. *numer.* 51. 59. *&* 74. plenissimè, pluribus Rotæ decisionibus, suo more ad litteram relatis, Nicol. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 5. *numer.* 59. *cum seqq.* latèque etiam ad plura tractat de hac possessione unico actu quæsita Fontanel. *de jure patronat. lib.* 1. *quæst.* 16. *numer.* 1. *cum sequentib.*

Qui actus ultimus debet esse, quia in beneficialibus, 42
quoad istas provisiones, præsentationes, sive electiones semper ultimus status attenditur, & immediata possessio, Felin. *in cap. cam te*, *num. fin. ad med. de rescript.* Oldrad. *cons.* 312. *numer.* 2. *in fin.* Roch. de Curt. *de jure patronat. verb. Competens*, *quæst.* 16. *num.* 40. *cum seqq.* & cum aliis resolvunt Joann. Gutierrez *consil.* 3. *numer.* 1. *& consil.* 4. *numer.* 32. *& allegat.* 8. *numer. fin.* plenissimè de hoc ultimo statu attendendo Marescot. *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 55. *per tot.* Genuens. *in prax. Neapol. cap.* 101. *tot.* doctè, ut in omnibus aliis, Melch. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 34. *numer.* 20. *cum pluribus sequentib.* qui maximè in ultimo statu, quoad nostras collationes, & præsentationes optimè loquitur *ex numer.* 25. ubi benè explicat, hujusmodi ultimum statum esse subjectum ultimæ possessionis conferendi, vel præsentandi, ex quo collationes, vel præsentationes juris conferendi, vel præsentandi fructus sint: & alios congerentes de materia circa ultimum statum beneficii servandum, Hieronym. Gonzalez *dict. gloss.* 45. §. 2. *num.* 14. *&* 16. Nicol. Garzia *de benefic. p.* 5. *d. cap.* 5. *n.* 63. *&* 64.

Quid id benè intelligit *in num.* 65. nisi actus, ex quo 43
quasi possessio acquisita prætenditur, factus sit sine præjudicio juris alteris; nam ex tali actu quasi possessio acquiri, non potest, ut notant etiam Puteus *decis.* 188. *lib.* 2. Ursil. in addit. ad Afflict. *decis.* 28. & cum aliis Posth. *de manutent. observ.* 50. *n.* 2.

Quod etiam singulariter limitat Ripa *singul. observat.* 44
195. *num.* 1. quando ultima præsentatio unius jus patronatus privativè prætendentis brevi solum tempore interverteret antiquam possessionem communiter præsentandi omnium patronorum; nam tunc status ille antiquissimus beneficii juris patronatus immutatus dici, non debet per novissimam præsentationem, quæ modico tempore duravit, vide alios pro contraria apud Ripam *ubi proximè*.

De requisitis autem principalibus pro quærenda, & 45
justificanda quasi possessione juris conferendi, præsentandi, vel eligendi, ut ejus ratione provisiones, præsentationes, aut electiones tanquam fructus, juxta supradicta, ad possessorem pertineant, extat celebre, & vulgare consilium Calderin. 12. *de jure patronat.* ubi plura requisita numerantur, quæ frequenter sequuntur DD. & servat Rota apud Caputaquen. *decis.* 132. 338. *&* 418. *part.* 2. Ægid. *decis.* 128. in quibus, licet, quoad numerum dissentiant DD. quoad substantiam tamen ferè omnes conveniunt, ut illa principalia requisita desiderentur: Primò, quòd collationes, præsentationes, vel electiones, ex quibus quasi possessio quæsita prætenditur, bona fide sint factæ: Secundò, quòd sint admissæ per ordinarium, secuta, videlicet, institutione, vel confirmatione: Tertiò, quòd sint effectum sortitæ adepta, nimirum, possessione per provisum confirmatum, vel electum: Quartò, quòd fuerint factæ de scientia, & patientia illius, in cujus præjudicium talis quasi possessio acqui-

Digitized by Google

acquiritur: Quintò, quòd actus collationis, præ-
sentationis, vel electionis sint clari, certi, & univoci,
non vero turbidi, & obscuri; nam ex turbidis, & ob-
scuris, vel equivocis collationibus, electionibus, aut
præsentationibus non acquiritur quasi possessio: Sextò,
& ultimò, quòd providentes, eligentes, seu præsentan-
tes credant, suo jure uti, proprioque nomine id fa-
cere.

46 In quibus requisitis distinctim, & separatim compro-
bandis non immoror, quia id satis discretè faciunt Ca-
nonistæ, & præcipuè ea omnia plenè explicant, & sepa-
ratim comprobant omnes ex dict. consil. Calderin. 12.
Roch. de Curt. de iure patronat. verb. Competens, num. 34.
cum seqq. Lambertin. eodem tractat. 1. part. lib. 3. quæst. 3.
artic. 10. & 11. Gutierrez consil. 3. numer. 1. & consil. 4.
numer. 32. &, ut antiquiores omittam, eos latè cumulant
plenè hæc requisita explicantes, Hieronym. Gonzalez
in regul. 8. Cancel. gloss. 45. §. 2. numer. 31. cum sequentib.
Selva in tractat. de benefic. part. 2. quæst. 7. numer. 5. 7. &
num. 22. in volum. DD. tom. 15. part. 1. fol. 38. Nicol. Gar-
cia de benefic. part. 5. cap. 5. numer. 67. cum plurib. sequent.
Vivian. de iure patronat. lib. 5. cap. 4. numer. 30. cum se-
quentib. Aloys. Ricc. in tractat. de novissim. probat. juris pa-
tronat. resolut. 214. cum sequentib. Augustin. Barbos. de
univers. jur. Ecclesiast. lib. 8. cap. 12. ex numer. 189. ubi ad
alia requisita, ut præsentationes substineantur, Addent.
ad Burat. in decis. 693. Rosas decis. 293. Posth. de manu-
tent. observat. 32. num. 20. cum sequentib. & novissimè Car-
din. Jo: Baptist. Luc. in theatr. veritat. & justit. lib. 13. p. 1.
de jure patron. discurs. 63. per tot.

47 Inter quæ requisita, illud præcipuè semper præ oculis
est habendum, videlicet bona fides, de eaque aliqua spe-
cialia subjiciam, quia magis nostræ de acquisitione fru-
ctuum materiæ adhæret: Primò ergo, ut præsentationes,
collationes, electiones, & similia ratione quasi possessio-
nis substineantur, omninò bona fides exigitur, ex quo hu-
jusmodi præsentationes, & collationes fructus esse con-
stat, versamurque circa eorum acquisitionem ratione pos-
sessionis.

48 Quæ nullo modo in malæ fidei possessore procedit
§. Si quis, à non domino, Institut. de rer. divis. cap. gra-
vis, de restitut. spoliat. ubi DD. l. 39. & 40. tit. 28.
49 part. 3. de quo plenè alibi suo loco dicam; † ideò, nec
possessori juris conferendi, eligendi, vel præsentan-
di fructus provisionis, præsentationis, aut electionis,
semota bona fide, competere, poterunt: quinimò
præsentatus, vel electus à malæ fidei, possessore, quo-
ties de mala fide constet, removendus erit, ut, ultra
relatos, docent Innocent. Abb. & alii antiquiores in dict.
cap. consultationibus, de jure patronat. Pater Azor. part. 1.
50 institut. moral. lib. 1. cap. 21. quæst. 17. † Qui ex eo animad-
vertit, quòd si possessor malæ fidei cum aliis veris ele-
ctoribus, vel Patronis ad eligendum, aut præsentan-
dum, vel quid aliud faciendum concurreret, non vale-
ret actus, sive electio, proinde valdè cavendum esse,
ait, ne admittatur in Capitulo ad electiones, vel simi-
lia.

51 Quod intellige, si cum ejus voce fiat actus, vel ele-
ctio, & sine ea necessariæ, ac sufficientes voces non
sunt, ad actum gerendum, alias quidem, si alii plures ele-
ctores, vel patroni concurrant, qui, etiam, vitioso dem-
pto, sive contradicente, perfectam electionem, vel
actum facere possint, gestum valebit, ut plerumque in
Ecclesiarum Capitulis, aliis communitatibus accidere,
potest.

52 Unum tamen nota, quòd, adhuc in casu, quo pos-
sessor malam fidem habeat, non poterit, proprietarius,
qui non possidet, providere, præsentare, sive eligere;
quia non licet propria authoritate etiam invasorem spo-
liare, cap. in litteris, ubi gloss. & DD. de restitut. spo-
liat. docent in specie Abb. in dict. cap. consultationibus,
numer. 9. de jure patronat. & in cap. cum Ecclesia Sutrina,
numer. 53. & ibi Imol. in fin. & Rebuff. ad fin. versic. Cir-
ca secundum, de caus. possess. & proprietat. Bertachin. in
repertor. jur. verb. Præsentatus à Patrono, Roch. in dict.
verb. Competens, numer. 46. Duaren. de benefic. lib. 3. cap. 9.
& Cucbus lib. 4. tit. 1. numer. 96. Nicol. Garcia de benefic.
5. part. dict. cap. 5. numer. 75. licet contrarium teneant In-
nocent. in cap. Cumana, numer. 6. de election. Lambertin.
de iure patronat. 1. part. lib. 2. quæst. 3. artic. 7. Ferret. con-
sil. 135. numer. 2. Hieronym. Gabriel. consil. 185. lib. 2.
Dom. Covarruv. practicar. cap. 36. num. 6. circa fin. Quos
† tamen concordat Garcia ubi proximè, numer. 78. ut pri- 53
ma opinio Abbat. procedat in actu præsentationis, ubi
Judex adiri, non debet, qui non debet esse author spo-
lii: secunda vero in actibus omninò extrajudicialibus, in
quibus Judicis interventio, vel authoritas non requiri-
tur, ut in collatione, electione, & similibus: in quibus
videtur, valere actum factum à proprietario, qui non pos-
sidet, non obstante alterius possessione, mala fide, ex quo
ad talem possessorem non pertinet ratione malæ fidei, hæc
Garcia.

Sed verius dicendum videtur, quòd aut clarè constat 54
de mala fide, aut non: & in primo casu indistinctè; imò
melius Judex adiri, debet; cum proprietarius præsentet,
non vero possessor ob notorium defectum proprietatis,
quo casu vulgaris regula, ne videlicet, quis sua possessio-
ne spolietur, juxta dict. cap. in litteris, de restitut. spoliat.
communiter per DD. limitatur, ad tradita supra ex n. 18.
& in hac suppositione loqui, & intelligi videntur Lamber-
tin. D. Covarruv. & proximè relati pro secunda sententia:
In secundo vero casu prima opinio Abbatis benè indistin-
ctè procedere, poterit; nam cum de mala fide clarè non
appareat, malæ fidei possessor dici, non poterit, ut statim
sua possessione privetur, licet secus si quoad effectum, ut
præsentationes, vel electiones ab eo factæ postea revocen-
tur, cum de mala fide per sententiam, vel alios legitimos
modos apparuerit, juxta dicta supra ex numer. 22. & se-
quentib.

Cæterùm si nullus sit in possessione conferendi, 55
aut præsentandi, vel eligendi, rectè tunc poterit pro-
prietarius, licet nullam antea habuerit possessionem,
conferre, præsentare, vel eligere, & ita hos fructus
percipere, docent Innocent. & Abbas in dict. cap. Cu-
mana Civitatis, de election. idem Abbas in dict. cap.
cum Ecclesia Sutrina, numer. 53. de caus. possess. & pro-
priet. Roch. in dict. verb. Competens, quæst. 20. num. 47.
Lambertin. part. 2. lib. 2. quæst. 1. art. 8. Rebuff. in dict. cap.
cum Ecclesia Sutrina, versic. Circa tertiam, Nicol. Gar-
cia dict. cap. 5. ex num. 81. † Qui id ex Bald. Gregor. Lopez, 56
& aliis comprobat exemplo hæredis, quem similiter, an-
te adeptam possessionem, præsentare posse, dicunt, de quo
proximè.

Quibus notatis, circa requisita quasi possessionis 57
juris conferendi, præsentandi, vel eligendi, ut
ejus ratione nostri præsentationis, collationis, vel
electionis fructus acquirantur, breviter discutien-
da est alia quæstio, quæ non extranea à nostra
materia acquisitionis ratione possessionis videbitur:
an, videlicet, quasi possessio ista in hæredem so-
lius aditionis hæreditatis virtute, absque ulla appre-
hensione, vel exercitio transeat, ut ratione juris
patronatus hæreditarii hæres præsentare possit?

In qua quæstione negativam sententiam tenent in spe- 58
cie Achil. de Grafs. decis. 105. alias 5. de caus. possess. Ca-
putaquen. decis. 153. numer. 3. 152. & 410. part. 3. Re-
buff. ad leg. Gallic. tit. de mater. possess. in præfat. nu. 151.
doctissimus Gonzalez in regul. 8. Cancellar. gloss. 34.
numer. 108. ubi pluries per Rotam decisum refert,
Tiraquel. in tractat. le mort. saisit. 4. part. declarat. 7. in
præfat. declarat. 3. cum sequentib. Veral. decis. 420. ex
numer. 1. & per tot. part. 2. Mantic. decis. 88. nu. 5. Pontan.
de sponsal. lib. 1. numer. 133. Genuens. in prax. cap. 100.
num. 4. & constat ex pluribus Rotæ decisionibus apud

Laguncz. de Fructib.

Marquesan. *de commission. part. 1. fol. 522. n. 4. & fol. 1054. numer. 1. cum sequentib.* & apud Melch. Lotter. qui hanc quoque sententiam sequitur, *in lib. 2. de re benefic. qu. 11. num. 115. & 116.* Gregor. XV. *decis. 222. num. 6. & 7.* ubi Beltramin. *num. 12. & decis. 417. num. 8.* Gratian. *discept. forens. cap. 113. n. 76.*

59 Qui etiam loquuntur omnes in quasi possessione jurium incorporalium, quam sine aprehensione in successorem, vel hæredem non transire, dicunt per vulgarem Text. *in l. cum haredes, ff. de acquir. possess.* idemque docent Addent. ad Gregor. *decis. 222.* Burat. & Addent. *decis. 832.* Duran. *decis. 62. & decis. 87.* & novissimè Cardinal. Joann. Baptist. Luca *in theatr. veritat. & justit. lib. 13. part. 1. discurs. 63. numer. 31*, qui hoc principium receptum esse, ait; sed, ejus pace, non ita receptum, ut contrarium non teneant multi, tam ex antiquioribus, quàm ex recentioribus Doctoribus, ut proximè videbis.

60 Contrariam igitur affirmativam sententiam in nostra specie quasi possessionis conferendi, vel præsentandi: quod ad hæredes, vel successores absque ulla aprehensione transeat, docent per Bald. *in l. in suis 11. in secund. opposit. ff. de liber. & posthum.* Lambertin. *de iure patronat. 2. part. lib. 1. quæst. 3. art. 22. numer. 4. & 5.* Joann. Gutierrez *consil. 3. numer. 2.* & in repetit. *§. Sui, num. 71. Instit. de hared. qualitat.* eamdemque opinionem contra Achil. Caputaquen. Hieronym. Gabriel. & alios tenet Nicol. Garzia *de benefic. dict. 5. part. cap. 5. numer. 33. cum sequentib.* & pro hac sententia Garciæ, postquam latè contrariam retulit, resolvit Posth. *de manutent. observat. 55. num. 33. vers. Sed quod generaliter, & numer. 34.*

61 † Ubi ex Peregrin. Marquesan. & Cenc. & aliquibus Rotæ decisionibus, idem tenet in quasi possessione juris exigendi censum, aliorumque jurium incorporalium, ut absque nova apprehensione in quemlibet hæredem transeat; qui omnes hoc etiam in quolibet alio jure incorporali procedere, asserunt, ut similiter ejus quasi possessio ad hæredem, vel successorem ante apprehensionem transferatur.

62 Pro qua etiam sententiam facit communis Doctorum resolutio, ut nimirum ex jurium incorporalium cessione, quasi possessio quoque, sine ulla apprehensione transeat; semper namque jurium incorporalium quasi possessio eadem jura comitatur; cessante aliqua naturali interruptione: docent plenè ad alias rationes, per Glos. singularem *in l. 2. §. Idem Nerva, in verb. Experiaris, ff. ne quid in loc. public.* & per Bald. *in cap. licet causam, numer. 34. de probat.* Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. numer. 259. & 260.* Bocat. *de interdict. uti possidet cap. 2. numer. 63. & 64.* Gratian. *disceptat. cap. 310. numer. 1.* Noal. *de transmission. cas. 38. numer. 7.* & ex pluribus Rotæ decisionibus Thomat. *decis. 29. numer. 24. & 25.* Cenc. *de censibus, part. 2. cap. 2. quæst. 5. alias 58. artic. 3. numer. 6. & sequentib.* Marquesan. *de commission. 1. part. de commiss. appellat. in possess. fol. 933. numer. 107. & part. 1. fol. 970. numer. 1.* Cavaller. *decis. 319. numer. 5.* Burat. *decis. 133. numer. 4. & decis. 275. numer. 7. & decis. 347. numer. 1.* in quibus locis alia Addent. plenè, alia congestis, in jure exigendi census cesso, & similibus, Posth. *de manutent. observat. 55. ex numer. 5.*

63 † Quare similiter in nostro successionis casu idem dicendum videtur: nec ullam rationem constitui, posse, cur magis in uno, quàm in alio istorum jurium quasi possessio ipsorum acquisitionem comitetur.

64 Inter quorum Doctorum varias sententias, licet prima communior, & receptior sit, adhuc tamen pro majori claritate distinguendum censeo inter jus patronatus, seu jus conferendi, aut eligendi annexum beneficio, aut dignitati, Castro, aut Villæ, vel Comitatui, ipsiusque ratione competens; & inter id, quod per se solum subsistit, & personæ solum debetur: In primo casu dicendum videtur, benè ipsius quasi possessionem cum ipsa dignitate, beneficio, aut Castro in successorem transire, secus vero in secundo.

Inter quos hujus distinctionis casus est quidem spe- 65
cialis ratio, cur magis in primo, quàm in secundo quasi possessio istorum jurium, sine ulla apprehensione in successorem continuetur; quòd videlicet in primo casu horum jurium quasi possessio morte antecessoris non interrumpitur, sed remanet penes dignitatem, sive Ecclesiam, aut Comitatum, ut per Innocent. *in cap. ex parte, de arbitr. & in cap. cum semper, de caus. possess. & proprietat. & in cap. cum in officiis, de testament.* Bart. & alios *in l. 1. §. ultim. ff. de acquirend. possess.* & per Felin. *in cap. constitit, numer. 19. de rescript.* docent Lambertin. *de iure patronat. 3. part. lib. 2. quæst. 11. art. 9.* Cassador. *decis. 7. numer. 13. de caus. possess.* Rota *decis. 1. numer. 4. de restitut. spoliat. in novissim. & decis. 390. part. 1. & decis. 19. numer. 8. part. 2. divers. Millis, in repertor. versic. Possessio, qua erat penes Pralatum,* Velazquez de Avendañ. *in leg. 45. Taur. gloss. 6. num. 8.* Pontan. *de sponsal. lib. 1. numer. 114.* Dom. Covarruv. *lib. 3. variar. cap. 16. numer. 13.* Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap. 6. n. 9.* Garcia *de benefic. part. 5. dict. cap. 5. num. 9. & 37.* Cavaller. *decis. 656. numer. 9.* ubi ex Gigant. Seraphin. & pluribus Rotæ decisionibus, quòd hæc quasi possessio dignitati quæsita censeatur, & aliis congestis ad manutentionem, & alios juris effectus, Posth. *de manutent. observat. 55. num. 96.* & novissimè Cardinal. Joan. Baptist. Luca *in Theatr. veritat. & justic. lib. 13. p. 1. de jure patron. discurs. 63. n. 36.*

In secundo vero casu, in juribus, nempè, patro- 66
natus, conferendi, vel eligendi, quæ per se principaliter subsistunt, aut personæ cohærent, diversum habetur; nam in his si principaliter per se competunt, idem, quod de cæteris juribus incorporalibus, eorumque successione est dicendum, ut nimirum ob defectum personæ, quæ medio tempore hæreditatis jacentis possideat, possessio interrumpatur, nec ob id in successorem absque nova apprehensione transeat, ut proximè dicam ex numer. 69. cum vero personæ cohæreant, extincta persona, quæ possidebat, extinguitur, & anichilatur quasi possessio; ideò in successorem postea, vel hæredem per aditionem hæreditatis cum ipsis juribus transire, nequit, ut pro ratione primæ negativæ sententiæ, ex Cancer. Dom. Valent. Dom. Salgad. & aliis, tradit eleganter, licet de primo casu mentionem non faciat, doctissimus Dominus, & Scriptorum Magister Dom. Ildephonsus de Olea *in suo celebri tract. de cession. iur. tit. 6. quæst. 5. n. 3.*

Et in specie affirmativæ sententiæ in primo casu dictæ 67
distinctionis, ut in eo juris patronatus, vel conferendi, aut præsentandi quasi possessio cum ipsa dignitate, Castro, aut Comitatu transeat, tenent Rota *decis. 1. de iure patronat. aliàs 140. in noviss.* Achil. *decis. 105. num. 8. de caus. possess.* optimè, & pluribus Rotæ decisionibus ad literam relatis, Nicol. Garcia *de benefic. 5. part. dict. cap. 5. num. 37.* & cum aliis Posth. *de manutent. dict. observat. 55. num. 96.* Card. Joan. Baptist. Luca *in Theatr. verit. & iust. d. tit. de iure patron. disc. 63. n. 36.*

Quæ distinctio, ipsiusque ratio differentiæ eleganter 68
comprobatur ex alia simili differentia, quam communiter, quoad translationem etiam possessionis DD. constituunt inter aliorum jurium incorporalium cessionem, & inter successionem in eis ex testamento: In primo quidem casu ferè omnes consentiunt, quasi possessionem cum ipsis juribus incorporalibus, ipso jure ante apprehensionem transire, ut probavimus supra num. 62, contra verò in secundo, ut, ultra Achil. Caputaquens. & alios DD. superios relatos in jure præsentandi, vel conferendi loquentes, & promiscuè etiam in aliis juribus incorporalibus, ne eorum quasi possessio absque nova aprehensione in hæredes transeat, per *dict. l. cum*

here-

Digitized by Google

heredes, *ff. de acquirend. possess.* & alia jura, communiter resolvunt Card. Tusch. *practicar. conclus. litter. P. conclus.* 406. *numer.* 5. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 33. Marescot. *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 22. *numer.* 17. Noal. *de transmiss. cas.* 38. *numer.* 6. optimè hanc distinctionem, & differentiam inter jurium incorporalium cessionem, & successionem ex testamento, quoad translationem quasi possessionis constituentes Rota apud Farinac. 2. *part. decis.* 392. *num.* 2. & 3. Duard. *post tract. de censib. decis.* 339. *num.* 5. & *ex num.* 3. eleganter Doctissimus D. Olea *de ces-*
69 *sion. jur. tit.* 6. *dict. quæst.* 5. *ex numer.* 1. *cum seqq.* † Qui inter hos casus jurium incorporalium cessionis, & successionis differentiam constituit: ut in primo, non in secundo, quasi possessio sine aprehensione transeat, & rationem assignat, quam tradidimus, supra, ad nostram distinctionem: quòd nimirum, ut ait doctissimus Dom. Olea, in successione, mortuo antecessore, interrumpitur, atque extinguitur quasi possessio istorum jurium, ut & cæterarum rerum hæreditariarum per medium temporis inter mortem, & hæreditatis aditionem, quin in hæreditate jacente transferatur ob defectum veræ personæ, quæ possideat: Quod contrarium invenitur in cessione, in qua, nullo tempore præter ipsam cessionem interveniente, transeunt hæc jura in cessionarium: & consequenter cum eis ea ipsorum natura quasi possessio nullo tempore interrupta, quæ semper eadem jura comitatur.

70 Quæ verissima ratio in cessione assignata verificatur sine dubio in primo casu dictæ principalis nostræ distinctionis, successionis, videlicet, in jure patronatus, vel conferendi, eligendive, cum hæc jura Castro, aut dignitati cohærent, nam & tunc nulla quasi possessionis interruptio considerari, potest, ex quo, ut supra probavimus, remanet in ipsa Ecclesia, vel dignitate, ubi successor eam invenit, atque acquirit, his juribus quæsitis, juxta ipsorum naturam, ut ea semper quasi possessio comitetur: quod secus dicendum, cum hujusmodi jura nullæ dignitati, aut rei sunt annexa, sed per se subsistunt, sive principaliter competunt: vel etiam personæ cohærent; nam in his casibus, extincta persona, quæ possidebat, vel cui inhærebant, quasi possessio interrumpitur ob defectum personæ, quæ, hæreditate jacente, possideat, aut in totum in secundo horum casuum jura hæc, ut personalia extinguuntur, ut supra dictum remanet.

71 An autem in nostro principali casu, cum jura præsentandi, &c. dignitati cohærent, necessarium sit, ut in successorem eorum quasi possessio transeat, quòd saltim ipsius dignitatis, vel Comitatus possessionem successor apprehendat, vel sufficiat, quòd in eis ipso jure succedat? subtiliter quidem dubitari, potest: &, licèt prima facie videatur dicendum, saltim dignitatis, vel Comitatus possessionis apprehensionem requiri, ut in specie cum aliis antiquioribus resolvere, videtur, licèt satis dubium non exprimat, doctissimus Dom. Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 16. *num. fin.* attamen contrarium verius censeo, imò nullam apprehensionem dignitatis requiri, ut ea translata, juris præsentandi, & similium quasi possessio acquiratur; nam hæc est istorum jurium incorporalium natura, ut eis quæsitis, quasi possessio quoque acquiratur, cessante ea alio casu interruptione; quia quasi possessionis translatio non dependet, ex eo, quòd dignitatis, vel Comitatus, cui inhærent, possessionem apprehendamus: sed solum ea ipsorum jurium incorporalium acquisitione; ad id enim dumtaxat dignitatis, vel Comitatus interventio requiritur, ut penes istas res, mortuo antecessore, quasi possessio juris præsentandi, vel conferendi absque ulla interventione remaneat, ut postea in istarum rerum, & simul jurium præsentandi, vel conferendi successores, eorum quasi possessio continuetur.

72 At verò superior negativa sententia, ne quasi possessio juris præsentandi, vel conferendi principaliter per se subsistentium, aliorumve jurium incorporalium, in hæredes transeat, locum etiam habeat in suis hæredibus, vel dumtaxat in extraneis intelligi, debeat? non immerito dubitari, potest.

In qua quæstione indistinctè tam in suis, quàm in extraneis hæredibus jurium incorporalium quasi possessionis translationem negat Noalis *de transmiss. cas.* 38. *à numer.* 2. & 6. cum quo transit, licèt obiter, quin principaliter quæstionem moveat, Dom. Olea *de cession. jur. tit.* 6. *quæst.* 5. *numer.* 1. ex eo quòd in possessione aliarum rerum corporalium, nec etiam in suos hæredes, sine nova apprehensione transeat, ut communiter omnes docent ex Text. *in dict. l. cum heredes*, *ff. de acquirend. possess.* ut constat ex relatis per Castil. *tom.* 3. *controvers. cap.* 22. *ex numer.* 11. & 19. Paz *de tenut. cap.* 8. *sub numer.* 50. Paschal. *de virib. patr. potest. part.* 4. *cap.* 1. *ex numer.* 58. Burat. *decis.* 228. *num.* 2. & *decis.* 312. *num.* 6. ubi Addent. *num.* 15. & *decis.* 935. *numer.* 1. ubi Addent. *lit. A.* Dom. Salgad. *de Reg. protect.* 1. *part. cap.* 3. *à num.* 109. Dom. Olea *d. qu.* 5. *num.* 1. 73

Sed, licèt hæc negativa sententia in possessione rerum corporalium tam in hæredibus suis, quàm in extraneis procedat, in incorporalibus tamen non ineleganter contrarium attentari, poterat, quoad suos hæredes, si benè perpendatur superior ratio in cessione considerata, necnon, & in casu, quo conferendi, vel præsentandi jura Dignitati, vel Comitatui cohærent; nam in his casibus jurium incorporalium quasi possessio, ea eo cum ipsis juribus in cessionarium, vel hæredem transit; quia nulla datur possessionis interruptio inter cessionem, vel mortem antecessoris, & inter secundam horum jurium acquisitionem; quia in cessione statim, nullo tempore interveniente, in cessionarium transeunt, & cum eis quasi possessio, quæ hæc jura, cessante temporis, & consequenter ipsius quasi possessionis interruptione, comitatur, & similiter in dicta successione, ex qua nec interrumpitur, cum semper penes dignitatem remanere, superius diximus: & sic in uno, atque altero casu non est quasi possessio interrupta tempore istorum jurium acquisitionis, quæ eam comitetur. 74

Juxta quæ idem dicendum videtur in suis hæredibus, ex quo in eis successio defuncti, & rerum dominium, post ejus mortem, potius absque ullo temporis intervallo continuari, quàm de nuovo acquiri dicitur, *l. in suis* 11. *ff. de liber. & posthum. l. si post mortem* 68. §. 1. *l. quæstum* 91. §. *Præsenti*, *ff. de legat.* 1. & alia vulgaria jura 75
passim per Theoricos adducta: † Unde in suis hæredi- 76
bus nulla posterior aditio exigitur, nulla hæreditatis jacentis fictio, ut in aliis extraneis inducitur; quia nulla dilatio, nec ullum instans continuationem istam dominii rerum paternarum in suis hæredibus retardat, sed confestim post mortem patris in ipso mortis instanti peragitur, ut passim notatur per Theoricos, apud D. Valent. *lib.* 3. *illustr. jur. tract.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. *cum seqq.* † Quasi domi- 77
nium, quod quodammodo sopitum, & absque ulla administratione ratione identitatis personarum habent, *d. l. in suis* 11. post ipsius mortem patefiat, sive appareat, ejusque administrationem nanciscantur, ut tenet D. D. D. Josephus Fernandez de Ret. *in opuscul. lib.* 7. *cap.* 2. *à num.* 26. & *lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 1. & en, citato diximus suprà hac part. cap. 30. §. 3. n. 51.

Quæ omnia cessant in extraneis hæredibus, in quibus non statim post mortem testatoris rerum hæreditariarum dominium transit, sed tunc demum post aditam hæreditatem, inducta à jure medio illo tempore fictione hæreditatis jacentis, in qua tanquam personam defuncti repræsentante omnia jura, & dominia remanent, ne alias, ut vacantia à quolibet stricto, & naturali, aut gentium jure occupari, possent, ut constat ex *l. liber homo*, 13. §. *Si servus hereditarius*, *ff. ad leg. Aquil. l. si ante aditam* 15. *l.* 62. *ff. de acquir. rer. domin.* & cum aliis juribus Bart. Jason. & alii antiquiores *in rubr. de acquir. heredit.* & ad alia multa plenè explicant Donel. *lib.* 6. *commentar.* 2. *cap.* 2. Cujacius *lib.* 5. *quæst. Papinian.* 78

in l. hereditas 50. ff. de heredit. petit. Duaren. *ad tit. de acquirend. hereditat. cap. 1.* Anton. Faber *in iurisprudent. Papin. tit. 2. princ. 5. illat. 3. & de errorib. pragm. decad. 7. error. 1.* D. Vallent. *illustr. lib. 2. tract. 4. cap. 1. numer. 1. cum seqq.*

79 In qua quidem juris fictione possessio defuncti, ut quid facti, conservati, non potuit, juxta jura *in l. in bello 12. §. Facti, ff. de captiv. l. 1. §. Scævola, ff. si is, qui testam. lib. esse iuss. est, l. cum heredes, de acquir. possess.* doctè Noguerol. *allegat. 25. num. 287. & 2. seqq.* Sed necessariò, mortuo testatore, statim fuit extincta, & anichilata; unde non mirum, si postea tempore aditionis jam interrupta in hæredem transire, non valeat ob defectum extremorum; ut pro ratione superioris negativè sententiæ tradunt D. Olea, Luca, & frequenter DD. superius relati; Quod
80 cum in † suis hæredibus non inveniatur, sed potius in eos jura incorporalia à tempore mortis absque ulla dilatione, vel temporis intervallo transeant, vel proprius continuentur, & cõsequenter in hac successione sint extremi habiles, nullo medio tempore nocente, dicendum videtur, quasi possessionem horum jurium, tunc adhuc non vacantem, eadem jura comitari, ut sæpius diximus; quam etiam rationem extremorum habilium sine aliqua medii temporis interruptione pro translatione quasi possessionis juris præsentandi, aliorumque jurium incorporalium considerant D. Olea, Luca, & alii in cessione horum jurium: Nec non
81 † & successione juris conferendi, præsentandi dignitati, vel commitatui annexi: unde cum inter istorum jurium acquisitionem, & successionem ratione suitatis nullam differentiæ rationem considerari posse, videatur; consequenter idem in successione ratione suitatis, ac in his casibus quoad translationem quasi possessionis erit dicen-
82 dum; † Quibus adde quæ diximus supra hac part. cap. 30. §. 3. ex num. 35. ubi circa translationem quasi possessionis paternæ nobilitatis in filios, aliosque suos hæredes.

83 Sed quia multi, & quidem magis communiter volunt, quòd translatio quasi possessionis jurium incorporalium in cessione ex eo specialiter procedat, quòd cessio in incorporalibus loco traditionis habeatur, idemque, ac traditio incorporalibus, operari per illa verba, quibus vulgariter cessio peragitur, *cedit, dedit, & tradidit*, & quia hoc idem verbum *cedere*, per se solum significatur per solum verbum *cedere*, idest à re discedere, & alium in sui locum ponere, Menoch. *de retinend. remed. 3. ex nu. 263.* Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. tot.* optimè omninò videndus Monter. à Cueva *decis. 46. à nu. 49.* Joann. Baptist. Thor. *in compend. decis. 2. part. verb. Creditores cessionarii, & verb. Creditor licet posterior*, & cum aliis D. Olea *de cession. iur. dict. tit. 6. quæst. 5. num. 4. & 5.* quod quidem in acquisitionis, sive continuatione incorporalium in suis
84 hæredibus locum non habet, † cogita ergo circa resolutionem, an in eis ex sola continuatione quasi dominii rerum incorporalium quasi possessio transferatur, ex quo nullo medio tempore interrumpitur, ut diximus supra in casu, quo quis succedit in jure conferendi, vel præsentandi dignitati, vel officio annexo.

85 Quibus resolutis, notare non omittam optimam cautelam, ut indistinctè juris præsentandi, vel conferendi, aliorumque jurium incorporalium quasi possessio defuncti in hæredes, etiam extraneos, absque ulla aprehensione transeat, quòd, videlicet, moriens in testamento, vel codicilis adjiciat constitutum favore hæredis se constituendo ex nunc pro tunc, & præambula hora mortis illius nomine possidere; quo casu tempore habili possessio translata censetur, ut in specie notat Cardinal. Joann. Baptist. Luca *in Theatr. veritat. & iustit. lib. 13. part. 1. de iure patronat. discurs. 63. num. 34.* quæ cautela suffraga-
86 tur etiam in testamento, † vel ultima voluntate circa translationem possessionis aliorum bonorum corporalium, ut notant Dunozet. *decis.* 993. idem Luca ubi proximè, *& in lib. 4. tit. de fideicommiss. discurs. 134. & repetit in lib. 6. tit. de hered. discurs. 5.* & etiam sub *tit. de Iudic. discurs. 8.*

Pro coronide igitur, & complemento materiæ hujus 87
§. & Text. *in dict. cap. consultationibus, de iure patronat.* ex quo hucusque diximus, collationes, præsentationes, aut electiones, ut fructus juris conferendi, præsentandi, vel eligendi ad eum, qui est in hujusmodi jurium quasi possessione pertinere; utiliter ad praxim quæri, potest: an dispositio *dict. cap. consultationibus*, correcta sit per Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 9.* ex quo ibi statuitur, non aliter titulum juris patronatus, quàm ex fundatione, vel dotatione, authenticis documentis probari, debere; vel ex multiplicatis præsentationibus immemoriali præscriptione: † Et hoc amplius in potentio- 88
ribus personis, universitatibus, vel similibus, in quibus plerumque hujus juris usurpatio præsumitur, quòd immemorialis non aliter suffragetur, quàm si, præter reliqua ad ea necessaria, præsentationes quinquaginta annorum spatio factæ, & effectum sortitæ authenticis scripturis probentur, † Idemque statuitur per Sacrum Concilium 89
in quocumque alio nominandi, vel eligendi jure rei spirituali annexo.

In qua quidem Sacra Conciliari decisione, si disposi- 90
tio nostri Text. in *dict. cap. consultationibus*, & etiam circa electionem *dict. cap. querelam, de election.* comprehendatur, fermè hucusque dicta inutilia erunt ob defectum probationis à Sacro Concilio requisitæ, nec jam suffragabitur possessoribus unicus actus præsentandi, vel eligendi, vel etiam plures pro quærenda possessione in posterum præsentandi, vel eligendi in præjudicium veri patroni.

In qua quæstione quòd decretum Concilii non solum 91
in petitorio, verum etiam in possessorio locum habeat, pluries declaravit Sacra Congregatio Cardinalium super dict. cap. 9. Concilii, ut notat ad litteram referens plures Sacræ Congregationis declarationes, & alias Rotæ decisiones Nicol. Garcia *de benefic. 5. part. cap. 5. numer. 137. cum seqq.* Prosper. Fagnan. *in dict. cap. consultationibus, ex num. 8. qui ex num. 15.* ait, non esse hodie deferendum Doctoribus, qui ex *dict. cap. consultationibus*, dixerunt, præsentatum ab existente in quasi possessione præsentandi præferendum esse præsentato ab habente proprietatem juris patronatus, nisi possidens prius legitimè doceat de titulo, juxta formam à Concilio præscriptam.

Sed, his non obstantibus, hæc Sacri Concilii corre- 92
ctio, quoad Text. *in dict. cap. consultationibus*, eo solo casu intelligi, & procedere, debet, quando est controversia super libertate beneficii, an juris patronatus sit, vel liberæ collationis: non vero quando, supposita in beneficio qualitate juris patronatus, nec dubitata ab ordinario, agitur inter præsentatos à diversis patronis super pertinentia juris patronatus, scilicet ad quem eorum privativè pertineat; in hoc enim casu, nihil est innovatum per Concilium, quia tunc nullus favor beneficii, vel Ecclesiæ id expostulat: & ita optimè intelligit, & declarat ex pluribus Rotæ decisionibus ita Sacrum Concilium interpretantibus, Nicol. Garcia *de benefic. dict. cap. 5. num. 140. cum sequent.* quem sequitur Prosper. Fagnan. *in dict. cap. consultationibus, num. 16. & 17.* † Quod etiam intelligerem, si 93
controversia sit inter ipsos plures præsentantes, invicem juspatronatus prætendentes, ad quem eorum privativè pertineat ratione successionis, vel ex alia causa, supposita semper in beneficio, vel Ecclesia hac qualitate, nec dubitata ab Ordinario, quia fortè constat, juxta formam Concilii ad aliquam familiam pertinere, vel ad antecessores prætendentium.

Quare in hoc casu locum habere poterit prælatio præ- 94
sentati ab existente in quasi possessione præsentandi, donec alius de meliori jure doceat, ut passim probavimus in discursu hujus §. & probat post Concil. Rotæ *decis. 172. numer. 3.* apud Posth. *post tract. de manut.*

CAP.

CAP. XXXII.

ARGUMENTUM:

De aliis emolumentis, sive Fructibus Juris Patronatus, ut sunt præeminentia in processionibus, ante alios sedendi, offerendi, Pacem, Thurificationem, Palmas, vel Candelas in primo loco recipiendi, & similes prærogativæ: necnon de alimentis Patrono egeno per Ecclesiam debitis: Quorum emolumentorum, sive Juris Patronatus præeminentiarum, & honorum tractatio in tres clases, vel species, juxta ipsius Juris patronatus' definitionem, dividitur: Prima species erit de honorificis: Secunda de onerosis: Tertia de utilibus emolumentis, seu fructibus, de quibus in singulis §§. seqq. separatim tractabitur.

SVMMARIVM.

1 *PRæponitur materia in hoc cap. & sequentib. §§. tractanda: circa præeminentias videlicet, sive honorifica emolumenta, quæ juris patronatus ratione Patronis debentur.*

2 *Emolumenta hæc juris patronatus fructus probatur esse breviter, ac remissivè.*

3 *Emolumenta qualibet occasione rerum provenientia, ipsarum rerum fructus reputantur, inspecta maximè verbi* Fructus *generali, & lata significatione: ibid. remissivè.*

4 *Iuris patronatus prærogativæ ipsius occasione proveniunt.*

5 *Quæ hujusmodi præeminentia, sive juris patronatus emolumenta honorifica, aut fructus sint? plenè in præsenti discutiendum proponitur.*

6 *Dividuntur prærogativæ omnes, quæ juris patronatus ratione Patronis debentur in tres clases, aut species:* in honorificas *videlicet*, onerosas, & utiles.

7 *Refertur pro hujus divisionis comprobatione juris patronatus receptior definitio.*

8 *Dividitur etiam hujusmodi præeminentiarum trium specierum tractatio in tres quoque sequentes §§. in quibus de unaquaque specie separatim agendum proponitur.*

1 IN præsenti ergo capite se nobis offert latissima; ad-
modumque intricata materia circa Juris patronatus
emolumenta, prærogativas, aut præeminentias: Quæ
2 †omnia ipsius Patronatus fructus esse fatentur, licet
obiter, Melch. Lotter. & alii ex DD. proximè referen-
dis, satisque comprobatum manet ex hucusque dictis
3 in præcedentib. cap. † In quibus similia emolumenta oc-
casione rerum provenientia fructus esse, resolvimus,
licet ex ipsis rebus immediatè, ut fructus naturales, &
industriales non nascantur; sufficit enim, ut quid
fructus rei, saltim impropriè, dicatur, verbo *Fructus*
in lata, & generali significatione accepto, & ex ipsa
re, vel ejus occasione proveniat, juxta nostram verbi
Fructus definitionem superius traditam in hac part. cap. 2.
4 & plenius resoluta in cap. 3. † Cum ergo prærogativæ,
& præeminentiæ, aliaque emolumenta, de quibus
in præsenti, juris patronatus ratione debeantur, ejus-
que occasione proveniant, ipsius fructus esse potius
jam supponendum, quam disputandum, nam, post
tot in præcedentibus capitib. circa similia emolumenta
disputationes, de hoc amplius dubitati, non licet: Qua-
5 re, †omissa hac disputatione, illud in præsenti princi-
paliter utiliter ad praxim agere, decrevi: quæ videlicet
Lagunez. de Fructib.
sint ista emolumenta, aut præeminentiæ; quæ ut juris
patronatus ratione, aut occasione obvenientia inter ejus
fructus sint connumeranda?
Circa quod, ut clarius me expediam, prænotandum 6
est, omnes favores, utilitates, & prærogativas,
quæ Patronis laicis benignè, & gratiosè per Ecclesiam
tribuuntur, ut ita ferventius, & animosius ad Ecclesia-
rum fundationes, dotationes, & ædificationes inviten-
tur, atque impellantur principaliter ad tres classes, sive
species reduci, posse, videlicet, ad *honorificum*, *onerosum*,
& utile; unde vulgariter recitantur versus, in quibus Pa-
tronorum emolumenta, prærogativæ, honorificæ, &
onerosæ includuntur:

Patrono debetur honor, onus, emolumentum.
Præstet, præsit, defendat, alatur egenus.

& idem traditur in nostris *legib. 2. & 4. tit. 15. part. 1.*
† Ideo jus patronatus communiter appellatur, & defini- 7
tur, juxta Hostiens. Abbat. & alios in *rubric. de jure pa-
tronat.* Roch. de Curt. *de jure patronat. column. 2. in princ.*
Sebastian. de Medic. *de definit. definit. 56. ut sit jus hono-
rificum, onerosum, & utile alicui competens in Ecclesia pro
eo, quod de Diœcesani consensu, Eccesiam quis fundavit, con-
struxit, vel dotavit.*
Quare de his tribus principalibus speciebus juris pa- 8
tronatus emolumentorum, ad quas omnes Patronorum
prærogativæ reducuntur, separatim agam, eas juxta præ-
fatos gradus, & ordinem definitionis distinctè in tribus
etiam sequentib. §§. referendo.

§. I.

ARGUMENTUM:

De emolumentis Juris patronatus, quæ ad primam classem, vel speciem ex tribus in cap. præcedenti propositis spectant, honorificis, videlicet: Agitur de honoribus, & præeminentiis, quæ Patronis in Ecclesiis Patronatis debentur: Præsertim de eorum præcedentia in processionibus, sessionibus, thurificatione, pace, vel candelis, aut palmis ante alios recipiendis; necnon & in sepulturæ præcedentia, & in similibus actibus. Et an ei accedenti ad Ecclesiam processionaliter per Clerum occurri, debeat? De armorum, seu insignium Patroni in Ecclesia collocatione: pluraque alia de materia insignium, maximè de eis semel in Ecclesiis, vel Cappellis appositis per Rectorem Ecclesiæ, Religiosos, vel alios conservandis: De variisque actionibus, & remediis pro eorum redintegratione: Et de pœnis contra ea delentes, seu abradentes. Quam probationem faciant Juris patronatus, necnon & dominii, aut jurisdictionis oppidorum? Et ultimò plenè discutitur, & resolvitur, an Ecclesiarum, vel Cappellarum fundatores prudenter, licitèque, & in conscientia faciant, si sua insignia in eis collocent; vel saltim operis meritum amittant?

SVMMARIVM.

1 *AGitur in præsenti §. de prima classe, sive specie præeminentiarum, aut emolumentorum juris patronatus, quæ ad honorem, & splendorem Patroni spectant: plenèque omnes congeruntur.*

2 *Prima, & principalissima præeminentia Patronis debetur, ut cæteris laicis in Ecclesia præferantur.*

3 *In processionibus.*

Digitized by Google

4 Quomodo hac in processionibus pracedentia intelligenda: & quis locus dignior habeatur, ut Patrono assignetur? & n. seqq.

5 Regionis consuetudo in hoc attendenda.

6 Similiter pracedentia in sessione Patronis debetur: & plura de hac prarogativa: & n. seqq.

8 Majoratus in hac sedendi pracedentia rectè instituitur.

Sedendi praeminentia, aut jus, juri patronatus simile, ibid.

9 Qua sessio dignior, ac honorabilior: ad sessionem propè Clerum, vel dominum: in principio, seu capite Seanni, vel in medio? & n. seqq.

10 Semper loci consuetudo inspicienda.

11 Sedem in Presbyterio Patronis, & aliis personis laicis, quamtumvis illustribus, ac Principibus collocare, interdicitur.

12 Patronis prarogativa in thurificatione, ante alios, exhibenda.

13 Quibus actibus eis, necnon, & Magistratibus, ac dominis inferioribus locorum exhiberi debeat?

14 Item debetur Patronis praeminentia pacem, ante alios, recipiendi: necnon Palmam in Dominica Palmarum: Candelam in Purificationis Beat. Virg. Mariæ festivitate.

Et etiam primo loco in festivitatibus offerre: & habere primas vices in similibus actibus, qui in Ecclesia fiunt, ibid.

15 Ex sola possessione alicujus ex his praeminentiis non probatur jus patronatus: & n. seqq.

16 Non sunt actus pracisi juris patronatus: alii enim extraneo quamvis non Patronatus competere, possunt.

17 Pluribus haredibus in jus patronatus succedentibus, licet omnes Patroni sint, non tamen omnibus in festivitate Purificationis Candela ab Ecclesia prastanda, sed uni tantùm alternis vicibus, & num. 18.

Jus patronatus individuum, nec in divisione bonorum continetur, ibid.

Aliqua inter plures alternis vicibus peragenda: remissivè, ibid.

20 Sepultura in honorabiliori loco ratione juris patronatus, an patrono debeatur? cum n. seqq.

21 Resolvitur negativè.

22 Limita, nisi in limine fundationis specialiter hoc jus sibi reservaverit.

23 Et nisi post Ecclesia consecrationem Episcopus ei concesserit, & n. seqq.

24 Differentia inter sepulchri per Episcopum concessionem: & aliorum Ecclesiæ onerum, vel redditaum majoris prajudicii.

25 Sepulchrum rectè per Episcopum gratis, vel etiam pretio interveniente, absque metu simonia, conceditur.

Declaratur Text. in cap. abolendæ, de sepult. ibi, & num. seqq.

26 Aliud sepulchrum: aliud honorificentior locus.

Honor, & praeminentia sine simonia vendi, potest, ibid.

27 Pretium ex sepultura venditione per viam eleemosyna ad reparationem Ecclesia recipitur.

28 Generalis est recepta consuetudo circa sepulchrorum venditionem.

29 Exponitur pro comprobatione notabilis ad rem Text. in cap. ad Apostolicam, de simon.

30 Quid si Patronus, neque ex reservatione, nec ex concessione Episcopi sepulchri jus habeat, sit tamen ita egenus, ut alibi, quàm in Ecclesia Patronata sepeliri, non possit: an in ea per Rectorem, & Clerum sit sepeliendus?

31 Quæ prarogativa Patrono accedenti ad Ecclesiam per Rectorem, & Beneficiatos debeatur? an usque ad Ecclesia ambitum ei sit processionaliter occurrendum?

Quid in Principibus Supremis, si Patroni sint? ibidem.

32 Christianissimo Regi Francia, & Venetiarum Duci, in quibusdam suis Ecclesiis Patronatis processionaliter per Decanum, & Canonicos occurritur.

33 Limita, & declara ut procedat in primis ipsorum ad Ecclesias adventibus: secus si in locis diutius permanentes, frequenter ad eas accedant: & quid tunc faciendum?

34 De actionibus, sive remediis, quibus prarogativa ista, & similes honores tam in possessorio, quàm in petitorio Patronis, & aliis conserventur: remissivè.

35 Pro defensione juris, vel quasi possessionis sedendi in Ecclesia in stallo, vel alio praeminentiori loco.

36 Agitur de principalissima Patronorum praeminentia, seu honorificentiori fructu juris patronatus, apponendi propria arma, vel insignia in Ecclesia Patronata, in ejusve foribus, seu muris, vel intra ipsum templum.

37 Aut aliquam inscriptionem in memoriam, sive honorem Patroni, seu Ecclesia fundatoris.

38 Inscriptiones hujusmodi, vel arma ejus, cujus pecunia opus fuerit factum, in quibuslibet operibus publicis apponi, possunt: & quid si pecunia publica: remissivè, ibid.

39 Arma, seu insignia Ecclesia foribus, aut turribus depicta juris patronatus signum.

40 Res ejus præsumitur, cujus, & signum.

41 De dominio, & jurisdictione oppidorum ex armorum in locis publicis appositione probando.

42 In jure patronatus, & n. seqq.

43 Armorum appositio nunquam in re prorsus aliena permitti, solet.

44 Concurrentibus cum armis, aliis adminiculis, jus patronatus probatur.

45 Similiter juris patronatus probatio adminiculatur ex inscriptionibus, & epitaphiis antiquis: & plura de eis remissivè.

46 Idem in quorumlibet aliorum jurium probatione.

47 De armorum, seu inscriptionum requisita antiquitate, ut pro ea juris patronatus probatio inducatur, seu adminiculetur.

48 Insignia, etiam si minus, quàm Ecclesia, antiqua sint, prasumi etiam possunt recentius apposita ad conservationem juris patronatus.

49 Vel in restauratione Ecclesiæ omnino diruta.

50 Arma, seu insignia semel apposita perpetuò manere, debent.

51 Non abradenda, aut amovenda per Ecclesia Rectorem, Religiosos, vel alios.

52 Interest Reipublica, ut familia conserventur.

53 Contra delentes, vel aliter corrumpentes arma alicujus plures actiones, & pœna, cum num. seqq.

Quæ remedia pro redintegratione competant? ibid.

54 Actio in factum.

55 Et injuriarum.

56 Magna injuria Patrono, vel aliter armorum domino infertur, si ejus insignia deleantur.

57 Gravissimum delictum, insignia alterius delere, aut tollere, & n. seqq.

58 Vassallus insignia domini directi dolosè sine causa destruens feudo privandus.

59 Pœnam capitalem pro hoc delicto infligendam aliqui, volunt, & n. 60.

61 Verius, arbitrariam esse.

62 Remedium pro redintegratione in praxi magis frequenter receptum: quod statim, ante omnia, arma in primum statum reponantur: & ad alia interdicta.

63 Si Ecclesiam, vel Cappellam instaurari, vel renovari,

Digitized by Google

vari, necesse sit, bene arma: imagines, aut inscriptiones tolli, vel abradi, possunt, sed statim, refecto ædificio, reponenda.

64 *Ecclesiæ renovatio, aut reparatio absque præjudicio prærogativarum privatorum, & ipsius Ecclesiæ qualitatis facienda.*

65 *Intellige dicta, si aliter Ecclesiæ reparatio fieri nequit, & quod ipsa antiqua insignia, non recentiora iterum collocentur.*

66 *Ipsis etiam Patronis successoribus primi fundatoris arma tollere, suaque collocare, non licet.*

67 *Nec alia insignia apponi, possunt, quantumvis fundatoris arma suo loco relinquantur.*

Per alterius armorum collocationem fundatorum memoria confunditur, ibidem.

68 *Per compatroni admissionem principalis benefactoris, seu Patroni minuitur authoritas.*

69 *Quid si Ecclesia totali reparatione egeat, & Patronus requisitus non refecerit, idque alius feceris: an, illius armis sublatis, istius sola collocanda?*

70 *Cappellarum fundatores utrum hoc nostro fructu, sive prærogativa propria insignia in Cappellis collocandi licitè, seu illicitè in conscientia uti possint? vel saltim meritum operis amittant.*

71 *Aliqui id licitè fieri, posse, negant.*

Idem affirmant in insigniis quæ ornamentis, vel aliis utensilibus Ecclesiis donatis apponi solent, ne eis licitè in conscientia adjiciantur, ibidem.

72 *Distinguitur pro veriori resolutione, & ex n.74.*

73 *Armorum hæc collocatio actus indifferens reputandus.*

74 *Cappellas, vel Ecclesias construere in eis propria insignia principaliter ob inanem gloriam, seu vanitatem collocando, malum, & meriti vacuum, & quando lethale? & n.76. & 77.*

78 *Licitè familiarum splendor, ac nobilitas armorum appositione, seu aliis instrumentis conservari, curatur, & n.seqq.*

80 *Et Iuris patronatus acquisitione.*

83 *Tutius, nulla insignia in his piis constructionibus apponere.*

84 *Opera pia, sive eleemosyna occultè, ut securius facienda.*

85 *Declara, quando secus: in Episcopis, aliisve personis, quæ ratione officii eleemosynas facere tenentur, & n.86.*

Intelligitur Div. Matth. locus c.5. ibidem.

87 *Eleemosynis palam per Episcopos factis, cessant scandala, & simultates subditorum, quæ eis non visis, frequenter exoriri, solent.*

88 *Ad alia de materia armorum, quando per dominos inferiores, Magistratus, vel alios privatos in locis publicis collocari, valeant? remissivè.*

89 *Item Patrono beneficia præsentandi emolumentum debetur: de quo remissivè* ad c. præcedent.

1 IN prima igitur clase, sive specie emolumentorum, sive præeminentiarum Juris patronatus ex tribus superius in ipsius defiotione, & præcedenti capite propositis includuntur prærogativæ, & præeminentiæ, quæ ad
2 honorem, & splendorem Patroni pertinent: † Inter quas primo loco, ut magis principalem connumerant DD. præcedentiam illam, ut Patronus cæteris laicis in Ecclesia præferatur de qua *in cap. nobis 25. de Iure patron.* & ibid. gloss. *verb. Modestè*, Panormit. *num.5.* Annan. *numer.9.* cui concordant Text. *in c. pia mentis, cap. frigentius 16.*
3 *quæst.7.* & nostra *leg.1. in fin. tit.15. part.1.* Et plenè de hac Patronorum præcedentia in processionibus Roch. de Curt. *de Iure patronat. verb. Honorificum, quæst.63. n.98.* Cæs. Lambert. *eodem tract. lib.3. quæst.1. artic.1. à princ.* Joann. Brunel. *in tractat. de dignit. & potest. legat. à later. conclus.24. vers. Nonus favor*, Pater Azor. *instit. moral. part.2. lib.6. cap.20. quæst.2.* Lotter. *de re benefic. lib.2. qu.4. ex num.1.* & ad alia circa hunc in processionibus honorem Patronis debitum tractant latè August. Barbos. & alii Canonistæ repetentes ad Text. *in dict. cap. nobis 25.* & novissimè ibidem Prosper. Fagnan. † qui variis modis hunc pro- 4
cessionis honorem intelligit, & ibidem doctissimus D. D. D. Emanuel. Gonzalez, Mart. Mager. *de advocat. armat. cap.9. n.442.* & ex eleganti Rotæ decis. Cavalet. *321. nu.2.* Paul. de Citadin. *de Iure patronat. part.6. quæstion.1.*
† Qui benè hanc præeminentiam intelligit, ut Patronus 5
ultimo loco, post Parochum, vel Prælatum, tendat, si in illa provincia major sit honor, sequi, quàm præcedere: sequuntur Angel. *in summ. verb. Ius Patronatus*, Barbos. *de jur. Ecclesi. lib.3. cap.12. num.214.* quem etiam processionis honorem *ex d. cap. nobis*, variè, & quidem generaliter intelligunt DD. in præeminentia, sive prærogativa respectu præcedentiæ in sessione, thurificatione, pacevè recipienda, & similibus actibus, ut animadvertunt ad dict. Text. *in cap. nobis 25.* Lotter. Barbos. Prosper. Fagnan. Cavaler. *in loc. citat.*

Secunda prærogativa, sive fructus Juris patronatus 6
consistit in sessione in Ecclesia Patronata, in qua dum Patronus divinis Officiis, aliisve actibus assistit, in altiori loco præ cæteris sedere, debet, Gloss. *in dict. cap. nobis, de Iure patr.* & ibidem Abbas, & alii antiquiores Canonistæ, eadem Gloss. *in cap. qui sentit. vers. In sessionibus, de regul. jur. in 6.* † & plura adducentes, circa hunc sessio- 7
nis honorem, & præcedentiam Patronis debitam, videndi Roch. de Curt. *de Iure patr. verb. Honorificum, q.63. num.99.* Chassan. *in Catalog. glor. Mundi, 4. part. consider.80.* Mantic. *decis.444. num.1.* Martin. Andr. *decis.5. ex num.13.* ubi, & optima Rotæ decisio, aliàs *548. p.2. recentior.* Franc. Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.2. cap.16. numer.72.* Pater Azor. *institut. moral. pars.2. lib.6. cap.20. quæst.2.* Gratian. *discept. forens. c.180. cum seq. & cap.210. ex num.40.* Lotter. *de re benefic. lib.2. quæst.4. num.2.* plenissimè Fuscus *de visitat. lib.1. cap.27. per tot.* August. Barbos. *de jur. Ecclesi. lib.2. cap.12. nu.215.* Cavaler. *dec.322. num.2.* Valeron. *de transact. tit.3. quæst.6. ex nu.45.* † Qui 8
etiam *in num.47.* majoratum in hac præcedentia sedendi, benè institui, posse, ait ex D. Molin. *de primogen. lib.1. cap.24. num.34.* qui id supponit loquens in jure sedendi cum aliorum præcedentia principaliter absque jure Patronatus competente, quod benè in Ecclesia ex tolerantia Episcopi acquiri, potest; est enim quodam jus juri Patronatus simile, ut comprobat idem D. Molin.

Ad alia autem circa nostram prærogativam sedendi, 9
quæ ratione juris Patronatus competit novissimè tractat Joann. Bapt. Ventrigl. *in prax. rer. Ecclesiast. annotat.1. §.4. nu.25.* ubi quòd in sessione propè Parochum, & Clerum dignior locus sit, juxta ea, quæ resolvunt, ut similiter propè dominum sessio dignior habeatur, gloss. *in d. cap. nobis, de jur. patronat. leg.2. & 3. Cod. ubi Senator. vel clarissimi, leg.2. & 3. tit.24. part.4. leg.15. tit.1. part.7.* latissimè D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.2. lib.4. ex nu.66. & lib.2. cap. ult. numer.16. & in libell. De Plazas Honorarias, numer.307. & 309. & ex Authent. ut ab illustribus, §.2.* benè exornat Surgent. *de Neapol. illustrat. cap.23. numer.28.* ubi quòd sedere ad latus Principis magnus semper honor, & præeminentia sit habenda. † Semper ta- 10
men consuetudo, vel communis reputatio loci est attendenda, ut quis dignior locus in sessionibus, & similibus actibus habeatur; nam multoties dignius existimatur mediam sessionem inter plures habere, sed frequentius in Ecclesia in principio, sive capite banci in cornu Euangelii honorabilior sedes reputatur.

Nota tamen, quòd quamrumvis hæc sessionis præe- 15
minentia Patronis laicis competat, intelligi, debet, dummodo sedem in presbyterio non collocent; nam hoc eis est prohibitum, ut ex declaratione Sacræ Congregationis super Ritib. notat Lotter. *dict. quæst.4. nu.5. & lib.1. quæst.13. num.23.* quod, & quibuscumque aliis laicis viris illustribus, Magistratibus, atque Principibus, quantumvis magnis, & excelsis est etiam prohibitum in Cœremonia-

moniali Romano à Sanctissimo Clemente VIII. renovato lib. 1. cap. 13, & in Concilio Turonens. 2. cap. 4. & novissimè animadvertit D. Michael. Anton. Frances de Urrutygoit, in suo copioso, & docto tractat. de Eccles. Cathedr. cap. 5. num. 45. & 46, & plenius diximus supra in hac part. cap. 30. §. 1. ex num, 49. ubi idem resolvimus in dominis inferioribus, & quid etiam in Principibus supremis?

12 Tertia prærogativa, vel fructus juris patronatus consistit in thurificatione, quæ, ante alios, laicos, patrono est exhibenda, Lambertin. de jure patronat. lib. 3. 8. q. princip. num. 11. Bellet. disquisit. Cleric. 1. part. tit. de Cleric. debitor. §. 14. nu. 10. elegans Rotæ decisio apud Cavaler. in dict. decis. 321. nu. 2. Lotter. lib. 2. de re benefic. dict. quæst. 4. num. 2. in fin. Augustin. Barbos. de jure Ecclesiast. lib. 3. d. cap. 12. nu. 215. Joann. Bapt. Ventrigl. in prax. rer. Eccles. annot. 1. §. 2. n.

13 Quæ thurificatio ei exhiberi debet duobus ictibus, ut similiter in Magistratibus, & dominis inferioribus ex pluribus Sacræ Congregationis declarationibus observat Augustin. Barbos. in tractat. de Canonic. cap. 34. nu. 33. & 34. quibus non inferior in sua Ecclesia est patronus, nec minorem dignitatem habet.

14 Quarta prærogativa, sive fructus juris patronatus est præeminentia pacem, ante alios laicos, recipiendi: necnon, & palmam in Dominica Palmarum, vel Candedelam in festivitate Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ: & etiam primo loco in festivitatibus offerre, & habere primas vices in similibus actibus, quæ in Ecclesia fiunt, Roch. de jure patronat. dict. verb. Honorificum, numer. 99. Lambertin. eodem tractat. lib. 3. quæst. 1. princip. numer. 11. Chassan. in Catalog. glor. mund. part. 4. considerat. 80. Franc. decis. 85. per tot. ubi maximè, oltra relatos, de more dandi candelam patrono in die Purificationis, & ad omnes istas præeminentias videndi Pater Azor. institut. moral. p. 2. lib. 2. d. cap. 20. q. 2. Mantic. d. decis. 144. n. 1. Franc. Leo in thesaur. For. Eccles. part. 2. cap. 16. n. 72. Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 4. n. 2. Cavaler. d. decis. 321. n. 2. Augustin. Barbos. vot. 76. ex nu. 91. & de jur. Eccles. lib. 3. dict. cap. 12. numer. 215. Valeron. de transact. tit. 3. quæst. 6. num. 45. & novissimè ex Rotæ decisionibus Joann. Bapt. Ventrigl. in prax. rer. notabil. annot. 1. §. 4. n.

15 Circa quas idem præeminentias unum singulariter nota, quòd, licet per earum quasi possessionem multum coadiuvetur juris patronatus probatio, attamen ex sola quasi possessione alicujus ex his prærogativis non constituetur quis in quasi possessione juris patronatus.

16 Quia non sunt actus præcisi istius juris, quandoquidem alii extraneo, etiam si patronus non sit, competere possunt: ita in quasi possessione percipiendi candelam in die Purificationis sentire, videtur Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 5. num. 5. qui juxta hanc declarationem intelligit quandam Rotæ decisionem ibi relatam ex Veral. in optima decis. 150. num. 4. p. 2.

17 Unum tamen notabiliter adde, circa emolumentum, sive præeminentiam recipiendi candelam, quòd si plures hæredes patrono extiterint, licet ad omnes jus patronatus in solidum transeat, quia est individuum, nec in divisione bonorum continetur, cap. 1. & ibi Gloss. de jure patronat. Ripa respons. 2. num. 5. part. 2. Lambertin. de jure patronat. lib. 1. part. 2. quæst. 1. princip. art. 25. numer. 16. Franc. dict. decis. 55. Cost. de portion. rat. quæst. 97. numer. 4. & 5.

18 Attamen non omnes jus recipiendi candelam habebunt; quia Ecclesia non nisi unicam candelam præstare, tenetur; ideò alternis vicibus præstatio fiet, ut argum. Clement. 2. de jure patronat. benè animadvertit Stephan. Gratian. discept. 552. ex num. 35. ubi alia similia alternis vicibus peragenda, de quibus plenissimè Andr. Tiraquel. de primogenit. quæst. 16. opin. 5. per tot.

19 Ad alia autem plura circa præfatas sedendi, pacem recipiendi, præcedendi in processionibus, & alias præeminentias, quomodo ab ipso jure patronatus differant, quoad transactiones, & alios contractus, necnon, & judicis cognitionem? dicam infra suo in loco.

Quinta prærogativa, ut aliqui volunt, est jus sepulturæ, quam patrono ratione juris patronatus in honorabiliori loco deberi, docuit Gloss. in cap. 1. de jure patronat. in 6. in vers. Istud jus, & rursus in cap. qui sentit. vers. Item in sessionibus, de regul. jur. eodem lib. 6. & eam etiam, inter alias, connumerat Valeron. de transact. tit. 3. quæst. 6. numer. 65. 20

Sed verius hanc, circa sepulchrum, præeminentiam ratione juris patronatus non competere, tanquam jus re, & ratione penitus diversum ab honore, de quo in dict. cap. nobis, & ex aliis rationibus, ex quibus hoc plenè contra patronos in aliquibus Rotæ decisionibus resolvitur, ut testantur hanc partem contra gloss. sequentes, eamque varie interpretantes Beltramin. in addit. ad Gregor. XV. decis. 145. num. 9. latè tractat Lotter. de re benefic. lib. 2. dict. quæst. 4. ex numer. 17. & 21. quem novissimè sequitur D. Michael. Anton. Franc. de Urrutyg. de Eccles. Cathedr. c. 17. n. 88. 21

Quod tamen dupliciter intellige: Primò, nisi patronus Ecclesiæ fundator, vel dotator in limine fundationis, vel dotationis hoc jus sibi, ipsiusque familiæ in certo loco privativè reservaverit, Lotter. dict. quæst. 4. numer. 9. vers. Prior est, Secundò, nisi id post fundationem, & & consecrationem Ecclesiæ, aut dotationem Episcopus id expressè concesserit, quæ concessio subsistit, juxta relatos à Lotter. ubi proximè. 22

Quin obstent, quæ infr. dicemus ex num. .... circa censum, vel annuum redditum, aliudve onus post fundationem, vel dotationem per Episcopum non concedendum, quia hæc maximi præjudicii essent Ecclesiæ, secus sepulchri concessio, quæ tantum quandam præeminentiam præsefert absque diminutione juris Ecclesiæ. 23

Ideò benè per Episcopum talis concessio gratis, vel etiam, pretio interveniente, fieri, potest: & hoc absque metu simoniæ, non obstante dispositione Text. in cap. abolenda, de sepultur. per quem Text. sepulchri jus, vel Cappellam, ut quid spirituale præter labem simoniæ vendi, non posse, multi probare, intendunt, ut defendunt Suarez de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 14. num. 22. Joann. Carraff. de simon. in fin. tract. vers. An autem sepulchra, numer. 140. in tract. DD. tom. 15. part. 2. fol. 122. Reginal. Fillnc. Raphael de la Torre, & alii apud Dian. resol. moral. part. 2. tract. 15. resolut. 57. & alii per Gratian. dec. 26. num. 1. 24

Sed certè contrarium est verius; quia non ipsum sepulchrum, sive rei consecratæ dominium venditur; sed usus tantum, vel honor ille, sive prærogativa loci, ne alius in eo sepeliatur; quod diversum est ab ipsa sepultura, & quid profanum, & temporale, & ita pretio æstimabile reputari, debet, qua ratione licitè pretio emi, & vendi potest; nam licet sepultura gratis sit præstanda, dict. cap. abolenda, benè honor, & præeminentia vendi, poterit; cum nulla lex Episcopum, sive Parochum obliget, alibi, quam in cœmeterio sepelire cadavera; ut benè explicant, & resolvunt, pro intelligentia dict. cap. abolenda, Hostiens. ibidem, numer. 18. Joann. Andr. numer. 2. Abbas numer. 5. & communiter Barbos. & alii recentiores Canonistæ, Sot. de justit. & jur. lib. 9. quæst. 7. in 3. artic. col. penult. vers. At verò, si quis honoratiorem, Gratian. decis. 26. numer. 4. & per tot. ubi latè ad omnia respondet, & disceptat. forens. cap. 810. numer. 6. & per Sacram Rotam decisum testatur Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 9. numer. 817. in addit. plenè Carol. Matant. controver. jur. tom. 2. respons. 16. ex nu. 1. benè in nostro casu Lotter. dict. qu. 4. ex nu. 10. & in numeros referentes Pater Dian. resol. moral. part. 2. tractat. 15. resolut. 57. August. Barbos. de jur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 10. n. 16. idemque repetit de offic. Paroch. cap. 10. nu. 16. Donat. de regularibus, tom. 1. tract. 14. quæst. 78. Pellizar. in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 49. sub sect. 1. n. 272. D. Michael. Anton. Franc. de Urrutygoit. de Eccles. Cathedr. c. 16. ex n. 89. 25

Ultra

26 Ultra quæ illud, quod recipitur non propriè pretium est dicendum, sed per viam eleemosynæ accipi ad reparationem Ecclesiæ, vel ad sustentationem ministrorum, ut ex Suarez, Rodrig. & aliis, resolvit Lotter. *in loc. citat.* quo casu ministri vendere spiritualia non sunt dicendi, sed velle, habere necessaria pro sustentatione, ut notant Cajetan. super D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *artic.* 3. Navarr. *in summ. cap.* 23. *de simon. num.* 100. Donat. *de regularibus, tom.* 1. *dict. tractat.* 14. *q.* 79. *n.* 3.

27 Circa quæ non est amplius dubitandum, cum extet generalis consuetudo, ut hujusmodi sepulturæ, usus, tanquam quid temporale, & honorificum, vendatur, ut testantur Genuens. *in prax. cap.* 41. *num.* 18. Aloys. Ricc. 1. *part. prax. resolut.* 42. Quaranta *in verb. Alienat.* Diao. *dict. resolut.* 57. latè Gratian. *dict. decis.* 26. *num.* 15. optimè Matant. *dict. respons.* 16. *ex num.* 1. qui plenè de hac consuetudine tractant, eamque servandam absque labe simo-
28 niæ defendunt: † ultra quos, & per eos adducta, nota singularem ad rem Text. licet alias in materia simoniæ vulgarem, *in cap. ad Apostolicam, de simon.* ubi ferè in his terminis parochianorum, vel fidelium consuetudinem offerendi, videlicet, sive præstandi aliquid ministris Ecclesiæ pro exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium, & similibus tanquam laudabilem, & à labe simoniæ immunem servandam, ait Summus Pontifex, quid ergo ad rem clarius? de materia autem hujus Text. dicam plenius alibi ad alia.

29 Nota tamen, quòd, licèt hoc sepulchri jus neque ex reservatione, vel Episcopi concessione patronus habeat, si tamen ita egenus sit, ut alibi decenter sepeliri non possit, Ecclesiæ tunc Rector, vel Beneficiati in ipsa Ecclesia, & quidem Ecclesiæ expensis eum, meo videri, sepelire debebunt, quia si in vita egenum ratione gratitudinis alere, tenentur, quanto magis in morte sepulturam præstare? hoc enim opus, nec minus pium, vel necessarium est reputandum; pro quo facient infra dicenda *in* §. 3. *hujus capit. sect.* 1. *ex n.* 1.

30 Sexta præeminentia, vel fructus juris patronatus ad hunc primum gradum expectans est, quòd patrono ad Ecclesiam accedenti ei honoris causa usque ad ambitum ipsius Ecclesiæ per Rectorem, & Beneficiatos, honoris causa processionaliter occurritur; sed hoc intellige, si patronus sit Rex, vel Princeps aliquis supremus, ut benè declarant *in dict. cap. nobis, de iure patron.* Hostiens. *numer.* 3. Joann. Andr. *num.* 15. Ancharran. *num.* 14. Abbas *sub num.* 5. *vers. Quia primum*, Lambertin. *de iure patronat. lib.* 3. *dict. quæst.* 1. *num.* 15. benè Joann. Brunel. *de dignitat. & potestat. Legat. à Later. conclus.* 24. *vers. Nonus favor, circa princ.*

31 Qui de Christianissimo Rege Franciæ, & Duce Venetiarum, dum quibusdam Ecclesiis in ipsorum favorem patronatis accedunt, Decanum, vel Primicerium cum reliquis Canonicis Præbendatis processionaliter eis ire obviam, testatur Chassan. *in Catalog. glor. mund.* 4. *part. considerat.* 80. Surg. in addition. ad Marc. Anton. *de offic. Præfect. Prætor. c.* 21. *nu.* 19. *ad fin.* Melch. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 2. *d. q.* 4. *n.* 3.

32 Qui benè hoc sub intelligit *in nu.* 4. ex Butr. *in dict. cap. nobis, num.* 21. *vers. Item si sæpius*, dummodo hoc quotidie, vel frequenter ita solemniter non fiat; juxta quæ etiam in cæteris Principibus supremis in primo ipsorum ad oppidum, vel Civitatem adventu, & Ecclesiæ ingressu hujusmodi honor, ita solemniter, & processionaliter exhibendus erit, non verò si diutius ibi permaneant, Ecclesiamque frequentent; quia tunc sufficiet, si per Decanum, & aliquam partem Dignitatum, & Canonicorum eis absque Cruce, & sine forma processionis occurratur, ne aliàs ex frequentiori occursu parvi peodatur Ecclesiæ decus, vel depereat.

33 De actionibus verò, & remediis, quibus prærogativæ istæ, & similes honores, ac præeminentiæ, tam in possessorio, quàm in petitorio patronis, necnon, & aliis, quibus forsan alia ratione competunt, conserventur plenissimè tractant ex recentioribus, multis aliis congestis, Gratian. *discept. forens. cap.* 110. *&* 210. *ex nu.* 39. *cum sequentib.* optimè Giovagnon. *cons.* 8. *num.* 22. *&* 23. & ferè per tot. Cordub. *in leg. si quis à liberis, in princ. n.* 25. 30. *&* 31. *de liber. agnosc.* Garcia *de nobilit. gloss.* 35. *nu.* 59. plenissimè plura, & plures cumulans Hermos. *in proæm. part.* 5. *ex numer.* 105. *usque ad* 118. Ciarlin. *contr.* 119. *numer.* 9.

Ubi per totam controversiam defendit quasi possessio- 34
nem juris sedendi in stallo, quod quis in Ecclesia habebat, *& in contr.* 210. *numer.* 17. *& contr.* 110. *ex* 9. Posth. *de manutent. observat.* 18. *ex numer.* 24. Marin. in addit. ad Revert. *dec.* 428. Capyc. Latr. *dec.* 181. Sanfelic. *dec.* 331. *ex num.* 18. *& per tot.* qui omnes maximè in quasi possessione juris sedendi loquuntur. Ad armorum, insigniumve præeminentiam tuendam alios referam *infr. ex n.*

Septima, & quidem hujus primi gradus principalis- 35
sima præeminentia, sive fructus juris patronatus est propria arma, vel insignia gentilitia in Ecclesia juris patronatus in ipsius foribus, turribus, seu muris, vel intra ipsum templum depicta, aut insculpta collocare, Cæpol. *de servitut. urban. prædior. cap.* 71. *depictur. sive incrustrat. num.* 10. Menoch. *de recuperand.* §. 15. *num.* 47. Cened. *in collect. ad Text. in cap. quicumque, de Eccles. ædificand. numer.* 4. Seraphin. *decis.* 542. Stephan. Gratian. *decis.* 26. *ex num.* 18. Francisc. Tondut. Sanleg. *part.* 1. *resolut. benefic. cap.* 73. *ex num.* 9. Dom. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 54. elegans Rotæ decisio apud Clement. Merlin. 456. *num.* 48. *cum sequent.* Mart. Mager. *de advocat. armat. cap.* 18. *num.* 125. D. Michael Anton. Frances de Urrutygoit. *de Eccles. Cathedral. cap.* 16. *nu.* 72. & alii
ex proximè referendis: † & similiter in eadem Cappella, 36
sive Ecclesia inscriptionem quoque in honorem fundatoris apponi, posse, notant per Rotam *decis.* 609. *num.* 1. *& sequent. part.* 1. *recentior.* Tondut. *ubi proximè*, & Urrutygoit. *nu.* 76.

Sicuti in quibuslibet operibus publicis arma, & inscrip- 37
tiones ejus, cujus pecunia opus fuerit factum, apponi, valent, *l.* 2. *junct. leg. opus novum*, §. *fin. cum leg. sequent. ff. de operib. public. leg. legatum, ff. de administrat. rer. ad Civit. pert. leg. si quando, Cod. de operib. public.* de quo plenius dixi *supra hac part. cap.* 21. *ex num.* 4. ubi quid si pecunia publica *ex num.* 19. opus fuerit factum; & ad alios casus.

Unde arma in Ecclesia, ejusve foribus, vel turribus 38
depicta juris patronatus signum esse, notant Seraphin. *decis.* 652. *numer.* 2. *part.* 1. & cum aliis *decis.* 1141. *num.* 7. Farinac. *decis.* 527. *numer.* 7. in novissim. Josias *de stat. nobil. civil. cap.* 15. *numer.* 135. Hopingk. *differtat. de jur. protect. thes.* 25. *litter. F.* Mart. Mager. *de advocat. armat. cap.* 18. *ex numer.* 109. valdeque per ea probatio juris paternnatus adminiculatur, Ancharran. *cons.* 113. *numer.* 4. Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina, numer.* 97. *de caus. possess. & propriet.* Roman. *singular.* 480. Lambertin. *de jure patronat. lib.* 3. *quæst.* 5. *artic.* 4. *numer.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 90. *n.* 10. *& præsumpt.* 130. *n.* 31. Lara *de Cappellan. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 36. *& seqq.*

Quia res ejus præsumitur, cujus est signum, & Mar- 39
cha Text. vulgaris *in leg. quod stigmata, Cod. de fabricens. lib.* 10. & ex eo arguitur dominium, Mascard. *de probat. conclus.* 157. *numer.* 3. & cum aliis Lara *ubi proximè ex numer.* 36.

Et in dominio, & jurisdictione oppidorum ex armis 40
in moris, turribus, vel ædibus publicis Civitatis depictis, sive affixis, probando, quòd optimè per id comprobetur, Chassan. *in Catalog. glor. mund.* 1. *part. consider.* 55. Coppin. *de leg. Andegaviens. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *tit.* 4. *num.* 7. Rolland. à Vall. *cons.* 84. *num.* 23. *cum sequent. vol.* 2. Schombiorn. *polit. lib.* 5. *cap.* 30. & plenius dixi *suprà c.* 21. *ex n.* 4.

Et in nostro jure patronatus, quòd ex insignium, ar- 41
morumve in Cappellis appositione probetur, latè ex modernioribus prosequatur Coccin. *decis.* 230. *num.* 1. Lot-

ter.

42 ter. de re beneficiar. lib. 2. quaest. 13. num. 146. † Quia talis
armorum appositio nunquam prorsus in re aliena permitti, consuevit, Joann. de Ann. cons. 86. num. 2. Lotter. ubi
43 proximè, num. 147. † latè ad hanc juris patronatus probationem, & quae ex eo inducatur? Aloys. Ricc. in tra-
44 ctat. de novissim. probat. iuris patronat. resolut. 31. † Et
quòd plenè tunc hujusmodi armorum appositio probet, concurrentibus aliis adminiculis (quod verius videtur) Seraphin. dict. decis. 1141. num. 7. Coccin. dict. decis. 230. num. 1. Burat. decis. 927. num. 4. ubi Ferentil. Rotae dec. 26. num. 15. & 16. apud Vivian. post tract. de jur. patronat. & cum aliis Rotae decisionibus August. Barbos. de iur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 93. & ultra relatos, aliis congestis, Dom. Salgad. de Reg. protect. 3. part. cap. 10. numer. 269. cum seqq.

45 Ut similiter etiam juris patronatus probatio adminiculatur ex inscriptionibus, seu epitaphiis antiquis in lapidibus, seu columnis Ecclesiae incisis de familia memoriam facientibus, ad plura de eis, Gloss. in cap. cum causam, verb. Per libros antiquos, vers. Item si reperiatur, de probat. Bald. cons. 310. num. 1. & per tot. lib. 5. Lambertin. de iure patronat. part. 2. lib. 2. art. 4. quaest. 10. princ. nu. 11. Mascard. de probat. conclus. 958. num. 28. Menoch. de praesumpt. lib. 6. praesumpt. 73. num. 7. Seraphin. dict. dec. 1141. num. 7. Lara de Anniversf. & Cappellan. lib. 1. cap. 25. numer. 33. & aliis congestis, plenè de hac probatione tractant Aloys. Ricc. in prax. rer. for. Eccles. resolut. 125. num. 3. in fin. & in tractat. de novissim. probat. iuris patron. resol. 134. Coccin. dict. decis. 230. numer. 1. vers. de inscriptione vero, Nicol. Garcia de benefic. part. 5. cap. 9. nu. 91. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quaest. 13. numer. 149. August. Barbos. dict. cap. 12. num. 95. & in tract. de potest. Episcop. part. 3. alleg. 72. n. 50.

46 Et tam in jure patronatus probando, quàm in aliis probationibus peragendis, quòd his antiquis monumentis, inscriptionibus, & epitaphiis Ecclesiae fides magna adhibeatur, plenè Dom. Salgad. de Reg. protect. part. 3. dict. cap. 10. ex num. 274. cum sequentib. & in denominatione Cappellae alicujus familiae, Burat. decis. 927. nu. 3.

47 Quae intellige de insignis, seu inscriptionibus ita antiquis, prout est ipsa Ecclesia, vel Cappella in qua insculpta inveniuntur, ita ut in fundatione Ecclesiae apposita praesumantur, nec alia causa assignari, possit, veluti restaurationis, vel eleemosynae, Cavaler. decis. 159. num. 8. & ex dict. Rotae decis. 230. num. 1. apud Coccin. notant Lotter. de re beneficiar. dict. quaest. 13. numer. 148. August. Barbos. de iur. Ecclesiast. lib. 3. dict. cap. 12. numer. 94.
48 † Ubi tamen addit, quòd, licèt insignia non ita antiqua
appareant, ut in fundatione Ecclesiae apposita videantur; adhuc tamen ad probationem juris patronatus suffragari, debeant, quia per patronos ad conservationem sui juris
49 praesumuntur apposita: † nota etiam, quòd pro restau-
ratione Ecclesiae omninò dirutae, nova dotatione (antiqua perempta) armorum minus antiqua collocatio praesumi, potest pro juris patronatus probatione, seu acquisitione ex dictis causis, ex quibus rectè quoque acquiri, diximus sup.

50 Circa quam praerogativam insignium, vel armorum, quae in Ecclesia patronata per patronum depingi, aut insculpi, diximus, notandum est (quia frequenter in praxi accidit) hujusmodi arma, vel insignia semel apposita perpetuò ibi manere, debere; nam, qui in his locis insignia familiae suae in fundatione, vel dotatione Ecclesiae collocaverit, videtur id fecisse sub ea lege, ne unquam amoveantur, sed perpetuò memoria maneat; ad id enim arma, & insignia inventa, ut familiae conserventur, Dom. Molin. de primog. lib. 2. cap. 14. numer. 1. & 16. ubi plura Addent. Ann. cons. 86. Thesaur. decis. 270. numer. 1.
51 † Ideò insignia haec, vel inscriptiones per Rectorem Ec-
clesiae, Religiosos, vel alios tolli, vel abradi non posse, omnes concludunt, ut ex l. qui libertatem, in fin. l. opus, ff. de operib. public. notant Ludovic. Roman. singular. 355. Curt. Junior. in l. si quis id, quod, num. 6. de iurisdiction. omn. indic. Bart. in dict. l. qui libertatem, qui notabiliter loquitur contra Religiosos, qui insignia fundatorum amoventes, Cappellam, vel jus patronatus, alterius nomini tribuunt: in quibus, & in Clericis, quòd arma antiqua iterum suo loco collocare, debeant, Caepol. de servit. Urbanor. praedior. cap. 71. de pictur. seu incrustationib.
numer. 10. † Interest enim Reipublicae, ut familiarum 52
memoria conservetur, optimè ad rem Ancharan. cons. 356. Caesar. Lambertin. de jure patronat. lib. 3. quaest. 5. art. 5. numer. 6. circa fin. Chassan. in Catalog. glor. mund. part. 1. consider. 15. in fin. Seraphin. decis. 652. numer. 2. Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap. 7. numer. 362. vers. Notandum.

Quare in delentes, vel aliter corrumpentes arma, seu 53
insignia alicujus diversas actiones dari, variisque poenis puniri eos debere, pluraque remedia pro eorum reintegratione patronis, vel aliis competere, docent Bald. in l. observare, §. Antequam, ff. de offic. Proconsul. Chassan. in Consuetud. Burgund. tit. de feud. §. 4. gloss. 1. versic. Adverto ad illud, & tit. des emphans de plusieurs, §. 4. glos. 1. vers. Qui dicatur, Roman. cons. 474. Rebuff. in comment. ad Reg. Constitut. Gall. tom. 3. tit. de mat. possess. artic. 1. gloss. 2. num. 35. Menoch. cons. 281. Sola ad Constitut. Sabaud. tit. de insign. & arm. glos. unic. num. 10. Gratian. decis. 26. ex numer. 18. & discept. cap. 210. ex num. 49. plenè D. Valenzuel. cons. 18. ex numer. 43. & ferè per tot. Joann. Baptist. Thoro in compend. decis. part. 1. verb. Delens, Marc. Mager. de advocat. armat. cap. 18. numer. 116. cum seqq. Clemens Merlin. decis. 456. nu. 48. cum seqq. eleganter omninò videndus Carol. Marant. controvers. jur. lib. 1. respons. 16. num. 39. cum seqq. & novissimè, & doctè Franc. Maria Prato observat. 49. numer. 16. cum seqq. D. Michael. Anton. Frances de Urrutygoit. de Eccles. Cathedr. cap. 16. num. 77. cum seqq.

Et quòd actio in factum competat, ut insignia iterum 54
per delentem reponantur, notat Ripa in l. 1. num. 74. ff. si
cert. petat. † Et actio injuriarum, Bald. in dict. l. observa- 55
re, §. Antequam, ff. de offic. Proconsul. Angel. consil. 68. Chassan. in Catalog. glor. mund. part. 1. consider. 2. in fin. Avendan. de exequend. part. 1. cap. 2. numer. 4. Joan. Vinc. de Anna singul. 382. & probat Text. in l. si statua, ff. de
injur. & plures ex DD. proximè relatis: † Nam negari, 56
non potest, magnam injuriam patrono, vel aliter domino inferri, si ejus insignia deleantur, ex quo delens hoc facto honoris, & familiae memoriam aboleri, intendit, Escobar. de nobilitat. & puritat. proband. part. 2. quaest. 1. gloss. 2. num. 34. cum seqq. Satis enim, ut inquit Text. vulgatis in l. lex quae tutores, Cod. de administrat. tutor. lugubre, & fatale est majorum imagines, aut non videre fixas, aut revulsas videre.

Unde gravissimum crimen arma dejicere, reputat Ro- 57
land. de commiss. part. 4. lib. 7. cap. 6. num. 25. pag. 471. benè Luc. de Penn. in l. 1. num. 37. Cod. ut nem. ad suum Patrocin. num. 11. qui arma delere, suaque supponere, in domini injuriam vergere, ait; optimè Hieronym. Papon. cons. 20. num. 32. lib. 1. poenamque condignam ei imponi, debere, docent Schrader. de feud. part. 9. cap. 6. numer. 24. & alii adducti per Andr. Knichaen. encicloped. Brunon. Imperat. cap. 14. num. 18. cum sequentib. Henric. Rosenthal.
de feud. cap. 10. concl. 37. num. 29. † Qui vassallum, sive 58
feudatarium insignia domini directi dolosè, & sine causa destruentem, feudo privari, ait.

Ultra quos benè circa poenam contra insignia, & ar- 59
ma delentes, sive abradentes Joann. Vincent. de Anna singul. 383. qui casum decisum refert in Consilio Neapol. contra quemdam Comitem in exilium condemnatum, ex quo deleverat insignia domus Carrafae, in quadam Ec-
clesia insculpta: † & quòd poena capitis delens, vel ab- 60
radens puniri, debeat, tenet ex Guid. Pap. Aloys. de Leo
in rubr. ut nemin. liceat. sin. just. author. num. 8. † Sed certè, 61
juxta veriorem, & communiorem sententiam, poena arbitraria erit, ut ex Roman. singul. 474. aliàs 355. & ex Bart. in dict. l. qui libertatem, ff. de operib. public. resolvunt

Caepol.

Cæpol. *de servitut. Vrban. predior. dict. cap.* 71. *numer.* 10. Gomez *in §. Pœnales*, *num.* 5. *instit. de action.* Curt. Junior. *in l. si quis id, quod, num.* 6. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Rebuff. *in commentar. ad Reg. constit. Gall. tom.* 3. *tit. de mater. possess. art.* 1. *gloss.* 2. *numer.* 35. Bobadil. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 58. *versic. En quanto à los letreros*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 231. *n.* 6. Matt. Mager. *de advocat. armat. d. cap.* 18. *num.* 126.

62 Quoad vero remedia, illud frequenter in praxi sequimur, ut statim ante omnia arma reponantur, & reintegrentur in primum statum, ad quod competit patrono, vel alii remedium redintegrandi, juxta decisionem Delphinat. Franc. Marc. 275. Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 15. *ex num.* 45. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 210. *num.* 57. *cum seqq.* ubi, quòd etiam competat interdictum uti possidetis, & interdictum unde vi.

63 Quæ, ne patroni arma, vel insignia deleantur, vel amoveantur, amplia, ut etiam si Ecclesia renovari, vel instaurari, necesse sit, & ad hoc opus sit, quòd arma, vel imagines, sive statuæ, aut rescriptiones nominum tollantur, abradantur, vel deleantur, ut in hoc casu benè fieri potest, intellige semper si aliter id fieri, nequear; adhuc in hoc casu, refectis ædificiis, vel Ecclesia renovata, iterum suo loco insignie collocari, debent;
64 † nam Ecclesiæ renovatio, vel reparatio semper est facienda absque præjudicio prærogativarum privatorum, firmisque remanentibus qualitatibus Ecclesiæ, ut eleganter in specie resolvunt Ludovis. *decis.* 462. ubi ita per Rotam decisum refert, Matt. Mager. *de advocat. armat. dict. cap.* 18. *num.* 125. Franc. Maria Prat. *observat.* 49. *ex num.* 18. & facit Text. *in l.* 16. *Cod. de operib. public.* ubi Principum imagines è loco publico causa refectionis amotæ, post refectionnem rursus suo loco collocari ju-
65 bentur: † Intellige prædicta semper, ut dumtaxat procedant, cum non aliter Ecclesiæ reparatio fieri, valet, quàm insignia, vel imagines amovendo: & quod tunc eadem antiqua insignia, seu imagines, si fieri possit, reponantur, non alia noviora, ut antiquitatis memoria vetustissimis signis magis conservetur,

66 Secundò dictam conclusionem amplia, ut nec per Patronos successores, ex fœminis fortè, familiæ primi Cappellæ fundatoris descendentes arma, vel insignia fundatoris tolli, vel abradi, suaque apponi, vel depingi, valeant, ut contra Ancharran. contrarium sentientiem in *cons.* 113. plenissè resolvit Matt. Mager. *de advocat. armat. dict. cap.* 18. *num.* 116. *cum seqq.* benè Carol. Marant. *contr. jur. lib.* 1. *respons.* 16. *num.* 39. *cum seqq.* D. Michael. Antinn. Frances de Urrutygoit. *de Eccles. Cathedr. dict. cap.* 16. *num.* 81.

67 Quinimò, nec alia arma, etiam relictis in suo loco insignis fundatoris, in ipsa Cappella collocari, possunt, ne per alterius armorum impressionem fundatoris memoria confundatur; quod temporis cursu de facili accidere, posset, & dubitari, quis Cappellam, vel Ecclesiam ædificare, cœperit, ita resolvunt in specie, per doctrinam Bald. *in l.* 1. *Cod. ut nemin. liceat*, Joann. de Annan. *respons.* 86. *circa fin.* & ea Lambertin. Mager. *dict. cap.* 18.
68 *num.* 121. *&* 122. † Vel ne per compatroni admissionem principalis benefactoris, sive patroni authoritas minua-
69 tur: † Quæ semper intellige, nisi Ecclesiæ nova instauratio, seu refectio talis sit, ut reputetur nova constructio ob veteris totalem lapsum, quo, & simili dotationis novæ casu rectè benefactoris insignia simul cum primi patroni armis collocari, permitti, potest: imò, & illa sola si requisitus patronus non refecerit, juxta notata superius.

70 An autem Cappellarum, vel Ecclesiarum fundatores hoc nostro fructu, sive prærogativa propria insignia in Cappellis collocandi licitè uti, possint, prudenterque ea apponendo faciant, vel potius per hujusmodi armorum appositionem fundationis, & operis meritum amittant, & in lethale crimen fortè per vanitatem incidant? videndi plenè rem tractantes ex antiquioribus Gemin. *in cap. dua sunt* 45. *dist.* quem sequitur Bernat. Landrian. *in addit.* Panormit. *in cap. dilecta, de excess. Prelat.* & ad eumdem Panormit. Sebastian. Sapia *in eod. loc. litter. D. vers. Item adde*, Chassan. *in Catalog. glor. Mund. part.* 1. *consideras.* 13. Ant. Sola *ad constitut. Saband. part.* 1. *tit. de insign. & arm. gloss.* 2. *num.* 8. Cardinal. Gabriel. Paleot. *in tract. de imaginib. lib.* 2. *cap.* 48. † Qui negativè resolvunt; 71
admonent tamen Ecclesiarum fundatores, necnon & largitores ornamentorum, ne in Cappellis, vel ornamentis propria insignia depingi, curent; eo, quòd per id boni operis meritum amittunt; & hanc partem negativam sequitur pluribus fundamentis eam adstruens, & contrariis respondens Matt. Mager. *de advocat. armat. cap.* 18. *ex n.* 134. *&* 151.

Sed ne fideles fundatores, & præcipuè magnos Præla- 72
tos, viros illustres, Principes, ac Reges, qui summa pietate de construendis Ecclesiis, iisdemque ingentibus donis, ac muneribus augendis valde curarunt, redarguamus: hujusmodique fundationes inanes existimemus, ex eo solum, quòd insignia propria in Ecclesiis collocari, fecerint: † pro veriori resolutione prænotandum est, 73
hujusmodi armorum appositionem per se actum esse indifferentem, & quasi medium inter virtutem, & vitium, consistere; nam totum ab intentione hominis, ut cæteri indifferentes actus, dependet, an recta ad Deum, vel ad mundi vanitatem dirigatur: † Quare ita distinguen- 74
dum censeo: aut igitur primo fundatores, vel alii benefactores in his operibus principaliter vanam, & inanem gloriam respiciunt, ipsorumque finis præcipuus est, ab hominibus laudem captare, & extolli, suamque nobilitatem omnibus patefacere, ita ut, dum Ecclesiam ædificare, proponunt, aut illam singulari aliqua re exornare, statim etiam (ut aliqui pleni vanitate faciunt) ante cœpti operis initium cogitare, incipiunt de illustriori loco, ubi insignia sua collocent, ut se fortasse in primis nobilitent, accuratè ideò prospiciendo, ut insignia summè conspicua, impenseque elaborata omnium oculis appareant.

Aut secundò fundatorum intentio ad honorem Dei, 75
Sanctorumque cultum, & ad animæ salutem principaliter dirigitur, licet secundariò, & accessoriè propter hoc laudem aliquam, & honorem temporalem consequi, velint, propriæ familiæ insignia in Cappellis collocando, ut familia ipsa magis splendescat, ipsiusque memoria in perpetuum maneat; necnon, & jus patronatus in posterum probari, possit, sitque posteris exemplum, & incitamentum, aliorum nomina his insignibus videre illustrata, ut imitationis desiderio similia facere invitentur; ornatioresque ita, & ampliores Ecclesiæ per singula tempora, existant.

In primò casu procedit certè sententia ex Chassan. Pa- 76
leot. & aliis DD. superius fundata, ut benè se declarat ipse Paleot. *dict. cap.* 48. quid enim meriti habere, potetunt, qui in his operibus vanitati magis, quam Deo inservire, student? aut quam retributionem ab ipso Omnipotenti Deo sperare, qui non propter eum, sed propter mundi vanitatem opus peregerunt, ita in hoc mundo suam mercedem recipientes? Matth. cap. 6. destituitur ergo ex tali intentione bonum opus, & tunc insignia non boni operis, sed vanitatis, & inanis gloriæ signa erunt;
† &, licet non semper in hoc casu in lethale crimen incur- 77
ratur; poterit tamen hæc labes committi, si magnus, & inordinatus appetitus gloriæ sit, ut ex Div. Thom. 2. 2. q. 132. *art.* 1. communiter docent DD.

In secundò verò casu, licèt aliqualis affectio ad terre- 78
na non deficiat, non tamen ideò meritum amitti, est dicendum, cum finis principalis, & intentio ad Deum dirigatur; imò procedit tunc, & intelligi, debet præceptum Christi Domini in Euangelio apud Matth. cap. 5. qui nostra opera omnibus patefieri, jubet, ut tamquam lucerna, & exemplum hominibus, similia faciendi sint, dum tamen, ut subjicit D. Matth. mens, & intentio in occulto maneat illibata, & ita in hoc secundo casu ex armorum

Digitized by Google

rum appositione meritum non amitti, docent Cened. *in collect. ad Text. in cap. quicumque, de Eccles. adificand. quaest 153. ad Decret. num. 4.* quem sequitur D. Michael Anton. Frances de Urrutygoit. *de Eccles. Cathedr. cap. 16. num. 85.* & juxta hanc etiam declarationem satis clarè, licet aliàs indistinctè, ut dictum remanet, resolvunt Anton. Sola *ad constit. Sabaud. part. 1. in dict. tit. de insign. & arm. gloss. 2. num. 8.* Paleot. *dict. lib. 2. de imagin. cap. 48. vers. Hinc sequitur*, Mari. Maget. *de advocat. armat. dict.*
79 *cap. 18. ex num. 181.* non enim statim damnandus est, qui,
postquam ad Deum opus principaliter direxit, inen tamen absque in ordinatu appetitu vanitatis, & ostentationis, familiæ suæ splendorem, & nobilitatem, armorum, vel insignium appositione conservare, vult: aliàs
80 † etiam si hoc per se malum esset, damnandum quoque
foret, Ecclesiam jus patronatus in operis gratitudinem
81 benefactoribus frequenter elargiri: † & similiter damna-
retur quoque, quòd homines sibi, & posteris nobilitatem pararent, probationisque meliora instrumenta, sive apud nos *executorias* consequi, intenderent, ne aliàs cursu temporis ob defectum probationis obumbretur; quod nemo dicere, audebit; imò nobilitatis, atque honoris conservationem non curare, ac defendere, irrationabile, & belluinum meritò putant Menoch. *cons. 302. ex num. 1.* Guizz. *decis. 18. nu. 5.* Giurb. *cons. crimin. 37. n. 26.* Franc. Maria Prat. *observat. 49. num. 50.* & communiter nobiliarii.

82 Ex quibus nec damnare, debemus, quòd quis ex præ-
fata armorum in Cappellis appositione firmiorem probationem juris patronatus, & nobilitatis signum suis poste-
83 ris relinquere, curet; † licet tamen libenter fateamur,
perfectius opus fore, si nulla insignia adjiciantur, propter majorem humilitatem, & defectum omnigenæ ostenta-
84 tionis; † qui in his rebus ad pietatem pertinentibus exi-
gitur, ut tutius, ac melius sit si ità occultè fiant, ut sinistra ignoret, quod manus dextera facit, ut admonuit
85 Christus Dominus; † quod intellige per viam consilii,
ut securius in his bonis operibus ab omni obstentationis, & vanitatis periculo liberi procedamus: non ut præcisè semper in occulto exerceri, debeant; quia imò, mente, & intentione apud Deum firma, & illibata manente, hujusmodi opera coram omnibus palam facere præcipit idem Salvator noster apud Matth. cap. 5. de quo supra num. 78. ut quasi hortatione, & exemplo cæteros in re-
86 ctam viam, & ad similia ducamus; † quod maximè con-
venit Episcopis, & aliis personis, qui ratione officii eleemosynas, & hujusmodi pietatis opera facere, adstringuntur, ut eis publicè factis obligationis implementum omnibus pateat: sitque etiam exemplum, quod subditis
87 exhibere, tenentur: † & ita etiam cessent scandala; &
simultates, quæ frequenter, his non visis, contra Prælatos exoriri, solent, in cæteris autem privatis, & præcipuè minus perfectioribus securius reputo, ut hæc occultè peragant, ob periculum vanitatis, cui tantum subjicimur.

88 Et hæc sufficiant circa istam Patronorum prærogativam insignia sua in Cappellis, vel Ecclesiis collocandi, quando, & quomodo, & qua intentione hac prærogativa uti debeant? ad alia autem de armorum, vel insignium materia, maximè, quando ea per Dominos inferiores in suis oppidis apponi, debeant, vel non? & quid in Magistratibus, aliisve locorum officialibus, necnon, & privatis, an eis propria arma collocare, liceat in ædificiis, vel operibus de publica, vel de propria pecunia factis? plenè dixi supra cap. 21. ex n. 18.

89 Octava igitur juris patronatus prærogativa, ad primam istam partem præfatæ divisionis expectans, quæ non minimum emolumentum, sed imò honorificentior fructus per omnes reputatur, est jus præsentandi beneficia; sed hujus prærogativæ materia, ut frequentissima in praxi, pleniorem, & principalem indagationem requirit, eam in præsenti omisimus, quia latiori calamo separatim, & principaliter de ea in cap. præced. cum suis §§. tractavimus.

Hæc sunt emolumenta, sive prærogativæ, quæ ad pri- 90
mum gradum, sive partem definitionis juris patronatus spectant, transeamus jam ad fructus, vel præeminentias secundæ partis in §. seq.

§. II.

ARGUMENTUM.

Agitur de secunda specie Fructus, sive præeminentiarum Patronorum, quæ ad secundam partem ipsius definitionis juris patronatus pertinent, & quæ onerosæ dicuntur: Discutitur latè, quæ sint istæ præeminentiæ? & principaliter de præeminentia, sive onere Patronorum, tuendi, defendendique Ecclesias patronatas: Quid hujus protectionis ratione patronus facere, possit? aut in quibus se immiscere? Et an rationes à Rectore, vel Beneficiatis exigere? aut aliqua rerum, seu reddituum Ecclesiæ administratio eis competat? maximè, Ecclesia vacante per obitum Rectoris: Quid si patronus laicus, vel Ecclesiasticus sit? An etiam in bonorum Ecclesiæ alienatione patroni assensus necessariò exigatur? vel saltim in Ecclesiæ status mutatione, & de ejus prohibitione: Quibus expensis præfatæ defensiones per patronos fieri, debeant? Ultimòque de prohibitione, ne patroni ex Ecclesiarum rebus, aut redditibus aliquod lucrum, ultra legitimè debitum, captent: neve in eis aliter illicitè se immiscerant.

SUMMARIUM.

1 *Reponitur materia in hoc §. tractanda: circa secundam, videlicet, speciem fructuum, sive praeminentiarum juris patronatus, qua onerosa dicuntur.*

2 *Competit primò patronis Ecclesias patronatas defendendi ius, sive onus, & n. seqq.*

3 *Inde patroni appellantur, quasi Ecclesiarum protectores, ac defensores.*

5 *Et Advocati, Vicedomini, & Custodes.*

6 *Patronus Ecclesiam non defendens iure patronatus privandus.*

7 *In quo hac prærogativa consistat? cum n. seqq.*
Patronis an aliqua rerum Ecclesiarum administratio competat? ibid.

8 *An œconomum, sive administratorem nominare, valeant?*

9 *An à Rectoribus Ecclesiarum, seu Beneficiatis rationem exigant?*

10 *Distinguitur inter patronum laicum, vel Ecclesiasticum.*

11 *Ratio hac patrono Ecclesiastico non minutatim, sed generaliter reddenda.*

12 *Custodia, vel administratio Ecclesia vacantis an patrono debeatur? distinguitur similiter inter Ecclesiasticum, & laicum patronum.*

14 *Si Patronus laicus sit, Episcopo vacantis Ecclesia rerum administratio competit.*

16 *Qua forma tunc laicus Patronus procedere, teneatur, si per administratorem bona dilapidentur.*

17 *Cui denuntiatio facienda: Episcopo, Metropolitano, Papa, aut Regi: & quo ordine?*
Exponitur Text. in cap. filius, vel nepotibus 16. q. 7. cum nostra l. 3. tit. 15. part. 4. *ibid.*

18 *Dilapidationes bonorum Ecclesiarum omni celeritate compescenda, & n. seqq.*

19 *Supremum Castella Senatum cujuslibet operis pii protecto-*

Digitized by Google

tectorem esse probatur notabiliter, ex d. cap. filiis, vel nepotibus.

20 *Vtrum patronorum consensus in alienationibus bonorum suarum Ecclesiarum sit necessarius?*

21 *Resolvitur negativè, & n. seqq.*

22 *Idem in Ecclesiarum Advocatis, aut Protectoribus.*

23 *De urbanitate tantùm, non de necessitate hujusmodi consensus à Patrono exigendus.*

24 *In concessione ad emphyteusim.*

25 *Possunt tamen patroni tales alienationes contradicere, & quocumque tempore retractare, si sine justa causa fiant, & n. seqq.*

27 *Vtilius est, ad litigia vitanda, patronorum consensum obtinere.*

28 *Quid si patronus in hujusmodi alienationibus consensum præstare, solitus fuerit: an in posterum necessariò requirendus?*

29 *Quando de necessitate, vel de urbanitate præstitus censeatur, ut in posterum præscriptio inducta sit, vel non?*

30 *Patronus rectè prohibet, & contradicit, nec redditus Ecclesiæ Patronatæ aliis usibus, quàm, quibus in fundatione fuerint destinati, assignentur.*

31 *Et ne alteretur fundatoris dispositio.*

32 *Neve Ecclesia patronata alteri subjiciatur.*

33 *Vel transferatur in alium locum.*

34 *Limitantur hæc, si sine justa causa, & contra utilitatem ipsius Ecclesiæ Patronus ea fieri, renuerit.*

35 *Tacitus consensus patroni, quando ad hæc sufficiat, & præsumatur?*

36 *Item Patronus Ecclesiæ status mutationem prohibere, seu contradicere, potest: ne ex Cappella in Ecclesiam Collegiatam, vel Conventualem per Episcopum erigatur: seu aliter status mutetur.*

37 *Idem in mutatione status beneficii juris patronatus: ad qualitatem presbyteralem, vel aliam, & num. seqq.*

39 *Nec beneficia unire, potest Episcopus sine consensu Patroni.*

40 *Nec eorum cum aliis permutationes admittere.*

41 *Nec Cappellæ materialem fabricam mutare.*

42 *Vnius Cappella per Rectorem, vel Religiosos alii non concedenda.*

43 *Maximè stante ipsius venditione, cum pacto, ne aliis tradatur.*

44 *Quid, simpliciter ad nudum tantùm usum Cappella concessa?*

45 *Defensiones præfatæ in Ecclesiarum favorem cujus expensis per Patronos faciendæ?*

46 *Tutores, mandatarii, parentes, & alii administratores defensiones minorum, non propriis, sed ipsorum expensis facere, tenentur.*

47 *Patronis, vel Ecclesiarum Advocatis, aut Protectoribus, nihil ex earum fructibus, vel redditibus in proprios usus convertere, licet.*

Quam gravibus pœnis Patroni in juribus suarum Ecclesiarum se immiscentes, aut exigentes indebita tributa, seu onera compescantur, ibid.

1 UT igitur materiam hujus capitis, ordinis in principio proposito, impleamus, restat, ut de secunda specie fructus, sive præeminentiarum juris patronatus tractemus, quæ onerosæ dicuntur.

2 Ad istam ergo secundam speciem, sive gradum principaliter pertinet prærogativa illa, sive patronorum præeminentia, cujus ratione patronis jus, vel onus defendendi, ac tuendi Ecclesias patronatas competit, ad idque adstringuntur per Text. *in cap. filiis, vel nepotibus 16. quæst. 7.*

3 † Unde, & patroni vocantur, quasi Protectores, & defensores ipsius Ecclesiæ, qui eam, ejusque bona, Rectores, ac ministros contra quoscumque oppressores tueri, & defendere, debent.

4 Quam patronorum præeminentiam principaliter, *ex dict. cap. filiis, vel nepotibus*, & ex Text. *in cap. nobis, de jure patronat.* & ex nostra *l. 1. & 3. tit. 15 part. 1.* ultra gloss. Abbat. & alios Canonistas in dictis juribus, latè comprobant, multa etiam de hac protectione, & defensione congerentes Paul. de Citadin. *de jure patronat. part. 6. art. 5.* Roch. de Curt. *eodem tractat. in verb. Onerosum*, Hostiens. *in summ. tit. de jure patronat. §. Quid sit jus patronatus, num. 1. versic. In hoc autem.* † Qui ideo patronum, Advocatum, Vicedominum, & Custodem vocat, idem Hostiens. *ad dict. tit. in §. Quid competat, versic. Sequitur*, Gemin. *cons. 45. in princip.* Lambertin. *de jure patron. lib. 2. art. 12. quæst. princip. 2. ex nu. 1.* Roffred. *in pract. jur. Pontif. part. 5. de jure patronat. tit. de oner. quod hab. Prælat. in Eccles. num. 1.* Duard. *lib. 5. de benefic. cap. 4. in fin.* Sebast. de Medic. *de defin. definit. 56. num. 3. & nu. 9. vers. Tertio*, Joan. Brunel. *de dignit. & potest. Legat. à Later. conclus. 24. vers. Duodecimus favor, in tractat. DD. tom. 13. part. 2. fol. 252. col. 4.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. P. concl. 140. num. 8.* & ex eleganti Rotæ decisione Card. Cavaler. 321. *num. 4.* Matt. Mager. *de advocat. armat. cap. 10. num. 374. cum seqq.* & repetit *in cap. 15. ex num.* 157. † Quæ ita procedunt, ut patronus Ecclesiam non defendens omni commodo, quæ ab ea habet, privari, debeat, juxta gloss. *in cap. tributum 23. quæst. ultim. in verb. Defendere*, Paul. de Citadin. *in d. tract. de iure patron. p. 6. art. 5. n. 1.* 5 6

Quam tamen protectionem intellige, non ut patroni aliquam rerum Ecclesiæ administrationem habeant, sed jus tantum inspectionis, ac sollicitudinem quamdam, ut res Ecclesiarum, quas dotarunt ipsi, vel fundarunt, sartas, tectasve conservari, curent, ut colligitur, *ex dict. cap. filiis, vel nepotibus* 16. *quæst.* 7. in illis verbis: *Licitum sit, hanc habere solertiam, &c.* & notant ex Card. Zabarel. *in Clem. 2. quæst. 5. de iure patronat. & in Clem. 1. post princip. de censib.* Matth. Collet. *cons. 33. num. 68.* Matt. Mager. *de advocat. armat. cap. 10. num. 374.* † Ideò œconomum, sive administratorem patronum apponere, non posse, nisi id speciali Papæ privilegio habeat, notant Abbas *in cap. cum vos, num. 4. de offic. ordinar.* Azeved. *cons. 10. num. 22. & 25.* Melch. Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 11. num. 68.* 7 8

Ex quibus aliqui inferunt, benè posse patronum exigere rationem de possessionibus, aliisve bonis temporalibus Ecclesiæ, Innocenc. *in cap. Lateranen. de præbend.* & saltim, quòd ei generalem rationem beneficiarius reddere, debeat, tenet absolutè, nulla inter patronum laicum, & Ecclesiasticum differentia præmissa, nec aliquo relato, Augustin. Barbos. *in collect. ad d. cap. nobis, de iur. patron. n. 11. in fin.* 9

Sed hoc intellige, si Patronus Ecclesiasticus sit, secus si laicus, quia hac prærogativa præ laicis patronis, Ecclesiastici gaudent; ex quo non ita Ecclesiastico, ut laico, Ecclesiarum bonis, & administrationi se immiscere, est prohibitum; & sub ista differentia optimè resolvunt ex Text. *in cap. cum, & Prælatura, §. In Eccles. de privileg.* Panormitan. *in cap. de Monachis, num. 6. de præbend.* & ante Abbat. docuit idem Innocenc. *in cap. cum venerabilis, de except.* Brixiens. *in repertor. iur. in verb. Patronus, col. 2. in fin.* Joann. Brunel. *de dignit. & potestat. Legat. d. concl. 24. vers. Duodecimus favor, in tract. DD. tom. 13. part. 2. fol. 252. col. 4.* Melch. Lotter. *de re benefic. d. lib. 1. d. quæst. 11. num. 67. cum seqq.* Matt. Mager. *de advocat. armat. cap. 10. num.* 383. idem August. Barbos. qui ita se explicat *in cap. ex litteris, num. 12. vers. De temporalibus, de jure patronat.* Bertachin. *in repertor. jur. in verb. Patronus Ecclesiæ, col. 6. in princip. fol. mihi* 206. † Ubi, quòd hæc ratio, per patronum, intellige Ecclesiasticum, exigenda non minutatim de expensis diurnis, sed generaliter reddi, debeat, quod, & notant sub eadem differentia Roch. *de jur. patron. in verb. Honorificum, ex num.* 10. benè Lotter. *ubi proximè.* 10 11

Qui omnes eamdem differentiam constituunt, & servant, quoad custodiam, & administrationem Ecclesiæ vacantis, quam similiter Ecclesiastico Patrono non vero 12

laico

Digitized by Google

laico competere, resolvunt, ea dicta ratione quia magis quàm Ecclesiastico laico patrono, ob personæ incapacitatem, rerum Ecclesiarum administrationis immiatio prohibetur, quidquid hoc administrationis, sede vacante, privilegium Patrono indistinctè tribuat, ex gloss. *in cap. cum vos, de offic. ordinar.* quæ nihil tamen ait, & ea Cardinal. *in Clement. 2. quæst. 5. de jure patronat. & in Clement. 1. in princip. de censib.* Bertachin. *in repertor. iur. in verb. Patronus Ecclesiæ, conclus.* 1. idemque indistinctè voluerunt Briaiens. *in repert. iur. verb. Patronus col. 8. circa princip. & ex d. glos.* August. Barbos. *in dict. cap. nobis* 25. *num.* 11. *in fin. de iur. patron.*

13 Sed, quidquid hi Doctores dicant, à prædicta distinctione, & differentia inter Ecclesiasticum, & laicum patronum quoad custodiam, etiam vacantis Ecclesiæ, ut verior, non est recedendum, nam, & eam in specie docent, Innocent. *in cap. unic. ut Ecclesiast. benefi. sin. diminut. confer. col. antepenult. super verb. Proventus.* Dicens,
14 † quòd ubi patronus est laicus, custodia, & gubernatio Ecclesiæ vacantis pertineat ad Episcopum, cui subest Ecclesia, & hoc idem notat, ultra locum relatum, Brixiens. *in d. verb. Patronus, col. 2. in fin.* optimè, & plenè Panormitan. *in cap. bona, col. 3. de appellat.* Matth. Coller. *consil.* 33. *num.* 68.

15 Juxta quam differentiam procedere, debet doctrina Card. Tusch. *pract. conclus. lit. P. conclus.* 140. *num. fin.* qui ex Roch. de Curt. & Lambert. custodiam Ecclesiæ Patronatæ vacantis indistinctè patrono denegat, ut solum in patrono laico locum habeat.

16 Circa quæ tamen animadverte, benè posse Patronum laicum in hoc casu Ecclesiæ vacantis providere, & inspicere, ne redditus Ecclesiæ, vel alia bona per Rectorem, vel œconomum dilapidentur, aut in proprios eorum usus convertantur; tunc enim contra eos agere, poterit, licet non per viam, ut ei rationes reddantur, per viam tamen denuntiationis Episcopo, vel alii superiori Ecclesiastico faciendæ, ut expresse probatur *in dict. cap. filiis, vel nepotibus 16. quæst. 7.* cui concordat nostra *l. 3. dict. tit. 15. part. 1.* optimè Gloss. *in dict. cap. filiis, in verb. Denuncient.* Panormitan. *in cap. nobis, de iure patronat. col. 3. vers. Et ultra,* Speculat. *in tit. de simon. verb. Possunt,* Briaiens. *in repertor. iur. verb. Patronus, col. 1. in med.* Lambertin. *de iure patronat. lib. 2. art. 12. quæst. princip. 2. nu. 1.* Roffred. *in pract. iur. Pontif. part. 5. de iur. patron. tit. de oner. quod habet Prelat. pro Eccles. nu. 1.* Duard. *de benef. lib. 5. cap. 4. in fin.* Bertachin. *in repertor. verb. Patronus Ecclesiæ, col. 11. circa fin. fol. mihi* 207. ubi contra Rectorem prodigum, vel inhonestum, Jacobat. *de concil. lib. 3. art. 1. num. 92. in tractat. DD. tom. 13. part. 1. pag.* 229. Joann. Brunel. *de dignit. & potest. Legat. dict. conclus. 24. vers. Duodecimus favor, in volum. DD. tom. 13. part. 1. pag. 252. col. 4.*

17 Forma autem hujus accusationis, seu denuntiationis, & per quod personarum gradus fieri, debeat, clarè exprimitur *in dict. cap. filiis, vel nepotibus 16. quæst. 7.* ubi quòd prius Episcopo, secundò, si Episcopus fraudator existat, Metropolitano, & denique, si iste eadem patraverit, Regi denuntiatio referatur, ut optimè etiam notat ibidem Gloss. *in verb. Regis.* Quæ tamen Regia protectio non fuit adjecta in nostra *leg. 3. tit. 15. part. 1.* in qua, post Metropolitanum, Papam adeundum, dicitur; sed certè ratio dict. Teat. *in cap. filiis,* ut potius Regi, quàm Papæ hæ denuntiationes fiant, ut conjicio, potuit esse.

18 Quia tales fraudes, & dilapidationes celerem occursum requirunt, ideò talem recursum, vel querelam Regi referendam in dict. Teat. jubetur, quia citius in suo Regno præfatas dissipationes compescere, poterit: Quam brevitatem, & celeritatem remedii in his rebus requisitam Summum Pontificem in dicto Teat. *in cap. filiis, vel nepotib.* voluisse, colligi, potest ea ipsius verbis, ibi: *Regis hæc auribus intimare, non differant,* quasi nulla in hoc dilatio admittenda, sed protinus Regi ut propinquiori,
19 potius quam Papæ denuntiatio facienda; † quem Text. ut singularem nota, quia ex eo clarè fundatur protectio, quam erga hujusmodi opera pia noster supremus Senatus propter Regiam immediatam repræsentationem semper exercuit, in quo tales bonorum dilapidationes, & aliæ fraudes protinus, & citius, quàm in alio tribunali coercentur, & memoriæ, piæque fundationes in sua jura, ac bona reintegrantur.

Circa quam Patronorum prærogativam, sive jus de- 20
fendendi Ecclesias, earumque bona dubitari, potest, an Patroni consensus in bonorum Ecclesiæ Patronatæ alie-
natione requiratur? † In qua quæstione, quidquid affir- 21
mativam sententiam, teneant Gloss. *in Authent. de alienat. & emphyteus.* Philipp. Franch. *in cap. 1. de reb. Eccles. non alienand. in 6.* & Rebuff. *in tract. de alienat. rer. Eccles. num.* 90.

Et in quibuslibet Ecclesiarum, vel Monasteriorum 22
advocatis, sive protectoribus, quorum multi sunt in Germania, Thom. Michael. *disput. de jurisdict. thes. 55. litter. G.* Negativè tamen magis communiter, & verè resolvunt DD. quia nullibi hæc tam magna prærogativa Patronis concessa probatur, ita in specie argum. Teat. *in cap. noverint. cap. regenda 10. quæst. 1.* tradunt Innocent. *in cap. unic. ut Eccles. benefic. sin. dimin. confer. nu. 6. vers. Etiam de honesto,* & ibidem Abbas, & Joann. Andr. *sub numer.* 13.

Qui talem consensum de urbanitate solum, & quadam 23
honestate, non vero de necessitate, adhibendum, dicunt sequitur Felin. *in cap. cum accessissent, col. 7. vers. Idem si Episcopus, de constit.* Paul. de Citadin. *de iure Patronat. part. 6. art. 4. dict. quæst.* 13. Roch. de Curt. *eodem tractat. verb. Onerosum, numer. 3. & verb. Honorificum, numer.* 10. latè resolvit Rota apud Cassador. *decis. 3. sub num. 4. vers. Sed conclusum fuit, de jure patronat.* Modest. Pistor. *con-
sil. 28. num.* 21. † Et in concessione ad emphyteusim, alia- 24
ve alienatione Lambertin. *de jure patron. lib. 2. art. 7. 2. q. princip. numer.* 5. Mart. Mager. *de advocat. armat. cap. 10. numer.* 371.

In eo tamen patronorum prærogativa viget, quòd hu- 25
jusmodi alienationes, si fortè sine justa causa fiant, poterunt eis contradicere; ne Ecclesiæ bona dissipentur, ut ex *dict. cap. filiis, vel nepotibus,* docent Innocent. *in rubr. de jure patronat. numer.* 1. Panormitan. *in dict. cap. unic. ut Eccles. benef. sin. diminut. confer.* optimè declarant Anchar. *cons. 122. sub num. 5. vers. Item ius patroni,* benè Decius *cons. 173. alias* 174. incipit: *Et pro tenui facultate mea numer. fin.* noster Gregor. *in dict. l. 3. gloss. 1. tit. 15. part. 1.* Joann. Brunel. *de dignitat. & potestat. Legat. dict. concl. 24. versic. Septimus favor, in tractat. DD. tom. 13. part. 2.
fol.* 252. † Et etiam quocumque tempore has minus ju- 26
stas alienationes retractate, Roch. *de jure patronat. in verb. Honorificum, sub numer. 10. ad med. versic. Verum est, quod ubi alienatio,* optimè Decius *dict. consil.* 173.
aliàs 174. incipit: *Pro tenui, num. 5. in med.* † Unde sem- 27
per utile esse, consensum patronorum obtinere ad litigia vitanda, notant, & consulunt noster Gregor. & Jo: Brunel. *in loc. citat.*

Quibus adde singularem limitationem Decii in *dict.* 28
cons. 174. ubi præfata intelligit, nisi patronus in his alienationibus consensum præstare, solitus fuerit, nam tunc talem consensum in posterum necessariò requiri,
ait; † quam limitationem declara, nisi de urbanitate 29
consensus iste à patrono antea fuerit impetratus, quia tunc, licèt pluries id contigerit, ad præscriptionem non proderit, quare, ut hæc Decii limitatio procedat, necessariò constare, & probari, debet, consensum à patrono impetrari solitum fuisse non de urbanitate, sed de necessitate, quod clarè constabit, si patronus alienationibus se opposuerit, & sine ejus consensu celebratas semper contradixerit, effectum habere, ejusque contradictionibus Rectores Ecclesiarum acquieverint, ut in actibus facultativis, eorumque præscriptione frequenter notatur, ea quo in eis nulla possessio,

aut

Digitized by Google

aut præſcriptio, niſi à tempore prohibitionis, & acquie-
ſcentiæ fundari, poteſt, juxta communem DD. placi-
tum, & ſæpius per nos alibi notata.
30 Item ex prædicta Patronorum prærogativa, ſive ju-
re Eccleſiam, ipſiuſque bona defendendi, poterit Pa-
tronus prohibere, ne per Epiſcopum, vel alium red-
ditus Eccleſiæ Patronatæ alteri Eccleſiæ pro ejus neceſ-
ſitatibus, vel præbendis applicentur, vel in alios uſus
convertantur, quàm ad quos tempore fundationis fue-
runt deſtinati, *cap. ex litteris 7. de jure Patronat.* do-
cent Panormitan. *in cap. ſuggeſtum, de jure Patronat.*
Ioann. de Ann. *in dict. cap. ex litteris, numer. 5.* & ibi-
dem Boich. *numer. 11.* Speculator. *in tit. de ſimon. nu-
mer. 5.* Paul. de Citadin. *de jure Patronat. part. 6. artic.
4. quæſt. 3. numer. 25.* Roch. *eodem tractat. in verb. Ho-
norificum, quæſt. 3. col. 3. verſ. Item bene facit ad prædi-
cta*, Gigas *de penſionib. capit. 23. numer. 8. & 11. in*
31 *tract. DD. tom. 15. part. 1. pag. 338. col. 3.* † Vel ne alio
modo alteretur diſpoſitio, Ioann. Brunell. *de dignitat.*
32 *& poteſt. Legat. concl. 24. verſ. Septimus favor.* † Et ne
Eccleſia Patronata alteri Eccleſiæ ſubiiciatur, Mart. Ma-
33 ger. *de advocat. armat. capit. 10. num. 378.* † Vel tranſ-
feratur in alium locum, ut loquendo in Rege Patrono,
vel alio privato, quòd ipſius conſenſus in translatione
Eccleſiæ neceſſarius ſit, notant Rebuff. *in prax. tit. de
translat. Epiſcop. & alior. & quàm fier. poſſ. numer. 13.*
Mantic. *de tacit. convent. lib. 25. tit. 8. numer. 17. cum
ſequentib.*
34 Qui benè limitat, niſi ſine juſta cauſa, imò conſtan-
do de bono, & utilitate Eccleſiæ, Patronus renuerit,
talem conſenſum præſtare, & ſequuntur Barboſ. *de
univerſ. jur. Eccleſiaſt. lib. 1. capit. 19. ex numer. 34.* D.
Michael. Anton. Frances de Vrrutygoit. *de Eccleſ. Cathe-*
35 *dral. capit. 7. ex numer. 50.* † Apud quem *in numer. 54.*
quòd ad prædicta peragenda ſufficiat tacitus conſenſus
Patroni, & quando præſumatur, & de cauſis transla-
tionis maximè Eccleſiæ Cathedralis? pleniſſimè idem
Vrrutygoit. *numer. 12. cum ſeqq.* Azor. Cardin. Tuſch.
Monet. Lotter. & alios latè cauſas cumulantes re-
fert.
36 Item prohibere, poterit Patronus, ne Eccleſiæ ſta-
tus mutetur, veluti ſi ex Capella Eccleſiam Collegia-
tam, vel Conventualem Epiſcopus erigere, velit, in
hoc enim Patroni conſenſum omninò neceſſarium pu-
tant, celebris Gloſſ. *in cap. nobis 25. de jure Patronat.* ubi
plenè de præjudicio Patroni, ſi id admitteretur, Anton.
de Butr. *in eodem cap. nobis, numer. 25.* Hoſtienſ. *in dict.
cap. ſuggeſtum*, & ibidem Imol. & Henric. Boich. *eo-
dem tit.* idem Boich. *in cap. præterea, numer. 14. dict.
tit. de jure Patron.* Bald. *in l. ſi quis Presbyter. Cod. de
Epiſcop. & Cleric.* Decius *in cap. cum venerabilis, nu-
mer. 134. de exception.* Modeſtin. Piſtor. *dict. conſ. 43. n.
20. libr. 1.*
37 Quia ſimiliter nec Epiſcopus ſtatum, vel inſtitutio-
nem beneficii ſine conſenſu Patroni immutare, aut per
viam diſpenſationis alterare, poteſt, ut notavit origi-
naliter Calderin. *in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitut.* cu-
jus circa hoc doctrinam magni extollunt, & laudant An-
38 nan. Abbas, & Joann. de Imol. ibidem, † Ex eo infe-
rentes, quòd ſi in inſtitutione beneficii collatio eſt fa-
cienda Presbytero, non poterit Epiſcopus, ſine licen-
tia Patroni diſpenſare, ut conferatur non Presbytero,
idemque docuit Innocent. *in cap. fin. de Cleric. non reſi-*
39 *dent.* † Additque Panormit. *ubi proximè*, Epiſcopum
non poſſe unire beneficium ſine conſenſu Patroni; circa
quòd & beneficii ſtatum non mutandum, idem tenet
Joann. Brunell. *de dignitat. & poteſt. legat. dict. concluſ.*
40 *24. verſ. Sextus favor*, † Vbi idem tenet in beneficii
41 permutatione ex Rota *deciſ. 306. & 331. in noviſſim.* †
Et in fabrica materiali Capellæ, quòd ex eadem ratio-
ne, Patrono invito, de conſenſu Epiſcopi mutari, non
debeat, Gloſſ. & DD. *in cap. nobis, verb. Capella,
de jure Patr.* Rot. *deciſio 551. part. 1. in noviſſim. diverſ.
Lagunez de Fructib.*

nu. 1. & noviſſimè D. Michael. Anton. Frances de Vrru-
tygoit. *de Eccleſ. Cathedral. dict. c. 16. n. 122.*
Juxta quæ majori cum ratione Epiſcopo, Religioſis, 42
vel aliis Eccleſiarum Rectoribus prohibetur, unius Ca-
pellam ſine ejus, vel totius familiæ conſenſu alteri tri-
buere, ut per text. *in cap. monaſterium 16. quæſt. 2.* & ex
Lambert. Roch. de Curt. & aliis docuit Rot. *dict. deciſ.
550. num. 1.* optimè Bart. *in l. 2. Cod. de operib. public.* ubi
invehit contra Religioſos talia facientes, niſi abſque ju-
ris alterius præjudicio Capella concedatur, ut benè exem-
plificat Gratian. *deciſ. 26. numer. 18. & 19.* aliàs ſecus;
† Maximè legitima anteriori venditione accedente, cum 43
pacto, ne Capella poſſit alteri dari, quòd etiam poſt mor-
tem eſt ſervandum, *cap. Antigonus 1. de pact.* & ita do-
cent Rodriguez *tom. 4. in addit. ad ſumm. verb. Sepultu-
ra, concl. 14.* Donat. *de regular. tom. 1. tract. 14. concl.
80.* † Vbi ſecùs ſi tantùm ad nudum uſum, aut ſine ju- 44
ſto pretio Capella fuerit conceſſa, ſequitur D. Michael.
Anton. Frances de Vrrutygoit. *de Eccleſ. Cathedral. cap.
16. ex num. 132.*
Vnum tamen nota, quòd defenſiones iſtas non pro- 45
priis, ſed Eccleſiæ expenſis Patronus ſubire, debet, ar-
gum. text. *in l. à tutore, ff. de administrat. tuter. l. ſi quas,
§. Impendia, ff. de bon. matern. l. idemque, §. Idem labeo,
ff. mandat.* † In quibus idem deciditur in tutoribus, pa- 46
tre legitimo adminiſtratore, & mandatario, & argumen-
to text. *in cap. charitatem 12. quæſt. 2.* docent in ſpecie
Archidiac. *in dict. cap. filiis, vel nepotibus 16. quæſt. 7. nu-
mer. 1. verſ. Denuntient.* Ioan. Andr. *in cap. quibuſdam,
de pœn.* Paul. de Citadin. *in dict. tract. de jure Patronat.
part. 6. art. 5. num. 16.* noſter Gregor. *in dict. l. 3. tit. 15.
part. 1.*
Item nota, quòd ſive Patroni Eccleſiam defendant, 47
ſive vigore privilegii, aut conſuetudinis ejus rationes exi-
gant, vel tempore vacationis eam cuſtodiant, ſemper
præ oculis habere, debent, ne ipſius fructus, redditus,
juriſdictiones, vel alia bona, ſeu quaſcumque obventio-
nes Eccleſiæ in proprios uſus convertant, ab hoc enim
ſub excommunicationis pœna, necnon, & juris Patro-
natus privatione compeſcuntur per Sacrum Concilium
Tridentinum *ſeſſ. 22. capit. 11. de reformat. & ſeſſ. 25.
capit. 9.* ſuntque, & alia jura antiqua idem prohibentia
*in cap. generali 13. de election. in 6. cap. in quibuſdam,
extra de pœn. capit. 2. de Reb. Eccleſ. non alienand. capit.
præterea, de jure Patronat. cap. Clerici extra eodem, cap.
in ſingulis, in fin. extra de ſtat. monachor.* & per Fideric.
in tit. de pac. tenend. inter ſubdit. in fin. in quibus, & aliis
juribus paſſim per DD. allegatis Eccleſiarum Patroni, vel
advocati, aut Protectores, aliive potentiores laici mo-
nentur, & ſub excommunicationis, interdicti, & aliis
gravibus pœnis præcipiuntur, ne in Eccleſiarum bonis,
redditibus, juriſdictionibus, cæteriſque Eccleſiarum
proventibus perpetuò, vel ad modicum tempus manus
iniiciant, maximè tempore vacantis Eccleſiæ: vel ne
prætextu juris Patronatus, defenſionis, aut cuſtodiæ,
aliove colore quæſito, in eis ſe ingerant: ab omnibuſque
cenſuum, tributorum, aliiſve illicitis exactionibus, ultra
ea, quæ legitima conceſſione, aut conſuetudine ſibi de-
bita ſunt, prudenter abſtinere, faciant: ut ex dictis ju-
rib. & Doctoribus in eis repertentib. conſtat. Et hæc de
prærogativis, ſive fructu juris Patronatus, quoad ſecun-
dam ipſius definitionis partem, qua oneroſum appellatur,
dixiſſe ſufficiat.

§. III.

ARGUMENTUM.

Agitur de tertio emolumento principali, aut fructu juris Patronatus, qui ad tertiam partem ipsius definitionis, sive ad verbum *utile* in ea adjectum spectat: quæ prærogativa, sive emolumentum consistit in censu, vel tributo specialiter Patrono reservato, aut concesso. Principaliterque consistit etiam in jure alimentorum, quod Patronis egestate laborantibus adversus Ecclesias competit. Plenè de hoc jure: & quid si plures Patroni sint, vel oppida, quibus jus Patronatus competat: quæ alimenta eis debeantur? Multisque exemplis hoc jus alimentorum comprobatur: an similiter cuilibet alii donatori inopi per donatarium hoc jus debeatur? An Magistro per discipulum, vel è contra? Dominis inferioribus, sive Baronibus per vassallos? Noviter nec injucundè duæ istæ quæstiones resolvuntur. Quæ egestas in Patrono requiratur? Et quid si sua culpa, ludendo, meretricando, vel alio luxu in eam pervenerit? Quando de sua industria, aut arte vivere, debeat? Et si aliundè alimenta habere, possit, apparente nempè, fratribus, vel Monasterio, si Religiosus sit: Item agitur de redditibus, quibus Ecclesia frui, debet, ut hoc onere teneatur. Et an omnes Ecclesiæ redditus sint inspiciendi, vel dotis solùm à Patrono præstitæ? Et quid, dote perempta? Pensionis etiam onus an prius deducendum, vel potius ei alimenta Patroni præferantur? Postremò de quantitate alimentorum tractatur, ad conditionem, statum, dignitatem Patronorum, Regionis consuetudinem, & alia consideranda. Pluraque specialia de eorum comprehensione ad singulos casus dicam in sequent. hujus §. section.

SUMMARIUM.

1 *Agitur de tertia specie emolumentorum, quæ Patronis debentur, & quæ utilia superius diximus.*

2 *Consistit principaliter hoc jus in alimentis per Ecclesiam Patrono egenò præstandis.*

3 *Et in quibusdam redditibus, censu, aut tributo, quæ similiter Patroni ab Ecclesiis exigere, solent: de quibus prius tractandum.*

4 *Censum aliquem, seu tributum, aut redditum per Ecclesiam Patrono nullo jure deberi.*

Limita, nisi in fundatione de Episcopi consensu fuerit reservatum, ibidem.

5 *Probatur de jure nostro Partitar.* in l. 2. tit. 15. part. 1.

6 *Similiter fructus beneficii vacantis Patrono debentur, si ei per Episcopum in erectione Ecclesiæ fuerint concessi.*

7 *Idem si hujusmodi fructus, & tributa legitima consuetudine, aut præscriptione quæsierit.*

8 *Censum hunc, vel tributum præfatis modis Patrono debitum rectè per eum in quemlibet alienari, vel transferri, etiam sine Episcopi consensu ad differentiam juris Patronatus.*

9 *Differunt etiam à jure Patronatus, quia hæc onera, vel tributa sola fundatione, aut dotatione Ecclesiæ Patrono non quæruntur: secus jus Patronatus.*

10 *Post Ecclesiæ fundationem, vel dotationem, an tributa ista per Episcopum Patrono concedi, possint?*

11 *Gravamina aliqua, vel servitutes Ecclesiæ jam fundatæ, vel dotatæ imponi, non debent.*

12 *Nisi in manifestam Ecclesiæ utilitatem tendant.*

13 *Agitur de præfata secunda utilitate, jure nempè alimentorum Patrono egeno debito. Est præcipuus fructus juris Patronatus, ibidem.*

14 *Patrono vergenti ad inopiam alimenta deberi juribus, & authoritatibus comprobatur: ad plures quæstiones remissivè, & n. seqq.*

15 *Quid si universitati, vel oppido jus Patronatus competat, an universi ipsius pauperes ab Ecclesia alendi?*

16 *Et pluribus simul dotantibus Ecclesiam, vel fundantibus.*

18 *In hoc judicio alimentorum leviores probationes, quàm in principali juris Patronatus exiguntur.*

20 *Commendatariis Indorum, an alimenta per Indos sint præstanda?*

21 *An Ecclesiarum Protectoribus?*

22 *Referuntur rationes, quibus jus alimentorum Ecclesiarum Patronis debeantur.*

23 *Primò jure gratitudinis.*

24 *Comprobatur pluribus exemplis.*

25 *Patrono præstita libertatis ratione eadem gratitudinis causa alimenta à liberto exhibenda.*

26 *Libertus obligationem hanc sine justa causa implere recusans ad servitutem reducendus.*

27 *Donatarius eadem gratitudine donatorem alere, adstringitur.*

28 *Intellige causativè ob pœnam revocandæ donationis.*

29 *Et in rei magnæ donatione: secus si modicum sit donatum.*

30 *Magistro inopi per discipulum, an alimenta debeantur? & n. seqq.*

Sententia affirmativa fundatur ex superioris gratitudinis ratione, ibidem.

Et ex l. 2. §. Primus Divus, ff. de origin. jur. l. Attilius Regulus, ff. de donat. *ibi.*

31 *Magister quasi pater Scholarium habetur: & ita summa reverentia tractandus, & nu. 32.*

33 *Idem è contra pauperem discipulum per Magistrum alendum tenent plures.*

34 *Magistrum divitem propter alimentorum spem eligendum, consuluit Bolognin.*

Melius, si pauper, & doctior eligatur: & rationes, ibidem.

35 *Gratulatur Deo Author de optima sua Magistri in praxi electione.*

Laudatur Dom. D. Ludovicus de Cerdenno & Monzon Authoris Præceptor, ibidem.

37 *Resolvitur contra: quinimò Magistrum discipulum pauperem alere adstringi, non posse.*

38 *Respondetur fundamentis in contrarium objectis ex* dict. l. Attilius Regulus, de donat. & l. 2. §. Primus Divus, de origin. jur. *de quorum jurium declaratione, & n. seqq.*

41 *Magistris, quòd prius suis, quàm alienis discipulis charitatem, & favorem exhibeant, monet Rebuff.*

42 *Dominis inferioribus, vel Baronibus paupertate laborantibus, an per suos vassallos divites alimenta exhibenda?*

Refertur communissima affirmativa sententia: ibi.

43 *Opiniones Doctorum, vel allegationes, sive consilia scribentium suspecta admodum habenda, & quare?*

44 *Refertur negativa sententia, ne inferioribus dominis per vassallos alimenta aliqua debeantur.*

45 *Re-*

45 *Resolvitur sub notabili distinctione inter vassallos, qui feuda, vel terras à dominis acceperunt: & eos, qui solùm in terris dominorum habitant: ut sunt Burgenses: & numer.* 46. 47. & 48.

47 *Nostri vassalli,* Solariegos *nuncupati, inter quos numerandi?*

49 *Concluditur ex præfatis superior principalis hujus §. resolutio, ut Ecclesiarum egenis Patronis alimenta ex ipsarum Ecclesiarum redditibus sint præstanda.*

50 *Proponuntur aliqua resolvenda dubia circa hujus alimentorum obligationis executionem, sive realem præstationem: ad egestatem in Patrono requisitam: divitiarum qualitatem in Ecclesia: & circa emolumenta, aut res, quæ alimentorum nomine sunt præstanda: de quibus singulis infr.*

51 *Quæ egestas in Patrono pro consecutione alimentorum requiratur? & n. seqq.*

Summam inopiam necessariam voluerunt aliqui, ibidem.

Differentia inter inopiam, & paupertatem, ibidem, & n. seqq.

52 *Contrarium verius: summam egestatem non requiri; sed sufficere, quòd ad talem inopiam Patronus devenerit, ut juxta ipsius qualitatem commodè, ac decenter se sustentare, non valeat: & nu.* 53. & 54.

54 *Hujus egestatis probationem, & quòd sine ipsius culpa contigerit, ad Patronum pertinere.*

55 *Limitatur superior resolutio alimenta Patrono sua culpa paupertate laboranti denegans, si ad summam inopiam devenerit, quo casu, etiam si sua culpa, alendum resolvitur.*

56 *Aluntur etiam ab Ecclesia alii extranei summa inopia laborantes, nullo morum discrimine habito.*

57 *Quid si Patronus per se inops alia tamen subterfugia habeat: fratrem, scilicet, divitem, Monasterium, si Religiosus sit, & similia subsidiaria remedia habeat.*

58 *Et si sua industria, & labore se alere, possit?*

59 *Patroni sordidas artes, vel aliter ipsorum statui, & dignitati minus decentes, & indecoras exercere, non sunt cogendi.*

60 *Quid si sui majores easdem artes exercuerint?*

61 *In quo Patroni egeni à cæteris pauperibus differant? & n. sequentib.*

Pauperibus aliis Ecclesia subvenire tenentur, ibid. & n. seqq.

62 *Ex hac causa, necnon, & propter redemptionem captivorum Ecclesiarum bona, etiam divino cultui dicata, licitè pignorantur, & venduntur.*

63 *Referuntur singularia loca ex Div. Augustin. & Hieronym.*

65 *Adducuntur nonnullæ differentiæ inter Patronos egenos, & cæteros pauperes, quoad alimenta ab Ecclesia recipienda, & n. seqq.*

66 *Patrono indigenti abundantius, quàm extraneo pauperi Ecclesia subvenire, debet.*

67 *Patrono jure actionis alimenta debentur, vel saltim naturali obligatione, & jure recompensationis: cæteris pauperibus miserationis causa.*

Alimenta pinguiora præstanda, cum jure actionis, aut compensationis debentur, quàm cum ex miseratione, ibidem.

68 *Patrono pro consequendis alimentis an actio, vel solum officium Iudicis competat? Et quid in cæteris pauperibus? & nu. seq.*

71 *Obligatio naturalis, sive antidoralis, semoto officio Iudicis, inefficax.*

72 *Condictio ex lege quando detur, ad text.* in l. unic. Cod. de condict. ex leg.

Lagunez de Fructib.

73 *In extraneis pauperibus summa egestas, ut ab Ecclesia eis succurratur, exigitur: in Patronis non ita gravis inopia.*

74 *Qui redditus, sive bona Ecclesiæ necessaria, ut alimentorum obligatione Patrono adstringatur? & nu. sequentib.*

Non aliter, nec aliundè alimenta hæc debentur, quàm de superfluis Ecclesiæ redditibus, deductis prius pro Rectore, aliisque Ecclesiæ ministris, congruis salariis, & reliquis Ecclesiæ expensis, ibi. & n. seqq.

75 *Propter alterius subventionem propriam inopiam non contemnendam.*

76 *Idem in alimentis à liberto Patrono præstandis.*

79 *Vtrum in alimentorum per Ecclesiam præstatione omnes redditus Ecclesiæ, quomodocumque quæsiti, sint computandi, vel dotis tantùm per Patronum præstita, habenda sit ratio?*

80 *Dote etiam perempta, Ecclesia si aliunde congruentem redditum habeat, ab hujusmodi alendi obligatione non liberatur.*

81 *Inter expensas ex redditibus Ecclesiæ, ante alimenta deducendas, an pensio super beneficio, vel ipsis redditibus constituta connumeranda sit, ita ut alimentis præferatur?*

82 *Pensio an super fructibus beneficii absque consensu Patroni in præjudicium alimentorum reservari, valeat?*

84 *Quantitas quæ, & quomodo in alimentis Patronorum taxanda: & nu. seqq.*

85 *Pinguiora Patronis, quàm aliis alimenta debentur.*

86 *Et Nobili, majora, quàm ignobili.*

87 *Iuxta statum, conditionem, & qualitatem Patronorum, locorumque consuetudinem, dimetienda.*

88 *Idem in quibuscumque aliis alimentariis, in debitore inope, cui à creditoribus convento ex speciali privilegio alimenta relinquenda, in Canonicis, Beneficiatis, & similibus, ad congruam eis constituendam ex redditibus Ecclesiasticis, quæ circumstantiæ sint consideranda? & numer. seqq.*

90 *Superveniente dignitate augenda alimenta.*

93 *Relinquuntur omnia Iudicis arbitrio, & n.* 94.

95 *Quæ, quanta, & qualia Patronis, aliisque alimentorum nomine sint præstanda?*

HUcusque in *capit. præcedent.* ejusque §§. egimus de 1
prærogativis, sive emolumentis juris Patronatus, quæ ad honorem, & splendorem, necnon, & ad onus Patroni pertinent, juxta primam, & secundam partem definitionis juris Patronatus, in qua honorificum, & onerosum omnes id appellant: nunc verò, ut materiam hujus capitis, ordine in principio proposito, impleamus, restat, ut de illa prærogativa tractemus, quæ in maxima Patronorum utilitate consistit, juxta tertiam partem juris Patronatus definitionis, qua *utile* per DD. appellatur.

Hæc igitur tertia principalis prærogativa, sive emo- 2
lumentum juris Patronatus de jure in eo solùm consistit, quòd Patronus egenus consequendi alimenta ab Ecclesia jus habeat, de quo jure, sive emolumento principalis erit in hoc §. tractatio.

Sed quia sunt aliqua emolumenta, sive utilitates ad 3
hanc etiam tertiam prærogativarum speciem respicientes, quæ, licèt de jure Patronis non debeantur, ex antiqua tamen consuetudine eis competunt, vel ipsis de Episcopi consensu in Ecclesiæ fundatione, aut dotatione sunt reservata, de his quidem emolumentis primum agere decrevi, ut postea principalis alimentorum materia, sine ulla interruptione, tractetur.

In primis ergo circa censum, aut tributum, quod 4
per Ecclesiam, vel Rectorem Patronis solvi solet, resolvunt communiter DD. eis nullo jure debe-

ti, nisi in fundatione de Episcopi consensu fuerit reservatum, de ejus tamen voluntate benè competere posse, ut ita per jura *in cap. dilectus, de consuetud. cap. filiis* 23. *quæst. ultim.* optimus text. *in cap. præterea, de jure Patronat. cap. quanto, de censib. cap. generali, de election. in* 6. notant optimè Abbas *in dict. cap. præterea, & in cap. consuluisti, de celebrat. Missar. & in dict. cap. quanto, in* 1. *notab. & in cap.* 1. *eodem*, resolvunt benè Hostiens. *in summ. tit. de jure Patronat. §. Quid competat Patrono, n.* 3. *v. Item quod*, Felin. *in cap. cum accessissent, colum.* 8. *de constitut.* ubi plures antiquiores laudat, Innocent. *in cap. quoniam, extra, ne Prælat. vic. suas*, Bald. *cons.* 368. incipit, *nunc venio ad merita, in princip. vers. Sciendum, lib.* 1. Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. litter. P. conclus.* 138. *n.* 1. Mart. Mager. *de advocat. armat. cap.* 9. *n.* 498. & 538.

5 Idemque singulariter statuitur in nostra *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 1. ubi, ultra alimenta Patrono pauperi debita, hoc amplius redditum annuum ipsi Patrono, etiam diviti, deberi, posse, ait ab Ecclesia, si in ipsius fundatione id per Episcopum fuerit reservatum.

6 Et in fructibus obvenientibut tempore vacationis Ecclesiæ, quòd similiter etiam Patrono competant, si in creatione beneficii ei per Episcopum fueriot concessi, text. singularis *in cap. generali, de election. in* 6. & notat ibidem Gloss. *verb. Fundatione*, Brixiens. *in repertor. jur. verb. Patronus, col.* 3. *in princip.*

7 Et idem si ex antiqua consuetudine fructus tempore vacaturæ, necnon, & aliquod censum, aut tributum Patronus sibi vindicaverit, nam hoc omne ei in posterum ab Ecclesia, ejusve Rectore denegari, non debet, ut constat ex *dict. cap. generali, vers. Vel ex antiqua consuetudine:* quidquid, quoad fructus vacaturæ iotelligat Gloss. *in verb. Redditus*, quòd eos non sibi perpetuò Patronus lucretur, sed custodiæ tantum causa, ut futuro successori reservet; nam certè contrarium ex ipso text. constat in illis verbis: *Vel ex antiqua consuetudine jura sibi hujusmodi vindicant*, quæ apertè plenam acquisitionem denotant: & constat etiam, ex quo casus iste conjungitur *in dict. text.* cum præcedenti de triboti, aliorumve jurium acquisitione ex pacto in fundatione adjecto, quam acquisitionem, juxta ipsum *text.* pleoissima quoad dominium esse, nec Gloss. nec ullus dubitat: ex quo idem in sequenti casu fructuum vacaturæ, argumento à præcedentibus, dicendum est.

8 Quibus adde, quòd talem ceosum, vel tributum de Episcopi authoritate impositum, vel antiqua consuetudine quæsitum, Patronus vendere, vel alienare poterit, quia ex eo jus Patronatus non transit, Abbas *in dict. cap. præterea, vers. Sed dubitatur*, Bertachin. *in reperter. juris, part.* 3. *verb. Patronus, column.* 1. *fol. mihi* 206. in quo certè hæc jura differunt à jure Patronatut, quod oon nisi de Episcopi consensu, & gratis per se principaliter alienari, potest, ut infrà suo loco dicam.

9 Item acquisitio istorum emolumentorum, quæ speciali consensu Episcopi Ecclesiarum Patronis debentur, ab acquisitione ipsius juris Patronatus differt, quia illa non nisi de consensu Episcopi quæri, possuot, jus verò Patronatus ex ipsa fundatione, vel dotatione authoritate Episcopi facta ipso jure quæritur, licèt fundator id expresè non reservaverit, dummodo id non remiserit, Abbas per text. *in cap. significavit, de testib.* ibidem *notab.* 1. ubi etiam Felin. *numer.* 2. & cum aliis antiquioribos Roch. de Curt. *de jure Patronat. in verb. Ecclesiam fundavit, quæst.* 8. *numer.* 12. Lambertin. *eodem tractat. articul.* 105. *quæst.* 2. *part.* 2. *libr.* 2. Puteus *decis.* 379. *sub numer.* 7. *libr.* 2. Camill. Borrell. *decis.* 32. *numer.* 12. *tom.* 1. Augustin. Barbos. *de jur. Ecclesiastic. libr.* 3. *capit.* 12. *ex numer.* 38. sufficit enim tacitus consensus deductus ex ipsa Episcopi authoritate in fundatione interposita, ut jus Patronatus quæratur: imò casu, quo consensus novus necessarius esset, præcisè eum Episcopus præstare, tenetur, vel, eo fine causa id præstare, tenuente, à superiore est impetrandus, de quibus, & ad alia circa Episcopi consensum in acquisitione juris Patronatus plenius suo loco dicam.

Ao autem Episcopus hujusmodi onera post dotem in 10
Ecclesiam translatam, vel fundationem peractam in favorem Patroni indicere, possit? resolve breviter, quòd non, quia cessat jam principalis utilitas Ecclesiæ, altàs in initio fundationis, vel dotationis considerata, benè Ioann. Andr. *in dict. cap. generali, & ibidem* Gloss. *ultim. de elect. in* 6. quem sequitur ibidem Gloss. *in addit. verb. Fundatione*, Hugo *in capit. piæ mentis* 16. *quæst.* 7. Brixiens. *in repertor. jur. verb. Patronus, column.* 6. *circa*
fin. † Et in aliis conditionibus, vel gravaminibus post 11
fundationem, vel dotationem ab Episcopo non inferendis, quia noo potest, tunc aliquam servitutem beneficio adiicere, Abbas *in cap. præterea* 23. *numer.* 3. *de jure Patronat.* Cardinal. *in Clementin. quia contingit, num.* 5. *de Religios. domib.* Vivian. *de jure Patronat. part.* 1. *lib.* 2. *capit.* 8. *numer.* 6. Donat. Anton. de Marin. *variar. re-*
solut. capit. 224. *numer. fin.* † Nisi conditiones, aut pa- 12
cta utilia Ecclesiæ sint, vel saltim non præjudicialia, Abbas *in cap. cum dilectus, de consuetud.* Roch. *de jure Patron. in verb. Pro eo quod, n.* 19. *in q.* 23.

Qubus de his extraordinariis juris Patronatus utili- 13
tatibus dictis; jam de ordinario jure debito principali emolumento agamus, quòd consistit in jure alimentorum, quæ Patrono vergenti ad inopiam ab Ecclesia debentur, & ut præcipuum fructum inter juris Patronatut emolumenta meritò reputat Melch. Lotter. *de re beneficiar.* proximè referendus.

Hoc quippe emolumeotum, vel fructum ratione ju- 14
ris Patronatus, inopem Patronum ab Ecclesia habere, debere, comprobant jura expressa *in cap. quicumque, cap. decernimus* 16. *quæst.* 7. *cap. nobis de jure Patron.* quibus concordat nostra *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 1. ubi Gregor. Abb. & alii antiquiores Canonistæ *in dict. cap. quicumque, & in dict. cap. nobis*, & ibidem ex recentioribut, ad plures quæstiones, August. Barbos. Prosper. Fagnan. & doctissimus D. D. D. Emanuel Gonzalex *in collectan. ad jus Canonicum*, Roch. de Curt. *de jure Patron. verb. Utile, quæst.* 1. *ex num.* 1. Lambertin. *eodem tractat. lib.* 3. *quæst.* 4. *art.* 1. Ioann. Baptist. Pontan. *in tractat. de aliment. capit.* 11. *num.* 4. *in volum. DD. tom.* 8. *part.* 1. *fol.* 450. benè Sebastian. de Medic. *de definition. defin.* 56. *num.* 3. *cum sequentib. in tractat. DD. tom.* 18. *fol.* 307. D. Molin. *de primog. l.* 1. *cap.* 24. *num.* 21. Baeza *de inop. debitor. cap.* 17. *num.* 70. Velasc. *de privileg. pauper. part.* 1. *quæst.* 4. *in princip. numer.* 30. Matth. Coller. *in tractat. de aliment. libr.* 3. *capit.* 13. *ex numer.* 78. Matt. *in compend. decis. tom.* 6. *tit. de Patron. cap.* 23. Hieronym. Gigas *in tract. de pensionib. quæst.* 23. *ex num.* 1. doctè, & eleganter, ad plura, Ioann. Brunell. *in tractat. de dignit. & potest. legat. conclus.* 24. *vers. Decimus favor, in*
tract. DD. tom. 13. *part.* 2. *pag.* 252. *column.* 3. † Ubi 15
quid, quando universitas, vel populus habet jus Patronatus, quòd tunc singulos pauperes de populo alere non teneatur, ut notat etiam Archidiac. *in cap. si plures* 16.
quæst. 7. † Et quid quando plures sunt Patroni, quia plu- 16
ret simul dotarunt? Hostiens. *in summ. tit. de jure Patronat. §. Qualiter, vers. Quid si plures*, Ioann. Brunel. *ubi*
proximè. † Et ad alia de hac obligatione videndi Con- 17
stant. Roger. *in tractat. de summ. bon. §. Quarto principaliter, num.* 2. *in eodem tractat. DD. tom.* 13. *part.* 2. *pag.* 5. *colum.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 54. *ex num.* 1. & *per tot.* Grillenzon. *cons.* 151. *ex n.* 22. Campanil. *in divers. jur. Canon. rubr.* 11. *c.* 7. *n.* 22. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 552. *n.* 11. *cum sequentib.* Farinac. *l.* 2. *in posthum. decis.* 221. Melch. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 2.
quæst. 5. *ex num.* 1. † Qui benè resolvit *ex numer.* 3. in 18
hoc judicio alimentorum non tam concludentes probationes juris Patronatus, vel descendentiæ ex fundatore, ac in judicio principali, requiri; sed leviores, & quasi possessiooem descendentium sufficere.

Latè,

19 Latè, ad alia, hanc prærogativam alimentorum in
favorem Patroni fundantes Pater Sanchez *in consil. Mo-
ral. lib. 2. cap. 3. dubit. 52. ex num.* 1. & in eleganti Rotæ
decis. apud Cavaler. 321. *num.* 3. August. Barbos. *de jure
Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. nu.* 216. D. Solorzan. *de jure In-*
20 *diar. tom. 2. l. 2. c. 24. n.* 105. † Qui tamen *ex num.* 103.
contrarium tenet in Commendatariis Indorum, licèt
quodammodo Patroni videantur, tum quia plerumque
pauperes dici, non possunt, ex quo eis Indi suo tempo-
re, ac modo debita tributa persolvunt, tum etiam pro-
pter longè majorem Indorum paupertatem, cui potius,
quàm alii ex charitate benè ordinata prospicere, debent,
juxta text. vulgarem *in l. Præses, Cod. de servitut. &
aqua, cap. 3. ubi Gloss. verb. videamur, de supplend. ne-
gligent. Prælator.* & ad alia pro Ecclesiar. Patronis, Mart.
Mager. *de advocat. armat. cap. 9. num.* 442. & 1054. &
21 *c. 15. n.* 34. † Qui id benè in nostris Patronis resolvit ad
differentiam Protectoris, cui nulla alimenta ab Ecclesia
deberi ait.
22 Quæ principalis nostra conclusio, ut alimentorum
jus Patronis tamquam emolumentum, aut fructus juris
Patronatus debeatur, ea præcipuè ratione, & funda-
mento nititur, quòd æquissimum sit, jurique naturali,
& gratitudini maximè conveniens, ut qui Ecclesias con-
struxerint, aut fundum, vel bona sufficientia pro dota-
tione magnificè in eas contulerint, si ex post facto inopia
confligantur, in eisdem Ecclesiis solatium temporalis
alimoniæ habeant, ut ita cæteri quoque ad hujusmodi
23 pia opera exercenda promptiores reddantur. † Undè
hanc prærogativam, sive emolumentum alimentorum
Ecclesiarum Patronis jure gratitudinis deberi, optimè
notat, ultra plures ex superius relatis, Ioann. Bapt. Pon-
tan. *in tract. de aliment. cap.* 11. *n.* 4.
24 Quod etiam pluribus exemplis comprobari, potest:
25 † Primò eleganter comprobatur exemplo Patroni servi
manumissi, cui similiter egestate laboranti in præmium,
vel gratitudinem præstitæ libertatis alimenta à liberto
debentur, *l. si quis à liberis*, §. *Solent*, & §. *De ali-*
26 *mentis*, & ibidem Bart. *ff. de liber. agnoscen.* † Ita, ut
libertus tam justam obligationem implere recusans,
tamquam ingratissimus in pristinam servitutem redigi,
debeat, *l. alimenta*, §. 1. *dict. tit. de liber. agnoscend.*
notat Angel. *in tract. de testament. gloss.* 45. *n.* 12.
27 Et ex eadem ratione cujusdam gratæ, & remunera-
tivæ obligationis, quemlibet alium donatorem, si ad
inopiam pervenerit, à donatario alendum esse, frequen-
28 ter notant DD. † Quòd tamen intellige non de directa
obligatione, sed causativa, quia donatarius id facere re-
cusans ex nota ingratitudinis donatione privatur, Gloss.
in l. fin. Cod. de revocand. donation. & ibidem Cyn. *quæst.*
29 2. Ripa *nu.* 49. Abbas *in cap. propter, nu. 3. de donat.* †
Qui benè etiam intelligit in rei magnæ donatione, secus
si modicum sit donatum, optimè Ioann. Bapt. Pontan. *in
dict. tract. de aliment. cap.* 11. *num.* 5. & dicam plenius
de hac donationis ob ingratitudinem revocatione infrà
part.... cap.
30 Et ex eadem gratitudine discipulum magistro alimen-
ta præstare debere, volent, per jura *in l. 2. §. Primus
Divus, ff. de origin. jur.* in illis verbis: *Huic ampla fa-
cultates non fuerunt, sed plurimum à suis auditoribus su-
stentatus est; & in leg. Attilius Regulus, ff. de donat.* In-
nocent. *in cap. 1. de magistr.* & ibidem Anna. *nu.* 11. Ho-
stiens. *in summ. tit. de Magistr. §. Verum.* Gloss. *in cap. re-
vertimini, verb. A quibus doctus est* 16. *q.* 1. Alberic. *in
proœm. ff. §. Quibus, & in l. 1. in fin. princip. ff. de justit. &
jur.* Ludovic. Roman. *singul.* 138. Boer. *in addit. ad Dyn.
in verb. Imputari, de regul. jur. in 6.* Petr. de Lenauder.
in tract. de privileg. Doctor. 4. *p. n.* 37. *q.* 20. *in tract. DD.
tom.* 18. *fol.* 12. *col.* 3. Ioann. Bapt. Pontan. *in tract. de
aliment. c.* 13. *ex n.* 10. Lara *in dict. l. si quis à liberis*, §.
Et si impubes, nu. 81. *cum seqq.* Bobadill. *in polit. l. 5. c.
4. nu.* 13. plenèque defendit, ac resolvit Petr. Surd. *de
aliment. tit. 1. q. 53. tot.* ubi alios antiquiores refert; Sco-
Lagunez de Fructib.
bar. *de ratioc. c. 24. n.* 35. D. Larrea *decis. 47. nu.* 33. qui
omnes ea principali superiori gratitudinis ratione, & fun-
damento nituntur: † Et ex eo, quòd Doctor, vel Ma- 31
gister, quasi pater Scholarium habeatur, *l. 1. Cod. de ex-
cusat. artific. lib.* 10. ubi discipulus filius appellatur in ver-
bis, *filius erudire*, & ibidem Gloss. & notat Innocent. *in
dict. c. 1. de Magistr.* † Ipsiusque persona semper videri, 32
debet Scholari, sive discipulo honesta, & sancta, tamquam
filio persona patris, Gloss. singularis *in l. liberto, ff. de obseq.*
Quapropter è contra Magistrum suum discipulum 33
pauperem, ut proprium filium alere, teneri, voluit Ioan.
Bapt. *in addit. ad dictionar. Alberic. in verb. Alimenta*,
Ascan. Clemens *de Patr. potestat. effect. 27. nu.* 15. Bolo-
gnin. *in authent. habita, Cod. ne filius pro patr. nu.* 72. † 34
Ubi ideo hac alimentorum spe Scholaribus consulit, ne
Doctorem pauperem Magistrum eligant; sed melius di-
ceret, si hac vana alimentorum fiducia contempta, do-
ctiorem eligendum moneret; & tantò utilius, si & pau-
perem, quia eo magis solicitè, & accuratius discipulum
instruendum curabit, quàm dives divitiis fortè detentus,
seu impeditus, & plerumque superbus.
Gratias quidem ago Deo optimo Maximo de singulari 35
mea electione: elegi enim in praxi Magistrum, vel Pa-
rentem potius D. D. Ludovicum de Cerdenno, & Mon-
zon virum quidem, licèt opibus, & suæ familiæ illustri
notabilitatis splendore dotatum, naturalisque facundiæ,
ac incredibilis eloquentiæ: mirabilis doctrinæ, & præ-
clari ingenii ornamento præditum, tanta tamen pru-
dentia, virtute, placabilitate, & mansuetudine orna-
tum, ut me semper, tam summa humanitate, & pater-
no amore dilexerit, & in studiis instruxerit, quòd eum
non solùm venerandum Magistrum, sed etiam amantis-
simum parentem, & dominum perpetuò fatear, reve-
renter colam. † Gratulor etiam Deo, quòd ipsum, 36
post primarium in hujus Regiæ Curiæ advocatione gra-
dum adeptum, per legitimos tramites in Consilii India-
rum Regii Fiscalis, mox Consiliarii munus, sua propria
merita, eximiæque integritatis virtus communi omnium
voto, & laude collocaverint; & hoc in tam brevi suæ
ætatis tempore, ut ei maximè Psalmi illa benedictio con-
veniat, *Beatus vir, qui in brevi explevit tempora multa.*
Ut ergo, quasi ex gratissimo diverticulo superiorem 37
quæstionem prosequamur circa alimenta per discipulum
Magistro præstanda, vel è contra, ut verum fatear, præ-
fatam affirmativam sententiam, licèt communem, &
ab omnibus sequutam, rectè ejus ratione considerata,
veram non censeo; nam quantumvis de bono, & æquo,
& ex animi gratitudine discipulum Magistro egeno ali-
menta exhibere, fas sit; non tamen hoc ad necessitatem,
ut in filiis, & parentibus redigi posse, existimo, nec un-
quam in praxi fuit admissum: † Nec superiora jura pro 38
affirmativa sententia allegata præcisè id probant; nam
text. *in dict. l. Attilius Regulus*, intelligi, debet de qua-
dam gratuita, & antidorali, non de necessaria obliga-
tione, † Text. verò *in dict. l. 2. §. Primus Divus, de ori- 39
gin. jur.* refert tantùm, quòd discipuli cum suo præcepto-
re Sabino, propter ejus laudandam paupertatem fece-
runt: non, quòd de necessitate ad id tenerentur.
Et hanc negativam sententiam singulariter, licèt bre- 40
viter, tenuisse invenio Alberic. *in l. 1. §. Ius naturale in
fin. ff. de justit. & jur.* qui dictam communem resolutio-
nem de urbanitate potius, quàm de necessitate procede-
re, ait: sequitur doctissimus Petr. Rebuff. *in tractat. de
privileg. Scholar. privileg.* 66. ubi postquam *in n.* 1. affir-
mativam sententiam plenè fundavit, eam *in num.* 4. & si
prædictis juribus non respondeat, eodem modo de-
clarat, ut de urbanitate, non de necessitate procedat.
† Qui tamen ibidem rectè Magistrum monet, ut prius 41
suis discipulis, quàm alienis charitatem, & favorem ex-
hibeat.
Item superiorem nostram principalem resolutio- 42
nem, ut Patrono egeno ab Ecclesia alimenta exhibean-
tur, plerique etiam comprobant exemplo vassallorum,

præcipuè feudalium, quos similiter suis Baronibus, vel dominis paupertate laborantibus alimenta exhibere cogendos esse, expresſè resolvunt Bart. in tract. de aliment. num. 45. Specular. in tit. qui fil. sint legitim. num. 11. Roman. in l. si quis non quasi, num. 1. ff. de acquirend. hæreditat. Iason. in usib. feudor. nu. 20. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. Des justices in §. 4. n. 8. Afflict. & Ursil. dec. 265. n. 104. Joann. Sayſſon. ad consuet. Turonens. tit. 12. art. 1. vers. Vigesima conclusio, Joan. Garc. de expens. c. 12. n. 72. Math. Coler. de aliment. l. 3. c. 13. n. 89. & ex n. 84. Bobadill. in Polit. l. 5. c. 4. n. 13. D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. l. 2. c. 24. n. 104.

43 Sed ne morem sectemur Doctorum, qui consilia, vel allegationes scribunt, quibus cum ille præcipuus finis sit argumentis, videlicet, suarum partium justitiam, & multoties injustitiam confirmare; ideo aliquorum minus saniores opiniones pro suæ partis defensione referre solent, contrarias veriores, & communiores sententias, ac rationes reticendo; undè semper nobis hujusmodi allegationes, sive Doctores consulentes suspecti fuere.

44 Ideo igitur, ne de hoc crimine arguamur, sententiam proximè relatam in favorem dominorum inferiorum pro confirmatione principalis nostræ conclusionis, non omnino veram censeo; quia imò contra dominos feudorum, ne alimenta eis egentibus per vassallos debeantur, ex quo, nullo jure, hoc emolumentum, ipsis competere, sit cautum, expresſè resolvunt Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in dict. tit. qui fil. sint legitim. §. fin. num. 11. in fin. Jacob. Arriz. in summ. quib. mod. feud. amittat. in rubr. an vassallus dominum alere, teneatur; prosequuntur Isernia, Præposit. Raynut. & Alvarot. in cap. licet, si de feud. fuer. controvers. inter. domin. & agnat. Curt. in tractat. de feud. part. 4. in princip. post 4. limit. & rursus in cons. 38. col. 1. vers. Ego autem advertendum, qui hanc opinionem communem feudistarum ait, & sequuntur Zassius in epitom. feudor. part. 7. num. 43. & singul. respons. lib. 1. cap. 3. nu. 85. vers. Iam de altero, Rolando à Vall. cons. 6. nu. 15. vol. 3. Capyc. in sua investitur. feudal. §. Feudorum alimenta, in princip. ubi de communi testatur Iul. Clar. de feud. q. 23. Iacobin. de feud. verb. Et cum pacto, quòd dicti vassalli, num. 7. & de homag. num. 29. & contra Bart. resolvit Mart. Mager. de advocat. armat. c. 10. nu. 329. & 330.

45 In hoc ergo Doctorum dissidio, pro concordia distinguerem inter vassallos, sive feudatarios, qui feuda, vel terras à superioribus dominis, vel directis acceperunt, propriè feudatarios, vel Barones appellatos, qui respectu Principum superiorum, ac Regum vassalli etiam sunt; & inter ipsorum Baronum, vel Dominorum inferiorum vassallos, qui nullum terræ, alteriusve rei dominium directum, vel utile à domino, vel Barone habent, sed dumtaxat in sua terra habitant, & hac ratione ei subiiciuntur: inter quos etiam connumerari poterunt nostri vassalli Burgenses inferiorum dominorum oppida habitantes.

46 In primo quidem casu procedere, debere, videtur Bart. sententia, ut vassalli, vel feudatarii dominis paupertate laborantibus alimenta præstare, teneantur sub pœna feudi amissionis; nam licèt id nullo jure expresso feudorum sit cautum, eleganter tamen comprobari, potest exemplo donatariis, quem de jure communi donatorem alere causativè, hoc est, sub pœna revocandæ donationis ob ingratitudinem teneri, superius diximus: quòd similiter procedere, debet in feudatariis, vel vassallis, qui terras, sive feuda ex magnificentia, summa-
47 que liberalitate à Domino directo acceperunt. † Inter quos etiam connumerari posse, censeo nostros vassallos Solarieges, qui solùm, vel terram ab ipso domino habitandam habent.

48 In secundo verò casu, qui in nostris vassallis Burgensibus majori cum ratione verificatur, rectè procedit secunda negativa sententia, ex quo hujusmodi vassalli in terris dominorum inferiorum habitantes nullum terræ, alteriusve rei dominium ab ipsis dominis acceperunt, sed sua prædia, aliaque immobilia liberè, & independenter à dominis privativè possident, eique, maximè apud nos, dumtaxat ratione domicilii, vel habitationis subiiciuntur; quare licèt ipsum dominum egenum non aluerint, ingrati dici, non poterunt, ut ex eo aliquid ab eis in pœnam auferatur.

Ex quibus satis comprobata manet nostra in favorem 49
Patronorum Ecclesiasticorum prærogativa, alimenta in casu egestatis ab Ecclesiis recipiendi.

Sed, licèt resolutio ista communissima sit, variè ta- 50
men dubitant DD. in ejus executione, tum circa egestatem Patroni: quænam ad id requiratur? Tum etiam circa bona, vel fructus, quibus frui debet Ecclesia, ut ad hujus obligationis implementum compelli, possit: & denique circa quantitatem alimentorum, & res, sive emolumenta, quæ eorum nomine Patrono præstari, debeant: de quibus singulis specialiter, ac distinctè, ut clarius, agam.

Primò circa Patroni egestatis qualitatem, ut alimen- 51
ta ei competant, existimat Gloss. in dict. cap. quicumque 16. quæst. 7. eam summam esse debere, propter verbum inopia in eodem capite adjectum, quasi inops ille dicatur, qui omnino nihil opis habet, juxta Ioann. Andr. in dict. cap. nobis, num. 16. de jure Patr. ad differentiam pauperis, qui ita appellatur, quasi parum habens, ut explicant Archidiac. in Canon. quo jure, num. 3. 8. dist. & ibidem Gemin. in 2. col. vers. Quæro quis dicatur pauper. Paul. de Castr. in l. id, quod pauperibus 24. numer. 4. Cod. de Episcop. & Cleric. & hanc Gloss. sententiam, licèt ea non relata, sequuntur Surd. de aliment. tit. 1. qu. 54. n. 15. cum seqq. Cardin. Cavaller. decis. 321. nu. 3. & quasi id supponens Bertach. in repertor. verb. Patronus Ecclesiæ, col. 5. circa fin. & pro hac sententia expresſè decisum extat apud Rot. dec. 594. n. 5. p. 4. divers.

Sed, quidquid hi DD. velint, ex differentia inter pau- 52
pertatem, & inopiam, hanc sententiam defendere: in jure tamen nostro, & apud Pragmaticos parum de hoc verborum discrimine curatur, ut benè comprobat Lot-
ter. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 5. ex num. 27. † Quare 53
contrariam sententiam, imò Patronum summam egestatem probare, non requiri; sed sufficere, quòd ita ad paupertatem devenerit, ut secundùm qualitatem suæ personæ commodè ac decenter sustentari, non valeat, quia tunc verè quis ad inopiam dicitur pervenisse, ut optimè docet eadem Gloss. in cap. 1. §. Sanè, de stat. regular. libr. 6. & pro hac sententia in nostra specie magis contra superiorem Gloss. communiter resolvunt Paul. de Citadin. de jure Patr. part. 6. art. 4. num. 6. vers. Tamen ego, & num. 7. Lambertin. eodem tract. libr. 3. quæst. 3. artic. 3. num. 6. optimè noster Gregor. in dict. l. 2. tit. 15. part. 1. in verb. Deque vivir, & ex Rotæ decisionibus Lotter. de re beneficiar. lib. 2. d. q. 5. ex num. 24. August. Barbos. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 216. v. Sed ego existimo.

Item etiam non solùm hujus egestatis ex parte Patro- 54
ni probatio exigitur, sed & quòd absque sua culpa indigentia contigerit; aliàs enim, si ludendo, meretricando, vel ob alia propria scelera, & luxum Patronus ad paupertatem, vel carcerem devenerit, tunc eum Ecclesia alere non tenebitur; nam ubicumque egestas requiritur, ut privilegia aliqua competant, vel ad instruendam actionem in tertii præjudicium, debet probari cum hac circumstantia, ut sine culpa contigerit, Gloss. & communiter DD. & præsertim Abbas, & Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. & ibidem eleganter Bald. col. 1. & col. 3. vers. Quæro nunquid, Iason. in Authent. res quæ, num. 20. Cod. commun. de legat. & alia cumulans Tiraquel. in l. si unquam, verb. Bona, num. 3. Cod. de revocand. donat. & ad plura doctè explicat D. Covarruv. lib. 2. variar. c. 16. nu. 9. ubi mirabilem casum refert cujusdam responsi Alfonsi Aragoniæ Regis, & ita in nostra specie, per

Rot.

Digitized by Google

Rot. decisum refert Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 5. numer. 33.

55 Quæ tamen sententia meo videri, temperanda est, si Patronus summa egestate præmatur, ita ut fame periturus sit, nisi ei exhibeantur alimenta, nam tunc Ecclesia non solùm gratitudinis causa suo quondam benefactori in tam misero statu constituto subvenire, debet, sed
56 etiam aliàs de jure in cap. pasce 88. distinct. † Quo statuitur, ut similes tali summa inopia detenti, licèt propria culpa, & luxuria, pravisque moribus, ab Ecclesiis alantur, ad idque ipsarum bona vendi, debeant, ut singulariter notant etiam Decius in cap. Pastoralis, §. Verum, col. 3. de appellat. D. Covarruv. dict. cap. 16. n. 9. vers. Primum.

57 Item ad præfatam egestatis probationem requiritur, non solùm probetur respectu rei patrimonialis, verùm etiam respectu alterius subsidiarii juris, ut, videlicet, nullum remedium, vel refugium pro consequendis alimentis Patrono supersit; nam istam esse veram inopiam, ait Bart. in dict. l. si quis à liberis, §. Item rescriptum, de liber. agnoscend. ideò, qui fratrem habet divitem, vel qui esset professus Religionem, à quibus alimenta habere potest, quantumvis aliàs pauper sit, ab Ecclesia ea consequi non poterit, ut ex pluribus Rot. decisionibus Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 5. à num. 34. benè explicat Gratian. discept. forens. cap. 552. numer. 17. cum seqq. qui etiam loquitur in Patrono Equite Religionis Ierosolymitanæ, qui tamquam verus religiosus ab ipsa religione, & consequenter non ab ipsa Ecclesia erit alendus.

58 Et idem si Patronus sua industria, salva tamen ipsius dignitate, victum comparare, valeat, ut per elegantem doctrinam Bart. in dict. l. si quis à liberis, §. Sed, & si filius, sub num. 1. vers. Et hoc intellige, & Gloss. in l. qui filium 4. in verb. Hæc aliter, ff. ubi pupill. educar. debeat, & per Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 25. in princip. & qu. 54. num. 16. eodem tit. notant in specie Lambert. de jur. Patron. lib. 3. quæst. 3. art. 3. num. 5. Lotter. de re benefic.
59 lib. 2. quæst. 5. à num. 34. † Dixi salva Patronorum dignitate, non enim sunt cogendi artes sordidas, vel aliter ipsorum statui, gradui, & dignitati minus decentes, & indecoras exercere, quia nihil, nisi, quod salva dignitate, & æstimatione, nos facere, posse, credendum est, ut in l. Nepos Proculo 25. ad fin. vers. potest, & illa, ff. de verb. signif. benè animadvertunt Abbas in cap. cum haberet, sub num. 10. vers. Hoc tamen ultimum, de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adulter. & cum aliis Roland. cons. 54. n. 78. lib. 2.

60 Quinimò, etiam si sui majores hujusmodi artes exercuerint, licèt in hoc casu indistinctè teneat Rota decis. 594. num. 3. part. 4. in recentior. non esse indecorum, Patronum eisdem artib. uti; nam intelligi debet, dummodo in eodem gradu, & statu, in quo erant sui majores, qui tales artes exercebant, Patronus permanserit: secus si in altiori gradu, aut statu, ita, ut jam ei tale exercitium summæ verecundiæ, & dedecoris sit: ad alia autem, & præfata videndus doctissimus Lotter. dict. quæst. 5. num. 101. apud quem plenius vide ex numer. 77. quæ exercitia, vel artes Patroni exercere, teneantur, vel non.

61 Sed certè, dum hujusmodi paupertatis qualitatem in Patronis, tam præcisè probandam exigimus, non ineleganter dubitari, potest, in quo à cæteris pauperibus differant, sive in quo Patronorum beneficium consistat, cum nihil amplius, quàm reliqui pauperes habere, videantur, quibus similiter Ecclesia subvenire, tenetur,
62 cap. quoniam, ubi DD. 16. quæst. 1. † Quinimò, & ex hac causa ipsius bona, & etiam quæ ministerio divini cultus sunt destinata, licitè in pignus dari, & alienari posse, probant jura vulgaria in l. sancimus nemini, Cod. de Sacrosanct. Eccles. cap. sicut omnino, cap. aurum, cap. gloria Episcopi 12. quæst. 2. ubi notant Canonistæ.

63 Ex quo meritò laudatur Div. Augustinus à Possidonio in ejus vita, cap. 24. quòd vasa dominica frangi, & conflari, jubebat propter captivorum redemptionem, aliorumque indigentium succursum; quòd idem author D. Ambrosium fecisse, commemorat, à quo Gratianus deduxit Canonem illum: Aurum habet Ecclesia, idemque constat ex D. Hieronymo de vit. & honestat. Clericor. ad Nepotian. illic: Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ substruunt, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altaria; & Ministrorum Christi nulla electio est: & idem dixerat paulo ante Gloria Episcopi est, pauperum egestati opibus providere: ignominia omnium Sacerdotum est propriis studere divitiis. Undè sumpsit etiam Gratian. dictum Canon. Gloria, & passim hoc idem apud Divum Hieronymum, & alios Sanctos Patres legitur.

Nulla ergo ex his Patronorum quoad alimenta præro- 64
gativa detegitur, si quidem, ut diximus, egestate probata, jure communi eis, ut cæteris pauperibus non solùm propria Ecclesia, sed & reliquæ subvenire, tenentur.

Sed adhuc, his non obstantibus, aliquæ differentiæ 65
inter Patronos egenos, & reliquos pauperes non vulgariter, nec ineleganter constitui, possunt, ex quibus Pa-
tronorum prærogativa dignoscatur. † Primò quidem in 66
eo differunt, quòd Patrono indigenti abundantius, & pingujus, quam alii extraneo pauperi Ecclesia subvenire, debet, ut in specie singulariter notat Gloss. in cap. quicumque, & in cap. piæ mentis 16. quæst. 2.

Et ratio ea elegans assignari, potest; quia pauperi- 67
bus miserationis tantum causa alimenta debentur: quo casu non ampla sunt præstanda; sed pro mera, & nuda indigentia, pro vitæ dumtaxat sustentatione, & sublevanda necessitate, eo solo inspecto, ne alimentarius egeat: secus verò quando jure actionis, vel saltim officio judicis, & juris naturalis intuitu sunt debita, & insuper recompensativa anterioris donationis, seu beneficii, ut in Patronis accidere proximè dicam, nam tunc ampliora, inspecta qualitate, & statu alimentarii, sunt exhibenda, ut in hoc casu bene explicant Giurb. decis. 6. ex num. 3. & cum aliis D. Salgad. in Labyrinth. creditor. 1. part. cap. 24. numer. 19. & 20. & plenius proximè dicam quam differentiam expresè, & eleganter comprobatam invento in nostra l. 2. tit. 15. part. 1. in illis verbis: Ca como la Iglesia deba ayudar à todos los pobres, mas tenuda es de lo fazer à este mas abundadamente, que à otros.

Secundò Ecclesiarum Patroni egeni, & alii pauperes 68
differunt, illorumque prærogativa in eo viget, quòd pauperes non habent actionem contra Ecclesiam pro alimentis consequendis, sed solum officium judicis, Gloss. in cap. sicut hi 47. dist. in verb. Esurientium, & in cap. exigunt, gloss. prima 1. quæst. 7. Patrono autem Ecclesiam patronatam, ut optimè ad hanc differentiam Panormit. in cap. nobis, num. 6. vers. Pauperes, de jure Patron. & Cardin. in §. Sed pro fundatione, sub num. 4. vers. Item Patronus, Ioann. Brunell. de dignit. & potest. Legat. concl. 24. vers. Decimus favor, in tract. DD. tom. 13. part. 2. pag. 252. col. 3. & post longam disputationem, in hac residet opinione Lambert. de jure Patron. lib. 3. quæst. 3. art. 7. per tot. & num. 6. qui actionem, sive condictionem ex lege, hoc est, ex dict. cap. nobis, competere, ait, juxta text. in l. unic. ff. de condict. ex leg. & sequuntur Hieronym. Gigas de pension. quæst. 23. num. 2. Sebast. de Medic. de definit. definit. 56. num. 4. in tract. DD. to. 18. pag. 307. col. 1.

Sed, quidquid hæc differentia, juxta horum Docto- 69
rum sententiam defendi, posset, non omittam contrarium tenuisse, imò, quòd officio judicis Patronus etiam alimenta ab Ecclesia exigere, debeat, Speculat. tit. de offic. omn. judic. §. 2. num. 3. Paul. de Citadin. in tract. de jure Patr. part. 6. art. 4. num. 8. & cum aliis antiquioribus Ioann. Bapt. Pontan. in tractat. de aliment. cap. 11. n. 4. in vol. DD. tom. 8. part. 1. pag. 450. col. 2. Surd. de aliment. tit. 3. qu. 1. sub nu. 10. vers. Veram igitur, & numer. 13.

quem sequitur doctè hanc sententiam defendens Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 5. num. 9. cum seqq.* & eam tenet Mart. Mager. *de advocat. armat. cap. 10. numer. 326.*

70 † Quàm certè, ut veriorem, amplector, quia nulla pro his alimentis datur obligatio, vel quasi, ut ex ea actio oriatur, juxta §. *Namque agit. Instit. de action.* undè remanet dicendum, non aliter, quàm officio judicis hujusmodi alimenta peti, posse, ut optimè dissetunt Bart. *in l. si quis à liberis, in princ. numer. 1. ff. de liber. agnoscend.*

71 Nec huic sententiæ obstat, quòd debeantur obligatione naturali, idest, antidotali, quia obligatio ista, semoto officio judicis, est inefficax, nec actione producit, & non consideratur, tamquam obligatio, sed tamquam ratio quædam, sive æquitas naturalis, quæ illud officium judicis promovet, ut benè explicat Surd. *in loc. ubi proximè.*

72 Nec magis obstat, quòd ubi æquitas est à lege approbata, competat condictio ex lege, juxta *dict. l. unic. ff. de condict. ex leg.* nam respondetur juxta eundem Surd. *in dict. quæst. 1. sub num. 19. vers. Vnum tamen*, condictionem ex lege tunc dari, quando nulla prorsus, neque civilis, neque naturalis subsit obligatio, ut dicitur *in dict. l. unic.* secus verò, quando est naturalis saltim; nam tunc non intelligitur per legem obligatio aliqua de novo introducta, sed dumtaxat excitatum officium judicis pro urgenda, sive implenda ipsa naturali obligatione.

73 Tertiò, & quidem notabiliter magis, & principaliter, in eo Patroni, & alii pauperes magis notabiliter, ac principaliter differunt, quòd prædicta jura, quæ in favorem pauperum loquuntur, & propter eorum necessitati succursum sacra vasa, & alia Ecclesiarum bona pignorari, aut vendi, permittunt, non ex quacumque necessitate procedunt, sed tunc demum, cum maxima, & ingenti inopia pauperes premuntur, ut eleganter intelligit D. Covarruv. *lib. 2. variar. cap. 16. num. 8. in fin.* quæ tam summa, & quasi extrema necessitas in Patronis non exigitur, ut superius plenè probavimus.

74 Quibus dictis ad primum Doctorum dubium, sive requisitum Patronorum paupertatis ex tribus superius propositis, ut hujusmodi alimentorum emolumentum Patronis competat: ad secundum circa qualitatem divitiarum, vel redditüum, sive fructuum, quibus potiri, debet Ecclesia, ut ad alimentorum præstationem in favorem Patroni compelli, possit, illam certam regulam communiter constituunt DD. ut non aliter ad hujusmodi alimenta Ecclesia teneatur, nisi de eo, quod ex ipsius fructibus supersit, deductis prius Curati, seu Rectoris, aliorumque ministrorum alimentis, necnon, & aliis necessariis expensis pro Ecclesiæ servitio, & cultu divino pro salariis, reparationibus, instaurationibus, vasis, ac cæteris rebus, quæ Ecclesiæ necessaria sunt, juxta illud vulgare, quod de charitate benè ordinata notant DD. ex text. *in l. Præses, Cod. de servitut. & aqua*, quæ
75 omnia Patronorum alimentis sunt præferenda; † Non enim æquum est, ut propter alterius egestatis subventionem propriam inopiam succurrere, quis contemnat; unde eleganter dicebat Seneca: *Dabo egenti, sed ut ipse non egeam; succurram perituro, sed ut ipse non peream:* meritòque ideo Ecclesia prius propria damna, & egestatem propellere, & vitare debet, ut monuit Cato:

Dilige sic alios, ut sis tibi charus amicus:
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

76 Quæ conclusio singulariter comprobatur ex text. *in l. si quis à liberis, §. De alimentis, ff. de liber. agnoscend.* ubi Patrono alimenta, tum per libertum præstanda eleganter dicit, *quamdiu liberto supersit, Patrono desit*:
77 † Et apud nos ex text. expresso, qui de Ecclesiarum Patronis loquitur *in l. 2. tit. 15. part. 1.* illic: *Debenle dar los Clerigos de la renta de la Eglesia, onde es patron de que viva, si fuessen, y tantas, que puedan cumplir à todes mesuradamente.*

78 Et omni jure hanc alimentorum Patroni præstationem deductis prius Ecclesiæ necessariis fieri, debere, plenè resolvunt, & ad plura tractant Abbas *in cap. nobis, n. 6. de jure Patronat.* & ibidem alii Canonistæ, Bart. *in dict. l. si quis à liberis, §. De alimentis*, Angel. *in l. Competens, Cod. de alend. parent.* Roch. de Curt. *de jure Patr. verb. Vtile, num. 1. & 2.* Roland. à Vall. *cons. 2. nu. 33. lib. 3.* Ioann. Brunell. *de dignitat. & potestat. Legat. concl. 24. vers. Decimus favor, in tract. DD. tom. 13. part. 2. fol. 252. col. 3.* Bertachin. *de Episcop. 2. part. lib. 4. num. 66. in tractat. DD. dict. tom. 13. part. 2. pag. 328. col. 4.* Ioan. Bapt. Pontan. *in tractat. de aliment. cap. 11. num. 4. in eodem volum. DD. tom. 8. part. 1. fol. 450. col. 2.* Cassador. *decis. 3. num. 2. de jure Patr.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 32. à princip.* Alvar. Velasc. *de privileg. pauper. part. 1. q. 4. in princ. num. 30.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 552. nu. 11.* Cavaller. *decis. 321. n. 3.* August. Barbos. *de jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 217.*

An autem, si jus Patronatus ratione dotationis com- 79
petat, ipsius dotis redditus dumtaxat in hac alimentorum præstatione computari, debeant, vel etiam reliqui Ecclesiæ fructus, & redditus aliter aucti? multi dubitant: in quo tamen breviter resolve, quòd omnes; quia obligatio alimentandi, licèt ex dotatione quasi ex ratione nascatur, ad ipsius dotationis fructus non est coarctanda, quia totam nempe fictam Ecclesiæ personam ratione gratitudinis afficiat, & sic restrictione adesset certè ingratitudo ex parte Ecclesiæ, aliàs divitis.

Imò, & quòd, dote etiam perempta, Ecclesia de aliis 80
propriis fructibus Patronum egenum alere, teneatur, docent ex Bald. *in l. 1. n. 10. Cod. de jur. emphyteut.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 54. numer. 9. & tit. 7. quæst. 34. in princip.* Mart. *in compend. decis. tom. 7. tit. de Patron. capit. 23.* Stephan. Gratian. *discept. forens. dict. cap. 552. numer. 13.*

Circa quam tamen resolutionem, ut in computatio- 81
ne fructuum, seu redditüum Ecclesiæ, impensarum, & salariorum ministrorum ratio habeatur, ut ante omnia deducantur, utiliter ad praxim dubitari, potest, an inter hujusmodi ministrorum Ecclesiæ impensas, & salaria ante Patronorum alimenta deducenda connumerari etiam debeat pensio Ecclesiastica super redditibus Ecclesiæ, vel beneficii constituta, ut Patroni alimentis præferatur, casu quo Ecclesiæ redditus omnibus non sufficiant?

In qua quæstione pro pensionario resolvendum vide- 82
tur, juxta doctrinam Hieron. Gigant. *de pension. quæst. 23. per tot.* ubi in quæstione, an pensio reservari, possit super fructibus beneficii juris Patronatus, sine consensu Patroni, resolvit, benè absque eo fieri posse, licèt in alimentorum præjudicium tendat, quia hoc non principaliter, sed secundariò in pensionis impositione accidit.

Sed quidquid hoc sit in quæstione circa Patroni con- 83
sensum in pensionis reservatione requirendum, vel non, adhuc etiam si sine tali consensu pensionem imponi, posse, concedamus, eveniente tamen casu alimentorum, ea pensionis præstationi præferri, debere, verius resolvendum videtur, ita in specie Petr. Andr. Gamb. *de authorit. legat. de later. lib. 6. de pensionib. nu. 69.* cui magis assentior per vulgarem regulam, *l. potior. l. qui balneum, ff. qui potior.* ex quo alimenta anteriora sint, tamquam in initio beneficii fundationis alendi obligatio fuerit orta.

Ad tertium ergo principale dubium, quòd magis fre- 84
quenter in alimentorum præstatione in praxi evenire, solet, quoad quantitatem, videlicet, alimentorum Pa-
tronis præstandam, notandum est. † Primò ea pinguio- 85
ra Ecclesiarum Patronis, quàm aliis pauperibus exhiberi, debere, ut animadvertunt Gloss. *in cap. nobis, de jure Patr.* & ibidem Abbas, *n. 6.* & superius comprobavimus jure nostro partitarum ex singulari ad rem nostra *l. 2. tit. 15. p. 1.* docent quoque Paul. de Citadin. *de jur. Patron. art. 4. p. 6. n. 157.* Sebast. Medic. *de definit. defin. 56. n. 4.* optimè Ioann. Bapt. Brunell. *de dignit. & potest. Legat. concl. 24. vers. Decimus favor, in tract. DD. to. 13. p. 2. fol.*

Digitized by Google

*fol.*252. *col.*3. *in med.* Mart. Mager. *de advocat. armat. cap.*10. *num.*325. eadem Gloss. *in cap. quicumque* 16. *q.*7.

86 † Item ampliora, & pinguiora Patrono nobili, quàm ignobili sunt præstanda, Surd. *de aliment. tit.*4. *quæst.*18. *numer.*15. August. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 12. *num.*218. *in fin.*

87 Et generaliter alimenta hæc Patronis per Ecclesias exhibenda sunt juxta Patronorum statum, conditionem, & qualitatem, ut per text. *in l. sed si quid inædificaverit* 15. §. *Sufficienter, ff. de ususfruct.* ibi: *Secundum ordinem, & dignitatem mancipiorum, l. penult. ff. de aliment. & cibar. legat.* ibi: *Quid cæteris ejusdem ordinis reliquerit, l. tutor secundum dignitatem, ff. de administrat. tutor. l.*1. §. *Mulier*, & ibidem Gloss. *ff. de ventr. in possess. mittend.* & alia plura passim per DD. congesta resolvunt ad multa in nostris Patronis, Gloss. *in dict. cap. nobis, verb. Modestè, de jure patron.* Paul. de Citadin. *de jur. patron.* 6. *p. qu.*7. *art.*4. Roch. *eodem tract. in verb. Et utile, quæst.* 3. *prima quæst. princip.* Cæsar Lambertin. *eodem tract. lib.*3. *art.*3. *quæst. princip.* Baeza *de inop. debitor. cap.*17. *numer.* 70. & cum aliis August. Barbos. *in addit. post collect. princ. ad Decret.* ad text. *in dict. cap. nobis, num.*4. & non solùm pro ipsis Patronis, verùm etiam pro uxore, filiis, & familia, Paul. de Citadin. *dict. art.*4. *part.* 6. *numer.*157. & 138. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis*, §. *Solent, num.*28. *de liber. agnoscend.* Surd. *de aliment. tit.*7. *quæst.* 32. *numer.*29. & 30. & plenè *tit.*1. *qu.*34. Alvarez Velasc. *de privileg. pauper. part.* 1. *quæst.*4. *in princip. nu.*30. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*552. *num.*12. Augustin. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.*3. *cap.*12. *n.*218. & *in collect. ad dict. cap. nobis, de jure patr. num.*21.

88 Quod etiam communiter notant DD. in quibuscumque aliis alimentariis, juxta quorum statum, dignitatem, aut conditionem alimentorum quantitas dimetienda est, ut ex dictis juribus plenè ad plura resolvunt, ultra relatos, & antiquiores latè congestos per Tiraquel. *de nobilitat. c.*10. *n.*136. *cum seqq.* Rebuff. *in tract. de congr. port. n.*63. D. Covarruv. *in epitom. de sponsal.* 2. *part. cap.* 8. §. 6. *nu.* 8. Gregor. Lopez *in l.*2. *tit.*19. *par.*4. per quam legem id quoque comprobatur, ibi: *Catande cada via la persona de aquel que lo huviere de recibir*, & idem *in l.*24. *tit.*9. *part.*6. plenè Menoch. *de arbitr. cas.* 170. *num.* 13. & *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*157. *nu.*32. *cum seqq.* Bon. de Curtil. *de nobilit.* 5. *p. num.*76. *in volum. DD. tom.*16. *p.*17. *col.*3. *in fin.* Ioan. Bapt. Pontan. *de aliment. c.*7. *nu.* 2. *in tract. DD. tom.*8. *p.*1. *fol.*348. Lara *in l. si quis à liberis*, §. *Sed si filius, ex num.*41. Ascan. Clemens *de Patr. potest. effect.* 17. *num.*36. *in tract. DD. tom.*8. *p.*2. *fol.*122. Vvesembec. *cons.*50. *num.*21. Pater Molin. *de just. & jur. tract.*1. *disp.*168. *num.*2. Ojeda *de incompatib. beneficior. part.* 1. *cap.*19. *num.*24. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.*5. *q.*6. *numer.* 135. Ioann. Garzia *de expens. cap.*3. *nu.* 37. Surd. *de aliment. tit.*4. *quæst.*18. *num.*3. Æmil. Gall. *de except. p.*2. *tit.*4. *except.*13. *n.*69. Cevallos *commun. contr. commun. q.*780. *n.*46. *cum seqq.* Camill. Borrell. *in consil. sive controv.*71. *n.*21.

89 Optimè, & doctè intelligens ac declarans, ut proximè dicam, Petr. Barbos. *in leg. maritom* 13. *num.*6. *cum seqq. ff. solut. matrim.* quem sequitur D. Franc. de Leo *decis.*85. *num.*3. *cum seqq. lib.*1. & latè prosequuntur Sesse *decis.*106. *n.*101. Matth. Coler. *de aliment. lib.*2. *cap.*2. *n.*28. benè Pater Azor. *instit. moral. p.*2. *lib.*6. *cap.*20. *qu.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.*299. *num.*9. *tom.* 2. & *tom.* 4. *cap.*613. *nu.*18. *cum seqq.* & in addit. ad *decis. March.*
90 207. *num.*4. † qui loquitur in superveniente argumento dignitatis, quod ob id alimenta quoque augeantur, sequitur DD. Ioan. Bapt. Valenz. *cons.*197. *ex numer.*23. & ad alia plura ex recentioribus Marius Giurb. *ad constit. Messan. cap.*7. *gloss.*14. *num.*1. *part.*1. & *decis.*6. *num.* 1. Capyc. Latr. *dec.*176. *ex nu.*12. Staib. *resol. forens.*24. *ex n.*70. Franc. Niger. Cyriac. *controv.*34. *n.*21.

91 Qui *ex num.*4. & *per tot.* controversiam latè tractat de aliis pluribus circumstantiis in taxatione alimentorum considerandis: & præcipuè in debitore ære alieno gravato per debitores convento, qui beneficio, ne conveniatur ultra quam facere potest, gaudere debet, Gaspar Manzius *in patroc. debitor. de pauperat. decad.* 3. *quæst.* 3. *cum seqq.* & novissimè D. Michael Anton. Frances de Vrrutyg. *in tract. de Eccles. Cathedr. cap.*14. *num.*143. *usque*
ad 166. † Vbi maximè in constituendis alimentis, vel 92
congrua Canonicis, vel præbendaris Ecclesiarum, quod dignitatis, qualitatis beneficii, sive Patrimonii, conditionis personæ, loci, Regionisve consuetudo, & aliæ plures circumstantiæ perpendantur, ut latè tractant Menoch. Roland. Tiraq. Cyriac. Manzius, & ferè omnes proximè relati, quæ omnia nostrorum Patronorum assignationi alimentorum sine dubio conveniunt.

Ex quibus juribus, & authoritatibus alimentorum taxationem, quanta, quæ & qualia exhibenda sint, tam per Ecclesiam Patronis, quàm per alios ea de jure præstare adstrictos, totum ex arbitrio, & Iudicis pendere, manifestè constat, & probant jura *in l. si quis à liberis*, §. *De alimentis*, ibi: *Arbitraturus, ff. de liber. agnoscend. l.*2. ibi: *Debet arbitrio Iudicis æstimari, ff. ubi pupill. educar. debeat, l.*2. illic: *Arbitrio Prætoris, Cod. de aliment. pupill. præstand.* & in alimentis filiorum naturalium probant etiam *Authent. licet, Cod. de natural. liber.* in illis verbis: *Pasci boni viri arbitrio est necesse, cap. cum haberet*, ibi: *Solicitudinis tamen tuæ intererit, de eo, qui dux. in matrim.* quibus concordat nostra *l.*8. *tit.*13. *p.*6. ibi: *Segun alvedrio de omes buenos*, & ex aliis vulgaribus juribus ferè omnes DD. superius relati, & maximè Menoc. *de arbitr. d. cas.*170. *ex n.*10. & *lib.*4. *de præsumpt. d. præsumpt.*157. *ex n.*32. Ascan. Clemens *de patr. potest. effect.*17. *n.*36. *cum seqq. in tract. DD. tom.*8. *p.*2. *fol.*122. benè Cyriac. *dict. controv.* 34. *ex n.*4. 93

Vltra quos omnes satis prudenter, & doctè plura in hoc arbitrio consideranda refert, circa personarum conditionem, & dignitatem, tempora, loca, & oppidi, Civitatis, vel Regionis consuetudinem ubi alimentarii commorantur, Pater Azor. omnino videndus, *instit. moral. p.*2. *lib.*3. *q.*8. & 9. quem ad litteram refert Roxas *de incompatibil. majorat. p.*7. *cap.*3. *num.*7. *cum seqq.* latèque ad omnia tractant Pontan. Lara, Barbos. Giurb. Staib. Vrrutygoit. superius relati, apud quos omnes plenè, magisque frequenter tractatum invenies, quæ, quanta, & qualia nostris Patronis pro hujusmodi fructu alimentorum sint præstanda: necnon, & aliis alimentariis pro suis obligationibus? 94

C A P. XXXIII.

A R G U M E N T U M.

An oblationes, mortuoria, & similes obventiones beneficiorum fructus sint, necne? & consequenter de eis, uti de aliis beneficiorum fructibus habenda sit ratio in computatione congruæ, in narrativa valoris beneficii, & plures alios juris effectus, seu dispositiones, in quibus de fructibus mentio fit? Et inconsequentiam resolutionis hujus quæstionis, tractabitur quoque, quando oblationes istæ necessariæ sint, ita ut ad earum præstationem Parochiani præcisè cogi possint, vel voluntariæ censeantur? Et quid, si ex conventione, aut contractu inter Parochum, & Parochianos debeantur? Vel ex testamento, aliave dispositione: vel stante Parochi paupertate, & defectu congruæ? Et quid denique stante præscriptione, aut consuetudine, quia diù per Parochianos oblationes istæ præstitæ fuerunt. Et per quod tempus consuetudo requiratur? Aliaque plura de materia oblationum, maximè circa dictos casus latè expenduntur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *QVæstio hujus capitis: an oblationes, similesve obventiones, & Ecclesiastici proventus beneficiorum fructus sint?*

Prænotantur aliqua circa oblationum naturam, & ipsarum generalem cognitionem, ibidem cum num. seqq.

2 *Oblationum origo, & usus antiquissimus ex quamplurimis Sacræ paginæ locis ostenditur.*

3 *De multiplici verbi* Oblatio *significatione.*

4 *Magis specialiter ad nostram materiam dupliciter oblationes accipiuntur, generaliter, & specialiter; & quid sub unaquaque istarum acceptione comprehendant? cum num. seqq.*

Oblationis verbo generaliter sumpto, decimæ, primitiæ, eleemosynæ, & quæcumque alia mobilia, seu immobilia, quæ Deo offeruntur, continentur, d. num. 5. cum. seqq.

8 *Specialiter sumptæ oblationes quid comprehendant?*

9 *De alia divisione oblationum in tres species.*

10 *Oblationes juxta magis communem usum loquendi; ea quæ in altari ad manum Sacerdotis, vel aliter in Sacrificio Missæ per fideles offeruntur, comprehendunt.*

Principaliter de his in præsenti agendum, ibid.

11 *Referuntur remissivè plura alia de generali materia oblationum.*

12 *Discutitur principalis hujus capitis quæstio, an oblationes, & alia similes obventiones inter beneficiorum fructus computari debeant, necne?*

13 *Quæstio hæc, ejusque resolutio ad plures juris effectus, & quæstiones utilissima: ad fructuum beneficiorum valoris cognitionem, ipsorum restitutionem, congrua liquidationem, & alia plura.*

14 *Fundatur negativa opinio, cum num. seqq.*

15 *Oblationes, mortuoria, & similes obventiones incertas esse, & à futuro eventu, & liberalitate offerentium pendere, probatur, cum nu. seqq.*

17 *Emolumenta illa tantùm fructus nomine veniunt, quæ certam annuam erogationem habent.*

18 *Adducitur in comprobationem text.* in l. Sejo amico, §. Medico, ff. de ann. legatis.

19 *Dona, aut munera Baronibus per vassallos liberaliter præstita, tanquam incerta, inter fructus feudi, juxta aliquos, non imputanda, nec in fructuum restitutione veniunt.*

20 *Idem in donationibus, seu Regiis concessionibus aliqua officia exercentibus factis.*

21 *In locatione fructuum Beneficii, seu præbendæ dona, vel munera, & similia, quæ Beneficiato pro jucundo adventu, vel aliter præstari solent, non continentur.*

22 *Anniversaria, & similia emolumenta in generali fructuum obligatione non comprehenduntur.*

28 *Præscripta intuitu personæ in fructu rei non habenda.*

24 *Adducitur text.* in l. si verò, §. Item quidquid, ff. solut. matrim.

Maritus quidquid ex servo dotali manumisso consequitur, uxori restituere tenetur, præterquam, si beneficium aliquod libertus in eum contulerit, ibid.

25 *Liberi hominis labore quæsita, in fructu non sunt.*

27 *Referuntur DD. pro hac negativa sententia resolventes, cum num. seqq.*

28 *Charitativum subsidium ex oblationibus, anniversariis, & similibus emolumentis non debetur.*

29 *Nec decima Papalis.*

30 *Nec Beneficiorum fructuum valorem augent.*

31 *Nec in narrativa valoris beneficii exprimi debent.*

32 *Nec incongruam imputantur.*

33 *Refertur, & fundatur affirmativa opinio, cum n. seq.*

34 *Oblationes, mortuoria, & similia, licèt immediatè ab ipsis rebus beneficialibus non perveniant, percipiuntur tamen beneficiorum occasione.*

Emolumenta, ut fructus dicantur, sufficit, mediatè rerum occasione percipi, ibid.

35 *Maritus, cui soluto matrimonio, rerum dotalium fructus pro rata debentur, lucratur non solùm pensiones ordinarias fundi per quinquennium locati, sed & si quid extraordinariè in fine quinquennii per conductorem fuerit promissum, ad text. in rem singularem in* l. divortio, §. Quod in anno, ff. solut. matrim.

37 *De extraordinariis aliis proventibus, qui locationibus, ultra pensionem ordinariam, præstari solent, ut par caponum, ova, plaustrum lignorum, & similia, an in fructu habenda sint?*

38 *Refertur contraria opinio* Bald. *contra* Oldrad. *circa extraordinariè Beneficiato pro jucundo adventu præstita, quod inter fructus beneficii reputentur, & ipsorum occasione veniant.*

39 *In locatione fructuum Prioratus, vel alterius Præbendæ spolia, aut successiones Curatorum Parochialium subjectorum, ut fructus veniunt, si alias juxta loci consuetudinem, aut municipale, Priori debeantur.*

40 *Oblationes, & si quoad quantitatem aliquam incertitudinem habeant, sunt tamen certa quoad præstationem, & n. 42.*

41 *Habent etiam, in genere saltim, renascentiam.*

43 *Distinguitur pro concordia prædictarum opinionum, inter oblationes, mortuoria, & similia emolumenta omninò incerta, & ex libera voluntate dependentia; & inter ea, quæ certa, & necessaria sunt, vel ad certitudinem reduci possunt.*

44 *In primo casu dictæ distinctionis oblationes, mortuoria, & alia fructus nomine non contineri; in secundo verò sic, resolvitur: ad liquidationem congruæ, cognitionem valoris fructuum beneficii, ipsorum restitutionem, cum num. seqq.*

46 *Oblationes, & præfata emolumenta liberaliter præstita potius ratione personæ, ut quædam donationes, quàm emolumenta beneficii considerari debent.*

47 *Declaratur text.* in dict. l. si verò, §. Item quidquid, ff. solut. matrimon.

50 *Referuntur, sive declarantur DD. juxta præfatam distinctionem intelligendi.*

Declaratur doctrina Oldrad. ad tex. in dict. l. Sejo amico, §. Medico ff. de ann. leg. *ibid. & nu. 51. cum seqq.*

52 Et Alberic. D. Solorzan. *& alii DD. juxta doctrinam* Oldrad. *loquentes, cum num. seqq.*

55 *Intelligitur casus* Bertrand. *circa successiones curatorum decedentium, an in locatione fructuum, vel præbendæ comprehendantur?*

56 *Fructuum nomine venit, si quid consuetudine, seu aliter necessario ex hereditatibus curatorum decedentium Episcopis, Archiepiscopis, vel aliis Prælatis competat.*

Successio hæc apud nos in aliquibus Regni oppidis Episcopis debetur.

Appellatur Luctuosa, *& quid ejus nomine præstari soleat? ibid.*

Luctuosa hæc successio ad Collectorem Cameræ Apostolicæ, seu ad ejus generalem fructuum conductorem in sede vacante spectat, ibid.

57 *Adducitur pro præfata distinctione Magistralis locus* Petr. Rebuff. *circa computationem maximè, congruæ loquens.*

58 Petr. de Anchar. *in eleemosynis candelarum, & similium annuatim perceptis.*

59 *Quid senserit* Felinus *circa nostrarum oblationum, & similia emolumenta exprimenda in narrativa bene-*

beneficiorum, necne? de quo articulo plenè, & n.60.

62 *Quid hodie circa oblationes, mortuaria, & similes beneficiorum obventiones, an vigore novissimæ constitutionis Pii V. indistinctè quantumvis in certa in congruam imputari debeant? & infr. ex numer.122.*

63 *In distributionibus quotidianis.*

65 *Quia si congruam Beneficiati in oblationibus, ac proventibus semel acceptaverint, diuque cum ea vixerint, an noviter congruam, vel ipsius aliquod augmentum prætendere valeant? cum duobus nu. seqq.*

66 *In pensionario, qui excessivam pensionem acceptaverit.*

70 *Oblationes quando voluntariæ, vel necessariæ sint, ut juxta præfata inter fructus beneficiorum connumerari debeant, vel non? cum num. seqq.*

71 *Lege veteri necessariæ habeantur, secus noviore jure Canonico, quo attento, oblationes in mera voluntate offerentium remansere, cum n. seqq.*

73 *Idem de jure nostro Partit.* in l.8. tit.19. part.1.

74 *Improbatur, sive declaratur* Glos. & Hostiens. *contraria sententia, & n.75.*

76 *Resolutio hæc, ut oblationes de jure voluntariæ habeantur, ex multiplicibus declarationibus, & limitationibus per DD. ad eam assignatis, obscurior iterum, & difficilis admodum redditur.*

Reducitur hujusmodi limitationes Doctorum ad quatuor principales casus, in quibus oblationes necessarias esse, plenè resolvitur: ibid.

77 *Primus casus, in quo oblationes necessario habendæ: cùm nimirum ratione census, vel aliter ex contractu, aut conventione inter Parochianos, & Ecclesiam, seu Parochum inita debentur.*

78 *Secundus casus: cum ex testamento, legato, donatione, promissione, aut voto, aliave concessione debentur.*

79 *In simplici promissione Deo, vel Ecclesiæ facta, an acceptatio requiratur.*

Quid in voto, & pollicitatione ad text. in l.1. §. 1. l. 3.6. & 9. ff. de pollicitat. *ibid.*

Nulla differentia inter votum, pollicitationem, & simplicem promissionem, ibid.

80 *De implendo onere annuæ certæ obligationis hæredi, legatario, aut donatario injuncto.*

81 *Refertur tertius casus, in quo oblationes necessario debentur, cum nempè Parochi, aliive Ecclesiæ Ministri eis ad sustentationem indigent.*

82 *Quid si ex proprio patrimonio, vel artificio se alere possint?*

84 *Adducitur circa hanc quæstionem* l.9. tit.19. p.1.

86 *Parochiani in præfato casu paupertatis Parochi, si oblationes præstare recusent, an spiritualibus sint privandi: & an Parochus propria authoritate, vel per Episcopum, id facere debeat? cum n. seqq.*

87 *Quid si oblationes ex consuetudine debeantur?*

88 *Quid quoad præfatam compulsionem senserit nostra* l. 9. tit.19. part.1. *inter hos duos casus, cum propter Parochi indigentiam, vel ex consuetudine oblationes debentur, cum num. seqq.*

91 *In merè spiritualibus nihil leges Regiæ statuere, seu immutare valent, nec in foro canonico servanda.*

92 *Parochianos propter indigentiam curati ad oblationes necessario teneri, an procedat, si ipsi pariter paupertate laborent? cum duob. num. seqq.*

95 *Quæ remedia tunc curatis supersint? remissivè.*

96 *Quid si Parochiani primitias, & decimas sufficienter ad sustentationem Parochi solvant? aliis tamen simplicibus beneficiis, seu aliter sint applicatæ, aut divisæ, ut congrua Parocho non remaneat, an in hoc casu Parochiani ad oblationes teneantur?*

97 *In simili casu, cum Vicarius curam animarum exercet alterius nomine, qui absens pingues beneficii redditus ex decimis lucratur, an Vicario huic, si parum ex redditibus Ecclesiasticis supersit, propter propriam inopiam per Parochianos succurri debeat, congruam ei assignando portionem?*

98 *Refertur quartus, & ultimus casus, in quo oblationes necessariæ frequentius esse solent, cum nimirum ex consuetudine legitima altari, seu aliter fieri consueverint, cum num. seqq.*

Plenè de hac laudabili consuetudine servanda ad tex. in cap. ad Apostolicam, de simon. *ibid.*

100 *De consuetudine quæ in aliquibus locis servatur, ut Rectori Parochiali, vel etiam Episcopo ex bonis defunctorum vestis aliqua, seu defuncti lectus, aliave res sit præstanda, cum num. seqq.*

101 *Luctuosa hæc successio appellatur, & quare.*

103 *Quæ præscriptio ad eam requiratur.*

104 *Stante præfata consuetudine, ut vestis aliqua ex bonis defuncti Parocho ad ipsius electionem tradatur, an vestis scissa penes sartorem existens, nondum tamen suta eligi possit?*

105 *Quid in legato generali vestium, an in eo scissa quoque comprehendantur?*

106 *Argenti facti nomine, an celari captum veniat?*

107 *Referuntur aliqua locorum consuetudines circa diversas rerum præstationes, cum nu. seqq.*

108 *Ad oblationem cerei.*

109 *In consuta pia memoria Missæ solemnis, sive in cantu, & cum oblationibus, quod in futurum servetur.*

110 *Per quod tempus hujusmodi offerendi oblationes consuetudines præscribantur?*

112 *Obiicitur huic oblationum præscriptioni, quod actus voluntarii, & facultativi videntur, nihilque certum quoad res continere, sed extraordinarias esse nullam certam formam erogationis habentes, & num.113.*

113 *An his objectionibus non obstantibus, & præscriptio in oblationibus locum habeat? plenè discutitur 113. cum num. seqq.*

114 *Refertur negativa contra oblationum præscriptionem opinio, cum num. seqq.*

116 *Resolvitur pro affirmativa sententia, cum n. seqq.*

118 *Limitatur regula in facultativis favore piæ causæ, & remissivè ad plures casus, & n.119.*

121 *Præscriptio in oblationibus ea maximè procedit, quia in initio non ex mera liberalitate, sed ex causa onerosa, & recompensativa data censentur, sunt respectivè ad onus, quod in administratione spiritualium subit Parochus.*

122 *In hoc casu præscriptæ oblationes in congruam imputandæ.*

133 *Resolvitur secunda superior objectio circa oblationum incertitudinem; ne earum præscriptio procedat.*

Oblationes, an & quomodo incertæ dicantur? plenè de earum, & similium præstationum incertitudine, seu deformitate quoad quotam, vel præstationem, quando per eam impediatur præscriptio? ibid.

Declaratur text. in l. Sejo Amico, §. Medico, ff. de ann. legat. *ibid.*

DE oblationibus ergo, & obventionibus, similibusque Ecclesiasticis emolumentis acturi, an fructus beneficiorum sint? prius aliqua, ne ignotis terminis, procedamus, circa earum naturam, & generalem materiæ cognitionem prænotanda sunt. 1

Et in primis, ut nostras oblationes ab origine cognoscamus, usum earum antiquissimum omnes profitentur; nam, juxta aliquos, originem habuerunt tempore Abel justi, qui obtulit Domino de primogenitis gregis sui, *Genes.* 4. vel, juxta alios, à tempore Noe, *qui ædificato altari Domino tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit illa in holocausta super Altare. Gen.8. & in lib. Numer.c.7.* ubi habetur, quod Principes Israel *obtulerunt munera coram Domino, sex plaustra tecta cũ duodecim bobus,* 2

&

Digitized by Google

& alia quæ præcepit Dominus: & in lege similiter gratiæ antiquissimus oblationom usus habetur, dum pariter in altari, vel Ecclesia tempore Missæ panis, oleum, vinum, & similia diu per fideles offerri, consueverunt, ut constat ex Sacr. Canonibus *Sexta Synodi*, & alia de oblationum antiquissima origine tam in lege veteri, quàm in nova lege gratiæ, referunt Fuscus *de visitat. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 1. Aloys. Ricc. *in prax.* 4. *part. resol.* 296. *nu.* 1. August. Barbos. *de officio Parochi*, *dict. cap.* 24. *n.* 4. Ventrigl. *dict. annot.* 26. §. *unic. n.* 6.

3 Secundò hæ fidelium oblationes, juxta earum latam, & generalem significationem, per Doctores definiri, aut describi solent, ita ut dicantur, quæcumque de propriis, & licitis rebus Ecclesiæ à fidelibus offeruntur, juxta *cap. causa*, *cap. cum inter*, *de verb. significat.* ubi Barbos. & repetentes, vel alio modo, nec minus eleganter, oblatio dici potest, actus exterior Religionis, cum offertur Deo aliquid in recognitionem Supremi Dominii, & ad significandum sacrificium, quo anima fidelis se ipsam offert Deo, ut notat Fuscus *de visitat. lib.* 1. *c.* 24. *num.* 1. & novissimè Ioan. Bapt. Ventrigl. *in praxi Ecclesiast. annotat.* 26. §. *Vnico*, *n.* 2.

4 Sed magis distinctè, & specificè procedendo dupliciter istæ oblationes accipiendæ sunt. Primò generaliter, ita ut omnes actiones, per quas quæcumque res ad divinum cultum exhibentur, & omnia illa, quæ Deo optimo maximo, offeruntur, contineant, ut in *Exod.* 29. dicitur: *Offeres totum artetem in incensum super Altare*: oblatio namque est Domino odor suavissimus, Sot. *de justit. & jure*, *lib.* 9. *q.* 3. *art.* 1. Augustin. Barbos. *de offic. & potestat. Paroch. p.* 3. *c.* 24. *num.* 1 & ex aliis Pater Leand. *quæst. moral. part.* 3. *tract.* 6. *sect.* 1. sive per modum sacrificii, aut oblationis offerantur, ut optimè explicat Angelic. Doct. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 86. *artic.* 1. *vers. Respondeo*, *& in Levitic.* 2. ibi: *Anima cum obtulerit oblationem*
5 *sacrificii Domino*, *simila erit ejus oblatio*. † Et in hoc modo oblatio sumpta in se etiam decimam, & primitiam comprehendit, ut notant Sylvester *in summ. verb. Decima*, *num.* 2. August. Barbos. *de jure Ecclesiast. lib.* 3. *c.* 23. *num.* 1. Ioan. Bapt. Ventrigl. *d. annotat.* 26. §. *Vnic. num.* 3. & decimis constat ex *Genes. cap.* 28. in finalibus verbis, ibi: *Decimas offerant tibi*, *& Numer. cap.* 18. ibi: *Decimarum oblationem*, Lap. *allegat.* 67. *num.* 5. *vers. Argumentum tamen*, Decian. *cons.* 16. *n.* 13. *lib.* 2. ubi ait, *quod à pari procedunt cum decimis oblationes*, Monet. *de decim. c.* 3. *q.* 1. *n.* 3. & in primitia probat text. *in cap.* 1. 16. *qu.* 7. ibi: *Offerrent*, junctis verbis præcedentibos.

6 Itaque nostrarum oblationom verbo in hunc modum generaliter sumpto, earum appellatione venit quidquid per fideles Deo offertur, sive mobilia, sive immobilia offerantur, ut ex *dict. cap. causa*, *de verbor. significat. cap. qui oblationes*, *cap. Clerici* 13. *quæst.* 2. *dict. l.* 6. *tit.* 19. *part.* 1. Oldrad. *cons.* 293. *in fin.* Mar. Socin. *in tract. de oblationib. libell.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 27. *q.* 8. sive in testamento relinquantur, vel aliter donentur, *dict. l.* 6. *part.* Monet. *de decim. cap.* 2. *numer.* 4. *& cap.* 3. *num.* 2. Galgan. *de jur. public. lib.* 3. *tit.* 53. *nu.* 1. & quidquid ad altare offertur, *dict. l.* 6. *part.* Isidor. Moscon. *de majestat. militant. Ecclesia*, *lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 3. *pag.* 466.

7 † Et quod etiam oblationes dicantur eleemosynæ, quæ Curatis Ecclesiæ, vel ipsi Ecclesiæ pro Missis, orationibus, vel pro mera eleemosyna offeruntur, Lap. *allegat.* 58. Petr. de Ancharan. *cons.* 48. *& cons.* 429. *num.* 5. Roman. *cons.* 344. *num.* 3. Cardinal. Tusch. *pract. concl. litter. O. concl.* 11. *n.* 5. & ad omne, aliaque plura de generalitate hujus verbi *oblatio*, Barbos. *in appellat.* 172. *& de potestat. Paroch. cap.* 24. *à nu.* 1. Pater Leander *quæst. moral. part.* 3. *tract.* 6. *disput.* 10. & novissimè Ventrig. *in prax. Ecclesia*, *annotat.* 26. §. *Vnic. à n.* 1. *&* 3.

8 Secundo verò modo magis specialiter, & strictè oblationes accipiuntur, pro illis dumtaxat rebus, quæ intuitu Religionis immediatè Deo ab hominibus absque immolatione offeruntur, ut in Ecclesiæ, vel Ministrorum usum cedant, juxta illud *Matthei* 5. *Si offers munus tuum ad altare*, & Malachiæ *cap.* 1. *Si offeratis*: & docent Rebuff. *de decim. quæst.* 1. *num.* 17. Hieronym. Carrat. *in opuscul. de jurib. Parochial. tit.* 3. *cap.* 3. Soto *de justit. & jur. lib.* 9. *q.* 3. *artic.* 1. Barbos. *dict. cap.* 23. *num.* 1. Ventrigl. *d.* §. *Vnic. nu.* 3. quo casu munus oblatum erit oblatio, non verò sacrificium, ut notat Div. Thom. 2. 2. *qu.* 86. *art.* 1. *vers. Respondeo.*

Quæ quidem oblationes ita specialiter sumptæ, adhuc 9
pro pleniori materiæ declaratione, magis specialiter in tres species dividi possunt; Prima species dicitur donatio rei inter vivos per fideles Deo, vel Ecclesiæ facta pro beneficiis acceptis, & in eorum gratificationem, vel ad remissionem peccatorum impetrandam, quod mortuorium appellatur: Secunda species oblationum est, quæ à Christianis causa mortis per legatum, vel aliam ultimam dispositionem relinquitur, *cap. indignè* 12. *quæst.* 2. Tertia autem oblationum species, qua communiter fideles uti, consuescunt, est illa, quam faciunt, dum quid ad altare, vel ad manum Sacerdotis, plerumque in Missæ sacrificio Christiani offerunt, ideoque eam Doctores usualem appellant, ex text. *in causa*, *cap. cum inter*, *de verbor. signification.* quam distinctionem communiter docent, & explicant Rebuff. *de decim. quæst.* 1. *num.* 27. Raymund. *in summ.* hoc verbo *Oblatio*, Carat. *in opusculo*, *de jur. Paroch. tit.* 3. *cap.* 3. Fuscus *de visitat. lib.* 1. *c.* 24. *num.* 2. Augustin. Barbos. *de offic. & potestat. Paroch. par.* 3. *cap.* 24. *num.* 3. *& de jur. Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 23. *nu.* 3. Grasius *part.* 2. *decis. Aurear. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 5. Leander. *quæst. moral. part.* 3. *tract.* 6. *disput.* 10. *qu.* 10. Ioann. Baptist. Ventrigl. *in prax. rer. Ecclesiast. annot.* 26. §. *Vnic. num.* 7.

Quarum prædictarum specierum oblationum, quæ 10
magis ad nostram quæstionem, & de quibus principaliter per nos agendum est, sunt relatæ in supra dicta tertia, & ultima specie divisionis superius adductæ; videlicet, quæ in altari ad manum Sacerdotis, vel aliter in sacrificio Missæ fiunt; dum fideles pecuniam, panem, vinum, oleum, & similia Sacerdoti tanquam medio, inter Deum, & populum offerunt, de quibus etiam oblationibus consuetudine receptum est, ut verbum oblatio accipiatur, & in hoc strictiori sensu, juxta communem usum loquendi eas communiter intelligunt Doctores, Raphael de la Torre *in D. Thom. ubi supr.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 27. *quæst.* 8. Canisius *de decim. c.* 19. *num.* 7. *&* 8. *& ex cap. omnis Christianus*, *de consecrat. dist.* 1. & aliis plurib. juribus Suelves *cons.* 24. *num.* 2. *Semicent.* 2. Fagundez *in quinque Eccles. præcept. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. Castr. Palao *tom.* 2. *tract.* 10. *punct.* 17. *n.* 1. & cum multis apud Posth. *post tract. de manut.* Rota *decis.* 166. *à nu.* 3. & ex Rebuff. Monet. Lessio, & aliis Pater Leander. *quæst. moral. part.* 3. *tract.* 6. *disp.* 10.

Qui autem plura alia de oblationum generali materia, 11
ad plures quæstiones, videre, voluerit, adeat, ultra antiquiores, & Summistas in verbo *Oblatio*, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 86. ubi Cajet. Torre, & alii Theologi repetentes, Fuscus *de visit. lib.* 1. *cap.* 4. *tot.* Ricc. *in prax.* 4. *par. resol.* 296. *& seqq. & Collectan.* 1113. *&* 1265. 4. *part.* Marescot. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 42. Maceratens. *variar. resol. lib. ult. cap.* 2. Genuens. *in prax. Cur. Archiep. Neapol. cap.* 72. Aldan. *compend. Canon. resol. lib.* 1. *cap.* 13. Sell. *select. cap.* 27. Monet. *de decim. cap.* 1. *& cap.* 3. Rebuff. *eod. tract. quæst.* 1. Bellet. *disquis. Cleric. part.* 1. *tit. de bon. Cleric.* §. 3. D. Covarruv. *variar. resol. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 3. ubi plures ejus addit. Faria. Ioan. Gutierr. *Canonic. lib.* 2. *c.* 21. *à nu.* 139. Novar. *in lucern. regul. verb. Oblatio*, Mar. Socin. Troil. Maluit. & Andrad. Barb. *in particularib. tractatib. de oblationib.* & repetentes *in cap. causa*, *cap. cum inter*, *de verbor. significat. cap. quia*, *cap. Sanctorum*, *c. hanc* 19. *q.* 1. *cap. nulli* 12. *qu.* 2. *cap. ex transmissa*, *de præscript.* ubi repetentes, & præcipuè Barb. Fermosin. & novissim. D. D. Emanuel Gonzal. idem Barb. licèt quampluribus ex istis, & proximè referendis non relatis,

Digitized by Google

latis, *de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 23. tot.* qui se ad litteram repetit *in tr. de offic. & potestat. Paroch. p. 3. cap. 24. & de potestat. Episcop. part. 3. allegat.* 80. *à num.* 11. *& in summ. Apostolic. decis. verb. Oblatio, & in appellat. eod. verb. Oblatio*, & novissimè Ioann. Baptist. Ventrigl. *in prax. rer. Ecclesiast. annotat.* 26. §. *Vnico*, D. Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 22. tot.* ubi præcipuè de Indorum oblationibus, & ex Theologis Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 7. cap. 27. quæst. 8. & cap. 28. quæst. 6. & 4.* Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 1. cap. 3. cum seqq.* Becan. *de justit. & jur. quæst.* 86. Soto *eodem tract. lib. 9. quæst. 3. art. 1.* & alios plures congerentes Fagund. *de quinque Eccles. præcep. lib. 4. cap. 2.* Castro Palao *oper. moral. tit. 2. tract. 10. punct. 27.* Bonacin. *tom. 2. tit. de præcept. Eccles. disputat. ultim. quæst. 5. punct. ultim.* Leand. *quæstion. moral. tract. 6. disput. 10. quæst. 1. cum plurib. seqq.* Filucius *tract. 27. cap. 2. quæst. 1.* Laym. *Theol. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 7.* Ægid. Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap. 3. dub.* 13. apud quos, ut noviores, plures alios, & latissimè oblationum materiam explicatam invenies.

12 Quibus pro cognitione verbi *oblatio* prænotatis, jam ad nostram principalem quæstionem accedam; an scilicet, oblationes istæ, necnon ob similitudinem mortuoria, & aliæ obventiones, aut munera, quæ Deo immediatè, aut Sacerdotibus ad altare, vel ad manum, seu aliter offeruntur, fructus sint, & inter fructus beneficiorum imputari debent, vel non?

13 Cujus quæstionis resolutio maximè proderit, & utilissima in praxi erit ad computationem congruæ, quæ Parochis, & similibus assignari solet, & ad cognitionem valoris fructuum beneficiorum ad narrativas de ipsorum valore faciendas, & similiter ad fructuum restitutiones, & alios plures juris effectus, in quibus plerumque dubitatur, an de oblationibus, anniversariis, & similibus obventionibus, uti de fructibus ratio habenda sit?

14 In qua difficili, ac intricata quæstione, nec hucusque per Doctores plenè discussa, negativam sententiam, ut nimirum prædictæ obventiones beneficiorum fructus dici, non possint, plures tenent, & eam primò fundari nituntur, ex quo oblationes hæ mortuoria, & similes obventiones incertæ esse, videntur, nec uniformem
15 annuam præstationem habere; † imò talia emolumenta, & oblationes præcipuè ex mera facultate, & liberalitate offerentium dependent, cum ad eas jure Canonico fideles non teneantur, ut constat ex D. Thom. 2. 2. *quæst. 86. art. 1. vers. Respondeo, in fin.* Nisi ad congruam sustentationem Parochis indigentibus, ut plenius infrà dicam.

16 Et quod similiter mortuoria, seu funeralia, & aliæ obventiones incertitudinem habere videantur, & fortunæ esse summissæ fundari potest, tam respectu eorum, à quibus obvenire, sperantur, quia incertum est, an istius, vel illius beneficiati tempore morituri sint, necne? quàm etiam ipsorum, qui eas percipere, sperant; nam propter absentiam, infirmitatem, vel aliam causam eodem modo incertum est, an mortuoriis, & similibus actibus, ex quibus percipiuntur, assistere possint, & consequenter an eas lucrari valeant? cum ob assistentiam personalem absque dubio præstentur, ideò ea omnia incerta esse, docent Staphilæus *in tract. de gratiis, & spectativ. in vers. Nova forma, n.* 65. Ioann. Selva *in tract. de beneficiis 3. part. princip. quæst. 12. num.* 33. Barthol. Bellenz. *de charitat. subsid. q. 76. nu.* 12. & est elegans Rotæ *decis. 5. nu. 4. volum. 1. p. 2. divers. & dec.* 2170. *vol. 2. tom. 2. p. 3. lib. 3.* Ioan. Gutier. *cons. 8. n. 1.* & ex Imol. Boerio, & aliis Gratian. *discept. forens. tom. 2. c. 339. à num.* 19. & ex Ioan. Andrad. Felin. Navarr. Calderin. & aliis Valenz. *cons. 128. à num.* 132. Qui omnes in oblationibus, mortuoriis, & prædictis emolumentis de incertitudine testantur, ob id, quod à futuro eventu, & ex libera voluntate offerentium dependeant.

Quare ut incerta inter fructus haberi non posse, vi- 17
dentur, cum ea tantùm emolumenta fructus nomine veniant, quæ certam annuam erogationem habent, ut ad rem notant optimè Rebuff. *in tit. de congrua, à num. 83. & 86.* & ultra Gutierr. Gratian. D. Valenz. & suprà proximè relatos, benè Lara *de Anniversar. & Capellaniis, lib. 2. c. 1. num.* 36. Petr. Barbos. *in l. divortio, §. Quod in anno, num. 7. ff. solut. matrim.* Escobar *de ratiociniis, cap. 29. nu.* 17. qui omnes id communiter comprobant ex celebri *cons.* Oldrad. 256. ubi quod tales obventiones ex libera facultate provenientes, aut ex futuro eventu omnino incerta sint, nec ob id inter fructus Ecclesiæ connumerari debeant.

Qui eleganter id comprobat ex text. ad rem singul. *in* 18
l. Sejo amico, §. Medico, ff. de annuis legat. ubi Medico pensione annua per testatorem in vita præstari solita legata, ea tantum relicta censeri, quæ certam formam erogationis habuerunt, non quæ ex incerta liberalitatis voluntate extraordinariè testator præstabat, ut ex ipso textu constat, & docent communiter antiquiores. † Vn- 19
dè infert Franch. *decis.* 127. dona, aut munera Baronibus per vassallos liberaliter præstita inter fructus feudi, non reputanda, nec in fructuum condemnatione venire, sequitur Noguerol. *allegat. 8. num.* 54. † Et in donatio- 20
nibus, seu Regiis concessionibus aliqua officia exercentibus factis, ut similiter officiorum fructus censeri, non debeant, ex aliis idem Noguer. *à num.* 58. & latè ad ista, & alia plura alibi diximus, licèt contrariam in anniversariis, seu mortuoriis, quoad restitutionem ob condemnationem, teneant Mohedan. *decis. 6. nu. 2. de præbend.* Lara *de Anniversf. lib. 2. cap. 1. numer. 36. in fin.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 399. num.* 22. in quibus, imò quod talia emolumenta cum cæteris fructibus in restitutione veniant; quod tamen ex alia ratione non admitterem, quia nimirum sunt proventus ratione personalis laboris præstiti, & plerumque ipsum non excedentes, qui ob id restitui, non debent, ut in emolumentis personalibus officiorum, *ex l. 1. C. de re militar. lib.* 12. tenent Surd. *consil. 42. lib. 1.* Paschal. *de patr. potest. part. 4. cap. 6. num. 41. vers. Sed limitatur hæc conclusio*, Ponte *decis. 25. à num. 13. & consil. 133. num. 8. lib. 2.* quos & alios sequutus refert Noguerol. *allegat. 8. num. 18. & ex numer. 20. cum mult. seqq.*

Secundò hæc negativa sententia fundari, potest ex al- 21
tero non minus celebri consilio Oldrad. 129. ubi locatione facta ab aliquo Archidiacono de omnibus fructibus sui Archidiaconatus, dona, vel munera, quæ Archidiacono præstari, consueverint pro suo jucundo adventu, aut ingressu, in tali locatione non comprehendi, asserit, *ex dict. l. Sejo, §. Medico*, & ex supra dictis rationibus, nimirum, quia fructuum appellatione ea tantum comprehendi, ait Oldrad. quæ certam formam annuæ erogationis habent, non quæ incertam liberalitatis voluntatem continent, quod dictum Oldrad. referunt, ac sequuntur Bald. & communiter DD. *in l. Divortio, §. Quod in anno, ff. solut. matrim.* Alberic. *in l. usufructu legato, ff. de usufruct. legato*, Boer. *decis. 133. n. 4.* Petrus Barbos. *in d. §. Quod in anno, nu. 6.* Gutierr. *de tutel. p. 3. cap. 28. à n. 5.* Carroc. *de locat. 3. par. tit. de rebus Ecclesiæ locand. conclus. 8. vers. Ampliatur*, Lara *de Anniversf. & Capellan. lib. 2. c. 1. nu. 37. & 38.* † Addens, quod nec 22
in obligatione generali comprehendantur anniversaria, & cætera emolumenta ratione personalis laboris, tenet quoque Afflict. *decis.* 191. ubi Vrsil. *num.* 5. & in locatione loquentes idem cum Oldrad. docent Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 18. num. 3. & 4.* & aliis pluribus congestis, D. Solorzan. *in Polit. lib. 4. cap. 10. fol. 577. versic. Y se puede reformar.* Noguer. *allegat. 8. num. 53. & 54.*

Tertiò autem optimè ista sententia negativa fundari, 23
potest ex alia ratione, quæ dicto *responso* 129. reddit ipse Oldrad. videlicet, quia prædicta dona, & munera solum Archidiacono præstabantur intuitu ipsius personæ,

&

Digitized by Google

& ideo non officium, aut beneficium, sed ipsam per-
sonam respicere censetur, arg. l. si verò 5. §. Item quid-
24 quid, ff. solut. matrim. † Vbi similiter quod licèt mari-
tus ex servo dotali manumisso consequitur, uxori resti-
tuere, teneatur, beneficium tamen per libertum in eum
collatum in restitutione non veniet; quia ipsius tantum
personæ contemplatione quæsitum censetur; quam ra-
tionem sequitur Iacobin. in l. si proprietati, in fin. ff. de
jur. dot. quare eodem modo prædictæ utilitates fructus
beneficii esse non poterunt, sed emolumenta, ratione
personæ, & ejus intuitu quæsita censeri debent, ita ex
ista ratione, Baez. de decim. tutor. c. 25. n. 8. benè Noguer.
allegat. 8. n. 54. optimè Escobar de ratiociniis, c. 29. à nu.
25 15. & 17. † Vbi quod liberi hominis labore quæsita in-
ter fructus non reputentur, licèt contra in quæsitis per
servos, juxta leg. mercedes (sic intelligendam) ff. de pe-
tit. hæredit. Lara de Anniversf. lib. 2. d. c. 1. n. 36.
26 Ergo cum nostræ oblationes mortuoria, & similia ob
servitium, & assistentiam personalem, ejusve intuitu
præstentur, ut cuilibet patet, consequenter etiam vi-
detur dicendum, nullo modo fructus beneficiorum,
sed tantum emolumenta personalia dici posse.
27 Et in terminis hanc sententiam negativam, licèt non
ita fundatam, tenent in oblationibus, mortuoriis, &
aliis similibus emolumentis, & obventionibus, ut om-
nia ista, fructus beneficiorum an plures effectus dici,
non possint, ex Oldrad. dict. cons. 216. Bellenzin. de cha-
28 ritat. subsid. quæst. 76. † Vbi quod ideo ex eis charitati-
vum subsidium non debeatur, Felin. in cap. ad aures, col.
penult. de rescript. Petrus Anchar. in repet. Clem. unica, col.
penult. de concess. præbend. & ex Rebuff. in repetit. §. Qui
verò, c. extirpandæ, de præbend. in qu. de cong. vers. Secun-
dò aliqui decent, Monet. de decim. q. 9. n. 84.
29 Nec decima Papalis ex anniversariis, mortuoriis, &
30 similibus, Monet. dict. q. 9. num. 85. † Quia inter bene-
ficiorum fructus non imputantur, nec ipsorum valorem
augent, ut ad plura, docent Ioan. Andrad. ad Speculator.
rubric. de concess. præbend. vers. Demum quærebatur, Sta-
phil. de litter. grat. & justit. tit. de gratiis expectat. 5. for-
ma 9. num. 65. & ex Felin. & aliis Calderin. cons. 6. de præ-
bend. Ludovic. Gomez in comment. ad regul. Cancellar.
31 in regul. de valor. exprimend. q. 4. in fin. † Vbi quod ex
hoc in narrativa valoris beneficii tales obventiones expri-
mi non debeant.
32 Et eamdem negativam sententiam prosequentes, quod
nec incongruam talia emolumenta imputentur, Navat.
cons. 13. Bellenzin. dict. quæst. 76. Lara de Anniversar. &
Capellan. lib. 2. cap. 1. à num. 36. qui in anniversariis lo-
quitur, & similibus emolumentis ratione personalis ser-
vitii: & idem in dictis obventionibus, quod ut incertæ
fructus dici, non possint, nec incongruam imputari,
est elegans decis. Rota Romana 5. num. 4. vol. 1. part. 1. di-
versor. & decis. 1170. num. 2. vol. 2. part. 3. Farin. decis.
449. num. 6. tom. 3. decis. 420. num. 2. tom. 4. ubi alias Rot.
decis. refert, & cum aliis pluribus congestis Valenz. cons.
18. à num. 132. Augustin. Barbos. in cap. de Monachis, nu.
9. de præbend. qui in pede altaris, seu ejus oblationibus
loquitur, in quibus idem Mantic. decis. 22. numer. 2. &
decis. 269. n. 6. quia venter non patitur dilationem, Surd.
de aliment. tit. 1. quæst. 44. n. 36. & tit. 8. privileg. 11. nu. 3.
& decis. 323. n. 9. Giurb. dec. 4. nu. 45. Alvarez de Velasc.
in tract. de privileg. pauper. part. 1. q. 5. nu. 8. de quibus ta-
men conclusionibus, earumque veriori resolutione ple-
nius dicam infr.
33 Quibus tamen non obstantibus, contraria affirmativa
opinio, imò quod oblationes, mortuorum spolia, &
similia emolumenta fructus beneficiorum sint, & eorum
appellatione comprehendantur, ex sequentibus funda-
ri potest.
34 Primò ex eo, quod oblationes istæ, mortuoria, & si-
milia, licèt immediatè ab ipsis rebus beneficialibus non
proveniant, percipiuntur tamen propter ipsa beneficia,
& eorum occasione, quod sufficere videtur, ut saltim lato
modo, & impropriè quoad supra dictos juris effectus be-
neficiorum fructus dici possint, ut constat ex leg. usura
34. l. prædiorum 36. ff. de usur. l. mercedes, ff. de petit. hæ-
reditatis. Ex quibus, & similibus juribus constat, non
solum quidquid ex re immediatè nascitur, sed etiam
quodlibet emolumentum, vel obventionem propter ip-
sam rem, vel ejus occasione provenientem, fructuum
appellatione venire, & resolvunt ex Francisc. Connan.
Hothoman. & aliis ex Theoricis Chassaneus in consuetud.
Burgund. rubrica 4. vers. Et faire les fruictez, pag. mihi
184. optimè Garzia de expens. c. 25. ex num. 1. Escobar de
ratiocin. cap. 29. ex num. 1. & 7. Ciarlin. tom. 1. controver.
47. ex num. 8. Paulus Christin. in consuetud. Mechlin. tit.
11. artic. 29. à num. 6. & plenius resolvimus suprà cap. 3.
per tot. & alibi sæpe, ubi quod ideo laudemium, licèt ex
ipsis rebus immediatè non nascatur, quia tamen earum
occasione provenit, fructuum appellatione comprehen-
di debeat.
Secundò etiam fundatur hæc affirmativa opinio, ex 35
text. ad rem singular. in l. divortio 8. §. Quod in anno, ff.
solut. matrim. Vbi maritus, cui soluto matrimonio, fru-
ctus rerum dotalium pro rata debentur, non solum pen-
siones ordinarias fundi per quinquennium locati (quæ
absque dubio fructus sunt) lucrari debet, sed & si quid
extraordinariè in fine quinquennii per conductorem fue-
rit promissum, ad ipsum quoque spectare, ait Consul-
tus, quasi etiam emolumenta extra ordinem percepta
loco fructuum habeantur, & ei quoque competant, cui
& fructus ordinarii debentur, benè ad rem Gutier. de
tutel. part. 3. cap. 28. num. 2. & notant in dict. §. Quod in
anno, Bald. Alexand. & communiter antiquior. & ex
aliis Petrus Barbos. ibidem, num. 6. † ex quo etiam ex 36
tali extraordinaria perceptione tamquam in fructu habi-
ta decimam tutori deberi, tenuit quoque Baez. de decim.
tutor. cap. 25. n. 3.
Quæ insuper confirmantur per expressam doctrinam 37
Cardin. Tusc. practicar. concl. litt. F. conclus. 484. numer.
11. & Augustin. Barbos. in appellat. verb. Fructus, num.
9. qui licet dict. §. Quod in anno, non relato ex eadem
ratione asserunt, fructuum appellatione venire quidquid
accessoriè seu extraordinariè, vel proavantus prædio-
rum in locatione, ultra pensionem ordinariam præstari
solet, ut par caponum, ova, plaustrum lignorum, &
similia.
Ergo similiter in nostro casu oblationes, mortuo- 38
rum spolia, & hujusmodi emolumenta, licèt extra or-
dinem percepta videantur, fructuum appellatione ve-
nire debent, & ad eos, ad quos fructus spectant, spe-
ctare.
Tertiò pro eadem affirmativa sententia facit dictum 39
mirabile in nostris terminis Bald. in dict. §. Quod in anno,
ubi ex ipso text. ait, si Archidiaconus locavit fructus sui
Archidiaconatus, ad conductorem quoque pertinere,
si quid extra ordinem Archidiacono, pro suo jucundo ad-
ventu, seu ingressu præstetur, quem sequitur, etiam
rejecto dicto Oldradi cons. 129. supr. pro contraria opi-
nione ponderato, Bertrand. cons. 202. non videtur lib. 3.
Et magis in specie nostræ quæstionis est notabilis ca- 40
sus apud eumdem Bertrand. in loco citato, quia hoc am-
plius addit, in locatione nempè fructuum Prioratus, vel
alterius præbendæ spolia, aut successiones Curatorum
Parochialium subjectorum tempore locationis deceden-
tium, ut fructus venire, si alias juxta loci consuetudi-
nem, aut jus municipale Priori debeantur; ex quo emo-
lumenta hæc, & si aliqualiter incerta, fructus nomine
continentur, verbo fructus in generali saltim, & in pro-
pria significatione accepto, ut benè notat ad rem Baez. de
decim. tutor. dict. cap. 25. num. 4. & post Bart. & alios Ber-
trandi doctrinam sequitur Petr. Barb. in dict. §. Quod in
anno, ff. soluto matrim. num. 6. ubi impugnant Oldradi
rationem deductam ex dict. l. Sejo, §. Medico, ff. de an-
nuis legat. benè Gutiert. de tutel. dict. cap. 28. num. 3. ubi
alios refert.

Quar-

41 Quartò supra dicta opinio affirmativa fundari potest, ex eo, quod licèt nostræ oblationes, & mortuoria, seu similes obventiones aliquam incertitudinem habeant, qua ratione fructus esse, non posse, videbatur dicendum, juxta latè à nobis in hoc tractatu tradita: attamen hæc incertitudo procedit solum respectu quantitatis, cujus etiam respectu quilibet alii etsi naturales, aut industriales fructus incerti sunt, cum, & à fortunæ eventu, & à pluribus naturæ accidentibus dependeant; at verò quoad præstationem, oblationes, mortuoria, & similia omnino certa censeri debent; nam illorum per hominum obitum naturaliter casus solutionis necessario evenit; illæ verò similiter ex communi, & laudabili fidelium usu per-
42 petuo offerri, solent; † Quare non solum certitudinem quoad præstationem habent, sed & renascentiam in suo genere, quod etiam est principalem requisitum, ut talia emolumenta fructus dici possint, juxta latè tradita suprà *in cap. 3. circa fin.*

43 Et in nostris terminis, quod prædicto obventiones, & emolumenta omninò incerta non sint, cum per locationem ad certitudinem reduci possint, & consequenter in fructus beneficiorum connumerari debeant, tenuerunt optimè Ripa *in cap. ad aures, de rescript. numer. 29.* ubi & Felin. *numer.* 14. Bertrand. *consil.* 202. Boer. *decis.* 224.

44 Ex quibus contrariis Doctorum sententiis vides, quam difficilis reddatur nostæ quæstionis resolutio: post quæ omnia, pro ejus pleniori, & verissima resolutione, & pro prædictorum Doctorum concordia, perpensis maturè prius requisitis, quæ similia emolumenta in esse fructuum constituunt, distinguendum mihi videtur inter oblationes, mortuoria, anniversaria, & similia emolumenta omnino incerta, & ex libera fidelium voluntate, ac fortunæ eventu dependentia; & inter ea, quæ certa sunt, vel ad certitudinem per locationes, vel aliter reduci possunt; quia non ex mera voluntate offerentium dependent; sed ex legitimè præscripta consuetudine, vel alia justa causa præcisè solvi debent, & etiam ab invitis exigi possunt.

45 In primo casu dicendum est, procedere, debere primam opinionem negativam, ut nullo modo tunc tales oblationes, seu obventiones voluntariæ, & consequenter incertæ inter beneficiorum fructus computari debeant, nec ipsorum valorem augere, possint quoad congruam, & restitutionem fructuum, aut in aliis casibus, in quibus de beneficiorum fructibus agitur. In secundo verò casu affirmativam sententiam admitterem, ut nimirum tunc, ut certa, necessaria, ac renascentia emolumenta inter fructus beneficiorum computentur.

46 Quæ nostra distinctio ex ipsa natura verbi fructus, & requisitis essentialibus, ut quid fructus dicatur, manifestè deducitur, & comprobatur; nam nihil aliud fructum esse, vel fructuum appellatione comprehendi posse, certum est, quàm emolumentum ex re, vel occasione rei iterata vice proveniens, ut latè diximus, & fundavimus supr. *cap. 3. num.* 8. & alibi sæpè: quæ omnia requisita apertè deficiunt in supradicto primo casu nostræ distinctionis, in quo emolumenta, seu obventiones, de quibus agimus fructus esse negamus, ut proximè probabimus: è contra verò in secundo omnia clarè inveniuntur, in quo fructus esse, resolvimus; nam in hoc secundo casu talia emolumenta ex eo, quod certa, & necessaria, ut diximus sint, renascentiam etiam habent, quia in futurum perpetuo solvi debent, & etiam ratione beneficii, seu ejus occasione percipiuntur, aut præstantur, non verò intuitu personæ, ut in primo casu in voluntariis dicam.

47 Quod autem in primo casu dictæ distinctionis (cum nimirum oblationes, & similia emolumenta voluntaria sunt) præfata omnia requisita, ut fructus sint, deficiant, manifestè constat; nam tunc nihil certum occasione, seu ratione beneficii considerari potest, ut fructus ejus, juxta relata, dicatur; quia omnia ex mera liberalitate præstantium proveniunt, & potius oblationes prædictæ, & similia plures donationes censeri, debent tamquam ex libera voluntate, & nullo jure cogente, præstita, juxta text. vulgar. *in l. 1. ff. de donat.* quàm emolumentum occasione beneficii proveniens; & si aliqua causa in harum obventionum perceptione quærenda esset, præter liberalitatem offerentium, nulla alia magis proxima assignari posset, quàm personæ ejus, cui offeruntur, contemplatio, & remuneratio personalis laboris, cum quo nihil beneficium commune habet; ut quæ intuitu personæ, & ratione laboris præstantur, occasione beneficii præstita,
† censeri debeant, argum. text. singular. quem supra pro negativa sententia adduximus, juxta hæc tamen in primo casu superioris distinctionis intelligendum *in l. si verò, §. Item quidquid, ff. solut. matrim.* ubi marito manumittenti servum dotalem per ipsum servum beneficium collatum, non uxori est restituendum; quia istius acquisitionis principalis ratio, & causa est contemplatio personæ mariti, & ejus merita, non verò rei dotalis occasio remota, quæ ibi etiam intervenit, ut dictum remanet in tertio fundamento pro opinione negativa supra adducto, ubi quod talia emolumenta contemplatione personæ liberaliter præstita beneficii, seu officii fructus non sunt. 48

Quæ in oblationibus, & obventionibus necessariis locum habere, nequeunt; quia licèt in eis quoque similis personalis labor, & servitium ex parte accipientium interveniat, causa tamen principalis harum præstationum est ipsa juris, seu consuetudinis necessitas, non verò liberalitas ipsa, offerentium, quæ stante juris necessitate, considerari nequit. 49

Sed, ne absque authoritate loquamur; hæc nostra distinctio inter certas, necessariasque oblationes, seu alias obventiones, & inter eas, quæ incertæ sunt, & ex mera voluntate offerentium dependent, deducitur ex pluribus magnæ authoritatis DD. & præcipuè ex aliquibus, qui indistinctè pro contraria opinione negativa ab aliis adducuntur. 50

E primò individualiter comprobatur ex doctrina Oldradi, & Rebuff. qui ut antagonistæ contrariæ negativæ opinionis communiter ab omnibus indistinctè referuntur, sed certè malè, & fortè eis non visis cum in eisdem locis relatis per D. Valenz. *in dict. consil.* 128. *à n.* 32. Barbos. *in cap. de Monachis, n. 7. de prebend.* & per alios pro eadem opinione negativa supra relatos, qui juxta nostram distinctionem loquuntur; ut constat ex Oldrad. *d. cons.* 216. *in princ.* ubi de mortuoriis, & similib. præstationib. ita eleganter ad rem quæstionem resolvit, ibi: *Dicendum videtur, quod si tales obitus, seu præstationes ex mera præstantium voluntate dependeant, in facultatibus Ecclesiæ computanda non sunt, argum. ff. de annuis legat. leg. Sejo amico, § Medico, & de offic. Proconsf. & legat. l. solent, §. ultim. in fin. si verò tales sint, quod ab invitis exigi possint, in facultatibus Ecclesiæ computandæ sunt.* 51

In quo etiam sensu intelligendus est idem Oldrad. & sequaces *in dict. consil.* 129. ubi per eundem text. *d. l. Sejo amico, §. Medico, ff. de annuis legat.* asserit, ad conductorem fructuum cujusdam Archidiaconatus non pertinere, quod ipsi Archidiacono pro suo jucundo adventu, aut ingressu fuerit præstitum, quia intelligendum est, quando non ex necessitate, sed liberaliter, & ex libera voluntate fuit donatum, quam rationem assignavit ipse Oldrad. *ex d. §. Medico*, ubi similiter agitur de extraordinem liberaliter donatis. 52

Ex qua etiam ratione hoc dictum Oldradi sequuntur D. Solorzan. & alii per eum relati *in Politic. lib. 4. cap. 10. fol. mihi 577.* vers. *Y se puede es forzar*, ubi ipsam rationem exprimit, quasi secus esset, si juris necessitate esset præstitum, ut nimirum, tunc tamquam quid certum, ut fructus, juxta nostram distinctionem ad conductorem expectaret, benè docet ita ex *d. l. Sejo amico, §. Medico.* 53

Idemque sentit casum Oldradi mirabiliter intelligendo, & declarando Alberic. *in l. usufructu legato, ff. de usufr.* ibi: *Quia illa solum videntur vendita, quæ ex necessitate* 54

de-

debeantur; non illa, quæ ex mera liberalitate; ex l. Sejo §. Medico, de ann. leg. l. solent, in fin. ff. de offic. Proconſ.

55 Vltra quos eandem diſtinctionem ſequuntur Boer. *dec.* 18. *poſt num.* 9. Capyc. Galeot. *tom.* 2. *contr.* 32. *à num.* 14. & ita etiam intelligendus eſt Noguer. *dict. allegat.* 8. *num.* 53. *cum dict.* §. *Medico*, & Galeot. ſimpliciter: refert optimè Petr. Barboſ. *ſolut. matrim. in l. divortio* 8. §. *Quod in anno*, *nu.* 6. & 7. ubi etiam aliam intelligentiam Oldrad. conſilio præſtat, ut videlicet, in prædicta fructuum conductione Archidiacono pro jucundo adventu præſtita non comprehendantur, quia ſemel in vita præſtari, contingit, & ideo, quia non renaſcitur, fructum dici, non poſſe, ait.

56 Et eodem modo ipſum Oldradum intelligit Baez. *de decim. tutor. cap.* 25. *num.* 11. Gutierr. *de tutel.* 3. *par. c.* 28. *num.* 7. *cum ſeqq.* ubi eum concordat cum Bertrand. *dict. conſ.* 202. pro contraria opinione affirmativa ſupr. ponderato, qui loquitur in diverſo caſu, nempè in ſucceſſionibus curatorum decedentium, quæ Archidiacono competebant, quæ quidem mortuorum ſpolia, ut reiterabilia, & renaſcentia fructuum appellatione veniunt, & in dicta locatione comprehenduntur, ut idem Gutier. docet ſupr. & *num.* 4. Baez. *dict. cap.* 25. *nu.* 4. Barboſ. & Gutierr. in locis ſupr. relat.

57 Ex quibus infert Gutier. *num.* 4. has ſucceſſiones curatorum (ſi fortè Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, aut aliis Prælatis competant, ut in Epiſcopatu Civitatenſi, ubi ex bonis beneficiati curati decedentis melior res ad Epiſcopum ſpectat) quas, inquam, ſucceſſiones, quæ luctuoſæ vocantur, ex dictis infert Gutierrez ad collectorem Cameræ Apoſtolicæ, ſeu ad ejus generalem fructuum conductorem in ſede vacante ſpectare.

58 Quæ præfata omnia ad ſuperiorem diſtinctionem ſatis expreſsè, & doctè explicat Rebuff. *in repetit.* §. *Qui verò, cap. extirpanda, de præbend. in quæſtione de congrua, verſic. Secundo aliquis, fol. mihi* 375. *in repetition. var.* ubi opinionem negativam mirabiliter limitat, ibi: *Niſi talia incerta poſſent reduci ad certitudinem, ut videmus in quæſtis, quæ fiunt per Religioſos Sancti Antonii, quæ licèt procedant ex oblationibus; quia tamen ſolent arrendari ſub certa penſione, & ſic incertitudo reducitur ad certum, debebunt tunc computari in fructu, & ſic concludatis, quod talia incerta non computantur in fructu, niſi ſolita ſint reduci ad certitudinem*; ex quibus, juxta hanc diſtinctionem, idem reſolvit Rebuff. *in eodem loco* in computatione horum emolumentorum ad congruam faciendam, vel non, ibi: *Et ideo quia congrua portio debet aſſignari de fructibus, ut ſuprà diximus, non debebunt computari, niſi reducibilia ad certitudinem.*

59 Et cum hac eadem limitatione, & diſtinctione iſtam quæſtionem reſolvit Petr. de Anchar. *in repet. Clement. unic. col. pen. de conceſ. præbend.* qui exemplificat in Eccleſia Sancti Antonii Venetiarum, quæ per quæſtores hinc inde mendicantes communiter percipit quingentos aureos annuatim: & in Eccleſia Sanctæ Mariæ in monte Bononiæ, quæ de oblationib. Candelarum percipit communiter ultra ducentos aureos annuos, quæ abſque dubio, cum certa ſint, & ad certitudinem redacta, inter fructus beneficiorum, & in eorum valorem computari debere, aſſerit, & hanc reſolutionem Petri de Anchar. refert, & ſequitur Felin. *in cap. ad aures, num.* 14. *de reſcript.* ubi etiam Ripa *numer.* 29. ibi: *Niſi tales redditus ſoleant quotannis pro certa pecunia locari:* licèt pro contraria negativa indiſtinctè iſti DD. referantur per Dom. Valenz. & alios DD. eam ſequentes.

60 Nec contrarium docet idem Felin. per Dom. Valenz. etiam relatus, *in cap. in noſtra* 10. *de reſcript.* ubi quod emolumenta alicujus altaris per Epiſcopum ad certum tempus alicui conceſſa in impetratione beneficiorum narrari, non debere, aſſerit; quia ibi Felin. non agit de emolumentis occaſione alicujus beneficii perceptis, ut nos agimus, & ipſe Felin. *in d. cap. ad aures*; ſed de omnino ab aliquo beneficiorum ſeparatis per ſe tantum, & abſque titulo beneficii, ratione perſonalis laboris percipiendis; quare non fructus beneficii, ſed laboris emolumenta dicenda ſunt; quia nec ex horum emolumentorum aſſignatione aliquod beneficium habere eum, cui ſunt conceſſa, dicendum eſt, ut ipſe Felin. exprimit.

61 Et in eodem caſu loquuntur, & ita intelligi, meo videri, debent Bartholom. Belenæ *de Charitat. ſubſ. quæſt.* 68. & 76. & *in tract. de expectat. in* 9. *formul. numer.* 93. Andr. Sicu. *in cap. ex litteris, de conſuetud.* Calderin. *conſ.* 6. *in tit. de præbend.* Ludov. Gomez *ad Regul. Cancel. in Regul. de valore exprim. quæſt.* 4. qui omnes, licèt ſimiliter per Dom. Valenz. & alios pro contraria opinione negativa indiſtinctè, ac indigeſtè referantur, loquuntur quidem, eis benè perpenſis, in ſupra dicto caſu, quem Felin. tractat *in d. cap. in noſtra, num.* 10. *de reſcript.* cum nimirum mortuoria, oblationes, & ſimilia emolumenta quis lucratur non occaſione alicujus beneficii, ſeu in titulum, ſed ratione alicujus altaris, Capellæ, vel Oratorii ſibi deſignati, de quibus, & ſimilib. emolumentis, cum beneficiorum fructus non ſint, imò nec aliquod beneficium ob id quis habere, dicatur, nulla mentio in narrativa valoris beneficii fieri debet, juxta Felin. Gom. & ſupr. relat. uti nec de redditibus, qui Scholarium Magiſtro, ſeu Doctori in ſtipendium etiam ex redditibus Eccleſiaſticis per Eccleſiæ Capitulum, vel aliter aſſignantur, ut idem Calderin. & Felin. docent in locis ſupr. relatis, dummodo in titulum non aſſignentur.

62 Et proſequendo ſuperiorem principalis hujus capitis quæſtionis reſolutionem, præfatæ noſtræ diſtinctioni, licèt non principaliter, nec doctrinis originalibus diſcuſſis, ſed potius eam abſque ulla diſputatione ſupponendo, aſſentire, videntur Petr. Barboſ. *in l. divortio*, §. *Quod in anno, num.* 6. & 7. *ff. ſolut. matrim.* Eſcobar *de ratioc. cap.* 29. *à n.* 18. Ioan. Gutier. *de tutel.* 3. *part. cap.* 28. *à num.* 1. & 10. Et quamvis his relatis Stephan. Gratian. *tom.* 2. *diſceptat. forenſ. cap.* 399. *à num.* 16. ubi poſtquam opinionem negativam latè fundavit, eam limitat; & intelligit *à num.* 19. ſi anniverſaria certa, & neceſſaria ſint, quia in teſtamento fuerunt relicta, vel ſi mortuoria ad certitudinem per locationem, vel aliter reduci poſſunt, quia pro certa pecunia ſolita ſint, locari: & noviter Capyc. Galeot. *tom.* 2. *controv.* 42. *à num.* 14. faciuntque latè tradita *ſuprà cap.* 14. & 15. ubi in ſimili quæſtione, videlicet munerum, ſeu donativorum, quæ per vaſſallos dominis præſtari ſolent, idem reſolvimus.

63 Vnum tamen eſt, quod hodie oblationes, mortuoria, anniverſaria, & ſimiles proventus occaſione beneficii obvenientes, licèt quodam modo incertæ ſint, in congruam computandæ erunt ex nova conſtit. Pii V. incipit, *ad exequendum*, motu proprio edita anno 1567. quam refert Quaranta *in ſumm. Bullar.* verbo *Vicarius perpetuus*, ex qua idem noviter reſolvunt, nulla facta diſtinctione inter hæc omnino incerta, ſive voluntaria, & inter neceſſaria, ſive certa emolumenta, Gutierrez *conſ.* 8. *n.* 3. Aldan. *in compend. Canonic. reſolut. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 18. ubi in oblationibus deciſum refert Gonz. *in Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 79. ubi quod non ſit correcta per aliam conſtit. Gregorii XIII. Campan. *in diverſ. jur. Canonic. rubr.* 7. *num.* 121. † 64 Et quod ex ea etiam diſtributiones quotidianæ in congruam imputentur, ipſe Gonzalez *in regul.* 8. §. 7. *proœm. num.* 185. & idem docet ita Concil. Trident. intelligens Barboſ. *ad Concil. ſeſſion.* 7. *c.* 5. *n.* 7. & *c.* 7. *n.* 33.

65 Quam tamen conſtitutionem adhuc intelligerem juxta noſtram ſuperiorem diſtinctionem, videlicet ſi obventiones, licèt aliquam incertitudinem habeant, quoad quantitatem, quoad tamen earum præſtationem certa ſint, quia communiter præſtari ſolent, ut ex ipſa litera dict. *conſtitutionis patet*, ibi: *Computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi ſolitis.* Et ſic conſequenter præſcriptæ, & neceſſario debitæ juxta proximè dicenda infr. *ex n.* 98.

66 Quæ, ut oblationes, mortuoria, anniverſaria, & ſimiles bene-

beneficiorum proventus in congruam imputentur, procedunt maximè, cum ea in congruam Beneficiati, licet tacitè, acceptaverint, diuve antecessores cum his obventionibus, aliisque beneficii fructibus vixerint, quo casu Beneficiati querelantes, & augmentum congruæ à patronis desiderantes, seu ab aliis personis, quæ ratione perceptionis decimarum, vel aliter ad congruam adstringuuntur, non sunt audiendi, nisi novis de causis congruam diminutam ostendant, vel ratione temporum ob caretiam rerum, decenti sustentationi non sufficere, ut notabiliter resolvit, ita meo videri intelligendus, Petrus Rebuff. *in tractat. de congr. num. 92.* & clarius optimè Panormit. *in cap. ex præsentium, num. 6. de pignorib.* qui nullum recursum Rectori ad bona Ecclesiæ esse, ait obtenues congruæ redditus, si à principio etiam tenues erant, &, quod magis est, quòd de suo alatur Sacerdos, dicit *Panormitan.* sibi qui imputet, quia tennem Ecclesiam acceptavit; dixitque notabiliter Glos. *in c. si tibi,*
67 *de prabend. & in c. quanto, de Iudic.* † Et in pensionario, qui excessivam pensionem acceptavit, licet his non rela-
68 tis, Augostin. Barbos. *de pensionib. 1. p. q. 14. nu. 10.* † Estque notabilis, & singularis ad rem *decisio* Gregor. XV. 429. ubi in specie contra Beneficiatos augmentum congruæ exigentes per Sacr. Rotam pluries decisum testatur: ex ea, videlicet, ratione, quòd congruam acceptaverint, & sui antecessores cum ea vixerint: Quæ maximè intelligerem, si ex proprio patrimonio Beneficiati se alere possunt, ut in simili dicam *infr. n. 84. & 85.*

69 Qua superiori stante verissima nostra resolutione, & distinctione, inter oblationes, aut emolumenta necessaria, seu certa, saltim quoad obligationem earum præstationum: & inter, voluntaria, & consequenter omnino incerta, non solum quoad quantitatem, sed, & quoad præstationem, cum ex alieno arbitrio, liberaque facultate dependeant: ut in illo casu fructus Beneficiorum dici, debeant, contra verò in isto; restat nunc quærere, pro pleniori, & absolutissima nostræ quæstionis resolutione, quando necessariæ, aut voluntariæ sint istæ oblationes, aut obvantiones, ut tunc certè dici possint, & consequenter inter fructus Beneficiorum connumerari.

70 Quam quæstionem principaliter in oblationibus, quibus magis frequenter utimur, tractabo.

71 Et in primis dicendum est, oblationes, licet in leg. veteri, necessario offerri, deberent, ut constat *ex Exod. cap. 23.* ibi: *Non apparebis in conspectu meo vacuus*; & idem de lege nova Euangelica, quòd eodem modo de præcepto sint, tenent Glos. *in cap. statuimus 16. quæstio 1. & in cap. omnis Christianus, de consecrat. distinct. 1.* Hostiens. *in Rubric. de Paroch. & in summ. eod. tit.* Lap. *allegat. 58. numer. 1. & 7.* pro quibus faciunt jura *in dict. cap. omnis Christianus, & in dict. cap. statuimus, & in cap. quanto penult. de usur.* & alia plura jura ad hoc relata per Suelves *cons. 24. nu. 5. semicentur. 2.* in quibus earum obligario supponi, videtur.

72 Quibus tamen non obstantibus, nova lege gratiæ attenta, & jure Canonico inspecto, contrarium resolvendum est, imò, quòd omnino oblationes voluntariæ sint, quia in lege Euangelica nullibi jure cautum est, ut ad earum præstationem fideles teneantur; quare de præcepto non esse, docent communiter Doctores, & illud *Exodi* est dictum cæremoniale, quod in nostra lege nova servare, non adstringimur; ideoque de jure in libera voluntate offerentium remanent oblationes, quin ad eas Parochiani inviti compelli, possint, quod & expressè probatur ex *Concil. Cavilonens.* sub Carolo Magno celebrato *cap. 6.* ibi: *Animarum salutem inquirere Sacerdos debet, non lucra terrena, quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, nec circumveniendi.* Oblatio enim spontanea esse debet, juxta id, quod ait Scriptura: *Voluntariè sacrificabo tibi, Psalm. 55.*

73 Quòd, & cavetur per nostram *legem 8. tit. 19. part. 1.* & ibi Gregor. ubi quòd omnino oblationes de jure voluntariæ sint.

Ita resolvunt D. Thomas 2. 2. *quæst. 86. art. 1.* ubi Cajetan. Aragon. & Raphæl de la Torre, Angel. Silvester. & alii Summistæ, *verb. Oblatio*, Suarez *tom. de Relig. tractat. 2. lib. 1. cap. 5. numer. 2.* Azor *instit. Moral. part. 1. lib. 7. quæst. 7. cap. 10. alias 11. & cap. 10. aliàs 28. quæst. 11.* optimè D. Covarruv. *lib. 1. variar. cap. 19. nu. 3.* Læsius *de justit. & jur. lib. 2. cap. 39. dub. 6. nu. 34.* Gutierr. *Canonic. lib. 2. cap. 21. num. 153.* Soto *lib. 9. de justit. & iur. quæst. 3. art. 1. qu. 4.* Fagundez *de quinque præceptis, lib. 4. cap. 1. num. 6. & 14.* Castro Palao *tom. 2. tract. 10. punct. 17. num. 2.* Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap. 13. nu. 2.* Fuschus *de visitat. lib. 1. c. 24.* ubi ita sentire omnes Theologos, asserit, Perair. *de manu Reg. part. 1. cap. 15. nu. 1.* & ex aliis, ultra relatos, August. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 3. c. 23. num. 9. & de offic. Parochi, part. 3. cap. 24. nu. 9.* Pater Leander. *quæst. moral. tractat. 6. disputat. 10. quæst. 4.* Joann. Baptist. Ventrigl. *in prax. rerum Ecclesiast. annotat. 26. §. unico, n. 35.* 74

Apud quos, præcipuè apud Azor, Leand. & Theologos improbatam invenies contrariam opinionem Glossæ *in cap. statuimus 16. quæst. 1. & in cap. omnis Christianus, de consecrat. distinct. 1.* Hostiensis *in rubric. de Paroch. & in summa, tit. de Parochis, §. In quibus,* Lap. *allegat. 18. num. 1. & 7.* qui laicos ad istas oblationes compelli, debere, asserunt, ut refert Leander. *dict. quæst. 4. in princ.* 75 † Quos tamen intelligerem, ut eorum correctio vitetur, stante offerentium legitima consuetudine, vel inopia, seu indigentia ministrorum juxta *infr. referenda*, in quibus casibus rectè etiam intelligit D. Covarr. *dict. lib. 1. cap. 17. num. 3. in med.* eamdem glossam dictam contrariam opinionem simpliciter asserentem *in cap. Sanctorum 10. quæst. 1.* & eodem modo Suelves *cons. 24. numer. 6. versic. Nec* intelligit jura supra pro contraria opinione allegata, ubi quòd aliqua de consilio, alia vero in casibus, & limitationibus specialibus procedant. 76

Quam tamen verissimam resolutionem, ut de jure oblationes voluntariæ sint, nec ad eas fideles cogi, possint, & consequenter tanquam omnino incertæ inter fructus beneficiorum eo casu connumerari, non debeant, juxta supra traditam distinctionem, plures limitant DD. ita, ut ex eorum multiplicibus declarationibus, aut limitationibus ad eam assignans, obscurior iterum, & difficilis admodum reddatur, qua propter, pro clariori, & pleniori ejus intellectu, Doctorum limitationes ad quatuor principales casus reducam, in quibus oblationes necessarias esse, & præcisè per Parochianos solvi, debere, distinctè probabo, & in quibus consequenter juxta supr. relatam distinctionem inter fructus beneficiorum tanquam necessariæ, & in genere certæ connumerabuntur. 77

Primus igitur casus, sive limitatio sit, in qua nostræ oblationes necessariæ sunt reputandæ, cum nimirum ratione census; aut pensionis, vel aliter, ex contractu, aut conventione inter Parochianos, & Ecclesiam, seu Parochum inita, debentur, quo casu ad earum præstationem ratione obligationis, juxta ejus tenorem, in perpetuum erunt adstricti, D. Thom. 2. 2. *q. 86. artic. 1. vers. 1.* ubi Magister Torre, Fagundez, Trullench. Castro Palao, & ferè omnes supr. relati Grillenz. *consil. 167. numer. 28.* Soto *de justit. & jur. lib. 9. quæst. 3. dict. cap. 23. num. 10.* & ex aliis, Pater Leander. *dict. disputat. 10. qu. 5.* Faria ad D. Covarr. *lib. 1. variar. cap. 17. n. 44. in fin.* 78

Secundus casus est, cum debentur ex testamento, legato, donatione, promissione, aut pollicitatione, vel voto, D. Thom. *dict. quæst. 86. art. 1. versic. 2.* & confirmatur per nostram *leg. 7. tit. 19. part. 1.* ubi quod ad eas hæres, vel executor testamenti teneatur, & ex aliis resolvunt Castro Palao *dict. tom. 2. & tract. 10. punct. 17. numer. 2.* Ægyd. Trullench. *in decalog. lib. 3. cap. 13. numer. 2.* Barbos. *in locis supr. relatis*, Pater Leander. *quæst. moral. part. 3. tract. 6. disputat. 10. quæst. 6.* † Qui tamen 79 80

in simplici promissione acceptationem requirit; sed certè non video differentiæ rationem inter votum, & simplicem promissionem Deo factam: imò votum nihil aliud est, quam simplex promissio, vel pollicitatio Deo facta, Silvester *in summ. in hoc verb. In princip. & quæst. 2. & 3.* Læsius *de justit. & jur. lib. 2. cap. 4. dub. 1. numer.* 1. & communiter alii Summistæ, & Morales, ut nec votum, aut simplex promissio à pollicitatione differunt; sunt enim hæc tria verba Synonoma, & eis promiscuè Theologi tam Moralistæ, quam Scholastici utuntur? quare, sicut in voto, aut pollicitatione, nulla acceptatio requiritur, ut omnibus patet, & constat ex Silvestr. & aliis Summistis in verbis *Votum, & pollicitatio*, ita nec in simplici promissione, quæ in nomine tantum à voto differt, ut nec à pollicitatione, quæ est solum obligantis promissio, *leg. 3. ff. de pollicitat.* ex quo jure etiam Digestorum obligatio oriebatur *tot. tit. ff. de pollicitat.* ex causis infr. dicendis, & est Text. singular. & unic. *in leg. si quis 2. §. Si decimam 2. ff. de pollicitat.* ubi quòd si quia decimam bonorum suorum voverit. (Herculi, videlicet, ut Ethnici polliceri, solebant, de quo meminit Varr. *lib. 5. de ling. Latin.* Cicer. *3. de natura Deor.*) & post votum, sive pollicitationem decesserit, ad hæredem voti obligationem transire, asserit Consultus præcipuè; quod intellige quando propter honorem, aut aliquod beneficium, vel ob aliam justam causam pollicitus quis fuerit Reipublicæ, seu aliæ personæ privilegiatæ, ut constat *ex l. 1. §. 1. l. 6. & 9.* juncta ibi Gloss. *dict. tit. de pollicit.* Silvester. *in summa, verbo Pollicitatio*, quæ omnia in nostro casu concorrunt, cum tales promissiones, & vota Deo, aut Ecclesiæ, vel ejus ministris in recompensationem spiritualium fiant, & præsumantur, Rebuff. *de decim. qu. 1. num. 24.* Riccius *in praxi, part. 4. resol. 293. n. 3.* Faria ad Covarruv. *lib. 1. d. c. 19. n. 44. in fin.* & dicam plenius *infr. ex n. 121.*

81 Quare, hæreditate, seu legato cum certo oblationum unere alicui relicto, vel alia re cum hoc pacto donata, tenebitur omnino hæres, legatarius, seu donatarius ad injunctum onus oblationum implendum, *dict. leg. 9. part. dict. leg. si quis 2. §. Decimam, leg. 6. & 9. ff. de pollicit.* ubi contra talia onera pia non implentes acriter insurgit Consultus, optimè Magister Torre ad D. Thom. *in dict. artic. 1. numer. 3. & 4.* Patet Suarez *de Relig. tom. 1. tractat. 2. lib. 1. c. 5. n. 3.* & ex aliis Pater Leander. *in q. moral. p. 3. tractat. 6. disputat. 10. q. 6.*

82 Tertius casus est, in quo Parochiani tam de præcepto naturali, quàm divino Presbyteris spiritualia ministrantibus oblationes præstare, tenentur, nimirum, cum ipsi Presbyteri indigentes sunt, nec aliunde, quo se alere, possint, habent, quo casu ad congruam Parochi sustentationem Parochiani oblationes deferre, tenentur, & compelli, poterunt, quia justa illud Apostoli: *Qui Altari servit, de Altari vivere debet;* quare, quòd in hoc casu absque dubio oblationes necessariæ sint, & ad eas Parochiani adstringi possint, communiter docent Abb. *in cap. causa, de verb. sign.* D. Thom. *2. 2. d. quæst. 86. art. 1.* ubi Cajetan. *& quæst. 11. art. 3.* & cavetur etiam *per l. 9. tit. 19. part. 10.* ubi Gregor. & ex antiquiorib. Canonistis D. Covarr. *lib. 1. variar. cap. 17. nu. 3.* qui ad id refert Text. ita intelligend. juxta Glos. *in c. omnis christianus, de consecrat. distinct. 1.* & est optima *dec. Pedemont.* Octaviani Kacherani 99. Sot. *de just. & jur. lib. 9. quæst. 3. art. 1.* Gutierr. *Canonic. lib. 2. cap. 21. n. 139.* Ricc. *in prax. part. 4. resolut. 296. num. 3.* Barbos. *de offic. & potest. Paroch. part. 3. cap. 24. num. 10.* P. Leander. *d. disp. 10. q. 7.* Joann. Baptist. Ventrigl. *in prax. Ecclesiast. annot. 26. §. unic. n. 35.*

83 Quam conclusionem amplia, etiam si ex proprio patrimonio, vel artificio Parochi se tueri, possint; quia adhuc, si ex redditibus Ecclesiasticis congruam sustentationem non habeant, ad oblationes Parochianos teneri resolvunt Roman. *cons. 144.* Hostiens. *in summ. tit. de Parochis, §. In quib. vers. In his*, Decius *in cap. cum inter, nu. 16. de except.* P. Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 5. n. 6.* pro qua etiam ampliatione stat D. Covarr. *lib. 1. var. c. 17. numer. 1. circa finem*, ubi cum aliis ejus Addit. Faria *numer. 38.* † quorum resolutio duplici fundamento niti, 84
videtur: tum, ob rationem naturalem per Apostolum supra traditam, ut altari inservientibus, & spiritualia ministrantibus temporalia etiam, maximè victui necessaria præstari, debeant, *c. cum secundum, de præbend.* Gratian. *discept. forens. cap. 352. nu. 22.* tum etiam quia aliàs si ex proprio artificio Parochum victum quærere, cogeremus, duplici onere, ac labore gravaretur, quod nimis iniquum videtur.

Sed, his non obstantibus, &, quidquid isti Do- 85
ctores pro hac ampliatione dicant, contrarium, meo videri, resolvendum, videtur, imò quòd Parochis ex proprio patrimonio, seu artificio, vel aliunde habentibus oblationes non debeantur, maximè, jure nostro Regio attento, *ex dict. l. 9. tit. 19. part. 1.* ubi id expressè cavetur, ibi: *Si el Clerigo no ha ninguna cosa, porque pueda guarescer, nin sabe fazer ninguno de los menesteres, que dize en el titulo de los Clerigos, que les conviene de fazer*, & hanc sententiam, ut veriorem, tenent, contra prædictam ampliationem, Abb. & Felin. *in cap. veniens, de testib.* quos sequitur Thesau. *Christian. Religion. cap. 26. nu. 11. vers. Si vero*, Joann. Gutierrez *Canonic. lib. 2. cap. 21. num. 134.*

Nec huic resolutioni obstant superius pro dicta am- 86
pliatione ponderata, quia sibi imputare, debet Parochus, quod tam tenue beneficium seu Ecclesiam acceptavit ipsius tenuitatem sciens, vel scire, debens, & quòd ea non obstante, oblationes per Parochianos non solvebantur; ut optimè respondent Thesauri & Gutierrez *ubi supra*, &, licet ad aliud, noster Gregorius *in dict. leg. 9. glos. 1. in fine:* & in simili quæstione de congrua tenui semel acceptata non augenda, extat eadem singularis doctrina, & ratio Gloss. *in cap. si tibi concesso, de præbend. in 6. & in cap. quanto, de judic.* optimè Panormitan. *in c. ex præsentium, de pignorib.* Petr. Rebuff. *in tractat. de congrua, numer. 92.* de quibus *supr. num. 65. cum duob. seqq.*

Secundò prædictam conclusionem, ut nimirum in 87
dicto casu paupertatis Parochi ipsius Parochiani ad oblationes teneantur, ita ampliant Doctores, ut si tunc eas præstare, recusent, poterunt spiritualib. privari; quod tamen intelligi, aut temperari, debet, ut non per ipsos Parochos, sed per Episcopum, vel alium superiorem substractio Sacramentorum fiat, ut benè docet D. Thom. *2. 2. quæst. 86. art. 1. ad 3.* ubi optimè rationem assignat, ne aliàs videatur Parochus pro exhibitione Sacramentorum aliquid temporale in pretium exigere, contra dispositum in his terminis per Text. quem sic intelligunt D. Covarr. & DD. proximè referendi *in cap. ad Apostolicam, de Simonia, & in cap. veniens, eodem tit.* & idem resolvunt Gregor. Lopez *in dict. leg. 9. tit. 19. part. 1. glos. in vers. Adverte*, Thesaur. *Christian. Relig. c. 26. numer. 10.* D. Covarr. *dict. lib. 1. variar. cap. 17. num. 3.* ubi Panormit. Joann. Andr. Felin. Turrecrem. & alios antiquiores refert, Ricc. *in prax. 4. part. resol. 296. numer. 3.* † Ubi idem si ex consuetudine oblationes de- 88
beantur, ut proximè dicam, & Parochiani eas præstare, noluerint, ut similiter Parochus per substractionem Sacramentorum, vel aliter propria authoritate ad earum præstationem eos compellere, non possit, sed id per Episcopum fieri, debeat, & in utroque casu ex aliis Azeved. *in leg. 1. tit. 3. lib. 1. Recop. numer. 9.* Gutierr. *Canonic. lib. 2. cap. 21. num. 152.* idem docent Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 24. numer. 6.* Leo *Thes. For. Eccles. part. 2. cap. 3. numer. 35.* & novissimè Joann. Bapt. Ventrigliol. *in prax. rer. Eccles. annot. 26. §. unic. numer. 36.* ubi & quòd per excommunicationem à superiori compellantur, ut & docuerunt Sot. *de just. & jur. lib. 9. qu. 3. art. 1.* Gutierr. *Canonic. lib. 2. d. c. 21. n. 139.*

Cui verissimæ intelligentiæ, ac doctrinæ ex diame- 89
tro

Digitized by Google

tro adversatur nostra *lex 9. tit. 19. part. 1.* ubi, Parochi indigentia, & paupertate stante, ita ad oblationes Parochianos teneri, ait lex, ut eas præstare recusantes ad earum præstationem Parochus constringere, causativè possit, ibi: *Pero puedelos constrennir de esta manera, no les diziendo las horas*, cujus legis decisionis dumtaxat mentionem faciunt Gregor. Lopez, ibi, Azevedo *ubi supra*, & Gutierr. *dict. cap. 12. nu. 152.* qui eam intelligunt, ut juxta dicta procedat, adito prius superiore, ut de ipsius authoritate, ac jussu, spiritualia per Parochum denegentur.

90 Sed, quidquid isti Doctores dicant, & cum prædicta communi opinione nostram *legem Partit.* concordare, velint, attenta tamen ipsius legis tota contextura, hanc intelligentiam ejus verba meo videri non admittunt, nec à contrarietate cum communi opinione liberari, posse, arbitror; nam dicta *lex 9.* inter duos casus distinctionem facit, nimirum cum ob indigentiam Parochi Parochiani ad oblationes tenentur, vel cum ob consuetudinem offerendi ad eas sunt adstricti, & postquam in primo casu indigentiæ dixit lex, ipsum Parochum ad id eos constringere, posse, spiritualibus eos privando, in secundo id per ipsum fieri, non posse, asserit, sed per Episcopum ad instantiam ipsius Parochi, ex quibus apertè inter illos duos casus quoad Parochianorum ad oblationes compulsionem differentiam constituit nostra lex, & in casu indigentiæ propria authoritate per substractionem sacramentorum ad oblationum solutionem Parochum Parochianos compellere, posse, concedit.

91 Cujus discriminis ratio, qua mota fuit lex, inter dictos casus diversum determinare, non inelegantèr, meo videri, assignari, poterat, ut ideo in primo casu indigentiæ ad superiorem aditus non requiratur, nec ejus jussus ad coactionem per substractionem Sacramentorum nostra lex expostulet ob magnam instantem ipsius Parochi necessitatem, ac indigentiam, quæ moram admittere, non debere, videtur, quia venter dilationem non patitur, ut docent Bald. *in l. pactum 3. in fin. qu. 22. n. 17. Cod. de collat.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 44. num. 36.* & benè *decis. 323. num. 9.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 399. num. 18.* Barbos. *in cap. de Monachis, nu. fin. de Prabend.* quæ in secundo casu cessant, in quo Parocho aliunde etiam necessaria habenti ex consuetudine debentor, & consequenter, in quo periculum, & moræ, ac dilationis, inconveniens cessabat.

92 Sed, quidquid hæc lex statuat, & inter prædictos duos casus differentiam constituat, à supra dicta tamen doctrina, & resolutione D. Thom. D. Covarruv. & aliorum Theolog. ac Canonistarum recedere, non audeo, quia ratio generalis est, & tam primo, quàm secundo casu convenit, ne scilicet pro spiritualibus exhibendis Parochi aliquid exigere, videantur, & consequenter simoniæ labem aliqui præsumere, tenent; quæ omnia cum merè spiritualia sint, & ad forum canonicum spectantia, nihil per leges Regias immutari valet, nec circa hæc aliquid sæculares leges innovare, seu statuere possunt, nec in foro canonico servandæ, ut in similibus casibus resolvunt *ex c. qua in Ecclesiarum, de constit. & aliis jurib.* D. Molin. *de primogen. lib. 2. c. 10. n. 78.* Menchac. *usufreq. q. 5. nu. 5.* Navarr. *in c. novit. de Iudic. notabil. 5.* Petr. Barbos. *in leg. Titia, n. 32. ff. solut. matrimon.* Castill. *lib. 2. controvers. c. 5. n. 26.* Matienz. *in l. 1. glos. 1. n. 1. tit. 25. lib. 5. Recopilat.* Gutierr. *Canonicar. lib. 1. q. 34. n. 23.* alii apud Augustin. Barbos. *in d. c. quæ in Ecclesiarum, ex n. 2.*

93 † Sed, ut ad rem redeamus, supra dicta conclusio, ut, ob indigentiam beneficiati Curati, Parochiani ad oblationes teneantur, dupliciter intelligi, ac limitari, debet.

94 Primò, si ita pariter ipsi Parochiani paupertate laborent, quòd Parocho sufficienter providere, non possint, quo casu curati propriis manibus, vel aliunde sibi providere, debent, ne Parochiani propria paupertate onerati duplici, & majori onere graventur; quare potius ad Episcopum Parochi recurrere, debebunt, ut eis congruam necessariam ministret.

Et hanc intelligentiam, & limitationem tenent Ho- 95
stiens. *in summ. de Parochis*, §. *In quibus*, *vers. In his*, Azeved. *in l. 1. tit. 5. num. 9. lib. 1. Recopil.* Gutierr. *d. lib. 2. Canon. c. 21. n. 139.* Sot. *de justit. & jur. lib. 9. qu. 3. artic. 1.* Barbos. *de offic. Paroch. p. 3. c. 24. nu. 10.* Faria ad D. Covarruv. *d. lib. 1. c. 17. n. 38. in fin.* † Vel etiam prætendere, po- 96
terunt, ut Episcopus utatur remediis Concil. Tridentin. *sess. 21. c. 7. & 8. & sess. 24. c. 3.* ut notant Magister Torre ad D. Thom. *2. 2. d. q. 86. n. 5. & 6.* Patet Leander. *q. Moral. p. 3. disp. 10. q. 7. vers. Sed limitatur.*

Secundò supradicta conclusio non in eleganter limita- 97
ri, potest, quando Parochiani solvunt primitias, & decimas sufficienter ad sustentationem Parochorum: quia tunc etiam si Parochi non habeant congruam sustentationem, vel quia decimæ ad alios usus applicatæ sunt, vel quia inter plura beneficia simplicia, ut adsolet, vel aliter sunt divisæ, aut pensionibus beneficia onerata, ad oblationes Parochiani ob talem indigentiam Parochi, compelli, non debent, ut docet optimè Dominic. Sot. omnino legendus *lib. 9. de justit. & jur. quæst. 3. art. 1.* Pat. Suarez *de Religion. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 5. n. 7.* Augustin. Barbos. *de offic. & potest. Paroch. part. 3. cap. 24. numer. 7.* Raphael de la Torre in D. Thom. *2. 2. quæst. 86. art. 1. num. 5. & 6.* Castro Palao *tom. 2. tract. 10. punct. 17. num. 2.* Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap. 3. dub. 13. num. 3.* Pat. Leander *quæst. Moral. tract. 6. part. 3. disput. 10. qu. 7. vers. Sed limitatione*, & ex Hostiens. Silvestr. & aliis Faria in addit. ad Covarruv. *lib. 1. variar. cap. 17. num. 38.* &
ipse D. Covarruv. † Subdit eleganter, idem servari debe- 98
re in Vicario, qui officium, & Curam animarum exercet in aliqua Parochia nomine alterius, qui, & si absens sit, pingues tamen, & opimos redditus ex decimis, aliisque Ecclesiasticis fructibus jure Parochi percipit, quo casu Parochiani adstringi, non debent, Vicario absentis ratione inopiæ quidquam elargiri, sed absens ipse ex illis redditibus talem Vicarium alere, tenebitur, eique congruam portionem assignare, argum. Text. *in c. de Monachis*, *de Prabend.* & optimè notat Sot. *dict. art. 1.* Gutierr. *Canon. lib. 2. c. 21. n. 155.*

Quartus igitur, & ultimus casus, & quidem dif- 99
ficilior, & frequentior in praxi, in quo oblationes necessariæ frequentius esse, solent; cum, nimirum ex legitima consuetudine Altari, vel aliter fieri, consueverint, quo casu ad eas præcisè Parochianos teneri, omnes communiter asserunt; ex Text. ad rem singular. *in c. ad Apostolicam*, *de simonia*, ubi tales laudabiles consuetudines aliquid in Ecclesia offerendi pia fidelium devotione introductas, Summos Pontifex observari, præcipit; & ex hoc Text resolvunt ibi Panormit. Gloss. Felin. & cæteri Canonistæ, *& in c. suam*, *eod. tit. & in c. veniens*, *de testib.* Bartol. *in l. privileg. C. de Sacros. Eccles.* in quibus, quòd favore Ecclesiæ, aut piæ causæ ex diutina ista præstatione obligatio quæratur, & id etiam expressè cavetur per nostram *l. 9. tit. 19. p. 3.* ubi Greg. Lop.

Et in nostra specie latè ad plura resolvunt D. Thom. 100
2. 2. quæst. 86. artic. 1. vers. Quartò, ubi Raphael de la Torre, Cajetan. & alii referentes, optimè aliis congestis, D. Covarruv. *lib. 1. var. cap. 17. numer. 3.*
† Ubi de consuetudine servanda in aliquibus locis, in 101
quibus Rectori Parochiali ex bonis defunctorum aliqua vestis, seu defuncti lectus, aliave res præstari, solet, de qua consuetudine in aliquibus regionibus, & quòd servari, debeat, benè Hostiens. *in cap. ad Apostolicam*, *de simon.* ubi Innocent. & communiter DD. Henrich. & alii *in cap. Iacobus*, *eod. tit.* Casador. *in dec. unic. in princ. & num. 1. de consuetud.* Gutierr. *Canonic. lib. 2. cap. 21. numer. 160.* qui in favorem Parochi, & etiam Episcopi, alteriusve superioris loquitur, quibus talis res in bonis Parochorum inferiorum decedentium ex consuetudine competit, quam ipsi elegerint, ut in Episcopatu Civitatensi ex
consuetudine immemoriali servari ait, † & quòd luctuosa, 102
sive luctuosa ex talis præstatio appelletur, quia ob mor-

tem defuncti mœroris, ac luctus tempore præstetur:
vel quia ita sub hoc nomine *luctuosa* confirmata, traditur
per Alphonsum Regem Legionensem in hæc verba: *Luctuosam mandamus donari, ubi est usus, & consuetudo terrarum*; ut audivisse, refert Burg. de Paz *in leg. 1. Tauri, num. 22.* sed semper istius confirmationis ex superioribus
ratio petenda est.

103 Quæ igitur de luctuosa, sive luctuosa consuetudo absque dubio insuper servari debet, quidquid contra eam
insurgat Cornæus *consf. 269. circ. princip. col. vers. Tamen bis*, ubi alios plures refert, ut tanquam iniqua non
substineatur; sed eam defendit optimè, & in Regno
Gallecia in pluribus locis servari, ait, latissimè Garcia
104 *de expens. cap. 9. à num. 4.* † Et *à numer. 8.* quòd ad eam immemorialis requiratur, in quo libenter assentior ob maximam juris, & rationis repugnantiam, ut in Dominis
vassallorum in simili casu diximus *supr. cap. 15. §. 4. per tot.*
& præcipuè *à num. 166.*

105 Unum tamen singulariter adde, quòd vigore dictæ
consuetudinis, ex qua electio vestis, seu alterius rei
hæreditatis decedentis Episcopo, vel Parocho competit, vestis quoque scisa penes sutorem existens, nondum tamen suta, eligi, poterit, ut deciduur iu specie per Cappell. Tolosan. *decis. 387.* de qua meminit Boerius *in Consuetud. Bituricens. 161.* & alii per Gutierr. *in loc. citat.* Barbos. *de offic. Parochi, cap. 24. numer. final.*
106 † Quia & in legato generali vestium vestia scissa, penes
sutorem inventa, licet nondum suta, comprehenditur,
ut ex Text. ad rem singular. *in l. vestimentum 22. ff. de aur. & argent. legat.* docent Rebuff. *in leg. vestis appellatione, ff. de verbor. significat. columu. 2. vers. Ex qua*, Menoch.
107 *lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 161. numer. 20.* † Et similiter,
quòd argenti facti nomine cælari cœptum veniat, es Text.
in l. cum aurum 19. aliàs *l. & si non, §. Infecti, versic. Quid ergo, & sequent. ff. de aur. & argent. legat.*

108 Nostram igitur materiam prosequendo circa consuetudinem solutionis oblationum, similiumque præstationum in favorem Parochi, seu Ecclesiæ servandam;
de alia variis consuetudinibus circa diversas Parochianorum præstationea optimè agit, *decis. Pedemont.* Ka-
109 cherani 99. † Ubi quòd Parochus compellere possit
Parochianos ad præstationem ceræ, vel alterius rei,
quam aliquo tempore offerre, consueverint, cum ex
tali diutina præstatione obligare se, velle, videantur, quamvis à principio liberaliter cœperint, offerre, & idem docet Joan. Faber. *in §. Pavonum instit. de rer. divis. in verbo Revertendi*, quem sequitur Joann.
110 Gutierr. *Canonic. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 141.* † Ubi *numer. 151.* optimum casum refert cujusdam Parochiani,
qui pro matre sua defuncta piam memoriam Missæ solemnis sive in cantu cum oblationibus consueta celebrare,
cousueverat, ad quam consuetudinem observandam ipsum id facere tenuentem, & voluntariam fuisse, non vero obligatoriam, & alia plura allegantem, Ordinarium
Civitatensem damnasse, ait in favorem Monasterii D.
Francisci ipsiua Civitatis, ubi mater erat sepulta, sequitur Lara *de anniverf. & Cappellan. lib. 1. cap. 12. numer. 25.*

111 Et hanc resolutionem in nostris oblationibus, quòd
absque dobio earum præstationis pia fidelium consuetudo servetur, ut alioa autiquiorea omittam, docent
plura alia circa hanc consuetudinem afferentes Pat. Suar.
de Relig. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 5. Læsius *de just. & jur. lib. 2. cap. 39. dub. 6. numer. 34.* Azor. *inst. moral. lib. 7. cap. 7. quæst. 11. & cap. 38. quæst. 12.* Augustin. Barbos.
de jur. Ecclesf. lib. 3. cap. 23. numer. 11. ubi quòd, licet à principio hæc consuetudo voluutaria, & minimè obligatoria fuerit, sensim tamen posse, habere vim
legis, & obligare, quia acceptata est, & præscripta,
ut obligatoria, ita Læs. Azor. Suar. Gutierr. *supr. relati*: & noviter quæstionem disputaut, & pro hac opinione in nostra specie resolvunt Castro Palao *tom. 2. tract. 10. punct. 17. num. 4.* ubi plures refert, Fagundea *in quinq. Ecclesf. præcept. lib. 4. cap. 1. numer. 7.* Ricc. *in prax. part. 4. resol. 296. num. 3.* † Ubi per decennium hanc con- 112
suetudinem offerendi præscriptam censeri, asserit, &,
multis congestis, idem tenent Suelves *consf. 24. nu. 8. & 9. cum seqq.* Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap. 3. dub. 13. numer. 4.* Barbos. *in dict. loc. numer. 12.* Joanu. Baptist. Ventrigl. *in prax. rer. Ecclesiastic. annotat. 16. §. unic. num. 35. & 36.*

Quam tamen, licet verissimam resolutionem, duo- 113
bus, & quidem fortissimis objectionibus impugnare libet, ut ex discusione, ac responsione clarior appareat: Primò igitur præfatæ resolutioni obstare videtur,
quòd ex actibus voluntariis, & merè facultativis, uti
oblationes à principio esse, omnes fatentur, præscriptio aliqua, seu consuetudo induci, non possit, nec
aliquod jua, seu obligatio, cum non animo obligandi,
sed omnino voluntariè, ac liberaliter fiant, ut in aliis
actibus facultativis communiter omnes docent ex Text.
in l. viam publicam, ff. de via publica, l. proculus 26. cum
vulgatis, *ff. de damn. infect. leg. 7. tit. 29. part. 3.* Barbos.
& communiter Canonistæ *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet.* & ex Castill. D. Lar. Marin. Galeot.
Prat. & aliis infinit. relatis dixi *sup. cap. 15. §. 4. à num. 3. & à num. 8.*

Secundò obstat, quòd oblationes quid incertum, & 114
extraordinarium coutinere, videntur, quia quandoque
granum, & aliquando viuum, cera, seu panis, aut similia offeruntut, & sic tanquam difformea consuetudine
comprehendi non, posse videntur, quia ad præscriptionem, seu consuetudinem in annuis præstationibus inducendam, absque dubio in eis uniforoitas exigitur, nec
aliter præscribi, aut consuetudine induci, possunt, Text.
in l. Sejo amico, §. Medico, ff. de annuis legat. ubi, legatis
bis, quæ testator vivua præstabat, ea dumtaxat relicta
censentur, quæ certam formam erogationis habuerunt,
non quæ extra ordinem es in certa voluntate, ac liberalitate fuerunt præstita, ita ex hoc Text. communiter DD. &
singulariter Alberic. *in l. usufructu legato 7. ff. de usufr. legat.* Gasp. Baez *de decim. tutor. cap. 25. num. 7. cum sequentibus*, Gutierr. *de tutel. 3. part. cap. 28. à n. 20.* Petr. Barbos.
in l. divortio 8. §. Quod in anno, num. 6. & 7. ff. solut. matrim. Anton. Gom. *2. tom. variar. cap. 11. numer. 48. in fin.*
ubi plura Aillon. Capyc. Galeot. *tom. 2. contr. cap. 32. à numer. 18.* & latius dixi *suo loco*.

Ex quibus duabus objectionibus, seu fundamentia con- 115
trarium supradictæ resolutioni, imò, quòd consuetudine oblationes præscribi nou possint, expresè tenuerunt
Angel. *in summ. verb. Oblatio, numer. 1. & in addition.*
ibi Rossella idqoe affirmare, videntur Innocent. & Anton. But. *in cap. ad Apostolicam, de simon.* dum ibi asserunt, Episcopum ad oblationes consuetas iu futurum offerendas fidelea compellere, non posse, & præcipuè, cum
probetur, vel præsumatur, quòd à principio, & in continuatione voluntariè, ac liberaliter fueriut oblatæ.

Eandemque opiuionem negativam sequuntur Raphael 116
de la Torre in D. Thom. *2. 2. dict. quæst. 86. art. 1. numer. 6. versic. Tertia*, qui latè, & optimè quæstionem
disputat, & pro hac part. refert Sotum *de justit. & jur. lib. 9. quæst. 6. artic. 1.* Villalob. *in summ. 2. part. tractat. 33. defin. 5. numer. 3.* ubi raro contingere, ait, populum ad oblationes ex consuetudine obligari: *Porque* (ut ipse asserit) *lo que ofrecen los Parroquianos no es con animo de obligarse, lo qual era necessario para la costumbre.*
Et pro hac opinione resolvit etiam noviter Pater Leaoder
quæst. moral. part. 3. tractat. 6. disputat. 10. quæst. 8. qui contrariam affirmativam sententiam tunc solum procedere,
affirmat, cum verosimiliter, aut certè coustat, ex
oblationibus præteritis Parochianos se iu futurum obligare, voluisse; quod ex immemoriali cousuetudine offerendi absque dubio præsumi, debere, ait ipse Leander.
in vers. Respondeo primo, in fin. quasi ex immemoriali obligatio offerendi non iuducatur, nisi de animo se obligandi in offerentibua aliunde constet.

Sed

117 Sed prædictis argumentis, & DD. placitis non obstantibus, non est recedendum à priori communissima affirmativa opinione, juxta quam oblationes consuetas necessarias, & in posterum præscriptas resolvi-
118 mus. † Nec primo obstat prædicta regula superius in primo argumento ponderata, in facultativis, videlicet, consuetudinem nullam, aut præscriptionem induci, posse, & consequenter, quòd in nostro casu oblationes, ut facultativæ, & ex mera voluntate dependentes præscribi, non valeant.

119 Cui difficultati faciliter responderi, potest, si animadvertamus, dictam regulam *de facultativis*, in nostratum oblationum præscriptione, utpotè in favorem Ecclesiæ inducta procedere, non posse, quia communiter favore Ecclesiæ, seu piæ causæ per Doctores limitatur *ex cap. veniens* 10. *de testibus*, & est Text. singularis *in dict. cap. ad Apostolicam*, *de simon.* in quibus juribus, *& in cap. suam*, *numer.* 5. *de simon.* docet optimè Abbas in nostris oblationibus, & Felin. *in dict. cap. veniens*, *numer.* 3. ubi & cæteri Canonistæ, & ut anti-
120 quiores omittam, † in aliis præscriptionibus favore piæ causæ loquentes, plenè ad plures casus, & quæstiones rem pertractant, Joann. Faber. *in §. Pavonum instit. de rer. divis.* Roman. *singul.* 433. Pater Suarez *de Religion. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. Azeved. *in leg.* 1. *numer.* 9. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop.* ubi ad id refert Octavian. Kacher. *decis. Pedem.* 99. *numer.* 43. *cum sequentibus*, Thesaur. Christian. Relig. *cap.* 26. *num.* 10. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 210. *nu.* 13. *cum seqq.* Bonac. *de simon. quæst.* 6. *punct.* 5. *num.* 2. Joann. Gutierr. *Canon. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 144. &, ultra istos, cum aliis Barbos. *in cap. ad Apostolicam*, *de simon. à num.* 28. *&* 13. Faria in Add. ad Dom. Covarruv. *lib.* 1. *variar. c.* 17. *num.* 41.

121 Quæ limitatio regulæ in facultativis favore piæ causæ, tunc maximè, & absque dubio procedit, imò tunc eam intelligerem, cum præstationes offerri solitæ non simplicis liberalitatis initium, sed aliquam verosimilem causam onerosam correspectivam habuerint; In hoc namque casu oblationes, aliæve præstationes, quæ facultativæ prætenduntur, initium merè voluntarium habuisse dici, non potest, sed potius ex causa onerosa, aut recompensativa, ut consequenter earum præscriptio absque ullo piæ causæ favore procedat: quæ notabiliter in similibus præstationibus docuit Panormit. *in cap. suam*, *numer.* 5. *de simon.* qui ex dicta ratione earum præscriptionem, aut consuetudinem servandam esse, ait: quia non ea mera liberalitate per Parochianos in initio datæ censentur, sed propter oneris compensationem: fuitque etiam originalis doctrina Petr. de Ancharr. *in Clement. unic. num.* 4. *de concessione Prœbend.* in qua notabili ad rem limitatione, speciali hac proxima ratione inspecta, procedit manifestè decisio Text. *in dict. cap. ad Apostolicam*, *de simon.* ubi laicorum consuetudines, circa easdem præstationes servandas deciditur, ut superius diximus, & de ejus pleniori intellectu ex proximè adducta ratione dicam *infra in section. sequent.* ubi latè ad eleemosynam, & alias pias præstationes, quando etiam in eis præscriptio locum habeat, vel non?

122 Quare, cum in nostris oblationibus causa onerosa ex parte Parochi interveniat, qui invicem spiritualia ministrat, consequenter etiam oblationes ei præstari consuetæ non ea mera facultate, aut voluntate pendere, dicendum, sed potius ex quadam gratitudinis necessitate, & animo compensandi spiritualia recepta per Parochianos, & sic correspectivè ad onus, & consequenter necessariæ, censeri, debent, & præcipuè, cum ipsi Parocho, dum spiritualia ministrat, in eisdem labores, ac onera plerumque, & propter administrationem Sacramentorum substinenti offerantur; ut benè animadvertunt Hostiens. *in Summ. tit. de Paroch. nu.* 3. *versic. Et hac Presbyter*, Abb. *in dict. cap. ex transmissa*, *n.* 5. Egyd. *cons.* 2. *n.* 13. Cardinal. Tusch. *practicar. litt. O. conclus.* 11. *n.* 10. &, multis congestis, Posth. post tract. *de manutent.* *dec.* 166. *n.* 8. meritò igitur ea his absque ulla difficultate prædictam regulam *de facultativis*, in oblationibus procedere non posse dicendum est, sed imò earum præscriptionem substinendam, ejusque vigore ad necessitatem redigi, ut ex eleganti, & notabili doctrina Bald. *in cap. licet*, in principio, *tit. si de feud. fuer. controvers.* docet, licèt ad aliud, singulariter tamen ad rem Philipp. Decius *cons.* 421. *nu.* 11. ibi: *Et quando quis vult aliquid consequi prætextu oblationis, tunc oblatio necessaria est.*

Quæ nota, ut oblationes, aliæve Parochianorum præ- 123
stationes, tanquam necessario præstandæ, & sic certæ in congrua habeantur, juxta resoluta supr. *ex num.* 62.

Secundò non obstat alia objectio supra adducta *ex dict.* 124
leg. Sejo Amico, *§. Medico*, *ff. de ann. legatis*. Ex qua dicebamus, oblationes tanquam quid extraordinarium, & difforme continentes, consuetudine, aut præscriptione introduci, videri, non posse; nam dicendum est, ex tali difformi quoad quantitatem consuetudine offerendi, certum esse nullam obligationem quoad quotam præscribi, aut induci, posse, ob incertitudinem possessionis: secus vero quoad ipsam præstationem; quia cum præstationes in genere certæ sint, sufficit, ut etiam in genere jus præstationum præscriptum censeatur, quod solum in hac oblationum præscriptione prætenditur: non verò, ut certa quantitas, aut quota offeratur, cum & oblationes ex sua natura, licet indigentiæ Parochi causa, aut consuetudine quoad præstationem sint necessariæ, quoad quotam tamen semper remanent voluntariæ, notant optimè D. Thom. 2. 2. *quæst.* 86. *art.* 1. ubi Cajetan. Torre, & alii repetentes, & ad rem, licèt non tam expressè, ita ferè respondit Gutierr. *lib.* 2. *Canonic. cap.* 21. *nu.* 145. qui aliam quoque solutionem adducit, sequitur Suelves *tom.* 1. *semicentur.* 1. *cons.* 24. *n.* 14. aliàs namque ferè numquam supra dicta textualis, & communis resolutio practicari, posset, si tam exactè oblationum solutionis uniformitas circa res, & quantitatem requireretur, ut consuetudo solvendi præscripta censeatur; cum plerumque in earum præstationibus, maximè quoad quantitatem, fideles variare, soleant, prout cujusque erat devotio, & diei Festivitas expostulat, Suelves *ubi proximè*, *n.* 15.

Ex quibus plenè resoluta manet nostra principalis quæ- 125
stio circa oblationes, & similia emolumenta, quæ ex latè supra traditis clarè constat, quando voluntaria, vel necessaria sint? & consequenter, quando inter fructus beneficiorum computari, debeant, necne? juxta superiorem distinctionem *in princip. hujus c.* adductam.

§. Unic.

ARGUMENTUM.

Agitur plenè juxta materiam capit. præcedent. & pro pleniori ipsius intellectu, de eleemosyna per plures annos Monasterio, aliive Communitati, seu pio loco præstari solita, an etiam in futurum præstari, debeat, necne? ut inter fructus, seu proventus Monasterii, alteriusve Communitatis juxta dicta *in cap. præcedent.* computetur, vel non? Et quid si privatis pauperibus diu præstita fuerit. Plenè intelligitur vulgaris regula in facultativis præscriptionem prohibens, & communis Doctorum hujus regulæ favore piæ causæ limitatio, quando procedere, debeat? ad verum, & singularem intellectum Text. *in cap. ad Apostolicam*, *de simon.*

SUMMARIUM.

1 *Hujus §. quæstionis cum præcedentis capitis materia connexio.*
An nempè eleemosyna per plures annos præstita perpetuo in futurum sit præstanda, vel non? ut consequenter juxta distinctionem capitis præcedentis, si necessaria sit, inter fructus Ecclesiæ, aut Monasterii, seu Beneficii habeatur; contra verò, si voluntaria, ibidem.
2 *Opinio negativa, ne eleemosynam præstandi necessitas aliquo tempore præscribatur.*
3 *Eleemosynæ præstatio est actus merè facultativus, & omnino voluntarius.*
4 *Non cadit sub præcepto, sed semper est de consilio, nisi in casu extremæ necessitatis.*
5 *Quid in divitibus, ultra vitæ, & statui necessaria, superflua alia bona habentibus.*
6 *Miratur Author de divitibus, & Potentioribus magnis divitiis affluentibus, qui non solùm vitæ, & statui superflua eleemosynarum præstationibus non erogant, sed ea superfluis, & variis sumptibus, & quandoque illicitis consumunt.*
8 *Referunt DD. pro superiori, in principali quæstione, negativa sententia resolventes, cum n. seqq.*
9 *Civitas si per modum statuti, vel simplicis eleemosynæ, eam aliquo tempore præstiterit, in futurum præstare, non est adstringenda secundum Alexand.*
10 *Quid si per modum privilegii præstiterit?*
11 *Refertur opinio affirmativa: eleemosynam nempè per viam statuti, aut privilegii, aut simplicis eleemosynæ per aliquot annos pauperibus, Monasterio, vel similibus præstari solitam per Civitatem maximè, aliamve Communitatem, perpetuo in futurum solvi, debere: cum n. seqq.*
12 *Et quòd saltim non aliter, quàm ex justa causa.*
In eleemosyna fratribus minoribus, vel aliis Religionibus diu præstita, ibidem.
13 *In eleemosyna, quam ex consuetudine Parochiani suo Parocho diu præstare, consuevere.*
15 *Limitatur per DD. hujus sententiæ regula in facultativis favore piæ causæ.*
18 *In expectantibus ad Cultum Divinum.*
19 *In Presbyteris, qui propriæ Ecclesiæ ornamenta pro usu cujusdam confraternitatis diu commorare, consueverint, necnon, & campanas pro majori festi celebritate: quod in futurum id facere, compellantur.*
20 *Distinguitur, pro concordia istorum Doctorum.*
Referunturque plures casus, in quibus ex consuetudine eleemosyna longo tempore præstita fuerit, veluti ex conventione, statuto, privilegio, aut simplici consuetudine: & quid in unaquaque ex his speciebus? separatim tractatur: cum n. seqq.
21 *Quid in primo casu, cum ex conventione, concordia, aut per viam contractus, eleemosyna, vel quid simile pauperibus Religiosis, aut similibus fuerit præstitum, an etiam in futurum necessario præstandum?*
Hujusmodi pactiones in initio fundationis Monasterii inter ipsum Monasterium, & oppidum adiici, solent, & servandæ: ibidem.
22 *Quid si virtute privilegii per oppidum Monasterio, vel alii Communitati eleemosyna sit soluta?*
23 *Et si eam per viam statuti Civitas, aut oppidum Monasterio, vel confraternitati, aliive operi pio diu præstiterit, an tale statutum revocari valeat? & n. seqq.*
Refertur opinio affirmativa: ibidem.
24 *Laicorum statuta, ex quibus aliis, Clericis maximè, aut piæ causæ commodum sequitur, liberè in eorum præjudicium per statuentes revocari posse, juxta aliquos, & n. 25.*
Adducitur pro hac sententia Text. in l. si quis Curialis, C. de Episcop. & Cleric. *ibidem.*
27 *Resolvitur pro negativa opinione, cum num. seqq.*
28 *Statuta liberè per statuentes in aliorum præjudicium revocari, posse, notabiliter ad rem declaratur, sive limitatur: quando ex statutis utilitas aliquibus secundario evenit, vel principaliter conceditur?*
30 *Quid, stante justa causa ingratitudinis videlicet, vel alia?*
31 *Refertur quartus, & ultimus casus, cum nempè simplici præstatione eleemosyna per plures annos fuerit soluta, nullo adid statuto, aut conventione præcedente; an tunc ratione præscriptæ consuetudinis necessario in posterum sit solvenda?*
Loquuntur maximè in hoc casu DD. pro contraria sententia præcitati, ibidem.
32 *Distinguitur (pro eorum concordia, & intellectu* dict. cap. ad Apostolicam, de simon.) *inter eleemosynam in initio liberaliter, & ex mera facultate præstitam, vel cum intuitu alicujus servitii, aut in recompensationem spiritualium, aliave ex causa, oblatam, & quid in utroque casu? cum num. seqq.*
Limitatio regulæ in facultativis favore piæ causæ quomodo procedat? notabiliter declaratur: d. nu. 33 cum seqq. & ex n. 40.
34 *Eleemosyna ex causa reciproca, aut recompensativa longo tempore præstita, præscribitur in posterum, & necessaria efficitur ad plures eleemosynarum, & oblationum species, aut res per Parochianos, vel alios oblatas, cum n. seqq.*
36 *Confirmatur hujus casus resolutio per Text.* in dict. cap. ad Apostolicam, de simonia, *de cujus intellectu plenè, & noviter tractatur: cum num. sequentib.*
40 *Declarantur, juxta hunc casum, & resolutionem, DD. superius pro contraria affirmativa sententia indistinctè relati, cum n. seqq.*
48 *Quando eleemosyna, vel similes præstationes ex causa reciproca, vel recompensativa; vel potius ex mera facultate, liberaque voluntate soluta censeantur? in eleemosynis, aliisque oblationibus præstitis per Parochianos suis Parochis, necnon in Monasteriis, & similibus personis spiritualia administrantibus, vel non: cum n. seqq.*
Quid si pauperibus mendicantibus per privatos eleemosyna diu facta fuerint, ex n. 51.
54 *Quid si per Episcopos, ad revocationem, & alia?*

PRæcedentis igitur capitis ultimæ quæstioni, ubi 1
de oblationum præscriptione egimus, proxima est
alia magis notabilis, nec minus difficilis quæstio:
An, videlicet, eleemosyna per plures annos præstita
perpetuo in futurum præcisè sit præstanda, vel non? ut
similiter (etiamsi necessaria sit) inter fructus Ecclesiæ,
aut Monasterii, seu beneficii, cujus intuitu præstari,
consueverit, imputetur: si verò adhuc, non obstan-
te consuetudine, voluntaria remaneat, fructus nullo
modo dici, possit, juxta distinctionem *supra in prin-
cip. cap. præceden.* traditam, ubi ad similia emolumenta
annua plenè resolvimus, si necessaria, & certa sint, in-
ter fructus beneficiorum connumerari, debere, secus
autem si voluntaria sint.

In qua nostra eleemosynæ difficili quæstione opinio 2
negativa, videlicet, quòd, nec ex diuturna eleemo-
synæ præstatione, quis ad eam in futurum cogi, pos-
sit, sed semper in ejus libera, & spontanea voluntate
remaneat, fundari potest, † ex eo, quòd eleemosy- 3
nam præstare, sit actus merè facultativus, & omnino
voluntarius, Text. *in cap. præsens* 20. qu. 3. Divus Tho-
mas 2. 2. q. 17. *artic.* 1. & proximè referendi. † Nec sub 4
præcepto cadit, sed semper est de consilio, nisi in casu
extremæ necessitatis, idem Angelicus Doctor, *ubi proxi-
mè*, quem communiter omnes sequuntur, maximè,
Sum-

5 Summistæ *in verb. Eleemosyna*, † & præterquam in diviti-
bus, ultra vitæ, & decenti statui necessaria, superflua
alia bona habentibus, quos non tantum in extrema pro-
ximi necessitate, sed in communibus, & magis frequen-
tioribus egestatibus, de his superfluis bonis ad eleemo-
synæ præstationem sub peccato mortali teneneri, est ve-
rior, & communior Doctorum sententia, ut constat ex
Div. Thom. 2. 2. *quæst.* 31. *artic.* 5. & 6. & ibi Cajetan.
& *in Opuscul. de precept. Eccles.* ubi benè explicat ver-
ba Div. Thomæ magnisque rationibus hanc sententiam
ex eo deducit, idem Angelicus Doctor *quæst.* 65. *art.* 7.
& *in quæst.* 118. *art.* 4. & *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 2. *artic.* 1.
& *quæst.* 1. *in eadem distinct.* Paludan. *quæst.* 3. optimè di-
stinguens doctissimus Silvester. *in summ. verb. Eleemo-
syna*, *quæst.* 1. *numer.* 4. Felin. *in cap.* 1. *ad fin.* 1. *dist.*
Bart. Fun. *in summ. verb. Eleemosyna*, *numer.* 3. Navarr.
in Manual. cap. 15. *n.* 5. Gregor. de Valent. *disput.* 3. *qu.* 9.
de eleemosyna, *punct.* 4. *vers. Secunda sententia*, *col.* 658.
D. Franc. Sarmient. *de reddit. Eccles.* 4. *part. cap.* 5. *num.* 4.
Medin. *in tractat. de eleemosyna*, *cap. de necessit. dand.
eleemos.* qui hanc sententiam veriorem ait, saltim, ubi
contigerit gravis, & maxima necessitas, etiam si extre-
ma non sit, nec itidem communis; quem sequitur in
hoc casu tutiorem Div. Thom. & sequacium opinionem
judicans Dom. Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. *col.* 2. *vers.
Secunda conclusio*.
6 Quæ, si ita vera sunt, miror de Potentioribus, &
Magnatibus magnis divitiis, ultra ad statum necessaria,
affluentibus, nec miror tantum, quòd de his super-
fluis naturæ bonis in maximis proximi necessitatibus,
quæ frequentissimè omnibus patent, superflua hæc elee-
mosynarum præstationibus non erogent: quantum de
ipsis divitiis erogatis in aliis satis superfluis, & vanitate
plenis sumptibus, & quandoque per se illicitis: miror
solum, non exigo rationem, quia eam unusquisque pro
acceptis Deo optimo Maximo omnia perscrutanti, &
cognoscenti redditurus est.
7 Ex quibus, prosequendo nostram materiam, & su-
periorem quæstionem, cum eleemosyna, juxta præfata,
præter dictos casus, voluntaria, & omninò facultativa
sit, nullam consequenter ex ejus, quamtumvis antiquis-
sima præstatione, obligationem induci, posse, conclu-
di, videtur, ut in aliis actibus facultativis alibi sæpius
diximus.
8 Et in terminis hujus eleemosynæ voluntariæ præsta-
tionis, ut ad libitum dantis dimenti, debeat, &
quòd, ejus voluntate cessante, amplius ad eam quis
adstringi, non possit, non obstante, quòd per plu-
res annos præstare, consueverit, resolvunt, & do-
cent originaliter Cyn. & Imol. *in leg. non amplius*, *in
princ. ff. de legat.* 1. & ibi Alexand. *numer.* 5. qui Cyni opi-
nionem sequitur reprobans contra Fariam sententiam
Bartol. pro qua communiter allegatur Text. *in leg. pri-
vilegia*, *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* & idem Alexand.
cons. 209. *numer.* 14. *vol.* 2. qui hoc amplius contra Bar-
9 tolum insistit, † dicens, quòd etiamsi Civitas per
modum statuti, vel simplicis eleemosynæ eam aliquo
tempore præstiterit, tunc non posset probari decisio
Bartoli asserentis, talem eleemosynam per Civitatem
revocari, non posse, sed imò Alexand. ait, adhuc
revocabilem esse, quia ex simplici præstatione obliga-
tio oriri, non solet, *leg. certis annis*, cum materia,
10 *Cod. de pactis*, ubi communiter notant DD. † Et quòd
dictum Bartoli procedere, posset, quoties per modum
privilegii eleemosyna Religiosis vel aliis similibus paupe-
ribus personis esset concessa; quia tunc revocari, non
deberet, ut & notat Innocent. *in cap. innotuit*, *verb.
Theologos*, *de judiciis*, & Tiraquel. *de privileg.* 159.
Barbos. *in dict. leg. privilegia*, *Cod. de Sacrosanct. Eccles.
à num.* 1.
11 Et hanc opinionem Alexand. quòd quandocumque
eleemosyna revocari, possit, tenent contra Bartolum
Raph. Fulgos. & Paul. de Castr. *in dict. leg. privilegia*,
Cod. de Sacrosanct. Eccles. Salicet. *in auth. cassa*, & *irri-
ta*, *eod. tit.* &, aliis relatis, Dominic. Tasson. *in observ.
jur. in pragm. de antefat. vers.* 11. *obs.* 2. *ex n.* 1.
Quibus tamen non obstantibus contrariam opinio- 12
nem affirmativam, imò, quòd sive per viam simpli-
cis eleemosynæ, vel statuti, aut privilegii eleemosy-
na per aliquot annos pauperibus præstari solita fuerit,
in posterum perpetuo debeatur, nec amplius revoca-
ri, valeat: & præcipuè in Civitate, vel alia universita-
te, quæ Religiosis Mendicantibus, vel aliis eleemosy-
nam ex consuetudine, aut vigore statuti, seu privile-
gii præstiterit, quòd eam immutare, aut revocare,
non liceat, tenent ex doctrina communiter recepta Bar-
tol. *in dict. leg. privilegia*, & ex Text. ibi, *Cod. de Sacros.
Eccles.* Abb. *in cap. pen. de sepult. numer.* 8. Felin. *in cap.
Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *numer.* 67. *de constitut.* ubi hanc
Bartoli opinionem latè defendit, & eam sequitur, Are-
tin. *in leg. non amplius*, §. 1. *ff. de legat.* 1. & juxta eam ju-
dicatum referunt per Collegium Paduanum Addentes ad
Alexand. *in dict.* §. 1. & Innocent. *in dict. cap. ad Aposto-
licam*, *numer.* 3. *de symon.* & fuit etiam antiqua doctrina
Paul. Eleazar. *in cap. in litteris*, *de restitut. spoliat. ex dict.
cap. ad Apostolicam*, quem referunt, & communiter om-
nes sequuntur Felin. *in dict. cap. ad Apostolicam*, Hypo-
lit. de Marsil. *singul.* 192. Avendañ. *de exequend.* 2. *p. c.* 4.
num. 18. qui, licèt per actus voluntarios, & merè facul-
tativos obligationem in futurum induci non posse, dicat,
id tamen limitat, & intelligit, nisi diutina præstatio ex
mera liberalitate favore piæ causæ intervenerit, † ut pu- 13
ta, ibi: *Limosna para Monasterios*, *ò lenna*, *que se sue-
le dar las Pasquas a los Hospitales*; nam talia præstantes
in futurum obligari, ait.
Et pro ista Bartoli opinione resolvere, videtur Jason. 14
in dict. leg. non amplius, *de legat.* 1. *à numer.* 8. Ubi, pro
concordia antiquorum, asserit, non aliter Civitatem
statutum, vel consuetudinem circa eleemosynam fra-
tribus Minoribus, vel aliis Religiosis præstandam re-
vocare, posse, nisi justa causa interveniente; & in
statuto idem docuit Gemin. *in cap.* 1. *de constitut. in* 6. *sub
numer.* 19. & in consuetudine, & quòd decennalis suf-
ficiat, Ofasc. *decis.* 99. *numer.* 17. *part.* 1. ad quam con-
cordiam se refert Tiraquel. *de privileg. piæ caus. privi-
leg.* 159. *in fin.* ubi dubius, & irresolubilis in hac quæstio-
ne remanet.
Et indistinctè pro Bartoli sententia est optimum, & 15
singulare consilium Francisc. de Pont. 144. qui in eadem
causa scripsit, qua Dominic. Tason. *ubi supr.* de quo me-
minit Molfes. *in sua summ. moral. Theol. part.* 2. *tract. de
contract. cap.* 3. *numer.* 143. ubi pro Ponte judicatum
fuisse, refert, ut nimirum Monasterium eleemosynam,
quam pauperibus Universitatis præstare, consuevit,
in futurum necessario præstaret, quam decisionem refert
quoque Joann. Bapt. Thor. *in compend. decis.* 1. *part. verb.
Possessorium*.
Et in statuto, aut consuetudine idem docet, nullo ta- 16
men ex his relato, præter Tiraquel. August. Barbos.
in collect. ad dict. leg. privilegia, *Cod. de Sacros. Eccles.
à numer.* 1. † & idem in eleemosyna ex consuetudine per 17
populum Parocho præstari solita, ut perpetuo solvi,
debeat, docet benè, & pluribus relatis, Surd. *de ali-
ment. tit.* 1. *quæst.* 60. *numer.* 6. *cum sequentibus*. † Quæ 18
opinio ea præcipua ratione, ac fundamento nititur,
juxta plures ex DD. supr. relatis, quia videlicet, quam-
vis ex dicta regula, in actibus facultativis nec præscri-
ptio, nec aliqua obligatio ex diutina præstatione oria-
tur, hoc tamen communiter per DD. favore piæ cau-
sæ limitatur, ex doctrina per omnes ad hoc relata Pau-
li de Eleazar. *in dict. cap. in litteris*, *de restitut. spoliat. nu-
mer.* 14. quem omnes ad hanc limitationem singulariter
notant, & eam docent Abb. *in cap. suam*, *num.* 8. *de si-
mon.* Felin. *in dict. cap. ad Apostolicam*, *num.* 3. *vers. Præ-
dictis adde*, *eod. tit.* qui in nostra specie loquuntur, in
qua etiam optimè hanc limitationem, & rationem tradit

Avendañ. de exeq. 2. part. dict. cap. 4. num. 18. Osasc. decis.
99. num. 17. & plutes ex suprà relatis.
19 Et generaliter in aliis pluribus casibus istam limitatio-
nem favore piæ causæ ad dictam regulam in facultativis
docent Curt. in l. si certis annis, num. 18. Cod. de pact. &
aliis relatis Beltramin. in addit. ad Alesand. Ludovis. de-
cis. 162. in fin. & ex Lara, Vetall. & aliis Cencius de cen-
sibus, quæst. 81. num. 15. vers. Secundò quia, & cum mul-
tis August. Barbos. in collect. ad cap. ad Apostolicam, de si-
mon. nu. 2. & n. 15. & 8. ubi Covarruv. Bellet. & alios re-
fert, & idem docet Matin. variar. resolut. lib. 5. cap. 78.
num. 10. & optimè D. Michael. Anton. Frances de Urru-
tygoit. in suo tractat. de Eccles. Cathedr. cap. 25. num. 309.
cum sequentibus, ubi ad id refert Franc. Toodut. quæst. be-
nef. part. 1. quæst. 39. num. 17. & melius, quæst. 78. num. 10.
20 † Ubi, quòd in spectantibus ad cultum divinum dicta re-
gula, in facultativis, non procedat ex elegant. Rot.
21 decis. 360. num. 17. in fin. part. 1. recent. † Ubi quòd Pres-
byteri; qui ornamenta propria pro usu cujusdam Confra-
ternitatis commodare, consueverant, necnon campa-
nas suæ Ecclesiæ pro majori festi celebritate, in futurum
id facere, compellantur; io quibus etiam casibus ex ea-
dem ratione notat optimè Franc. Tondut. quæst. benefic.
part. 1. quæst. 47. à num. 13. & quæst. 63. num. 3. & quæst. 39.
num. 17.
22 Inter quorum Doctorum contrarias opiniones, licet
meum judicium interponere, pudeat, ex ipsis tamen eo-
rum doctriois originalibus rectè perpensis veram concor-
diam, & resolutionem nostræ difficilis quæstionis dedu-
cendam existimo: quæ, ut clarius pateat, singulos ca-
sus, videlicet, præstitæ eleemosynæ ex conventione, sta-
tuto, privilegio, aut simplici consuetudine, distinctè
percurram, ut ita certa ab incertis separando facilius in-
telligi, possint opiniones antiquorum, quorum plures,
& eos sequentes moderni permiatum, & nulla differentia
facta, loquuntur.
23 Et in primis si ex conventione, concordia, aut per
viam alterius contractus eleemosyna, aut quid simile per
Monasterium oppidi pauperibus, vel è contra per ipsum
oppidum Monasterio fuerit præstitum (quæ, & similes
pactiones inter oppida, & Religiosos in initio fuodatio-
nis Monasterii iniri, solent, ut ob id ad habitandum in
aliquo loco Religiosi invitentur, aut per ipsa oppida reci-
piantur) in quo quidem casu res est absque controversia,
quia vigore harum conventionum eleemosyna per ali-
quot annos præstita perpetuò solvi, debet, cum tunc
non ea voluntate, aut mera facultate præstita censeatur,
sed ex necessitate pactionum, quæ omninò servari, de-
bent, ut in nostra specie docent Fulgos. in dict. l. privile-
gia, Cod. de Sacrosanct. Eccles. quem sequitur Alesand.
cons. 209. num. 14. volum. 2. Jason. in dict. l. non amplius,
num. 9. & 10. de legat. 1. Abb. ita intelligend. cons. 6. col. 3.
volum. 2. ubi similis conventio præsuponitur, Dominic.
Thasson. observ. jur. in dict. pragm. de antefat. versic. 11.
obs. 2. num. 20. & 208.
24 Secundò autem, si virtute privilegii, seu concessio-
nis per oppidum Monasterio, vel alii Communitati elee-
mosyna sit soluta, idem, ac in supradicto primo casu
dicendum existimo, ut eodem modo perpetuò præstari,
debeat, qoin privilegium revocari, possit, tenent ex
Text. in dict. l. privilegia, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Fe-
lio. in dict. cap. ad Apostolicam, de simon. num. 2. & 3. ubi,
quòd privilegia circa eleemosynam, vel alias similes præ-
stationes per Civitatem immutari, nequeant, & idem
Felin. in cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitut. num. 97.
& per Innocent. in cap. novit. verb. Theologos, docet Paul.
de Castr. in l. si quis curialis, Cod. de Episcop. & Cleric.
ubi sic iotelligit Bartol. in dict. l. privilegia, quibus con-
venit Alexand. dict. cons. 209. num. 14. vol. 2. licet in sim-
plici consoetudine præstationis eleemosynæ contrarium
voluerit, ut dictum remanet, & idem docet Augustin.
Barbos. in dict. l. privilegia, à num. 1. qui tamen nullum
refert, præter Tiruquel. de privileg. pia caus. dict. privi-
leg. 159. qui satis confusè loquitur, nec quidquam re-
solvit; sed opinionem istam Felini docet benè Dominic.
Tasson. in dict. pragm. de antefat. versic. 11. observ. 2. à
num. 188.
Tertius igitur casus erit, si virtute statuti Civitatis 25
eleemosyna Monasterio, vel Confraternitati, aut aliis
operi pio præstita fuerit, in quo casu major est difficul-
tas, quia hoc statutum, & eleemosynam ejus virtute
præstitam per oppidum, vel Civitatem ad libitum revo-
cari, posse, in expresso asserunt Cin. & Imol. in dict. l. non
amplius, Salicet. in auth. cassa, Cod. de Sacrosanct. Ec-
cles. & per eum idem tenent contra Bartoli doctrinam
Fulgos. & Paul. de Castr. in dict. l. non amplius, idem
Fulgos. in dict. l. privilegia, Cod. de Sacrosanct. Eccles. &
signanter facit Text. in l. si quis curialis, Cod. de Episcop.
& Cleric. juncto ibi Bald. † qui ea eo Text. infert, quòd, 26
licet controvertatur, an, & quando laici in præjudicium
Clericorum statuta condere, possint, facta tamen in eo-
rum favorem eis revocare, licet, quod ut notabile mul-
tum ad rem commendat opinionem Bartoli, & sequa-
cium acriter carpens Alexand. in dict. l. non amplius, nu. 5.
de legat. 1. & idem alios antiquiores referens in d. cons. 209.
num. 14. † qui omnes ea, ut vides, ratione, moventur, 27
quia videlicet, liberum esse statuentibus propria statuta
revocare, asserunt, ut & notat ad rem Dominic. Tasson.
in dict. pragmat. de antefat. versic. 11. observ. 2. à num. 188.
ad alios plures casus idem docent Bald. in l. etsi severior,
num. 10. Cod. ex quib. caus. infam. irrog. Abb. in cap. cum ac-
cessissent, num. 4. de constit. & ibidem Felin. num. 11. & 12.
Gambar. de potestat. Legat. de Later. lib. 10. num. 442. San-
chez de matrimon. lib. 8. disput. 17. num. 31. aliis relatis no-
viter Oliva in tract. de for. Eccles. part. 2. quæst. 40. ex nu. 1.
& ex num. 6. ubi, quòd etiamsi talia statuta jurata sint,
renocari, valeant ab statuente, quamvis ipse ex in-
observantia juramenti à peccato immunis non rema-
neat.
Quibus tamen non obstantibus, contrariam opinio- 28
nem, quam ut veriorem, & communiorem amplector,
imò quòd eleemosyna à Civitate, vel alia Universitate
virtute statuti per aliquot annos præstita præcisè in futu-
rum solvi, debeat, nec statutum revocari, possit, te-
neor, & pleoè resolvunt communiter antiquiores ex cap.
ad Apostolicam, de simon. dict. l. privilegia, Cod. de Sa-
crosanct. Eccles. & ex receptissima doctrina Bartol. in dict.
l. privilegia, quem omnes ad hoc referunt, & in l. omnes
populi, in 13. quæst. principal. de just. & jur. Ludovic. Ro-
man. in auth. similiter in nono special. Cod. ad leg. Falcid.
Gemin. in cap. 1. column. 6. de constitut. in 6. & in cap. qua
in Ecclesiarum, in 3. column. de constit. Abb. in cap. penult.
de sepultur. num. 8. benè Felin. in cap. Ecclesia Sancta Ma-
riæ, numer. 97. de constitut. & in dict. cap. ad Apostolicam,
de simon. & pro ista Bartol. opinione resolvunt Addent. ad
ipsum Bartol. in dict. leg. privilegia, litt. F. & etiam addi-
tio ad Alexand. ipsius contrariam sententiam reprobans
in dict. l. non amplius, litt. B. ubi pro Bartoli opinione re-
fert judicatum; quia si ex consuetudine eleemosyna Mo-
nasteriis, aut Ecclesiis, præstita, juxta plurium sen-
tentiam, de qua infra proximè, revocari, non potest;
quanto minus statuto cum ipsa solutionis consuetudine
concurreote, ut ex aliis antiquioribus docet Aretin. in
dict. l. non amplius, ff. de legat. 1. ubi latè etiam omni-
bus congestis, resolvit Jas. à n. 20. & fin.
Nec prædictum fundamentum contrariæ opioionis 29
obstat, ex quo statuta ad liberum arbitrium statuentium
etiam in aliorum præjudicium revocari, posse, diximus;
quia, meo judicio, quidquid dicendum sit, cum ex sta-
tutis secundariò aliquibus commodum quæritur, hoc
limitatem, quoties principaliter statuta in favorem alte-
rius oppidi, sive communitatis facta inveniuntur, quia
tuoc noo tam statuta, quam contractus, aut promis-
siones sunt dicenda, ex quo revocari, non poterunt, ma-
ximè in præjudicium piæ causæ, ut in nostra eleemosynæ
quæstione, in quo non tantùm contractus, sed proprius
vota,

vota, hæc statuta appellarem; nam nihil aliud est votum, quàm simplex promissio Deo, aliive operi pio facta, quam in his eleemosynarum statutis includi, nemo negabit, de quibus promissionibus, aut votis favore piæ causæ omninò servandis, diximus suprà in cap. præced. n... in simili oblationum quæstione.

30 Quæ tamen Bartol. opinio negativa limitari, debet, si ex justa causa revocatio prætendatur, ut in nostra specie docent Felin. *in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n.* 98. *de constitut.* qui loquitur, stante ingratitudine ex parte eleemosynam recipientium, & idem docet *ex l. quod semel, ff. de decret. ab ordin. faciend.* Jas. *in d. l. non amplius, num. fin.* in quo casu contrariam Alexand. & suprà relat. sententiam intelligit.

31 Quartus verò, & finalis casus est, quando simplici præstatione eleemosyna per plures annos fuerit soluta, nulla ad id conventione, statuto, aut privilegio præcedente, an tunc ratione præscriptæ consuetudinis necessariò in posterum sit solvenda? quo casu magis urget difficultas ob majorem contrarietatem Doctorum, quos pro utraque opinione, suprà num. 8. cum seqq. retuli, qui in hoc casu omnes loquuntur, licet ferè omnes indistinctè, & confusè, suprà dictis casibus, in quibus stat pactum, privilegium, seu statutum, admixtis, præter Ponte, Surd. Molfes. & relatos, suprà num. 15. qui specificè in hoc casu ex simplici eleemosynæ, vel alterius rei præstatione indistinctè præscriptionem favore piæ causæ induci, asserunt, ex Text. vulgarem *in cap. ad Apostolicam, de simon.* quem ita intelligunt, & per eum regulam in facultativis præscriptionem prohibentem favore piæ causæ indistinctè limitant, ut & multi alii Canonistæ faciunt.

32 Sed pro horum Doctorum concordia, & verissima nostri casus resolutione, *& dict. cap. ad Apostolicam*, genuina intelligentia, ultra omnes, ita distinguendum mihi videtur: aut igitur eleemosynam ex mera facultate, & libera voluntate, & absque aliqua causa liberaliter pauperibus, aut Clericis, aliive piopen per aliquot annos præstitam fuisse, apparet: aut intuitu alicujus servitii, vel in recompensationem spiritualium, seu ex alia causa oblata proponitur.

33 In primò casu dicendum est, consuetudinem, aut præscriptionem circa eleemosynæ in futurum præstationem induci, non posse; quia cum in hoc casu manifestè pateat, nulla ex alia ratione tales eleemosynas præstitas esse, quàm ex mera facultate, liberaque, & spontanea præstantium voluntate; absque dubio ex earum, licet repetitis præstationibus, tanquam ex actibus omninò voluntariis, & facultativis, nulla præscriptio oriri, poterit, juxta vulgarem regulam in facultativis omnem præscriptionem, aut consuetudinem prohibentem, ut latius dixi suprà in cap. præcedent. à qua quidem regula, nec etiam favore piæ causæ, ut in nostro casu, recedendum existimo; nam si eleemosynæ præstationes voluntariæ, ac gratuitæ supponuntur, non video, cur ex his voluntariis præstationibus magis favore piæ causæ, quàm cæterorum obligatio in futurum induci, valeat, absque eo, quòd quis animum se obligandi habuerit, quod præcipuè in cujuslibet obligationis ortu indistinctè requiritur, ad Text. *in l.* 1. §. 1. *ff. de pact. gloss. in l. si consensu, ff. de oblig. & act. l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopil.* exornat latè D. Valenzuel. *cons.* 14. *numer.* 4. *& cons.* 119. *numer.* 33. *& à numer.* 37. *& seqq.* cujus casus resolutio tunc maximè locum habebit, cum per privatos pauperibus eleemosyna data fuerit, in quibus nulla causa recompensativa, aut reciproca præsumi, potest, ut latius infra dicam.

34 In secundò verò casu, quando videlicet, ex aliqua causa reciproca, aut recompensativa eleemosyna longo tempore præstita fuerit, veluti si in recompensationem spiritualium, vel ob quid aliud reciprocum Parocho, seu Monasteriis oblata proponatur: tunc igitur ex his præstationibus præscriptionem, seu consuetudinem favore piæ causæ libenter admitterem, & in hoc dumtaxat casu limitationem ad regulam *in facultativis*, quam favore piæ causæ communiter tradunt Doctores, intelligendam putarem; quia licet aliqualiter, vel de rigore juris præstationes istæ actus facultativi; & voluntarii censeantur, hoc tamen non tam propriè, ut in dicto superiori primo casu relatæ, quia hic non omninò ex mera voluntate dependent, sed etiam ex causa recompensativa, ac reciproca, & sic ex quadam obligatione antidorali gratitudinis solutæ censentur; quare non miror, quòd ex his causis in hoc secundo casu dicta regula, *in facultativis*, favore piæ causæ facilius infringatur.

Quam nostram, meo videri, verissimam distinctionem, 35
ac resolutionem restat nunc, ut juribus, & authoritatibus comprobemus.

Et primò manifestè comprobari, videtur ex Text. *in* 36
cap. ad Apostolicam, de simonia, ex quo, licet Bart. Pont. Surd. & plures ex relatis suprà ex num. 12. minus rectè, ac forsan decepti, indistinctè tenuerunt, dictam regulam *in facultativis* favore piæ causæ limitari, debere; verumtamen littera, & ratione ipsius Text. benè inspecta, & maturius considerata, nostram distinctionem in verbis ejus inveniemus, nam in dict. *cap. ad Apostolicam*, id solum cavetur, ut nimirum laici, seu populus, qui Ecclesiæ, seu Ministris Ecclesiasticis eleemosynas, vel quid aliud simile in recompensationem spiritualium annuatim dare, consueverint, consuetudinem istam laudabilem in posterum servare, teneantur, ex ea præcipua, meo videri, ratione, quia tales eleemosynarum præstationes non omninò actus voluntarii, & merè facultativi, sed potius recompensativi spiritualium, & sic ex causa onerosa haberi, debent.

Et quòd iste sit casus nostri Text. & ratio substinendi 37
prædictam consuetudinem in præstationibus facultativis, nimirum, quòd in recompensationem spiritualium fuerint præstitæ, probatur apertè ex doctrina Abbat. qui in eodem Text. ex Gloss. Innocent. & aliis antiquioribus ita mirabiliter ad rem loquitur in *numer.* 4. ibi: *Ut intelligamus de consuetudine, quando laici consueverunt, liberaliter offerre Ecclesiæ temporalia, cum percipiant Sacramenta:* fuitque hæc doctrina Petr. de Ancharran. *in Clement. unic. num.* 8. *de concess. Præbend.*

Quæ quidem ratio, & intellectus, meo videri, etiam 38
ex ipsius Tex. littera, tota contextura inspecta, manifestè comprobatur; nam postquam in eo in princip. fit mentio de Clericis istas eleemosynas, seu pecunias minus rectè, & cum labe symoniæ pro Sacramentis extorquentibus, ibi: *Ad Apostolicam Audientiam frequenti relatione pervenit, quod quidam Clerici pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, & similibus pecuniam exigunt, & extorquent, & si fortè eorum cupiditati non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt;* statim noster casus subjicitur; cum, nimirum, ex consuetudine laudabili laicorum aliquid præstari, consueverit, ibi: *Contra vero quidam laici laudabilem consuetudinem erga Sanctam Ecclesiam pia devotione fidelium introductam ex fermento hæretica pravitatis nituntur infringere;* quasi in hoc secundo casu circa tales eleemosynas recipiendas eadem esset ratio dubitandi, ac in primo, videlicet, simoniæ suppositio, ex eo, quòd tempore, quo Sacramenta administrantur, eleemosynæ istæ præstitæ fuerint, & sic pro spiritualibus etiam ut in primo casu aliquibus hæreticis datæ videbantur, & consequenter per Clericos recipi, non posse, asserebant; aliàs enim nulla esset ratio dubitandi in hoc secundo casu, nec aliquam connexitatem cum primo haberet; imò nec cum materia rubricæ, & tit. de simon. cui subest, si Presbyteris Sacramenta ministrantibus prædictæ eleemosynæ ex alia pia consuetudine datæ non supponantur; quare in his dubiis Summus Pontifex decidere, videtur; quòd, licèt Clerici administrantes Sacramenta aliquid pro eis à laicis extorquere, non possint, quia apertè in hoc simoniæ crimen committeretur, si tamen absque aliqua extorsione eis spiritualia quoque ministrantibus in recompensatio-

nem

nem aliquas præſtationes pia devotione laici offerre, conſueverint, hæc laudabilis conſuetudo abſque ſimoniæ labe procedere, debeat, nec in poſterum per laicos immutari, poſſit.

39 Et hunc intellectum, ut de eleemoſynis, aut præſtationibus in recompenſationem ſpiritualium iſte Text. intelligatur, docent, licèt non ad noſtram quæſtionem, nec tam expreſsè, ſed potius nimis breviter, ac per tranſitum, & ſuppoſitionem, communiter Canoniſtæ ibi, & optimè Gloſſ. *ibidem, lit. F.* ibi: *Et videtur ex hac littera, quòd Clerici licet nihil petere, poſſint pro talibus Sacramentis, ſi conſuetudo laudabilis ſuper his ſervari, conſuevit, per ſuperiorem cogi, poſſunt, officio Iudicis implorato, ad illam ſervandam, quæ ex pietate introducta eſt:* & Pal. de Caſtr. *conſ.* 363. *in princip. volum.* 3. Lap. *alleg.* 67. Oſaſc. *deciſ.* 99. *num.* 17. Roman. *ſingul.* 433. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 210. *num.* 13. *cum ſequentibus*, & & ex D. Covarruv. Ugolin. Redoan. Bellet. Bonacin. & aliis huic intellectui convenit doctrina Auguſtin. Barboſ. *in collect. ad eund. Text. in dict. cap. ad Apoſtolicam, à n.* 2. *&* 12.

40 Et (quod magis miror) in hoc quidem caſu loquuntur ferè omnes Doctores, & præcipuè antiquiores, in quorum doctrinis contrariam affirmativam opinionem, & limitationem favore piæ cauſæ dictæ regulæ *in facultativis* indiſtinctè fundare, nituntur Franc. Ponte *dict. conſil.* 144. Surd. Avendañ. & alii, quos, ut antagoniſtas ipſius affirmativæ opinionis, ſuprà retulimus, *à num.* 12. ſed certè, dum antiquiores limitationem ad dictam regulam favore piæ cauſæ tradunt, & conſequenter, dum etiam ex eleemoſynæ, ſeu alia diutina præſtatione in favorem Clericorum, aut Monaſterii, quibus fuerit data, præſcriptionem induci, aſſerunt, id ferè omnes ex ea ratione procedere, ſentire, videntur, quia tales præſtationes Clericis, aut Monaſteriis factæ non ſimplices, & omninò liberales ſint, ſed ex cauſa recompenſativa ob ſpiritualia invicem ab eis accepta, & ideò omnes loquuntur in eleemoſyna, ſeu præſtatione Clericis, vel Monaſteriis facta, à quibus invicem Sacramenta, & alia ſpiritualia recipere, ſolent, nec ullum invenies, qui in eleemoſyna per privatos pauperibus præſtita loquatur, nec ex tali diutina præſtatione præſcriptionem inducat, quaſi tunc deficiente cauſa principali reciproca, ex qua dicta regula *in facultativis* favore piæ cauſæ infringi, diximus; cum nulla in dicto caſu à pauperibus ſpiritualia recipiantur.

41 Et in primis Abbas (ultra locum ſuperius citatum) per Pont. & alios allegatus *in cap. tuam nobis, de ſimon.* in expreſſo noſtram diſtinctionem, & intelligentiam ad dictam regulam *in facultativis* docet, nam poſt, quam *in num.* 5. aſſeruit, quòd in facultativis præſcriptio locum habere, non poſſit, hoc tamen doctè intelligit, cum donatio, ſeu eleemoſyna eſt merè gratuita; ſimpliciterque facta, & non relata ad certum quid, ut ſi ob Sacramenta, vel alia ſpiritualia aliquid per populum miniſtris diu præſtitum fuerit, quia tunc videtur populus id longo tempore obſervando ſe ad hoc in futurum obligare, & conſtituere ſpontaneam obligationem in recompenſationem ſpiritualium.

42 Et ſub eadem ratione loquitur Paul. de Eleazar *in dict. cap. litteris, de reſtit. ſpoliat.* ubi per Avendañ. Hypol. de Marſil. Marin. & alios DD. contrariæ opinionis communiter indiſtinctè allegatur ad dictam limitationem regulæ *in facultativis*; ſed certè ejus doctrina non viſa (ne dicam malè intellecta) decepti fuere, nam Paul. de Eleazar *in dict. cap. litteris, num.* 24. iſtam limitationem dumtaxat intelligit, ſtante nimirum, cauſa huic conſuetudinariæ præſtationi apta, veluti recompenſationis ſpiritualium, *dict. cap. ad Apoſtolicam*, ſecus vero, ea deficiente, ut clarè ex ipſius lectura conſtabit.

43 Et in eodem caſu loquitur Oſaſc. Kacheran. *deciſ.* 99. *num.* 17. *cum ſequentibus*, in cujus doctrina, ut originali, principaliter nituntur Ponte *in dict. conſil.* 143. *numer.* 9. *verſ. Pulchrum*, & ejus Aſſeclæ; ſed minus rectè, cum Kacherani ſententia verſetur etiam circa præſtationes Presbyteris per eorum Parochianus ratione adminiſtrationis Sacramentorum ſolvi, ſolitas, ut apud ipſum videri, poteſt.

44 Et in eadem ſpecie, & ſub eadem cauſa recompenſativa reſolvit idem Joann. Platea per contrarios quoque allegatus *in l. quæcumque, Cod. de fide inſtrum. lib.* 10. ubi, quòd eleemoſynæ, vel aliæ oblationes Sacerdotibus per laicus in exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium, vel ex ſimilibus cauſis dari conſuetæ revocari, non poſſirit.

45 Et ſimiliter conſil. Federic. de Senis 155. ſuprà adductum per eundem Pont. *in loc. citat.* ex eadem ratione recompenſationis procedit, nam id ſolum ait, quòd ſi Parochus ſuis ſubditis candelas in aliquibus feſtivitatibus pręſtare, ſolitus ſit, ſimiliter hæc conſuetudo in futurum per Parochum ſervetur, ut in iſta, & ſimilibus conſuetudinibus in favorem Parochianorum ſervandis, idem docet Barboſ. *in cap. ad Apoſtolicam, de ſimon. à num.* 10. Aufret. *de poteſtat. ſæcular. ſuper Eccleſiaſt. regul.* 4. *num.* 50. ubi de conſuetudine collationis præſtandæ per Parochum ſuis Parochianis in aliquibus diebus, & feſtivitatibus, quæ & aliæ ſimiles præſtationes non omninò facultativæ, & ex mera voluntate dependentes dici, debent, ſed potius etiam quodammodo recompenſativæ ob alia ſcilicet temporalia per Parochum à Parochianis percepta, & ideò meritò ex hac cauſa tanquam reciprocæ, & in remunerationem, conſuetudine præſcriptæ cenſeri, debent.

46 Nec Beltram. in addit. ad Ludoviſ. *in deciſ.* 162. *nu.* 16. nec Franc. Tondut. *in dict. lib.* 1. *quæſt. benefic.* 43. *num.* 13. noviſſimè adductus per D. Michael Anton. Frances de Urrutygoir. *de Eccleſ. Cathedral. dict. cap.* 25. *à num.* 102. dictam limitationem ad regulam *in facultativis*, indiſtinctè favore piæ cauſæ probant; quia Beltram. id tantùm aſſerit in caſu dubio, & quòd tunc favore piæ cauſæ actus facultativi non præſumantur, ſed præſcriptio procedat, non vero ſi expreſsè conſtet, ex mera voluntate proceſſiſſe, quia tunc potius ſupponit, præſcriptionem reiiciendam fore: Tondut. autem, quamvis dictam limitationem *in dict. num.* 13. expreſsè adducat, eam tamen intelligi, debere, ait *in num.* 15. prout ſupr. nos intelleximus, nimirum, cum actus, aliàs facultativi in favorem piæ cauſæ ex aliqua cauſa recompenſativa ſunt geſti, veluti ſi annua præſtatio intuitu alicujus ſervitii, vel in remunerationem ſpiritualium Eccleſiæ ſit facta, in quo ſolum caſu conſuetudinem iſtam in futurum neceſſariò ſervari, debere, aſſerit Tondut. ex eleganti doctrina Abbat. *in cap. ſuam, num.* 7. *de ſimon.* quem ad hoc ſupr. ponderavimus.

47 Quare ex his omnibus dicendum eſt, non ſolum ex vi conſuetudinis longævæ dumtaxat, ſed ex injuncta etiam cauſa onerosa, & recompenſativa dictas conſuetudines ſervari, debere, juxta Text. *in dict. cap. ad Apoſtolicam, de ſimon.* & doctrinas originales Abbat. Paul. de Eleazar, Plateæ, Tondut. & aliorum, quos ſupr. retulimus.

48 Pro coronide igitur, & noſtræ quæſtionis plena, & abſoluta cognitione aliqua etiam, licet breviter, notare, decrevi, ex quibus facilitet cognoſcatur, quando eleemoſynæ iſtæ, vel aliæ ſimiles præſtationes ex cauſa reciproca, ſeu recompenſativa: vel potius ex mera facultate, liberaque, & ſpontanea voluntate ſolutæ cenſeantur.

49 Quod certè, & abſque dubio principaliter ex ipſiſmet perſonis, à quibus, & quibus ſolvuntur, colligi, poterit, nam ſi præſtitæ fuerint Parocho, aut Clericis, vel aliis Miniſtris Eccleſiaſticis, per quos Sacramenta, & alia ſpiritualia invicem laicis exhibentur, tunc ex obligatione antidorali, & gratitudinis animo in recompenſationem eas ſolutas intelligerem, & maximè ſi non ſolum per privatos, verum etiam per omnem populum eleemo-

ſyna,

syna, vel aliquid aliud in exequiis mortuorum, benedictionibus, aut in similibus actibus, Clericis præstitum fuerit, quia tunc verius laudabilis consuetudo, juxta *cap. ad Apostolicam*, diceretur, si ab omni populo introducta inveniatur.

50 Eadem, si alicui Monasterio aliqua eleemosyna in singulis annis diu per populum præstita fuerit, si in tali Monasterio similiter per Religiosos Sacramenta, & alia spiritualia laicis ministrentur, veluti si in eo confessiones, communiones, & similia spiritualia exercitia magis, quàm in propria Parochia frequententur, ut in multis locis fieri adsolet ob majorem devotionem, & affectionem, quam populus erga Religiosos habere, solet, ob specialem etiam curam, & majorem charitatem, ac ministrorum copiam, quam in administratione Sacramentorum ipsi adhibere, procurant; in quo quidem casu eodem modo annuam eleemosynam animo recompensandi factam existimarem, ita ut ex ejus diutina præstatione in posterum obligatio inducta censeatur.

51 Sin verò in Monasterio, vel alia persona, cui eleemosyna facta proponitur, prædicta non concurrant, nec alia causa reciproca, aut onerosa ex parte dantis, vel accipientis considerari, possit, ut supr. in privatorum eleemosynis diximus, tunc tales eleemosynæ, aut præstationes tamquam ex mera facultate, & spontanea voluntate dependentes omninò facultativæ, juxta supradicta, reputari, debent, ita ut ad libitum dantis quandocumque revocari, possint.

52 Quod optimè exemplificari, poterit in privatorum eleemosynis, quas quotidie pauperibus elargiri, solent, quod cum nulla ex alia causa reciproca, quàm pietatis exercendæ gratia liberaliter ex mera facultate faciant, non est cur ipsi, licet per plures annos præstiterint, in futurum inviti id facere cogi, debeant; nec in his privatorum eleemosynis contrarium audivi, nec quisquam dicere, audebit; cum potius eas etiam per plures annos quotidie per privatos præstitas, quotidie quoque ablatas, vel interruptas ad ipsorum libitum videamus, quin de eo pauperes querelari aliquando audiantur. Imò nec Bart. Pont. & DD. pro contraria opinione suprà relati de hoc dubitant, nec in his privatorum eleemosynis pauperibus ostiatim mendicantibus factis, in quibus nulla ex dictis causa cadere, potest, loquuntur, sed in eleemosynis Clericis, aut Monasteriis præstitis, apud quos Sacramenta, & alia spiritualia frequentari solent, ut dictum remanet.

53 Quare ex hoc ultimo casu manifestè concluditur, quàm falsa sit prædicta limitatio, quam Doctores superius relati ad regulam *in facultativis*, indistinctè favore piæ causæ assignate, volunt, cum & in dictis eleemosynis per privatos præstitis favor piæ causæ absque dubio inveniatur, & tamen, ut vides, licet per plures annos quotidiè præstitæ fuerint, non ideò aliqua præscriptio prætendi, poterit.

54 Unum tamen singulariter nota circa istas eleemosynarum præstationes pauperibus mendicantibus per privatos factas, quod si per Episcopos diutino tempore in aliquibus anni diebus, aut festivitatibus, vel etiam quotidie factæ proponantur, ut in Civitate Seguntina, in qua certa panis portio cuilibet ex pauperibus per Episcopum quotidie dari, consuescit, in hoc igitur casu præscriptionem contra Episcopos in posterum inductam censerem; quia tunc tales eleemosynarum præstationes non ex mera facultate, & spontanea voluntate ortum habent, sed potius ex ipsa Episcoporum obligatione, quam saltem ex voto charitatis habent, ut latius suo loco dicam: quare cum hac ex causa, & obligatione eleemosynæ per Episcopos datæ censeantur, meritò etiam ex earum præstationibus ad id obligatos se fateri, videotur, & obligatio quoque quoad forum exterius præscripta censeri, debet, ex Text. vulgar. *in l. cum, de in rem verso*, & ibi DD. *ff. de usuris*.

Et hæc sufficiant, pro nostræ admodum difficilis, & intricatæ quæstionis resolutione; in qua, licet inter tot viros doctissimos meum calculum præbuisse, erubescam, id tamen absque aliorum repetitione, &, quantum potui, veritati inhærendo, fecisse, adfirmaverim. 55

CAP. XXXIV.

ARGUMENTUM.

Agitur de Fructibus voluptatis, qui in rebus infructiferis, ex earum tamen visu propter animi delectationem, aliorumque sensuum recreationem capiuntur. Et in primis de statuis, picturis, & imaginibus, de earumque fructibus ex visus delectatione ad *l. statua 48. ff. de usufruct.* Necnon de aliquibus animalibus ad nutum domini, vel ad sonum tubæ saltantibus, aliaque mira hominum disciplina facientibus: Et de aviculis ad loquelam, vel cantum assuefactis, quibus visus, & auditus maximè delectatur, magnamque fruitionem capit; & etiam multi redditus, sive fructus pecuniarii ex eo domino rediguntur; & ex visione aliquorum monstruorum, Ermaphroditæ, Fœminæ cum barba satis longa, & hirsuta, pueruli duo capita, vel quid aliud monstruosum habentis: multaque mira de prædictis animalibus referuntur, & præcipuè de Elephante, ejusque raro instinctu, & disciplina. Agiturque de gemmarum, margaritarum, similiumque rerum fructibus, *ad l. numismatum 28. ff. de usufruct. l. Iulianus 9. §. Si tibi decem, ff. ad exhibend.* De fructibus ex floribus, vel hortis, aut jardenis propter eorum voluptatem, & amœnitatem, magnamque animi recreationem: De hortis Pensilibus Babyloniæ, Thebarum, & aliis antiquitati celeberrimis: Referunturque Hesperidum horti, eorumque fabula, & veritas: Et de Incarum antiquorum Imperatorum in Regno Peruano aureo pretiosissimo horto, quem hucusque absconditum traditur: De omnibus his emolumentis, & voluptatis fructibus æstimandis, *ad l. curabit, Cod. de action. empt.* pluraque de impensis voluptariis, quæ redditum pecuniarium non augent, sed tantum voluptatis præfatos fructus afferunt, quando æstimari, & per dominum rei exsolvi debeant, pro eisque competat retentio? ut si voluntate domini fuerint factæ, & si in re pro mercali, sive vendi, aut locari solita; & quid si in domibus Principum, Magnatum, aliarumque personarum illustrium? Postremò agitur de officiis, jurisdictionibus, & titulis Comitatus, alteriusve Dignitatis, quoad redditus pecuniarios infructiferis; de eorum tamen fructibus in honore, æstimatione, & præeminentiis consistentibus, & de eorum æstimatione.

SVMMARIVM.

1 *MAteria hujus capit. voluptuosa delectationis, aut recreationis fructuum tractatio.*
Istius tractationis ratio, ibid. & num. seqq.
2 *Non omnia utilia tractanda, aliqua pro oblectamento miscenda.*
3 *Humanum ingenium interdum recreatione aliqua, & oblectamento eget.*
4 *Inter labores, & curas pro eis substinendis miscenda gaudia.*
5 *Cum jucunditate, & alacritate studendum, monet Justinianus.*
6 *Tempestiva quies, sive otium virtutem, & ingenium ad labores litterarios maximè auget, ut post, majori vigore negotia tractentur, & numer. 7. & 11.*
Est etiam virtus, modica aliqua voluptate, & recreatione uti, d. n. 7.
8 *Iocandum nonnumquam, ut rectius seria agantur, cum num. seqq.*
9 *Animis, & ingeniis ex nimia restrictione tristitia sæpè generatur.*
10 *Labitur in totum mens, & ingenium absque alterna recreationis levamine.*
11 *Assiduitate laboris animorum quædam hebetatio, & languor generatur.*
12 *Recreantur homines rerum varietate, prout è contra ex assidua continuatione fastidium magnum mentibus generatur, & n. 14.*
13 *Supremus rerum conditor ipsarum rerum, & temporum mira varietate, sive intermissione, aut mutatione, pro hominum vita levamine, composuit.*
15 *Recreationibus illis, aut corporis oblectamentis utendum, non quibus evanescit virtus, sed quibus animus recreatur, & simul aliquid agitur utile.*
16 *Præsens nostra de voluptuosis fructibus tractatio, non tantum jucunda, verum etiam utilissima ad plures in praxi quæstiones habenda.*
17 *Hujusmodi voluptatis fructus, non solum animi recreationem respiciunt, sed multoties pecuniarium commodum ob eorum usum afferunt.*
Æstimanda etiam hæc pecuniaria commoda, & ipsorum delectabilium fructuum usus in cæterorum fructuum liquidatione, ad eorum restitutionem, & alios plures juris effectus, ibid.
18 *Quid sint nostri delectabiles fructus: referuntur, ex quàm plurimis rebus, hominum voluptati magis, & recreationi, quàm lucro pecuniario deservientibus.*
Elegans exemplum ex notabili ad rem Text. in leg. statuæ 48. ff. de usufruct. *ad ipsius declarationem, d. num. 18.*
Ex statuis, vel hominum imaginibus, sive de quibuscumque figuris, aut picturis, voluptatis fructus percipitur, ibid.
Rectè in eis usufructus constitui, aut relinqui, potest, ibid.
19 *Istarum rerum fructus principaliter consistit in voluptatis visus delectatione, animique recreatione.*
Romani maximè valde de his voluptatibus curarunt, voluptatem, & amœnitatem rerum ementes, constituentesque super eis usufructum, ibidem.
In his animi recreationibus, & voluptatibus non minima utilitas, & fruitio, imò optimus fructus considerandus, dict. num. 19. in fin.
20 *Nullum, licèt commodum pecuniarium percipiatur, si tamen rem possidendo animi recreationem quis habuit, voluptatemque explevit, fructum ex eo percepisse, intelligitur.*
21 *Species lucri est, explere voluptatem.*
22 *Et amicitiam.*
23 *Et voluntatem, sive desiderium, & num. 24. & infr. num. 108.*
25 *Satis lucrari, dicitur, qui in eo sua voluntati, ac desiderio satisfacit, ut contractus à se initus sortiatur effectum, nec rescindatur.*
26 *Dicitur quoque fructus, & lucrum, voluntatem implere in exercenda liberalitate, & alium beneficii debitorem facere.*
Text. in l. si pignore 54. §. 1. vers. Ex quo, ff. de furt. *exornatur, ibid.*
27 *Interest hominis beneficio hominem affici, ob futuram remunerationem.*
28 *Omnis creatura movetur ad benefaciendum ei, qui sibi benè fecit.*
29 *Adducitur notabilis, & insignis Senecæ locus, prædicta voluptatis oblectamenta, & fruitiones fructus esse comprobans.*
30 *In statuis, imaginibus, aut picturis, ultra præfata voluptatis commoda, fructus quoque pecuniarius considerari, potest.*
Possunt in loco oportuno collocari, ut pro earum visu aliquis nummus ab ingredientibus pendatur, ibidem.
Text. in dict. l. statuæ 48. ff. de usufruct. *declaratur, ibid.*
Adducitur exemplum de Leone, fera, vel alia bestia interclusa servata, quam, ut alicui videre liceat, is nummum solvit, ibid.
31 *Statua, vel imagines propter hæc commoda in feudum dari, possunt.*
32 *Referuntur alii voluptatis fructus, qui pro quibusdam animalibus, vel monstruis videndis, percipiuntur, ut pro visu catuli, ursi, alteriusve animalis saltantium ad nutum domini, vel ad sonum tubæ, & avicula auditu ad loquelam, vel cantum assuefacta.*
Pro videndis Elephantibus, Ermaphroditis, puerulis duo capita habentibus, sive aliter monstruosis: ibid.
34 *Solet etiam pro hujusmodi animalium, vel monstruorum visu, quid certum solvi.*
Exterorum multi hujusmodi, licet minimi lucri, cupidissimi: Hispani contra majora de facili contemnunt: & quid inter utrumque extremum? ibidem.
35 *Vsusfructus in præfatis rebus propter commoda relata rectè constituitur.*
36 *Sunt plures homines præfata animalia in saltationibus, loquelis, vel cantu, quasi in schola erudientes.*
37 *Canes, maximè in Italia, ad varios labores instruuntur.*
38 *Refertur mus, qui in convivio candelam protendens ministerium præstabat.*
39 *Aviarii multi aviculas plures loqui, edocent.*
40 *Refertur Psitacus, qui continua serie Latino idiomatè symbolum fidei recitabat.*
41 *Apud Romanos sutoris corvus Tiberium, Germanicum, Drusum, populumque Romanum matutinis salutabat claro sermone.*
42 *Columbas, & canes litteras didicisse, & protulisse, testantur multi.*
43 *De Elephante, qui Grecas quoque litteras didicit.*
44 *Et qui quasdam haud incompositas saltationes discens magistri documenta per semetipsum exercebat, & meditabat.*
45 *De alio Elephante, qui se Regi submittere, & ejus*
Ma-

Digitized by Google

Majestatem adorare, necnon, & excubias facere, agnovit.

46 Istius animalis mirandus instinctus, & docilitas in addiscendis multis, quasi capax sit rationis, & intellectus.

47 In assequenda Musica, aliisque artibus capacem eum volunt aliqui.

48 Referuntur aliamulta de hujus animalis raro instinctu, intellectu, memoria, gratitudine, amore, probitate, Religione, & similibus.

49 Mirabilis casus cujusdam Elephantis, qui cum sui domini uxorem machantem videret, cornu transfixam unà cum adultero interemit.

50 Elephans quoque funambulus, hoc est, gradiens per funem Romæ visus.

51 Aliqua remissivè de magistris hujusmodi animalium ad prafata addiscenda.

52 Multa ex prædictis ope Dæmonis fieri solent.

53 De cane Simonis Magi, qui Divum Petrum, & alios alloquutus fertur.

54 De Bobe, qui secundi belli Punici tempore Romæ fuit loquutus.

55 Hujusmodi loquela in brutis animalibus maximè, semper arte Dæmonis in aerem formantur.

Loqui non possunt, nec eis sunt apta organa vocis (ut avibus) ut verba, nisi ope Dæmonis, proferant, ibid.

56 Omnia per Deum ad usum hominis, licet voluptarium, honestum tamen creata.

57 Lucrum provisione alicuius ex præfatis animalibus, vel monstruis ab uno ex sociis quæsitum inter alios, ut societatis fructum communicandum.

58 Referuntur alii voluptatis fructus, gemmarum nempè, annullorum, & supellectilium, antiqua avorum ensis sive armorum, aut insignis alicujus Sancti Reliquiæ, aut picturæ, & similium antiquarum, vel pretiosarum rerum.

Hujusmodi rerum fructus in eo consistit, ut ad solum corporis, vel domus ornatum, & ostentationem familiarum habeantur, ibid.

59 Rectè in eis ususfructus relinqui, aut constitui, potest.

60 Relinquuntur etiam frequenter hujusmodi res pretiosæ à majoratuum institutoribus in ipsis majoratibus, alienarique prohibentur.

61 Nulla de istarum rerum fructibus computatio facienda ad deducendum valorem majoratuum, dignoscendamque eorum incompatibilitatem ratione quoad nostram l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.

62 Notabilis, & singularis comprobatio prædictarum gemmarum, & similium rerum pretiosarum fructuum voluptatis in specie, l. numismatum 28. ff. de usufruct.

63 Et in l. Julian. 9. §. Si tibi decem, ff. ad exhibendum, quæ in eodem casu intelligitur.

Numismatum rectè ususfructus verus relinquitur, vel in eis constituitur, si in eo relinquantur, ut pro gemmis tanquam monilia, sive species ad pectus portentur, d. n. 62. & 63.

64 De fructibus voluptatis in grandioribus arboribus, aliàs infructiferis, propter earum amœnitatem, delectabilem visum, & alias recreationes, cum numer. seqq.

65 Rediguntur non nunquam hujusmodi amœnitatis, vel recreationis fructus ad redditum pecuniarium.

66 Umbra platani quam gratilis sit, & apud aliquas gentes pretio æstimabilis, pro eaque vectigal solvitur, & dict. num. 65.

67 Romanorum tempore maximè voluptatis, vel recreationis fructus magni habiti, & frequenter pretio æstimabantur, constituebaturque in eis ususfructus.

68 Arborum, vel prædiorum fructus voluptatis, vel amœnitatis referuntur in l. æquissimum 17. §. Fructuarius, vers. Et si, ff. de usufruct.

69 Arboribus non fructiferis, vi, aut clam cæsis, interdictum dumtaxat domino, non fructuario competit, nisi amœnitas quædam ex hujusmodi arboribus præstetur, ibid.

Text. in l. competit, ff. quod vi, aut clam, notabiliter declaratur.

70 Fructuariis arbores aliàs infructuosas, ob frondositatem tamen de ambulationes opacas, & amœnas reddentes, excidere, non licet, etiam ut hortos olitorios, vel quid aliud ad redditum proficuum faciant.

Text. in dict. l. æquissimum, §. Fructuarius, vers. Si fortè, ff. de usufruct.

71 In arundinetis, & salicetis, quæ dumtaxat amœnitatis, vel opacitatis causa habentur, ad Text. in l. si alius, §. Notavimus, ff. quod vi aut clam.

72 Arundineta, & salicetainter caduas arbores regulariter numerantur, nisi amœnitatis tantum causa sint; ad Text. in l. item 9. §. ultim. ff. de usufruct.

Idem in cæteris arboribus aliàs caduis, ibid.

73 Ex eadem ratione cupressi ex luco Daphne, & Persei excidi, prohibentur in l. unic. Cod. de cupress.

Hujus nemoris magna amœnitas, & odoriferarum arborum pulchritudo, ibid.

74 Alias rationes hujus probibitionis remissivè.

75 De fructibus ex hortis aromatoriis, aut pensilibus.

Text. in l. urbana 198. ff. de verb. signif. exornatur, ibid.

76 Eleganti carmine plures hortuum voluptates, & sensuum delectationes describuntur, & n. 80.

77 Reducuntur sæpè ad lucrum pecuniarium hi hortorum delectabiles fructus.

78 Turcarum Imperatorum mensa cibaria parantur ex pecuniis, quæ ex hortis olitoriis, & odoriferis ipsorum Imperatorum rediguntur.

79 Referuntur aliquæ Provinciæ, in quibus nulla alia tributa, quàm ex floribus Principibus pensitantur.

81 De alio spirituali hortorum fructu, & numer. sequentib.

Flores sua varietate, & specie mentem ad Deum, ipsiusque infinitam omnipotentiam, & sapientiam elevant, d. num. 81.

82 Vita humana, ejusque fragilitas in floribus optimè considaratur.

83 Magni propter hæc commoda horti, sive jardeni apud antiquos habiti.

84 Ornatissimos valdè, & amœnissimos habuerunt.

De hortis pensilibus Semiramis, eorumque mira structura, & ornatissima amœnitate, ibid.

85 De pensilibus Tebarum in Aegypto.

86 De aliis mirabilibus, & amœnissimis hortis antiquitati celeberrimis, cum n. seqq.

89 Apud Romanos quoque plures laudatissimi horti referuntur, & n. 90.

91 Referuntur celebratissimi Hesperidum horti, ipsorum auriferi fructus, sive poma.

92 Hujusmodi hortorum fabula, & veritas.

93 Hortus portatilis quem in Indiis fuisse fertur in Regni Peruani Palatio ex arboribus, & aliis plantis, necnon, & animalibus aureis, & argenteis, multisque aliis lapidibus pretiosis compositum.

94 Ex præfatis hortis, sive jardenis propter ipsorum amœnitatem, & frondositatem, & propter aquas variis artificiis psalientes, non minima voluptatis, & delectationis fruitio capitur.

Text. in l. impensæ 79. §. Voluptariæ, ff. de verb. signific. l. vasa 11. ff. de supellectil. legat. exornantur, ibid.

95 De aquarum psalentium voluptate, pluribusque ad id ingeniosis artificiis.

96 In-

96 *Inferuntur aliqua utilia ad praxim ex præfatis circa nostrarum voluptatis, & amœnitatis fructus.*

97 *Emptor qui, re accepta, & pretio non soluto ad usuras recompensativas adstringitur*, juxta l. curabit, Cod. de action. empt. *tenetur non tantùm propter fructus commodum pecuniarium afferentes, sed etiam propter præfatos voluptatis, vel amœnitatis fructus.*

98 *Impensa voluptaria, picturæ pavimenta, tectoria, & similia fructum rei non augent, nec ipsarum valor per conductores, vel alios bonæ fidei possessores repeti, potest; sed tantùm absque læsione rei abradi.*

99 *Limitatur si aliquam æstimabilem utilitatem, & majorem fructum afferant, & si in domibus locari solitis fient.*

100 *Et in impensis pro mercalibus, ut si, aliàs voluptaria fiant in re, quam dominus erat distructurus.*

Text. in l. quod si hæ 10. ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. in fundo, in fin. l. nisi venalem, aliàs nisi mercalem, ff. de rei vendicat. *declarantur, ibid.*

101 *Procedunt hæc, etiamsi impensa pro mercales in rebus mulierum, vel minorum fiant.*

102 *Hujusmodi impensarum æstimatio facienda, habito respectu majoris mercedis, vel pretii, quo res ita magis ornata, locari, aut vendi, possit.*

103 *Impensæ voluptaria dicuntur etiam utiles, & fructifera reputantur, respectu personarum illustrium, Principum, vel Magistratuum, ut si in eorum domibus, vel Palatiis impensa picturarum viridariorum, & similia fiant.*

Impensæ istæ plurimi in domibus Magnatum æstimantur, de eis magis, quàm de aliis necessariis curant ad earum repetitionem, & domorum retentionem per bona fidei possessores, qui illas fecerunt, ibidem,

104 *Voluptariis impensis domini voluntate per domus possessorem factis, earum æstimatio ipsi ex solvenda.*

Text. in l. quod si servus, §. Sed si mutua in fin. ff. de in rem verso, l. si servos 25. ff. de pignorat. action. *adducuntur in comprobationem, ibid.*

105 *Optima cautela, ut voluptaria impensa solvantur, rei domini voluntatem exquirere.*

106 *Sufficit voluntas tacita, vel præsumpta.*

Et si impensa per dominum fieri, cœperant; ibid.

107 *Amplia, si, post factam impensam voluntas sequatur.*

108 *Adducitur ratio hujus principalis conclusionis.*

109 *Quid si impensa voluptaria in mulieris domo ipsius voluntate fuerint facta, & n. 111.*

Text. in l. in voluptariis 11. l. pro voluptariis, ff. de impens. in res dotal. fact. l. unic. §. Si voluptariæ, Cod. de rei uxor. action. *declarantur, ibidem.*

110 *Quid si in re minoris?* ad l. etsi sine, §. Interposito, ff. de administrat. tutor. *& num. 115.*

111 *De honorificis fructibus, sive emolumentis jurisdictionum tituli Comitatus, Marchionatus, vel alterius Dignitatis, necnon, & officiorum.*

113 *Quomodo taxandi, & ad quam rationem? cum num. seqq.*

Text. in Authent. perpetua, versic. Quòd si res pretiosa, Cod. de Sacrosanct. Eccles. *declaratur, ibidem, & num. 116.*

114 *In his jurisdictionibus, & officiis, ipsorumve emolumentis, an, & quando, quorumve fructuum respectu census constitui, valeat? & numer. 117. cum duob. num. seqq.*

Requiem sanè lectori, & nobis forsan fessis, & cæte- 1
rorum, licet magis utilium, fructuum copia fasti-
dientibus, jam parat amœnissima, & voluptuosa præsen-
tium fructuum tractatio; † non enim omnia pro utilitate 2
dumtaxat, aut lucro tractanda, sive scribenda sunt; nam,
& interdum utilibus aliqua pro oblectamento, & recrea-
tione misceri, permittitur, imò & commendatur in ma-
gna illa vulgari sententia Ovidii canentis:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.
Lectorem delectando, pariterque movendo.

Humanum quippe ingenium ita comparatum est, ut non 3
minus interdum recreationem, & oblectamentum ali-
quod, quam utile negotium sibi quærat.

Qua propter nos in præsenti, inter tot curas, & scri- 4
bendi labores, dulces hos, & delectabiles fructus inter-
miscere, duximus sequuti monitum illud Dionys. Catul.
in dist. l. 3.

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Vt possis quemvis animo perferre laborem.

Quia, ut Oratius canit, *lib. 4. Oda 12.*

Dulce est desipere ad tempus.

Ideo Imperator noster Justinianus in prœmio *Instit. in* 5
fin. nobis hortatur, ut cum jucunditate, & alacritate stu-
deamus, & suscipiamus suas leges, quasi continuum stu-
dium non ita proficiat, ut si cum aliqua joci, vel gaudii
interpositione exerceatur; † ingenia namque, quo plus 6
recessus sumunt, eo vehementiores impetus reddunt, ut
eleganter inquit Statius in Sylvis:

Vires instillat, alitque
Tempestiva quies, major post otia virtus.

Quare virtus est, etiam aliqua modica voluptate, sive 7
recreatione uti, ut deinde majori vigore, ac virtute nego-
tia tractentur, aut studia prosequantur; quia tunc dele-
ctamur ad finem melius studendi, secundum Philosophum
4. *ethicor. cap. 7.*

Et juxta illud Erasmi, quod in adagium jam transivit: 8
Iocandum est, ut seria agas; nam, ut optimè ait Casiodor.
lib. 7. epist. 36. Voluptuosa aliquando sequuntur, ut per ipsa
seria melius compleantur. † *Otium enim*, ut inquit Philo- 9
sophus 3. *Politicor. cap. 3. Tum ad virtutes ingenerandas:*
tum ad civilia munera obeunda requiritur; & ad idem Ci-
cer. 2. Philipp. *Homines quamvis in rebus turbidis, ac*
seriis, tam etsi modo homines sunt, interdum animis rela-
xantur, ne ex nimia restrictione tristitia generetur. Unde
monet idem Aristot. *lib. 4. Politic. cap. 4.* inter negotia ma-
gis voluptuosis, & aliquibus honestis recreationibus esse
utendum; † nam, qui laboribus exercetur, is alternam re- 10
quiem desiderat pro mentis, animique levamine, ne in to-
tum labatur, ut optimè canit Ovid. *epist. 4.*

Quod caret alterna requie durabile non est.
Hæc reparat vires, fessaque membra levat.

Et notavit etiam sapientissimus noster Rex *in l. 2. tit. 5.*
Part. 2. illic: *Cada cosa, que alguna vegada non fuelga, non*
puede durar mucho: † Ex assiduitate enim laboris animo- 11
rum quædam hebetatio, & languor generatur, ut è con-
tra animi honesta delectatione paululum recreati majo-
res vires recipiunt; eleganter utrumque comprobat Ovid.
lib. 1. de Pont. eleg. 5.

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur ipsis:
Immodicus contra carpit utrumque labor.

Quare rectè nos, post tot cæterorum fructuum labo- 12
riosa scripta, in præsenti hujusmodi voluptatis fructuum
delectabilem tractationem subnectimus, cujus sanè amœ-
nissima varietate, & à cæterorum fructuum differentia
lectoris meus, & scriptoris animus non parum recreabi-
tur, justa Casiodor. *lib. 3. epistol. 36.* illic: *Nemo dubitat,*
homines sua varietate recreari, quia in continuatione rerum
magnum mentibus constat esse fastidium: † qua altissima ra- 13
tione supremus rerum conditor hanc ipsarum rerum, &
temporum intermissionem, ac mutationem hominibus
connaturalem esse cognocens, valdeque necessariam ad
hujus vitæ sublevandos labores, omnia, & præcipuè
tempora, mira varietate, rectoque ordine interpol-
lavit,

lavit, ut canit nostra Sancta Marer Ecclesia in frequentiori Hymnn ad laudes Dominicales, illic:

Aeterne rerum Conditor,
Noctem diemque qui regis,
Et temporum das tempora,
Vt alleves fastidium.

14 De qua temporum, & laborum naturæ varietate, nt ex assiduitate nullum, vel minus fastidium nascatur, extant carmina mirabilia Natalis Com. *in Myt. pagin.* 711.

Nam labor assiduus fertur domitare leones,
Hinc jubet alterni luci succedere noctem.
Natura Alma Parens servandis provida rebus,
Hinc, & Atlanteos humeros recreasse labantes,
Dicitur Alcides, tenuit cum pondera Mundi.

15 Sit ergo nostra, lectorique recreatio, circa volnptuosas res laborare, nt sunt nostri voluptatis, & amœnitatis fructus, eosque, aliquibus fortasis incognitos, disquitere, & omnibus, cum aliqua etiam praxis utilitate, patefacete, nt ita etiam frequentiori adhæreamus præcepto Doctorum, qui de hujusmodi animi, & corporis oblectamentis, & otiis loquentes, ea talia subnecti, debere, dicunt, non, quibus ævanescit virtus; sed quibus animus recreatur, & simul aliquid utile agitur, ut constat ex Cœl. Rodig. *lib. 1. antiq. cap.* 1. Valet. Maxim. *lib. 8. cap.* 8. Alciat. *in princip. emblemat.* Chassan.
16 *in proœm. ad Catalog. glor. Mund.* † Nam certè hujusmodi nostra fructuum tractano non solum admodum jucunda, verum etiam ad multa utilissima in
17 praxi erit; † cum non tantùm hi fructus animi recreationem, & voluptatem respiciant; sed & commodum pecuniarium ob eorum usum multoties afferant; quæ omnia tam voluptatis, quàm pecuniaria commoda in fructunm liquidationem ad eorum restitutionem, & ad alios plures juris effectus æstimanda venient.

18 In primis ergo nostrorum voluptatis, vel recreationis fructuum elegans exemplum desumitur ex J. C. Martiano *in l. statua 48. ff. de usufruct.* qui de statuis, vel hominum imaginibus, sive (ut glossa intelligit, de quibuscumque etiam figuris, aut picturis loquens, fructum ex eis percipi, posse, asserit, in ipsisque usumfructum constitui, aut relinqui: ut ex ipsius verbis constat, illic: *Statuæ, & Imaginis* (inquit Martianus) *usumfructum posse relinqui, magis est, quia ipsa habent aliquam utilitatem, si quo loco opportuno ponantur.*

19 Quarum rerum fructus principaliter consistit, ut insinuat Martianus, in voluptatis, aut visus delectatione, animique recreatione de quibus semper Romani valdè curarunt, voluptatem, & amœnitatem rerum ementes, constituentesque in his recreationibus nsumfructum; Vvatemund. ab Eremberg. *de Regn. susid. pag.* 61. & constat *in dict. l. statuæ 48. l. numismat. 18. ff. de usufruct.* & melius *in l. æquissimum 17. §. Fructuarius, versic. Etsi, eodem tit. l. competit, ff. quod vi, aut clam;* & ex latè infra dicendis: in quibus certè animi recreationibus, & voluptatibus non minimam utilitatem, & fruitionem, imò maximum fructum esse, ait Franc. Connan. *lib. 4. comment. Iur. Civil. cap. 1. fol. mihi* 224. *num.* 2. & in similibus odoris, visus, & auditus delectationibus, quòd pro fructibus habeantur, docet optimè Zasiua *in l. nu-*
20 *mismatum 28. ff. de usufruct.* † Nam, & si nullum commodum pecuniarium diligentia, aut industria percipiatur, si tamen rem possidendo, animi recreationem quis habuit, voluptatemque explevit, fructum ex eo
21 percepisse intelligitur; † quia species lucri est, explere voluptatem, ut notat Felic. *de societ. cap. 27. numer.* 18.
22 Merlin. *to. 2. controvers. cap. 45. numer.* 19. † & amicitiam,
23 Niger. *de laudem. tom. 1. quæst. 13. numer.* 59. † & voluntatem, sive desiderium, bonus Text. *in l. 1. qui satisd. cog.* in illis verbis: *Satisfacere dicimus ei, cujus desiderium*
24 *adimplemus.* † Unde satis lucrari, dicitur, qui voluntatem adimplet, ut notabiliter ait Gloss. singularis *in l. penult. ff. de condict. caus. dat. in fin.* & ibidem Bart. & Angel. qui Glossam singularem dicunt, Aretin. & Bald. *in l. 1. C. de furt.* idem Bald. *in sua Margar. verb. Lucrum, vers.* 3. ubi dictum glossæ valdè extollit, & laudat.

Justa quæ, optimè ad rem notant Philipp. Cornæus 25
cons. 51. incipit: *Licet in hac, col. 3. vers. Solent enim, lib. 2. & cons.* 187. incipit: *Videtur in hac, col. 3. vers. Est ergo census,* Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. num.* 25. quòd satis lucratur, qui in eo suæ voluntati, ac desiderio satisfacit, ut contractus à se initus sortiatur effectum, nec rescindatur, & licet præfatis omissis, idem animadvertunt Mangil. *de evict. quæst. 148. num. 21. & 22.* Noguerol. *allegat. 18. num. 101. & 102.*

Et similiter voluntatem in exercenda liberalitate exple- 26
re, & alium beneficii debitorem facere, fructus, & lucrum dicitur in eleganti, & singulari ad rem Text. *in l. si pignore 54. §. 1. vers. Ex quo, ff. de furt.* ubi mirabiliter ait Gajus: *Species enim lucri est, ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere,* optimè Anton. Pichard. *in §. 14. numer. 37. instit. ad leg. Aquil.* Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. in proœm. §. 3. num.* 157. quæ non
levis utilitas est reputanda, † interest quippe ut inquit, 27
Text. *in l. servus, in fin. ff. de serv. exportand.* beneficio hominem affici ob futuram remunerationem, & obligationem, qua donatarium benefactor naturaliter adstringit, *l. sed et si lege, §. Consuluit, ff. de heredit. petit.* illic: *Quamvis ad remunerationem sibi aliquem naturaliter obli-*
gaverunt; Nam, † ut ibidem inquit glos. omnis creatura 28
movetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefecit.

In quibus omnibus, licet emolumenta, commodum, 29
vel lucrum pecuniarium afferentia deficiant, non exiguus voluptatis est, fruitionis, & impleti desiderii, vel amicitiæ remuneratæ fructus existit, ut satis mirabiliter ad rem concludit Seneca *de consolat. ad Marc. cap.* 12. ibi: *Licet tibi nihil industria ejus contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia quæsierit, ipsum, quod habuisti, quod amisisti, fructus est.*

Item, ultra præfata, ex alia ratione in statuis, & ima- 30
ginibus, aut picturis fructus considerari, potest, veluti, *Si,* (ut inquit Martianus *in dict. l. statua*) *in aliquo opportuno loco ponantur,* & ut ibidem notat glos. *in verb. Statua, in fin.* ut pro earum visu aliquis nummus ab ingredientibus pendatur, & tradit exemplum de leone, qui Florentiæ tunc servabatur, quem, ut alicui videre, liceret, is nummum solvebat, ut præter Gloss. refert quoque Cavalcan. *de usufruct. mulier. relict. num.* 84.

De quibus supradictis statuis, vel imaginibus, earum- 31
que commodis, ac redditibus extat etiam locus Henr. Rosenthal. *de feud. cap. 4. concl.* 3. qui ex eo in feudum dari, posse, affirmat ex Bart. Præposit. Matt. Laudens. & aliis, apud eum relatis *in glos. in lit. A.*

Quibus voluptatis fructibus simillimi sunt alii, qui pro 32
quibusdam animalibus, vel monstruis videndis percipiuntur, nec minorem voluptatem, aut recreationem sensibus afferunt, ut ex visu catuli, ursi, equi, alteriusve animalis, saltantium ad nutum domini, vel ad sonum tubæ, similisve instrumenti, & cum motibus haud incompositis, visum delectantium: & ex aviculæ auditu ad loquelam, vel cantum assuefactæ; necnon & pro videndis Elephantibus, Ermaphroditis, Fœminis habentibus barbam satis longam, & hirsutam, puerulis duo capita habenti-
bus. † Quorum animantium, vel monstruorum auditu, 33
vel visu, & aures, & oculos maximam voluptatis, & delectationis fruitionem habere, nemo est qui dubitet,
quod non minimum fructum continet: † Ultra quod et- 34
iam pro eorum visu, quid certum frequenter solvi, solet, nt in leone Florentiæ notavit Glos. ubi proximè; & frequenter videmus, hæc lucra capi per exterorum multos ea, licet minima, nimis avide procurantes, ad Hispanorum differentiam, qui majora, & sæpè minus habentes de facili contemnimus: Nec ex hoc Hispanam nationem laudo; quia utrumque est extremum, & si ma-
gnanimitati unum: humilitati alterum adhærens. † Juxta 35
quæ

Digitized by Google

quæ (rem nostram prosequendo) rectè ob præfata emo-
lumenta usumfructum in his rebus relinqui, aut consti-
tui, posse, docet Cavalcan. de usufruct. mulier. relict.
num. 84.
36 Ex quo etiam non nunquam evenit, ut animalia ista
pluris æstimentur, & quasi in schola plures sint homi-
nes eis erudiendis dediti in his saltationibus, gesticula-
37 tionibus, loquelis, vel cantu: † Et in Italia sunt canum
scholæ, in quibus ad varios labores instruuntur, &
plerumque, ut rotula inclusi carnem assandam cir-
38 cumagant; & de mure, qui in convivio cande-
lam protendens ministerium præstabat, memorat Pier.
39 Valerian. in hyerogliph. lib. 6. cap. 6. † Et præcipuè sunt
aviarii, qui aviculas loqui, edocent, & vocem alie-
nam canendo imitari; ut faciunt Piccæ, Sturni, Psit-
taci, & reliquæ loquaces, aves, ut de turdo Agrip-
pinæ, qui plura verba ordine referebat, narrat Pli-
nius natural. histor. lib. 10. cap. 42. & de cornice idem Plin.
cap. 43.
40 Sed inter omnes loquaces aves mirabilis fuit Psitacus
Cardinalis Asconii, qui continua serie symbolum Fidei
Latino idiomate recitavit, ut ait Cœl. Rodig. antiq. lect.
41 lib. 3. cap. 32. † Et apud Romanos mirabilis quoque fuit
corvus Sutoris, qui matutinis ad rostra advolans claro
sermone, primum Tyberium Imperatorem salutabat, de-
inde nominatim Germanicum, & Drusum, moxque tran-
seuntem populum Romanum, ut narrat Plin. dict. lib. 10.
cap. 43.
42 Et (quod magis mireris) columbas, & canes litteras
didicisse, ac protulisse, referunt Lipsius lib. 1. Saturnal.
cap. 5. & 3. & epistol. 59. Plin. dict. lib. 10. cap. 37. Ossor.
Lusitan. histor. cap. 11.
43 Et de Elephante, qui Græcas litteras didicit, testatur
Pier. Valerian. in hyerogl. lib. 6. cap. 6. & etiam lib. 2. cap. 15.
44 † Narrat de alio Elephante, quasdam, haud in compo-
sitas saltationes discente: qui etiam cum propter aliquam
saltationem à magistro corriperetur, nocte visus est ad
umbram Lunæ institutiones, & documenta per semet-
45 ipsum exercere, & meditari: † Et de alio, qui se Regi sub-
mittere, & ejus Majestatem adorare, necnon, & vigilias,
& excubias per vices illi agere, agnovit, tradunt Aristot.
lib. 9. histor. animal, cap. 46. Albert. Magn. de anim. lib. 8.
tit. 5. cap. 4.
46 Nec mirandum, quia hujusmodi animal tantæ docili-
tatis est, ut quasi capax rationis, & intellectus in aliqui-
bus homines imitari, videatur, & imperata facere, discat,
& ad prælia strenuè disciplinetur, ita ut turres armatas
militum eximia sua fortudine dorso ferat, & in adversa-
rios irruat, ut legitur in Sacra Historia Machabæor. 1.
cap. 6. & passim apud Historicos fertur, multaque de
ejus disciplina refert Ælian. lib. 2. de var. histor. cap. 11.
47 † qui etiam Elephantem peritum in assequenda musica,
48 aliisque artibus fatetur: † Elephans quippe humanis sen-
sibus proximus est, sermonisque patrii est illi intellectus,
& eorum, quæ didicerint in memoria retentio; amoris,
& gloriæ voluptatem habet necnon (quod sæpè in homine
deficit) eximia capitur beneficiorum gratitudine, bene-
factorique servitio mancipatur; estque illi probitas, pru-
dentia, æquitas, & religio, quia sydera, Solem, &
Lunam veneratur, ut hæc, & alia notabilia de hujus
animalis raro instinctu refert mirabilibus exemplis com-
probans Plin. de histor. natural. cap. 1. cum sequentib.
usque ad 10. pluraque mirabilia de animali isto tradunt
Pater Acosta in Histor. Indiar. Dom. Sebast. de Covarruv.
En su Tesoro de la lengua Castellana, in verb. Elephante,
49 Ælian. lib. 11. de var. histor. cap. 15. † Qui mirabilem ca-
sum refert cujusdam Elephantis, qui, cum sui domini uxo-
rem mæchantem videret, cornu transfixam unà cum
adultero interemit.
50 Sed magis quidem notabile est, quod ex Dione, &
aliis de Elephante funambulo, hoc est, per funem gra-
diente Romæ viso tradunt Lipsius Cent. 1. epist. 50. Brod.
3. Miscel. 7. Maximil. Faust. in cons. pro ærar. class. 16. con-
sil. 139. ord. 1224. vers. De natura, mirabile quidem dictu,
sed incredibile facto.
De Magistris autem huiusmodi animalium, ut puta 51
Ursorum, Leonum, Trigridum, Onagrorum, Cyno-
cephalorum, Serpentum, & similium, ut mansueti
fiant, & ad saltus, & alia mirabilia, extra eorum naturam,
assuescant, ut hominum voluptatibus deserviant, ex eoque
aliquis fructus redigatur, tractant latè Camerar. successiv.
2. part. cap. 80. cum seqq. usque ad 91. Zuinger. in Theatr.
lib. 2. vol. 20. Lipsius cent. 1. epist. 50.
Nota tamen, multa circa animalium loquelas, & alia 52
prædicta ope Dæmonis fieri, solere, ut notat Philipp. Lu-
dovic. in Dæmonomag. cap. 13. Torreblanc. de Mag. lib. 2.
cap. 25. ex num. 18. † & constat de cane Simonis Magi, qui 53
Divum Petrum, & aliis fuit allocutus, ut tradit Glicas
in Annalib. † & de Bove, qui tempore secundi belli Pu- 54
nici humano sermone affatus fuit, & Gneo Domitio di-
xisse, fertur: Cave tibi Roma, ut meminit Titus Livius
lib. 2. ab urb. condit. † quas loquelas in brutis animalibus 55
semper arte Dæmonis in aerem formari, ut in statuis
Idolorum fiebat, dicendum est; quia hujusmodi brutis
non sunt apta organa, ut loquantur, ut probat D. Cyril.
lib. 3. contr. Julian. qui non solum per homines, sed nec per
Dæmonem effici, posse, ait, ut voces proferant: licet
secus sit in avibus, quibus organa apta sunt ad loquen-
dum; ideò frequenter ab hominibus in loquelis instruun-
tur, ut majoris æstimationis sint, fructumque ex eis ca-
pere, possint, juxta superius dicta.
Quæ omnia ingenio humano excogitata sunt, ut ho- 56
nestam voluptatem, & lucrum pariant hominibus, ad
quorum usum non solom necessarium, vel proficuum,
verum etiam voluptarium Deus Optimus Maximus om-
nia condidit, ut eis uti, frui, & honestate delectari, va-
leant.
Juxta quæ infertur ad praxim, hujusmodi lucrum ex 57
visione alicujus animalis, vel alterius monstrui, ab uno
ea socus quæsitum inter alios, ut societatis fructum, com-
municari, ut notant Cavalc. de usufruct. mulier. relict.
num. 84. Giurb. ad constitut. Messanens. cap. 1. gloss. 3. p. 1.
n. 23.
Prosequendo igitur nostrorum voluptaris fructuum 58
materiam, præfatis animi recreationis commodis simi-
les sunt fructus, quos considerant DD. in Gemmis, sive
Margaritis, catenis aureis, aonulis cum maximo aliquo
adamante, chrysolito, & similibus lapidibus pretiosis:
necnon & in pretiosis supellectilibus, ut sunt arma ærea,
argentea, vel deaurata, ensis antiqua avorum, strangu-
lum equestre opulenter ornatum, seu variè plumatum,
Sanctorum effigies, sive picturæ speciosæ, aut reliquiæ,
& his similia, quæ ut pretiosa, licet nullum lucrum pecu-
niarium reddant, fructifera tamen sunt, eorumque
fructus in eo consistet, ut ad corporis, vel domus orna-
tum, & ostentationem familiarum, vel potius vanitatem
priores habeantur: † Et consequenter hujus voluptatis 59
fructus respectu rectè in eis ususfructus relinqui, aut con-
stitui, poterit:
Unde etiam frequenter hujusmodi res pretiosæ à ma- 60
joratuum institutoribus in ipsis majoratibus relinquun-
tur, alienarique prohibentur, ut in perpetuum tan-
quam insignia, & magnæ æstimationis conserventur in
familia ad majorem ejus splendorem, vel ostentationem,
& ornatum successorum, ut benè notat Roxas de incom-
patibilit. part. 1. cap. 5. num. 29. † Qui tamen benè animad- 61
vertit de hujusmodi rerum fructibus, quia non pecunia-
rii, computationem fieri non debere ad deducendum va-
lorem majoratuum, dignoscendamque eorum incompa-
tibilitatem ratione quotæ, juxta nostram l. 7. tit. 7. lib. 5.
Recopil.
Cujus gemmarum, & similium rerum pretiosarum 62
fructuum recreationis, sive voluptuosæ æstimationis spe-
ciei notabilem, & singularem in jure comprobationem
habemus in eleganti Text. in l. numismatum 28. ff. de usu-
fruct. ubi Pomponius loquens de numismatibus aureis,
vel

vel argenteis, sive (juxta Gloss. ibidem) de nummis, in quibus Principis, vel alterius imago erat insculpta, quibus antiqui pro gemmis, uti solebant, ut idem Consultus notat, in his quidem usumfructum constitui posse, affirmat Pomponius, in eoque ususfructus utilitas, sive fructus versabitur, juxta Gloss. in dict. loc. verb. *Vsusfructus*, quod pro gemmis tamquam monilia portentur
63 ad pectus; † Et idem cavetur in text. ita intelligendo *in l. Iulianus 9. §. Si tibi decem, ff. ad exhibend.* ubi mirabiliter animadvertit Gloss. quod sit verus ususfructus, non quasi, & ratio est in promptu, quia non ut pecunia, sed ut species, ut ad pectus portentur, numismata tunc considerantur, quibus absque consumptione utimur.

64 Item præfata emolumenta, sive fructus in animi recreatione, vel visus, odorisve delectationis consistentes plerumque inveniuntur in grandioribus, vel aliis arboribus amœnitatis tantum causa habitis, quæ licet alias fructiferæ non sint, earum tamen amœnitas delectat visum, animumque recreat, magnamque voluptatem præstat; de quibus fructibus ob amœnitatem, & voluptatem arborum, & si breviter, mentionem faciunt Cępol. *de servit. urbanor. prædior. cap.* 81. *num. fin.* Alciat. *in l. sylva cædua* 30. *nu.* 3. *&* 6. *ff. de verb. signif.* Barbos. *in l. divortio* 8. *§. Si fundum, num.* 7. *ff. solut. matrim.* Grat. *discept. forens. c.* 437. *nu.* 11. D. Valent. *illustr. jur. lib.* 2. *tr.* 1. *c.* 3. *n.* 4. *& fin.* Petr. Heigius *p.* 2. *quæst. jur. q.* 40. *n.* 155. Vvaremund. ab Ehremberg. *de Regn. subsid. pag.* 61. Camill. Borrell. *cons.* 26. *n.* 86. *cum. seqq.*

65 Imò, & hujusmodi voluptatis, sive amœnitatis fructus ad redditum pecuniarium redigi solent, ut de umbra platani fertur, pro qua apud aliquas gentes vectigal pendi, testatur Plinius *lib.* 12. *natural. histor. cap.* 1.
66 † Vbi de gracili hujus arboris umbra, & emolumento mirabiliter ita loquitur: *Quis non miretur, arborem umbræ gratia tantum ex alieno orbe petitam? Platanus hæc est jam ad Marinos usque profecta, ac tributarium etiam detinens solum, ut gentes vectigal, & pro umbra pendant*; de quo meminerunt etiam Iacob. Cujacius *lib.* 10. *observ.* 7. Petr. Heigius *par.* 2. *dict. quæst. jur. quæst.* 40. *n.* 155. Arnol. Clapmar. *lib.* 5. *arcan. rer. public. cap.* 24.

67 Cujus voluptuosi fructus Romanorum tempore tam magnæ æstimationis, ut ex præfatis juribus constat, eleganter reddit rationem Vvaremund. ab Ehremberg. *de Regn. subsid. pag.* 61. quod Romani nimis de recreationibus curantes, voluptatem, & amœnitatem rerum emerunt, & in his usumfructum constituerunt, ut ex dict. *l. numismatum* 28. *l. statuæ* 48. *ff. de usufruct.* & ex aliis juribus diximus, & comprobabimus *supr. n.* 19.

68 Et extat text. notabilis de his arboribus intelligendus in dict. *l. æquissimum* 17. *§. Fructuarius, vers. Et si, ff. de usufruct.* ubi notabiliter hos amœnitatis, vel voluptatis fructus describit Consultus, ibi: *Et si fortè voluptarium fuit prædium, viridaria, vel gestationes, deambulationes, arboribus infructuosis, opacas, & amœnas habens.*

69 De quibus etiam arboribus, & eorum voluptatis fructibus extat alius text. singularis *in l. competit, ff. quod vi, aut clam*: ubi licèt arboribus non fructiferis vi, aut clam cæsis, interdictum dumtaxat domino, non usufructuario competere, respondeat Paulus, id tamen eleganter limitat, si amœnitas quædam ex hujusmodi arboribus præstetur, quo casu hujus respectu fructuario etiam interdictum competere, ait propter voluptatis, sive amœnitatis fructus interceptos, ut benè quoque animadverterunt Rebuff. *in l. impensæ* 79. *§. Voluptaria, col.* 2. *vers. Septimo, ff. de verbor. signif.* Gratian. *discept. forens. cap.*
70 437. *nu.* 11. † Vnde ipsis fructuariis hujusmodi arbores alias infructuosas; sed tamen quæ ob frondositatem deambulationes opacas, & amœnas reddunt, excidere non licet, etiam ut hortos olitorios, vel quid aliud ad redditum proficuum faciant, sed tantum per eas spatiari, earumque amœnitate, & opacitate frui; quia ipsarum hic fructus præcipuus est, ut decidit optimus text. *in d. leg. æquissimum, §. Fructuarius, vers. Et si fortè, ff. de usufruct.* & notant Cæpol. *de servitut. urbanor. prædior. cap.* 81. *de arborib. num. fin.* D. Valent. *illustr. jur. lib.* 2.
tract. 1. *cap.* 3. *num. fin.* † Qui loquitur de arundinetis, 71
& salicetis, quæ dumtaxat amœnitatis, & opacitatis causa habentur, ideo eorum cæsio per fructuarium est prohibita *in l. si altius, §. Notavimus, ff. quod vi, aut*
clam. † Licèt regulariter arundineta, & salicera inter 72
arbores cæduas numerentur *in l. item* 9. *§. ultim. ff. de usufruct.* intellige, nisi amœnitatis tantùm causa sint; & eodem modo alia plura jura de arboribus non cæduis loquentia intelligit, idem Dom. Valent. *ubi proximè numer.* 4. *in med.* quia fortè amœnitatem habentur.

Et ex eadem ratione cupressi ex luco Daphne, & Per- 73
sei excidi, prohibentur *in leg. unic. Cod. de cupress. ex luc. Daphn. lib.* 11. propter amœnitatem, & pulchritudinem hujus nemoris, quod ita erat cupressis, aliisque arboribus odoriferis consitum, & umbrosum, ut nec Solis radii ejus penetralia viderent, ut tradunt Nicefor. *lib.* 10. *cap.* 28. Sozomen. *lib.* 5. *cap.* 19. Cæsar Costa *lib.* 1. *am-*
biguit. jur. cap. 5. † Vbi aliam quoque rationem dictæ 74
prohibitionis affert ex quadam Apollinis, & Daphne fabula adductam; aliam etiam vide rationem apud Anton. Perez *super Cod. in dict. tit. de cupress.*

De floribus quidem, sive hortis aromatariis, aut pen- 75
silibus idem notandum est, ut similiter in fructu habeantur, ipsorumque fructus reputetur odoris delectatio, recreatio animi, cæterorumque sensuum volupras ex florum fragantia, & suavitate capta: & de his hortis, sive apud nos Jardenis intelligi debent, text. *in l. urbana* 198. *ff. de verbor. significat.* ibi; *Prætoria voluptati tantam deservientia, & in dict. l. æquissimum* 17. *§. Fructuarius, vers. Et si, ff. de usufruct.* ibi: *Et si fortè voluptarium fuit prædium*; in quo usumfructum rectè constitui, posse (inquit Consultus) propter delectationis, & voluptatis utilitatem, quam ex animi, aliorumque sensuum recreatione percipimus.

Quæ florum, sive hortorum commoda, aut volu- 76
ptates congerit Virgilius in laudem hortul. *pag.* 516. in his elegantissimis carminibus:

Oblectat hortus, advocat, pascit, tenet,
Animoque mœstu, demit angores graveis
Membris vigorem reddit, & visum capit,
Refert labori pleniorem gratiam,
Tribuit colenti multiformæ gaudium.

Qui etiam fructus ad pecuniarium lucrum redigi so- 77
lent, ut apud nos fieri, contingit in aliquibus circa hanc Regiam Curiam Matritensem oppidis, necnon, & in aliis locis hujus Regni, in quibus ex hujusmodi florum venditione magna lucra rediguntur.

Et de Sultano Turcarum Amurate fertur, sui hortus 78
flores divendi, & pecuniam inde concervari jussisse, ut narrat Leonicer. Turcar. *histor. lib.* 1. *cap.* 20. qui & refert, esse in Imperatorum Turcarum Palatio hortum maximum, & amœnissimum, cujus olera, legumina, & flores à Præfecto hortulanorum venduntur, & pecunia ex eis redacta Imperatori offertur, nec in alium adhibetur usum, quàm ut cibaria pro ipsius Imperatoris mensa parentur: quod rectius quidem, & justius illi Imperatores, licèt Barbari, putant, quàm, quod ex subditorum gravaminibus, vectigalibus, aliisque exactionibus cibaria pro sua mensa coemantur; undè Rustanus Consiliarius cujusdam Imperatoris Turcici, & Visiriorum primus, jussus Fiscum procurare, & rem pecuniariam tractare, in ea procuratione, nullo lucro licet minimo, neglecto inter alia, ex rosis, violis, aliisque herbis odoriferis, quæ in hortis principalibus Imperatoris erant, magnam pecuniæ copiam condidit, ita ut Regium ætarium valdè ditesceret, refert Augerius Busbequin *epist.* 1. *pag.* 37.

Et de quibusdam etiam Principibus, qui in Provinciis 79
ad Orientem mari Indico dominantur, tradit Gasp.

Kloch. *de erario, lib. 2. cap. 3. numer. 8. vers. Dynastis*, non aliunde ipsis tributa annua, quàm ex floribus, & præcipuè ex rosis, pensitari solita.

80 Et insuper, ultra præfata florum, vel hortorum commoda, aliis quoque non minoribus mentis voluptatibus deserviunt; horti quippè valde acrimoniam judicii concernunt, sunt amœnissimi amicorum recessus, & Doctorum, Musarumque gratissima congregatio, ut eleganter scripsit Lipsius in ingressu, & frontispitio sui horti in hac epigraph. *cent. 2. miscell. epist. 55. tom. 1. oper. pag. 49.*

Lipsius heic cogitat, heic peragit,
Stylus heic est. Abi musca,
Gratiarum heic locus est,
Et Musarum heic locus est.

81 Quibus terrenis, atque humanis nostrorum florum utilitatibus alium optimum spiritualem fructum addendum censeo; flores enim, ipsarum, aliarumque plantarum mira varietate, & specie, mentem ad Deum, ipsiusque infinitam omnipotentiam, & sapientiam elevant, ut mirabiliter cecinit Ioann. Stigelius *de Calend. Paul. Eberi, lib. 3. poemat. eleg. 6.*

Obvia dum picti lustro miracula campi
Naturæ intueer, dum parientis opus;
Aut mihi planta suis Numen demonstrat ab hortis,
Præsentemque refert qualibet herba Deum,
Aut operis series authorem tota recenses,
Et Levis est cespes, qui probat esse Deum:
Emicat ex ipsis divina potentia rebus.

82 Deserviuntque etiam ad considerandam vitæ humanæ fragilitatem, dum rosas, aliosque flores primum nasci, deinde pubescere, & denique brevi tempore mori, inspicimus, ut benè canit quisquis ille sit:

Fragranti similes violæ, quam tempore verno
Vna dies nasci vidit, & una mori.

Vndè eleganter Ovid. *lib. 5. trist. eleg. 8.*

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus.

83 Propter quas magnas utilitates, & hujusmodi florum
delitias magni apud antiquos horti, sive Iardeni habiti
84 fuere, † de quibus ornatissimis, & amœnissimis habendis valdè curarunt, ut constat ex hortis pensilibus Semiramidis, quos tanmperè ob ipsorum ornatissimam, & amœnissimam formam, miramque supra Babyloniæ muros structuram, & magnificentiam antiquitas admirata est, ut inter septem mundi miracula recensuerit, vide de his Plin. *lib. 36. cap. 14.*
85 Quibus similes fuere horti Pensiles Thebarum in Ægypto, quos alii Semiramidi tribuunt, alii Cyro Assyriæ
86 Regi. † Et de Adonidis mirabili hortu Erasm. *Inchiliad.* & de *Labyrintho Ægyptio, Lemnio, & Italico*
87 idem Plin. *d. lib. 36. c. 13.* Polydor. 3. *cap.* 10. † Et de Midæ horto centenarias rosas, quas hodie centifolia appellamus, producente, scribit Herodian. *lib. 8. uran. pag.*
88 528. *num.* 221. † De quibus omnibus, & aliis pluribus antiquitati celeberrimis hortis scribunt latè Plin. *lib. 29. c. 4. pag. 355. n. 20.* Ioseph. *lib. 1. contr. Apion. pag.* 860. & ex Xenophont. Cicer. *in lib. de senect.* Ælian. *lib. 1. de animal. pag. 24. & seqq.* Diodor. Sicul. *lib. 2. rer. antiq. cap. 4. pag. 49.* Strabon. *Geograph. lib. 16. in princ.* Borrel. *cons. 26. n. 83. cum seqq.*
89 Et apud Romanos insignes quoque laudati fuere horti Serviliani, Lucculiani, Enniani, & alii, de quibus Sueton. *in Tiber. lib. 3. cap. 15. pag. 92.* Cornel. Tacit. *annal. lib. 11. pag. 196.* Alexand. ab Alexand. *lib. 1. Dier. ge-*
90 *nial. cap. 9. pag. 12. & seqq.* † & de hortis Iulii Cæsaris, Augusti, Ciceronis, & aliorum ad Tiberim constructis, idem Sueton. *lib. 1. in Iul. Cæs. cap. 83. pag. 33.* Dion. Cassius *in Cæs. Octavian. pag. 351.*

91 Necomittendi sunt celebratissimi per Poetas, & Historicos Hesperidum horti siti quondam, ut fertur, in Mauritania in oppido Lyxi, de quibus plura Poetæ fabulantur, referuntque, illos mala aurea ferentes Atlantem montibus cinxisse, & ad Draconis reliquisse custodiam, quem Hercules interfecit, pomaque aurea ad Vitricum Euristeum retulit, ut de eis agens canit Ovid. *Metamorph. 4.*

Tempus Atla veniat, tua, quo spoliabitur auro
Arbor, & hunc Prædæ titulum Iovenatus habebit.
Id metuens, solidis pomaria clauserat Atlas
Montibus, & vasto dederat servanda Draconi,
Arcebatque suis externos finibus omnes.

Et Seneca *in Hercul. vers. 238.*

Post hæc ad hortus nemoris opulenti domos
Aurifera vigilis spolia serpentis tullit, &c.

Et in *Argonaut. vers. 848.*

Arbor, quæ pomis fertilis aureis,
Fugitque in auras leviori ramo.

Et Lucretius, *lib. 5.*

Aureaque, Hesperidum servans fulgentia mala.
Asper acerva tuens, immani corpore serpens
Arboris amplexus stirpem.

Et Virgil. licet in loco, ubi hi horti erant, dissentiat, *lib. 4. Æneid.*

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata Sacerdos
Hesperidum templi custos, epulasque Draconi
Quæ dabat, & sacros servabat in arbore ramos.

Quæ omnia circa Hesperidum auriferos hortos, ipso- 92
rumque aurea poma, Draconis custodiam, licèt vera putet Torreblanc. *de Mag. lib. 2. cap. 29. nu. 38.* qui Dæmonem in forma Draconis verè adfuisse arte Magia Regis Atlantis, qui in ea præstantissimus erat, idque latius repetit idem Torreblanc. in defensione, quam pro hujus, aliarumque sui libri opinionum edidit post eundem tract. *de Mag. cap. 5. per tot.* Attamen verius est, hanc Hesperidum fabulam, ut multas alias, Poetas finxisse, quia re vera Hesperides nobiles fuerunt puellæ, quæ pecudum greges exquisita pulchritudine habebant, quæ & earum vellera, ob decorem, vel colorem aureum, ac rubicundum à Poetis aurea dicta sunt, hæc igitur vellera, non aliqua poma aurea, occiso pastore, Hercules substulit, ut ita ferè referunt Diodor. Sicul. *lib. 5. cap. 2.* Servius *ad Virgil.* Æneid. 1. de quibus etiam Hesperidum hortis veram illorum historiam, omissa fabula, aliter referentes tractant Plin. *natur. hist. lib. 19. c. 4.* Iul. Solin. *in Polyst. c. 16.* Natal. Comit. *Apolog. c. 7. n. 7.*

Sed cum de his auriferis hortis verba fecerimus, non 93
omittam referre portatilem hortum, quem in Indiis fuisse fertur in Regno Peruano in Palatio Incarum illius Regni Imperatorum, quem hortum arboribus, & aliis plantis, necnon, & animalibus aureis, & argenteis, multisque lapidibus pretiosis compositum, & mirificè structum traditur, & hucusque per Indos absconditum servari, simul cum magna catena aurea, quam ducenti Indi difficile sublevabant, referunt Zarat. *in histor. Peru. lib. 1. c. 14.* Garcilasc. *in histor. Incar. 1. p. lib. 6. c. 2. & lib. 9. c. 1. & lib. 3. c. 24.* D. Solorzan. *in Polit. Indian. lib. 6. c. 5. fol. 955. vers. Taunque.*

Redeundo ergo ad nostros voluptatis, vel amœnitatis 94
fructus, eos in præfatis hortis, sive *Iardenis* capi, nemo dubitare, poterit; nam licet plerumque hujusmodi amœnissimi horti arboribus pomariis, aliisve fructiferis careant, gratiorem tamen fructum voluptatis, & recreationis habere, reputantur, propter ipsorum florum varietatem, frondositatemque, & arborum amœnitatem; necnon, & propter aquas variis artificiis salientes, ex quibus non minimam voluptatis, & delectationis fruitionem capimus, licèt fructum, videlicet, redditum pecuniarium non augeant, ut notant Consulti *in l. impensa 79. §. Voluptariæ 2. ff. de verbor. signif. & in l.*
vasa 11. ff. de suppellectil. legat. † de quarum salientium 95
aquarum voluptate, quæ ex tabulis, fustibus, cantharis, aliisque ingeniosis, & miris artificiis erumpunt, tractant Robert. *in tractat. de fluctib. tractat. de motu*, Zeisius *in theatr. machinar.* Salomon de Caus. *in tractat.* Gallicè Scripto *de machinis harmonicis fontium*, pluraque

que

Digitized by Google

que admiratione digna in Europa, maximèque in Italia inveniuntur.

96 Quibus circa nostrorum voluptatis, vel amœnitatis fructus expositis; nonnulla utilia ad praxim inferenda sunt.

97 Primò ex omnibus de fructibus voluptatis à principio hujus capitis hucusque dictis, non in eleganter intelligi, & confirmari, debet quorundam Doctorum doctrina asserentium, emptorem, qui re accepta, & pretio non soluto, ad usuras recompensativas adstringitur, juxta *l. curabit, Cod. de action. empt.* teneri non solum propter fructus, lucrum, vel commodum pecuniarium afferentes, sed etiam ratione alterius commoditatis, notant in specie Philipp. Corn. *consf.59. num.6. in fine*, Mangil. *de evictionib. quæst.*148. *nu.*21. *&* 22. Noguerol. *allegat.*18. *num.*101. *&* 102. qui licèt commoditatem, de qua sentiunt, non explicent, eorum tamen doctrinæ exemplum apponi, potest in nostris voluptatis fructibus, ut si imagines, & picturæ vendantur; vel etiam horti arboribus frondosis, & amœnis consiti, floribusque, atque fontibus ex marmoreo lapide, aliisve pretiosis lapidibus ornati, juxta proximè dicta.

98 Item ex prædictis utiliter ad praxim infertur, quod licèt regulariter impensæ voluptariæ, quæ speciem tantum ornant, veluti viridaria, picturæ, pavimenta, tectoria, & similia fructum rei non augeant; unde nec earum valor repeti potest per conductores, vel alios bonæ fidei possessores, sed tantum abradi absque læsione rei,
99 *leg.3. §. Sed et si, ff. de in rem verso*, † attamen aliquando ob visus, animique recreationem, aliquam æstimabilem utilitatem, & majorem fructum afferre solent, ut si in domibus locari solitis fiant, quo casu impensæ istæ utiles, non simpliciter voluptariæ dicentur, quia tanto pluris cœnaculum, vel habitatio locabitur, quanto ornatius erit, ut singulariter animadvertunt Alciat. *in l. impensa 79. §. Voluptaria, in princ. ff. de verb. signif.* & ibidem Rebuff. *colu.2. vers. Idem censet*, Marescot. *lib. 2. variar. cap.*11. *num.*6. Stephan. Gratian. *discept. forens.*
100 *cap.*437. *num.*8. † qui idem similiter notat *ex num.*4. si rem illam, in qua tales impensæ factæ inveniuntur, dominus erat distracturus, nam & tunc impensæ istæ promercales, & vendibiles, & sic utiles censentur, quia res ita exornata pluris in venditione æstimabitur, pro quo sunt text. singulares *in l. quod si be* 10. *de impens. in res dotal. fact. l. in funde, in fin. l. nisi venalem*, aliàs, *nisi mercalem, ff. de rei vindicat.* in quibus juribus notat optimè glos. ne alias dominus re pluris propter impensam vendita, cum impendentis jactura locupleretur, contra vulgarem regulam juris, ut innuit Glos. *in d. l. nisi venalem*, & in specie clarè resolvunt eadem Glos. *in d. l. quod si be*, Bart. *in dict. l. quod, num.*10. *ff. de rei vindicat.* benè Rebuff. *in dict. l. impensa* 79. §. *Voluptaria, col.2. im med.* & ibidem Alciat. *eodem verb. Voluptaria*, Negusant. *de pignor. in 4. memb.5. partis num.* 20. Capra *consf.90. in 2. dub.* Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 15. *n.*553. *&* 554. Maresc. *lib.2. variar. d.c.*111. *n.*6. Peregr. *de fideicomm. artic.*50. *p.*2. *n.*54. *vers. Hujusmodi*, Stephan. Gratian. *d.c.*437. *ex n.*5.

101 Quæ conclusio, ut impensæ istæ promercales, licèt alias voluptariæ, in re distrahenda, vel locanda factæ æstimentur, & earum valor impendenti solvatur, procedit etiam in rebus minorum, vel mulierum, qui difficilius his impensis adstringuntur, Gloss. *in l. si sine, §. Interposito, in fin. verb. Onerandum, ff. de administrat.*
102 *tutor.* Gratian. *dict. c.*437. *ex n.*4. † quæ tamen æstimatio pro hujusmodi impensarum in his casibus solutione, vel liquidatione erit facienda, habito respectu majoris mercedis, vel pretii, quo res ita magis ornata locari, aut vendi possit.

103 Item hujusmodi impensæ voluptariæ picturarum maximè, viridariorum, spalleriarum ex myrto cum melangolis, & similibus delitiis dicuntur utiles, & fructiferæ reputantur respectu personarum illustrium, Principum, vel Magnatum, in quorum domibus fiunt, quia frequenter per has personas plurimi impensæ istæ æstimantur, de eisque magis, quàm de aliis necessariis curant, mercedesque, & redditus hujusmodi domorum illustrium valdè crescunt, propter majorem ornatum, & ostentationem, quam semper Principes hi, & Magnates inhiant, quare in hoc casu earum impensarum æstimationem per dominos conductoribus, vel aliis bonæ fidei possessoribus, qui illas fecerunt, exsolvi debere, retentionemque, quousque solvantur, ipsis competere, sicuti pro aliis impensis utilibus, resolvunt in specie Seraphin. *decis.*986. cum apostilla marginali, ubi ita decisum testatur, Stephan. Gratian. *discept. forens. dict. cap.* 437. *num.*3. *&* 4. Giurb. *ad constit. Messanens. cap.*15. *gl.* 12. *n.*18. Cyriac. *contr.*261. *ex num.*33. & novissimè Pegas *ad ordinam. Lusit. in proœm. gl.*43. *n.*88.

Item ex præfata conclusione supra fundata, ut nimi- 104
rum, ex quo quis propriam voluntatem, sive voluptatem, quidquam faciendo, expleverit, utilitas quoq; sive fructus ei resultet, alia non minus utilis ad praxim declaratio circa impensas voluptarias inferri potest, ut videlicet, pro utilibus etiam habeantur, si rei domini voluntate per tertium possessorem fuerint factæ, quia tunc in ejus utilitatem versæ dicuntur, earumque æstimatio per dominum rem repetentem erit præstanda, ut comprobatur per text. notabilem *in l. quod si servos 3. §. Sed si mutua in fin. ff. de in rem verso*, illic: *Sed si mutua pecunia accepta domum dominicam exornavit tectoriis, & quibusdam aliis, qua magis ad voluptatem pertinent, quàm ad utilitatem, non videtur versum, quia nec procurator hec imputaret, nisi forte mandatum domini, aut voluntatem habuit, l. si servos 25. ff. de pignorat. action.* ibi: *Vel voluntate debitoris*, per quæ jura optimè, juxta hanc declarationem, resolvunt glos. *in dict. l. si servos, verb. Voluntate, & in d. §. Sed si mutua, in verb. Voluntatem*, Rebuf. *in l. impensa 79. verb. Voluptarie, ff. de verb. signific. col. 2. vers.1. & vers.2.* ubi quod semper voluntas domini exquiratur, Menoch. *de recuperand. possess. remed.*15. *num.* 532. Petr. Barbos. *in l. divortio 8. §. fin. 1. par. nu.*88. *vers. His ita explicatis, ff. solut. matrim.* Velasc. *de privileg. pauper. qu.*41. *nu.*67. benè Stephan. Gratian. *disceptat. fo-*
*rens. d. cap.*437. *n.*3. † Qui hanc optimam cautelam dicit, 105
ut istarum impensarum repetitio competat, sequitur Hermosill. *in l. 9. tit.2. glos.3. & 4. num.* 34. benè Giurb.
*ad constit. Messanens. cap.*15. *gl.*10. *nu.*14. † Ubi quod 106
sufficiat voluntas tacita, vel præsumpta, ut si hujusmodi impensæ per dominum fieri, cœperant, quia tunc fortius facto voluntas probatur, pro qua ampliatione est text. expressus *in l. in funde, ff. de rei vindicat.* in illis verbis: *Finge, & dominum eadem facturum fuisse: reddat impensam, ut fundum recipiat*, & notat Gothofred. *in d. l.*
si servos, litter. P. † Quæ etiam declara sive ante, sive 107
post factam impensam voluntas sequatur, Gloss. *in d. l. 3. §. Sed si mutua, litter. G. ff. de in rem vers.* Gratian. *dict. discept.*437. *num.*1.

Cujus principalis conclusionis ratio ea non in elegan- 108
ter, nec vulgaris assignari potest: quia ultra, quod rei dominus propter ipsius voluntatis interventum actione mandati teneatur: tales impensæ, licèt alias voluptariæ, lucrosæ, & utiles rei domino reputari debent, ex quo ipsius voluntate factæ proponantur; quia species lucrari est, explere voluntatem, nam ut eleganter ait Glos. *in l. penult. in fin. ff. de condict. caus. dat. Satis lucrari dicitur, qui voluntatem suam adimplet*, & text. singularis *in l. 1. ff. qui satisdar. cogantur. Satisfacere dicimus, cujus voluntatem adimplemus*, de quo ad similia alia plura habes supra in hoc cap. *ex num.*23.

Sed hæc limita in mulieribus, quæ & si earum volun- 109
tate hujusmodi impensæ voluptariæ fuerint factæ, ad earum solutionem non tenentur, text. *in leg. in voluptariis 11. & in leg. pro voluptariis, ff. de impens. in reb. dotal. fact. leg. unic. §. Si voluptaria, Codic. de rei uxor. action.* quia propter earum imbecillitatem, aut imperi-

tiam, & facilitatem consentiendi potius deductæ, quàm
liberum consensum præstitisse, censentur, & quia tales
personæ propria authoritate suas res deteriores facere, ne-
110 queunt. † Et eadem limitatio in minoribus traditur *in*
111 *l. si sine*, §. *Interposito*, *ff. de administr. tutor.* † Et re-
solvunt in omnibus Rebuff. *in dict.* §. *Voluptariæ*, *col.* 2.
vers. In dote, Corras. *in* §. *Item si de dote*, *num.* 3. *instit.*
de action. & *in l. quod dicitur*, *post princ. ff. de impens. in*
reb. dotal. fact. Mathesil. *singul.* 92. Menoch. *de recupe-*
rand. possess. remed. 15. *n.* 535. & 536. & præcipuè in uxo-
re loquens Barbos. *in loc. citat. ex n.* 89. & in utroque ca-
su Gratian. *ubi proximè*, *n.* 9.
112 Vt igitur materiæ nostri capitis finem imponamus, re-
ferre, libuit simillima emolumenta, aut fructus jurisdi-
ctionum, vel tituli Comitatus, aut Marchionatus, al-
teriusve dignitatis, & officiorum, quæ quidem officia,
aut jurisdictiones, sive dignitates, licèt nullius, aut mo-
dici redditus pecuniarii esse, soleant, magnæ tamen
authoritatis, & honoris sunt propter præeminentias, &
dignitatem, cujus respectu magni etiam hujusmodi ho-
norifica emolumenta, aut fructus habentur, ut per text.
in Authent. ut Iudic. sin. quoque suffrag. cap. volumus 6. *in*
fin. notant Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.*
20. *num.* 16. Hermosill. *in l.* 26. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 6. *num.*
16. Roxas *de incompatib. part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 24. & 25.
113 † Qui horum reddituum computationem, vel taxam ad
rationem quinque pro centenario valoris principalis præ-
dictarum rerum fieri debere, ait, pro cujus comproba-
tione adducit text. *in authent. perpetua*, *vers. Quod si res*
114 *pretios. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* † Et quod similiter
in his jurisdictionibus, & officiis magni valoris, sed par-
vi, aut nullius emolumenti pecuniarii, census etiam
constitui possit, ad rationem quinque pro centenario,
pro qua conclusione adducit Felician. *de censib. tom.* 1.
lib. 2. *cap.* 3. *ex numer.* 22. Duard. *eodem tractat. cap.* 52.
numer. 6. Honorat. Leotard. *de usur. quæst.* 46. *ex nu-*
mer. 21.
115 Sed certè hanc computationem, doctissimi viri pace,
dumtaxat ad rationem tertii, & etiam minus regulari-
ter restringerem, ac moderarer, vel arbitrio judicis re-
linquerem; quia licèt hæc emolumenta honorifica ma-
gni apud omnes æstimentur, attamen non ita, ut veris
fructibus, ac redditibus rerum æquari debeant, nisi
fortè magni, & excessivi honoris, & dignitatis jurisdi-
ctiones, aut officia sint, ob eorum magnas, & specia-
les præeminentias, ut pretium principale excedant.
116 † Nec huic moderationi obstat text. *in dict. Authentic.*
perpetua, *vers. Quod si res pretiosa*, *Cod. de Sacrosanct.*
Eccles. quam pro sua sententia adducit Roxas; nam in
hoc text. nulla certa taxa stabilitur, sed relinquitur ar-
bitrio judicis, ut ex ipsius verbis constat, illic: *Quod*
si res pretiosa quidem est, *parum tamen*, *aut nihil præstat*
pensionis, *res utiliter æstimanda est: ut ex hac pensio ju-*
sta constituatur.
117 Nec magis obstat ejusdem Roxas conclusio, ut in his
jurisdictionibus, & officiis magni valoris, & parvi emo-
lumenti census ad rationem quinque pro centenario
constitui possit, juxta Felicianum, Duardum, & Leo-
tard. quos pro hac sententia adducit Roxas, sed minus
rectè; quia Doctores isti loquuntur solum in jurisdictio-
nibus, quæ multos redditus, & fructus pecuniarios sin-
gulis annis referunt, ut sunt mulctæ, pœnæ, & similes
jurisdictionum obventiones, nam horum respectu cen-
sum super eis, etiam ad rationem quinque pro centum
constitui posse, non est dubitandum, ut constat ex Fe-
lician. *dict. cap.* 3. *n.* 36. ibi: *Censentur obligati omnes red-*
ditus causarum criminalium, & *civilium*, & rursus *in*
appendice ejusdem capit. num. 21. & Duard. *eodem tract.*
§. 1. *quæst.* 36. *num.* 3. & 4. & cum aliis optimè Leotard. *de*
usur. quæst. 46. *ex num.* 21. ibi: *Mihi videtur*, *simplici-*
ter dicendum censum super ipsa jurisdictione constitui, *pos-*
se, *dummodo fructus referat*, *qui singulis annis recur-*
rant: & in hoc sensu expressè loquuntur Intrigliol. *de*
censib. quæst. 32. *numer.* 8. Avendan. *eod. tractat. cap.* 52.
num. 6. † Imò, & quod in ipsa jurisdictione census con- 118
stitui, non possit, sed dumtaxat super illius fructi-
bus, & redditibus, qui consistunt in mulctis, pœ-
nis, & similibus obventionibus, voluit Cencius eo-
dem tractat. *de censibus* 1. *part. cap.* 3. *quæst.* 1. *arti-*
cul. 5. *num.* 14. quem tamen in hoc rectè corrigit Leo-
tard. *ubi proximè*, qui rectè super ipsa jurisdictione (dum-
modo prædictos fructus referat) imponi posse, resolvit.
Vnum tamen nota, quod si jurisdictio, vel officium, 119
licèt modici, aut nullius redditus pecuniarii, ob eorum
dignitatem, & honorem, sive præeminentias magna
mercede, aut pretio pecuniario locari soleant: tunc re-
spectu hujus mercedis, & fructus census super tali juris-
dictione, vel officio rectè constitui poterit; nam
juxta doctrinam ejusdem Leotard. *dict. quæst.* 46. *nu-*
mer. 21. & *quæst.* 47. *num.* 10. fructifera illa res in ter-
minis constitutionis Pii V. esse dicitur, quæ locari po-
test.

Et hæc pro nostrorum voluptatis fructuum explicatione, lectorisque recreatione dixisse, sufficiat, quæ non ita ad praxim alibi congesta invenies.

§. Unic.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia capit. præcedent. fructuum nempè voluptatis: Agitur de tribus principalioribus, & frequentioribus voluptuosis fructibus, sive oblectamentis: Primò, quos ex theatralibus repræsentationibus capimus: Secundò, quos ex Musica; plura de ea, quàm delectabilis, magnique apud nos semper habita fuerit? Quando illicita? ut si res turpis, vel cum aliqua inhonestate, aut procaci motu decantetur, & de cantilenis, quæ de nocte puellis exhibentur ad nostram *l.* 5. *tit.* 10. *lib.* 8. *Recopilat.* aliaque plura de Musica cumulantur, de variis instrumentis musicalibus per aerem, per aquam, & per tonulas sonantibus: Et de damni restitutione, & obligatione ad interesse, si hæc instrumenta frangantur, vel aliter quis eis uti, prohibeatur: Tertiò de chorearum delectabili fructu, seu saltationum recreationibus agendum: Et de earum antiquissimo apud ethnicos laudabili usu, necnon, & in Sacra Pagina, maximè, cum in honorem, & laudem Dei honestè fiunt: Et quid è contra, si eum aliqua inhonestate, turpi motu, procaci gesticulatione, amatoriave irritanti cantatione, vel aliter impudenter exerceantur? quæ ideo exprobantur multis Sacræ Paginæ locis, & Sanctorum dictis, necnon, & quampluribus mirabilibus, & jucundis Christianæ historiæ exemplis hæc chorearum oblectamenta damnata proponuntur, & quando secus licita sint? Referuntur plures circumstantiæ, ex quibus maximè redduntur illicita, veluti ratione loci, temporis, personarum, modi, intentionis, vel ratione provocationis? Quid etiam in gravioribus personis, seu in dignitate positis, an eis aliquando chorizare, vel saltare, liceat? Et denique parentes filias ab his tripudiis, saltationibus, & cantilenis, musicalibusque artibus ediscendis summovere monentur, ob magnum puellarum verecundiæ, & virginalis modestiæ detrimentum, aliaque multa damna, quæ ex his virginum saltationibus, & diversionibus ipsis sæpè sequi, contingit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prosequitur materia capitis precedentis, fructuum nempè voluptatis:*

Proponitur, separatim agendum de triplici fructuum principalissima recreatione, sive oblectamenta ex Theatralibus, nempè, repræsentationibus: ex Musica, necnon ex choreis, aut saltationibus, ibid.

2 *De Theatrali repræsentatione, ejusve recreatione, aut voluptuoso commodo.*

Antiquiores, Romanorum tempore maximè; hæc oblectamenta ex hominibus joculatoribus, Thymelicis, & similibus capiebant.

4 *Hodie apud nos frequentantur magis seriæ Comœdiarum repræsentationes.*

Quam voluptuosa menti, & sensibus jucundissima earum oblectamenta, sive fructus, ibid.

5 *De Theatricis spectaculis tam antiquis, quàm nostrarum Comœdiarum recentioribus, an, & quandò licitè, vel illicitè per Principem permittantur? privati eis intersint, aut per histriones, vel Poetas fiant? remissivè.*

6 *Agitur de commodo, sive delectabili fructu ex Musica provenienti.*

Referuntur plurima Musicalia oblectamenta, aut commoda, ibid.

7 *Musica animum recreat, magnamque menti voluptatem affert.*

Est velut ludus animi, & à curis vexati requies, ibid.

8 *Habet quandam naturalem delectationem.*

9 *Ipsius usus omni ætate hominibus admodum delectabilis, & gratissimus.*

10 *Musica, juncta maximè dulcedine cantus, tristitiam, noxiam atque mentis tædium expellit: Languentem animum refovet.*

Cruentam sævitiam attenuat: perniciosa odia ad auxiliatricem gratiam convertit, ibid.

Somnium conciliat, soporantem languorem vigilantibus reddit, ibid.

Saluberrimam quietem turpi amore captam, seu viciatam ad honestum studium revocat, ibid.

Animum mentemque elevat, & ad Deum totum quasi divinitus convertit, ibid.

11 *Inter signa prædestinationis reputatur, animum ad Musica concentum pronum habere.*

12 *Carmina elegantia, in quibus hæc, & alia Musicæ encomia, describuntur.*

13 *Referuntur DD. alii, & Poetæ mirificè de musica ad ejus laudes loquentes.*

14 *Magna de Musica, variisque instrumentis Musicalibus in Ecclesia habetur pro Divinis Officiis celebrandis.*

Commendatur passim in pluribus locis Sacra Pagina, ibidem.

15 *Instrumentis gravioribus tantùm in Ecclesia utendum, & graviora carmina, ac devota decantanda, non verò profana.*

16 *Reprehenduntur, & damnantur profanis cantileni populo magis, quàm Deo, placere studentes.*

17 *Quid si non profana carmina, sed devota decantentur, ad sonum tamen, sive modulationem nimis jocosam, & quæ profanis, & amatoriis cantionibus publicè alias deservivit.*

19 *Musica è contra mala, ac inhonesta, ejusve voluptatos omninò fugienda.*

Et si per pulcherrimas fœminas aliquibus modis, & cantilenis provocativis, decantetur, ibid.

Musica inhonesta fortius ad lasciviam animos excitat, quàm ad bonum, si bona, & honesta sit, ibid.

Increpantur maximè turpes cum Musica saltationes cum lascivis motibus, aut gesticulationibus, ibidem.

20 *Musica cum carminibus maximè, vel cantilenis, licèt alias per se licitis, amoris tamen explicandi causa ad puellarum domos non est utendum.*

21 *Quid si ob justi matrimonii desiderium fiat?*

22 *Prohibetur, lasciva carmina, & cantilenas per vicos, vel plateas noctè decantari nostra* l.5. tit.10. lib.8. Recopilat.

Corrumpunt valdè fœminarum castitatem, ibid. & num. seqq.

24 *Non tantùm in factis, sed etiam in dictis servanda honestas.*

Romulea lege, & Politicorum censura verborum obscænitas à Civitate exterminata fertur: dict. nu. 23. cum seqq.

27 *Plura remissivè de Musica ipsiusque laudibus, quam magni ab excelsis viris, ac Principibus semper habita fuerit?*

28 *De varietate instrumentorum musicalium ad plura per rotas artificiales, aquæ decursum, & aliter mirabiliter sonum emittentia.*

29 *Quæ instrumenta Musicalia approbata sint, vel hominem ingenuum eorum usus deceat, & quæ reprobata censeantur?*

30 *Musicæ hæc voluptatis commoda ad redditum pecuniarium reduci solent.*

Ad damni, vel interesse restitutionem quis damnandus, & quod, si Musicalia instrumenta fregerit, vel dominum eis uti, impediat? ibidem.

31 *Principes, virosque excelsos, sive in dignitate, litteraria, maximè constitutos, gravioribus tantùm instrumentis musicalibus, non humilioribus uti, decet, cum num. seqq.*

32 *Canere Regiis Consiliariis, Cancellariarum Auditoribus, Episcopis, & similibus valde indecens, Senatoria dignitati, & gravitati adversans.*

33 *Refertur mirabile dictum Philippi Macedoniæ Regis in filium magnum Alexandrum cum benè canentem audientis.*

34 *Principibus melius raucus tubarum sonitus, & bellicus strepitus, quàm Musica suavis, & delicata melodia sonare debet.*

Antheas Scytharum Rex Ismeniam, alioquin strenuum ducem, propter musicam tamen laudatum irrisit: ibid.

35 *Agitur de fructu voluptuoso, sive recreatione ex choreis, aut saltationibus cum cantibus sæpè, & ad musica concentum: cum num. seqq.*

Choreæ hujusmodi, sive saltationes, non parum animum recreant, nec minimam sensibus voluptatem tribuunt, d. num. 35.

36 *Dicuntur etiam plausus, & quare.*

37 *An licitè choreæ, ipsarumve voluptates habeantur, necne? cum numer. seqq. resolvitur infr. ex numer. 97.*

Earum usus in multis Sacra Pagina locis approbatur, imò, & laudatur: Referuntur sacra loca, ibidem.

38 *Lusit David, & coram universo populo ante Arcam Dei saltavit.*

39 *Servatur laudabiliter in nostra Hispania, ut coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, dum solemniter gestatur, præcedant varii saltantium chori, & alia Christiana lætitia.*

40 *Apud Etnicos chorearum voluptates non solùm licitæ, sed magni quoque habitæ, & universali more, & nonnunquam legibus receptæ, referuntur, ad Athenienses, Lacedæmonios, Græcos, & alias Nationes.*

41 *Apud Romanes Romanam juventutem, & etiam Senaterum filios in ludo, sive arte saltandi, & psallendi parentes instrui.*

42 *Prodest valdè, ut juvenes agiles, & promptiores ad bella reddantur.*

43 *Epaminondas bellicosissimus Dux Thebanus probè cantasse, & saltasse, laudatur.*

44 *Plura alia remissivè de choreis, & saltationibus: quam variis gesticulationibus, & motibus in adstantium voluptatem, & recreationem exerceantur.*

45 *Concluditur ad superiorem quæstionem sub distinctione inter choreas, vel saltationes, quæ nullam turpitudinem continent: & inter inhonesta tripudia, & cum turpibus cantilenis: in primo casu licita habenda resolvitur: secus in secundo, & n.46.*

Referuntur nonnulla Sacræ Paginæ, & Sanctorum Patrum, necnon Ethnicorum loca, & exempla, quibus hæc damnantur, & increpantur inhonesta tripudia: cum n. seqq.

49 *Detestatur maximè Sacra Pagina mulieres saltatrices, fucatas admodum, nimisque petulanter, & provocativo modo id facientes.*

50 *Et earundem, aliarumque vana ornamenta, pretiosæ, & odoriferæ vestes, cæteraque annullorum, gemmarum, & similium muliebria superflua, ac profana indumenta.*

54 *Nimiæ exultationes, & risus exprobantur, & quæ?*

55 *Refertur quædam canonica mulierum saltationum prohibitio.*

56 *Exemplum sceleratissimum, ac crudele Herodianæ saltatricis.*

57 *Notabilis circa id locus, & execratio Divi Ambrosii.*

58 *Et Divi Chrysostomi.*

59 *Magnus Basilius quid de choreis minus honestis senserit, sive de mulieribus inverecundè, ac petulanter tripudiantibus?*

60 *Quid Beatus Ephrem?*

61 *Ubi choreæ hujusmodi, & tripudia virorum tenebræ, & mulierum perditio: Angelorum tristitia, & diaboli festum nuncupantur.*

62 *In profanis, & inhonestis tripudiis lætantur dæmones, & sui ministri.*

63 *Festorum tempus potiùs in aliquo opere laborando, quàm in his choreis saltando consumendum, juxta Div. Augustinum.*

64 *Virgines maximè ab his choreis, & variis cantionibus procul esse debere, monet Div. Ambrosius.*

65 *Virginalis verecundia his diversionibus frangitur, & modestia perditur, d.n.64. & 65.*

66 *Increpantur, in juvenibus maximè, hæc cum mulieribus saltationum spectacula, & concentus.*

67 *Tunc præcipuè, cum post nuptiales epulas, cibum splendidum, & immoderatum potum exercentur?*

Referuntur alia notabilia loca Magni Basilii dict. n.67. cum duobus seqq.

70 *Referuntur quamplurima historiarum exempla, quibus minus honestè ducentes choreas, vel tripudiantes divino judicio fuerunt damnati, cum numer. seqq.*

71 *Sancti Eligii maledictione inhonesta tripudia contra Sancti monitum ducentes à Dæmonibus arrepti, & dementati.*

72 *Tybicen quidam chorizantes juvenes, & puellas carminibus obscænis, & turpibus ad saltationem concitans fulmine divinitus percussus, in inferorum choreas à Dæmonibus adsportatur.*

73 *Plures procaciter super ponte tripudiantes, ponte miraculosè disrupto, submersi referuntur, & numer.74.*

75 *Notabilis circa Iob vaticinium.*

76 *Casus mirabilis cujusdam procacissimæ saltatricis post choream subitanea morte divinitus percussæ.*

77 *Increpantur maximè, & damnantur multis exemplis hæc tripudia, & inhonestas choreas in die festo exercentes, declaratur plenius infr. ex numer.103.*

78 *Mulier in diebus festivis choream nimis frequentans, & ducens per taurum nigrum, sive Dæmonem, dilacerata, ejusque viscera dispersa.*

79 *Stupendus, & mirabilis casus divinæ punitionis quorumdam in Ecclesia nocte Nativitatis Domini chorizantium, qui ita, Presbyteri deprecatione, per totius anni spatium sine intercessione die, ac nocte saltantes remansere.*

81 *Choreas cur Sancti Patres, & Doctores detestentur.*

82 *Notabilis ad rem chorearum definitio, vel descriptio.*

83 *Choreæ, & profanæ saltationes gratissima spectacula Dæmoni.*

84 *Magna Dæmonum cura semper homines ad risum, & hæc inania gaudia provocare.*

Læti homines, atque hilares semper Dei obliviscuntur, ibidem.

85 *Chorearum, & saltationum ab ipso diabolo origo.*

86 *Inter eas Diabolus, assumpto corpore, quibusdam horrendis figuris, pluries visus.*

87 *Casus notabilis, & jucundus, sive parabola cujusdam Dæmonis, qui requiem aliquam sibi in hoc mundo inter hominum scelera quærens, in nullo blasphemiarum, perjuriorum, latrociniorum, nec in alio, etsi scelestissimo loco, quievit, præterquam inter chorizantes, & saltantes.*

88 *Quid Ethnici Doctores, aut Philosophi chorearum, vel saltationum exprobationem senserint?*

89 *Demetrius Cynicus artem saltatoriam, velut inutilem corporis gesticulationem damnat.*

90 *Saltatores, ut Reipublicæ otiosi, & damnosi, ab urbe Romana tempore Imperatoris Claudii fuerunt expulsi.*

91 *Tiberius reprehensus, ex quo non tantum eos revocavit, sed etiam ipse plurimum saltationibus oblectatus, Principes aliquando de nocte ad se vocans, tanquam de rebus necessariis acturus, eos ad tripudia provocabat, invitosque saltare, compellebat.*

92 *Premissa sponsa cuidam, parentem insignem philosophum revocata, ex quo sponsum saltare vidisset.*

93 *Alfonsus Aragonum Rex saltationem genus insaniæ appellabat.*

94 *Sentit idem Divus Ambrosius.*

95 *Major, & ridenda magis saltantium insania, quàm ipsa vera insania.*

96 *Hucusque contra saltationes, & choreas dicta declarantur, quando procedant, vel quando secus licitè haberi debeant? cum num. seqq.*

97 *Saltationum, vel chorearum actus per se indifferentes habendi, non adhærente eis alia mala extrinseca qualitate, cum num. seqq.*

Intelliguntur in hoc casu loca Sacræ Paginæ, quibus laudantur choreæ, & approbantur: ibidem.

98 *Procedit etiam hæc ratione universalis consuetudo ducendi choreas, & saltationes cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, dum solemniter gestatur.*

101 *Choreæ, & saltationes redduntur illicitæ alicujus circumstantiæ, & qualitatis extrinsecæ ratione: quibus modis accidere, id valeas, cum nu. seqq.*

102 *Ra-*

Digitized by Google

102 *Ratione loci illicita esse possunt, ut si in Ecclesiis, vel earum Cœmeteriis fiant.*

103 *Ratione temporis, si in diebus festivis; & an, & quando chorearum recreatio illicita sit? cum num. seqq.*

Text. in cap. irreligiosa consuetudo, de consecrat. distinct. 3. cap. cum decorem, de vit. & honest. Cleric. *Decretum Concilii Basileensis* de Cult. Divin. & repræsentat. *declarantur.*

108 *Quid in publicis choreis recreationis populi gratia inductis: & si tempore Divinorum Officiorum exerceantur?*

Text. in l. fin. circa med. Cod. de feriis, *declaratur, ibidem.*

109 *Quid in antiquis Romanorum impudicis ludis, & sanguinolentis spectaculis, necnon in nostra taurorum agitatione, an in festivis diebus sit permittenda?* ad text. in Clement. 1. de Celebrat. Missar.

110 *Quid si saltationes, aut chorea fiant temporibus, quibus Ecclesia omne gaudium intermittit, ut puta à septuagesima, ad Pascha.*

111 *Ratione personarum, quando choreæ illicita reddantur, ut si Clerici, vel Religiosi, aut moniales eas exerceant? cum num. seqq.*

Hujusmodi personis Ecclesiasticis choreas, & secularium jocosas cantiones exercere, prohibetur ex text. in cap. nullus presbyterorum, de consecrat. distinct. 5. *ibid.*

112 *Nec his spectaculis assistere eis licet, ad text.* in cap. non oportet, de consecrat. dict. distinction. 5.

113 *Nec conviviis, in quibus talia tripudia, vel saltationes exercentur.*

Text. in cap. Presbyteri, distinct. 35. *declaratur, ibidem, & num. seqq.*

114 *Declarantur hæc omnia, quoad personas Ecclesiasticas, ipsarumque chorearum spectaculis interessentiam, si chorea, vel saltationes turpes sint, modisque inhonestis, ac tripudiis: secus si serio modo, vel jocosè tantùm, ac honestè exerceantur, & num. 15.*

Honestis choreis in nuptialibus maximè, aliisque secularium gravibus cœtibus, Clericis etiam aliquando chorizare licet, & non nulla gravia decantare, ibid.

116 *Ratione modi generaliter quibuscumque personis chorea, & saltationes illicita esse, possunt, ut si turpi motu, obscanave gesticulatione, aut turpibus cantionibus, aliterve inhonestè fiant.*

Declarantur in hoc casu Sacrarum Scripturarum, & Sanctorum Patrum loca, & exempla in chorearum detestationem superius adducta, ibid.

117 *Ratione chorizantium, vel saltantium intentionis quibuslibet etiam chorea illicita esse, possunt, ut si quis lascivo, aut concupiscendi animo, cum fœminis maximè, choreas ducat.*

Actus indifferens ratione bona, aut mala intentionis exercentis, ut bonus, vel malus sit, dimetiendus, ibid.

118 *Ratione etiam provocationis saltationes quoque redduntur illicita, vel si chorizantibus ipsius, vel aliis occasio proxima in turpitudinem sit.*

119 *Extra præfatus casus, chorearum, vel saltationum voluptates licita remanent.*

120 *In nuptiarum maximè, conviviorum, aliisque virorum, & fœminarum cœtibus, qua circumspectione his chorearum voluptatibus, ob animarum periculum, sit utendum.*

121 *Declarantur præfato, quoad seculares personas, ut eis chorea, aut saltiones indifferentes, seu licita habeantur, ne procedat in gravioribus viris, in dignitate maximè constitutis, quibus chorizare, vel saltare, indecens habendum.*

122 *Maximè muliebri veste indutis, vel aliis ridiculis transformationibus factis.*

His omnibus honestas amittitur, pessundatur gravitas, & in magnum dedecus vertitur, ibid.

123 *Dionysio Syracusorum Tyranno, omnes in convivio Purpurea, & muliebri veste indutos saltare, jubente, notabilis Platonis id facere recusantis, responsio.*

124 *Dejotarus Rex, & Murena coram Senatu Romano, ex quo in convivio saltarent, accusati, & numer. 125.*

126 *An aliquando propter nuptiarum magnam solemnitatem, vel aliam celebrem lætitiam gravibus viris? & in dignitate constitutis serio saltim saltare liceat?*

127 *Quid si Episcopi sint, vel Suprema Senatoria dignitate decorati?*

128 *Parentes virginibus nimis chorizare, tympanave, lyram, vel alia instrumenta ad id tangere, vel cantare, permittere, non debent.*

His exercitiis, saltationibus, tripudiis, & nimis frequentibus cantibus puellarum pudicitia marcescit, modestia amittitur, naturalis verecundia deperit, ibid.

129 *Ipsarum dissolutioni magis, inquietudini, suscitandisve passionibus, quàm honestati deserviunt: multaque alia ex hujusmodi chorizandi exercitio congeruntur damna virginali pudicitia, ac modestia adversantia.*

132 *Schola publica, aut magistri pro puellis in arte saltatoria eruditionis in Republica permitti non deberent.*

Adducitur in prædictorum comprobationem notabilis cujusdam Doctoris antiqui locus, numer. 130. cum seqq.

137 *Insignis alius refertur ex Divo Ambrosio.*

Consulit matribus hic Sanctus, ne filias chorizare, vel saltare, permittant, ejusque notabilia verba referuntur, ibidem.

138 *Monentur parentes, ut præfata pro bona filiarum educatione considerent.*

139 *Confidere non debent in quarundam puellarum majori verecundia, & modestia, ut hac ratione eis saltaterias artes addiscere, permittant, & ratio.*

Unum certum est; per choreas, & saltationes nihil virginibus honestatem augeri, multum tamen plerumque minui, & aliquando amitti, ibid.

140 *Dolendum nimis, si verecundiam, & honestatem, qua Pater Omnipotens Virginem dotavit, naturalis pater, aut mater hoc saltationis, vel chorearum medio in aliquo minuat, vel in totum destruat.*

PRosequendo igitur præcedentis capitis materiam, fructuum nempè voluptatis tractationem, ultra superius relata, sunt alia etiam non minimæ delectationis emolumenta, & fructus, quos visu, & auditu percipi, non parum animum recreat, mentemque delectat, & omnibus sensibus magnam jucunditatem affert: Hi ergo sunt, quos in Theatris, vel etiam privatim frequenter capimus ex Comœdiarum, & aliis repræsentationibus: ex Musica etiam, choreis, aut saltationibus, de quarum rerum oblectamentis, sive voluptuosis fructibus separatim in præsenti §. per singulas sectiones agendum. 1

SECTIO I.

De emolumentis ex theatralibus repræsentationibus.

PRimò theatrales repræsentationes, & alia theatrica gesta voluptuosa emolumenta hodie nobis præstant; quæ commoda, sive recreationes antiquioribus, maximè Ro- 2

Romanorum tempore magis frequenter offerebantur ex
hominibus Iaculatoribus, Thymelicis, Funambulantibus, Athletis, Mimis, Pantominis, & similibus,
qui conducti sui spectaculum publicè, vel privatim præbebant, visui, & auditui adstantium magnum oblecta-
3 mentum afferentes; † ideò *Artifices voluptatis*, sive
animi recreationis hujusmodi Comici, vel Mimi dicuntur *in l. ut jus jurandum 7. §. Dabitur, ff. de oper. libertor.*
4 ibi: *Vel histrio, vel alterius voluptatis artifex*: † Hodie verò, ut diximus, qui frequentius nos delectant, sunt
Histriones, sive Comici, ipsorumve seriæ comœdiarum repræsentationes: inter quas, earumque ingeniosos, &
si fabulosos sæpè, & commentitios casus, necnon inter elegantia, ac dulcia carmina, & recitantium mira proprietate voces, & affectus conquiescit spectantium animus, mensque omni alia externa cogitatione aliena, his
sensibus, jucundissimis fructibus, & recreationibus elevatur.

5 De quibus tam antiquis spectaculorum, quàm hodierni temporis comœdiarum recentioribus oblectamentis
plurium tractandarum quæstionum patebat aditus; an quando videlicet in Republica Christiana nostrarum
maximè comœdiarum recreationes licitè per Principem publicè fieri, permittantur? eisve privatis absque crimine frui, sive interesse liceat? necnon, &
quoad Poetas comœdias scribentes, & recitantes Histriones, an etiam eis id in conscientiæ foro facere, securum
sit? & ad alias multas quæstiones circa spectaculorum, vl comœdiarum voluptuosos fructus; sed circa has omnes quæstiones dissertationem juridicam, & politicam
scriptam, separatimque edendam habemus; quare hic tractatio hæc consulto omittenda, & ad secundam hujus
§. sectionem circa musicalia oblectamenta procedendum.

SECTIO II.

Commoda, sive musicalia oblectamenta.

6 Commoda igitur, & delectationes, quas ex Musica
7 capimus quamplurima numerari possunt: † Primò namque Musicam animum recreare, magnamque
menti voluptatem afferre, nemo diffitetur; quia velut ludus animi est, & à curis vexati requies; *Vinum enim*
(ut in Ecclesiastic. cap. 40.) *& Musica lætificant cor ho-*
8 *minis*: † habet sanè Musica, (ut notat Aristotel. *lib. 8.*
9 *polit. c. 2.*) quandam delectationem naturalem; † propter
quod ipsius usus omni ætate hominibus admodum delectabilis, & gratissimus fuit; ideo Macrob. *de somn. Scipion.* inquit: *Omnis anima musicis sonis, capitur: Musi-*
10 *ca capitur omne, quod vivit*: nam musicæ suavitate (juncta, maximè, dulcedine cantus, qui super omne hominibus delectabilissimus est, juxta Philosophum, *ubi proximè*) tristitia noxia, mentisque tædium expellitur: languentemque animum bonis cogitationibus musica refovet: cruentam sævitiam attenuat: perniciosa odia ad
auxiliatricem gratiam convertit: ignaviam explodit, somnium conciliat, soporantem languorem vigilantibus reddit: saluberrimam quietem turpi amore vitiatam, & captam ad honestum studium revocat: & ità
animam, mentemque elevat, ut à terrenis passionibus omnino alienum faciat, & ad Deum totum, quasi divinitus, convertit, magnamque ex eo devotionem in
divinis infundit, benè de his omnibus P. Torres *in sua Philosoph. Moral. lib. 6. cap. 7.* ubi quamplurima ex sacris profanisque litteris, Sanctorumque auhoritatibus
11 in id adducit: † ideo inter signa prædestinationis frequenter reputatur, animum ad musicæ concentum pronum habere.

12 Quæ omnes musicæ voluptates, & recreationis commoda eleganter describuntur in vulgaribus, sed elegantibus carminibus, in quibus Musica de se ipsa mirabiliter
ita loquens inducitur:

Vinco, flecto, rego cantu, dulcedine, plectro,
Dira, cruenta, fetos, tartara, monstra, viros:
Languentes relevo, morituros excito, mæstos
Erigo, pallentes munio, vinco deos.

Videndusque Cassiodor. *lib. 2. epist. 40.* qui elegantissi- 13
mum encomium de Musica scripsit: de qua etiam, ipsiusque maxima recreatione, ac voluptate præstantissimè, & omnibus dulcius canit Eoban. Hessius in sequenti epigrammat.

Quem non blanda juvant varii modulamina cantus,
Huic jecur, & renes, ægraque corda stupent;
Nam nihil humanas tanta dulcedine mentes
Afficit, ac mellica nobile vocis opus.
Tange lyram digitis; animi dolor omnis abibit:
Dulci sonu refovet tristia corda melos.

Qua ratione, propter hanc Musicæ quasi divinam ele- 14
vationem, & mentium suspensionem, in Ecclesia pro Divino officio celebrando, laudibusque Deo offerendis,
magna cura de ea, variisque instrumentis musicalibus habetur, & commendatur passim in pluribus locis Sacræ
Paginæ, laudabiliterque, ac magnificè fit in nostra universali Ecclesia Catholica; † quod tamen gravioribus 15
instrumentis, ut puta Organis, Arpis, & similibus fieri debet: & similiter decantanda sunt graviora, & devota
carmina in Sanctorum festivitatibus in ipsorum laudem, & pro fidelium mentibus ad Deum elevandis: non verò
profanæ cantilenæ, quæ fidelium mentem à divina contemplatione seducunt, ut singulariter habetur ex Divo
Hieronymo *in cap. cantantes 92. distinct.* † Vbi his pro- 16
fanis cantilenis populo magis, quàm Deo placere studentes acriter reprehenduntur, & faciunt text. *in cap. Sancta Romana Eccles. 92. distinct. cap. sedulo 38. distinct. cap. non mediocriter, de consecrat. dist. 5. Clement. 1. de celebrat. Missar. cap. cum decorem, de vit. & honestat. Clericor.* in quibus juribus passim Canonistæ: sed optimè, ultra alios, contra has cantilenas, quæ inter divina officia, satis imprudenter, & nonnumquam impudenter per aliquos misceri solent, Constant. Roger. *in tract. de summ. bon. argument. Eutropelia extrema veriora, &c. n.*
43. Alber. de Ferrar. *de horis canonic. n. 59.* Cæsar. Costa
in tr. de ludo, articul. 2. n. 8. & 9. † Imò non solùm ipsa pro- 17
fana carmina reprobantur, sed etiam alia, licèt devota, quæ decantantur, tamen ad sonum, sive modulationem
nimis jocosam, & quæ profanis, & amatoriis cantionibus in publicis Comœdiarum spectaculis forsan deservivit.

Hæc de laudibus Musicæ, ejusve licitis voluptatibus: 18
quandò honesto modo exercetur.

Sin autem Musica mala, & inhonesta sit, omninò 19
ejus voluptates sunt fugiendæ: ut si lascivа carmina decantentur: vel si per pulcherrimas fœminas aliquibus
modis, vel cantilenis provocativis, ut aliquando in theatris fit; quia tunc similiter Musica hæc inhonesta ad lasciviam animos excitat, atque impellit; & quidem fortius, quàm ad bonum, si bona, & honesta esset, nostra naturali fragilitate, & ad malum pro pensione coadjuvante: ut notant in cantibus cum profanis, nimisque lætis saltationibus, turpibusve motibus, & gesticulationibus (quæ omnia valde pudicitiam tentare, & ex eo prohibita dicunt) D. Antonin. *part. 2. tit. 3. cap. 7. §. 5.* Alcozer. *in summ. cap. 20. & lib. de Lud. cap. 54.* Cordub. *quest. 5. concl. 2.* Thom. Sanch. *de matrim. tom. 3. lib. 10. disputat. 46. ex num. 42.* Torreblanc. *de Mag. lib. 2. cap. 47. num. 48.* optimè D. Episcopus Villarroel *in suo gubernio Ecclesiast. part. 1. question. 6. numer. 40. & 90.* & gloss. singularis *in cap. donare 86. distinct.* ibi ut addit. *dum tamen obscœnos motus corporum ante se fieri, non patiatur*; qoam gloss. nota contra vulgarem sonum, & psaltationem apud nos *Zarambeque*, quem sonum simul cum saltatione valdè inhonestum, nemo est, qui dubitet, ob improbas gesticulationes, & lascivos motus, quibus exercetur.

Et similiter hujusmodi musicæ voluptates licitæ non 20
erunt, si ad alium turpem finem eis uti, velimos, veluti
si lasci-

Digitized by Google

si lascivi amoris explicandi gratia cantilenæ, vel alia car-
mina puellis juxta ipsarum domus de nocte decantentur,
vel musica offeratur, ut frequenter per juvenes amore,
vel mente capros, fit: notat in specie Const. Roger. *in*
21 *dict. tractat. de summ. bon. in tit. de eutropel. num.* 40. †
Dixi; *Lascivi amoris explicandi gratia*, quia potest es-
se ob justum matrimonii desiderium, ac prætensionem,
quo casu cantilenas istas licitas censeo, dummodo per se
turpes non sint, & dummodo puella, ipsiusque paren-
tes ab eis tacitè, vel expressè non dissentiant; quia tunc
nulla eis injuria irrogabitur.
22 Quibus adde Regiam Sanctionem in nostra *l.* 5. *tit.*
10. *lib.* 8. *Recopilat.* qua prohibetur, ut quis per vicos,
vel plateas nocte, dieve obscœna verba dicere, vel ca-
nere, audeat: cum nihil magis fœminarum castitatem
corrumpat, & sinceram modestiam ad malum aperiat,
23 quàm turpia verba. † Ideo non solùm in factis, verùm
etiam in dictis honestas est expectanda, ut dicitur in *l.
item apud labeonem* 13. §. *Qui turpibus*, *ff. de injur.* nam
juxta Iovium Pontan. *lib.* 1. *de timor. conjugal. ad uxor.*

*Corrumpunt mala dicta, animos, moresque veren-
dos.*

In veros sensus sepè abjere joci.

24 † Qua justissima ratione Aristotel. *lib.* 7. *Polit. cap.* 17.
obscœnitatem verborum de Civitate exterminandam
monet; quia (ut inquit Philosophus) *ex turpiter loquen-*
25 *di licentia sequitur, & turpè facere:* † Idque fuit quoque
prohibitum lege Romuli, quæ ita jubebat: *Ne, præ-
sentibus, vel audientibus fœminis, obscœna verba facito.*
26 Quæ omnia (nec extra nostram materiam) notare
libuit, ut benè cognoscatur, quando, & quomodo his
Musicæ voluptatibus, sive fructibus uti, debeamus.
27 Ad alia autem de musica, ipsiusque voluptate, & de-
lectatione, & quàm magni Musica excelsis viris, &
Principibus semper habita fuerit, & apud Græcos tantæ
venerationis, ut idem Musici, & vates, & sapientes
judicarentur, multis testimoniis, & exemplis, pluresi-
que laudes, & varia instrumentorum musicalium genera
de musica referentes Aristotel. *cap.* 3. Cicer. 3. *de finib. &*
1. *de offic.* Plaut. *in mostel.* Boet. Darocens. qui integros
tract. de music. ediderunt, Iacob. Fab. *in tract. element.
music.* Veget. *lib.* 2. *cap.* 22. Polidor. *lib.* 11. *cap.* 15. Cœl.
Rodig. *antiq. Roman. lib.* 26. *cap.* 6. Policrat. *de nug. cu-
rial. lib.* 1. *cap.* 6. *& lib.* 8. *cap.* 12. Quintil. 1. *cap.* 6. Cæs.
Bulleng. *lib.* 2. *de music. & scæn.* Georg. Schœnuorb. *lib.*
3. *Polit. cap.* 52. Lipsius *in tract. de mus.* Caluist *in M. S.
de proport. music. cap.* 23. *cum* 3. *seqq.* Plin. *lib.* 28. *cap.* 8.
Camerar. 1. *subc. cap.* 16. *& lib.* 3. *cap.* 97. *pag.* 363. Ma-
crob. *in somn. Scip. lib.* 2. *capit.* 3. Barb. *ad Concil. Trid.
sess.* 22. *in decret. de obser. in celeb. Miss. num.* 23. *& seq.*
Balth. Castilion. *in aulic. Muret.* 1. *cap.* 14. Const. Roger.
de sum. bon. in tit. de eutrop. numer. 40. *cum seqq.* Matth.
Beyerlinck. *in Theatr. vit. human. verb. Musica*, Fille-
sac. *tom.* 2. *tract. de cant. Eccles.* P. Torres *dict. lib.* 6. *phi-
los. moral. cap.* 7. Roxas *de incomp.* 1. *p. cap.* 7. *ex num.* 12.
Balmas. *de collect. qu.* 28. & ad plures musicorum laudes
vidend. Sylv. *de salar. famil. q.* 13. *per tot.*
28 De varietate autem instrumentorum Musicalium tra-
ctat Vveker *lib.* 15. *de secret.* qui agit de lyra, quæ vento
pulsatur, & quæ valdè somnium conciliat, & de tuba-
rum cum sono perpetuo, & de organo sonante absque
organicis manib. ibidem, *pag.* 57. & de musica buccina-
rum, tubarum, & similium fistularum per totam artifi-
cialem agit Robert. *de fluctib. tract.* 2. *part.* 7. *lib.* 3. de
motu elementario, & de hydraulica musica, quæ aquæ
decursu sonum reddit, Plinius *lib.* 9. *cap.* 1. Steph. Cost.
29 *in tract. de lud. artic.* 1. §. 2. *ex numer.* 23. † Quia benè
tractat, quæ instrumenta musicalia approbata sint, vel
hominem ingenuum eorum usus deceat: & quæ repro-
bata censeantur: & quando per eorum usum lucri gratia
infamia quis notetur?
30 Quæ musicæ voluptatis commoda, sive recreationes
ad quæstum etiam, vel redditum pecuniarium solent re-
duci; nam multoties pro prædictorum instrumentorum
musicalium auditu, quid certum musicis solvitur, qui
ita quasi conducti ex suis instrumentis fructum capiunt;
quòd nota ad damni, vel interesse restitutionem, sive
condemnationem, si fortè per aliquem talia instrumenta
frangantur, vel sui domini impediantur, eis uti.
Unum tamen nota, quòd etsi musicam apud omnes 31
Principes, & nationes laudabilem non negemus, & om-
nibus dignissima exerceri habeatur, hoc quod Princi-
pes, virosque excelsos intelligi debere, videtur, ut eis
solùm juxta decorem liceat, & honestum, sit, arpam,
lyramve tangere, & similia graviora instrumenta, non
verò tubam, & alia humiliora, quibus tangentes apud
graviores, & honestos viros quodammodo infamantur,
& vilescunt.
Item nec Principibus Supremis, aliisque viris claris- 32
simis in maxima aliqua, & præcipuè litteraria dignitate
constitutis, canere, decens erit, ut in Episcopis resol-
vit Episcopus Villarroel. *in suo gubern. Ecclesiastic. part.*
1. *quest.* 3. *art.* 6. *num.* 90. & in Supremis Consiliariis,
Regiarumque Cancellariarum Auditoribus idem resol-
verem; minuitur quidem valdè, & marcescit ex his can-
tionibus Senatoria dignitas, pessundatur gravitas, & fa-
cilè persona in contemptum venit, quæ huic familiari,
nec tam gravi, ut decet, canendi exercitio traditur: † 33
In Principibus autem Supremis, ut majori cum ratione
pro majori dignitate ab hoc canendi exercitio se absti-
neant, solùm referam mirabile dictum, sive reprehen-
sionem Philippi Macedoniæ Regis, Magnique Alexan-
dri, parentis, qui vocem, suavemque, & benè com-
positum concentum Alexandri esse ignorans, audiens au-
tem, sciensque Alexandri esse vehementer iratus, eum-
que reprehendens, dixisse, fertur, *Non te pudet tam be-
nè canere?* quasi tantæ Majestatis, strenuique Duci sua-
viter, & effœminatè canere, indignum putaret; † Me- 34
lius quidem Principibus taticus tubarum sonitus, & bel-
licus strepitus, quàm musicæ suavis, & delicata melodia
sonare debet; ideo apud Plutarchum laudator merito An-
theas Scytharum Rex, qui, cum ipsi Ismenias Theba-
nus, vir equidem optimos Tibicen laudaretur, irridens
respondit: *Melius ei unicus equi hinnitum, quàm quem-
libet musicalem concentum sonare.*

SECTIO III.

Chorearum, vel saltationum voluptates, sive fructus.

PRæfatis musicalibus fructibus, sive animi recreatio- 35
nibus proximi sunt alii non minus voluptuosi, &
delectabiles, quos ex choreis, aut saltationibus, haud
in composito motu, seu certo gradu ad musicæ concen-
tum sæpè, & cum cantibus plerumque capimus, quæ
non parum animum recreant, mentem delectant, nec
minimam cæteris sensibus voluptatem tribuunt: † Di- 36
cunturque sæpè choreæ istæ plausus, qui pedibus fiunt
certis numeris inter saltandum, juxta illud Virgil. 6.
Æneid.

*Pars pedibus plaudunt, choreas, & carmina du-
cunt.*

An autem hujusmodi chorearum usus, sive volupta- 37
tes licitæ interessentibus, aut eis, qui eas ducunt, sint?
magna est Doctorum controversia: & primò parte affir-
mativa earum usum in multis sacræ Paginæ locis appro-
batum, laudatumque invenimus, maximè cum in solem-
nitate Domini fiebant, ut de filiabus Silò, quæ in so-
lemnitatem Domini ducebant choros, legitur apud Iu-
dith *cap.* 22. & inter illos, qui de captivitate Babylonica
revertebantur, fuisse Cantores, & cantatrices ducentos
ad animos redeuntium exhilarandos, constat ex Esdr. 1.
cap. 2. *vers.* 65. in gaudii enim signum Iudæi lætabundi
laudes Deo, & gratias cum choreis puellarum canen-
tium, & saltantium tribuebant, ut post transitum Maris
Rubri

Rubti fecere omnes mulieres Mariam sororem Moysis
cum tympanis, & choreis sequentes *Exod. cap.* 15. hasque laudationes in choreis cum tympanis, cymbalis,
citharis, aliisque instrumentis: quæ, & Domino fieri
præcipiebatur in Psalm. 150. frequenterque in aliis plu-
38 ribus locis Sacræ Paginæ: † Lusit quoque David, & co-
ram universo populo ante Arcam Dei cum citharis, ly-
39 ris, & similibus instrumentis saltavit, 2. *Reg. cap.* 6. †
Quod etiam satis laudabiliter in nostra Hispania in quoli-
ber, licèt minimo oppido, servatur, ut coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, dum solemniter gestatur,
præcedant varii saltantium chori, aliæque Christianæ lætitiæ, & gratitudinis demonstrationis fiant.

40 Et apud Ethnicos hæ choreatum, sive saltantium cum
cantibus voluptates non solùm licitę fuere, sed magni
quoque habitæ, & universali nationum more introductæ, ac receptæ, ut de Atheniensibus, & aliis testantur
Cœl. Rhodig. *libr. 5. lection. antiquar. cap. 3. cum seqq.*
Dion. *in vit. Tyber.* plenè de eis Alexand. ab Alexand. *l.*
2. *Dier. genial. cap.* 25. easque Lacedæmonii, lege à Li-
curgo lata, exercebant, Plutarch. *in commentar. de laud.
ipsius*, & apud Græcos, atque Indos dignam laude, &
exquisitam canendi, & saltandi artem fuisse, narrat Ho-
mer. *in Odiss. lib.* 8. Xenophont. *in conviv.* & apud Per-
41 sas Lucian. *in lib. de saltat.* † Et apud Romanos Roma-
nam juventutem, etiam Senatorum filios, in ludo, si-
ve arte saltandi, & psallendi ad numerum, parentes in-
strui, curabant, referunt Macrob. *lib. 3. Saturnal. cap.*
42 14. plenè Alexand. ab Alexand. *dict. cap.* 25. † Magna-
que cum ratione, ut ita nimirum agiles ad bella redde-
rentur, & gressu composito, incederent, fieretque in
43 congrediendis hostibus occyna motio; † Qua de causa
ille strenuus, & bellicosissimus Dux Thebanus Epami-
nondas probè cantasse, & saltasse sæpè dicitur, quia exi-
stimabat, saltatione homines agiliores fieri, ut si quan-
do seriò pugnandum esset, eo promptiores in bello red-
derentur, tradit Probus Æmilius *in vita ipsius*.

44 Ad alia autem plura de saltationibus, & choreis, quàm
variis gesticulationibus, diversisque motibus, in adstantium voluptatem, & recreationem ex communi recepto usu exerceantur, percurrunt latè Alexand. ab Alexand. *lib. 2. Dier. genial. dict. cap.* 25. Plutarch. *libr.* 9.
can. quest. 15. Plin. *natural. histor. lib. 7. cap.* 56. Iulius
Pollux. *lib. 4. cap.* 14. Natal. Comes. *in Mytholog. lib.* 8.
cap. 9. Macrob. *lib. 3. Saturnal. cap.* 14. Thom. Garzon.
discurs. 45. Cœl. Rhodig. *lib. 5. lection. antiquar. cap.* 3.
cum seqq. Stephan. Legedin. *in loc. commun.* Aretius *loc.
commun.* Ioann. Amulter. Ioann. Meusius, & Lucian. qui
integros tractatus de saltationibus scripsere.

45 Sed adhuc, præfatis circa chorearum, & saltationum
laudem, & receptum usum, non obstantibus, pro veriori declaratione, an, & quando licitæ haberi, debeant?
dicendum, sive resolvendum est: tunc solùm hujusmodi chorearum, & saltationum voluptates, sive recreationes, in Republica Christiana maximè licitas habendas, nostrumque ex eis delectationis fructum permissum,
cum præcipuè in laudem Dei fiunt, nullamque in honestatem, nullum in bonos mores præjudicium, nullamque turpem gesticulationem, aut motum continent:
& insuper nullæ ad turpitudinem irritantes cantiones in
eis ducendis psalluntur: de quibus quidem in laudem
Dei, & honestis saltationibus intelligi, debent Sacræ
Paginæ loca superius pro eorum licito usu per nos adducta, prout ipsa expresse loquuntur.

46 Sin autem è converso tripudia inhonesta sint, & cum
turpibus cantilenis choreæ ducantur, omnino à Repu-
47 blica Christiana sunt extirpandæ: † Contra quæ sunt
etiam plura alia loca Sacræ Paginæ, quibus increpantur,
acriterque damnantur; quorum aliqua, necnon, &
alia Sanctorum Patrum, & Ethnicorum singularia dicta,
& exempla referam circa prohibitionem usus chorearum,
quæ minus honestè, quàm Christianos mores decet,
exercentur.

Primò ergo Moyses reversus de Monte Sina portans 48
tabulas veteris legis digito Dei scriptas, illas de manu
projecit, & confregit, ex quo populum, conflato vitu-
lo, ludere, & choreas agere, videret, *Exod. cap.* 32.
vers. 19. † Et maximè contra mulieres saltatrices, sive, 49
quòd idem est, manu plaudentes, sunt plures detesta-
tiones in Sacra Scriptura: Isaias de Ierosolymitanis fœ-
minis saltantibus, sive composito gradu incedentibus,
monilibus, & pretiosis vestibus ornatis, crispis crinibus,
& aliis indumentis fucatis, quibus etiam nostri temporis
fœminæ nimis profusè utuntur, ita ratiocinatur *in cap.*
3. *vers.* 16. *Pro eo quòd elevatæ sunt filiæ Sion, & ambu-
laverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, &
plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gra-
du incedebant: decalcabit Dominus verticem filiarum
Sion;* † Et subdit *infrà* Propheta contra vana earum- 50
dem, & aliarum mulierum ornamenta, pretiosas, &
odoriferas vestes, necnon, & contra annulos, gemmas
inaures, cæteraque muliebria monilia superflua satis, &
profana: *Et Dominus crinem earum nudabit. In die illa
auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunu-
las, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, &
discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfa-
ctoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte
pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina,
& acus, & specula, & sindenes, & vittas, & theristra.
Et erit pro suavi odore fætor, & pro zona funiculus, &
pro crispanti crine calvitium, & pro fascia pectorali cili-
cium:* Stupendum, & mirandum vaticinium. Videant,
caveantque hodierni temporis fœminæ, ne eis conveniat,
cum ferè his omnibus, vel similibus profanis indumen-
tis utantur, cum satis aspicientium probabili periculo,
& præsumpto ipsarum verecundiæ, ac pudicitiæ detri-
mento.

Sed ut nostram chorearum materiam, earumque ex- 51
probationem, si impudenter fiant, prosequamur, ex-
tat (ultra loca relata) timenda valde contra saltatrices
execratio apud Ezechiel *cap. 25. vers.* 6. ibi: *Pro eo quòd
plausisti manu, & percussisti pede, & gavisa es ex toto af-
fectu super terram Israel: Idcircò ecce ego extendam ma-
num meam super te, & tradam te in direptionem gentium,
& interficiam te de populis, & perdam de terris, & conte-
ram: & scies quia ego Dominus.*

Et non solum chorizantes mulieres vel saltantes, & 52
saltationes ipsas, ut vides, Dominus detestatur, sed ab
earum quoque consortio ob periculum animæ, cæteros
se abstinere, præcipit Ecclesiastic. cap. 9. ibi: *Cum sal-
tatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne fortè pereas in
efficacia illius:* † Et insuper chorizantium, vel aliter 53
cum tympanis, citharis, similibusque instrumentis exul-
tantium finem invenies apud Iob *capit.* 21. ibi: *Tenent
tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi.
Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descen-
dunt.* Undè dixit D. Augustinus: *Quilibet ex saltibus
chorearum est unus saltus, qui in profundum inferorum
saltantem ducit, choreæ enim, & profani mundi salta-
tiones ad choreas, & saltationes inferni chorizantes, &
saltantes ducunt*, ut latè prosequitur Pater Fr. Iuan. de
Dueñas, *en su Espejo de Consolacion, tit. De los bienes,
que del llorar de Ana procedieron, y de los males, que del
baylar de la doncella Herodiana sucedieron, cap.* 15. §. 2.
comprobaboque plenius pluribus exemplis infr. refe-
rendis.

Conveniuntque alia plura loca Sacræ Paginæ contra 54
ita exultantes, & cum risu, & gaudio (injusto intelli-
ge) vitam ducentes, Proverb. *cap.* 14. ibi: *Risus dolore
miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat:* Lucæ *cap.*
6. *Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis:*
ideo contrarium nos monuit Beat. Iacob. *in sua epistol.
cap.* 4. *Lugete* (inquit) *& plorate, ne risus vester in luctum
convertatur, & gaudium in mœrorem*, quapropter de se ait
Ieremias *cap.* 15. *Non sedi in concilio ludentium:* & To-
bias *cap.* 3. *Nunquam cum ludentibus miscui me.*

Exta-

Digitized by Google

55 Extatque antiquissima mulierum saltationum canonica
prohibitio *in 6. Synodo generali Canon. 62.* ibi: *Omni-
no tolli volumus publicas mulierum Saltationes, multam
noxam, exitiumque afferentes.*

56 Sed nullo quidem meliori exemplo choreæ mulierum,
saltationes redargui, possunt, quàm illo Herodianæ sal-
tatricis, cui satis crudele præmium respondit, dum B.
Joannes Baptista in disco decollatur: Quid ergo iniquius
his impudentissimis choreis, ex quibus Herodem Regem
57 ad tantum scelus tractum legimus? † Audiatis de hoc ca-
su elegans Ambros. *in lib. 3. de Virginib. dictum*, ubi pro-
pter hunc sceleratissimum casum acriter Saltationes istas
increpat, & reprehendit: *Quod si* (inquit Doctor Ec-
clesiæ) *juxta sapientiam secularem, saltationis, aut
temulantiæ Author est, aut dementia, quid Divinarum
Scripturarum cautum putamus exemplis, cum Ioannes
prænuntius Christi, saltatricis optione jugulatus, exem-
plo sit, plus nocuisse saltationis illecebram, quàm sacri-
legi furoris amentiam.*

58 Quam etiam impudentissimæ hujus puellæ saltatio-
nem non minus eleganter carpit Divus Chrysostomus
Matth. cap. 14. ibi: *O convivium diabolicum, ò Sata-
næ spectaculum, ò iniquum tripudium, & mercedem tri-
pudii multo iniquiorem*: & paulo infrà: *Duplex hic cri-
men est: & quoniam impudenter saltavit, & quoniam adeo
placuit, ut cædem loco mercedis acceperit.*

59 Suntque etiam plura alia loca Ecclesiæ Patrum, &
Doctorum, quibus chorearum illecebræ, simphonia-
rum, & similium luxus, & lascivi fœminarum motus,
profanæque in choreis ducendis cantilenæ acriter ex-
probantur; necnon, & ipsæ fœminæ, quæ his tripudiis
minus honestè, quàm matronalem pudicitiam, ac gra-
vitatem, & Virginalem modestiam, & verecundiam
decet, se exercent, & multoties lascivo oculo, capillo-
rum ornatu, vestium profanitate ad petulantiam in se
ipsas valdè provocant; inter omnes ergo audi Magnum
Basil. *in homil. 14. in princ. contr. Ebriosos*, qui summa
elegantia in hæc tripudia ita invehit: *Mulieres proterue,
timoris Dei oblitæ, ignis æterni contemptrices in tali die,
cum ob Resurrectionis memoriam oportebat, ipsas sedere
in domibus, & de die illa meditari, in qua aperientur Cæ-
li, & apparebit nobis judex è Cœlis, & tuba Dei, & re-
surrectio mortuorum, & judicium justum, & retributio
unicuique juxta opus suum: pro eo, quod de his inter se
colloqui, debebant, & corda sua pravis cogitationibus
purgare, & priora delicta lacrymis delere, & parare ad
eundum obviam Christo in magna die Apparitionis ipsius,
excusso jugo servitutis, detractis de capitibus velamentis
honestatis, contempto Deo, contemptis Angelis ejus, nul-
lo pudoris ad omnem contemptum virilem respectu, inso-
lentes Capillorum ornatu, trahentes tunicas, & simul pe-
dibus ludentes, oculo lascivo, risu effuso ad saltum effu-
rientes omnem juvenum protervitatem in se ipsas provo-
cantes, in locis suburbanis, ubi Martyres passi sunt, cho-
reas constituentes, officinam propria ipsarum impudentiæ
sanctificatos locos fecerunt, & aerem quidem meretriciis
cantilenis conspurcarunt, terram autem immundis fœda-
runt pedibus, quam tripudiis pulsarunt, spectaculum sibi
ipsis juvenum turbam statuentes, re vera meretrices, &
penitus exutæ omni ratione, nullum insaniæ excessum re-
linquentes*; & paulo post de eisdem dolens Sanctus ele-
ganter concludit: *Quomodo hæc silebo, quomodo pro di-
gnitate lugere queam?*

60 Hæc Magnus Basilius: quis ergo profana ista tri-
pudia, & cantilenas laudabit? nullus certè Christiano
nomine dignus; nam multum quidem catholicis mori-
bus adversantur, ut optimè disserit Beat. Ephrem *in ser-
mone, quòd ludricis abstinendum sit Christiano. Quis* (in-
quit) *demonstrare, poterit; convenire Christianis ci-
61 tharizare, aut tripudiare, aut cymbala pulsare?* † Et
non multo post, *Ubi cithara ac chori, & plausus manuum,
ibi virorum tenebræ, & mulierum perditio, Angelorum
tristitia, & Diaboli festum, ò improbum Diaboli convi-
lium!* & eleganter prosequitur idem Sanctus *in lib. in-
terrogat. & respons. Nunquid* (ait) *choreis, nunquid citha-
rarum lusu delectatus est Paulus, nunquid diabolica can-
tica cecinit? absit. Quis talia Christianos edocuit? non
sanè eos edocuit Petrus: non Ioannes, nec quis alius Di-
vino numine afflatus.*

Et in eamdem chorearum, vel saltationum detesta- 62
tionem prosequitur eleganter Divus Chrysosthomus *su-
per Matth. homil. 46. Revera* (inquit) *non nobis dedit Deus
pedes ad saltandum, ut camelli: Sed, ut cum Angelis
choreas spirituali lætitia duceremus: in saltationibus, &
choreis profanis lætantur Dæmones, suique ministri gau-
dent*; † Circa quod etiam extat mirabile, & elegans di- 63
ctum D. Augustin. *tom. 8. super Psalm.* 32. qui ita hujus-
modi chorearum illecebras, & voluptates execrat, ut
potius festorum tempus in aliquo opere laborando, quàm
in his choreis saltando consumi, debere, moneat, ibi:
Observa (inquit) *diem Sabbati, non carnaliter, non
Iudaicis delitiis, qui otio abutuntur ad nequitiam, melius
enim tota die fodissent, quàm tota die saltassent*: vel ut
ipse Sanctus ait ad filias Hebræorum: *melius Hebræorum
filiæ facerent, si filassent lanam, quàm si in suis festis to-
ta die saltassent, & impudenter choreas duxissent.* Quibus
convenit Beat. Ephrem *in loc. supra citat.* ubi dicebat: *In
rebus ludricis non esse consumendum tempus à Christianis
omnes novimus, & ex divinis scripturis hausimus.*

Et D. Ambrosius *libr. 3. de Virginib.* maximè contra 64
Virgines, quòd ab his choreis, symphoniis, & vanis
cantionibus procul esse, debeant; omnibus enim his di-
versionibus Virginum verecundia frangitur, perditur,
& plerumque in petulantiam commutatur: Audi Divum
Ambrosium: *Debet benè conscia mentis esse lætitia, non
inconditis comessationibus, non nuptialibus excitata sym-
phoniis, ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta
est, ubi Comes delitiarum est extrema saltatio. Ab hac
Virgines Dei procul esse, desidero.* Et subdit *infrà* 65
ipse Sanctus: *Quid verecundiæ potest esse, ubi saltatur,
strepitur, concrepatur?*

Quapropter hæc cum mulieribus saltationum specta- 66
cula, & concentus tamquam valdè periculosa, juveni-
bus, maximè, damnat mirabiliter Magnus Basilius *su-
per 5. D. Matth.* ibi: *Qui mulierem ad concupiscendum vi-
derit, jam mæchatus est in corde suo. Si fortuiti occursus
his, qui obiter mulierculam inspexerunt, tantum pariunt
periculi, quanto majus fuerit, cum de industria congre-
dientur, cum debita opera mulieris in ebrietate, & con-
vivio, omni lascivo gestu, saltatione, cantu impudico ad
libidinem effrænes juvenes invitantes spectantur? Quid di-
cunt, aut quid causantur ex his spectaculis, ubi tot mala
congregantur?*

Et maximè, cum post nuptiales epulas, cibo splen- 67
dido, immoderato potu, & plerumque contumeliosa
ebrietate, pudicitia deposita, irritante lascivia, tripu-
dia hæc satis impudenter exercentur, ea eleganter incre-
pat idem Magnus Basilius *in dict. homil. 14. contr. ebriosos,
circa fin.* illic: *Ab his malis viri simul, & fœminæ, com-
munibus choreis constitutis, vinoso Dæmoni traditis ani-
mis, se mutuo affectionum spiculis consauciarunt, risus
ab utrisque effusi sunt, cantilenæ turpes, habitus meretri-
cii ad petulantiam irritantes.* † Et in eodem loco hæ cho- 68
rearum minus honestarum injusta gaudia, & turpium
cantionum delectationes execrans, solita sua elegantia
reprehendit idem Sanctus: *Rides? dic mihi, & proter-
va delectatione te oblectas? cum lacrymas fundere, opor-
tuerat, ac ingemiscere ob præterita: Cantilenas canis me-
retricias, ejectis psalmis, ac hymnis, quos didicisti? mo-
ves pedes, & furiose exilis, ac infeliciter tripudias, cum
genua flectere, oportuerat ad adorationem.*

A quibus ergo chorearum voluptatibus, si flectere ve- 69
lis, medelam observa ejusdem Magni Basilii: *Medela
enim* (inquit) *sedabit peccata magna, jejunium itaque
ebrietatem; psalmus turpem cantilenam; lacrymæ sint
risus medela: pro saltatione genuflectatur: pro manuum
plau-*

plausu, pectus percutiatur: pro vestibus, ornatu, humi-
litas succedat.

70 Quæ Sacrarum Scripturarum contra choreas, & tri-
pudia detestationes, & Sanctorum Patrum dicta multis
quoque historiarum exemplis comprobata invenimus :
71 † Et primò refert Surius *in vita Sancti Eligii, libr. 2.*
cap. 20. mirabilem casum, & ejusdem Sancti Eligii ma-
ledictionis exemplum in quosdam chorizantes malè San-
ctum audientes, nec ei obtemperantes, dum prædicans
vanos illos ludos, & nefandas saltationes objurgaret ,
& exterminandas moneret; sed cum, his spretis saluta-
ribus monitis, hoc amplius ipsum Sanctum conviciis ,
& contumeliis præscinderent, vir Dei indignatus Deum
exoravit, ut tam improbos homines in suis choreis Dæ-
monibus obsequentes, ab ipsis obsideri, permitteret :
quo dicto, res mirabilis! confestim per multi Dæmonum
furia arrepti multis modis debachati, cœpere, donec
alii formidine pœnæ territi, relictis ludricis, & vanis
saltationibus, ac voluptatibus ad Sanctum confugere ,
cujus postea oratione cæteri à Dæmonibus fuerunt libe-
rati.

72 Nec minus mirandum, atque stupendum casum nar-
rat Thom. Cantipr. *lib. 2. Apum cap.* 57. *part.* 4. de quo-
dam Tibicine, qui chorizantes juvenes, & puellas du-
cebat, & præ aliis variis gesticulationibus, carminibus-
que obscænis, & turpibus, in saltationem, vel potius
in lasciviam concitabat, quibus, verè percusso, & tan-
tam iniquitatem ferre nolente, ecce divinitus orta terri-
bilis tempestas, qua perterriti omnes ab iniqua chorea,
præter Tibicinem, recesserunt, solus Tibicen intimora-
tus, quasi sanæ conscientiæ, remansit, suas gesticula-
tiones, & cantilenas prosequens, sed fulmine percussus
invenitur: & cum de sepeliendo cadavere postea in Ec-
clesiæ cœmeterio curarent Ecclesiastici; talis beneficii
corpus indignum in inferorum choreas, unà cum anima,
Dæmones coram omnibus de populo adsportarunt.

73 Quidam etiam manuplaudentes, & saltibus super ma-
gno ponte chorizantes, disrupto, & si fortissimo, pon-
te, in aquis omnes fuerunt summersi, refert idem Thom.
74 Cantipr. *dict. lib. 2. Apum cap.* 15. † Cui similem ca-
sum majori tamen ratione Trajecti accidisse, tradit Al-
bert. Crantz *lib. 8. metrop. cap.* 39. ubi cum juvenes, &
puellæ, fœminæ, & viri in ponte choreas ducerent, &
venerabile Christi Domini Sacramentum infirmo cui-
dam per Presbyterum deferretur, nec illi prosternerent,
se magis saltationum vanitati, quàm magno Mysterio in-
tenti, mox, decidente ponte, ducenti propè morte
75 periere: † Impleto in his casibus, ut conjici potest, va-
ticinio illo Iob *cap.* 21. de quo supra: *Tenent tympanum*
& citharam, & gaudent ad sonitum organi : Ducunt in
bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

76 De quadam etiam procacissima saltatrice, quæ post
choream adulterum amplexa insolenter cum eo luctaba-
tur, quam protinus cum cessasset, subitanea morte per-
cussam miserabiliter spirasse, refert Thom. Cantipr. *dict.*
lib. 2. Apum cap. 14.

77 Et maximè contra hæc tripudia exercentes in festo-
rum diebus, quæ Deo potius licitis, & honestis recrea-
tionibus dicari, quàm turpibus, aut vanis saltationibus
consumi, debent, juxta dictum mirabile Divi Augusti-
ni, & aliorum Sanctorum Patrum doctrinam, de qui-
78 bus *supra*, † Extat notabilis casus apud eumdem Thom.
Cantipr. *dict. lib. 2. Apum, cap.* 29. quem Brabantiæ ac-
cidisse refert, de quadam muliere satis vana, & proca-
ci, quæ in omni ferè festo choreas conjungere, consue-
verat: juxta quarum saltationum locum cum viri quidam
ad pilam luderent, unius eorum pilam ferire conantis ,
baculus de manu evadens mulierem ducentem cho-
ream, in capite percussam, mox necavit: & postquam
corpus ad propriam domum fuerit delatum, & in fere-
tro positum, presbytero cum Clericis, pro eo funeran-
do veniente, ecce Taurus nigerrimus, imò in ejus figu-
ra Dæmon, cum mugitu occurrens feretrum cum cor-
pore dejecit, cornibusque illud dilacerans membratim
confodit, ita ut, visceribus hincindè dispersis, fœtor
quoque intolerabilis spargeretur, fugientibus ergo cun-
ctis, cadaver laceratum usque in crastinum solo relinqui-
tur, quousque, evaporato fœtore, proximi ejus intra-
re, potuerunt, qui dilaceratum corpus extra cœmete-
rium sepeliere.

Quæ choreæ, & tripudia maiori cum ratione expro- 79
banda sunt, si in Ecclesiis earumve cœmeteriis fiant, cum
magis Deus offendatur, si in his sacris locis divinis rebus
dicatis profana exerceantur, ex quibus sacrorum locorum
violationes, inhonesta, variaque delicta quandoque se-
quuntur, & Ecclesiasticum plerumque perturbatur of-
ficium in Divinæ Majestatis offensam, & adstantium po-
pulorum scandalum; ut eleganter dicitur in *Clement.* 1.
de celebrat. Missar. ubi Ordinariis locorum, & aliis su-
perioribus Ecclesiasticis committitur, & præcipit Sum-
mus Pontifex, ne tales choreas, & saltationes in Eccle-
siis, vel cœmeteriis fieri, permittant, & plenius com-
probabo, infrà num.

Sed nunc contra chorizantes in Ecclesiis referam stu- 80
pendum, & præ aliis mirabilem casum, qui tempore Hen-
rici Imperatoris II. in Ecclesia Sancti Magni Saxonia ac-
cidisse, fertur: Ibi igitur cum quosdam viros cum mu-
lieribus in cœmeterio Ecclesię tripudiantes, sive choream
ducentes in nocte Nativitatis *Christi Domini*, Ecclesiæ
Presbyter increparet, & præciperet, ut à tali strepitu in
tam Sancta Nocte desisterent, cumque ei non obtempe-
rarent, eos maledicens: Ita Deo humiliter justo zelo de-
precatus est: *Placeat omnipotenti Deo, ut per unum an-*
num totum sic saltantes manere, vos faciat: mirabile di-
ctu! quia justam imprecantis vocem justus maximusque
Deus audivit: Itaque saltantes per totius anni spatium si-
ne intermissione die, ac nocte remanserunt: nihil eden-
tes, aut bibentes, & insomnes mirandum omnibus spe-
ctaculum fuerunt facti; vestimenta eorum, ac calceamen-
ta non fuerunt attrita: quia nec pluvia super eos cecidit:
nihil etiam interrogati loquebantur: &, quod magis mi-
reris, frater cujusdam ex fœminis saltantibus, cum so-
rorem suam, accepto brachio, de medio saltantium vel-
let cum violentia educere, brachium de ejus corpore ab-
stulit, illa autem, quasi nihil passa, nec doluit, nec emi-
sit vocem, nec ex ea una quidem gutta sanguinis distilla-
vit, sed choream continuans cum reliquis incœptam re-
mansit, quousque, anno evoluto, Sanctus Heribertus
Archiepiscopus Coloniensis ad cœmeterium venit, & sal-
tantes à maledicto absolvit, introductosque in Ecclesiam
Domino reconciliavit, è quibus fœminæ mox objerunt,
virorum quidam in brevi, reliqui verò quibus vivere diu-
tius licuit, perpetuo tremore membrorum remanserunt:
referunt Ioan. Trithem. *in Chronic. Monaster. Isaurgiens.*
Albert. Crantz *lib. 4. Saxon. cap.* 3. Gilibert. Genebrard.
lib. 4. chron. sub anno Domini 1017.

Nec mirandum, quòd ita de choreis, & maximè pro- 81
fanis mulierum saltationibus, earumque voluptatibus
Sacra Pagina, & Ecclesiæ Patres, ac Doctores detesten-
tur, necnon cum prædictis exemplis Deus Optimus Ma-
ximus tripudia hæc Divina punitione digna ostendat, † 82
Cum nihil aliud chorea sit, ut scribit Guilhelmus Lugdu-
nensis, quàm *circulus, cujus centrum est Diabolus, à quo*
virgines ducuntur sinistra manu in signum malitia: vel ,
juxta Cornel. à Lapid. *super Exod. cap.* 15. *vers.* 20. *Cir-*
culus, cujus centrum est Diabolus, & circumferentia om-
nes angeli ejus: † Sunt ergo choreæ, & profanæ salta- 83
tiones gratissima spectacula Dæmoni, ubi lætatur nimis,
fœminas, virosque omnino Dei oblitos conjuctim cum
animarum periculo, & multoties exitio, chorizantes ,
& saltantes , ut benè considerat Divus Chrysostomus
super Matth. homil. 46. dicens: *Vbi sunt chorea, & sal-*
tationes, ibi & Dæmon: in choreis enim, & profanis sal-
tationibus lætantur Dæmones, & gaudent ministri ejus: † 84
Curant namque Dæmones semper homines ad risum, &
hæc inania gaudia provocare, ut læti, atque hilares Dei
obli-

Digitized by Google

oblivifcantur, Crefpetus *de odio Satan. lib.* 1. *difcurf.*
85 12. † Uode choreas, & faltationes, ipfo præceptore,
& aothore Diabolo humanæ naturæ inimico, emanaffe,
ait cum alus Torreblanc. *de jur. fpiritual. lib.* 9. *cap.* 8. *nu-*
86 *mer.* 150. † Et ita Dæmonem inter choreas, affumpto
corpore, pluries vifum, in forma Capri, Satyri, Fau-
ni, & fimilis horrendæ figuræ teftantur plures, Solin.
lib. 5. *cap.* 37. Thom. Cantipr. *lib.* 2. *Apum cap.* 49. *part.*
21. qui tradit, fervum Dei quemdam Dæmonem vidif-
fe fatis horrendum, villofum, & cornutum, vibranti-
bus, & igneis oculis, inter juvenes, & puellas choream
ducentes, faltantem, & congaudentem.
87 Sed inter alios cafus, quos hic innumeros pro relatæ
chorearum defcriptionis comprobatione referre, poffem,
ut nempè ipfarum circuli centrum gratiffimum recepta-
culum Dæmoni fit, unum quidem, ut notabilem non
omittam, quem refert Pater Fr. Ioan. de Dueñas *in dict.*
tract. Efpejo de Confolacion, tom. 4. *tit. De les bienes,*
que del llorar, y lagrimas de Ana, &c. cap. 16. §. 2. cu-
jufdam Dæmonis, qui requiem aliquam fibi in hoc mun-
do inter hominum fcelera quærens, nullibi locorum,
quàm inter chorizantes quofdam, & faltantes quievit:
quod fatis mirabile exemplum noftro Caftellano idioma-
te tradit Doctor relatus; quare id, ut notabile, hic La-
tino fermone fideliter, quoad fubftantiam, aliquibus
tamen pro lectoris jucunditate, & exornatione ad lecto-
ris jucunditate, & exornatione aditis, tranfcribam, ut
omnibus pateat; & quia fortè liber hic, ut antiquus
præ manibus nec noftris, erit; cafum ergo, five parabolam
ita proponit Pat. Dueñas: *Dæmon quidam humanam for-*
mam fumens, requiem aliquam in hoc mundo fibi quærens,
in Romanam Curiam pergit, ubi valdè lætabatur, ex quo
peccata magna, facrilegia multa, & præcipuè dignitates,
aliaque beneficia Ecclefiaftica ad commercia inter priva-
tos, ut res profana, redacta videbat; quæ omnia Dæmon
perfpiciens diu lætabundus ibidem commoravit. Sed cum
videret poftea Divina officia in tali loco, tam fanctè, &
magnificè celebrata, multaque alia opera pia ibidem confi-
derans, id fufferre non potens, difcedit illinc, alibi re-
quiem quæfiturus. Pergit ergo in Curiam cujufdam magni
Imperatoris, vel Regis, ubi fimiliter per longum tempus
ftetit lætitia magna fe multum recreans in blafphemiis, per-
juriis, viduarum, orphanorumque oppreffionibus, mini-
ftrorum avaritia, & ambitione: fœminarum turpitudine,
virorumque luxuria infatiabili, quæ omnia ibi multa
erant; fed cum juftitiam nonnunquam rectè in malefacto-
res exerceri, videret, furca multos propter homicidia fuf-
penfos infpiciens, alios ob latrocinia verberatos, alios
etiam in partes feccatos, mœrore afflictus Dæmon è Curia
Regia divertit: Tendit ergo ex hoc loco in mercatoris do-
mum, in qua gaudio magno, lætitia multa diu perfiftit:
plures enim ibi erant fraudes, multa mohatra, mendacia
multa, plures falfi contractus, plures ad ufuram fimulati,
plura in venditionibus circa pretia latrocinia, numquam
enim aliquid pretii pro mercibus emptis oblati, & traditi
reddebatur, licet pluries incauti emptores, & plerumque
forenfes plus jufto, & multoties dimidio offerrent: fed ta-
men cum mercatori huic (juxta vulgare) aliqua devotio
non deeffet, faciebat nonnullas eleemofynas, in aliifque
operibus piis exercebatur: quibus Dæmon triftitia effectus,
migravit exinde, & per diverforia, aliaque loca privata
difcurrens, defideratam requiem invenire, non potuit;
quia inter omnia mala pietatem aliquam, vel mentis de-
votionem, aut virtutem exofam Dæmon, inveniebat. In-
ter hæc denique Dæmon nullibi requiefcens, vidit mulieres
multas, cum viris faltantes, plaudentes manu, choreaf-
que ducentes, variis cantilenis, tympanis, aliifque in-
ftrumentis muficalibus, quibus accedens Dæmon, omne-
que id ex omni parte malum intuitus, nullique virtuti lo-
cum, nec faltantium, & chorizantium mentis aliquam
partem Deo fupereffe cognofcens; fed omnia ipfius Dæmo-
nis; dixit nimis lætus, & extremo gaudio exoltans: *Hæc*
eft requies mea in fæculum fæculi, hic habitabo, quoniam
elegi eam: & ita ibi perfiftens inter chorizantes perpetuo
remanfit: ibi ergo quilibet, qui eum, vel chorearum
quæfierit, inveniet.
Ultra quæ Sacrarum Scripturarum loca, Sanctorum 88
Patrum dicta, & Chriftianæ hiftoriæ exempla in chorea-
rum, vel faltationum turpium exprobationem, reftat
adhuc videre, quid ethnici, & maximè Philofophi, &
fi Chriftianæ Religionis expertes, naturali ratione, &
prudentia moti, de choreis, & faltationibus fenferit.
Demetrios Cinicus artem faltatoriam, velut inuti- 89
lem corporis gefticulationem ad tibiæ motus damnabat.
Claudii Imperatoris tempore faltatores, ut Reipubli- 90
cæ otiofi, & damnofi ab urbe Romana fuerunt expulfi
Dion. *in vita Tiber.* † Qui meritò eumdem Tiberium 91
reprehendit, ex quo eos non tantum revocaverit, fed
etiam ipfe, plurimum faltationibus oblectatus, aliquan-
do Principes de nocte ad fe vocans, tamquam de rebus
neceffariis acturus, eos ad tripudia provocabat, invi-
tofque faltare compellebat: res quidem tantæ majeftatis
indigna.
Quidam infignis antiquitatis philofophus, poftquam 92
pulchram filiam nupturam uni, inter plures, feciffet fpon-
fionem, cum eum poft menfam faltare, vidiffet, fto-
machatus dixit: *Fili de faltafti matrimonium:* & cœlibem
eum reliquit, refert Brufel. *lib.* 2. *fuor. operum.*
Nofter Alfonfus Aragonum Rex faltationem genos 93
infaniæ appellabat, nec in alio faltantem ab infano difta-
re, dicebat, nifi, quòd hic, dum faltat, ille, dum vi-
vit, infanus eft, Panor. *de reb. ejufdem, lib.* 1.
Eandemque faltationem nempè pro infania etiam, fi- 94
ve dementia habuit Divus Ambrofius *l.* 3. *de Virginib.*
ubi eleganter inquit: *Nemo enim, ut dixit quidam fæcu-*
larium Doctor, faltat fobrius, nifi qui infanit: unde jux-
ta fapientiam fæcularem faltationis, aut temulentia au-
thor eft, aut dementia: † Vel, fi mavis, pro majori fal- 95
tantium rubore confidera magnam differentiam inter fal-
tantium infaniam: & ipfam veram infaniam, quòd, vi-
delicet, de hac dolendum nimis, ex quo dementem ho-
minem involuntarias faltationes, motufque incompofi-
tos facere cogat: de illa verò mirandum, & ridendum
quidem; quia, cum vera infania non fit, hominem ta-
men mentis compotem, quafi dementem, & furiofum
faltare, faciat.
Quæ omnia circa faltationes, & choreas hucufque 96
dicta, licèt indiftinctè in quibufcumque faltationibus
procedere, videantur ob generalitatem, qua fæpè Sa-
cra Scriptura, & multi Ecclefiæ Patres, ac Doctores
contra eas loquuntur; attamen intelligi, debent de fal-
tationibus, quæ, modo inhonefto, aut turpibus canti-
lenis fiunt: feu etiam de choreis, quæ alio refpectu illi-
citæ funt, utputa ratione loci, vel perfonæ, aut ex alia
caufa, ut proximè explicabo. Quare pro majori declara-
tione, quando chorearum, vel faltationum voluptatis
fructu, five recreatione nobis uti liceat, breviter ita re-
folvendum cenfeo.
Primò igitur chorearum, vel faltationum actus per fe 97
indifferentes effe, dicendum eft; quia nullo jure indi-
ftinctè prohibitos eos invenimus, fed ratione tantùm ali-
cujus qualitatis extrinfecus adhærentis; alias quippe, fi
aliquod intrinfecè malum, utputa inhoneftatis, vel aliud
haberent, in Sacra Scriptura, nec ratione cujufque in
boni permitterentur, nec minus laudarentur, ut de fi-
liabus Silo, quæ in folemnitatem Domini choros duce-
bant, necnon, & de Hebræorum mulieribus Mariam
Sororem Moyfis poft tranfitum Maris rubri cum tympa-
nis, & choreis fequentibus, & de Rege David cum uni-
verfo populo coram Arca Domini, cum citharis, lyris,
& fimilibus inftrumentis faltantibus, legitur Iudicum c.
21. *Exod. cap.* 15. & 2. *Reg. cap.* 6. & in aliis pluribus ca-
fibus, in quibus in Sacra Pagina choreas, & feftivas fal-
tationes permiffas diximus *fuprà ex num.* 37. † Et ita 98
apud nos de totius Hifpaniæ laudabili confuetudine tales
choreæ coram Sanctiffimo Euchariftiæ Sacramento, dum
folem-

solemniter gestatur, in lætitiæ, & gratitudinis signum ducuntur, ut superius quoque dictum remanet, quòd ita non fieret, si per se illicitæ essent.

99 Et hanc resolutionem, quòd choreæ, & saltationes res adiaphoræ, seu indifferentes sint, & per se licitæ, resolvunt, licèt breviter, nec his exemplis, & authoritatibus, de quibus supra pro vel contra, adductis, Albert. Scot. *in 4. dist.* 18. Aste *in summ. lib.* 2. *in tit. de modest. tit.* 53. *in princ. circa fin.* Stephan. Cost. *in tract. de lud. artic.* 1. §. 2. *de lud. licit. in vers. Redeo ad rem nostram*, *nu.* 26. Hieronym. de Zanet. *de for. conscient. nu.* 150. Constant. Roger. *in tract. de summ. bon. tit. sive argument. Eutropolia extrema veriora, qua horum causa, ac fin. &c. num.* 35. ubi benè reprobat Henric. Boich. *qui in cap. Clerici, de vit. & honest. Clericor.* choreas indistinctè prohibitas tenuit, & hæc resolutio fuit Summæ Angelicæ in *verb. Chorea*, quatenus choreas licitas dicit, semotis qualitatibus, seu conditionibus extrinsecis, de quibus ibi, & proximè dicam, idemque tenet Pater Fr. Ioann. de Dueñas ita intelligendus, *En su Espejo de Consolacion, tit. de los bienes, que de llorar, y lagrimas de Ana procedieron*, *cap.* 13. Chochier. *lib.* 2. *aphorismor. Polit. discurs.* 83. & licèt, superioribus non relatis, Klock. *de erar. l.* 2. *c.* 11. *n.* 8. *in fin.*

100 Quæ resolutio, ut chorearum, vel saltatioonum usus indifferens sit, non ineleganter jure Canooico comprobari potest, ex quo choreæ, saltationes in quibusdam tantùm casibus per Sacros Canones specialiter prohibentur, ne videlicet in Ecclesiis, vel cœmeteriis fiant, *Clement.* 1. *de celebrat. Missar.* neve, dum Divina celebrantur, *cap. irreligiosa consuetudo*, *de consecrat. dist.* 1. & ne Presbyteri, aliæve personæ Ecclesiasticæ choreis, & saltationibus nuptialibus intersint, *cap. Presbyteri*, *dist.* 35. & ne religiosæ, aut moniales, *Clement.* 2. §. 1. *de stat. Monachor.* de quibus, & aliis casibus specialibus proximè dicam: ergo, quia aliàs (extra hos casus) generaliter choreæ licitæ remanent, ut de regula hujusmodi exceptiones sint.

101 Quæ quidem generalis resolutio, choreas nempè, & saltationes, licèt per se licitæ, & actus indifferentes reputentur, illicitas tamen reddi posse, ratione alicujus circumstantiæ, & qualitatis extrinsecæ, pleniori indiget declaratione, quare id multis modis accidere, posse, dicendum est. Primò ratione loci, ubi exercentur: Secundò ratione temporis, quo fiunt: Tertiò ratione personarum, quæ eis intersunt: Quartò ratione modi, quo ducuntur: Quintò ratione intentionis saltantium: Sextò ratione provocationis; vel si ipsis chorizantibus proxima in turpitudinem occasio chorea sit: maximè si cum mulieribus fiat. Quas limitationes breviter ad comprobationem percurremus.

102 Primò, ratione loci choreæ illicitæ erunt, si in Ecclesiis, vel earum cœmeteriis fiant, ut probat text. singularis *in dict. Clement.* 1. ubi *gloss.* & alii antiquiores Canonistæ *de celebrat. Missar.* & repete hic casum mirabilem, quem contra in locis Sacris Chorizantes, vel saltantes superius adduximus, *num.* 97.

103 Secundò, ratione temporis prohibitæ sunt, si in diebus festivis exerceantur, *cap. irreligiosa consuetudo*, *de consecrat. dist.* 3. *cap. cum decorem*, *de vit. & honest. Cleric.* & etiam est prohibitum *per decretum Concilii Basileens. de cult. divin. & repræsent.* notant Canonistæ *in dictis jurib.* Albert. de Ferrar. *de hor. Canonic. num.* 60. *in fin.* benè Summ. Angel. *in dict. verb. Chorea*, Richard. *in* 3. *dist.* 37. *art.* 2. *quæst.* 2. qui ex Magistro sententiarum indistinctè tenet, saltare in diebus festivis, aut choreas ducere, lethali crimine non carere, ex sententia quoque superiùs relata Divi Augustini dicentis: *Melius filiæ Hebræorum facerent, si lanam filassent, quàm si tota die in suis festivis diebus saltassent, & impudenter cho-*
104 *reas duxissent*; † Sed hoc verius intellige, ut limitatio ista, sive chorearum in diebus festorum prohibitio dumtaxat procedat, si chorearum occasione Missa, aut sacra prædicatio non audiatur, vel si saltationes fiant, dum divina officia celebrantur, prout ex *dict. Clement.* 1. constat, in illis verbis: *Populi, qui debent officia attendere, sal-*
tationibus turpibus invigilant. † Vel si cum tanto excel- 105
su choreæ exerceri, contingat, ut major diei pars in eis
consumatur; † Aliàs quippe choreæ in diebus festivis, 106
ut quælibet alia licita recreatio, prohibitæ censeri, non debent, dummodo, semota omni turpitudine, aut inhonestate, fiant, ita optimè intelligit Summ. Angelic. *in verb. Chorea*, sequitur Pater Fr. Ioann. de Dueñas *En su Espejo de Consolacion*, 4. *part. dict. tit. De los bienes*
que de llorar, *cap.* 13. §. 4. *in fin.* & §. 5. † Nec obstat 107
locus D. Augustini, quia intelligi, debet, prout expressè Sanctus loquitur, de choreis, aut saltationibus impudicis, quæ quocumque tempore, prohibitæ sunt, ut proximè dicam: Juxta quæ etiam intelligenda sunt dicta *superius*, *num.* 77. & 78. & ibi contra chorizantes in festorum diebus adducta exempla.

Quæ omnia intellige non solùm in privatis, sed etiam 108
in publicis choreis recreationis populi gratia inductis, quæ similiter in diebus festivis tempore Divinorum officiorum in Republica benè, & Christianè gubernata non sunt admittendæ: pro quarum prohibitione, imò, & quòd indistinctè in qualibet diei festivi parte procedere, debeat, facit text. *in l. fin. circa med. C. de feriis*, *vers. Nihil eo die*, ubi quòd indistinctè in die Dominico non admittantur scænica spectacula, nec ludi circensis, certaminis, vel ferarum bestiarum, sive alia theatralia: sed adhuc choreæ nostræ, vel saltationes, dummodo extra tempus, quo Divina celebrantur, modo honesto fiant, publicè exerceri, impediri, non debent, & idem apud nos in Comœdiarum spectaculis servatur, & in totius Europę Provinciis io suis publicis, & theatralibus ludis, quæ maximè ad festiva tempora inductæ sunt, pro licita recreatione sumenda, & cæterorum dierum labo-
ris fastidio sublevando; † Nec obstat *dict. l. fin. C. de fer.* 109
quia loquitur, & dumtaxat intelligi, debet de illis Romanorum impudicis scænicis ludis, & sanguinolentis bestiarum spectaculis, quę à tam sacris diebus majori cum ratione sunt extirpanda, quapropter apud nos quoque taurorum nostra sanguinoleota agitatio in diebus festivis non permittitur.

Quid autem, si saltationes, & choreæ fiant in aliis 110
temporibus, quibus, Ecclesia omne gaudium, *Alleluja*, & *Gloria in excelsis*, intermittit? utputa à Septuagesima usque ad Pascha? tractat Steph. Cost. *in tract. de lud. art.* 1. §. 1. *de lud. licit. num.* 26. qui quòd etiam hoc tempore illicitæ sint, quod tamen intelligerem, ne in Quadragesima tales choreæ publicè fiant, & apud oos io comœdus servatur, non tamen, ut privati omnino sub lethali culpa ab eis choreis, seu saltationibus arceantur, nisi usus earum in hoc sancto tempore immoderatus, vel ex alia causa illicitus sit.

Tertiò, ratione personarum illicitas choreas sæpè esse, 111
contingit, ut si Clerici, Religiosi, aut Moniales eas exerceant, quæ certè Ecclesiasticæ personæ tales choreas, & sæcularium jocosas cantiones, similiaque cum risu, & plausu facere, vel cantare in convivus nuptialibus, anniversariis, vel aliis sæcularibus concentibus prohibentur, *cap. nullus Presbyterorum*, *de consecrat. dist.* 5. *ubi*
gloss. & alii Canonistæ: imò, nec his spectaculis assistere, 112
eis licèt; sed post convivia, antequam thimelici, sive chorizantes, aut cantatores, histrionesve, vel aliter spectaculum sui facientes subingrediantur, surgere de convivio, & abire, jubentur *in cap. non oportet*, *de consecrat. eadem dist.* 5. text. optimus *in cap. Presbyteri*, *dist.*
35. † Ubi, & ab ipsis conviviis, in quibus talia tripu- 113
dia, vel saltationes fiunt, eos abstinere, debere, præ-
cipitur; † Quòd tamen quoad interessentiam his per- 114
sonis prohibitam, intelligerem de choreis, aliisque spectaculis inhonestis, quibus obscæna verba miscentur, amatoria cantantur, turpesque corporum motus efferuntur; quibus & visus, & auditus hujusmodi personarum,

quę

Digitized by Google

quę Deo sunt sacratę, contaminantur, de quo intellectu clarè constat ex ipso *c. Presbyteri*, ibi: *Presbyteri, Diaconis, Subdiaconis, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia modo non est, etiam aliarum nuptiarum evitent convivia; nec his cœtibus misceantur, ubi amatoria cantantur, & turpes, aut obscœni motus corporum choreis, & saltationibus efferuntur: ne auditus, & obtuitus sacris ministeriis deputati, turpium spectaculorum, atque verborum*
115 *contagione polluantur.* † Undè, si choreę modo honesto fiant, omnisque turpis corporum gesticulatio in eis absit, ut plerumque apud nos in nuptialibus, aliisque sęcularium gravibus cœtibus, & conviviis accidit, benè eis personę Ecclesiasticę interesse, poterunt; imò, & aliqua, gravia tamen, decantare, necnon, & chorizare, dummodo hoc non frequenter, sed moderatè aliquando faciant: & ita de universali nostrę Hispanię, & totius Europę consuetudine est receptum, licèt in aliquibus locis, aut Provinciis plusquam Ecclesiasticum decorem decet, hęc consuetudo se extendat.

116 Quartò, ratione modi generaliter quibuscumque personis choreæ, & saltationes illicitæ erunt, veluti si aliqua inhonestè, turpibusve cantionibus fiant, necnon, & si inhonestis corporum motibus, gesticulationibus obscœnis ad lasciviam provocantibus, maximè inter viros, & fœminas: necnon & si cum vestibus similiter inhonestis, & provocativis; quæ omnia nullo modo religioni Christiani viri aut fœminæ conveniunt, sed potius sub lethali culpa omnino exterminanda sunt: in quo casu loquuntur, & intelligi, debent Divus Basilius, Chrysostomus, Augustinus, & alii Sancti Patres, & Doctores, quos superius ad litteram adduxi *ex nu.* 59. & Sacrarum Scripturarum loca similiter superius relata *ex n.* 47. quibus omnibus choreæ, & saltationes acriter improbantur, nam loquuntur certè de his profanis impudicis, atque inhonestis choreis, & tripudiis, ut in ipsius Scripturarum, & Sanctorum Patrum locis manifestè constat.

117 Quintò, ratione chorizantium, vel saltantium quibuslibet etiam intentionis choreæ illicitæ esse, poterunt, quantumvis aliàs modo honesto exterius exerceantur, ut si quis lascivo, & concupiscendi animo, cum fœminis maximè choreas ducat; actum enim indifferens ratione bonæ, aut malæ intentionis exercentis, ut bonus, vel malus sit, dimetiri, debere, conveniunt omnes Morales, & Theologi.

118 Sextò, & ultimò poterunt etiam esse illicitæ choreæ, aut saltationes ratione provocationis, sive quia occasio in turpitudinem proxima sit ipsis chorizantibus, vel aliis; nam, si quis choream cum aliqua fœmina ducere, delinquendi occasionem sibi esse, cognoverit; ex aliis anteactis choreis, in quibus deliquisse, jam expertum habet: hanc choream, licèt aliàs licitam, & modo honesto factam; tamen, ut occasionem proximam, vitare, tenebitur.

119 Extra hos quidem casus, sive limitationes, in quibus chorearum, vel saltationum voluptates ob extrinsecas qualitates, & circumstantias, illicitas diximus, concludendum est, per se choreas, aut saltationes improbandas non esse; & ita frequenter in nuptiis, aliisque privatis amicorum, necnon, & publicis concentibus
120 recreationis, & lætitiæ causa eis utimur. † Caveat tamen, quis, & circumspectus sit in tanta nuptiarum, & conviviorum lætitia, in mulierum, puellarumve, quæ choreis plerumque intersunt, ne conspectu, vel auditu, oculis, vel loquacitate, vanægloriæ aucupio, fastu, vel invidia, aut detractione crebrò labatur, & peccet.

121 Unum tamen, pro coronide, politicè annotare, non omittam, quòd, licèt choreæ, & saltationes indifferentes, & per se sæcularibus personis licitæ habeantur, non tamen omnibus chorizare, aut saltare, honestum erit, juxta vulgare illud: *Non omne quod licet, &c.* nam primò, præter superius ad Ecclesiasticas personas dicta, id gravioribus, & honestis viris, & præcipuè in dignitate constitutis minimè congruit; † Multoque minus 122
muliebri veste indutis: vel aliis ridiculis transformationibus factis, quibus honestas amittitur, pessundatur gravitas, & decentia in magnum dedecus vertitur: † Qua- 123
propter Dionysio Syracusorum tyranno, singulos in convivio purpurea, & mulieri veste indutos saltare, jubente, Plato id facere recusans, eleganter his carminibus respondit:

Muliebri ego haudquaquam indui queam stola.
Vir natus ipse, & ex virili germine.

Et Dejotarus Rex, inter alia coram Senatu Romano 124
fuit accusatus, ex quo in convivio saltaret, multumque
in ejus defensione laboravit Cicero *in oration. pro ipso.* † 125
Et de eodem crimine fuit inquisitus Murena ex delatione Catonis, quem similiter Tullius defendit *in oratione pro Murena.*

Sed hoc non tam scrupulosè est accipiendum, ut ali- 126
quando virum, licèt gravem, & in dignitate constitutum propter nuptiarum magnam solemnitatem, vel aliam celebrem lætitiam saltasse, pro crimine habeatur, dummodo cum gravitate, nec nimis jocosè, & scurriliter id fecerit: † Quod adhuc intellige, nisi status dignitas sit, 127
ut Episcopalis, vel Suprema Senatoria, quòd hæc quantumvis modica, & gravis saltatio ei dedecus sit, eamque minuat, aut carpat.

Item parentes virginibus nimis chorizare, tympana- 128
ve, lyram, vel alia instrumenta ad id tangere, vel cantare, permittere, non debent; quia id earum honestati, verecundiæ, ac modestiæ omnino servandæ minimè congruit; per talia enim tripudia, saltationes, & nimis frequentia cantica, quis non videt, vel in pluribus expertum agnoscit, puellarum pudicitiam periclitari, modestiam amitti, naturalem verecundiam perire, & frequentiori juvenem, aliarumque puellarum, sive mulierum commercio, in dissolutionem transmutari? † Ex 129
quibus fit, ut hæc saltandi canendive exercitia magis virginum dissolutioni, inquietudini, suscitandisve passionibus, vanæque elevationi, quàm honestati deserviant: Quot enim puellæ in verecundia, & simplici modestia virginali quiescentes his chorearum, seu musicalium voluptatibus elevatę, ac deditæ suas passiones effrenarunt: suos oculos ad concupiscendum aperuere: suasque mentes, & animos, adhuc in tenera ætate puros variis cogitationibus, & machinationibus conspurcarunt.

Quapropter Magister Petr. Sanchez *in sua historia mo-* 130
ral. & philosophic. satis doctè, & Reipublicæ moribus utiliter scripta, *3. part. in vita Samsonis*, §. 14. *col.* 3. & 4. *fol. mihi* 328. postquam in hoc, & *in præcedenti*, §. Latè, & optimè egit de bona educatione filiarum, multa ad id concernentia notabiliter congerens, quæ parentibus, maximè matribus, in utilitatem, & bonam educationem filiarum omnino videnda committo (nostro enim idiomate scripta sunt) tractans ergo quæstionem, utrum expediat, vel conveniens sit, filias ad numerum saltare, & doceri lyram, arpam, aut alia instrumenta tangere, vel cantare? magno cum judicio resolvit, exercitia hæc nullo modo per matres permittenda virginibus:
† Imò tamquam ab ipsa morte saltationes, cantilenas, 131
vel alias musicas ab eis fugiendas; † Damnatque etiam 132
Doctor relatus Scholas publicas in Republica permitti, & magistros, qui pro puellis ad numerum saltare, & chorizare de domo in domum tendunt, plurimaque alia contra hęc saltandi, vel chorizandi exercitia, seu artem fœminarum respectu tradit: referam verba hujus Doctoris, quia non ab omnibus præmanibus habetur, ibi:

Y lo mismo se podria dezir del baylar, y danzar, por- 133
que parece, que es exercitio inventado por el Demonio enemigo de la naturaleza humana, para despertar malos pensamientos: dize Luis Vives, à quien yo sigo en esta materia despues de Plutarco, que fue reprehendida Sempronia Matrona Romana, porque sabia muchos primores de danzar, y baylar. Et paulò infrà prosequitur: *Y si esto se tenia por tan grande inconveniente (aun en los hombres)* quan-

Digitized by Google


quanto por mayor se avia de tener entre mugeres Christia-
134 *nas?* † *Y yo tengo para ellas por tan deshonesto este exer-*
citio, que no sè como se permite en las Republicas bien or-
denadas, que aya escuelas publicas, y Maestros de dan-
zar, y baylar, y que van de casa en casa a ensennar à
las donzellas este exercitio pernicioso, con que aprenden
à engreirse, y à desosegarse, y à andar saltando como lo-
cas. Y lo que muchas vezes se sigue de ello es, lo que se si-
guiò de las danzas, y bayles de Herodias, que fue la muer-
te del Baptista. Y assi mueren espiritualmente muchos de
los que se hallan en gestas musicas, y de los que las exerci-
135 *tan.* † Et infrà: *Y por tanto (si yo tengo voto en esto) debe*
la madre, que pretende criar bien, y Christianamente à
su hija, quitarle las musicas, y cantilenas de la fantasia,
y hazer que huya de ellas, como de la muerte. La razon:
porque estos exercicios de danzar, y baylar, y de todo
genero de musica (salvo el organo, y flauta à las Monjas,
ò à las que lo han de ser) han de estar cien mil leguas de la
honesta doncella, es, porque à ratos (sin mirar en ello)
salta una centella de aficion del que bien danza, en el tier-
no corazon de la que bayla con èl, ò que le vè baylar, que
abrasa su corazon poco à poco, y le destruye.
136 Concluditque idem Doctor, postquam plures cho-
rearum, & saltationum malos effectus retulit, nullum
consilium utilius honestis virginibus præstari, posse,
quàm, quòd ab hujusmodi exercitiis omnino effugiant,
illic: *Pues que mejor aviso se puede dar à la honesta don-*
cella, sino que huya estos diabolicos exercicios, de donde
suelen proceder estos desasosiegos, passiones, y tormentos,
que son danzas, y bayles, y musicas? los quales parece,
que llaman, y dan vozes à los malos pensamientos, y à
las ruines ocasiones, para que vengan, y que les daran
posada.

Et ne quis hujus Authoris, & si doctissimi, fortè in- 137
cogniti, & meam authoritatem contemnat, audiat,
circa eandem rem, magnum Ecclesiæ Sanctum, & Do-
ctorem Divum Ambrosium *in lib. 3. de Virginib.* ubi post-
quam choreas, & saltationes, vanas cantiones, & in-
strumenta musicalia acriter increpat, procul à virginibus
esse desiderans, ita eleganter erga matres concludit, eis,
ne procaci saltatione filias instruant, consulens: *Quid di-*
citis vos Sancta fœmina? videtis quid docere, quid etiam
dedocere filias debeatis? saltet, sed adultera filia saltet:
Que vero pudica, qua casta est, religionem doceat filias
suas, non saltationem, &c. nam, ut ipse Sanctus paulo
antea dixerat, de quo loco, & superius meminimus:
Quid ibi verecundiæ potest esse, ubi saltatur, strepitur,
concrepatur?

Consideret ergo hæc prudens pater, vel mater, ne 138
his saltatoriis, vel musicalibus artibus filias suas erudiri,
faciant, vel potius ipsarum verecundiam frangant, &
pudorem maculent: † Nec parentes confidant in puel- 139
larum honestate, & verecundia, castitate, & modestia;
nam hoc certum est, per choreas, & saltationes nihil
virginibus honestatem augeri: multum tamen ple-
rumque minui, & aliquando amitti, † Dolendum- 140
que nimis esset, si rem præ auro, & argento æstima-
bilem, verecundiam videlicet in virgine, & hone-
statem, qua Pater Omnipotens eam dotavit; na-
turalis pater, aut mater hoc saltationis, vel chorea-
rum medio in aliquo minuat, vel in totum de-
struat.

Et hæc de saltationum, chorearum, & similium mu-
sicalium artium, vel spectaculorum voluptatis, aut re-
creationis fructu, sive usu, & quando nobis licitus sit,
necne? dixisse sufficiat.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



T

Digitized by Google



TRACTATUS DE FRUCTIBUS PARS SECUNDA.

In qua agitur de aliquibus differentiis inter nostrum verbum *Fructus*, & similia verba, aut emolumenta: & inter ipsas res principales.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Differentia inter verbum *Fructus*, & alia similia verba, sub quorum appellatione etiam fructus veniunt, ut sunt fruges, triticum, frumentum, Bladum, & legumina, & quæ fructuum species sub cujuslibet horum verborum nomine veniant, & ad aliqua notabilia in praxi plenè disputatur, & ad pragmaticas, seu banna fructuum extractionis prohibitoria sub his nominibus loquentia: an, & quando cætera comprehendantur; in statuto maximè tritiei, aut frumenti extractionis prohibitorio, an sub eo hordeum, farina, aut panis coctus veniat? Necnon aliqua in legatis, & aliis dispositionibus exponuntur: quando, legata materia, materiatum debeatur? ad hypothecam in frumento, an hæc in farina duret? ad privilegia prædiis frumentariis, & agricolis concessa. An etiam leguminibus seminatis, & ea seminantibus competant.

SUMMARIUM.

1 P*Roponitur hujus capit. quæstio circa differentiam verborum*, Fructus, Fruges, Triticum, Frumentum, *& similia verba.*

2 *Fructus verbum, ut genus generalissimum se habet fruges, frumentum, & alia prædicta comprehendens.*

Fruges, frumentum, triticum, & similia nomina generis subalterni respectu verbi Fructus *esse, dicuntur, ibid.*

3 *Frugum nomine, quæ emolumenta, aut fructus comprehendantur? cum num. seqq.*

4 *Quid inter legumina, & verbum* Fruges?

6 *Referuntur ex bonis litteris plures aliæ elegantes acceptiones ad verbum fruges, cum n. seqq.*

7 *Verbum* Frugi *indeclinabile hominem diligentem, & officiosum in jure denotat.*

8 *Item bonum, virtute præditum, & modestum significat, junctò maximè verbo* Bonæ.

9 *Significat etiam verbum*, Bonæ frugi, *hominem in victu, vestitu, aliisque sumptibus, & in suis rebus temperatum.*

10 *Frugalitas etiam pro parsimonia, temperantia, moderatione, & pro omni virtute accipitur, quæ rem familiarem conservat, & auget.*

11 *Est omnium virtutum genitrix.*

Prodest valde pro repellenda egestate, divitiisque augendis, ibid.

12 *Quid Epicurus, Socrates, & alii Philosophi de ea senserint, & ex d. n. 10.*

14 *E contra, deficiente frugalitate, & temperantia de facili ad paupertatem devenitur.*

Et propter immoderatos sumptus maximè in domorum constructione, rerumque familiarum, & famulorum immodica impendia, ibid.

15 *Declarantur etiam præfata circa frugalitatem, seu parsimoniam servandam dicta, ne nimis parcè, & avarè suis rebus quis utatur.*

16 *Frugalitas est virtus media inter prodigalitatem, & avaritiam.*

17 *Plura frugalitatis virtutis referuntur encomia, & laudes.*

18 *Verbum* Bladum, *quos fructus comprehendat? cum n. seq.*

19 *Est nomen generale subalternum sub verbo fructus contentum.*

20 *An, quæ in terra feruntur, vel quæ in area teruntur? significet, cum num. seqq.*

22 *An ejus appellatione non solum triticum, sed etiam legumina comprehendantur? & ex num. 25.*

23 *Nulla differentia inter ea, quæ in terra feruntur, & quæ teruntur in area.*

24 Refertur verbi Bladum ethymologia juxta Alciat.
26 Declaratur Text. in cap. ex multiplici 3. de decim.
27 Proderunt præfata ad praxim, stante statuto Bladi extractionem prohibente, & si quid aliud circa id caveatur, aut disponatur, ut ita, quid Bladi nomine veniat? cognoscatur.
28 Triticum nomen quid, vel quos fructus significet? ad Text. in l. triticum 94. ff. de verb. obligat. de cujus declaratione plenè in n. seqq.
29 Verbum Triticum dupliciter accipitur; in genere, & in specie.
30 Quid in genere sumptum comprehendat?
31 Quid in specie?
32 Quid si simpliciter accipiatur?
Hordeum, habena, millium, faba, & alia legumina, an, & quando sub dictis acceptionibus veniant? ex d. num. 30.
Simpliciter verbum Triticum prolatum, ipsum tantum triticum in specie, non hordeum, nec legumina comprehendit, d. n. 32. cum seqq.
34 Analogum simpliciter sumptum pro nobiliori significatu accipitur.
35 Ius civile simpliciter prolatum, pro jure civili Romanorum sumitur.
36 Vsus communis loquendi Tritici appellatione, ipsum tantum triticum in specie denotat.
37 Frequentior, & communior loquendi usus propria verborum significatione præfertur.
38 In interpretatione etiam legis Divinæ communis loquendi consuetudo prævalet.
39 Referuntur plures aliæ tritici species, quæ, sub tritico in specie sumpto, comprehenduntur, & de earum differentia.
40 Siligo etiam tritici species habetur, & n. 41.
42 Triticum est genus subalternum alia genera inferiora, seu individua juxta Dialecticos continens.
43 Frumentum quid significet? cum n. seqq.
Comprehenduntur sub prædictis verbis triticum, Bladum, & fruges, ibid.
Comprehendit tamen ipsum alia fructuum genera, quorum respectu, ipsum quoque genus habetur, ibid.
45 Accipitur in genere, & in specie, & quid sub unaquaque acceptione significet? ad triticum, hordeum, & alia, quæ in arista se continent, quando ejus nomine veniant? cum n. seqq.
46 Stante frumenti extractionis prohibitione, triticum tantum, non hordeum, habena, aut similia, continetur.
47 Accusato aliquo de furto frumenti, si non triticum, sed hordeum, vel habenam subreptum probatum sit, an ex tali probatione puniri, debeat?
48 Quid si de tritico subrepto, quis deferatur, vel accusetur?
49 Frumenti, seu tritici appellatione, an comprehendatur farina? latè discutitur cum n. seqq.
50 Refertur, & fundatur opinio affirmativa, cum num. seqq.
51 Lanæ appellatione, filata etiam venit, donec in tela apponatur; declara infr. n. 75. cum præced.
53 Farina non videtur nova species à frumento, sed ea, quæ prius latitabat, detecta.
54 Creditor hypothecarius, seu privilegiatus in frumento, an hypothecam, aut privilegium in farina ex eo confecta, conservet.
55 Refertur, & fundatur negativa opinio, cum numer. seqq.
56 Aliud frumenti, aliud farinæ nomen.
57 Rerum nomina, ut res significent, adinventa.
58 Quæ differunt in nomine, differunt etiam in effectu, & essentia.
59 Alia forma frumenti, aut tritici, alia farinæ.
Frumenti forma ex farinæ confectione mutatur, ibid.
60 Forma dat esse rei.
61 Frumenti forma per mutationem in novam speciem farinæ ita extincta remanet, ut ad pristinam formam, & materiam reduci, nequeat.
62 In materiato non idem, ac in materia dicendum, cum ad eam reduci, non valet.
63 Distinguitur, pro concordia istarum opinionum, cum n. seqq.
Quid in statuto frumenti, aut tritici extractionem prohibente, an in farina quoque locum habeat? tractatur plenè, n. 64. cum seqq.
68 Lana, seu quævis alia materia legata, an vestimentum, navis, vel alia res ex ea facta debeatur? ad Text. in l. lana legata 86. l. quæsitum 76. §. Illud, ff. de legat. 3. l. sed si ex meis tabulis 26. ff. de acquirend. rer. domin. l. Julian. §. Sed & si quis, ff. ad exhibend. §. Cum ex aliena materia, instit. de rer. divis. & d. n. 61.
69 Declaratur, & concordatur difficilis Text. in l. servum filii 44. §. Illud, ff. de legat. 1. & n. 70.
Testatoris voluntatis mutatio, quando præsumitur ex mutatione materiæ in aliam rem? ibid.
71 Declaratur l. si cui lana, ff. de legat. 3. cum numer. seqq.
Lana tincta an lanæ appellatione, seu in legato contineatur, ibid. n. 75.
An res per tincturam in novam speciem transeat? declaratur ibid.
Declaratur Text. in l. pediculis, §. Labeo, ff. de aur. & argent. legat. ibid. & n. 74.
74 Quid si lana legatum, aut similis rei sub verbis amplis, aut signo universali adjecto, sit relictum?
76 In præfatis casibus testatoris loquendi consuetudo est attendenda, quam lanam, vel rem, cum de ea vivens loqueretur, comprehendere, assuesceret.
77 Tritici, aut frumenti debitor an farinam præstando obligationem adimpleat? & n. 78.
79 Panis an frumenti, aut tritici appellatione comprehendatur, & è contra panis nomine triticum, aut frumentum veniat?
Obligatus ad panem coctum, an triticum præstando adimpleat? ibid.
80 Episcopo, vel alii si aliqua certa pars, aut mensura pro quolibet modio frumenti, aut tritici in Civitatem adsportato, debeatur, ut puta, ex privilegio, & consuetudine, an ex farina hoc sit præstandum?
82 Frumenti, aut tritici appellatione in statutis hujus generis fructuum extractionem prohibentibus, an farina comprehendatur? Magis specialiter resolvitur, ex num. 84.
83 Quid in simili statuto, circa taxam tritici, aut frumenti loquente, & num. seqq.
84 In statutis statuentium mens, & ipsorum statutorum finis, & ratio spectanda, cum num. seqq.
86 Legis fraudem fieri vitandum, & quando fiat?
87 Directè sive una via prohibitum indirectè, seu alia via fieri, non est admittendum, & n. 88.
89 Tritici, aut frumenti extractionis prohibitio, an ad panem coctum extendatur?
90 Quid in aliis similibus materiatis, probibita extractione materia, ut in sapone, serico contexto, & similibus, stante prohibitione circa oleum, sericum, seu materiam, ex qua fiunt.
91 Macedoniani S.C. prohibitio, an etiam ad frumentum, farinam, vel similem rem extendatur?
92 Magis distat frumentum à pecunia, quàm farina à frumento.
93 Statutorum superior declaratio circa farinæ, aut panis comprehensionem, an extensiva, vel potius comprehensiva sit dicenda, & quid in similibus dispositionibus? cum duob. n. seqq.
96 Creditor hypothecarius, vel aliter privilegiatus, an hypothecam, vel privilegium in farina habeat? & n. 97.

98 Cre-

98 *Creditor super frumento mutuato ad seminandum omnibus in messe, aut tritico nato præferendus.*

99 *Referuntur plures Doctor. materiam præsentem statutorum, sive ipsorum, ex identitate rationis extensionem, aut comprehensionem, ad multas quæstiones, tractantes.*

Frumentum, aurum, vel argentum, aliasve res extrahi, prohibitas, pro necessario victu extrahens statuti pœnam non incurrit, dict. n. 99. in med.

100 *Agitur de fructibus in leguminibus consistentibus, qui sint, & in quo ab aliis differant? cum numer. sequentib.*

Dicuntur à legende, d. num. 100.

102 *Frugum appellatione veniunt.*

103 *Non vero appellatione frumenti.*

104 *Referuntur remissivè plura privilegia, quæ prædiis frumentariis, eorumque fructibus, animalibus, & instrumentis ad eorum culturam competunt.*

105 *Privilegia hæc an prædiis leguminibus seminatis, eorumque Dominis debeantur?*

106 *Quid si post leguminum collectionem frumento seminentur.*

107 *Mulæ aratoriæ privilegium non amittunt, ex quo aliquando ad itinerandum, vel vecturam faciendam locentur, aut divertantur, si earum principalis destinatio, & exercitium agrorum culturam respiciant.*

1 CUm certum sit, fructuum appellatione fruges, frumentum, Bladum, & legumina tanquam emolumenta ex terra provenientia contineri, ut ex *cap. 3. de decim.* tenent Rebuff. *in l. frugem 77. de de verbor. obligat. versic.* 1. Bart. *in l. ex diversis, de re judicat.* Gloss. *in cap. gravis, de restit. spol.* Barbat. *de divis. fructuum, part. 2. cap. 17. à numer. 74.* Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 26. §. 1. à num. 1.* ubi plures cumulat, & supr. relat. in part. 1. cap. 4. non extra rem erit ad majorem claritatem materiæ, & nostri verbi *Fructus* significationis pleniorem cognitionem, differentiam inter ista verba indagare, & quæ fructuum species sub cujuslibet nomine veniant, distinctè cognoscere.

2 Igitur à nostro verbo *Fructus* exordium sumendo, id genus esse dicendum est, & ut tale, fuges, frumentum, & prædicta verba continere, ut constat ea Bart. Rebuff. & Doctoribus supr. proximè relatis; quare eorum respectu, ut genus generalissimum se habet, ea vero, ut genera subalterna sub eo contenta, dico genera subalternata, non vero species, quia etiam verba, *Fruges, Frumentum*, & superius relata, plures alias fructuum species individuas sub se continent, ut inf. dicam.

3 *Frugum* autem nomine venit omnis redditus ex fructu terræ proveniens, sive, qui ex frumento, sive ex leguminibus, aut ex vino, sylvis cæduis, cretifodinis, vel lapicidinis obtigerit; ita ut quidquid utilitatis, vel redditus ex fundo habemus, frugeme vocar, possimus, *l. frugem 77. de verbor. obligat.* ubi *frugem*, inquit Ulpian. *Pro reddit u appellari, non solum, quod ex frumentis, aut leguminibus, verum etiam quod ex vino, vel ex sylvis cæduis, cretifodinis, lapicidinis capitur*, & ibi Rebuff. *verb.* 1. Laurent. Valla. *lib. 4.* ubi ait: *Frugem esse, quidquid ex fructu terra in alimoniam vertimus.*

4 Ex quibus apertè errant, qui legumina à frugibus discernunt; nam, cum Cicer. de leguminibus loqueretur, ot ostenderet, etiam legumina fruges vocari, dixit: *Olei ex fruge minutarum*, quem refert, & sequitur Ambros. Calepin. in hoc verbo *Fruges*, sed quid opus alia probatione, cum ex *d. l. frugem*, pateat ibi: *Aut leguminibus* Gasp. Kloch. *de ærar. lib. 2. cap. 1. n. 69.*

5 Et etiam ex prædictis rejiciendi sunt, Tusch. *conclus. practicar. litt. T. conclus. 391. numer. 6.* Barbos. *in appellat. verbo Fruges*, qui nimis generaliter asserunt, frugum appellatione omne illud venire, quod ad victum humanum paratum est, ad quod probandum citant *dict. l. frugem*, juxta quos non solum triticum, vinum, & alia frumenta, aut legumina frugum appellatione venient; verum etiam caro, aves, & similia, quibus homo vescitur. Quod manifestè, & litteraliter improbatur, *in dict. l. frugem*, ubi prosequitur Ulpian. & ait: *Iulianus scribit, fruges omnes esse, quibus homo vescatur, falsum esse; non enim carnes, aut aves, ferasve, aut poma fruges dices.*

Quibus de propria verbi *Fruges* significationem, ad nostram materiam, expositis, liceat aliqua ex bonis litteris pro laboris juvamine, animique aliquali recreatione circa ejusdem verbi *Fruges* alias elegantes acceptiones adnotare, quæ non solum jucunda, verùm, & valde utilia, ad morum correctionem, legenti erunt. 6

Verbum autem *frugi* indeclinabile, aliquando etiam hominem diligentem, & officiosum in nostro jure denotat, *l. si vendita 11. de peric. & commod. rei vendit.* ibi: *Quam debent homines* frugi, *& diligentes præstare.* 7

Item bonum, & virtute præditum, & modestum, maximè verbo *Bonæ* injuncto, *l. 1. §. Sed utrum, de serv. corrupt.* ibi: *Tenetur si boni frugi, servum depulerit, ad delinquendum, l. si quis servum 9. §. Si in servo 1. eod.* ibi: *Et interesse fructuarii videtur, boni frugi servum esse, leg. item apud 15. §. Itaque Prætor 44. versic. Etenim, de injuriis*, ibi: *Etenim multum interest, qualis servus sit boni frugi ordinarius dispensator, l. cum pater 77. §. Pater filio, de legat. 2.* ibi: *A parentibus frugi, l. inde Neratius, §. Sed uti bonæ frugi servus ad l. Aquil.* & ideò Imperator *in l. interlocutio 19. Cod. ex quib. caus. infam. irrogat.* ibi: *Vt ad melioris vitæ frugem se reformet*; (ait Imperator) pro malæ, ac inordinatæ vitæ emendatione, & correctione. 8

Item bonæ *Frugi*, aut *Frugi* homo dicitur, qui in victu, vestitu, & similibus sumptibus, ac in suis rebus temperans est, nec eas malè consumit, & dissipat *leg. si cum dotem 22. §. Si vero 8. ff. solut. matrimon.* ibi: *Si verò dotem maritum dissipare, manifestum est, ut non hominem frugi oportet, dotem tunc sequestrari.* Inde Horat. inquit: Parrius hic venit, *Frugi* dicatur, & Cicer. *lib. 3. Tuscul.* *frugi* hominem vocat tribus principalioribus virtutibus nimirum fortitudinis, justitia, & prudentia præditum, ibi: *Sed quia* (inquit) *nec qui propter metum Præsidum relinquit* (*quod est ignavia*) *nec qui propter avaritiam etiam depositum non reddit* (*quod est injustitia*) *nec qui propter temeritatem malè rem gessit* (*quod est stultitia*) *frugi appellari solet.* 9

Quare etiam frugalitas pro parsimonia, temperantia, & moderatione, & pro omni virtute accipitur, quæ non modo rem familiarem conservat, & auget, sed & sanitatem tuetur, vitamque hominis producit, Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 5.* ibi: 10

Frugalitas inimica luxuriosis epulis, alienat à nimia vini abundantia, & immoderato veneris usus aversat, & omnium virtutuum eam genitricem vocat Justin. *lib. 20. Histor.* ibi: *Genitrix virtutum frugalitas; nec ad dapes parandas medius securior, & efficacior, quàm ipsa frugalitas, & vita temperantia invenitur*, quia ut dixit Plin. *lib. 2. epistol. ad Cal. Quod cessat ex reddit u, ex frugalitate suppletur*; & ipse in Panegiric. *Tantas habet vires frugalitas, ut tot impendiis, tot erogationibus sufficiat, &* (inquit) *optimum vectigal est parsimonia*; & ut eleganter ait: *Divitiæ colliguntur, non divitias colligendo, sed non multos sumptus faciendo*; nec minus eleganter canit Hesius: 11

Adde parum parvo, parvo super adde pusillum
Fiet, & hoc magnum; infelix pelletur egestas.

Ideò Epicurus dicebat, etiam si quem volueris divitem efficere, non est, quod augeas opes; sed quod minuas cupiditates, cum dives, non, qui plurima possidet, sed qui divitiis non eget, nec cupit, dicatur. 12

Quapropter magno cum judicio utilissima frugalitatis commoda percallens insignis ille temperantiæ præceptor Socrates, cum mercium copiam, quæ in foro ven- 13

vendebantur, videret, dicere, solebat: *Quam multis rebus ego non egeo; ex tali cruciantur animo, ita cogitantes, quam multa nobis desunt? Sibique gratulabantur, quod frugaliter, & juxta naturam vivens, ac paucis assuetus aurum, purpuram, gemmas, reliquasque divitum delitias, nec cuperet, nec egeret*, refert Lassart. *lib. 2. cap.* 5.

14 E contrario autem, deficiente frugalitate, & temperantia, de facili ad paupertatem devenitur, propter inædificando, magnasve domos construendo, immoderatus sumptus, maximè, necnon propter rerum familiarium, & famulorum similiter immoderata impendia, circa, quod stat græcum illud notabile axioma ita vulgariter latino carmine transcriptum:

Aedificare domos, & pascere corpora multa.
Ad paupertatem proximus est aditus.

15 Nec quòd hæc intelligas, vellem, ut nimis parce rebus nostris utamur; quia hoc esset incidere in aliud vitium prodigalitati contrarium, scilicet in avaritiam; sed potius parcè, ac temperatè, & mediam viam eligendo, nec prodigaliter, nec avarè rebus nostris utendum.

16 Est enim frugalitas virtus media inter prodigalitatem, & avaritiam, in eoque consistir, ne nimis parcè rebus utamur, nec nimis luxuriosè.

17 O egregia frugalitatis virtus, Frugalitas est, *qua motus animi regit, & sedat; moderatamque in omni re novit servare constantiam:* Frugalitas est, *cui virtutum omnium commissa est custodia, sine qua nulla constat virtus:* frugalitas est, *qua non solum rem familiarem conservat, & auget, sumptusque innanes, ac luxuriosos vitat, sed & corporis sanitatem tuetur, vitamque hominis producit:* frugalilas, & temperantia est *bona valetudinis mater*, sicut ex adverso *intemperantia, crapula & luxus non solum rem familiarem, & opes consumunt, ac dissipant, sed etiam morbos pariunt, ac nutriunt, nec vitam suam hominem dimidiare sinunt*,

§. I.

De verbo Bladum, & quos fructus comprehendat?

18 DE Blado autem legem non habemus, ut notat Bart. *in l. triticum 94. de verbor. obligation.* ubi etiam Jas. *num.* 5. præter *cap. ex multiplici 3. de decim.* de quo infra.

19 Bladum autem est nomen generale subalternum sub verbo *Fructus* contentum, Bart. *in dict. l. triticum 94. num. 6. de verbor. obligation.* Rebuff. *de verbor. signif. in leg. fru-* 20 *gem 77. versic. penultim.* † Comprehenditque omnia, quæ in terra seruntur Gloss. *in l. non debere 8. ad municip. lit. A. & in l. triticum 94. de verbor. obligat.* Bart. *in l. 1. §. Duo, de aqua pluv. arc.* Tusch. *pract. litt. T. conclus. 392. num. 3.* Barbar. *de divis. fruct. 1. part. cap. 17.* Barbos. *in tract. var. in appel. verb. Bladum.*

21 Contrarium autem, imò, quòd sit quod in area teritur, tenet Collant. *in pragmat. agric. lib. 1. cap. 10. num. 4.* qui ex eo magis rei frumentariæ, quæ in area teritur, quàm leguminibus convenire, ait; & etiam istas duas opiniones tanquam diversas, refert Barbos. *ubi supr.* & ad istam secundam citat Collant. *sup. glos. in dict. l. triticum 94. de verbor. obligat.* & Bartol. *in l. 1. §. Duo, ff. de aqua pluv. arc.* sed malè, cum contrarium potius ibi asserant, ut & infr. dicam.

22 Utilitas autem, & effectus disquisitionis istarum opinionum in eo consistere posse, videbatur, quòd si *Bladum* omne id, quod seritur, significet, ejus appellatione non solum fructus tritici, seu alterius frumenti veniet, verum etiam, & legumina, quia & ista seruntur: si vero, quod teritur, tantùm fructus tritici, aut frumenti comprehendat, non comprehendet legumina, quasi ea non terantur.

23 Sed certè, meo videri, visis antiquioribus, qui benè rem explicant, & quæstionem an fructus leguminum Bladi appellatione veniant? latè tractant; dicendum est, nullam differentiam constitui, nec ab antiquioribus deduci, posse in eo, quòd *Bladum* dicatur, quidquid in terra seritur, aut quod in area teritur: imò potius ipsi Antiquiores promiscuè, & sine ulla differentia, duobus istis verbis *seritur*, & *teritur* tanquam in effectu idem significantibus ad descriptionem, & explicationem verbi *Bladi*, utuntur; nam Bart. qui in *dict. l. triticum 94.* dixit, esse quidquid in area teritur, affirmavit etiam in *dict. l. 1. §. De eo, ff. de aqua pluv. arcend.* ejus nomine omne id, quod in terra seritur contineri; & similiter Panorm. *in cap. ex multiplici 3. de decim. numer. 3.* & Jas. *in dict. l. triticum*, cum sine aliqua quæstione esse quidquid in aera teritur, doceant, referunt, ad id probandum Gloss. *in dict. l. triticum*, & Bart. *in dict. l. 1. §. De eo*, qui tamen non, quod teritur, sed quod seritur, esse affirmant, quin in aliquo eorum quæstio, aut dubium super eo per ipsos excitetur, seu differentiam aliquam inter dicta verba constituant, nam revera in nomine tantùm differunt; quia, cum, quidquid seritur, postea etiam teratur, ut grana patefiant, quæ arista se tenent, sive fabæ, lentes, vel similia legumina, quæ siliquis continentur, ut tenent Collant. *dict. cap. 10. numer. 4.* & colligitur ex Bart. Panorm. & aliis antiquior. *ubi supr.* nulla ergo differentia in eis in effectu dari, potest, cum non plus per unum, quàm per aliud significetur, vel comprehendatur.

24 Si tamen pro aliqua prædictarum opinionum resolvere, velis, id facere, potes, attenta verbi *Bladum*, Alciat. etymologia, qui *in dict. l. triticum 94. num. 6.* ait, bladum dici à colore bardio, qui flavus, & maturescentis speciei est, juxta quam doctrinam verius videtur, ut quidquid teritur, significet; quia tunc grana, & species maturæ, & flavæ sunt.

25 Prædicta verò quæstio, an fructus in leguminibus consistentes *bladi* appellatione comprehendantur, affirmativè resolvenda est, ut non solum *bladi* nomine veniant, quando *bladum* dicitur, quod in terra seritur, sed & si quod teritur, significet, ut tenet Panormit. ex doctrin. Gloss. Bart. & Jas. *in dict. leg. triticum, numer. 5.* Card. Tusch. *practic. conclus. litt. T. conclus. 392. numer. 3.* quia & legumina etiam teruntur; nam terere nihil aliud est, quàm spicarum excusio, ut notat Ambros. Calepin. *in suo dictionar. verb. Trituro*, Plin. *lib. 18. histor. natur. cap. 7.* quod & similiter in fabis, ciceribus, & aliis leguminibus fit, ut à siliquis, seu folliculis grana separentur, tenent Collant. *ubi supr.* licèt assentiri, videatur Rebuff. opinioni, qui in *dict. l. frugem, de verbor. signific.* ait, legumina *bladi* appellatione non continere; quia non quod teritur, aut seritur, sit, sed quod in arista se tenet, ut sic tantùm comprehendatur frumentum, quod arista, non legumina, quæ siliquis continentur *dict. l. frugem.*

26 Pro cujus comprobatione refert idem Rebuff. Text. *in cap. ex multiplici 3. de decim.* in verbis, ibi: *De blado, & universis leguminibus*, & Panormit. in eo, & Jas. & antiquior. *in dict. l. triticum*, sed certè nec Text. id probat, nec Panormit. Jas. & antiquiores asserunt, imò potius contrarium, *ut supra dixi*, docent; & licèt Jas. de opinione Bart. *ob dict. cap. 3.* dubitet, ei tamen acquiescit cum interpretatione Panormit. qui ait: in eo Text. ideò specialem mentionem factam fuisse de leguminibus, non quia *bladi* appellatione non comprehenderentur, sed propter frequentiorem usum loquendi, qui verborum significationem, non juris dispositionem immutat, Gloss. *in l. unic. verb. Sponsam, Cod. de rapt. virg. & in l. 1. glos. 1. Cod. de his qui ad Ecclès. confug.* Rebuff. *in tract. de nomination. quæst. 5. à num. 3. pag. 125.* Dec. *in Auth. cassa, Cod. de Sacros. Eccles.* ubi plures refert: Peralt. *in l. Lucius 1. de leg. 2. n. 22. pag. 245.* Mier. *de majorat. 1. part. quæst. 31. numer. 19.* quare dicendum videtur, pro majori claritate, & omnis dubitationis tollendæ gratia, mentionem de leguminibus factam fuisse in *d. cap. 3.* non quia de

juris

Digitized by Google

juris rigore sub *bladi* appellatione non comprehendantur; &, quod magis est, non solum legumina, sed & lini semen comprehendi, tenent Panormit. *in dict. cap. ex multiplici* 3. Bart. & Jas. *in d. l. triticum*, Tusch. *dict. conclus.* 392. *n.* 3. Mier. *ubi proximè*.

27 Quæ supra dicta de nostro verbo *blado*, ne in inutilia videantur, maximè ad praxim proderunt, stante aliquo statuto *bladi* extractionem prohibente, vel si quid aliud circa id caveatur, aut disponatur, ut fit, quid *bladi* nomine veniat, necesse sit cognoscere: in quibus quæstionibus Bart. & ferè omnes sup. relati loquuntur, & in eis, ut supr. dixi, legumina, & lini semen *bladi* appellatione comprehendi, resolvunt.

§. II.

De verbo Tritico, *& qui fructus ejus nomine veniant?*

28 QUibus de verbo *Bladum* expositis, materiam hujus capitis justo ordine prosequendo, verbum *Triticum* succedit.

29 Pro ejus ergo significationis verissima cognitione, & ut qui fructus ipsius appellatione veniant, plenius pateat; in primis notandum est, verbum *Triticum* dupliciter per jura, & DD. accipi in genere, & in specie, *dict. l. triticum* 94. *de verbor. obligat.* quam sic intelligunt, & notant in ea Gloss. Bart. & Jas. Barbos. *in appellat. verb. Triticum*, Columel. *de re rustic. lib.* 2. *cap.* 6.

30 In genere sumptum, cum à terendo dicatur, ut notat Jas. *in dict. l. triticum*, *numer.* 5. & Calepin. *in suo dictionario*, *verbo Trituro*. Quidquid in area teritur, ut bladum, significat, & sic non solum triticum in specie, secundum vulgarem usum loquendi, verum etiam hordeum, avenam, milium, fabam, legumina, & omnes fructus qui in area teruntur, comprehendit, *ut ex dict. l. triticum*, notant in ea Gloss. Bart. *numer.* 6. Jas. *num.* 5. Rebuff. *in dict. l. frugem* 77. *de verbor. significat.* Tusch. *dict. conclus.* 392. *num.* 1. Columel. *de re rustic. lib.* 2. *cap.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 151. *numer.* 3. Gratian. *decis.* 184. *numer.* 1. Barbos. *in dict. verb. Triticum*, *num. fin.* Barbat. *de divis. fruct. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 98.

31 In specie autem triticum sumptum, juxta communem usum loquendi, ipsum tantum triticum, ut vulgariter accipitur, venit, non aliæ species fructuum, etiam si arista se contineant, ut hordeum, milium, & similia, & nec etiam legumina, *l. si quis vinum* 9. §. *Certè* 1. *ff. de tritic. vin. & oleo legat.* ubi: *Triticum ab hordeo* separatur, *dict. l. triticum* 94. *de verbor. obligat.* ibi: *Si de aliquo tritico cogitaverit*, idest, *certi generis*, ut docent Bart. *in d. l. frugem*, 77. *de verbor. significat.* Forcatul. *in penu. jur. cap.* 6. Rebuff. Jas. & alii relati per Menoch. *dict. præsumpt.* 151. *num.* 4. Gratian. *dict. decis.* 184. *num.* 3. Barbat. *dict. cap.* 17. *num.* 78. Barbos. *dict. verb. triticum*, *num.* 1.

32 Simpliciter tamen prolatum similiter etiam ipsum solum triticum in specie, non hordeum, milium, legumina, aut cæteras fructuum species significat, Forcatul. *dict. cap.* 6. Matt. *singul.* 676. Menoch. *dict. præsumpt.* 151. *num.* 4. benè Gratian. *dict. decis.* 184. *num.* 3. Barbos. *dict. verb. triticum*, *numer.* 2. & hoc ex duplici ratione procedit.

33 Prima; quia, cum inter omnes dictas species sub nomine tritici generaliter sumpti venientes nobilius, ac notabilius sit ipsummet triticum in specie, ut notant Menoch. *dict. præsumpt.* 151. *numer.* 4. Granao. *dict. num.* 3.
34 & Barbos. *ubi supra*. † Meritò in præsenti regula succedere debet, quod vulgariter traditur, scilicet, annalogum simpliciter sumptum pro nobiliori, stare significatu, *leg.* 1. §. *Qui in perpetuum*, *ff. si ager. vectig. vel emphyteus. cap. quamvis*, & 1. §. *Quamquam*, *de præbend. in* 6. §. *Ius autem civile*, *inst. de jur. natur. gent. & civil.* † Ubi jus civile simpliciter prolatum pro jure Ro- 35
manorum sumitur, Tusch. *conclus. pract. litt. V. conclus.* 101. *num.* 1. Mier. *de maioratibus*, 1. *part. in præfat. num.* 89. Dom. Salgad. *de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 6. *num.* 7. D. Michael Aoron. Frances Urrutygoui *in suo eruditissimo tract. de Eccles. Cathedr. cap.* 15. *num.* 156.

Lagunez. de Fructib.

Secunda: quia, cum & in hoc sit communis usus lo- 36
quendi, & vulgaris intelligentia, ut dumtaxat triticum in specie appellatione tritici veniat, ut constat apud omnes, nec ullus sit, qui sic id non intelligat, ut tenent Gratian. & Barbos. *supr. relati*. † Succedit etiam alia non 37
minus vulgaris regula, nimirum, quòd communis, & frequentior usus loquendi propriæ verborum significationi præferatur, Text. *in l. Labeo*, §. 2. *ver. non enim*, *ff. de suppellect. leg.* Text. elegans *in l. cum delanionis*, §. *Item cacabos* 3. *ff. de instr. vel instr. legat.* ibi: *Pedius ait: non propriam verborum significationem scrutari, sed in primis, quid testator voluerit, deinde in qua consuetudine sint, qui in quaque regione commorantur*, idemque animadvertunt plura de hac regula afferentes Mascard. *de stat. interpr. conclus.* 2. *tot.* Dom. Covarruv. 3. *var. cap.* 5. *num.* 1. Gutier. *de matrim. cap.* 1. *num.* 7. Sim. de Præt. *de interpr. ult. volunt. lib.* 2. *inetrpr.* 3. *dubit.* 1. *solut.* 2. *n.* 508. *fol.* 255. Mier. *de maioratib. part.* 1. *quæst.* 65. *à num.* 49. & cum pluribus Vela *dissert.* 6. *numer.* 24. Solorz. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. latè, & benè Everard. *in*
topic. loc. 7. † Ubi cum pluribus, quòd etiam in interpre- 38
tatione Legis Divinæ communis loquendi consuetudo prævaleat, idem docet D. Salgad. *de Reg. protect.* 4. *p. cap.* 12. *à num.* 18.

Advertendum tamen est, adhuc etiam sub nomine 39
tritici in specie accepti; ut supr. diximus, plures alias tritici species contineri, ut sunt siligo, tubus, clusinum, adhoreum, venuculum, & alias plures, quas latè refert Plin. *lib.* 18. *natur. histor.* Rebuff. *de verb. sign. in dict. l. frugem*, *versic. Triticum*, Menoch. *dict. lib.* 4. *præsumpt.* 151. *num.* 3. quæ licet inter se in specie non differant, differunt tamen in numero, & qualitatibus, *Rubus* enim ponderosioris, & nitidioris grani est; *Adoreum* cætera triticorum genera præcellit: *Clusinum* grano nitido, & candido: *Venuculum* aliud nitidum, & aliud candidum, & utrumque ponderosius, ut notat Plinius
dict. cap. 18. & ibi ejus addit. † *Siliginem* etiam vocat Plin. 40
tritici delitias; quia cæteris candidior, & ex ea panis valde albus efficitur, Laguna in Dioscorid. *lib.* 2. *cap.* 82. Collant. *in pragm. Agricol. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 3. sed sine virtute, & pondere, & adnutriendum minus potens ob ejus levitatem, quamvis non injucundior; ut & notat Ambros. Calepin. *in suo diction. verb. Siligo*, ex eodem Plin. *d. lib.* 18. *cap.* 10.

Quare malè siliginem à tritici in specie significatione 41
excludit Menoch. *dict. præsumpt.* 151. *num.* 1. ubi, quòd in tritici legato non contineatur, quem sequitur Barbos. *dict. verb. Triticum*, *num.* 2. sed malè, ut suprà vides.

Ex dictis ergo deduci potest, quòd cum apud nostros 42
jurisperitos genus sub alternum dicatur, quod alia genera inferiora comprehendit: & inferius, quod individua continet, quod dialectici speciem vocant, ut Authores relati frequenter notant: Similiter etiam triticum in genere sumptum genus esse subalternum, ut animal, cum & alia genera inferiora individua continentia comprehendat, ut legumen, & hordeum, & triticum, quod dictas species continet, & ideò earum respectu in specie sumptum est genus inferius, quia non alia genera, sed species tantum comprehendit.

§. III.

Frumentum quid, & quos fructus comprehendat?

43 FRumentum autem similiter, ut de tritico, & blado dixi, fructuum appellatione continetur, & etiam frugum, bladi, & tritici, in genere sumpti nomine, quæ ejus respectu genera subalterna sunt; licet & ipsum quoque frumentum genus sit respectu fructuum, qui arista se continent, quos sub se comprehendit; quæ omnia ex infra dicendis apparebit.

44 Frumentum igitur in genere, & in specie accipitur: in genere sumptum omnes fructus, qui arista se tenent, comprehendit, ut triticum, hordeum, speltam, avenam, & similia, quæ aristam habent, l. frugem 77. de verbor. sign. glos. in l. 1. C. de condit. in publis. horr. lib. 10. ubi Luc. de Penna, & etiam Gloss. in l. 1. §. De coopere, ff. de aqua pluv. arc. ubi & Bart. quòd ista sit sua propria significatio ex Aretin. in dict. l. frugem. Panormit. in cap. ex multiplici 3. de decim. n. 3. Alciat. & Rebuff. in dict. l. frugem 77. Forcatul. in penn. jur. cap. 6. Tusch. pract. conclus. tom 4. litt. G. conclus. 49. numer. 2. & tom. 8. litt. T. conclus. 392. numer. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 151. numer. 1. Dioscorid. lib. 2. cap. 8. ubi Lagun. Collant. in pragm. Agric. lib. 2. cap. 10. numer. 3. Barbos. in appellativ. verb. Frumentum, nu. 1. Barbat. de divis. fruct. p. 1. cap. 17. n. 79. Gasp. Klok. de ærar. lib. 2. cap. 1. n. 69.

45 In specie verò sumptum (ut communis usus loquendi intelligit) pro nobiliori, & potiori significatu, & sic solum ipsum frumentum, quo ad panem utimur hoc est, triticum significat: Non vero hordeum, aut similia, quæ arista se continent, l. modis, Cod. de susceptor præposit. & arc. lib. 10. quam sic intelligit ibi Joann. Platea, & Imol. & alii antiq. relati per Ripam de peste, tit. de remed. ad conservand. ubert. numer. 57. Gloss. in dict. leg. frugem, litt. Q. ubi & Bartol. Panormit. in cap. ex multiplici 3. de decim. numer. 3. Jas. in l. triticum 94. ff. de verbor. obligat. Joan. Plat. in l. modis, Cod. de susceptor. præposit. & arc. lib. 10. Rebuff. in dict. l. frugem, column. 4. versic. Limitatur, Forcatul. dict. cap. 6. Menoch. dict. præsumpt. 151. numer. 4. Aviles in cap. prætor. 17. verb. A razonables pre-
46 cios, num. 36. † Et ideò stante frumenti extractionis prohibitione, sive apud nos la saca de pan, triticum tantum, non hordeum, avena aut similis continentur, Avendañ. de exequend. mandat. part. 2. cap. 19. num. 35. in fin. Mexia in pragm. tax. pan. concl. 1. n. 56. Avil. in dict. cap. 17. n. 36. in fin. Collant. d. cap. 10. n. 3. Barbos. d. verb. frumentum, num. 3.

47 Ex quo infertur, quòd si quis accusetur de furto frumenti; & de furto hordei, avenæ, aut similis probatum sit, non debeat inquisitus ex tali probatione puniri; quia talis probatio accusationi non convenit, quæ de tritico in specie intelligenda est, ut singulariter notant Imol. & Angel. in l. triticum 94. de verbor. obligat. Rip. ubi supr. num. 57. Aviles in cap. prætor. 52. verb. En la tierra, num. 19. licet contrarium velit Alexand. in dict. l. 94.

48 Ex quibus idem, & fortius dicendum est in accusato non de frumento, sed magis specialiter de tritico subrepto, stante probatione in hordeo; & tenet Paul. de Castr. in dict. l. 94. etiam ex communi usu loquendi, & Alexand. ibi, num. 11. contra Imol. qui ibidem contrarium asseruit.

49 An autem frumenti, seu tritici appellatione (quòd secundum consuetudinem loquendi idem est, ut dixi) farina comprehendatur? Inter DD. magna est contro-
50 versia; † Nam, quòd ejus appellatione veniat, tenent Bart. in l. si cui lana, de leg. 3. ubi Rayner. de Forlivio, Florian. de Sancto Petro, Bald. in l. non dubium, Cod. de legib. & ex aliis Collant. in pragm. Agricul. d. cap. 10. num. 3. & alii infrà referendi.

Quæ quidem opinio fortiter comprobatur. Primò ex 51
l. si cui lana 68. de leg. 3. ubi lanæ appellatione filata etiam venit; donec in tela apponatur; quia eo usque semper lana dicitur, licet, prima forma mutata, benè Bart. & antiquior. in dict. l. si cui lana, & ad rem Rip. de peste, tit. de remed. ad conserv. ubert. num. 45. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 151. numer. 6. Franc. Barry de success. testate, & intestat. lib. 9. tit. 15. numer. 1. Seile decis. 391. numer. 8. Novar. in pragmat. Regn. Neapol. super pragmat. 5. de administr. universit. num. 76. Mexia in pragmat. taxæ pan. concl. 4. num. 2. Barbos. in appellat. verb. Lana, num. 1.

Quare similiter in farina idem dicendum videtur, ut 52
quamvis prima frumenti, aut tritici forma per demolitionem mutata sit, donec tamen sit in pane conversa, & sic donec ad finem destinatum pervenerit, frumenti, seu tritici appellatione venire, videtur, ut in specie resolvunt Bart. in dict. l. si cui lana, Rip. in loc. supr. citat. numer. 46. Guid. decis. 373. in med. Mexia in pragm. tax. pan. conclus. 4. num. 2.

Secundò eadem affirmativa senteotia fundari potest, 53
quia farina non videtur nova species à frumento, sed ea, quæ prius latitabat, detecta, l. adeo, §. Cum quis, ff. de acquir. rer. dom. & ad rem Surd. decis. 139. n. 5. Gratian. in addit. ad suam decis. Marchiæ 184. num. 6. Cyriac. tom. 3. controv. 468. n. 31.

Tertiò; quia, cum non sit nova species, ideò etiam 54
creditor hypothecarius, seu privilegiatus in frumento suam hypothecam, aut privilegium in farina ex eo confecta conservat, nam idem est corpus, & eadem res, Surd. decis. 139. Castil. decis. Sicil. 9. num. 5. Gratian. dict. decis. 184. num. 6. Hermos. in l. 2. tit. 1. part. 5. glos. 3. numer. 14. Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. q. 53. n. 47. Cyriac. tom. 3. controv. 468. n. 25.

Quibus tamen non obstantibus, contrarium, imò 55
quòd farina frumenti appellatione non comprehendatur, tenet Dyn. in dict. l. quæsitum, §. Illud, de leg. 3. Bald. in l. 1. Cod. de fruct. & lit. expens. num. 6. Menoch. dict. lib. 4. præsumpt. 151. num. 23. Bertach. de gabel. quæst. 11. num. 16. Gutier. de tutel. part. 3. cap. 23. num. 9. & relati per Rip. ubi supr. à num. 43. Surd. dict. decis. 139. à num. 1. Matieoz. in l. 1. tit. 25. lib. 5. glos. 4. ubi Azeved. numer. 15. Hermosil. in l. 2. tit. 1. part. 5. glos. 3. numer. 12. Capyc. Latr. consult. 157. à numer. 2. Barbos. dict. verb. Frumentum, num. 4. & 5.

Quorum opinio præcipuè fundatur primò; quia 56
aliud frumentum, aliud farina, ut ex nomine apparet, ex quo dignosci, & secerni, debent res, l. ad recognoscendos, Cod. de ingen. & manum. l. unic. Cod. de mutat. nomin. l. 2. ubi DD. ff. de lib. & post. ut latè, & cum pluribus prosequitur Escobar de puritat. part. 1. quæst. 16. §. 2. à num. 11. & latius, §. 3. num. 27. D. Valenz. cons. 110. nu. 7.
† Ad quid enim nomina inventa sunt, nisi ut res, de qui- 57
bus homines loquuntur significentur, l. labeo ait, vers. Nam quorsum nomina, ff. de supellect. leg. Menoch. de
præsumpt. lib. 3. præsumpt. 64. numer. 1. † Et hinc est, quòd 58
ea, quæ differunt in nomine, differunt etiam effectu, & essentia, l. annulo, Cod. de feriis, ibi: Quæ nomine differunt, effectu carebunt, D. Valenz. cons. 33. num. 168. & cons. 96. num. 155. pleuè, & doctè, & ad plura similia Dom. Michael. Frances de Urrutygoiti de Eccles. Cathedral. cap. 15. à num. 13. quare in nostro casu, si idem farina, ac frumentum esset; cur diversimodè nuncuparetur, ut ait eleganter Imperator. in l. si idem, Cod. de Codicil.

Quod etiam ex formæ diversitate comprobatur; alia 59
enim est tritici, aut frumenti forma, alia farinæ; ut omnibus patet; & in præsenti frumenti forma fuit extincta per confectione farinæ ex ipso tritico, ut materia se habente, ex qua quidem confectione farinæ forma resultavit; quia forma nihil aliud est, quàm impressio in materia, ut figura Cæsaris impressa ferro, vel pecunia, Bald. cons. 38. lib. 1.

Qua-

Digitized by Google

60 Quare cum forma det essentiam rei, ut vulgariter apud Dialecticos jactatur, *dict. l. Julianus*, §. *Sed et si quis*, *ff. ad exib.* Jas. *in l. cum quis*, *numer.* 11. *Cod. de jur. & fact. ignor.* Valeron. *de transact. tit.* 1. *quæst.* 3. *numer.* 76. meritò ea formæ diversitate diversa res farina à frumento censeri, debet: quod & agnoscere, videtur Mexia *in pragmatic. tax. pan. conclus.* 4. *numer.* 6. ubi quòd non contineatur farina appellatione frumenti ex propria significatione, neque in legato frumenti farina comprehendatur, & quid ea mente statuentium? resolvit à num. 7.

61 Secundò; quia frumenti potentia, & forma ita victa, ac estincta est per mutationem in novam speciem farinæ, ut ad pristinam formam, & materiam reduci, non possit; quare meritò nova res, non antiqua intelligenda est farina, *l. Julianus*, §. *Sed & si quis*, *ff. ad exhibend. dict. l. quæsitum* 76. §. *Illud*, *de leg.* 3. *l. lan.* 36. *eod. tit. l. sed si ex meis* 26. *ff. de acquir. rer. domin.* §. *Cum ex aliena materia*, *instit. de rer. divis.* & ad rem notant Rip. *ubi supr. numer.* 43. Surd. *dict. decis.* 139. *à num.* 1. Hermos. *& plur. ex supr. re-*
62 *lat.* Capyc. Latr. *consult.* 157. *à num.* 1. † Quo casu omnes asserunt, non idem in materiato, ac in materia dicendum esse, & probatur *ex l. si convenerit*, §. *Si quis*, *ff. de pign. act.* & ad rem Marant. *in pract.* 2. *part. num.* 28. Avendañ. *respons.* 83. *concl.* 7. *num.* 4. & plura ad præd. jura congerit doctissimus D.D. Petr. de Salz. *de contrah. cap.* 8. *tot.*

63 In qua diversitate opinionum, ut ad concordiam reducantur, sub distinctione resolvendum est. Aut
64 † igitur propriam, & strictam verbi *frumenti*, aut *tritici* significationem inspicimus, & in hoc sensu rectè procedit, supr. dicta, opinio Dyni, Bald. & Aothor. supra dictorum: vel identitatem potius rationis inter frumentum, & farinam in statuto, seu alia dispositione circa frumentum loquente expectamus: tunc enim ex mente disponentis, aut statuentis etiam farinam comprehendi, certissimum est: & in hoc casu absque dubio procedere, debet Bart. & sequacium opinio.

65 Quæ concordia fat expressè ex ipsismet antiquioribus colligitur, ut constat ea Dyn. Bart. & Alberic. *in dict. l. quæsitum*, §. *Illud*, Bald. *in dict. l.* 1. *Cod. de fruct. & lit. expens. num.* 6. & docent benè Rip. *de peste tit. de remed. ad conserv. ubert. à num.* 43. Bertach. *de gabel. quæst.* 11. *numer.* 16. Guid. *decis.* 373. Menoch. *dict. præsumpt.* 151. *à numer.* 23. & eleganter Surd. *decis.* 129. Marant. *in pract. part.* 2. *num.* 28. Gratian. *ubi supr.* Hermos. *in l.* 2. *tit.* 1. *p.* 5. *glos.* 3. *num.* 12. Barbos. *in appellat. verb. frumentum*, *nu.* 4. & 5. latè, & benè Capyc. Latr. *consult.* 157. *per tot.* & præcipuè à numer. 34. qui omnes à supra dicta concordia non recedunt.

66 Quare, justa hanc distinctionem, frumenti, aut tritici propria significatione inspecta, farinam non venire, concludendum est, nisi ex identitate rationis statutum, vel aliam dispositionem de frumento, aut tritico simpliciter loquentem etiam de farina sensisse, colligi, possit.

67 Ex qua distinctione, & concordia; ad ejus primæ partis comprobationem; primò infertur, in legato, vel simili dispositione tritici, aut frumenti farinam non comprehendi, cum non sit aliqua ratio ad istam comprehensionem, & sic juxta propriam significationem accipi, debere verbum *Frumentum*, docent ex dict. §. *Illud*, & jurib. supr. adductis Bart. Bald. & Dyn. *ubi sup.* & Rip. *n.* 47. Menoch. *d. præsumpt.* 151. *n.* 8. Hermos. Barbos. Capy. Lat. & ferè omnes *superior. num.* relati.

68 Quod, & comprobatur *ex l. lana legata* 86. *ff. de legat.* 3. ubi lana, seu quavis alia materia legata, vestimentum, aut navem, vel aliam rem ea ea factam non deberi, Consultus docet, si ad pristinam materiam reduci, non possit, ut vestimentum, aut navis ea lana, seu tabulis legatis facta; contra verò, si possit; ut scyphi ex massa auri, vel argenti legata facti, ut ex *dict. l. lana*, & *dict. l. quæsitum*, §. *Illud*, *de leg.* 3. & aliis jurib. *dict. num.* 61. *relatis* pro ipsorum declaratione resolvunt Gloss. & antiquior. *in dict. l. lana* Hippolyt. Riminal. *cons.* 25. *num.* 31. Menoch. *dict. lib.* 4. *præsumpt.* 151. *num.* 6. Franc. Berty *de success. testati*, & *intestati*, *lib.* 9. *tit.* 15. *num.* 1. Barbos. *in appellat. verb. Lana*, *n.* 1.

In qua quæstione omitti, non debet Textus elegans, & 69
singularis valdeque difficilis, *in l. servum filii* 44. §. *Si pocula*, *ff. de leg.* 1. quæ licet quoad vasa ex massa legata facta, cum *dict. l. lana*, & *dict.* §. *Illud* conveniat, quoad dicta tamen in vestimentis ex lana legata factis, ex ipsa, *l. lana*, & §. *Illud*, ex diametro ei opponitur, dum ait ibi Ulpian. *Lana legata vestimentum ex ea factum deberi modo non mutaverit testator voluntatem*. Ex quibus sensisse videtur, non præsumi revocatum legatum, si rei legatæ forma ita mutata sit, ut ad pristinum statum reduci, non possit.

Qua tamen difficultate non obstante, prædictam, *dict.* 70
§. *Illud* distinctionem semper retinendam existimo, & omissa Bart. solutione, *in dict.* §. *Si pocula*, & alia ibi tradita per Comensem, quem sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 171. *à num.* 5. qui omnes, *dict.* §. *Si pocula*, variè interpretari, conantur, respondendum mihi videtur, non ibi per Ulpian. negari, legatum revocatum præsumi, sed sensum esse, legatum in vestimentis, vel in vasis ea massa factis consistere, nisi contraria voluntas testatoris probetur, cum hac tamen differentia, quòd in legato massæ hæres aliunde probare, debebit revocationem, quam ex confectione vasorum, factam esse, intendit: nec sufficiet, si ex ea mutationem voluntatis probare, conetur: quia nulla ob id præsumptio contra legatum inducitur: in legato verò lanæ sufficiet ad ejus revocationem vestimentorum confectio, nec aliunde tenebitur hæres probare mutationem voluntatis, quam Ulpianus ad revocationem requirit, contra Menoch. & Comens. qui in dictis locis asserunt, etiam in hoc casu aliunde hæredem probare, debere, revocationem, sed si hoc verum esset nihil operaretur mutatio materiæ in rem, quæ ad pristinum statum reduci, nequit, contra *dict.* §. *Illud*, & prædicta jura.

Et idem in lana tincta, quòd lanæ appellatione ob for- 71
mæ mutationem non comprehendatur, *l. si cui lana*, *ff. de leg.* 3. Barbat. *cons.* 29. *col. ult. vol.* 3. Natt. *dict. cons.* 686.
num. 11. Rimin. *dict. cons.* 25. *num.* 31. † Cui resolutioni ob- 72
stare videtur, quòd inspecta naturali significatione verbi *Lana*, etiam tincta comprehendi, deberet; quia quamvis tincta sit, non desinit esse lana, seu materia, nec transit in speciale nomen, aut formam, sed tantùm tincturæ qualitas lanæ absque aliqua substantiæ mutatione adhæret, cum eam dumtaxat diversis coloris faciat, & sic non desinit esse lana, ut probatur ex Text. *in l. pediculis*, §. *Labeo*, *ff. de aur. & argent. leg. l. sed si ex meis*, §. *fin. ff. de acquir. rer. dom.* ubi notat Gloss. *litt. G.* & idem constat, *ex dict. l. si cui lana*, §. *Lino*, ubi in lino legato tinctum quoque continetur.

Quibus tamen non obstantibus à prædicta resolutione 73
ex dict. l. si cui lana, deducta non est recedendum; quia, quidquid juxta naturalem significationem verbi *Lana* etiam tincta ejus nomine veniat, ut & in *Lino* diximus: attamen in legato lanæ contrarium dicendum est; imò, quòd tincta in eo non comprehendatur, quod ex alia specialissima ratione procedit, quia nimirum plus pretiositatis accipit lana per tincturam, quàm linum; quare de ea non tam facilè sensisse testator, præsumitur, ut notat Gloss. *in dict.* §. *Lino*, *litt. L.* Albert. Brun. *de mut. & transform. monet. numer.* 8. & 19. Sesse *decis.* 192. *nu.* 5. & 6. & *decis.* 191. *numer.* 8. ubi aliam intelligentiam refert
remissivè. † Sed notabilius hæc intellige, nisi verbis am- 74
plius lana legata sit, Barry *dict. tit.* 15. *num.* 1. vel, adjecto signo universali, quia tunc cujuscumque generis legata intelligitur, ut elicitur, *ex l. pediculis*, §. *Labeo*, *ff. de aur. & argent. legat.* ubi notat Gloss. & Bart. ibi: *Et in dict. leg. si cui*, Rota apud Farinac. *decis.* 697. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* Barb. *sup. n.* 1.

75 Nec obstat, quòd, lana simpliciter legata, etiam filata veniat, quamvis ad pristinum statum reduci, non possit, ut sup. n. 51. pro primo argum. Bart. dixi, ex Menoch. Barbos. & aliis; quia illud procedit ex propria significatione verbi Lana, & quia non desinit esse lana, licet filata sit, non vero, quia materiatum idem sit, ac materia, si ad pristinum statum reduci, non possit.

76 In quibus omnibus supradictis casibus ante omnia consuetudo testatoris, quam lanam, cum de ea in vita loquebatur, comprehendere, assuesceret, & etiam circa id Regionis usus inspiciendus est, juxta Text. *in dict. l. cum de lanionis*, §. *Item cacabos* 3. *ff. de fund. instruct. vel cum instrum. legat. l. labeo*, §. 2. *vers. Non enim cum vulgatis*, *ff. de suppellect. leg.* D. Covarruv. D. Solorz. & alii relati, sup. in hoc, cap. in princ.

77 Secundò ex distinctione, quam supra tradidimus circa significationem verbi frumenti, aut tritici, & circa farinæ ejus nomine comprehensionem, infertur etiam, debitorem tritici, aut frumenti farinam præstando adimplere non posse, quia non est eadem ratio, nec effectus, ac in tritico; cujus usus diversus est, & latius patet, quàm farinæ usus, qua præcipuè ad panem utimur, tritico autem ad seminandum, & ad aliud, quam ad panem, uti possumus, & ideo creditoris magis interesse poterit, quòd in tritico, potius quam in farina solvatur, & in effectu, licèt non præstita ratione, hanc resolutionem tenent Bald. *in l. 1. num. 6. Cod. de fruct. & lit. expens.* Rebuff. *in l. frugem* 77. *vers. Et prohibitus de verbor. sign.* Menoch. *dict. præsumpt.* 151. *num.* 8. Surd. *decis.* 139. *nu.* 3. Franc. Barry *de success. testat. & intestat. lib.* 9. *tit.* 19. *numer.* 5. Gutier. *de tutel.* 3. *part. cap.* 25. *numer.* 9. Gratian. *dict. decis.* 184. *num.* 69. & cum aliis Hermos. *in dict. l.* 2. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 4. *num.* 13. Barbos. *in appellat. verb. Fru-*
78 *mentum numer.* 5. † quidquid contrarium teneat, nempè, quod farina pro frumento solvi possit, Thor. *vot. decis.* 69. *num.* 28. ex Mastril. *decis.* 139. *num.* 1. sed, eo non perlecto, quia, imò nostram negativam opinionem satis apertè ex prædictis rationibus ipse Mastril. docet per tot. decis. & eodem modo corrigi, debet Balmased. *de collectis*, *quæst.* 79. *num.* 7. ubi opinionem Thor. tener, nullo pro ea relato, præter Petrum Surd. *in d. decis.* 139. *num.* 3. qui etiam nostram sententiam, expressè docet, & pro ea ab omnibus refertur.

79 Ex eadem etiam ratione infertur tertiò, quòd frumenti, aut tritici appellatione panis non continetur, & è contra obligatus ad panem coctum frumentum solvendo non adimplebit, Text. *in l.* 1. *Cod. de frument. urb. Constantinopol. lib.* 11. ubi Bartol. *& in dict.* §. *Illud*, Rebuff. *in dict. l. frugem*, *vers. Sextò debitum*, Petr. Pechius *de testament. conjugum*, *lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 1. *in fin.* Corset. *in singular. verb. Frumentum*, Menoch. *dict. præsumpt.* 151. *numer.* 9. Franc. Barr. *ubi supr.* Azeved. *in l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. *num.* 15. Barb. *dict. loco num.* 7. Capyc. Latr. *consult.* 157. *à num.* 5.

80 Quartò infertur; quòd si ex consuetudine, vel privilegio, Episcopo, vel alicui pro quolibet modio frumenti, aut tritici, quod in Civitatem adsportatur, certa parva mensura sit debita; ex farina tamen non debebitur, ut docet Felin. *in cap. Sancta Maria, column.* 42. *de constit.* Rot. *decis.* 8. *alias* 835. *in antiquis sub tit. de consuet.* Rip. *de peste in tit. de remed. ad conserv. ubert. à num.* 42. Capyc. Latr. *d. consult.* 157. *num.* 17.

81 Quibus pro prima parte sup. dictæ distinctionis illatis, quædam alia, pro secunda, inferenda sunt.

82 Primò igitur ex his, quæ supra tradidimus, videlicet, appellatione frumenti ex identitate rationis, & sic ex mente disponentis, aut statuentis, farinam comprehendi, ut in dict. 2. part. distinctionis diximus, Infertur, quòd, statuto tritici, aut frumenti extractionem prohibente, farina quoque comprehensa intelligatur, ita ut farinam extrahens in pœnam statuti incidat, quia licet ex vi verborum attenta propria significatione verbi *Frumenti*, non possit, dici prohibita adsportatio farinæ, attamen ex identitate rationis, & ex mente statuentium prohibitio ad farinam extenditur, ut in specie, &, ad plura similia alia, latè tractant, & resolvunt Bart. *in d. l. quæsitum*, §. *Illud*, *ff. de legat.* 3. ubi Dyn. Alberic. & Florian. de S. Petro, Ripa *respons.* 4. *num.* 14. *de constit. & in tract. de pest. tit. de remed. ad conservand. ubertat. num.* 43. Rebuff. *in dict. leg. frumentum* 77. *ff. de verb. obligat.* & est elegans decis. Guid. Pap. 373. Ranchin. *conclus.* 224. *part.* 1. Marant. *de ordine judiciorum*, *part.* 2. *princ. in princ. numer.* 29. Franc. Marc. *decis.* 240. *to.* 2. Menoch. *lib.* 4. *de præsumpt. præsumpt.* 151. *num.* 7. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 83. *vers. Præterea quæro*, Boer. *decis.* 177. Mari. Anton. *var. resolut. lib.* 2. *resol.* 33. *nu.* 12. Benevent. Strac. *de mercatura*, *part.* 2. *num.* 29. Bonacos. *commun. opin. criminal. part.* 1. *verb. Statutum*, *fol.* 156. & *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 1. *tit.* 17. *nu.* 220. *pagn.* 229. & *n.* 269. *pag.* 236. benè Surd. *decis.* 139. ubi decisum refert, Steph. Gratian. *decis. March.* 184. *num.* 9. & 10. Mastril. *dec.* 139. *num.* 11. Camil. de Medic. *cons.* 97. *num.* 4. Castil. *decis. Sicil.* 9. *num.* 5. Mex. *in pragm. taxæ panis*, *conclus.* 4. *num.* 5. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recop. glos.* 4. & in eadem leg. Azeved. *num.* 15. Collant. *in pragm. agric. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 3. *in fin.* Bobadil. *in Polit. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 23. Hermos. *in l.* 2. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 3. *num.* 7. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 53. *num.* 47. Hodiern. ad Surd. *in dict. decis.* 139. *n.* 4. Barbos. *in appellat. d. verb. Frumentum*, *num.* 6. latè, & doctè Capyc. Latro *consult.* 157. Cyriac. *tom.* 3. *controvers.* 468. *num.* 26. ad quod, & ad alias quæstiones eleganter, ac doctè eruditissim. D. D. Petrus de Salzedo *in suo tract. de contrab. cap.* 8. *fol.* 89. *vers. En cuyas.*

Et loquentes in simili statuto, per quod certum pretium taxatur tritico, quod eadem taxa in farina sit servanda, deductis expensis, ne alias in fraudem legis, seu statuti carius tritico farina vendatur, optimè Pat. Molin. *tom.* 2. *de just. & iur. disput.* 364. *vers. Si triticum*, Ledesm. *in summ.* 2. *part. tract.* 8. *cap.* 32. *in* 1. *impression.* Villalob. *in summ.* 2. *part. tit.* 21. *difficultat.* 9. *num.* 1. Mexia *in pragm. taxæ, pan. concl.* 4. 83

Et, quòd identitas rationis detur in farinæ extractione, aut venditione, ac in frumenti, est evidens, quia non ex alia ratione frumenti extractio, aut venditio carius, prohiberi, solet, nisi, ne subditi fame pereant, & ut publicæ necessitati provideatur, cum autem hoc etiam damnum sine dubio sequeretur, si farina extrahi, vel carius vendi, posset, dubitari, nequit, quin sit eadem ratio, ut similiter ejus extractio prohibita censeatur, ut docent benè Guid. *decis.* 373. Mexia *d. concl.* 4. *n.* 3. Capyc. Latro *d. consultat.* 157. *à numer.* 34. & ferè omnes superius relati. 84

Quare meritò in similibus statutis potius finis, & mens, statuentium, quàm verba expectanda sunt, ut effectus desideratus sequatur, *l. nominis*, *& rei*, §. *Verbum ex legib. de verb. significat.* ut ad nostram maximè quæst. optimè docent Guid. *dict. decis.* 373. Alberic. *in* 2. *part. statut. quæst.* 105. Franc. Marc. *decis.* 140. *numer.* 2. Boer. *dict. decis.* 177. Capyc. Latr. *suprà num.* 26. Bertachin. *de gabel.* 8. *principio in* 2. *partic. quæst.* 11. Mex. *in pragmat. taxa pan. conclus.* 4. doctè Petrus Surd. *dict. decis.* 139. *per tot. & num. fin.* Mastril. *decis.* 139. *à numer.* 9. & ferè omnes relati suprà numer. 82. in qq. omnibus plenè dictam distinctionem, & differentiam explicatam invenies inter legatum, seu aliam dispositionem de frumento, aut tritico loquentem, in qua farina non venit, quia stricta significatio frumenti, & communis usus loquendi inspicitur, & inter dictum statutum prohibitorium, sub quo absque dubio ex mente, & fine ipsius statuti comprehenditur. 85

Aliàs enim faciliter legi, aut statuto fraus fieret, quia frumentum, quod in sua specie extrahi, non posset, in farina extraheretur, contra *l. non dubium*, *Cod. de legib. l. contra legem* 29. *l. fraus* 30. *ff. eod.* Ex qq. non solum expressè dispositum per verba legis prohibitum censetur, sed, & quod in eius fraudem, contra ipsius mentem, salvis verbis legis fit, ut docent cum aliis Azeved. 86

in

in l.2.tit.6.lib.8. Recop. à num.6. D. Solorz. de jur. Indiar. tom.2. lib.2.c.19.n.24.

87 Et etiam aliàs directè prohibitum indirectè fieri, posset, contra Text. & jura expressa in leg. Sejus Agerius, ubi Bart. ff. ad leg. Falc. l. scire oportet, §. Si mater, ff. de tut. & curat. Menoch. cons.1105. num.18. & de præsumpt. lib.4. præs.189. num.82. Bellet. disquisit. Cleric. part.1. tit. de exempt. Cleric. & eorundem bonorum à muner. §.7. num.6. Barbos. axiom.193. nu.5. D. Solorz. de jur. Indiar. tom.2. lib.2.c.19.n.24.

88 Quia prohibitum una via, alia concedi non debet, Text. in cap. cum quid una via, de reg. jur. in 6. ubi Barb. & repet. leg. quæsitum 38. ff. de bon. libert. Mantic. de tacit. & ambiguis convent. lib.18. tit.2. num.36. & cum plurib. Barbos. dict. axiom.193. num.1. D. Solorz. dict. cap.19. numer.24.

89 Ex quib. rationib. dicta prohibitio extractionis tritici
aut frumenti etiam ad panem coctum extendunt D. D.
Guid. dict. decis.373. Boet. dict. decis.177. Fran. Marc. de-
cis.540. num.2. Medic. cons.97. num.5. Hodier. ad dict. de-
cis. Surd.139. num.4. Capyc. Latr. dict. consult.157. à nu-
90 mer.25. Cyriac. dict. controv.468. num.28. † Ubi idem in
aliis similibus materiatis, prohibita extractione materiæ,
ut in sapone, serico contexto, & similibus, stante pro-
hibitione circa oleum, sericum, seu materiam, ex qua
fiunt.

91 Quod & comprobatur, ex leg. sed Iulianus, §. Mutui dationem 3. ff. ad S.C. Macedon. Ubi prohibitio S.C. de pecunia non mutuanda extenditur etiam ex identitate rationis ad frumentum, & farinam, vel similem rem pondere, numero, aut mensura consistentem, licèt expressè in pecunia tantum loqueretur, ne fraus legi fieret, & finis S.C. non sequeretur, & docent, ex dict. §. Corras. lib.4. Miscellan. cap.3. num.3. Cavalc. decis.31. num.11. & noster Gom. t. tom. variar. cap.6. num.2. ubi plur. Ayll. Hermos. in leg.4. tit.1. part.5. gloss.1. n.2. & ad rem, Rip. de peste, tit. de remed. ad conserv. ubert. nu.4. Capyc. Latr. supr. num.23. quare rectè procedit supra dicta extensio ex identitate rationis.

92 Quia magis distat frumentum à pecunia, quàm farina à frumento, ut notat Bald. in l. non dubium, & in l. quod ratione, C. de leg.

93 Et, quod magis est, præfata, quòd in statuto prohi-
bitorio extractionis frumenti farina, & panis coctus con-
tineantur, non tantum per extensionem, sed imò per
comprehensionem procedere voluerunt multi, & qui-
dem rectè, cum ex mente, & fine hujusmodi statuto-
rum, atq; ex identitate rationis id fieri, supra diximus, quo
casu statutorum interpretatio, non extensiva, sed potius
comprehensiva dicenda est, Gloss. singul. in c.1. de temp.
ordin. lib.6. Abbas in cap. nihil 5. col. de elect. Oldrad. cons.
185. & cum plurib. Tiraq. in tract. cessant. caus.1. p.n.51.
& 54. Everard. in loc. Thop. loc.35. in vers. primo enim fallit,
Roland. cons.17. n.6. cum seqq. Hypolit. Riminald. cons.4.
à num.8. lib.1. & cons.340. à num.13. lib.3. Vincent. Hon-
ded. cons.4. num.73. lib.1. & cons.14. nu.16. eod. lib. Surd.
cons.67. num.31. D. Molin. de primogen. lib.1. cap.5. nu.11.
& latè Castill. tom.6. controv. cap.120. à num.18. & c.181.
94 num.7. ubi in fin. † Etiam in pœnalibus, & correctoriis
ex Grat. respons.15. à num.6. Mier. de majorat. 2. part. qu.6.
à num.518. Cevall. Farinac. Petr. Barbos. & alii ibi relati,
& in c.17.

95 Ubi latissimè de ista extensione in omni dispositione, & ad rem in nostro statuto, & in aliis etiam pœnalibus Mex. in prag. tax. pan. conclus.4. latè, & cum pluribus Capyc. Latr. consult.157. à num.36.

96 Secundò infertur, quòd eadem ratione statutum præferens creditorem in frumento, aut tritico procedere etiam debet in farina redacta ex frumento, Gratian. dec.184. num.18. Petr. Surd. dict. decis.139. num.5. & tot. Mastrill. dict. decis.139. num.19.

97 Quia & generaliter creditor hypothecarius in tritico, aut frumento eandem prælationem habet in farina, cum idem corpus, & eadem res, licet forma sit mutata, dicatur, & potius detectum id quod latitabat, quam, quid novum productum censeri, debeat in specie, ut docent, aliis congestis, Cyriac. tom.3. contr.468. n.25. & 26. optimè Hermos. in dict. leg.2. tit.1. part.5. gloss.3. num.14. Merlin. de pignor. lib.2. tit.1. quæst.53. n.47. Joan. Baptist. Thor. vot.69. num.27. & novissimè Balmased. de collect. q.79. n.8. Castill. dec. Sicil.10. n.5.

Ubi, & quòd similiter creditor super frumento mutua- 98
to ad seminandum omnibus in messe, aut tritico nato præferri, debeat, præter dominum fundi.

Ex qq. resolutum manet tritici, aut frumenti appella- 99
tione attenta propria, & rigorosa significatione farinam non contineri, licet contra ex identitate rationis, & mente statuentium ratiocinandum, & tenendum sit: ad plures alias quæstiones circa frumenti aut tritici legatum, vel aliam dispositionem latè agunt Bart. & alii antiquiores in l. quæsitum, §. Illud, ff. de legat.3. Alberic. in 2. part. statut. quæst.105. Bertachin. de gabell. 8. princip. in 2. part. quæst.11. Rebuff. in leg. frugem 77. ff. de verb. significat. versic. Et prohibitus, Boet. decis.177. Guid. Pap. decis.373. Franc. Marc. decis.240. tom.2. plenè, & doctè Aviles in cap. Prætor 52. gloss. En la tierra, per tot. & ex num.18. Ad exclusionem etiam pœnæ statuti, ex ipsius statuti mente; quia fortè frumentum, aurum, argentum, aliasve res vetitas extraheotes id necessario sui victus causa faciunt: & ad alia circa statutorum extensionem, aut comprehensionem, latè prosequuntur, Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. F. concl.392. Forcatul. in pen. jur. cap.6. Peckius de testam. conjug. lib.5. cap.13. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.151. Matienz. in leg.1. tit.25. lib.5. Recop. gloss.4. & in eadem leg. Azeved. ex num.15. Mexia in prag. tax. pan. conclus.4. Collant. in prag. agric. lib.1. c.10. ex nu.3. Pat. Molin. de justitia & jur. tom.3. disp.364. vers. Si triticum, Mastrill. decis.139. Bobadill. in Polit. lib.4. cap.5. num.23. Hermos. in leg.2. tit.1. part.5. gloss.4. num.7. Merlin. de pignorib. lib.2. tit.1. quæst.53. numer.47. Hodiern. ad Surdum in decis.139. num.4. Barbos. in appellat. verbo Fructum, num.6. & verbo Triticum, latè, & doctè Capyc. Latr. consult.157. Cyriac. tom.3. controvers.468. num.26. ad quod, & ad alias quæstiones, eleganter ac doctè eruditissimus D. D. Petr. de Salzed. in suo tratact. de contraband. c.8 fol.89. verb. En cuyas.

§. IV.

De fructibus in leguminibus consistentibus, qui sint, & in quo ab aliis different?

LEgumina autem à legendo dicuntur, quia manibus 100
leguntur, ut docent Varr. de re rustic. lib.1. cap.21. Rebuffus in l. frugem 77. de verb. significat. versic. Sed ad rem, Tusc. practicar. concl. litt. L. conclus.392. numer.2. Navar. in pragm.5. de administrat. Universitat. fol.57. numer.77.

Ideoque sunt fructus, qui manibus leguntur, & qui 101
non aristis, sed siliquis continentur, hoe est folliculis, seu teguminibus, quibus grana includuntur, ut sunt Cicera, fabæ, lentes, lenticula, pissa, sesamum, faxioli, & similia, Text. in dict. l. frugem 77. de verb. significat. ubi post antiquior, docent Rebuff. versic. Leguminibus, Tusc. dict. conclus.392. num.7. Plin. lib.18. natur. hist. cap.12. Theophrast. lib.8. historiarum, cap.3. Collumel. lib.2. de re rustica, cap.7. Barbos. in appellat. d. verb. Legumina, Gaspar. Klock. de arar. lib.2. c.1. n.70.

Quæ fructuum genera, sive legumina frugum appella- 102
tione veniunt, dict. leg. frugem, ubi Rebuff. & antiquior. Tusch. in dict. loc. numer.6. Barbos. in appellat. verb. Fruges.

Secus verò appellatione frumenti, sub quo non conti- 103
tinentur, Bart. in leg.7. ff. de tritic. vin. & oleo legat. numer.3. quia solum ejus nomine, quæ arista se continent,

com-

comprehenduntur, *dict. leg. frugem*, & dixi *superius hoc cap. in §.3.*

104 Ex qq. utiliter ad praxim inferri, potest, quòd, licèt plura privilegia prædiis frumentariis, eorumque fructibus, animalibus, & instrumentis ad eorum culturam competant, ne videlicet pro debito civili capiantur, quæ, & alia multa similiter agricolis competunt, de quibus vide *leg. executores*, *leg. pignorum*, *Cod. quæ res pignor. obligar. possunt*, & nostra jura Regia *in l.3. tit.27. part.3. l.4. tit.13. part.5. leg.43. tit.4. lib.3. Recop. Regiamque Pragmaticam agricolarum*, quæ extat *in leg. 25. tit. 21. lib. 4. Recopil. & leg. 25. 26. & 28. tit. 21. lib. 4. Recopil. leg. 5. & 6. tit. 17. lib. 5.* Et latissimè de agricolarum privilegiis, ultra Matienz. & Azeved. in prædictis jurib. videndi, Narbon. *in dict. l.25.* ubi per plures Gloss. & Collant. *in dict. pragmat. agricol.* Pallad. *lib.2. rer. quotid. cap. fin. part.5. §.3. num.16. & à num.21.* Avil. *in cap. Prætor. 1. gloss. ni aienaran, num.*10. Renatus Choppin. *de privileg. rusticorum*, Federic. Scotus *tom. 2. respons. lib.9. respons.15.* Alexand. Trentacinq. *var. res. lib. 1. tit. de execut. rei judicat. res. 2. nu. 2.* Rodrig. *de execut. cap.5. num.62.* Villar. *in Silv. resp. lib.2. respons. 16. cap.1. tot.* Matth. Collet. *de process. executiv. p.2. c.3. n.187. cum seqq.*

105 Ista tamen privilegia prædiis leguminibus seminatis, eorumque Dominis, non competent, Collant. *in dict. pragmatic. agricultor. cap.10. per tot.* quod limita, & in-
106 tellige † nisi post leguminum collectionem frumento seminentur, tunc enim eis gaudere, debent, quia non ideò, quòd leguminibus aliquandiu inserviant, frumentaria esse desinunt, ut idem Collant. notat *dict. cap.10.*

107 Quia nec mulæ aratoriæ privilegium amittunt ex eo, quòd non nunquam ad itinerandum, vel vecturam faciendam locentur, aut divertantur; earum cum principalis destinatio, aut præcipuus usus, seu exercitium agrorum culturam respiciat, argum. *leg. quæsitum*, *§. Si aliqua parte*, *ff. de fund. instr. leg. leg. uxoris in princip. de legat. 1. leg. 1. §. Ergo, de aqua quot. & æstiva*, & docet Collant. *in d. pragm. agricul. c.3. à nu.5.* ubi & Narbon. *gloss.2. à num.6.*

Et hæc de præfatorum verborum rerum emolumenta, aut fructus rerum rusticorum prædiorum maximè denotantium materia: & de præfator. verbor. cum nostro verbo *Fructus*, differentia; quæ satis, ut patet, ad superiores, & alias in praxi quæstiones utilissima erunt, dixisse, sufficiat.

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Quid inter verbum *Glans*, & *Fructus*: & quid glandis appellatione veniat? ad interdictum, *l. unic. tit. de gland. legend.*

SUMMARIUM.

1 Verbum Glans *generalissimum: quos fructus comprehendat? cum n. seqq.*

2 L. unic. & §. unic. & tot. tit. ff. de gland. legend. l. qui venenum 236. §. Glandis appellatione, ff. de verb. signific. declarantur.

Text. in l. qui servandarum 14. §. Si glans fin. ff. de præscript. verb. l. Julianus, §. Glans, ff. ad exhibend. *ibi.*

Glans, sive alius fructus naturalis, aut industrialis, si ex arbore aliena fundi convicini in alterius fundum ceciderit, & aliquis eum colligerit, vel, immisso pecore, depascat, in factum, vel ad exhibendum tenetur: ibidem.

3 *De jure nostro partitarum* in l.18. tit.28. part.7. *quid servandum circa hos fructus colligendos, & intra quod tempus?*

4 *Contrarium servatur jure Saxonico, quo deciditur, fructus ex arbore aliena in convicinum fundum cadentes domini fundi, in quem ceciderint, esse.*

Et hoc amplius, dominum fundi convicini, in quo rami ex aliena arbore porrexerint, fructus ex hujusmodi ramis ad suum fundum pendentes percipere, posse: ibidem.

5 *Impugnatur hoc statutum tanquam contra rationem, & æquitatem, & n.6. & 7.*

Commodum, quod ex re alterius sine aliqua causa ad nos pervenit, restituendum, ad Text. in l. sime, & Titium, ff. de reb. credit. *ibidem.*

8 *Glandis appellatione non tantum fructus omnes, sed & arbores veniunt.*

9 *Glandes strictè, sive magis specialiter sumpta pro fructibus dumtaxat quercuum accipiuntur.*

Ultra prædicta igitur verba, quorum appellatione 1
nostrum verbum *Fructus* venire, solet, est aliud
verbum generalissimum nimirum, *Glans*, cujus appel-
latione omnes fructus continentur, *leg. qui venenum 236.*
§. Glandis appellatione, ff. de verbor. signific. leg. unic.
§. unic. & tot. tit. ff. de gland. legen. ubi Bartol. & idem *in*
leg. qui servandarum, §. Si glandis, ff. de præscript. ver-
bis, Gloss. *in leg. Julianus, verb. Tertiò, in fin. ff. ad ex-*
hibend. latè Rebuff. *in dict. leg. qui venenum 236. §. Glan-*
dis. Ubi refert Budeum, † qui ait, eos tantum fructus 2
venire, qui in ambitu lignosum putamen habent, ut sunt
nuces, castaneæ, pistacia, & similia, sed hoc nimis
restringit: & opponitur supradictis legibus, quæ gene-
raliter in omnibus fructibus, nulla habita distinctione,
loquuntur; quare hanc restrictionem rejicit Alciat. *de*
verbor. significat. in dict. §. Glandis, ubi, quòd omnes
fructus comprehenduntur, & idem tenent Forcat. *in pen.*
jur. cap.15. Cæpol. *de servit. rustic. præd. tit. de semin. plant.*
num.5. Boer. *decis.451. num.6.* Rip. *de sent. & re judic. re-*
spons. 2. aliàs 197. numer.7. Barbos. *in appellat. verb.*
Glans.

Et ideò dispositum per *dict. leg. qui servandarum* 14. 3
§. Si glans fin. ff. de præscript. verbis, nimirum, quòd si glans ex arbore tua in fundum meum cadat, eamque ego absque dolo, immisso, pecore, depascam, in factum agi possit, & etiam cautum est per *dict. leg. Julianus, §. Glans, ff. ad exhibend.* nempè, quòd in eodem casu, si extet glans, vel si cum dolo, immisso pecore, eam depascam, ad exhibendum tenear: quibus in juribus, licet in glande solum Jurisconsulti loquantur, ob ejus tamen generalem significationem in omnibus etiam fructib. per DD. intelliguntur, quos etiam in fundum alienum cadentes domino colligere, licet, ut, ultra Gloss. Bart. & DD. sup. relatos, Cæp. *ubi sup. & cap.1. de servit. itiner. num.24. vers. Quarto si glans mea, & de servit. Urban. præd. cap.81. de arborib. col. fin.* Gloss. *in §. Planè instit. de rer. divis. in verb. Venandi*, Paul. de Castro *in dict. §. Si glans fin. de præscript. verbis*, Salicet. *in leg. fin. Cod. ad leg. Aquil.* Greg. *in leg.18. tit.28. part.3. gloss.1. cum seqq. & in leg.10. tit.15. part.7.* Cavalcan. *decis.32. numer.46. part.2.*

Ultra quæ jura communia, *& d. leg. unic. ff. de gland.* 4
legend. ex qua etiam domino arboris interdictum conceditur ad glandem legendam, hoc est ad fructus omnes naturales, aut industriales (juxta commune placitum, & ipsius *leg. unic.*) in convicini prædio ex ea cadentes intra tres dies colligendos, extat etiam nostrum jus partitarum præfatis juribus concordans *in dict. leg. 18. tit. 28. part.7.* in qua deciditur casus specialis ex tribus ibi notatis, in quo alicui in fundum alienum ad prædictos fructus intra tres dies legendos intrare, permittitur, & ibi notat Gregor. quod & ex jure communi, docet Menoch. *consil.1101. numer.25.* † licet contrarium, imò, quòd domini convicini, in cujus fundum ceciderunt, fiant jure Saxonico ex lege municipali, asserant Matth. Coler. *part.5. decis.25.* Ludovic. Fachs. *diff.14.* Carpzov. *dec.295. nu.17.*

10

Digitized by Google

in quibus (quod magis est) asserunt isti DD. fructus ex aliena arbore, cujus tam in vicini fundum porrexerint, & ita ad fundum vicini pendentes vicinum percipere, posse ex ipso statuto municipali.

6 Sed certè qua in ratione nitatur, nescio, cum contra omnem æquitatem, & rationem juris sit, ut quis dominium fructuum, qui in suo prædio nascuntur, ex eo solum amittat, quòd ejus arboris ramis in alienum extensis, in illud ceciderint, vel tantùm pendeant, inspecto potius, quòd in ambitu aereo fundi alieni rami sint, quàm, quòd tota arbor in propria terra sit radicata, ex qua sine dubio, & rami aluntur, & contra omnem æquitatem, & rationem naturalem id constitutum apparet, nam cum alterius jactura sine aliqua causa, in titulo lucrativo, quis locupletaretur, contra regul. vulgar. *ex leg. nam hoc natura de condict. indebit. leg. jure natura 206. cum vulgat. ff. de regul. jur.* & cum aliis Barbos. *axiom.* 139. *numer.* 1. maximè, nulla causa onerosa, sed potius merè lucrativa concurrente, cum nec vicinus arborem plantaverit, nec irrigaverit, nec aliquam culturam ei fecerit, quo casu procedit dicta regula, & æqui-

7 tas, *leg. si me, & Titium, ff. de reb. credit.* † ex qua communiter docent DD. quemlibet restituere, teneri, quòd ex re alterius sine aliqua causa ad ipsum pervenit, Natta *cons.* 384. *numer.* 13. Ugolin. *de offic. & potest. Episcop. cap.* 18. §. 2. *numer.* 4. Cæsar. Argel. *de legit. contradict. quæst.* 20. *numer.* 48. benè Surd. *cons.* 101. *à numer.* 17. & Barb. *ubi sup.*

8 Nec pro dicto statuto aliquid facit, si fortè dicatur, ideò procedere, ut discordiæ inter convicina prædia habentes vitentur, quæ aliàs facilè oriri, possent, si prædia aliena intrare vicinis ad proprios fructus colligendos permitteretur; quæ ratio, licèt prima facie pro statuto Saxonico sufficere, videatur, non tanti est facienda, ut prædictis juris civilis, & naturalis rationibus æquivaleat, vel ut eas vincere, possit.

9 Item glandis appellatione non solum omnes fructus, sed etiam omnes arbores contineri, tenent Boer. *dec.* 451. *numer.* 6. Barbos. *in dict. verb. Glans*, & quòd appellatione arboris glandiferæ omnes arbores fructiferæ comprehendantur, idem Barbos. *ubi prox.* & Rip. *ad tit. de re judic. resp.* 2. *alias* 197. *num.* 7.

10 Adde, quòd strictè sive magis specialiter, & juxta communem usum loquendi, maximè in nostra Hispania, glandes dumtaxat accipiuntur pro fructibus quercuum, ut notat Barbos. *in d. verb. Glans, in fin.* & idem in Gallia Rebuff. *ubi supr. vers. Communis.*

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Quid inter fructus, reditus, proventus, introitus, obventiones, & emolumentum intersit? & qui fructus, aut emolumenta cujuslibet eorum appellatione veniant?

SUMMARIUM.

1 *Materia hujus capit. circa differentiam verb.* Fructus, reditus, proventus, *& similes obventiones.*

2 *Quandoque hæc verba synonyma sunt, & promiscuè Jurisconsulti, & Doctores eis utuntur, sed non semper, infr. n.* 12. *&* 13.

3 *Differunt tamen, propria ipsorum inspecta significatione, & de unoquoque separatim agitur.*

4 *Reditus nomen unde dicatur? cum duob. numer. seqq.*

7 *Quid significet?*

Latiorem significationem, quam verbum Fructus *habet, ibid.*

Ancillarum partus in fructu non sunt, & tamen in reditu habentur.

9 *Reditus nomine omnes fructuum species; naturalium, videlicet, industrialium, & civilium comprehenduntur.*

10 *Et non solum magni, sed & tenues reditus.*

11 *Et omnes proventus: cum n. seqq.*

14 *Comprehenduntur etiam qualibet annua præstationes.*

15 *Redituum, aut valoris beneficii appellatione an veniant?*

16 *Proventus verbum generalissimum.*

Comprehendit quoscumque fructus, reditus, & obventiones, ibi.

17 *Additis præsertim, & geminatis aliis verbis universalibus.*

18 *Et omnia commoda, quæ extrinsecè ex re proveniunt.*

19 *Et quæ ratione jurisdictionis.*

20 *Vel ex facto hominis: ad oblationes, funeraria, sigillorum commoda, & similia.*

21 *An hæc fructuum nomine veniant?*

22 *Verb.* Proventus *latius, quàm verb.* Fructus, & reditus, *patet, & n.* 23.

24 *Distributiones quotodiana an proventus nomine veniant?*

25 *Quid inter proventus, & obventiones intersit?*

26 *Obventionum appellatione quid veniat? ad oblationes mortuaria, & similia commoda ex re, vel extra rem provenientia: & n.* 27. *&* 28.

29 *Et si ratione jurisdictionis proveniant.*

30 *Ad parvos, aut magnos reditus.*

32 *Ad distributiones quotidianas.*

33 *Introitus nomen similiter generalissimum, & præfata omnia comprehendit.*

34 *Quid inter introitus, obventiones, & reditus? & num.* 35.

36 Emolumentum, *verbum, etiam generalissimum est, omnesque fructus, & præfatas utilitates comprehendit, cum n. seqq.*

39 *Generalius est hoc nomen* emolumentum, *latioremque significationem habet, quam præfata verba* reditus, proventus, & obventiones.

40 *Cumulatis præfatis verbis in aliqua dispositione, ut adsolet, plenissimè tunc omnes fructus, proventus, & quæcumque emolumenta comprehenduntur, & num.* 41.

CUm ergo multoties dubitetur, qui reditus, proventus, introitus, obventiones, & emolumenta inter fructus connumerentur maximè in acquisitionibus, & fructuum restitutionibus; non abs re erit, quid singulorum appellatione, & quæ inter ipsos, & cum nostro *verb. Fructus* differentia sit; indagare: † licet igitur verba *fructus, reditus, proventus, obventiones, & emolumenta*, quandoque, ut synonyma habeantur, & eis promiscuè Jurisconsulti, ac DD. uti, soleant, ut patet ex Text. *in leg. a sufructu legato* 7. *junct.* §. 1. *ff. de usufr. leg. in fruct.* 42. *ff. de usufr. legat.* Ubi etiam redditus annui dicuntur fructus, & prædii fructus reditus quoque appellantur; seu pensiones domus, vel ædificii, *l. quæ tutores, vers. Sed & si parens, C. de administr. tut. l. fundi Trebatiani*, ubi Bart. *in princ. vers. Respondeo, de usufru. legat. c. Pastoralis, de donat. c. generali*, §. *Qui autem*, ibi: *Fructus, sive redditus, de elect. in* 6. *clement.* 1. *in fin. de reb. Eccles. non alien.* Gloss. *in l. si quis ita, ff. de usufruct.* & docent Marsil. *singul.* 134. Beroi. *consil.* 51. *n.* 5. *lib.* 1. Cæphal. *cons.* 637. *n.* 10. *vers. Solum jus, & n.* 1. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 382. *n.* 2. Surd. *cons.* 162. *nu.* 3. *&* 37. Matienz. *in l.* 5. *tit.* 9. *gloss.* 6. *n.* 1. *lib.* 5. *Recop.* Rodrig. *de Annuis redit. lib.* 1. *q.* 1. *nu.* 2. Ciarlin. *tom.* 1. *contr.* 47. *à n.* 3. *&* 6. 1 2

Attenta tamen horum Verborum propria significatione aliqualiter inter se differunt; &, ut majori claritate 3

pro-

Digitized by Google

procedamus, de cujuslibet significatu separatim (licet breviter) agere, decrevi, ut sic eorum inter se, & cum nostro verbo *Fructus* differentia facilius percipiatur.

4 *Reditus* ergo à verbo *Redeo* derivatur, quasi singulis annis redeat, quare simplici *d*, scribi debet, ut constat *ex leg. a quisimum*, §. 1. *ff. de usufr. l. si fundum per fideicommissum, ff. de legat. 1. l. Codicillis*, §. 1. *eod. l. nomen*, §. *Vnic. l. prædii*, §. *Titio*, *l. cum quis in princ. ff. de legat. 3. l. si reditus, ff. de fund. instr. l. pen. ff. de usu, & usufr. l. liberto*, §. *ult. ff. de ann. legat. l. alumna, in princ. ff. de adimend. legat. l. deducta*, §. *Hæreditatem, ff. ad Trebell. l. nam si non sit*, §. 1. *ff. de damn. infect. l. Titia, ff. solut. matr.* in quibus *& passim in aliis juribus, & in tit. ff. de usu, & usufr. & reditu legat.* quoties de verbo *Reditus* fit mentio simplici *d*, inscribitur: & docent ad prædictam & ethymologiam ex Plin. & aliis Ambros. Calepino, Othoman. Aot. Nebris. *in suis dictionariis, verb. Reditus*, Mathias Martin. *in lexic. Philolog. verb. Redeo, pag.* 3059. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 6. *n.* 1. qui eam ex Ovid. Martial. & aliis authoritatibus probat, & ex Varrone notat Cuj. *in l.* 38. *ff. de usu, & usufr. leg.* Navar. *in Apologia de reditibus Eccles. secundo monito, & in propugnacul. Apologiæ*, §. 7. Baez. *de decim. cap.* 22. *n.* 11. Rodrig. *de ann. redit. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 1. Leotard. *de usur. q.* 42. *n.* 6. Barbos. *in appellat. verb. Reditus, n.* 5.

5 Quamvis non deficiant, qui cum duplici *d*, inscribendum putent, & sic quod à verbo *Reddo* originem habeat, quasi, quod fundus reddit, sic, Corneus *cons.* 289. *n.* 11. *lib.* 1. D. Francisc. Sarmient. & relat. à Rodrig. *ubi sup.* & utramque opinionem refert Rebuff. *in l. frugem* 77. *ff. de verb. sign. vers. Insuper, col.* 3. qui tamen non resolvit, sed inter utramque parum differre, ait.

6 Sed à priori non est recedendum ob jura, & DD. super relat. apud quos etiam opinio Sarmienti, & Cornei communiter reprobatur.

7 Reditus ergo est nomen generale, latioremque habet significationem, quam *Fructus*, quia omnis fructus in reditu consistit, sed non è contra convertitur, cum non omnis reditus fructus sit, nec in fructu consistat Glos. *in c. generali* 13. *verb. Reditus, de elect. in* 6. *& in c. grandi, de supplend. negl. Prælat.* Cardin. *in Clement.* 1. *notab.* 9. *sub n.* 1. *de excessib. Prælat.* Speculat. *in tit. de locat.* §. 1. & cum aliis antiquior. Paul. Picus. *in l. Titia cum nuberet, nu.* 110. *ff. de l.* 2. Menoch. *cons.* 66. *nu.* 10. Carroc. *de locat. & cond.* 5. *p. q.* 10. *n.* 11. Cœphal. *cons.* 637. *n.* 16. Mancon. *in d. l.* 6. *n.* 1. Rodrig. *d. q.* 1. *à nu.* 3. Gut. *de tutel. p.* 3. *c.* 30. *n.* 2. Guizat. *dec.* 34. *n.* 13. & 14. Baez. *de decim. tutor. c.* 23. *n.* 2. Chassan. *in consuet. Burg. rubric.* 4. *verb. Et faire les fruicte siens, nu.* 20. *fol.* 184. *B.* Surd. *cons.* 142. *à num.* 1. Gonz. *in reg.* 8. *Cancellar. in* §. 7. *proœm. à n.* 194. Barbos. *in d. c. generali, à nu.* 10. *& in appellat. verbo Reditus, à nu.* 2. & plures alios refert, Ciarlin. *tom.* 1. *contr.* 47. *num.* 8. & 9. Barbat. *de divis. fruct. part.* 1. *cap.* 27. *nu.* 127. Cyriac. *tom.* 2. *contr.* 397. *n.* 9. 10.

8 Quod ex eo comprobatur, nam ancillarum partus in fructu non est, Text. *in leg. in pecudum* 28. §. 1. *de usur.* §. *In pecudum instit. de rer. divis.* & tamen in reditu connumeratur, *l. Paulus respondit* 14. §. 1. *de usur.* Gloss. *in d. cap. grandi, & in d. c. generali*, Matienz. Gutiert. & Gonzalez *in dictis locis*, licet contrarium teneant Rodriguez *ubi supr.* Copin. *in tract. de fruct. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *nu.* 9. *& tot.* Ciarlin. *d. contr.* 47. *à nu.* 13. de quo tamen articulo plenius diximus *supr. part.* 1. *cap.* 8. *per tot.*

9 Ex quibus apertè constat, reditus appellatione omnes species fructuum, naturalium videlicet, industrialium, & civilium comprehendi, Gloss. *in dict. cap. grandi, & d. cap. generali*, Bald. *in cap. cum M. nu.* 6. *de constit.* Cardin. *in d. Clem.* 1. *in princ. de excess. Prælat.* Rebuff. *in concord. tit. de collat.* §. *Volumus*, *litt. P. pag.* 659. Menoch. *de arbitr. cas.* 66. *num.* 10. Barbos. *in d. verb. Reditus, nu.* 1. *& omnes sup. num.* 7. *relat.* & tam maturos, quàm immaturos, Mastrill. *decis. Sicil.* 58. *num.* 8. & 9. Barb. *sup. n.* 2.

10 † & non solum reditus nomine parvi, aut tenues reditus, sed etiam magni continentur, Glos. *in l.* 1. §. *Exercitorem, de exercit. act.* Paul. de Castr. *cons.* 353. Chassan. *d. rubric.* 4. *nu.* 24. contr. Gloss. *in cap. dudum* 2. *de elect.* quæ contrarium voluit; imò, quòd tantùm exigui comprehenderentur, *per c. postulasti*, cum Gloss. *de rescript.*

11 Et quòd etiam omnes proventus comprehendat, Cardin. *in d. Clement.* 1. *notab.* 9. *sub nu.* 1. quem omnes communiter sequuntur, Rebuff. *de pacific. possess. nu.* 99. Baez. *de decim. tutor. cap.* 23. *num.* 2. Gut. *dict. cap.* 30. *n.* 2. Gonzal. *in reg.* 8. *Cancel. in* §. 7. *proœm. num.* 196. Guizar. *decis.* 34. *num.* 14. Barbos. *d. verb. Reditus, n.* 3. & cum aliis Ciarlin. *d. contr.* 47. *n.* 3.

12 Quia verbum, reditus, proventus, introitus, obventiones, & emolumenta, pro eodem, ut synonyma, accipiuntur, ut *ex jurib. sup. nu.* 2. relatis, notant Mars. *singul.* 134. Bero. *cons.* 51. *nu.* 5. *lib.* 2. Cæphal. *cons.* 637. *num.* 10. *vers. Solum jus, & à num.* 11. Surd. *cons.* 162. *num.* 11. Ciarlin. *d. contr.* 47. *num.* 3.

13 Sed in hoc apertè falluntur, quia, licèt aliquando pro eodem à DD. usurpentur, non tamen semper idem significant, *ut sup.* dixi: imò latiorem significationem habent verba proventus, obventiones, & emolumenta, quàm reditus, cum eorum nomine aliqua veniunt, quæ reditus appellatione non comprehenduntur, ut sunt mortuaria, oblationes, & funeraria, quæ licet reditus nomine non contineantur, proventus tamen, obventionum, & emolumenti appellatione comprehenduntur, ut *infr.* dicam ex eod. Barb. & DD. sup. citatis.

14 Quare licet verum sit, quidquid est in reditu, in proventu esse, non tamen è contra, cum non omnis proventus in reditu sit.

Item reditus appellatione venit annua præstatio, Castrens. *cons.* 374. *incip. super istis dubiis, in princ. lib.* 2. Cardin. Tusc. *pract. concl. litt. R. concl.* 66. *n.* 2. Barbos. *d. verb. Reditus, num.* 4. ubi limitat ex Tusc. *supr. num.* 3. nisi conventui, aut fratri eleemosyna, seu consanguinitatis intuitu ad tempus relinquatur.

15 Redituum autem, & valoris beneficii appellatione mortuaria, & anniversaria non continentur, Bellencio. *de charitativo subsidio, quæst.* 76. *num.* 2. D. Covarr. 3. *var. cap.* 13. *nu.* 1. *ad fin.* Monet. *de distribut. quotidian. part.* 2. *quæst.* 14. *num.* 22. *post princ.* Barb. *in appellat. d. verb. Reditus, num.* 7. uti nec fructuum nomine, quod tamen intellige, juxta plenius per nos resoluta, *supr. part.* 1. *cap.* 35. *tot.*

16 *Proventus* vero nomen magis generale est, nam primò omnes fructus naturales, industriales, & civiles, & quemcumque reditum, & obventionem comprehendit, Innocent. *in cap. Pastoralis, de donat.* Cardin. *in Clem.* 1. *in princ. de excess. Prælat.* Alciat. *in l. frugem* 77. *de verb. signific.* Castrens. *cons.* 353. *num.* 2. *lib.* 1. Chassan. *in consuet. dict. rub.* 4. *num.* 28. Bertrand. *cons.* 275. *col.* 2. Gonzal. *in reg.* 8. *Chancell. in* §. 7. *proœm. num.* 197. qui in naturalib. & industrialibus loquitur ex Bald. *in cap. cum M. num.* 6. *de constitution.* Mandos. *sup. facult. Audit. Cam.* §. *Et tantam, verb. Proventus*, Boer. *decis.* 224. *num.* 4. Barb. *in appellat. verb. Reditus, num.* 2. Cæphal. *cons.* 637. *nu.* 13. Carroc. *de locat. & conduct. part.* 5. *quæst.* 10. *nu.* 51. *in fin.* Surd. *cons.* 162. *num.* 2. Cyriac. *tom.* 3. *contr.* 397. *à num.* 11. Ciarlin. *tom.* 1. *contr.* 47. *num.* 4.

17 † Additis præsertim, & geminatis verbis universalibus, veluti omnium, & quorumque, quæ nihil excludunt, *leg. Ballista ad Trebell.* latè Surd. *decis.* 23. *à num.* 2. ubi Hodier. & ad rem Bero. *consil.* 51. *numer.* 5. & 6. Cyriac. *dict. contr.* 397. *numer.* 12.

18 Et omnia commoda, quæ extrinsecè, è re proveniunt, Paul. de Castr. *cons.* 63. *Quod dicti reditus in novis.* Alciat. *resp.* 688. *num.* 2. Menoch. *cons.* 66. *num.* 10. Grass. *in tract. de rescript. num.* 42. Barb. *in appellat. verb. Reditus, numer.* 1.

19 Et etiam ratione jurisdictionis provenientia, ut mulctas, & condemnationes, Rebuff. *in* §. *Volumus, de coll. in concord. gloss. reditus, & seq.* Boer. *dict. decis.* 224. Connan. *lib.* 4. *comment. cap.* 1. Rebuff. *in dict. leg. frugem,*

vers.

vers. Proventus, Natt. cons. 435. vol. 2. Alex. Trentacinq. cons. 3. num. 13. vol. 1.

20 Item comprehendit omnia, quæ ex facto hominis proveniunt, ut oblationes, funeraria, vel quæ ex sigillo, aut ex alio emolumento beneficii; vel ex reditu magno, aut parvo, Rebuff. in concord. tit. de collat. §. Volumus, litt. C. pagin. mihi 659. Puteus decis. 478. lib. 2. in correct. Boer. dict. decis. 224. num. 5. Gonzal. dict. §. 7. num. 198. Barbos.

21 ubi sup. nu. 1. † quæ tamen fructuum appellatione non veniunt nec in valorem fructuum beneficiorum computantur, ut voluerunt Rebuff. in tractat. de nominat. quæst. 9. à num. 42. Joann. Staphil. de gratiis, & spectat. vers. Nona forma, à num. 65. Joan. de Selva de benefic. 3. p. princ. quæst. 12. n. 33. & 34. vol. 15. tract. diversor. Doctor, fol. 71. Bartolom. Belenz. de Charitat. subs. quæst. 76. à numer. 1. vol. 15. tract. divers. Doctor, fol. 301. Gut. cons. 8. num. 2. de quo tamen vide plenius per nos resoluta sup. p. 1. c. 33. per tot.

22 Ex quibus constat, generalius esse verbum Proventus, latiusque patere, quàm verbum Fructus, ut notat Rebuff. in d. l. frugem, vers. Proventus, Gonz. in d. §. 7. num. 204. Monet. de distribut. part. 1. qu. 7. nu. 7. in fin. Rot. apud Farin. in posthum. dec. 595. nu. 2. part. 2. alias p. 4. in recentior. & comprobatur ex supr. relatis.

23 Et latiorem quoque significationem habet, quàm reditus, Rebuff. ubi sup.

24 Distributiones autem quotidianæ proventuum nomine non veniunt, cap. licèt, de Prebend. Ripa in cap. cum M. Ferrariensis, num. 16. de constit. latè Monet. de distribut. quotid. part. 1. quæst. 7. num. 7. Barbos. sup. num. 3. Oldrad. cons. 118. latè Gonz. in dict. §. 7. proœm. à num. 186. & resolvit à num. 205. distinguendo inter distributiones minutas, quæ singulis dieb. inter essentib. distribuuntur, & inter grossas, in quibus omnis fructus beneficii consistit: ut illæ comprehendantur, non vero istæ, de qua distinctione latius dicam infr. in tom. 2. hujus operis part. .... cap. ... ex num.

25 Adde tamen, proventus idem significare, ac obventiones, quasi proventiones dicantur, Bertrand. cons. 275. Visis Apostolicis litteris, 2. col. 2. p. Additio ad Chassan. dict. rubr. 4. num. 28. Gonz. d. §. 7. nu. 198. licet amplius importare obventiones, quam verba Reditus, & proventus, teneat Cyriac. d. contr. 397. nu. 47. sed quamvis, quoad reditus verum sit, ex supr. dictis, & proximè dicendis; quoad vero proventus, non probo, quia pro eodem sumuntur, ut infra patebit.

26 Quare obventionum appellatione similiter veniunt oblationes, & reditus personales ex mortuariis, vel similibus provenientes, Gloss. in cap. ad audientiam, el 1. verb. Obventiones, vers. Licet possit dici, de Eccles. ædific. Boer. decis. 224. n. 5. Gutier. cons. 8. n. 4. Gonzal. in d. loco n. 200. Barbos. in appellat. verb. Obventio, n. 1.

27 Et omnes etiam reditus, cujuscumque qualitatis sint, Abb. in d. cap. ad audientiam, nu. 15. vers. Nam verbum, Tusc. pract. concl. tom. 5. litt. O. concl. 61. num. 1. Gutierr. in d. loco, Gonz. sup. num. 201. & Barbos. num. 2. Chassan. in d. rubric. 4. num. 26.

28 Et fructus ex re provenientes, cujusque emolumenti sint, ut ex l. 1. §. Exercitorem, junct. Gloss. verb. Obventiones, ff. de exercit. act. resolvunt Rebuff. in d. l. frugem, de verb. signific. vers. Obventiones, Boer. d. decis. 224. numer. 6. Gutierr. sup. num. 5. ubi, &, quòd obventiones sint nomen generalissimum, Monet. de distribut. quot. part. 1. cap. 7. num. 13. vel extra rem, vel occasione rei extrinsecus, & casu emolumenta provenientia, Grass. de rescript. num. 41. Menoch. cons. 66. num. 10. Barbos. solut. matrim. in l. divortio, §. Si vir, à num. 39. Carroc. de locat. quæst. 10. à numer. 54. Cyriac. dict. contr. 397. numer. 47. & 48.

29 Et si ratione jurisdictionis proveniant, Castrens. consil. 416. Quod dicti reditus, col. 2. vers. In contrarium; quem sequitur Alciat. respons. 688. n. 2. Menoch. d. nu. 10. quamvis non renascantur, ex Gloss. in c. grandi, de suppl. negl. Prœl. Barbos. in d. l. divortio, §. Si vir, n. 40. in fin. Angel. in rubric. de usur. n. 3.

30 Licet parvi, aut magni reditus sint, d. Gloss. in d. l. 1. §. Exercitorem, ubi & Alberic. n. 10. Chassan. d. rubr. 4. num. 24. & 25. Gonz. dict. §. 7. numer. 199. Paul. de Castr. cons. 353.

31 Et etiam obventionum nomine comprehenditur omne lucrum, quod fructuum appellatione propriè non venit, ut docet Gloss. notabil. in l. si urbana circ. medium, ff. de condict. indebit. ubi Bartol. & Jas. differentiam inter fructus, & obventiones assignat, & ex dict. gloss. docet Chassan. d. rubr. 4. num. 26. Barbos. in d. l. divortio, §. Si vir, num. 39. & 40.

32 Distributiones autem quotidianæ non veniunt; Prob. ad Monach. in cap. unic. n. 52. de Cleric. non resident. lib. 6. Rip. resp. 2. num. 2. de constitut. Gigas cons. 144. numer. 18. Monet. de distribut. quot. part. 1. quæst. 7. num. 11. cum seqq. Gonz. d. §. Proœm. 7. à num. 205. nisi in dictis distributionibus omnis fructus beneficii vulgo grossa, consistat, tunc enim comprehenduntur obventionum appellatione, uti & proventuum, ut supr. dixi, & in fructibus, in quibus infra latius dicam.

33 Introitus vero nomen similiter generalissimum est, omnesque reditus, proventus, & obventiones significat Gloss. in l. Thais 41. §. Libertatem, litt. D. ff. de fideic. libert. l. usufructu, §. Usufructus de usufruct. Gloss. in c. generali, de elect. in 6. Specul. in tit. de locat. in §. 1. col. penult. vers. Illud autem, Augustin. Beroi. cons. 51. vol. 2. num. 5. & 6. Hipol. Rimin. cons. 19. n. 8. & 9. Surd. cons. 319. nu. 9. Barbos. in appell. verb. Introitus.

34 Et licet isti DD. & cum pluribus aliis Ciarlin. d. controv. 47. nu. 3. asserant, verba introitus, proventus, obventiones, & reditus synonyma esse, nec plus unum, quam aliud comprehendere; hoc tamen verum est, quoad proventus, & obventiones, non vero quoad reditus, quia similiter verbum Introitus generalius est, quàm reditus, uti & proventus, & obventiones juxta sup. dicta, quibus introitus sine dubio conveniunt, ex DD. proximè relatis, n. 25. ubi ad rem contra Ciarlin. & alios dixi.

35 Quare sustineri, nequit, Barbos. ubi supr. qui latius patere verbum Reditus, quàm introitus asserit, ex Surd. supr. n. 12. Sed certè verum non est; quia emolumenta personalia, ut ex mortuariis, & similibus quæsita introitus nomine comprehenduntur, uti & in proventibus, & obventionibus veniunt, ut sup. dixi, à quib. introitus non differunt, & tamen ista emolumenta redituum appellatione non veniunt, ut dixi dict. num. 5. nec id Surd. probat, quia tantum ait, verbum Reditus plus importare, quàm fructus, quod & nos ex eo, & aliis diximus supr. à num. 7. nec ad id de introitibus mentionem facit Surd. qui imò dict. num. 9. ait, utrumque nimirum verbum reditus, & introitus pro eodem accipi quod, & super num. 27. reprobatum manet.

36 Verbum igitur emolumentum generalissimum etiam est, omnesque fructus utilitates, & cujuslibet generis, & qualitatis commoditatem comprehendit, cap. si heres, de testam. cap. nemo, de simon. Lap. & Cardin. in Clement. statutum, de elect. in 6. Cuman. cons. 162. Visa copia, n. 2. quem refert, & sequitur Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 3. litt. E. concl. 230. Boer. decis. 224. num. 6. Bertaz. in repetit. leg. si quis major. Cod. de transact. num. 640. ubi & à n. 636. alias hujus verbi significationes cumulat, Gutierr. d. cons. 8. num. 5.

37 Et in specie, ejus appellatione venire jurisdictionis proventus, ut sunt mulctæ, confiscationes, & aliæ pœnæ, notant Gloss. in d. Clem. statutum, de elect. verb. Et jurisdictione, ubi & Cardinal. in prima opposition. Rot. apud Farin. p. 2. recent. dec. 230. Surd. cons. 162. n. 3.

38 Item veniunt distributiones quotidianæ, ut colligitur ex Puteo decis. 375. num. 2. cum seqq. alias 365. in correctis, lib. 2. quem refert, & sequitur Monet. de distribut. quotid. part. 1. quæst. 7. nu. 15. Barbos. in appellat. verb. Emolumentum, num. 4.

Quare

39 Quare hoc verbum *emolumentum* generalius est, latioremque significationem habet, quàm supr. dicta verba *Reditus*, *proventus*, *& obventiones*, quorum appellatione distributiones quotidianæ non veniunt, ut sup. diximus, licèt contrarium teneant Marſ. *singul.* 134. *num.* 10. *verſ. Sola jus*, *& à num.* 11. & cum aliis Ciarlin. *contr.* 47. *num.* 3. qui aſſerunt, emolumentum non plus, quàm præfata verba comprehendere, quod ſine dubio, ex dictis, falſum puto.

40 Ultimò, pro complemento ad prædictor. verbor. ſignificationem, notandum eſt, quòd quotieſcumque de omnibus iſtis verbis ſimul cumulatis in diſpoſitionibus, aut conceſſionibus fit mentio, veluti, ſi, ut adſolet, dicatur cum omnibus ſuis *redditibus*, *proventibus*, *obventionibus*, *& aliis*, *juribus*, *& emolumentis*, tunc pleniſſimè omnes fructus, commoditates, & cujuslibet generis emolumenta comprehenduntur, Paul. de Caſtr. *conſ.* 416. Beroi. *conſ.* 51. *num.* 5. *&* 6. *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 66. *num.* 9. *&* 10. Gutierr. *conſ.* 8. *nu.* 6. Gonz. *dict.* §. *Proœm.* 7. *n.* 193. Ciarlin. *dict. contr.* 47. *nu.* 3. *&* 17. Cyriac. *dict. contr.* 397. *num.* 8.

41 Præſertim, adjectis verbis univerſalibus geminatis, veluti *cum omnib. & quibuſcumque*, Beroi. *ſupr.* & Cyriac. *num.* 12.

42 Quæ omnia præcipuè notanda ſunt ad plures quæſtiones beneficiales circa intelligentiam prædictorum verborum quotidiè in praxi contingentes.

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Quid inter fructus, & ipſas res principales ad plures utiliſſimas in praxi differentias circa res, maximè, feudales, emphyteuſis, majoratus, commendarum, minorum, vel quæ aliter abſque certis requiſitis alienare, prohibentur, an ſub hujuſmodi tacitis, vel expreſſis alienationum prohibitionibus iſtarum rerum fructus comprehendantur, necne? Plenè etiam quoad ipſum feudum, vel emphyteuſim, an, & quando, & quibus ſolemnitatibus per poſſeſſores in præjudicium ſucceſſorum alienari, vel obligari, valeat? Etſi hæreditarium, vel ex pacto, & providentia ſit: In alienatione neceſſaria ex confiſcationibus maximè, an ſaltim pro delicto feudi, aut majoratus poſſeſſoris confiſcationis pœna inflicta, ejus ſaltim vita durante, fructus feudi, vel majoratus in fiſcum tranſeant? Ad plures alios juris effectus, & quæſtiones circa differentiam inter res principales, & ipſarum fructus.

SUMMARIUM.

1 *Fructus pendentes ipſius rei pars eſſe, dicuntur.*
2 *Res appellatione veniunt.*
3 *Eadem res, eodemque jure, ac ipſa res principalis, judicantur.*
4 *De eis remiſſivè, quando in legato, emptione, confiſcatione, & ſimilibus diſpoſitionibus veniant?*
5 *Fructus ſeparati, vel ſeparandi per ſe principaliter conſiderati diverſo jure, ac ipſa res principalis, cenſentur.*
6 *Nec de ejus ſubſtantia dicuntur, ſed quid diverſum, & ſeparatum.*
7 *Eorum nomine res, aut ejus pretium non continetur.*
8 *Contractus circa fructus ſeparatus, vel ſeparandos ipſius rei corpus nec reſpuunt, nec tangunt.*
10 *In his alienationibus fructus, ut ſeparati, vel ſeparandi alienati cenſentur, nec ut acceſſorii ad fundum, ſed, ut quid ab eo diſtinctum habendi.*
11 *Inferuntur plura ad praxim ex hac inter fructus, & ipſam rem differentia, cum numer. ſequent.*
12 *Fructu ſeparati, aut ſeparandi non ſunt majoratus, nec ejus pars, ſed libera bona reputantur.*
13 *Nec feudales quoad feudum.*
14 *Nec emphyteuſis partes dicuntur.*
15 *Nec commendarum.*
16 *Nec beneficiorum, aliarumve rerum ſpiritualium.*
18 *In prohibita rei alienatione ipſius fructus non comprehenduntur.*
19 *Declarantur hæc, cum fructus tantùm, ſeu mera facultas eos percipiendi conceditur.*
Nullum in hoc caſu jus in re transfertur, ſed perſonalis tantum obligatio: ibidem.
20 *Fructus rerum majoratus, feudi, emphyteuſis, beneficii Eccleſiaſtici, alteriuſve rei prohibita alienari, rectè per poſſeſſores abſque ulla ſolemnitate alienantur: cum n. ſeqq.*
23 *Eſſet aliàs inutile poſſidenti majoratum, feudum, aut emphyteuſim, ſi de eorum fructibus diſponere, non poſſet.*
24 *Majoratuum inſtitutionum finis principalis familiarum dignitatis, & ſplendoris conſervatio.*
25 *Per divitias familiarum decus, & ſplendor conſervatur: per inopiam vero ſordeſcit, ac deprimitur.*
27 *Feuda ex pacto, & providentia abſque Regio, & agnatorum aſſenſu, alienari, non poſſunt.*
28 *Vel ſaltim abſque Regio aſſenſu, ſtante conſuetudine, quod agnatorum aſſenſus non requiratur.*
29 *Feuda hereditaria ſimiliter abſque eodem Regio aſſenſu alienari, non valent.*
30 *Ad fructuum tamen quorumlibet feudorum alienationem nullus Regius, ſeu agnatorum aſſenſus exigitur, & num. 31.*
32 *Emphyteuſis etiam ex pacto, & providentia bona, vel ipſum jus emphyteuticum in præjuditium ſucceſſorum alienari, non poſſunt, etiam cum aſſenſu domini: & n. 36.*
Nec etiam hereditaria, irrequiſito domino, numer. 36.
33 *Similitudo maxima inter feudum, & emphyteuſim.*
35 *De uno ad aliud valet argumentum.*
36 *Privantur emphyteutæ aliter alienantes.*
37 *In alienatione neceſſaria emphyteuſis an domini conſenſus neceſſarius ſit?*
38 *Cujuslibet emphyteuſis fructus, irrequiſito domino, tam ex cauſa voluntaria, quàm neceſſaria per emphyteutam rectè alienantur.*
39 *Indorum commendæ per Regem alicui conceſſa abſque Regio aſſenſu alteri cedi, ſeu alienari, non poſſunt.*
40 *Non tantum ob merita ad remunerationem ſervitiorum conceduntur, ſed, perſonarum induſtria electa.*
41 *Ad fructuum verò, ſeu commoditatum commendarum ceſſiones, ſeu alias alienationes Regius aſſenſus non exigitur.*
42 *Rerum immobilium minorum fructus rectè per tutores, & curatores abſque decreto, & aliqua ſolemnitate venduntur, vel aliter alienantur.*
43 *Etſi res ipſa immobiles, abſque judicis decreto, pluribuſque aliis ſolemnitatibus, alienari, non valeant.*
Remiſſivè de ſolemnitatibus in his rerum minorum alienationibus, requiſitis: ibidem.
44 *Ad ſubhaſtationis ſolemnitatem: an neceſſaria ſit?*
45 *Oppida bona publica, ad quorum uſum omnes incolæ admit-*

admittuntur absque Regia licentia alienare non possunt.

46 *Nec super eis transigere.*

47 *Declaratur, si ex hujusmodi alienationibus, seu transactionibus aliquod jus reale usufructus, vel simile super his rebus imponatur, secus si super ipsarum tantum fructibus, aut commoditatibus alienationes ista versentur.*

48 *Similiter officia absque Regia facultate alienari, seu cedi, non possunt, nisi cum hac facultate à principio fuerint concessa; secus quo ad eorum emolumenta, aut fructus.*

50 *Ius quoque alimentorum, quod patrone Ecclesiastico competit, renunciari, aut in alium transferri, nequit, titulo patronatus retento, ejus vero commoditates, aut fructus licitè alienantur.*

51 *Hareditamenta, qua in Regno Cathalenia in capitulis matrimonialibus ad favorem filiorum fieri, solent, revocari, vel de eorum bonis aliquid alienari, per ea facientes non potest: secus quoad eorum fructus.*

52 *Laudatur Dom. Ludovicus de Cordenno & Monzon, Authoris praceptor.*

53 *Res majoratus, feudi, emphyteusis, commenda, seu alia alienari prohibita, hypotheca subjici, vel aliter, absque Regio assensu, obligari, non possunt.*

55 *Plura remissivè circa materiam de Regio assensu impetrando, pro validatione hujusmodi obligationum, seu alienationum: cum n. antecedentib.*

56 *Majoratus, feudi, & similium rerum fructus rectè per possessores, absque aliqua facultate hypotheca subjiciuntur, vel obligantur: cum n. seqq.*

60 *In fructibus hareditamentorum Cathalonia.*

61 *Constituitur etiam census absque Regio assensu super fructibus pradictarum rerum.*

62 *Obligationes hujusmodi super fructibus rerum, qua alienari, prohibentur, durante tantum vita possessorum intelligenda, & plenius infr. ex n. 109.*

63 *In fructibus harum rerum pro qualibet obligatione, etiam sine assensu Regio, celebrata, executio fit, & ipsa res in pignus capiuntur, ad plura remissivè de hujusmodi obligationum materia: cum n. seqq.*

67 *Sequestrantur etiam pro qualibet obligatione fructus feudi, ejusque commoditates.*
An etiam jurisdictio in hoc casu sequestranda? ibidem.

69 *Veniunt in juditium concursus pradictarum rerum fructus.*

70 *Quid stante fundatoris majoratus prohibitione cum clausula expressa, ut nec pro debitis possessoris in sua vita in causam judicati fructus majoratus capiantur, an adhuc capi possint?*

71 *Prafata executio, quomodo in majoratus, feudi, aut similis rei fructibus facienda? tractatur plenè ad tria principaliter consideranda circa* ordinem, modum, & tempus: *cum n. seqq.*

72 *Circa* ordinem: *an prius executio facienda in bonis allodialibus, sive liberis possessoris, & in istorum, tantum defectum, aut in subsidium in majoratus aut feudi fructibus, cum n. seqq.*

73 *Ad nullam excusionem bonorum liberorum creditores teneri, voluerunt aliqui.*

74 *Feudorum, sive majoratus fructus separati, vel separandi non sunt feudales, aut majoratus, sed inter bona libera reputantur.*

75 *In bonis liberis, aut Burgensaticis nulla excusio requiritur.*

78 *Resolvitur, executionem istam non aliter, quam in subsidium bonorum liberorum faciendam, cum nu. seqq.*

80 *Diluitur argumentum in contrarium adductum.*
Magnum sequeretur prajudicium domino directo feudi; si non antea bonorum liberorum fieret excusio, ibidem.

81 *An prajudicium aliquod circa hoc in majoratibus, respectu fundatorum, considerari, valeat?*
Nullum servitium, aut fidelitas per nostros possessores majoratus alicui praestatur, ibidem.
Non est aliquis in eis, ut in feudis, dominus directus, ibidem.

83 *In majoratibus tamen à Rege institutis cum titulo, maximè, Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus Regale servitium, vulgo* de Lanzas *Regio Fisco solvitur; & de materia hujus servitii remissivè.*
In hoc servitio Lanzearum Regius Fiscus omnibus creditoribus prafertur, n. 85.

84 *Fidelitas etiam per eorum possessores in initio possessionis domino Regi praestatur.*

85 *Honorificentius fidelitas exhibetur, reditibus majoratus possessoribus integre reservatis.*
Minueretur aliàs, Magnatibus paupertate laborantibus, Regni; & ipsorum splendor, ibidem.

86 *Majoratus ad hoc principaliter instituti, ut honos, ac familiarum splendor conservetur.*

87 *In familiarum conservatione favor, & utilitas publica versatur.*

90 *Circa ordinem superioris executionis quaritur, concurrentibus anterioribus creditoribus super fructibus feudi, aut majoratus absque Regia facultate, & posterioribus super ipso feudo, aut majoratu, qui in fructibus praferendi?*

91 *Qui ad principales res majoratus, aut feudi creditores cum facultate, licet posteriores, anterioribus absque ea praferuntur: ad alia remissivè circa hanc quastionem.*

92 *Amplia etiam si prior sub conditione facultatem impetrandi contraxerit, si, ante eam obtentam, alteri posteriori sint bona obligata.*

93 *Etiam si posterior sit per verbum fiat.*

94 *Resolvitur contrarium in nostra quastione, quoad fructus rerum majoratus, vel feudi jam separatos, secus in pendentibus, cum n. seqq. & declaratur magis infr. n. 100.*

95 *Quid si priores sine assensu super fructibus feudi, aut majoratus tacitam hypothecam ex lege speciali, aut statuto habeant, an adhuc posteriores cum assensu super rebus principalibus praferendi.*

99 *Tacita hypotheca anterior posteriori expressa regulariter praferenda ad plures limitationes in Fisco, dote, & similibus remissivè.*

101 *Notantur etiam aliqua circa modum pradicta executionis in fructibus feudi, aut majoratus, cum. nu. sequentibus.*
An ita fieri, debeat, ut ex ipsis fructibus prius alimenta, sive congrua substentatio feudatariis, aut majoratuum possessoribus sit assignanda? ibidem, cum n. seqq.

102 *Feudorum possessoribus alimenta hac praestari, debere, omnes feudista communiter conveniunt.*

103 *Adhuc super feudi fructibus executione facta, vassallus feudatarius servitia domino praestare, tenetur.*

104 *In nostris majoratibus resolvitur sub distinctione, inter possessores majoratuum Ducatus dignitatem, vel similem annexam habentium, sive alias illustres personas, quibus oppida, vel nobilissimi majoratus, aut domus competunt; & inter aliorum simplicium majoratuum possessores: In primo casu alimenta praestanda, secus vero in secundo, resolvitur, cum n. seqq.*

108 *Servatur hoc etiam in Regno Valentia.*

109 *Quid circa tempus prafata executionis super fructibus feudi, aut majoratus, similisve rei servandum: cum n. seqq.*
Executiones ista, seu adjudicationes, necnon & quaelibet

Digitized by Google

libet alienationes in fructibus feudi, aut majoratus pro are alieno possessorum ex solvendo, perpetuas non esse, sed pro ipsorum tantum vita: ibidem, cum num. seqq.

111 Idem in executione ob delictum possessoris majoratus, aut feudi, ne ultra possessoris vitam protendatur.

112 In commendarum fructuum confiscatione.

113 Quid in majoratibus, fideicommissis, & similibus rebus, expressa alienationis prohibitione à fundatoribus adjecta, an adhuc pro vita possessoris delinquentis fructus majoratus, aut feudi, in Fiscum transeant?

Negativa opinio: ibidem.

114 Contraria affirmativa verior.

115 D. Molina expenditur, & declaratur pro hac sententia, cum. n. seqq.

Stante expressa prohibitione alienationis usumfructum tantum in Fiscum pro vita possessoris transire non posse resolvit D. Molina: secus quo ad commoditatem & fructus: ibidem, & n. 118.

120 Declarantur alii DD. pro contraria sententia relati.

122 Limitatur præfata resolutio, adjecta in fundatione majoratus specifica prohibitione fructuum confiscationis, cum vulgari clausula, ut statim, quòd possessor crimen committere, tentaverit, hora præambula majoratus in sequentem possessorem transeat, idemque in fideicommissis.

123 Secus si confiscatio tantum prohibeatur, majoratu penes possessorem remanente.

124 Præfatæ executiones, aut confiscationes ultra vitam possessoris, pro cujus debito, seu delicto fiunt, non extenduntur.

125 Dubitatur tantum circa hoc, in executione, aut confiscatione fructuum feudi, vel emphyteusis, an ultra vitam possessorum executio, aut confiscatio extendatur?

126 Negativam sententiam indistinctè tenuerunt multi.

127 Distinguitur pro resolutione, inter emphyteusim, aut feudum, ex pacto, & providentia, aut hæreditarium, & quid in utroque casu? cum n. seqq.

129 Feuda, aut emphyteusis ex pacto, & providentia majoratibus æquiparantur: secus si hæreditaria sint.

In majoratibus, & feudis ex pacto, & providentia jure sanguinis succeditur: ibidem.

131 Nec successores in hoc casu ad onera, vel debita ultimi possessoris tenentur.

132 Nec pignorationes, obligationes, aliave alienationes absque consensu agnatorum, per possessorem facta quo ad fructus præjudicabunt.

133 Pro vita tantum possessoris se obligantis substinenda.

134 In emphyteusi, aut feudo hæreditario admittitur tantum, qui ultimi possessoris hæres sit.

135 Adstringuntur consequenter in hoc casu hujusmodi successores obligationibus, aliisve contractibus per antecessores celebratis.

136 Resolvitur idem, quo ad confiscationem sub dicta distinctione inter feudum, aut emphyteusim hæreditariam: vel ex pacto, & providentia.

138 Inferuntur adhuc nonnulla ad praxim ex præfatis inter res principales, & fructus, differentiis.

139 Primogenitura, aut majoratus jus cedi non potest, nisi immediato sequenti successori: ibidem.

140 Quoad fructus, & commoditates rectè cuilibet ceditur.

141 Similiter alimentorum jus cedi nequit.

142 Nec aliter, quàm causa cognita, & authore Prætore super alimentis transigitur.

143 Quid quo ad alimentorum commoditatem? & num. seqq.

144 Hæreditates, legata, donationes, aliave bona uni ex conjugibus delata, alteri non communicantur: secus quo ad istorum, & similium bonorum incommunicabilium fructus, de jure nostro Regio.

145 Commissum ob canonem non solutum, feloniam, vel ex aliis causis non pertinet, quo ad res principales, sive proprietatem ad fructuarium, si cui ususfructus emphyteusis, census perpetui, aut feudi debeatur; sed ad proprietarium.

146 Contrarium resolvitur in ipsarum rerum principalium fructibus, qui fructuario debentur, & ad hunc effectum res ei tradenda.

147 Idem resolvitur in incremento alluvionis fundi, cujus ususfructus uni, proprietas autem alteri debetur, quod similiter quoad proprietatem proprietario, quoad vero usumfructum fructuario competit, ad Text. in leg. item si fundi, §. Huic 4. ff. de usufruct.

148 Contrarium in insula juxta fundum nata servandum, ad §. Sed si insula, d. l. 10.

149 Emptor rei, vel alius singularis successor non tenetur stare locationi per prædecessorem facta, ad differentiam successoris universalis.

150 Similiter ille, cui ususfructus venditus, vel aliter titulo particulari alienatus est, præcedenti locationi stare, non adstringitur.

151 Contrarium resolvitur in emptore fructuum, qui cuilibet præcedenti locationi stare, debet.

Regula, qui potior, &c. procedit tantum inter æqualia jura habentes, ibidem.

152 Ususfructus est jus reale dominium tangens, vicemque dominii obtinet.

153 Bonorum divisio inter filios minores ex præcepto testatoris prohibita ad certum tempus substinetur.

154 Fructus tamen in hoc casu, non obstante hac prohibitione, curatorum authoritate rectè dividuntur.

155 Maritus res dotales alienare, non potest.

156 Earum plene, & perpetuo jure dominus non est.

157 Contrarium servatur, quoad rerum dotalium fructus, quos rectè alienat, & omnes de jure communi lucratur.

158 De jure Regni, quo ad medietatem fructus, vel alia lucra, constante matrimonio, marito quaeruntur.

Quoad omnes tamen plenissimam dispositionem habet, eosque vendere, donare, seu aliter alienare, potest, dummodo fraudandi uxorem animus absit: ibidem.

159 Potest maritus in fructibus dotis conditionem deteriorem facere; contra in ipsa dote.

160 Concedit moratorias debitoribus dotalibus.

161 Se tamen, ut bonum administratorem gerere, debet, non aliter, quàm ex justa causa hæc lucra, aut fructus dotales alienando, & d. n. 158.

162 Clericus, Monachus, seu Monasterium, & si in communi capax bonorum sit, in feudis non succedunt.

Milites Dei sunt, & Deo tantum, non aliis dominis temporalibus, militare, debent, ibidem.

164 Quid quo ad feudi fructus, sive commoditates?

165 Et in nostris majoratibus.

166 Monachi, aut Monasteria, an & quando in majoratibus Hispaniæ succedant?

167 Dotales fructus, ad principalium rerum differentiam, an & quando propter debitam à marito contracta alienari possint? & in causam executionis capi?

168 Quid si marito non remaneat unde matrimonii onera sustentare, possit?

169 Et in hoc casu, quid, si debita pro alenda uxore, filiis, & familia maritus contraxerit?

170 Et in debito pro mercede domus à marito conducta.

171 An ob delictum mariti, licèt non ipsa dos, eius tamen

fru-

fructus, ut quid diversum, & ad maritum pertinentes, durante ejus vita, confiscari, valeant, & num. 172.

173 *Quid quoad demolitionem domus mariti ob crimen læsæ Majestatis, an facienda? si aliundè dotis restitutio fieri, non possit?*

Quid In aliis creditoribus in eadem domo suam hypothecam habentibus? ibidem.

174 *Confiscatio super fructibus majoratus unius conjugis delinquentis, an præjudicet alteri, qui non deliquerit, quoad lucrorum meditatem, de jure nostro, vel alia lege municipali ei debitam?*

Ex alterius delicto, quis non est puniendus.

175 *Socio invito per socium, delinquendo, seu aliter alienando, præjudicium aliquod, aut iniqua conditio, inferri non debet.*

177 *De iure nostro Regio ea tantùm lucra inter coniuges communicantur, quæ cum effectu fuerint quæsita: secus, si propter confiscationem, vel alium casum acquisitio effectum non sortiatur.*

1 Licèt ergo fructus pendentes ipsius rei pars esse dicantur, *l. fructus pendentes 45. ff. de rei vindicat. l. si servus, §. Sed etsi, ff. de furt.* latè Tiraquel. *de retract. lignagier. §. 1. à numer.* 87. & latius *de retract. convent. §. 5. gloss. 4. per tot.* & latissimè ac doctè noster doctissim. D. Præses Covarruv. *lib. 1. variar. capit.* 15. ubi cum aliis pluribus congestis ejus Addit. Faria, Mantic. *lib. 9. coniect. tit. 3. num. 7.* Matienz. *in l. 7. tit. 11. lib. 5. gloss. 12. num. 7.*

2 Et ideo rei appellatione venite, notat Gloss. *in l. rei appellatione 23. vers. Et causa, ff. de verbor. significat.* Mat. Anton. *variar. resolut. libr. 1. resolut. 48. numer. 9.* cum aliis Castill. *de usufruct. capit. 42. ex numer. 1. cum*
3 *sequentibus.* † Et eamdem rem, ac principalis, ex qua pendent censeri, eodemque jure, ac ipsa res judicati, asserunt DD. ex text. ad rem singular. *in l. fin. §. Fructus autem, ff. quæ in fraud. credit.* ibi: *Nam cum fundus alienaretur, quo ad eum, fructusque eius attineret, unam quamdam rem fuisse, idest fundum, cuius omnis generis alienationem fructus sequi*, &, ultra relatos, docent Ioseph. Ludovis. *decis. Perusin. 79. & 83.* Thesaur. *decis. Pedemont.* 55. Ioann. Petr. Molignat. *de appellat. utriusque iur. extens. verb. Mobilium, numer. 734. fol.* 90. Pont. *cons. 34. numer.* 11. Cavallin. *milleloq. 31. numer.* 518. *part.* 2. Cervant. *in l. 6. Taur. num. 155. cum seqq.* Castill. *de usufruct. cap. 42. num. 2. cum seqq. & cap. 80. numer. 7.* & post omnes novissimè, & benè Ioann. Baptist. Thor. *vot. dec. 7. nu. 12. cum seqq.*

4 De quibus fructibus pendentibus accesoriè ad rem consideratis latè, & ad plura infra suo loco dicam *in 2. tom. hujus oper. par. cap.* ubi, & quando in legato, emptione, confiscatione, seu alia qualibet dispositione appellatione mobilium, vel immobilium comprehendantur.

5 Fructus verò separati, vel separandi, & sic non accesoriè ad rem, sed per se principaliter considerati (de quibus nunc tractandum est) diverso jure ab ipsa recensentur, text. *in l. in ædibus, §. Ex rebus, ff. de donat.* Bald. *in l. unic. Cod. de usucap. pro donat.*

6 Nec de ejus substantia dicuntur, ejusve appellatione veniunt; sed imò quid distinctum, & separatum habentur, *l. iubemus, Cod. ad S. C. Trebellian. l. scimus, in princ.* ubi Bart. *Cod. de inoffic. testament.* Osasc. *decis. 31. numer.* 5. Thesaur. *decis. 131. numer.* 6. Matienz. *in l. 9. tit. 9. gloss. 5. numer. 3. & 13. lib. 5. Recopilat.* Palac. Rub. *de donation. inter, §. 62. numer.* 10. Dom. Valenzuel. *cons. 56. à numer. 3.* ubi benè, & novissimè ex aliis Franc. Maria Prat. *discept. forens. part. 3. capit. 24. à numer. 17. & 22.*

7 Sicut, nec è contra fructuum nomine res, aut ejus pretium continetur, Bald. *in cap. gravis, de restitut. spoliat. numer.* 5. Polidor. Rip. *observat. 72. numer.* 3. Mar. Giurb. *decis. 72. numer.* 8. Barbos. *in appellat. verb. Fructus, num. 24.*

Ex quibus contractus circa fructus separatos, vel separandos, ipsius rei corpus, nec respuunt, nec tangunt, 8
doctè Bald. *in cap. qua in Ecclesiarum, numer. 20. de constitut.* ubi mirabiliter ad rem ita loquitur: *Cum non contrahatur respectu utilis dominii, sed respectu ejusdem alterius corporis, id est, fructuum separandorum singulis quibuscumque annis, unde hic contractus non concernit fundi corpus, sed corpus fructuum*, & idem docent Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 47.* Camerar. *in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Federic. fol. 18. litter. D.* & novissimè, ac doctè Ioseph. de Rosa *in suis juris consultationib. consultat. 18. à nu. 13.*

Quia, licèt, quando fundus principaliter venditur, 9
vel aliter alienatur, fructus pendentes, ut ipsius fundi partes accessoriè etiam veniant, ex dict. *l. fructus pendentes, de rei vindicat. dict. l. fin. §. Fructus, vers. Nam cum fundus, ff. quæ in fraud. credit.* ita intelligendis cum Doctorib. *suprà ex num. 1. relatis.*

Attamen quando ipsi fructus tantùm de per se princi- 10
paliter alienantur, non considerantur, ut accessorii ad fundum, sed ut quid ab eo distinctum, & separatum, & sic inter res mobiles, habito respectu ad separationem, habentur, ut ad rem Gloss. *in cap. unic. §. Sciendum, de feud. cognit.* Fuscus *singul. 149. litter. F.* Caballin. *milleloq. 31. numer.* 118. Tiraquel. *dict. gloss. 7. à numer. 44.* Ioan. Grivell. *dec. 51. n. 51.* optimè noster Gomez *in l. 40. Taur. numer. 74. vers. Quod tamen limita*, & ex aliis Villagut. *in tractat. de reb. Eccles. non alienand. num. 38.* benè Ioann. Bapt. Thor. *dict. vot. decisiv. 7. numer. 29. cum sequentibus*, & tunc in contractibus, & alienationibus (de quibus infrà dicam) etiamsi pendentes sint, aut separati, vel separandi, considerantur, ex *cap. 1. an agnat.* Ann. *cons. 46. numer.* 11. Camerar. *in dict. cap. Imperialem, car. 18. col. 1. litter. C. & col. 4. litter. T. & V.* Pont. *cons. 34. numer.* 13. Rovit. *super pragmat. 4. de feud. numer.* 54. optimè Matth. Berlinch. *in suis practic. conclus. part. 2. conclus. 21. numer.* 27. & ad omne benè, & noviter Francisc. Maria Prat. 2. *part. discept. forens. c. 19. à num.* 12. & novissim. & doctè Ioseph. de Rosa *dict. consult. 18. à num.* 13. & latius Capyc. Galeot. *tom. 2. controvers. 6. nu. 9. & 10.*

Ex qua igitur fructuum cum re principali differentia, 11
plura utilia ad praxim inferri, possunt.

Primò, quòd fructus separati, aut separandi non sunt 12
majoratus, nec ejus pars; imò potius, ut bona libera reputari, debent, ut communiter notant DD. *ex dict. l. in ædibus, §. Ex rebus, ff. de donat.* & eleganti doctrina Bald. *in dict. cap. qua in Ecclesiarum, numer. 20. de constit. & in cap. 1. §. Donare, qualit. olim feud. alien. poter.* Palac. Rub. *de donat. inter, §. 62. num.* 10. Matienz. *dict. gloss. 5. num.* 3. Mieres *de majorat. 3. part. quæst. 9. numer.* 108. Dom. Valenz. *dict. cons. 56. num.* 6. Dom. Salgad. *in Labyrinth. 3. p. c. 15. n.* 6. Prat. *discept. forens. 3. p. c. 24. numer.* 19.

Item, nec feudorum fructus, habito respectu ad sepa- 13
rationem, feudales sunt, sed allodiales, & burgensatici, aut libera bona censentur, *cap. unic. vers. Sed in fructibus, si quos reliquit, tit. an agnat. vel fil. de funct.* & docent magistraliter, & notabiliter Bald. *in Authent. ei qui jura, numer. 70. Cod. de bon. author. jud. possid.* ibi: *Quia iure proprio fructus lucratur, ut sint proprii, non feudales*, & idem latè, & communiter resolvunt ad plura Camer. *in cap. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Federic. pag. mihi* 121. *vers. Sit prima igitur conclusio*, & *pag. 123. vers. Quis enim dubitat non solum fructus separatos*, ubi neminem de hoc dubitare, ait, Iacob. Schult. *in addit.* ad Modestin. Pist. *quæst. 120. numer. 9. part.* 3. Schrader. *de feud. part. 2. sect. 3. numer. 4. vers. Tum etiam, quia fructus*, Horat. Pistor. *lib. 1. quæst.* 24. incipit,

defuncto vassall. numer. 38. Boer. decis. 199. numer. 7. post
med. vers. Per rationem quod fructus, Curt. Iunior. tract.
de feud. part. 3. quæst. 4. numer. 47. Regens Pont. cons. 34.
num. lib. 1. Rovit. in pragmat. 4. de feud. num. 54. Mat-
th. Berlinch. pract. conclus. part. 2. concl. 31. num. 23. &
cum Rossenthal. Iul. Clar. & aliis Feudistis eruditissimus
Dom. D. Ioan. de Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2.
cap. 14. numer. 21. & noviss. Franc. Roc. respons. legal.
cent. 1. respons. 45. à numer. 21. & respons. 51. à num. 1.
Franc. Maria Prat. discept. forens. part. 2. capit. 18. n. 53.
& capit. 53. numer. 13. Ioseph. de Ross. dict. consult. 18.
numer. 14.

14 Et idem in emphyteusis fructibus, quòd similiter di-
versi ab ipsis rebus emphyteuticariis sint, nec emphy-
teusis partes censeantur, docent latè ad plura Cald. Pe-
reir. de extinct. emphyt. cap. 5. num. 15. cum seqq. Gratt.
cons. 22. numer. 3. lib. 1. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1.
gloss. 7. numer. 4. Gratian. tom. 5. discep. forens. capit. 916.
numer. 24. benè, & ex pluribus Authoribus, & Rotæ
decisionib. Ludovic. Cenc. de censib. quæst. 22. num. 10.
vers. Secunda verò, Dom. Valenzuel. dict. cons. 56. nu-
mer. 8. Dom. Salgad. in Labyrinth. 3. part. capit. 3. à nu-
mer. 47.

15 Quare nec fructus Commendarum Indiarum, ipsa-
rum partes judicari, debent, ut ex supr. relat. docet
Dom. D. Ioann. de Solorzan. dict. capit. 14. à nu-
mer. 19.

16 Item nec fructus beneficiorum, & similium rerum Ec-
clesiasticarum sunt beneficiales, seu spirituales, sed po-
tius temporales, & profani reputantur, ut infrà dicam
hac part. cap. 7. tot. ubi latè de eorum cum ipsis rebus Ec-
clesiasticis differentia, ad plura, invenies.

17 Ex quibus omnibus, & nostra inter fructus, & rem
principalem differentia plura notabilia magis specialiter
ad praxim inferuntur.

18 Primò igitur infertur, quòd in prohibita rei aliena-
tione fructus non comprehenduntur, imò ea non obstan-
te, alienari poterunt; quin dispositioni, aut statuto pro-
hibenti contraveniatur, ut ea text. unico, licèt vulgar.
in l. Codicillis penult. §. Instituto, ff. de legat. 2. l. pete, §.
Prædium, eod. l. Statius Florus, §. Cornelio Felici,
ff. de jur. fisc. ultra quæ jura per DD. vulgariter adducta
sunt, & alia minus vulgaria, & per DD. non relata, ut
est text. singularis in l. lex quæ tutores 22. l. fin. §. fin. Cod.
de administr. tutor. & text. vulgar. sed ad rem notabilis in
l. si usufructus 66. ff. de jur. dot. l. usufructu 52. ff. solut. ma-
trim. (per quæ jura nostra inter fructus, & ipsam rem
quoad alienationem differentia expressè, & singulariter
comprobatur) & docent Gloss. & antiquiores in dict. l.
Codicillis, §. Instituto, & ibidem magistraliter Bart.
quem communiter omnes sequuntur, Bald. in l. 3. Cod.
de servis. & in l. quemadmodum, Cod. de agricol. & cen-
sit. libr. 11. noster Gregor. Lop. in l. 24. gloss. 5. ad fin. tit.
31. part. 3. Pat. Molin. de just. & jur. tom. 1. disputat. 7.
in fin. Menoch. lib. 3. præsumpt. 3. & de arbitrar. cent. 6.
cas. 560. ubi numer. 9. vigintiquinque Doctores pro ista
opinione refert, Carlev. de judic. tit. 3. disput. 1. sub nu-
mer. 20. Fussar. de substit. quæst. 525. numer. 6. & latè cum
pluribus Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 10. numer. 24. cum
seqq. doctè, & notabiliter Gratian. discept. forens. capit.
580. à numer. 18. Cancer. libr. 1. capit. 8. à numer. 71. &
ea D. Covarruv. & aliis plurib. Pat. Thom. Sanchez de
stat. Religion. libr. 7. capit. 13. numer. 17. Giurb. ad con-
suet. Messan. capit. 1. gloss. 2. ex numer. 109. & pluribus
congestis, Dom. Larr. decis. 10. numer. 3. plenè Dom.
Salgad. in Labyrinth. 3. part. capit. 15. numer. 3. cum seq.
noviss. Ross. consult. 18. numer. 4. cum seqq.

19 Qui omnes procedere id asserunt, cum fructus tan-
tùm, seu mera facultas eos nomine concedentis perci-
piendi alienatur, seu conceditur, quo casu nullam alie-
nationem talis concessio continet, sed personalem tan-
tùm obligationem, ut concedens eum, cui conceduntur,
tur, eos percipere, patiatur, notat eleganter ad rem
Dom. Molin. de primogen. lib. 1. capit. 20. numer. 11. ibi:
Ex eanamque fructuum percipiendorum facultate, seu
commoditate nullum jus in re constituitur, & clarius pau-
lo post numer. 13. Sed quædam utendi permissio, aut per-
sonalis obligatio, quæ personam tantum adstringit, con-
tra verò, si aliquod jus formatum usufructus, vel aliter
concederetur, ut nomine proprio is, cui conceditur,
eos percipiat; nam tunc absque dubio concessio species
alienationis esset, & in prohibitione alienationis inclu-
deretur, ex text. in l. fin. C. de reb. Eccles. non alienan.
quem sic eleganter ad rem intelligit Dom. Molin. dict. ca-
pit. 20. à numer. 8. & 11. & capit. 21. numer. 24. & num.
25. ubi cum pluribus Addent. & libr. 4. capit. 11. numer.
13. cum seqq. ea text. notabili, & ad rem singular. in dict.
l. Codicillis, §. Instituto, ff. de legat. 2. ubi benè ad rem
Bart. num. 4. & Bald. in l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt.
Alexand. cons. 18. libr. 5. Peregr. de fideicommiss. artic.
40. numer. 117. Pinell. de bon. matern. part. 3. numer. 70.
Dom. Valenzuel. dict. cons. 56. numer. 10. plenè, & do-
ctè Ioseph. de Rosa dict. consult. 18. à numer. 10. de qua
quæstione, & de differentia inter usumfructum, & fru-
ctus, quando unum, vel alterum concessum censeatur?
vide infrà cap. 5. & cap. 6. ubi latius dicam.

Ideoque ea prædictis etiam infertur, possessorem ma- 20
joratus, feudi, emphyteusis, commendæ, beneficii
Ecclesiastici, alteriusve rei prohibitæ alienari, rectè pos-
se harum rerum fructus, seu commoditates pro sua vita
donare, vendere, locare, aut quomodolibet pro suo li-
bitu alienare, non obstante alienationis prohibitione à
lege, vel ab homine adjecta.

Et in majoratus possessore ad plures contractus, & 21
alienationes ex Bald. Soccin. Paul. de Castr. & aliis do-
cent Palac. Rub. in cap. per vestras, de donation. inter, §.
68. numer. 4. cum seqq. Arias Pinell. de bon. matern. in l. 1.
part. 3. numer. 70. ad fin. optimè Dom. Molin. de primo-
gen. dict. libr. 1. capit. 20. à numer. 11. & capit. 21. nu-
mer. 24. benè Gratian. discept. forens. capit. 580. numer.
18. cum seqq. Dom. Valenzuel. dict. cons. 56. à numer. 1.
latè, & benè Mieres de majorat. part. 3. quæst. 9. numer.
106. cum seqq. Dom. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. libr.
2. capit. 3. numer. 16. & cum Dom. Covarruv. Gregor.
Lop. Barbos. Fussar. Sanchez, & aliis Dom. Larrea dict.
decis. 10. numer. 3. & ex Avendañ. Gutierr. Mantic. Ca-
bed. Castill. & aliis pluribus Dom. Salgad. in Labyrinth.
part. 3. dict. capit. 15. numer. 17. cum seqq. & novis-
simè, & optimè, nostro Dom. Molina ad litteram
relato, Ioseph de Rosa dict. consultat. 18. numer. 12. cum
seqq.

Qui omnes communiter resolvunt, majoratus fru- 22
ctus, seu commoditates, licitè absque Regia faculta-
te alienari, posse, ad differentiam ipsarum rerum ma-
joratus; quia, ultra, quòd majoratus pars non reputan-
tur; † Et ultra rationes supra dictas, esset etiam majo- 23
ratus inutilis possessoribus, si de ejus fructibus disponere
non possent, l. per servum, §. 1. versic. Denique, ubi
Bart. de usu, & habit. Ioann. Gutierr. in repet. l. Nemo
potest, numer. 228. ff. de legat. 1. & optimus text. in l. Di-
vus, ff. de usu, & habit. ibi: Divus Adrianus, cum qui-
busdam usus legatus esset, statuit, fructum quoque eis lega-
tum videri, quia nisi liceret legatariis cædere sylvam,
& vendere, quemadmodum fructuariis, licet, nihil ha-
bituri essent ex legato, l. cui usufructus, l. arboribus, §.
Usufructuarius, ff. de usufruct. & cum aliis docent ad
rem Sarmient. libr. 1. selectar. interpret. capit. 9. nu-
mer. 1. Alvar. Valasc. consult. 66. numer. 26. Farinac.
decis. civil. Rot. 86. numer. 8. Dom. Valenz. cons. 56. n.
9. Dom. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. libr. 2. capit. 14.
numer. 40.

Imò & cum majoratuum institutionum finis principa- 24
lis sit, ut familiarum dignitas, ac splendor conserve-
tur, Dom. Molin. de prim. libr. 1. capit. 11. numer. 3.
Mieres de major. 1. part. quæst. 27. numer. 13. & cum aliis
D. Larr. decis. 33. numer. 32. & Additio 2. ad Molin. dict.
nu. 3.

Digitized by Google

25 numer. 3. † Per divitias namque familiarum honestas, & splendor conservatur, ut è contra per inopiam sordescit, ac deprimitur, text. in Authent. de Defensoribus Civitat. in princ. collat. 3. Authent. ut omnes obediant judicibus Provinciarum, §. 1. collat. 5. Vincent. de Franch. decis. 91. num. 3. & decis. 375. n. 3. per text. in Authent. de testibus, Tiraquel. de Nobilitat. capit. 3. numer. 5. & 6.

26 Meritò ergo possessores majoratuum eorum fructus plenè lucrari, debent, quin super eis prohibitio alienationis intelligi, possit, ut ita eorum sumptu, familiarum personas coadjuvent, ac dignitatem, & splendorem conservent.

27 Et similiter idem dicendum est, ex dicta differentia inter fructus, & res principales in feudis ex pacto, & providentia, quorum bona, licèt absque Regio assensu, & agnatorum, quibus investitura circa successionem providetur, alienari nequeant, cap. 1. de alienat. feud. patern. ubi Andr. de Isern. Alvarot. & feudistæ, Lipar. in cap. 1. §. Hoc quoque, versic. Et olim, in verb. Voluit, de success. feudor. Cœphal. cons. 133. num. 59. Riminald. Junior cons. 5. n. 50. l. 1. Capyc. Latr. consult. 96. n. 7.

28 Vel saltim absque Regio assensu, stante consuetudine, quòd agnatorum non requiratur, Decius cons. 586. num. 1. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 58. numer. 29. cum sequentibus, Curt. Junior. cons. 171. num. 1. in fin. Bursat. cons. 40. num. 1. & cons. 82. num. 3. Cyriac. to. 2. controv. 324. nu. 1. cum sequentibus.

29 Et quamvis, eodem modo, feuda hæreditaria absque eodem Regio assensu, alienari non possint, licèt in istis, agnatorum assensus non requiratur, quia non aliter quàm ut hæredes possessoris, & ex ejus voluntate succedere, possunt, Capyc. Latr. dict. consult. 96. nu. 16. & consultat. 28. n. 44. & 45.

30 Ad fructum tamen, seu commoditatum quarumlibet feudorum alienationem nullus Regius, vel agnatorum assensus exigitur, benè Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 7. numer. 47. cum sequent. Franc. Milanens. decis. Sicil. 7. numer. 50. libr. 2. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 560. numer. 10. Rosenth. de feud. dict. capit. 9. concl. 15. numer. 7. quia, ut separati ab ipso feudo alienati censentur, ut post Andr. de Isern. & alios feudistas, docet Camerar. in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Federic. latè Rovit. super pragm. 4. de feud. numer. 46. cum seqq. vel tamquam de separatis, vel certè separandis, & sic, uti de re diversa à feudo, absque Regio assensu alienatio procedat, ut suprà dixi, & idem docet Rovit. ubi proximè numer. 107. optimè Cap. Galeot. tom. 2. controvers. 6. numer. 9. & 10. Franc. Maria Prat. tom. 2. disceptat. forens. cap. 19. numer. 12. cum sequentib. benè, & pluribus congestis, Fabius de Anna. cons. 51. numer. 10. cum seqq. & cons. 27. numer. 6. ibi: Quia testator videtur disposuisse de fructibus, uti separatis à feudo, & sic non videtur alienatio rei feudalis, sed fructuum separatorum, & cons. 46. numer. 17. cum sequentib. ideo ex tali alienatione obligationem personalem tantum, non aliquod jus reale super re feudali constitutum notant ad rem Pont. cons. 116. lib. 2. & de successión. feud. lect. 14. numer. 33. doctè Ioseph de Rosa dict. consultat. 18. num. 14. cum seqq.

31 Quibus & aliis pluribus rationibus latè, & ad plures quæstiones hanc fructuum feudalium alienationem absque ulla solemnitate substinendam resolvunt Maget. de advocat. armat. cap. 9. numer. 150. cum seqq. Marin. l. 1. resol. capit. 119. numer. 2. ubi alios cumulat, Franc. Roc. resp. legal. Cent. 1. respons. 44. numer. 21. cum sequentib. & ex nostris idem etiam in feudis tenent D. Molin. dict. capit. 20. numer. 5. Mier. de majorat. part. 3. quæst. 9. numer. 121. D. Valenz. dict. cons. 56. numer. 8. D. Solorzan. de jur. Indiar. dict. lib. 2. capit. 14. numer. 39. & cum D. Palac. Rub. Matienz. Angul. & aliis (ultra relatos) D. Salgad. in Labyr. dict. 3. part. capit. 15. numer. 4. cum sequentib.

Et idem in fructibus bonorum emphyteusis ex pacto, 32
& providentia (hoc est concessæ pro se, & filiis, uti filiis) nam licèt ipsa bona, vel jus emphyteuticum in præjudicium successorum per emphyteutam in exteros alienari, non possint, neque irrequisito domino, ut supr. numer. 27. in feudo diximus, † Cum quo maximam 33
similitudinem emphyteusis habet, Pat. Molin. de justit. & jur. disputat. 479. numer. 4. Cap. Latr. consultat. 126. numer. 13. † Et de uno ad aliud valet argumentum, 34
quoties juris civilis regulis non repugnat feudalis dispositio, Gloss. in capitul. 1. an agnat. vel filius, ubi Afflictis numer. 6. Dueñ. regul. 40. ampl. 10. Everard. thopic. loco 12. & cum aliis Caldas de extinct. emphyt. capit. 3. numer. 1. Barbos. in locis commun. loco 47. numer. 2.

Ita in specie, quòd in præjudicium successorum em- 35
phyteusis res alienari nequeant, docent plures Doctores supr. ex numer. 27. relati, qui promiscuè, tam in emphyteusi, quàm in feudo loquuntur, & Bart. & DD. in l. quod dicitur, ff. de verbor. obligat. Nicol. Boer. decis. 263. Alvarot. in cap. Imperialem, numer. 16. de prohibit. feud. alien. per Federic. Natta cons. 470. numer. 15. Brit. de locat. in repetit. cap. potius, §. 3. numer. 18. cum sequentib. Corbul. de jur. emphyteut. capit. 14. de privat. ob alien. limit. 19. numer. 2. & 6. Avendañ. respons. 13. sub numer. 1. versic. Secunda conclusio, Gama. decis. 5. numer. 8. ubi Flores de Mena numer. 1. Afflict. in cap. unico, col. 1. in secund. conclus. & ex aliis pluribus, Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 7. numer. 47. Cyriac. tom. 2. controv. 377. numer. 1. cum sequentibus, Noguer. alleg. 37. num. 39. D. Salgad. in Labyrint. 3. part. cap. 3. n. 33. cum sequentib.

Et quamvis similiter emphyteusis hæreditariè seu con- 36
cessæ pro se, & hæredibus, alienatio, & omnis dispositio jus emphyteuticum tangens, irrequisito domino, prohibeatur, imò per talem alienationem, absque domini licentia indistinctè in qualibet emphyteusi, sive ex pacto, & providentia, sive hæreditaria, ea emphyteuta privatur, ex l. ultima. C. de jur. emphyteut. cap. potuit, de locat. ut tenent plura ad materiam tractantes Dueñ. regul. 40. Pater Molin. de justit. & jur. tractat. 2. disputat. 459. cum sequentib. Caldas Pereir. de extinct. emphyth. capit. 3. Cened. collect. 144. Mantic. de tacit. & ambig. convent. libr. 22. tit. 28. Barbos. in collect. ad C. in dict. l. ultim. & latius cum infinitis congestis ad plures species alienationis in dict. cap. potuit, ubi, & in quibus contractibus domino directo requirere necessarium non sit; benè Amat. resol. 84. à numer. 2. & tot. † Et quod 37
in alienatione necessaria emphyteusis hæreditariæ non requiratur dominus directus, ex Bart. & DD. in l. si finita 15. §. Si de vectigalib. ff. de damn. infecto, Alvarot. in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alien. per Federic. D. Salgad. dict. part. 3. capit. 3. Avendañ. respons. 13. numer. 1. qui à numer. 2. limitat, stante expressa alienationis prohibitione in emphyteusis hæreditariæ concessione, quia tunc etiam in alienatione necessaria pro ære alieno emphyteutæ assensus domini requiritur, idem docent Ripa in l. 1. numer. 13. ff. de pignorib. Salycet. in Authent. ei, qui, C. de bon. authorit. jud. possid. latè Caldas de extinct. emphyt. capit. 14. numer. 40. cum sequentib. & capit. 6. à numer. 13. Gama decis. 5. nu. 8. ubi Flores de Mena num. 1. & latius, D. Salgad. dict. c. 3. à num. 45.

Quibus tamen, quoad emphyteusis alienationis abs- 38
que domini consensu prohibitionem, non obstantibus, contrarium juxta præfatam differentiam in ejus fructibus est resolvendum; nam cujuslibet emphyteusis ex pacto, & providentia, vel hæreditariæ fructus, & commoditates, irrequisito domino directo, & absque aliquo assensu per emphyteutam, tam ex causa voluntaria, quàm necessaria sine dubio alienari, possunt, ita resolvunt Bart. & DD. in l. quod dicitur, ff. de verbor. obligat. Zasius in tractatu de feud. part. 8. pag. 82. Tiraq.

de retract. lignag. dict. §. 1. gloss. 7. nu. 47. cum sequentib. Cencius de censibus, quæst. 22. num. 10. versic. Secunda afferri potest, Nicol. Boer. decis. 263. Franc. Milanens. decis. Sicil. 7. nu. 5. lib. 2. D. Molin. de primogen. lib. 1. c. 20. num. 5. Alvarot. in dict. cap. Imperialem, numer. 16. Menoch. de arbitrar. cas. 560. num. 10. Gama decis. 5. n. 8. ubi Flores de Mena num. 1. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 79. capit. 9. à num. 20. & 39. Henrich. Rosenth. de feud. dict. conclus. 15. num. 7. Dom. Valenzuel. cons. 56. num. 8. Dom. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. l. 2. cap. 14. numer. 40. imò, & quòd expressa alienationis prohibitio ad fructus non extendatur, latissimè Caldas Pereir. de extinct. emphyt. cap. 14. à num. 40. quo in casu expressæ prohibitioni alienationis eleganter ait: Potest tamen Jassonis sententia defendi, ubi emphyteusis commoditas tantum alienatur, ut jam supra annotavimus, cap. 5. numer. 14. & videtur agnovisse Bart. in l. si finita, §. Si de vectigalibus, ff. de damn. infect. numer. 7. & ibi Alexander, num. 17. intelligentes: fructus, seu eorum commoditates tantum debitoris emphyteuta pro tempore vitæ suæ alienari, posse, non ipsam emphyteusim, & idem Caldas cap. 6. numer. 13. cum sequentibus, Avendañ. respons. 13. à nu. 2.

39 Ex quibus idem dicendum est in fructibus commendarum, quæ per Regiam Majestatem apud Indos conceduntur, & quæ alteri cedi, aut alienari non possint absque Regio assensu, imò nec pro Regis, sufficiat, ut ex pluribus Schedulis Regiis, notat Dom. Solorzan. d. lib. 2. c. 14. à n. 1. & tot.

40 Nam non solum ob merita ad remunerationem conceduntur, sed personarum industria electa, ipsi commendatarii in initio commendarum ad Indorum protectionem, uti patroni, & meo videri, tamquam ad munus publicum eligebantur, ut docet Dom. Solorzan. ubi supr. Ideò meritò eis alienatio prohibetur, ut in feudatariis supr. dixi, quibus commendatarii assimilantur, Dom. Solorzan. ubi supr. à n. 10.

41 At verò fructus, seu commoditates harum commendarum, uti quid diversum, & separatum ab ipsis commendis vendi, aut cedi, vel aliter alienari, possunt, ut in rebus majoratus, feudorum, emphyteusis, & similium rerum dictum remanet, quibus, & aliis argumentis latè comprobat Dom. Solorzan. dict. cap. 14. n. 19. cum sequentibus, & cap. 3. à nu. 14.

42 Et eodem modo, fructus rerum immobilium minorum, absque decreto, & aliqua solemnitate per tutores, aut curatores cedi, seu aliter alienari, possunt, ut probatur ex tex. ad rem singular. in l. lex quæ tutores 22. Cod. de administrat. tuter. & ex l. fin. §. fin. Cod. eodem, Gloss. in l. 1. Cod. si ad vers. usucap. quam ut notabilem, & ad hoc singularem referunt Angel. & Imol. in l. 1 ff. ad Trebell. & communiter DD. ad tit. Cod. si adversus usucap. Alexand. cons. 49. maturè ponderatis, col. 2. vers. Fructus enim, lib. 1. & cons. 37. consideratis col. 2. vers. 3. negari non potest, lib. 4. Bertrand. cons. 334. licet fructus, lib. 1. doctè, & eleganter Anton. Gom. in l. 40. Taur. nu. 74. versic. Quod tamen limita, Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. part. 2. numer. 43. versic. Ex prædictis, Caldas Pereir. in l. si curatorem, verb. Contractum fecisti, numer. 16. versic. Tertiò; optimè Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 10. num. 31. Barbos. in collect. ad C. ad dict. l. fin. de administrat. tutor. ubi Gregor. Lopez, & alios refert, & in dict. l. lex, quæ tutores eodem, numer. 19. ubi num. 20. id rectè limitat in alienatione perpetua, ex Simoncell. Lara, Cenc. ibi relatis.

43 Quamvis ipsæ res immobiles, absque decreto alienari, non possint, tot. tit. C. de prædiis minor. & absque aliis quam pluribus solemnitatibus, de quibus latè, & ad plures quæstiones circa alienationes rerum immobilium minorum ob defectum solemnitatum, Farin. in repert. contract. quæst. 14. per tot. Vela dissertat. jur. tom. 2. dissertat. 38. à num. 63. & 71. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. Ripol. var. resol. cap. 11. à num. 348. ubi latissimè & pluribus congestis, plura requisita necessaria cumulat, & decretum, & ejus formam ad litteram refert; de quo, & de aliis pluribus solemnitatibus latè, & optimè Marin. lib. 2. variar resol. c. 18. à n. 25. Bay. in prax. Ecclesiast. lib. 2. q. 39. ubi alios plures refert, Galeot. tom. 2. contr. 40. à n. 15. ubi & in remissione, seu cessione actionis minori competentis, circa quod doctiss. D. D. Alfons. de Olea in suo eruditissimo, & copioso tractat. de cession. jur. tit. 2. quæst. 1. à num. 11. & à num. 1. latissimè Hermosill. in l. 4. tit. 5. p. 5. glos. 6. cum sequentibus, † Et in glos. 7. 44
n. 11. & 12. quòd subhastatio per spatium triginta dierum, requiratur, ex text. expresso, & ad rem singular. in l. 6. tit. 18. part. 3. ubi Gregor. glos. 2. quidquid in hoc contrarium ex consuetudine velint, plurib. congestis, Mangil. de subhastat. quæst. 27. Posth. eod. tractatu inspect. 4. ex numer. 19. qui ferè omnes Doctores hujus opinionis cumulant, & in toto orbe hanc consuetudinem servari, asserunt; sed à prima opinione Hermos. non est recedendum, quia stante supr. dicta nostra lege Regia nulla apud nos remanet dubitatio, maximè, cum & ex recepta in hoc Regno consuetudine id servetur, & illam opinionem sequuntur, ultra Surd. Thes. Mantic. & alios, relati per Hermos. ubi supr. & colligitur etiam ex text. in l. ait Prætor. 7. §. Quæsitum, ff. de minorib. ibi: Et quotidie Prætores eos restituunt, ut rursus admittatur licitatio, & ex Authent. hoc jus porrectum, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Dom. Molin. de primog. lib. 4. cap. 3. numer. 44. & 45. & pluribus congestis, Ripoll. dict. cap. 11. num. 361. Barbos. in collect. ad dict. Authentic. hoc jus porrectum, n. 11. Carlev. de judiciis, tit. 3. disputat. 1. numer. 6. ubi Bart. Bald. Pinell. Menoch. & alios refert, noviter cum aliis Marin. ubi supr. dict. cap. 18. num. 28. & 29. ubi & huic solemnitati renunciari non possit.

Ex quibus etiam infertur, quòd, quamvis oppida, 45
& universitates bona publica, ad quorum usum, & commoditatem omnes incolæ, aut vicini admittuntur, de quibus, & eorum differentia plures congerit, Valeron de transact. tit. 4. quæst. 3. à numer. 1. quamvis, inquam, ista bona absque Regia licentia, & facultate oppida alienare, non possint, & aliter alienationes factæ quotidie invalidentur, ut constat ex l. 11. tit. 7. lib. 7. Recop. ubi Azeved. numer. 4. & cum aliis Castill. de usufruct. capit. 54. numer. 28. cum sequentib. ubi latè de materia, dict. l. 11. D. Valenz. cons. 10. numer. 43. D. Larr. allegat. 109. à numer. 6. & allegat. 110. à numer. 2. Amaya in l. 2. C. de præd. Decurion. libr. 10. numer. 2. & 3. D. Salgad. in Labyr. 1. part. capit. 1. §. 2. numer. 20. ubi Bobadill. Rodrig. Avendan. Gutierr. Mantic. Mier. Cevall. & alios plures refert, & novissimè Valer. dict. quæst. 3. numer. 19. † Ubi idem, circa transactiones horum bo- 46
norum.

Hoc tamen intelligendum est, si super dominio, aut 47
proprietate horum, seu super aliquo jure reali ususfructus, vel alio simili, alienationes istæ, vel transactiones fiant: contra verò, si super eorum usu, & commoditate, veluti, si inter duo oppida, vel cum privatis transactio, vel conventio fiat, ad hoc, ut pascua communicentur, vel ut certo tempore, aut certo numero pecudum depascantur; quia tunc tales conventiones super horum bonorum fructibus, & commoditatibus ex Principis tolerantia, & praxi communiter recepta substinentur: ita testantur Gregor. Lopez per tex. ibi, in l. 24. tit. 24. part. 3. gloss. Los egides. Ubi quòd hæ conventiones potius bonæ societatis, quàm alienationes judicentur, Socin. cons. 127. volum. 1. Ripa respons. 99. numer. 1. Cornæus cons. 148. libr. 1. & cons. 156. libr. 3. Bobadill. in Politic. libr. 3. capit. 8. numer. 83. Aviles in capit. 30. Prætor, verb. Gratias, numer. 3. versic. Et tener, Oter. de pascuis, capit. 11. numer. 38. Matute in disquisit. legal. numer. 13. Valeron. dict. tit. 4. quæstion. 3. à numer. 31. & 38. qui de communi praxi testatur, & numer. 40. quòd hæc procedant, ex nostra differentia

inter

inter fructus, & ipsam rem, quæ licèt alienari, nequeat, neque respectu alicujus juris realis, veluti usufructus, ut ipse ait ex Dom. Olea ut latius infrà *dicam, cap. 5.* fructus tamen ejus rectè alienari, posse, asserit, cum ex eo nullum jus reale constituatur.

48 Et idem servandum est in officiis, quæ alienari, aut cedi, absque Regia facultate, non possunt; quòd tamen limita, in eorum fructibus, emolumentis, seu proventibus, super quibus alienationis prohibitio minimè est intelligenda, sed imò quælibet super hujusmodi officiorum emolumentis pactiones absque aliquo Regio assensu substinentur, juxta tradita per Petr. de Ubald. *de duobus fratrib. in 5. part. numer.* 18. & per Roman. *cons.* 469. *numer.* 6. Menoch. *cons.* 1064. *numer.* 13. & in officiis Romanæ Curiæ Seraphin. *decis.* 1294. *numer.* 3. *&* 6. latè Stephan. Gratian. *discept. forens. capit.* 670. *numer.* 12. *cum sequentib.* Cap. Latr. *decis.* 26. *numer.* 7. *&* 8. optimè ad nostram differentiam, Giurb. *ad Messan. capit.* 1. *glos.* 2. *part.* 1. *numer.* 116. & novissimè Franc. Maria Prat. *disceptat. forens. capit.* 19. *à numer.* 12. *part.* 2. quæ, quoad ipsorum officiorum alienationes, semper intellige, nisi à principio per Principem cum facultate alienandi, ut fieri, adsolet, fuerint concessa.

49 Et in jure alimentorum patrono Ecclesiastico competenti, quod licèt renunciari, aut in alium transferri non possit, etiam titulo patronatus retento, Molfesius *ad consuet. Neapol. part.* 5. *quæst.* 10. Castill. *de aliment. capit.* 69. *numer.* 8. Surd. *eod. tractat. tit.* 9. *quæst.* 22. *& tit.* 7. *quæst.* 32. *numer.* 13. Carlev. *de judic. tit.* 3. *disput.* 28. *numer.* 1. *in fin. & numer.* 31. Maget. *de advocat. armat. cap.* 9. *numer.* 1052. cum sequentib. D. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 8. *numer.* 28. *&* 29. quia personalissimum est, & ossib. patroni inhæret, ut ex D. Olea & supr. relatis constat.

50 Attamen ejus commoditas licitè vendi, aut cedi, vel aliter alienari, potest, Innocent. *in cap. præterea, in fin. de jure patronat.* Mager. *dict. capit.* 9. *numer.* 1052. *cum sequentibus.*

51 Et eodem modo, nostra inter fructus, & rem principalem, quoad alienationem, differentia locum habet in hæreditamentis in Regno Cathaloniæ in capitulis matrimonialibus ad favorem filiorum illius matrimonii fieri solitis, de quorum principalium bonorum, super quibus fiunt, fructibus licitè, qui hæreditavit, in præjudicium filiorum disponere, aut alienare, potest, ut notant Cancer. 1. *variar. cap.* 9. *numer.* 99. *cum sequentibus*, Fontanel. *de pactis nupt. clausʃ.* 4. *gloss.* 9. *numer.* 24. *cum sequentib.* optimè Noguer. *allegat.* 37. *numer.* 38. quamvis de ipsis bonis, seu hæreditamentis nihil alienare, vel in præjudicium filiorum revocari possit; quia, juxta illius Regni consuetudinem, & communem usum in eo loquendi, verbum *Hæreditare* in capitulis matrimonialibus, pro *donare* accipitur, remanentque ista hæreditamenta in terminis donationum ex causa matrimonii, quæ absque dubio revocari, nequeunt: ita in specie latè, & ad plures horum hæreditamentorum quæstiones, docent, de prædicta consuetudine testantes, Molinus *de pact. nupt. lib.* 3. *quæst.* 2. *n.* 70. *cum sequentibus*, fol. 142. *& quæst.* 6. *numer.* 103. Peguer. *decis.* 168. Cancer. 3. *var. cap.* 7. *numer.* 122. *cum sequentib.* latiss. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 6. *& claus.* 9. *part.* 4. *per tot. & part.* 5. *tot.* & maximè, *numer.* 21. *& claus.* 10. *glos. unic.* Ripol. *variar. resolut. capit.* 14. *numer.* 38. & noviss. Mar. Cutell. *de donat. tom.* 2. *disputat.* 1. *spec.* 17. *à numer.* 28. qui omnes pluries in Senatu Cathaloniæ pro irrevocabilitate testantur decisum quidquid contrarium teneant proprietati significationis verbi *Hæreditamentum* nimis inhærentes, & spreta prædicta consuetudine, & communi usu loquendi Casanat. *cons.* 45. *& à numer.* 155. Cavalcan. *decis.* 34. *num.* 2. *part.* 4.

52 Qui tamen hanc quæstionem latius & doctissimè explicatam videre voluerit, adeat juris informationem pro excellentissimo Dom. D. Petro de Aragon & Cardona, super Ducatus Segobriensis Statu, scriptam per eruditissimum Dom. Præceptorem meum Don Ludovicum de Cerdeño & Monzon hujus Regiæ Curiæ, tunc causarum patronum inter primarios laudatissimum, virum equidem summa eloquentia, eruditione mirabili, magnaque prudentia præditum; hisque propriis, non alienis auspiciis post alios legitimos, & laudabiles gressus, fiscalis nempe muneris in Regii Patrimonii, necnon in Supremo Indiarum Consilio, jam in hoc Senatoria dignitate dignissimè decoratum; sed quo non advolabit integerrimus hic vir super humeris integritatis gradiens.

Lagunez de Fructib.

Ex quibus etiam ad praxim infertur, quòd, licèt res majoratus, feudi, emphyteusis, commendæ, seu quælibet aliæ ex supra dictis, alienari probibitis, hypothecæ subiici non possint, absque facultate, seu Regio assensu, vel domini directi, quia prohibita alienatione, similiter etiam pignoratio, vel hypotheca, tamquam species alienationis, prohibita censetur, ut ex *Authentic. de alienation. & emphyteus. §. Alienationi, l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* ibi probant Bart. Bald. & alii antiquior. Alexand. *in l. Marcellus, §. Res, quæ, numer.* 5. *ff. ad Trebell. & cons.* 124. *numer.* 9. *volum.* 4. Andr. de Isern. *in cap.* 1. *§. Quod ergò, de investitur. de re alien. fact.* Ruin. *cons.* 123. *numer.* 20. *libr.* 1. Pancirol. *cons.* 171. *numer.* 8. Menoch. *cons.* 116. *numer.* 15. Franc. Ponte *cons.* 24. *numer.* 8. *&* 9. Mascard. *de probat. concl.* 1236. *numer.* 108. Redoan. *de rebus Eccles. non alien. qu.* 1. *num.* 6. *&* 11. *& quæst.* 2. *capit.* 6. *numer.* 9. *cum sequentibus*, Dom. Covarruv. *lib.* 2. *variar. cap.* 16. *numer.* 7. ubi plures congerit ejus Additionat. Faria, Tiraq. *de legib. connubial. glos.* 3. *numer.* 101. Petra *de fideicomm. qu.* 8. *numer.* 105. Peregrin. *eod. tractat. art.* 4. *numer.* 118. Rovit. *cons.* 77. *numer.* 2. *lib.* 2. & aliis pluribus congestis, Fussar. *de substit. quæst.* 703. *numer.* 2. *& tot.* ubi latè ad plura, & latissim. Cencius *de censib. quæst.* 19. *numer.* 1. *cum sequentib. & numer.* 5. quòd talis obligatio absque dictis requisitis sit ipso jure nulla, Dom. Salgad. *in Labyrint.* 1. *part. cap.* 37. *numer.* 1. *& tot.* & melius ad nostram principalem quæstionem, & differentiam, 3. *p. c.* 15. *num.* 21. *&* 22. 53

Nec aliquod jus creditoribus ex tali obligatione quæritur, Vincent. de Franch. *decis.* 69. *num.* 1. Paul. Staib. *resol. Forens. resolut.* 60. *num.* 15. Mathias Berlinch. *practicar. conclus. part.* 2. *conclus.* 21. *numer.* 24. ubi plures in feudis refert, & cum aliis novissimè Franc. Magretius *in suis observat. ad constitut. pragmatic. Ducis Sermonet.* §. 1. *observat.* 6. *cum pluribus sequentibus*, & etiam noviter, & doctè Ioseph de Rosa *consultat.* 18. *num.* 50. *cum sequentib.* 54

† Apud quos omnes latissimè invenies materiam de Regio assensu impetrando ad obligationem, seu alienationem rerum feudalium, majoratus, vel similium, & quòd absque eo alienationes, seu obligationes super his rebus substineri non possint. 55

At verò harum rerum fructus liberè possunt per possessores majoratus, feudi, & similium suis creditoribus obligari, & hypothecæ subiici, ut docent præcipuè in feudi, & emphyteusis fructibus, Speculator. *lib.* 4. *tit. de pignor.* §. 1. *versic. Creditor tamen potest mitti.* Iasson. *in l. ultim. Cod. de jur. emphyt. numer.* 78. *versic. Limitat etiam alio notabili modo*, & ex aliis antiquior. benè Corbul. *de jur. emphyt. caus.* 14. *Ob alienationem irrequisito domino, ampliat.* 49. *num.* 1. *cum sequentibus*, Anton. Negusant. *de pignor. part.* 2. *princ. memb.* 2. *numer.* 58. *vers. Quintò restringitur.* 56

Idemque latissimè, & communiter resolvunt omnes feudistæ in feudis, & aliis similibus rebus alienari prohibitis plures quæstiones circa istas obligationes afferentes, ut constat ex Isern. *in c.* 1. *§. Quid ergò, de investitur. de re alien. fact.* ubi Afflict. *n.* 7. Camerar. *in c. Imperialem, fol.* 18. *lit. V. & in c.* 1. *an agna. vel filius, & in c. incipiente, quarò* 1. *n.* 95. Ioan. Schen. *in tr. de feu. p.* 7. *n.* 21. *v. Sic etiã fru. feudi,* 57

Ludolph. Schrader. *eod. tractat. part.* 8. *cap.* 1. *numer.* 25. *sub fin. versic. Secundo licet feudum alicui pignoris titulo obligari nequeat*, & alios innumeros referentes Hart. Pistor. *quæst. jur. lib.* 1. *quæst.* 15. *nu.* 2. Henrich. Rosent. *de feud. c.* 9. *membr.* 1. *conclus.* 16. *in glos. litt. F.*

58 Quod in Neapoli absque dubio procedit ex quadam illius Regni speciali constitutione, *si quis post litem*, ubi Afflict. *num.* 9. quam refert, & sequitur novissimè Ioseph de Rosa *dict. consult.* 18. *à num.* 50. ubi plures refert, Mathias Berlich. *practicar. conclus.* 2. *part. concl.* 21. *n.* 24. ubi plures noviter congerit, *& nu.* 27. quòd intelligatur, non solùm in fructibus separatis, sed etiam in certè separandis, juxta *supr. relat. & num.* 26. refert speciale *statutum Saxoniæ*, quo similes obligationes super fructibus feudi, ad vitam possessoris approbantur, de quo, & idem de jure communi docens Iacob. Schult. *in addition. ad Modestin. Pistor. q.* 170. *n.* 17. *&* 20. *p.* 3.

59 Et ex nostris in obligatione fructuum rerum majoratus, feudi, & similium eleganter idem ad plura resolvunt Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 74. *versic. Quod tamen limita*, Peralta *in l.* 3. *ff. de heredib. instit. num.* 128. *vers. Secund.* ubi optimè ad superiorem principalem differentiam loquitur, &, pluribus congestis, Mier. *de Majerat.* 3. *part. q.* 9. *à nu.* 106. D. Salgad. *in Labyrint.* 3. *p. cap.* 15. *num.* 23. *cum sequentib.* Noguerol. *allegat.* 37. *à*

60 *numer.* 30. *& numer.* 38. † In Cathaloniæ hæreditamentis in capitulis matrimonialibus fieri solitis, in quibus pater filiis præjudicare, nequit, juxta *supr. relat. à nu.* 54. limitat idem Noguer. *numer.* 38. in eorum fructibus, quos licitè eum obligare, vel aliter alienare, ait ex Fontan. *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 5. *à n.* 24. Cancer. 1. *variar. c.* 9. *à nu.* 99.

61 Imò, & census super fructibus prædictarum rerum tamquam super rebus liberis, absque aliquo assensu, seu Regia facultate, constitui potest, licèt contra in ipsis rebus, Felician. Solis *de censib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 4. *versic. Sed antequam*, Fnller. *in pract. censual. in verbo Hujusmodi*, Ludovic. de Avendaño *de censib. c.* 62. *per tot.* & optimè in fructibus *à n.* 6. *&* 8. latè & cum plurib. Rotæ decisionibus Cencius *de cens. quæst.* 19. *n.* 1. *cum sequentib.* Fusiarius *de substit. q.* 706. *n.* 9. *& qu.* 703. *num.* 2. *cum sequentib.* D. Salgad. *in Labyr. dict.* 3. *p. cap.* 15. *à num.* 22. cum declaratione de qua proximè *in num. sequent.*

62 Quæ tamen alienationes, & fructuum obligationes in rebus alienari prohibitis, ita intelligi debent, ut tamdiù durent, quamdiù vita possessoris debitoris obligantis, seu alienantis duraverit, ut omnes *supr.* dicti Doctores eas approbantes asserunt, *& infrà à num.* 109. latius dicam.

63 Ex supradictis etiam, sive ex nostra inter fructus & rem principalem differentia elucidatur praxis quotidiana, & communis opinio, fructus nempè majoratus, & prædictarum rerum absque facultate inalienabilium pro qualibet obligatione, etiam sine assensu Regio celebrata in pignus capi posse, & super eis executionem fieri pro satisfactione creditorum possessoris mojoratus, vel similium rerum, quamvis in ipsis rebus fieri non possit, quia tales fructus, ut Allodiales, & Burgensatici, inter bona libera connumerantur, & ideo in eis, ut in aliis bonis liberis, executio fieri potest, ut optimè probatur per *text. in l. peto*, *§. Prædium*, *ff. de leg.* 2. latè, & eleganter, & ad alias plures quæstiones circa executionem in fructibus majoratus faciendam, Iasson. *in l. filius familias* 114. *§. Divi*, *ff. de legat.* 1. & Bald. *in Authent. ei, qui, C. de bon. Author. judic. possidend.* ubi optimè ad rem, & ad nostram distinctionem ita loquitur: *Sed nunquid propter debita Comitis fiat missio in Comitatum? respondeo, non, quia Cæsaris est, l. apud Iulian. §. fin. ff. de legat.* 1. *Sed in redditibus sic, quia jure proprio fructus lucratur, ut suos proprii, non feudales, l. Defuncta, ff. de usufruct.* idem Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *C. qui bon. cedere poss.* Greg. Lopez *in l.* 2. *tit.* 8. *part.* 3. Gomez *in l.* 50. *Tauri*, *numer.* 74. *vers. Quod tamen limita*, qui loquens de potestate possessoris majoratus super ipsius fructibus ita mirabiliter ad rem ait: *Et in fructibus potest fieri contra eum exetutio per contractum, vel delictum, & denique de eis ita in omnibus judicatur, sicut de aliis bonis mobilibus non vinculatis, nec restitutioni subjectis: imò (quod magis est) etiamsi tales fructus adhuc sint pendentes, vel nondum nati, possessor majeratus super eis disponere, potest, alienando, vel obligando in tempus, quo nascantur, & in eis potest fieri executio per contractum, vel delictum, vel ex qualibet alia causa.*

Et prosequuntur Parlador. *libr.* 1. *rer. quotidianar. cap. fin. part.* 5. *§.* 3. *num.* 31. Ponte *cons.* 34. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 1. latè, & cum pluribus, Gan. *de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *à num.* 1855. & post alios, Mier. *de Majorat.* 3. *part. quæst.* 9. *à numer.* 106. *&* 117. ubi latè ac doctè D. Valenz. *cons.* 56. *à numer.* 18. benè D. Salgad. *in Labyr.* 3. *part. capit.* 3. *per tot. & capit.* 15. *à numer.* 3. ubi plures refert. 64

Et in feudis indistinctè, sive hæreditaria, sive ex pacto, & providentia, vel mixta sint; quòd similiter in eorum fructibus fiat executio, licèt in ipsa substantia feudi, aut utili dominio fieri, non poset, ex dictis juribus communiter resolvitur per omnes feudistas, ut constat ex Bart. & antiquior. *in dict. l. si finita*, *§. Si de vectigalib. ff. de damn. infecto*, &, infinitis relatis, Menoch. *de arbitrar. Centur.* 6. *casu* 560. *à numer.* 16. & aliis plurib. congestis, Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 10. *num.* 29. *cum sequentibus.* 65

Optimè, & quòd ex qualibet obligatione personali feudatarii, etiam feudo non obligato, talis executio in ejus fructibus, & commoditatibus fiat, Rosenth. *de feud. cap.* 9. *membr.* 1. *concl.* 16. *ex num.* 7. & ibi infinitos coogerens *glos. litt. F.* ubi, & quòd immissio ex secundo decreto creditoribus concedi poset, ex Alexand. Bart. Iasson. & aliis ibi relatis, & Marant. *de ordine judic. part.* 6. *tit. de execut. sentent. quæst.* 3. *à numer.* 49. Negusant. *de pignor. in secundo membr.* 2. *part. numer.* 48. Rovit. *cons.* 77. *à numer.* 1. & cum aliis, Hartham. Pistor. *quæst. jur. lib.* 1. *quæst.* 15. Camerar. *in cap. Imperialem*, *fol.* 18. *litter. V.* & *in cap.* 1. *an agnat. vel fil.* quod in Regno Neapolitano sine dubio hoc procedat ex speciali illius Regni constitutione incipiente, *si quis post litem*, ubi Afflict. *num.* 9. *& decis.* 24. *sub num.* 10. Regens Pont. *cons.* 34. *nu.* 8. *&* 9. Rovit. *cons.* 77. *n.* 2. *lib.* 2. Camer. *in loc.* ubi proximè. 66

Imò, & quòd fructus feudi, ejusve commoditates sequestrari possint, (præterquam feudi jurisdictionem, quia non ut fructus feudi allodialis, sed potius de corpore feudi reputetur) benè resolvit Rovit. *dict. cons.* 77. *ex numer.* 2. contra Ioann. Fabr. *in §. Item serviana, instit. de action. numer.* 31. Vincent. de Anna *singul.* 180. qui etiam jurisdictionem sequestrandam defendunt, quorum opinionem, intelligerem respectu commoditatis, seu proventuum ipsius jurisdictionis, quia de corpore feudi intelligi nequeunt, sicut nec ipsius fructus. 67

Et latissimè ad prædicta, & alia de materia istius executionis, super fructibus rerum feudalium, majoratus, emphyteusis, & similium promiscuè loquentes ad plures quæstiones Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 7. *numer.* 47. *cum seqq.* & in omni genere feudorum Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *capit.* 530. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 10. *ex numer.* 11. Noguerol. *allegat.* 37. *ex numer.* 38. Mathias Berlich. *pract. conclus. part.* 1. *concl.* 82. *à numer.* 1. *& tot.* & cum aliis optimè, & eleganter novis. Ioseph. de Rosa *consult.* 18. *ex numer.* 50. Gomez, Parlador. Mieres, D. Valenzuel. Dom. Salgad. & alii superius proximè relati. † Apud quos etiam reperies, quòd istarum rerum fructus tamquam bona libera intrent in judicium concursus, ut ex eis creditoribus satisfiat, quòd & praxis observat. 68 69

Imò (quòd magis est) præfata circa executionem in fructibus majoratus, maximè pro debito possessoris faciendam, 70

dam, notabiliter procedere, & ampliari debent, etiam expresſa prohibitione fundatoris majoratus ſtante cum clauſula expreſsa, ut nec pro debitis poſſeſſoris in ſua vita in cauſam judicati fructus majoratus capiantur, quia adhuc in eis exequi poterit, relicta tamen poſſeſſori pro alimentis congrua portione, & pro oneribus majoratus implendis, benè Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 8. part. 3. gloſſ. 7.* D. Valenz. *dict. conſ. 56. numer. 18. cum ſequentibus*, quidquid contrarium teneat Mier. *de Majorat. part. 3. quæſt. 9. numer. 116. cum ſequentibus*, quia hujuſmodi bona ſemper, ut libera poſſeſſorum babenda, ipſiſque ut tales relinquuntur, ut per eos ad libitum alienentur, & conſequenter ex cauſa anteactæ obligationis neceſſariò alienari, poterunt, ſeu in cauſam judicati capi, non obſtante præfata prohibitione, utpotè contraria ipſorum bonorum naturæ.

71 Cæterum, circa iſtam executionem in prædictarum rerum inalienabilium fructib. facienda, tria principaliter conſideranda ſunt, *Ordo*, ſcilicet, *Modus*, & *Tempus*: De quibus ſingulis non abs re erit, aliqus prænotare, tum quia noſtram quæſtionem, plurimum concernunt: tum etiam quia, & ad praxim valde utilia erunt.

72 Primum igitur circa *ordinem* dubitatur, an talis executio in prædictis fructibus ita fieri debeat, ut creditores habeant electionem, ut ex allodialibus, & bonis liberis, vel ex majoratus, ſive feudi, aut ſimilis rei fructibus, & commoditatibus ipſis ſatisfiat? Vel an demum, ſolum bonis liberis deficientibus, executio in harum rerum fructibus, & ſic in ſubſidium fieri, debeat?

73 In qua quæſt. videtur dicendum, creditorib. electionem competere, debere, an in bonis liberis, an in fructibus rei feudalis, vel majoratus, vel ſimilis exequi, velint, quin ad aliquam excuſſionem in bonis liberis teneantur.

74 Quod ex unica, & fortiſſima ratione comprobari,
videtur: nimirum, quia fructus feudorum, ſeu majo-
ratus ſeparati, aut certè ſeparandi non ſunt feudales, aut
majoratus, ſed potius allodiales, & inter bona libera
75 reputantur, ut per tot. hoc caput fundatum remanet; †
Cum autem in bonis liberis, ac Burgenſaticis, nulla
excuſſio requiratur, ut ad rem notant Modeſtinus Piſtor
in quæſt. jur. quæſt. 122. numer. 20. part. 3. Mathias Ber-
lich. *pract. concluſ. part. 2. concluſ. 31.* nec alius ordo in
eorum executione ſervari debet, quam præſcriptus
in l. à Divo Pio, §. In venditione, ubi Doctores *de re
judicat.*

76 Apertè ergo ſequi videtur, nullam in præſenti excuſ-
ſionem requiri, imò quod etiam aliis bonis liberis ſtan-
tibus in fructibus feudalibus, vel majoratus exequi poſ-
77 ſit. † Et in terminis in executione in fructibus feudi fa-
cienda hanc opinionem tenent Modeſtin. Piſtor *d. quæſt.
122. num. 9.* ubi latè contrariam reiicit, & eum ſequitur
Mathias Berlich. *dict. concluſ. 31. nu. 30. cum ſequentib.*
ubi refert deciſum.

78 Sed his non obſtantibus, contraria ſententia verior, & in feudis communior, ac receptiſſima eſt, videlicet quòd iſta executio in prædictis fructibus non fiat, ſi alia bona libera extent, & ita, quòd ſit tantum ſubſidiaria in bonorum allodialium defectum.

79 Quæ doctrina in fendalibus fructibus, ferè abſque contradictore, ultra Modeſtin. & Berlich. ſupr. relatos, procedit, ut conſtat ex Bart. *in l. ſi finita 15. §. Si de vectigalibus, ff. de damn. in fect. num. 5.* & ibi Caſtr. *num. 6.* Iaſſon. *in l. pro herede 20. §. Si quid tamen, ff. de acquirend. hereditat.* & in *l. commodis 40. num. 3.* ubi Alexand. *nu. 3.* & communiter DD. *ff. de re judicat.* Angel. *in dict. l. pro herede, de acquir. hered.* Imola *in l. ſi finita, §. Si de vectigalib. verſic. Quod ſi agatur contra feudatarium, ff. de damn. infect.* Afflictis, & communiter feudiſtæ *in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alien. per Fideric.* ubi præſertim Camer. *fol. 19.* Andr. Gail. *libr. 1. obſerv. 127. nu. 2.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3.*

nu. 178. Marin. Frec. *de ſubfeudis, lib. 2. in prima author. limitat. 6. num. 8.* Marant. *in praxi, tit. circ. execution. ſent. num. 49. pagin. mihi* 480. Henric. Roſenth. *de feud. dict. cap. 9. concluſ. 16. numer. 9. & 10.* ubi *in gloſſ. litt. I.* Iſern. Iacobin. Curt. Capyc. Hartham. Piſtor. & alios plures refert, Ponte *conſ. 26. lib. 2.* ubi quòd ſine dubio in Neapol. Regno procedit, *& num. fin.* deciſum refert, Rovit. *conſ. 77. nu. 3. lib. 2.* Paul. Staib. *reſol. Forenſ. reſol. 12. à num. 1.* qui poſtquam latè fundare nititur, fructus feudi pro executione abſque domini directi aſſenſu capi, non poſſe, id tamen limitat, & intelligit *in n. 12.* niſi prius in bonis liberis feudatarii facta excuſſione; optimè, aliis pluribus congeſtis, Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. l. 2. cap. 14. n. 24. cum ſequentibus*, & noviſ. Ioſeph. de Roſa *conſult. 18. n. 51.*

Quibus ita in hac quæſtione reſolutis, licèt nullus, 80 quem viderim, prædictæ contrariæ opinionis fundamentum reſolvat; imò nec referat, aut ejus mentionem faciat, meo tamen Iudicio, reſponderi, poſſe videtur, quòd licèt feudales fructus allodiales, ac liberi ſint, & ob id nullam excuſſionem in aliis bonis liberis requiri, videatur, attamen certiſſimum eſt, requiri ex eo, quòd eum feudatario feudum, & ejus commoditas concedatur, ut pro eo domino directo fidelitatem, & ſervitium præſter, ut notat Ponte *dict. conſ. 26. nu. 2. & 3.* & cum hoc abſque victu, & congrua ſuſtentatione fieri, nequeat, ut idem Pont. refert, merito ergo executio iſta in ſubſidium tantum aliorum bonorum liberorum concedi, debet, ut quantum poſſit, præjudicium vitetur, quod ex tali fructuum conſumptione domino directo ſequeretur, cujus ſine dubio intereſt, feudi fructus vaſſallo conſervari, & per eum ſolum percipi, ut ſic melius, & cum majore honore per vaſſallum divitem ei ſerviatur: quia aliàs præjudicium dominus feudi directus incurreret, ut in ſimili caſu ait Imperator, *in princip. tit. de prohibit. feud. alien. per Federic. Facilius* (inquit) *debita ſervitia domini ammittem; & honor Imperii, & noſtra felicis expeditionis complementum minuetur.*

Et licèt in fructibus majoratus adhuc dubitari, poſſet, 81 an in ſubſidium tantùm bonorum liberorum iſta executio fieri, debeat, cum in eis ſupr. dicta ratio in feudis aſſignata, nimirum, præjudicium domini directi, omnino ceſſare, videatur, quia ad nullum ſervitium, aut fidelitatem alicui domino directo poſſeſſores majoratus regulariter præſtandum tenentur, ut feudatarii, ut eleganter ad aliud ſimile notat Dom. Molin. *de primogen. l. 1. cap. 20. num. 7. ubi Addent.* præſertim ſi à Rege cum aliquo titulo Ducatus, ſeu Comitatus majoratus non ſit inſtitutus: imò in omnibus majoratibus dominus directus, ut in feudis non datur, præter ipſum majoratus poſſeſſorem, in quem utrumque dominium tam utile, quàm directum tranſit, ut *ex l. 7. tit. 4. p. 5.* ubi Gregor. Dom. Molin. *lib. 1. cap. 19. tot. & à nu. 4. & 19.* ubi Addent. Dom. Salgad. *in Labyr. part. 1. c. 14. n. 57.* & cum aliis Valeron. *de tranſact. tit. 4. q. 2. n. 1. cum ſequentibus.*

Attamen etiam in majoratuum fructibus mihi vide- 82
tur, prædictam executionem ſolum in ſubſidium bono-
rum liberorum, ut in feudis, fieri, debere; † Quia 83
præterquam quod in plurimis maximè intitulatis à Rege
inſtitutis Regale ſervitium vulgo *Lanzas* Regio Fiſco
ſolvatur, ut notant latè ad alia de hoc ſervitio agentes
Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 28. num. 64.* Amay. *in l. 2.
C. de annon. & tribut. lib. 10. à numer. 83.* Flor. de Mena
practicar. quæſtion. lib. 2. q. 21. §. 4. à nu. 240. Fragoſ. *de
regim. Reipublica, part. 3. lib. 3. diſputat. 16. §. 6. nu. 3.*
Balmaſed. *de collect. cap. 9. à nu. 31.*

Et fidelitas etiam per eorum poſſeſſores in initio poſ- 84 ſeſſionis Domino Regi præſtetur.

Et quamvis per dictam executionem, ſi in fructi- 85 bus majoratus fieret, ſervitia hæc abſolutè non impediantur, maximè cum pro dicto lancearum ſervitio, Regius Fiſcus omnibus creditoribus præferatur, Flores de Mena *dict. quæſt. 21. numer. 242.* Balmaſed.

dict. capit. 9. *numer.* 31. honorificentius tamen fideli-
tas præstatur, redditibus majoratus possessoribus integris
reservatis: nè, aliàs Magnatibus paupertate laboranti-
bus, Regni, & ipsorum splendor minuatur.
86 Et generaliter in omnibus majoratibus privatis insti-
tutis idem dicendum, cum etiam ad id præcipuè insti-
tuantur, ut honos, ac splendor familiarum conservetur,
D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 13. D. Valenz.
87 *conf.* 171. *num.* 15. D. Larr. *dec.* 33. *num.* 32. † In qua-
rum conservatione, & favor, & utilitas publica versa-
tur, *l.* 1. §. *Quamvis, ff. de ventr. inspic. l. pronunciatio,*
§. *Familia,* ubi DD. *ff. de verbor. signific. l.* 2. *tit.* 15. *p.*
2. ibi: *Acatando el procomunal,* D. Covarr. 1. *variar.*
cap. 5. *n.* 5. ubi Faria, D. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 18.
à n. 1. ubi Add. Dom. Salgad. *in Labyrint.* 1. *part. c.* 24.
à num. 44. ubi quòd hoc non solùm in majoratibus anne-
xam dignitatem Ducatus, aut Comitatus habentibus,
sed etiam in cæteris procedat.
88 Meritò ergo in eorum fructibus executionem non ali-
ter faciendam dicendum est, quàm in subsidium bono-
rum liberorum, & in eis prius facta excussione, nè tam
magnum præjudicium fini, & voluntati fundatoris, &
publicæ utilitati fiat.
89 Quæ in hac quæstione resoluta nota: quia eam nullus,
quem viderim ex nostris, in majoratus fructibus affert,
præter Parlad. *lib.* 2. *rer. quot. c. fin. p.* 5. §. 3. *n.* 31. Dom.
Salgad. *in Labyrin.* 1. *p. c.* 24. *num.* 34. qui tamen nimis
breviter, ac per transitum, nulla difficultate, aut ra-
tione proposita, nec aliquo ex feudistis relato, istam
modificationem in executione in fructibus majoratus re-
ferunt.
90 Secundò etiam circa ordinem istius executionis dubi-
tari potest: concurrentibus anterioribus creditoribus su-
per fructibus feudi, aut majoratus absque assensu tamen,
aut Regia facultate, & creditoribus posterioribus super
ipso feudo, aut majoratu cum assensu, aut facultate, qui
in fructibus præferendi sint?
91 In quo dubio articulo, licèt indistinctè resolvi debe-
re, videatur contra creditores anteriores absque faculta-
te; quia & ita communiter resolvitur, si inter eos circa
contractus, aut hypothecas super ipso feudo, aut majo-
ratu agatur, quo casu creditores cum facultate, licèt
posteriores, anterioribus cum ea præferendos esse latè,
& communiter resolvunt, & ad plures quæstiones de ma-
teria istius concursus, Franch. *decis.* 64. ubi plures cumu-
lant Addent. Ponte *de potestat. Proreg.* tit. 9. *de assensib.*
Regiis, §. 9. *num.* 16. *versic. Sed alterius, & tot.* Capyc.
Latr. *decis.* 43. ubi benè, & alia plura Gizius *in observat.*
& idem Capyc. Latr. *consultat.* 56. *num.* 8. *&* 11. *& con-*
sultat. 84. *num.* 2. Georg. *allegat.* 18. *&* 19. *num.* 3. Ma-
rin. *lib.* 2. *quotidianar. resolut. cap.* 61. *num.* 1. optimè,
& pluribus aliis congestis, Dom. Salgad. *in Labyr.* 2. *p.*
92 *cap.* 4. *num.* 40. *cum sequentib. & c.* 21. *per tot.* † Ubi,
& quòd hoc procedat, etsi prior sub conditione faculta-
tem impetrandi contraxerit, si priusquam eam obtinue-
rit, alteri posteriori cum facultate fiot bona obligata,
93 *& à num.* 55. † *cum seqq.* quòd alienationes factæ à
prohibito alienare, sustineantur usque ad metas detra-
ctionum; posteriores autem vitientur, quæ quantitatem
permissam excedunt: Et ad alia idem, 4. *part. capit.* 11.
94 *num.* 12. *cum sequentibus,* † Et etiamsi posterior per
verbum *Fiat* asseosum habeat, nondum tamen in forma
expeditum, Ponte, & Gizius *ubi suprà,* novissimè Fran-
cisc. Maria Prat. *in observat. jur. observat.* 17. *tot. & à*
numer. 33.
95 Sed quamvis hæc opinio verissima sit, quando de exe-
cutione in ipsis rebus feudalibus, vel majoratus agitur:
in nostro tamen casu, quando in fructibus facienda est,
verius distinguendum existimo inter fructus jam à solo
separatos, vel adhuc pendentes; ut in illis creditores an-
teriores (licèt absque assensu) præferantur: contra
verò in istis: cujus distinctionis ratio est evidens, nimi-
rum; quia statim, ut à terra separantur, de patrimonio
debitoris efficiuntur, & inter cætera bona libera connu-
merantur; ideò in eis, ut in bonis liberis, in quibus
nulla facultas Regia exigitur, creditores anteriores etiam
sine ea præferendi sunt: † In pendentibus verò ideo con- 96
trarium dicendum est, quia nempè creditores tantùm
cum assensu prælationem habere, debeant; nam cum
tempore separationis ad ipsas res feudales, sed majoratus
ipsi soli jus habeant, manifestè etiam sequitur, quòd &
in ipsis fructibus tamquam tunc accessionibus ipsarum
rerum præferantur.
Quam distinctionem in specie tradunt Cæsar Manent. 97
decis. 30. *nu.* 50. & novissimè Franc. Roc. *respon. legal.*
Cent. 1. *respons.* 5. *num.* 3. *cum sequentib.* optimè Mathias
Berlinch. *pract. conclus. part.* 3. *conclus.* 31. *numer.* 31.
† Qui id extendit, etiamsi priores creditores tacitam 98
hypothecam super fructibus feudi, aut majoratus ex le-
ge speciali, aut statuto habeant; quia nec ex ea posterio-
ribus expressam in ipso feudo, vel majoratu habentibus
præferendos esse, ait, & loquitur jure Saxoniæ, ex quo
ob statutum speciale dicta hypotheca tacita super fructi-
bus feudi omnibus creditoribus cum feudatario contra-
hentibus generaliter competit. Quod nota, quia est ca-
sus specialis, in quo hypotheca tacita anterior posteriori
expressæ non præfertur, † Contra vulgatas juris regulas, 99
& communem, receptissimamque Doctorum opinionem
anteriorem tacitam præferri asserentium, ut latè tractant
ad plures quæstiones, & limitationes in Fisco, dote, &
aliis tacitam hypothecam habentibus, Peregrin. *de jur. Fi-*
sci, tit. 6. *per tot.* Pater Molin. *de justit. & jur. tractat.* 2.
disput. 438. Petr. Barbos. *in l.* 1. *part.* 6. *ff. solut. matrim.*
Dom. Valenzuel. *consil.* 13. Anton. Gomez *in l.* 50. *Tau-*
ri, à num. 37. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 3. *tit.*
2. *&* 3. Giurb. *ad statut. Messan. cap.* 13. *gloss.* 3. *ex num.*
31. Amator. Rodrig. *in tractat. de concurs. part.* 1. *artic.*
1. *&* 2. Dom. Olea *de cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 3. *num.* 26. &
novissimè Dom. Didac. Bolero *in tractatu de decoctorib.*
tit. 5. *q.* 3. *cum aliis seqq.*
Sed pro prædictæ Berlinch. & Rocc. doctrinæ, & am- 100
pliationis clariori intelligentia, quia eam non satis expli-
cant, notandum est, ideo eorum resolutionem, ut po-
sterioris hypothecæ, cum assensu prælatio admittatur,
procedere, quia licèt superior hypotheca tacita, vel alia
obligatio super fructibus feudi, aut majoratus futuris,
ac certè separandis consistat, ut *supr.* probatum remanet,
hoc tamen intelligendum est, habito respectu ad separa-
tionem, in qua tamquam in extremo principali istius ob-
ligationis effectus confertur; quare, stante inhabilitate
istius extremi per concursum creditorum cum assensu ad
ipsas res, & concursu formato ante fructuum separatio-
nem, fructus pendentes tamquam accessiones, & par-
tes feudi, aut majoratus ad creditores cum assensu per-
tinere debent, & in eis, sicut in ipsis rebus non tam ut
potiores, sed ut soli admittendi: nec priores prælatio-
nem aliquam prætendere, poterunt, quia casus separa-
tionis, & sic extremus habilis suæ obligationis nondùm
evenit, ut fructus tamquam allodiales, & liberi con-
siderentur, nec si postea separatio post concursum se-
quatur, aliquid eis proderit, quia jam post instan-
tiam, & petitionem creditorum cum assensu reman-
serunt affecti; ideo semper in eis illi præferendi
sunt.
Circa *modum* autem prædictæ executionis anxiè apud 101
DD. dubitatur, an ita fieri debeat, ut ex ipsis fructi-
bus prius alimenta, sive congrua sustentatio feudata-
riis, aut majoratuum possessoribus assignari, debeat,
necne?
In quo dubio, quoad executionem in feudalibus fru- 102
ctibus, breviter resolvendum est, non aliter fieri, de-
bere, quàm relicta prius feudorum possessoribus con-
grua portione, ut vivere possint, & pro domino di-
recto militare, & solitum servitium præstare non im-
pediantur, ita communiter conveniunt DD. Feu-
distæ, ut latè tractant plura de hujus congruæ,
mate-

Digitized by Google

materia afferentes, Afflictis *in constit. feud. si quis post licem, num.9.* Camerar. *in cap. Imperialem, fol.20. litter. I.* Georg. Everard. *cons.* 38. *num.*51. *&* 54. *volum.*2. Ponte *cons.*20. *lib.*2. Rovit. *cons.*77. *num.*3. *& in pragm. de feud.* 4. *num.*50. Mart. *vot.*16. *num.*4. latè Vvesembec. *consil.* 30. *num.*16. *usque ad* 23. & latissim. Andr. Knich. *in rescriptis Princip.* Analdin. *de mission. in possession. in bon. feudal. decernend. num.*42. *cum seqq. usque ad* 66. D. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.*14. *à num.*25. ubi idem in commendis, & in feudis, benè & cum aliis Mathias Berlich. *practicar. conclus. part.* 2. *conclus.* 82. *num.*42.

103 Quia adhuc, executione facta super feudi fructibus, vassallus feudatarius servitia domino præstare tenetur, ultra relatos, benè Bart. *in l. si finita* 15. §. *Si de vectigalibus, ff. de damn. infect. num.*5. Gail. *lib.*1. *observ.*117. *num.*6. Schrad. *de feud. part.*6. *cap.*6. *numer.*78. benè & cum aliis Menoch. *de arbitrariis, Centur.*6. *cas.*560. *à num.*23. ubi Angel. Salicet. & alios, refutat, qui contrarium tenuerunt, imò, quod creditor ad id teneatur, idem Hartham. Pistor. *jur. civil. quæst. quæst.*16. *à num.* 4. *in fin. cum sequentibus*, Berlinch. *dict. conclus.* 82. *numer.* 42. *&* 48. Dom. Solorzan. *dict. cap.* 14. *à num.*28.

104 In majoratibus autem, si in eorum fructibus executionem fieri, tractetur, distinguendum est inter possessores majoratuum dignitatem Ducatus, Marchionatus, seu Comitatus annexam habentium, sive alias illustres personas, quibus titulo majoratus oppida, vassallos, aut jurisdictionem habentia, vel quibus etiam alii nobilissimi majoratus, ac domus illustres competunt: & inter cæterorum simplicium majoratuum possessores nulla ex istis dignitatibus, aut qualitatibus decoratos.

105 In primo casu dicendum est, Magnatibus, Ducib. Marchionib. & aliis supra dictis illustribus personis congrua alimenta reservari, debere de fructibus suorum majoratuum, in quibus executio pro satisfaciendis creditoribus fieri, tractatur: In secundo verò casu simplicium majoratuum possessoribus neutiquam ista alimenta competere, asseverandum est.

106 Quam distinctionem, & doctrinam doctè tradit Baez. *de inop. debit. cap.*16. *num.*104. ubi benè reiicit argumentum ad hoc ab aliquibus desumptum ex *l. miles, ff. de re judic.* asseritque sententiam istam solum procedere ex receptissima consuetudine, & universali, ac communi Tribunalium Hispaniæ praxi, & hoc amplius Baeza in prædictis personis secundi casus nostræ distinctionis loquens voluit, quod videlicet præfata alimenta eis non tantum in executione super fructibus majoratus præstanda sint, sed etiam si super quibuslibet aliis bonis fiat, quod non est admittendum, nec praxis admittit, quæ in ista alimentorum ex fructibus tantum majoratuum præstatione respicit conservationem splendoris familiarum fundatorum, quorum bonorum fructus capiuntur, nulla culpa, aut obligatione ipsorum; quod extendi non debet ad alia bona libera capta, in quibus nullus favor considerari potest, quia familiæ conservationi non sunt destinata, sed libera illius, qui obligavit: vid. *infr. num.*123.

107 De præfata praxi meminit etiam Avendan. *de censib. cap.*53. *num.*11. qui hoc amplius affirmat, indistinctè omnibus majoratuum possessoribus, etiam nulla in eis ex dictis qualitatibus concurrente, prædicta alimenta præstari debere, & præcipuè quando executio fit pro censibus super bonis majoratus Regia facultate impositis ex ratione speciali ibi allata.

108 Sed quidquid Avend. asserat, prædictam nostram, & Baez. distinctionem noviter docet, & de universali Tribunalium Hispaniæ praxi testatur D. Salgad. *in Labyrint. part.*1. *cap.*24. *num.*33. licèt nullum Doctorum pro ea referat præter Parlador. *lib.*2. *rer. quotidian. cap. fin.* 5. *part.* §. 3. *numer.* 32. qui tamen nec id plenè comprobat, quia tantùm in Magnatibus loquitur, & eis prædicta alimenta tribuit, quin aliquam de aliis personis illustribus mentionem faciat; sed à dicta distinctione non est recedendum, tum ob praxim apud omnes receptam: tum etiam quia publicè interest, domos illustres, & familiarum antiquarum nobilitatem, ac splendorem conservari; ut suprà ad simile plenè diximus.

109 Et in Baronibus, & Equitibus Baronias cum jurisdictione possidentibus, idem ex consuetudine introductum, & servatum in Regno Valentiæ, refert D. Francisc. de Leon. *tom.*1. *decis.*75. ubi de taxa horum alimentorum, de qua, & ad alia plura, ultra Baez. Avendan. & Parlad. supr. relat. latissimè, & doctè D. Salgad. *d. c.*24. *à num.*1. *& tot.*

110 Circa tempus verò istius executionis in prædictarum rerum fructibus factæ, animadvertendum etiam est, talem executionem, seu ejus virtute consignationes, vel ad judicationes in fructibus, aut redditibus majoratus, vel similis rei pro ære alieno majoratus possessoris exsolvendo creditoribus factas perpetuas non esse, sed solum temporales, & dumtaxat pro vita possessoris debitoris, qua extincta, extinguuntur etiam istæ consignationes, & majoratus ad successores absque aliquo onere transeunt, licèt omni ære alieno nondum exsoluto, decesserit possessor, ut in majoratibus, fideicommissis, & similibus rebus inalienabilibus plenè resolvunt ex *leg. Statius Florus*, §. *Cornelio felici, ff. de jur. Fisci, l. ex facta*, §. *Ex facto, ff. ad Trebell.* Dom. Molin. *de primogen. lib.*4. *cap.*11. *nu.*7. *&* 11. ubi Addent. Menoch. *cons.*275. *dub.*2. Surd. *cons.*194. *num.*27. *lib.*2. *& decis.*254. *numer.* 13. Cancer. 1. *tom. variar. c.*8. *n.*99. *&* 100. & aliis pluribus cumulatis, Mieres *de Majoratibus*, 4. *par. quæst.*9. *à n.*106. *&* 117. & latè, & doctè Dom. Salgad. 3. *p. c.*15. *à n.*30. *&* 55. *&* 1. *p. cap.*24. *à num.*32. *& n.*58. innumeros congerit.

111 Et in obligatione, pignoratione, seu majoratuum fructuum alienatione, quod pro vita tantùm possessoris duret, idem D. Salgad. *dict. cap.*15. *num.*30. & ex Mieres, & aliis Noguer. *allegat.*37. *à num.* 36. D. Valenz. *cons.*56. *num.* 10. D. Solorz. *de jur. Indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.*14. *à n.*22. ubi idem in fructibus commendarum.

112 Et idem communiter resolvitur in executione ob delictum possessoris majoratus, aut feudi, seu confiscatione bonorum majoratus, in qua, licèt ipsa bona majoratus, seu fideicommissi quoad proprietatem non comprehendantur, veniunt tamen, quoad fructus, & commoditates, sed hoc, durante solum vita possessoris delinquentis, pro qua tantum ad Fiscum tales fructus spectant, juxta text. vulgar. *in d. l. Statius Florus*, §. *Cornelio felici, ff. de jur. Fisc. l. cum pater*, §. *Hereditatem, ff. de legat.*2. *l. ex facto, ff. ad Trebell.* & resolvunt communiter D. Molin. *de primog. d. lib.*4. *c.*1. *n.*6. *&* 11. Cephal. *cons.*707. *nu.*11. benè Gomez. *in l.*40. *Tauri, n.*91. *vers. Confirmatur*, Pater Molin. *de justit. & jur. tom.*3. *disp.*656. *nu.*6. Gam. *decis.*352. *in fin.* Peregrin. *de jur. Fisc. lib.* 5. *tit.*1. *de public. benor. num.*67. Petra *de fideicommis. qu.*3. *num.*11. ubi de communi testatur Intrigl. *de subst. qu.* 73. *num.*92. *Centur.*2. plures relati, & sequuti per Fusar. *de substit. quæst.*529. *à num.*3. Pater Sanch. *in præcept. Decalogi, lib.*2. *c.*18. *à nu.*12. Miet. *de Majorat.*4. *par. q.*12. *à num.*46. & alii plures novissimè congesti per Carvall. *de legit.* 2. *par. à num.*40. licèt ipse contrariam opinionem ex aliis sequatur, & ex Matienz. Palac. Rub. Gratian. & aliis Dom. Salgad. *in Labyr. d. c.*15. *à n.*2.

113 In commendatarum fructuum confiscatione Alfar. *de officio Fiscal. gloss.*20. *nu.*254. ubi quod durante vita commendatarii, fructus, & commoditates commendæ confiscantur, & eo mortuo, ad ipsius filios, vel uxorem juxta legem successionis commendæ cum omnibus suis fructibus spectent, & idem D. Solorz. *de jur. Indiar. d. lib.* 2. *cap.*27. *à num.*22.

114 Quam tamen communem resolutionem, ultra plures limitationes, & intelligentias in 2. tom. hujus operis, *part. cap.* plenius referendas interim ex plurium Do-

cto-

ctorum sententia limitari, & intelligi debere, videtur, stante tacita alienationis prohibitione, in majoratibus, fideicommissis, & similibus rebus, contra verò expressè à fundatoribus alienatione prohibita; quia tunc neque pro vita possessoris delinquentis fructus majoratus in Fiscum transire posse, tenent Menoch. *cons.* 104. *nu.*42. *vol.*2. *& cons.*313. *n.*8. *vol.*4. *&* 451. *n.*37. ubi plures adducit, Fachin. *lib.*4. *controv. jur. c.*50. ubi quæstionem benè disputat, & plures legibus pro contraria sententia adductis, respondet, hanc receptiorem esse testans, in feudo, & emphyteusi loquens Iul. Clar. *in pract. crimin.* §. *ult. qu.*78. *vers. Item quæro*, in quibus ex Castr. Palao, & aliis Salleles *de inquisit. tom.*3. *lib.*6. *c.*4. *à num.*263. ubi in confiscatione ob hæresim: & in majoratibus, & fideicommissis eamdem distinctionem sequitur *à numer.* 282. ubi alii criminalistæ, Pancirol. *cons.*181. *num.*1. *vol.* 1. Peregrin. *de jur. Fisc. lib.* 5. *tit.*1. *num.*98. *in fin.* & cum aliis pluribus Mieres *de Majoratibus*, *d.* 4. *part. quæst.*23. *num.*47. Grammat. Anton. & Hieron. Gabriel. Farinac. Riminald. Surd. & alii plures congesti per Fussar. *d. quæst.* 529. & innumeri alii congesti, & secuti à Marin. *lib.*1. *resol. cap.*166. *numer.*12. *& in obs. ad decis. Revert.* 336. *num.*2. & per Caval. *de legitima*, *part.*2. *ex num.*400. qui plenè per plures sequent. hanc sententiam defendere, nititur.

114 Sed quamvis ista opinio communissima sit, ut ex tot. DD. authoritatibus patet, contraria tamé sententia verior mihi videtur, imò quod etiam stante expressa prohibitione alienationis, adhuc fructus, & commoditates, durante vita possessoris delinquentis, in Fiscum ex confiscatione transeant, licèt contra in ipsis principalibus bonis majoratus, vel similibus alienari prohibitis dicendum sit: Ratio est evidens, & deducitur ex doctrina, & differentia, quam inter fructus, & ipsam rem principalem præcipuè, quoad alienationem, latè, & ex omnium Doctor. communi consensu retulimus, & fundavimus supr. *per tot. hoc capit.* maximè, *à num.* 18. ubi absque controversia ex dicta differentia plenè probavimus, quod adhuc stante expressa alienationis prohibitione à lege, vel ab homine, licitè rerum inalienabilium commoditates, & fructus separatos, aut in futurum separandos, voluntariè possessores alienare possint, quia non ipsæ res prohibitæ, sed quid ab eis distinctum, & separatum (ut sunt fructus *supr. à n.* 5.) alienatum censetur, ob idq; per istas alienationes prohibitioni alienationis contraveniri nō censeri patet, quę tantùm in ipsis bonis principalibus alienari prohibitis versari debet, non in fructibus, qui ut liberi reputantur, ita ultra omnes magis specialiter notat doctè Gratian. *discept. jur. tom.*3. *cap.* 580. *num.* 18. *cum seqq. & ex num.*21. mirabiliter ad rem ait: *Non obstat, quod in casu nostro concurrat prohibitio expressa testatoris cum tacita legali, quæ impedit fieri alienationem, etiam quando posset fieri alienatio. Quia procedit quo ad bona principalia prohibita alienari, non autem quo ad fructus, qui sunt liberi, & non subjecti fideicommisso, ut supr. dictum est*, & ita loquitur Decian. *cons.*9. *numer.* 11. *lib.*1. & ne jam dicta repetam, vide plura, quæ ad rem supr. in hoc cap. adduxi *à num.*18. ubi Dom. Salgad. & alios retuli.

115 Quare & in præsenti quæstione obstare, minimè potest alienationis expressa prohibitio, cum ei ob fructuum, seu commoditatum alienationem non contraveniatur.

116 Et pro ista sententia eleganter, & doctè resolvit doctissimus Dom. Molin. *de primogen. lib.*1. *cap.*20. *num.*11. *&* 12. *& lib.*4. *cap.*11. *num.*11. *cum seqq.* quem in *dict. cap.* 20. *num.*9. *& dict. cap.*11. *num.* 5. malè pro contraria referunt Mier. Fussar. Marin. & quamplures ex suprà relatis; nam D. Molin. *in dict. cap.*20. *à num.*8. id solum asserit, quod stante expressa prohibitione alienationis, ususfructus alicui, neque durante vita possessoris, alienari, aut constitui possit, quod quidem verissimum est, neç nos negamus, cum ususfructus constitutio, utpotè juris realis species alienationis sit, quæ stante prohibitione alienationis, similiter prohibetur ex *l. fin. Cod. de reb. alienand.* & supra ex Dom. Molin. & aliis dixi, & latius infrà *in cap. seq.*

At verò in ipsarum rerum fructibus, & commoditatibus expressè, & magistraliter tenuit nostram sententiam & distinctionem Molin. *à num.*11. quod videlicet, licitè fructus alienari possint, etiam stante expressa prohibitione alienationis, ibi: *Sed quamvis hæc omnia in jure usufructus vera sint, contrarium tamen dicendum erit, quando non jus usufructus formatum, sed solum quædam facultas fructuum, seu commoditatum percipiendi in rebus majoratus constituitur, hæc namque facultas ab ipso jure usufructus diversa est, nec alienationem continet:* & paulo post clarius ait: *Ex ea namque fructuum percipiendorum facultate, seu commoditate nullum jus in re constituitur. Ex quo fit ut per tempus vitæ majoratus possessoris commoditates rerum majoratus percipi possint, sive ex confiscatione, sive ex alia causa, non obstante expressa prohibitione alienationis, ut dixit Bart. &c.* 117

Et magis principaliter in confiscatione loquens *in dict. lib.*4. *cap.*11. *à num.* 11. ubi etiam, stante expressa prohibitione alienationis mirabiliter rem explicat, ibi: *Quamvis enim ususfructus rei prohibitæ alienari, etiam durante vita possessoris, in Fiscum transire, non possit: poterunt tamen commoditates rei, etiam expressè prohibitæ alienari, in Fiscum, durante vita possessoris, transire, cum ex his non sequatur bonorum majoratus alienatio, nec in illis jus aliquod reale constituatur.* 518

Quibus tam apertè per Dom. Molin. resolutis, miror equidem, quod tam magni Doctores supra relati ejus doctrinam, & claram distinctionem non percepissent, & eum pro contraria citassent, & (quòd magis est) literà ipsius Dom. Molin. relata per Marin. *in dict. cap.* 166. *num.*12. Qui omnes ex eo falluntur, quia dictam nostram differentiam inter usumfructum, aut bona principalia, & ipsorum fructus plenè non cognoverunt, & dum Dom. Molin. *in dict. cap.*20. *num.*8. *&* 9. usumfructum, stante expressa alienationis prohibitione, in Fiscum ex confiscatione transire negavit, eum de fructibus, & commoditatibus sensisse judicarunt, posterioribus numeris non visis, in quibus se declarat, & nostram sententiam, & distinctionem inter usumfructum, & fructus docet; quare etiam plures ex suprà relatis, dum quæstionem tangunt, terminos confundunt, & promiscuè verbo *Vsusfructus*, *& fructus* in ea, quasi idem sint, utuntur, ut sunt Castr. Palao, Salelles, & alii ex supr. relatis. 119

Et similiter alii plures Doctores pro contraria opinione per noviores relati, vel id non dicunt, vel etiam in usufructu plures loquuntur, ut sunt Bart. & Boss. & alii à Marin. & aliis relati, & Mantic. & plures ex relatis per Fussar. qui nihil in terminis ad rem asserunt, & præcipuè, quod magis miror, Peregrinus, per Fussar. & ferè ab omnibus contrariis pro sua opinione relatus in *lib.* 5. *de jur. Fisci, tit.*1. *de publicat. bonor. ex num.*98. *& num.* 114. prę omnibus distinctè, & clarè, stante expressa prohibitione alienationis, in fideicommissis perpetuis, & feudis pro Fisco sub præfata inter res principales, & earum fructus differentia resolvit *ex num.*101. *&* 115. ita decisum referens. 120

Ultra quæ pro hac sententia ad superiorem principalem distinctionem plenè resolvunt ex text. *in dict. l. Statatius Florus*, §. *Cornelio felici*, *ff. de jur Fisci, leg. filius familias* 114. §. *Divi*, *de legat.*1. & aliis (ex quibus tamen, si verum fateamur, non tam benè, & expressè, quàm ex prædictis rationibus probatur) Paul. Castr. Alciat. & Ruin. *in d.* §. *Divi*, Roman. *in l. si constante*, §. *ult. ff. solut. matrimon.* & idem Alciat. hanc sententiam communem esse dicit *in cons.*781. *n.*1. Oldrad. *cons.*17. Scot. *respons.*1. *num.*49. *lib.*4. Alba *cons.*1. *num.*13. *cum sequentib.* Spino *in specul. testament. tit. de substit. fideicommissaria, vers. Quibus*, & contraria sententia, maximè in bonis majoratus, displicet Mier. sibi contrario, 4. *p. q.*9. *n.*117. 121

Digitized by Google

*num.*117. & nostram etiam sequitur Fussar. *dict. qu.*529. *num.*7. ubi juxta eam refert praxim in dominio Veneto, & indistinctè, nulla facta differentia inter expressam, vel tacitam prohibitionem alienationis: Sed in majoratibus, in quibus, ut in plurimum expresè bona alienari, prohibentur, hanc confiscationem fructuum, & commoditatum expresè admittunt Valenz. *conf.*56. *nu.*13. Dom. Salgad. *dict. cap.*15. *num.*41. & dictam opinionem tenet Gom. *in l.*40. *Taur. num.*91. ubi latè disputat, & pluribus fundamentis adductis, pro ea resolvit, & in versic. *Confirmatur, in med.* id solum limitat stante prohibitione specifica in casu delicti, & tunc etiam privatione majoratus adjecta, ut notavit quoque Peregrin. *dict. tit.*1. *numer.*103. *&* 104. de qua tamen praxi proximè dicam.

122 Vnum tamen est, supra dictam opinionem intelligi debere, stante solum alienationis prohibitione generaliter expressa: secus si specificè id exprimatur, illa, videlicet, in fundationibus majoratuum adjecta, qua cautè institutores præveniunt, & cavent, quod si possessor crimen confiscatione dignum commiserit, maximè ex tribus, quæ in Regiis facultatibus excludi solent, veluti læsæ Majestatis divinæ, aut humanæ, hæresis, aut sodomiæ: statim, postquam committere, tentaverit, hora præambula delicti, majoratus in sequentem successorem transeat, quo casu fructus, & majoratus commoditates, nec momento quidem temporis ad Fiscum spectare poterunt, sed ad sequentem successorem statim pertinebunt, in quo omnes Doctores Regnicolæ, & exteri etiam in fideicommissis perpetuis loquentes conveniunt, D. Molin. *lib.*1. *de primog. cap.*12. *n.* 56. *& lib.*4. *dict. cap.*11. *num.*16. ubi cum aliis, Addent. Anton. Gomez *in l.*40. *Tauri, dict. num.*91. *versic. Confirmatur, in med.* optimè contra Fiscum decisum referens Peregrin. *d. tit.*1. *num.*103. *&* 104. & ne in claris Authores referendo immoremur, & maximè ab aliis jam adductos, vide infinitos relatos per Pat. Sanch. *in summ. lib.*2. *cap.* 18. *nu.* 24. *cum seqq.* & Fussat. *dict. quæst.*529. *num.*4. & alii sunt plures noviter congesti, à Carval. de legitim. *dict.* 2. *par. à numer.* 403. & per Marin. *lib.*2. *resol. dict. cap.* 18. *numer.* 4.

123 Quod tamen intellige, si ut dixi, majoratu privetur, & in alium transferatur, secus si eo penes possessorem delictum patrantem remanente, fructus, & commoditates in Fiscum transire, durante vita possessoris institutor vetaverit; quia nihilominus in Fiscum transire debent; cum majoratus institutor efficere nequeat, ne propria, & bona libera, ut sunt fructus majoratus in Fiscum transeant, ut ex aliis rationibus eleganter notat D. Molin. *cap. ult. à numer.*13. & faciunt superius dicta *in num.*106.

124 Sed redeundo ad dictum secundum requisitum, scilicet, *tempus*, quod in executione in fructibus rerum majoratus, vel similium inalienabilium inspiciendum diximus: ultimò pro ejus plena cognitione notandum est, quod licèt in executione in fructibus majoratus, seu fideicommissi sine dubio procedat, ut quoties fieri debeat, ultra vitam possessoris, pro cujus debito, seu delicto fit, non extendatur; *ut supr.* diximus *à numer.*109. 125 † & cum hac limitatione loquuntur Dom. Molin. D. Salgad. & DD. omnes proximè relati, in executione tamen, vel confiscatione fructuum feudi, aut emphyteusis magna est dubitatio, quia in eis multoties etiam ultra vitam possessoris executionem, consignationem, aut confiscationem nonnumqum extendi posse, asserunt Doctores.

126 Pro cujus rei clariori resolutione, in executione, & similibus obligationibus dicendum est, plures, magnæque authoritatis Doctores indistinctè tenere, istam executionem in fructibus, feudi, aut emphyteusis ultra vitam possessoris debitoris extendi, non posse, sive ratione contractus, aut delicti fiat, ut *ex leg. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de jur. Fisc. l. ex facto, §. Ex facto, ff. ad Trebell.* docent Afflictis *in cap.*1. *in fin. princ. nu.*12. *de alien. feud. & in cap.*1. *§. Quid ergo, num.*4. *de investit. de re alien. fact.* ubi, & Alvarot. *num.*2. Laudens. *num.*2. Præposit. *nu.*2. *vers. Et quia*, idem Alvarot. *in cap. Imperialem, in princ. nu.*16. *de prohibit. feud. alien. per Federic.* & ibid. Ravenas *in fin. princip.* Paris. de Puteo *de reintegrat. feud. cap.*259. *num.*4. & indistinctè in 127 feudo, & emphyteusi, cum pluribus Tiraqu. *de retract. lign. §.*7. *n.*47. Corbul. *de jur. emphyt. de privat. ob alien. irrequisit. domin. fact. limit.* 19. & cum aliis D. Solorz. *de jur. Indiar. tom.*2. *lib.*2. *c.*14. *nu.*41.

128 Quibus tamen non obstantibus, verius distinguendum existimo inter emphyteusim, aut feudum ex pacto, & providentia, vel hæreditarium; si enim ex pacto, & providentia sit, supra dictam opinionem procedere, verissimum est, ut non ultra vitam possessoris executio in eorum fructibus extendatur; quia tunc, cum feudi, aut emphyteusis successio præcisè spectet ad consanguineos, quibus investitura defertur, & providetur, quin in eorum præjudicium ultimus possessor aliquid facere possit, latè D. Covarr. *lib.*2. *variar. c.*18. *n.*2. ubi plures cumulat Faria, & cum aliis antiquioribus in emphyteusi, & feudo Alvar. Valasc. *de jure emphyteut. quæst.*49. *num.*4. *vers. Sed quantum*, qui refutat Alex. & alios contrarium sentientes, sequitur Ioan. Garz. *de nobilitat. glos.*6. *n.* 38. *vers. Sexto, quia in feudis.*

129 Meritò etiam possessoris contractus, alienatio, seu executio in istius feudi, aut emphyteusis fructibus pro ipsius possessoris debitis, ultra ejus vitam extendi nequit, ut in majoratibus diximus, 130 † quibus feuda ex pacto, & providentia æquiparantur, secus si hæreditaria sint, ut benè Dom. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.* 7. *num.* 3. & ex eo Capyc. Latro *consil.*100. *num.* 67. *&* 98. quia sicuti in majoratibus non jure hæreditario, sed potius jure sanguinis succeditur, Dom. Molin. *lib.*1. *cap.* 8. *ex num.*3. Capyc. *ubi proximè*, ita in feudis ex pacto, & providentia jure sanguinis successio defertur, Dom. Molin. *dict. cap.* 8. *ex numer.*5. Iulius Clar. *lib.* 4. *sententiar. quæst.* 9. *versic. Quandoque vera*, Marin. Frec. *de subfeud. lib.*3. *in differentiis, inter feuda ex pacto, & hæreditar. different.* 3. Latr. *consultat.*23. *nu.*28. *&* 55. *cum seqq.*

131 Ideò statim post mortem possessoris, qui fructus feudi, aut emphyteusis ex pacto, & providentia alienavit, vel ob cujus debita executio in eis fuit facta, tale feudum, aut emphyteusis in sequentem successorem cum omnibus suis fructibus, & emolumentis transfertur, quæ ipsi ex propria persona non ex persona ultimi possessoris debentur: ita ad rem, ultra proximè relatos sic intelligendos, plenè tractant Isern. *in comm. ad const. Neapol. rubr.* 97. *de pœn. contum. in civilibus, cap. si quis post litem*, & ibidem Afflictis *num.* 10. *vers. Aut quærimus de fructibus expectantibus*, Camerar. *in cap. Imperialem, pag.*135. *vers. Primo casu quando*, & cum aliis pluribus Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.*2. *lib.*2. *c.*27. *à n.*21.

132 Quo etiam consequenter casu, cum videlicet, quis in fructibus feudi propria authoritate succedit, non tenetur ad onera, vel debita ultimi possessoris, nec ex fructibus deduci poterunt, nec ad id ultimus possessor successorem gravare potuit; quia ut diximus in feudo ex pacto, & providentia jure sanguinis, & sic ex propria persona non jure hæreditario succeditur, plenè Rovit. *in pragm.*4. *de feud. n.*46. *usque ad fin.* Capyc. Latr. *d. consf.*10. *n.*51. & optimè *consult.*23. *ex n.*31. *&* 55.

133 Nec pignorationes, obligationes, aliæve alienationes absque consensu agnatorum per antecessorem factæ successori, quoad fructus præjudicabunt, etiamsi cum Regio assensu fuerint factæ, ut resolvunt Isern. *in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alien. per Federic.* Harthaman. Pistorius plenè articulum disputans *qu.*15. *à n.*29. *usque ad* 69. & latissimè Ioan. Koppen. *decis. German. q.*39. *tot.* & aliis congestis, Latro *d. consult.*23. *à nu.*55. *&* 61. 134 † nisi occasione feudi sint contractæ, juxta doctrinam D.Mo-

Digitized by Google

D. Molin. de primog. lib. 1. cap. 10. & alios referens docet Larr. num. 66. ubi sup.

135 Si verò emphyteusis, aut feudum hæreditarium sit, cum in eo non jure sanguinis, sed jure hæreditario succedatur, & non alius ad ejus successionem admitti debeat, nisi qui ultimi possessoris hæres sit, Marin. Frecia, Capyc. Marant. Rosenth. & communiter feudistæ proximè referendi.

136 Rectè alienatio, hypotheca, vel alia obligatio in fructibus feudi, vel emphyteusis, & pro eis in ipsis fructibus executio contra ultimum possessorem pro ejus debitis facta, etiam in vita successoris, quousque tales obligationes extinguantur substineri debet, quia talis successor, ut hæres ultimi possessoris, ejus contractibus stare tenetur, ac pro ejus debitis conveniri potest: & istam opinionem, ac distinctionem communiter sequuntur Bart. in l. si finita, §. Si de vectigalibus, num. 5. ff. de damn. infecto, Castrens. ibidem, num. 6. Roman. num. 17. Alexand. & Imola num. 12. Curt. de feud. par. 4. quæst. 6. numer. 95. Isern. in dict. cap. fin. si quis post litem, ubi Afflictis num. 9. & decis. 26. ad fin. & in decis. 240. num. 10. Camerar. in dict. cap. Imperialem, pag. 139. versic. Contraria verò parti. Paris. de Puteo de reintegrat. feud. cap. 157. num. 4. Balzaran. in dict. cap. 1. §. Quid ergo, in princ. num. 22. Capyc. in investit. feudor. C. feudor. alienationes, column. penult. limit. 29. & C. feudorum executiones in princip. & column. 2. §. Ex causa judicati, & col. 6. §. Successor vassalli, Ruin. cons. 176. num. 12. & 13. lib. 1. Rubeus cons. 164. num. 10. vers. Aut quærimus, de fructibus, Marin. Frec. de subfeud. lib. 2. de author. & potestat. in author. 1. à numer. 15. optimè Marant. in praxi, part. 6. tit. circa exeution. sentent. numer. 50. qui in quadam decisione Neapolitana ita resolutum refert, Rosent. de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 16. litt. F. & V. optimè Menoch. de arbitr. Centur. 6. casu 560. à n. 12. ubi præcipuè in emphyteusi, Corbulus de jur. emphyt. cap. 14. de privation. ob alienat. limitat. 19. nu. 2. & 6. benè Brit. de locat. in cap. potuit, §. 3. à num. 18. Miet. de Majorat. 3. part. quæst. 9. num. 121. Ioan. Petr. de fideicommiss. quæst. 9. num. 469. fol. 162. Gam. decis. 5. Noguer. alleg. 37. nu. 39. & cum aliis pluribus in feudi, & emphyteusis fructibus eamdem distinctionem approbat Dom. Salgad. sic intelligend. in Labyr. 3. par. cap. 13. à num. 33. & 41. & magis expressè, ac melius, cap. 3. à num. 33. & 39. ubi supra dictam conclusionem, nimirum, quod executio in fructibus feudi, aut emphyteusis duret tantum pro vita possessoris debitoris, procedere solum ait in feudo, seu emphyteusi paterna, aut ex pacto, & providentia: secus si hæreditaria sit, ex quo in emphyteusi, aut feudo ex pacto, & providentia non ultimo possessori, sed primo institutori succeditur, ut in majoratibus: contra si hæreditarium sit, quia tunc ex institutione, & sic, ut hæres ultimi possessoris, quis succedit, idem Dom. Salgad. in Labyr. 3. p. d. c. 15. à n. 33. & 41.

137 In confiscatione autem feudi, aut emphyteusis, quod similiter, juxta præfatam distinctionem inter feudum, aut emphyteusim hæreditariam, vel ex pacto, & providentia, in primo casu ad hæredes confiscatio extendatur: secus in secundo, satis ex superioribus rationibus probata manet hæc resolutio, & magis specialiter notant Bart. in l. 3. ff. de interdict. & relegat. multique relati, & sequuti per Dom. Molin. de primogen. lib. 4. c. 11. n. 28. & n. 33. & 34. & à n. 35.

138 Ex quibus ita plenè ac magis principaliter resolutis ex superiori inter res principales, & earum fructus differentia ad ipsarum, vel fructuum feudalium, maximè, alienationes, cessiones, & confiscationes; ao quando, & per quod tempus fieri debeaot? Ex eadem quoque inter res, & earum fructus differentia, nonnulla, & quidem notabilia ad praxim inferenda veniunt.

139 Primò infertur, quod licèt primogenituræ, aut majoratus jus cedi non possit, nisi immediato sequenti successori, ut plures congereutes, & latè de hac cessione tractantes notant Miet. de Majorat. 3. part. quæstion. 18. Paz. de Tenut. tom. 2. cap. 41. Giurb. de feud. §. 1. gloss. 12. & §. 2. glos. 12. à n. 78. & 81. & in Constit. Messan. cap. 10. gloss. 9. num. 28. Paul. Gallerat. de renunt. Centur. 1. renunt. 32. Noguer. allegat. 31. num. 65. Dom. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 6. num. 81. & cap. 14. à nu. 47. Merlin. Centur. 2. controv. 57. Dom. Larrea dec.
55. num. 24. † Pro vita tamen possessoris cedentis, quo- 140
ad fructus, & commoditates rectè cuilibet ceditur, seu aliter alienatur, optimè Flores Diaz in decis. 92. Gama n. 2. Castill. lib. 3. cap. 12. num. 109. Carleval. tit. 3. disputat. 20. num. 8. Carvall. de una, & alter. 4. p. 2. ex nu. 326. D. Solorzano tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 16. & plenius cap. 14. ex num. 32. ad 41. D. Olea de ceff. jur. tit. 3. quæstion. 3. num. 10. & 11. De quibus etiam fructibus ex hac majoratus cessione, aut renunciatione ac imputatione in legitimam facienda, vel non, si per patrem in unum ex filiis fiat, plenè dicam infr. cap. sequent. ex num.

Secundò ex eadem inter rem principalem, & ejus fru- 141
ctus differentia, infertur, quod, & si alimentorum jus cedi, non possit, quia personæ coheret, Farinac. decis. 113. tom. 2. Pat. Molfes. ad consuet. Neapolit. p. 5. tit. de aliment. q. 10. Paol. Galerat. de renuntiat. lib. 1. c. 4. num. 123. Carval. de legitim. p. 3. ex n. 149. D. Olea tit. 3. quæst. 8. num. 29.

Et similiter, nec super eis transigi, nisi causa cognita, 142
& authore Prætore ex l. cum hi, §. Causa, ff. de transact. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 56. Castill. eod. tract. cap. fin. tot. Capyc. Latro decis. 19. num. 7. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 24. ex num. 8. & aliis congestis, Dom. Salgad. in Labyrint. credit. 1. part. cap. 26. num. 16. Dom. Olea dict. quæst. 8. num. 29. Valeron. de transact. tit. 3. qu.
3. ex num. 1. † Tamen alimentorum commoditatem 143
vendi posse ad ipsorum alimentorum differentiam, dummodo, authore Prætore, & cum causa fiat, tenet Lara in l. si quis à liberis, in §. Parens, ff. de liber. agnosc. num.
73. † Sed in hoc certè nulla est differentia, quia causa, 144
& Iudice interveniente, benè ipsa alimenta alienari posse, resolvunt præcitati DD. deficientibus autem his requisitis, nulla differentia inter alimentorum jus, & commoditatem constitui, poterit, quia similiter ex ista, ac ex illa alienatione alimentarius mendicare, cogetur, quæ est causa, ne de facili alimenta alienari possint, juxta DD. relatos: nisi adhuc hanc differentiam substituere, velis inter alimentorum jus, sive ipsa futura alimenta, & inter præterita, quæ propriè non alimenta, sed commoditates tantùm sunt reputanda.

Tertiò infertur ex præfata inter fructus, & rem prin- 145
cipalem differentia, quod quamvis hæreditates, legata, donationes, aliave quælibet bona uni ex conjugibus delata alteri nó communicentur, communicantur tamen inter eos istorum bonorum, & similium rerum communicabilium fructus de jure nostro Regio in l. fin. tit. 3. lib. 3. Fori, quæ est l. 4. tit. 9. lib. 5. recop. Montal. in dict. l. fin. gloss. 1. Anton. Gom. in l. 52. Taur. n. 11. & 33. Matienz. in l. 5. glos. 1. tit. 9. lib. 5. recop. Morquech. de divis. bonorum, lib. 2. c. 11. nu. 17.

Quartò infertur, quod si Castri, aut Villæ, alteriusf- 146
ve rei, cui feudum, emphyteusis, aut census cohæret, ususfructus, vel fructus alicui debeatur, ut possessori majoratus, vel marito, si Villa, aut Castri majoratus, vel dotale sit, in hoc casu si feudum, emphyteusim, aut censum in commissum cadere, contigerit, ob canonem non solutum, Feloniam, vel ex aliis causis, aut si concessio temporalis fuerit finita, hoc uxoris, ipsiusve majoratus, aut alterius proprietarii lucro cedit, non fructuarii, Ioan. Andr. ad speculat. tit. de locat. §. Nunc aliqua, vers. 45. Paul. de Castr. in l. 2. C. de usufruct. Oldrad. cons. 239. aliàs 240. Guillielm. Benedict. in cap. Raynut. de testam. verbo Cætera bona, num. 33. in fin. Guid. Pap. decis. 4—. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. num. 109. cum seqq. Sesse decis. 63. ex num. 16. ex quo, juxta hos DD. hujusmodi

feu-

feudum, aut emphyteusis, quæ in commissum cecidit, in fructu non habetur; quia est potius pars principalis feudi dominantis, sive directi dominii, à quo per concessionem in feudum, vel emphyteusim fuit segregatum; quapropter eveniente casu commissi cum eo consolidatur, & ad suam antiquam naturam revertitur, §. *fin. instit. de usufr.* fitque una directi, & utilis dominii substantia; ideo in fructu tale commissum esse, non potest, quia fructus tantùm dicitur commodum distinctè à re productum, *l. usufructu legato, ff. de usufruct.* ipsius rei substantia salva, §. 1. *instit. eod. l. 1. ff. eod.* unde, si commissum in fructu esset, perimeretur certè substantia rei, ipsiusque partem principalem fructuarius haberet, ita eleganter in terminis Paul. de Castr. *in d. l. 2. C. de usufruct. n. 5.* & alii ex relatis.

147 Sed, quidquid hoc sit in re principali, quæ in commissum incidit, contrarium tamen ex præfata differentia servandum est in ipsarum principalium rerum fructibus, tamquam quid à re diversum; qui fructus usufructuario, durante usufructu, potius quàm proprietario debentur: & ad hunc effectum tradendæ etiam fructuario res feudi, aut emphyteusis; ut pro tempore ususfructus eis utatur, & fruatur: notant optimè hanc differentiam inter res principales, & ipsarum fructus constituentes ex singulari doctrina in specie Paul. de Castr. *in dict. leg. 2. num. 5. & ex cons.* Oldrad. 239. *sive* 240. Guilhelm. Benedict. *in dict. cap. Raynutius*, verbo *Cætera bona, nu. 33. in fin.* Tiraquel. *de retract. lignag. ad fin. num.* 115. Sesse *decis. 63. ex n. 16. & 26.*

148 Quintò eadem constituenda est differentia inter incrementum alluvionis fundi, cujus ususfructus, uni; alii proprietas competit; nam similiter, ex eisdem rationibus; augmentum hoc quoad proprietatem proprietario, quoad usumfructum verò fructuario debetur, juxta text. expressum *in l. item si fundi* 10. §. *Huic* 4. *ff. de usu-*
149 *fruct.* ubi Iason. *num.* 28. † nec obstat, §. *Sed si insula*, *ejusdem legis*, ubi contrarium in insula deciditur, quia hoc procedit, ex quo insula est augmentum separatum ab ipso fundo, nec ejus pars judicatur, & ut in re diversa fructuarii jus se extendi nequit, ut in ipso §. pro ratione exprimitur, & ex theoricis notat Arias Mesa *var. res. lib. 3. c. 12. num. 9.*

150 Sextò infertur, quod licèt emptor rei, vel alius singularis successor teneatur stare locationi per prædecessorem factæ, juxta text. vulgarem *l. emptorem, Cod. locat. l. qui fundum, C. eodem*, ad differentiam successoris universalis, qui eam impugnare nequit, *l. viam veritatis*,
151 *C. locat.* & passim DD. † & similiter, quamvis ille, cui ususfructus venditus, donatus, vel aliter titulo particulari alienatus est, locationi præcedenti stare non adstringatur, *leg. arbores*, §. 1. *de usufruct.* quia jus reale privativum habet, præferendusque ideo conductori perso-
152 nale tantum jus habenti: † secus dicendum est in emptore fructuum; quia dumtaxat jus personale, sive obligationem habet, eique præfertur antiquior conductor similem obligationem, sed antiquiorem habens, ex vulgari regula *qui potior, &c.* inter æqualia jura habentes procedens; optimè ad hanc differentiam Bart. *in l. Codicillis* 91. §. *Instituto, nu. 4. ff. de legat. 2.* Mantic. *de tacit. convene. tom. 1. lib. 5. tit. 10. n. 33.* Cancer. *tom. 1. var. cap. 14. ex num. 41. & 32.* idem Bart. *in l. fundi Trebatiani*, *ff. de usufruct. legat.* Staib. *de interesse, lib. 2. tit. 10. quæst. unica, ex num.* 38. & 91. apud quos hæc differentia traditur inter singularem successorem rei, aut ususfructus, & inter fructuum emptorem, ex ea, videlicet, magis
153 explicita ratione, † quia ususfructus est jus reale, vicem dominii obtinet, *l. 4. ff. de usufruct.* sive est jus reale dominium tangens: fructuum verò emptor, vel conductor obligationem tantum personalem habent; ad alias limitationes latè Straban. *supr.*

154 Septimò infertur, quod licèt divisio bonorum inter aliquos præcepto testatoris prohibita, puta inter filios minores, ad certum tempus sustineatur, de qua, & ad alia plura latè egerunt, post Gloss. & DD. *in l. fin. Cod. commun. divid.* Bart. communiter sequutus *in l. si convenerie, ff. pro soc.* Ajora *de partit. p. 1. c. 5. num. 14.* qui tamen limitat, & declarat *num. seq.* Cyriac. *tom. 1. controv. 147. ex numer. 1.* Valasc. *de partit. cap. 38. num. 5.* Morquech. *de divis. bonor. lib. 1. cap. 12. ex numer. 19.* Tusch. *conclus. 535. num. 10. & concl. 539. n. 4. litt. P.* Vela *differt. forens. tom. 2. differt. 48. ex num. 36.* † fructus tamen, & 155
prædiorum redditus, & cultura benè inter eos curatorum authoritate dividi possint, Socin. Iun. *cons. 69. num. 6. vol. 1.* Roland. à Val. *cons. 80. nu. 83. vol. 1.* ita colligunt DD. *ex l. Lucius 39. ff. famil. ercis cund.* junct. ibi Glos. in verbo *Patrimonium*, quam ibidem sequuntur Bald. & Paul. de Castr. *in l. jubemus, num. 4. C. de Sacrosanct. Ecclesi.* Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus limitat. 11. ad leg. Regn. in 2. dub. princ. nu. 9.* Gutierr. *de jurament. 1. p. cap. 58. num. 12.* Morquech. *de divis. bon. lib. 1. cap. 3. nu. 39. & 40.*

Item ex hac inter fructus, & res principales differentia 156
octavò infertur, quod quamvis maritus res dotales alienare, non possit per jura vulgaria *in princip. instit. quib. alienar. licet, vel non l. 2. & tot. tit. ff. de fund. dotal. leg. unic. §. penult. C. de rei uxor. action.* quibus consonant. *l. 7. l. 29. tit. 11. part. 4.* † quia nec earum pleno, & perpe- 157
tuo jure dominus est, *l. in rebus 30. vers. Volumus, C. de jur. dot.* & ex frequenter notatis per Institutarios *in dict. princ. Instit. quibus alien. lic. vel non*, † diversum tamen 158
est in dotalium rerum fructibus, quos omnes de jure communi rectè maritus alienat, & lucratur pro sustinendis oneribus matrimonii, *l. pro oneribus, Cod. de jure dot. l. dotis fructus, ff. eod.* cum aliis vulgatis juribus, † & de jure noviori nostro Regio *in l. 2. tit. 9. lib. 5. or-* 159
dinam. & in l. 1. cum seqq. tit. 9. lib. 5. Recopil. saltim, quo ad medietatem dominus efficitur; indistinctè verò omni jure quoad omnia lucra, constante matrimonio, quæsita plenissimam administrationem habet, liberamque facultatem de eis ad libitum disponendi, donandi, seu aliter alienandi, ut exprimitur *in l. fin. tit. 4. lib. 5. ordinam.* dummodo fraudandi uxorem animus absit, ut latè tractant plura de materia hujusmodi lucrorum congerentes Roderic. Suarez *in l. fori tit. De las ganancias, 8. limit. vers. Quæro ulterius, de quotidiana quæstione*, Gregor. *in l. 13. verb. Ganancias, tit. 7. p. 5.* Ioann. Gutier. *lib. 2. practic. quæst. q. 118. num. 13. & 14. & quæst. 121. & 116. cum seqq.* Matienz. *in l. 5. tit. 9. lib. 5. recop. glos. 6. numer. 7. & gloss. 1. cum seqq.* & ibidem Azeved. *num. 19.* Anton. Gomez *in l. 50. Taur. num. 73.* Burg. de Paz. Iunior. *in suis quæst. quæst. 8. n. 13. & 19.* Ajor. *de partit. 2. p. quæst. 41. num. 44. cum duobus seqq.* Dom. Covarruv. *lib. 3. variar. resolut. cap. 19. numer. 2.* Segur. *in tract. de bon. constant. matrim. acquisit. col. 21.* Garzia *de conjug. acquæst. ex numer. 66. cum antecedent.* Morquech. *de divis. bonor. lib. 1. cap. 13. & 14.* Dom. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 10. ex nu. 65.* Dom. Larrea *allegat. 19. ex numer. 14.* Giurb. *ad Constitut. Messanens. cap. 1. gloss. 10. ex num. 3. & cap. 9. gloss. 2. ex num. 22.* † Poteritque ideo maritus, in fructibus dotis con- 160
ditionem deteriorem facere, licèt contrarium sit in ipsa dote, juxta text. *in l. Atillicinius 17. ff. de pact. dotalib.* docet in singulari casu Anton. Faber *in C. lib. 5. tit. 9. de pact. Convent. defin. 2.* † ubi in moratoria debitor. dotalib. 161
præstita, ex quo hoc ad redditus dotales tantum specter, Ioseph. Ludov. *decis. Lucens. 22. num. 13. 14. & 59.* Fontanell. *de pact. dotalib. claus. 6. gloss. 2. par. 2. nu. 5.* † Quod 162
tamen intellige, attento jure Regio, dummodo hæc ex justa causa maritus, ut bonus administrator faciat, alias quippè quidquam ex fructibus malè alienare, seu dissipare, non poterit, quia non ipsi solum, sed uxori quoque, ut diximus, fructus dotales, & cætera lucra, constante matrimonio quæsita quoad medietatem pro indiviso acquiruntur, quapropter in præjudicium uxoris esset quælibet minus justa alienatio, seu dissipatio, ut plenissimè notant Suarez, Gutierrez, D. Covar. Gomez, D. Molin. Garzia, & alii proximè relati.

Nonò

163 Nonò infertur ex eadem inter fructus, & res principales differentia, Clericum, vel Monachum, seu Monasterium, & si in communi capax bonorum sit, in feudis non succedere ob incapacitatem serviendi in bello, exhibendique alia feudalia servitia Domino; milites namque Dei sunt hujusmodi personæ Ecclesiasticæ, Deoque tantum, non aliis Dominis temporalibus militare debent, ut communiter resolvunt Feudistæ ad plures declarationes, & limitationes ex *cap. 1. de Benefic. fœm. cap. 1. de vassall. milit. qui a arm. belli depos. cap. 1. §. Quia Clericus, si de feud. defunct.* & alia jura quæ frequenter cumulant hanc materiam tractantes Isernia *in cap. 1. circa fin. de Cleric. qui investit. fec.* Matth. de Afflict. *decis.* 320. Capyc. *decis.* 10. 13. *&* 32. Franch. *decis.* 20. ubi alios Addent. Menoch. *de arbitrar. cent. 3. cas.* 23. plenè alios congerens Camill. de Curt. *in resolut. feudal. cap. 1. numer.* 60.
164 *cum seqq.* Giurb. *de feud. §. 1. gloss. 7. ex numer.* 23. † ubi declarat, & distinguit videndus, & tamen personas istas in feudi commoditatibus sive fructibus succedere posse, tenuerunt. Afflict. *decis.* 320. Minadous plenè articulum disputans, *in constit. in aliquibus tertio notabili,*
165 sed re melius inspecta, pace horum Doctorum, ne huic sententiæ, & differentiæ assentiamur, ratio nos cogit, si enim Clerici, vel Monachi à feudali successiune repelluntur, quia Domino in bello servite, aliaque servitia feudalia exhibere non possunt, illorum certè exclusio necessario fit, ut aliis immediatè successoribus inclusio pateat, per quos hujusmodi servitia expediantur; quomodo ergo ea præstare poterunt, sublata eis feudi commoditate, & fructu; quapropter resolvendum videtur in pleno jure, & feudi fructibus sequentes succedere, debere in casibus, quibus Clerici, vel Monachi excludun-
166 tur. † Apud nos in nostris majoratibus, nullum circa hoc dubium, quia quotiescumque Clerici, vel Monachi ab eorum successione dispositione hominis, seu in Regiis vocationibus excluduntur, penitus etiam ab omni commoditate, & fructu exclusi intelliguntur; nam de his majoratus fructibus fundatores eos excludentes principaliter cogitasse, manifestè constat.

167 Quibus etiam adde, quod licèt in nostris majoratibus regulariter Monachi Religionis capacis in communi succedant, ad differentiam Religionis incapacis, nisi specialiter excludantur, Dom. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 13. ex num.* 60. hoc intelligi, & procedere debet in majoratibus, quibus nulla jurisdictio, aut dignitas Ducatus, Marchionatus, seu Comitatus est annexa, aut si de conservanda agnatione non fuit actum, secus in majoratibus, in quibus Ducatus, vel similis titulus, aut jurisdictio adsit, vel ubi fuit contemplata agnatio, quibus in casibus, nec durante vita Monachi majoratus fructus, seu commoditas Monasterio debentur, nec magis in id transeunt, si majoratus possessor Religionem ingressus fuerit, ut magistraliter resolvit Dom. Molin. *dict. cap. 13. ex nu.* 81. ubi cum aliis Addent. plenè Castill. *tom. 3. controvers. cap. 12. n.* 105.

168 Item ex prædictis Decimò infertur, dotales fructus ex causa necessaria debiti à marito contracti multò magis (ad principalium rerum dotalium differentiam) alienari posse, & in causam executionis capi, quia non dotales, sed mariti dicuntur, ut plenè resolvit ad plura Petr. Barbos. *in l. si constante, num.* 48. *&* 49. *ff. solut. matrim.* Bart. *ibidem num.* 104. plenè disputans Franch. *decis.* 717. ubi Addent. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 36. nu.* 47. Pat. Molfes. *cons.* 11. *nu.* 42. quod extat *post commentaria ad constit. Neapol. & in eisdem constitut. par. 6. de jur. dot. qu. 5. num.*
169 31. Fontanel. *supr. ex nu.* 20. † qui omnes hoc limitant, & intelligunt, nisi ita executio dotales fructus consumpserit, ut marito non remaneat, unde matrimonii onera sustentare possit; quia in hoc casu cessabit executio, ita ultra relatos, Alexand. *in l. à Divo Pio, §. In venditione, num. 27. de re judic.* & ibidem Iason. *numer.* 20. Anton. Faber *in Cod. lib. 5. tit. 7. definit.* 38. *&* 39. Petr. Barbos. *ubi proximè, num. 49. cum seqq.* Gamm. *in decis.* 100. & ibidem Flores de Mena, Fontanel. *de pact. nuptialib. d. part. 2. num. 6. & ex numer.* 20. Quæ tamen inter alias declarationes, de quibus plenè doctissimus Petr. Barbos. *ubi proximè*, singulariter in frequenti ad praxim casu limita, si debita pro alenda uxore, filiis, & familia per maritum sint contracta; nam tunc in subsidium aliorum bonorum mariti justè in dotis fructibus, & in ipsa dote executio fiet, ita notabiliter ex Baldo *in l. his solis, de condict. indebiti*, Ioann. Platea *in l. uxorem in fin. Cod. de Decurion. lib.* 10. Roman. *singular.* 212. Cæpol. *de cautel.* 252. benè D. Palac. Rubios *in repetit. rubr. de donat. inter §. 66. num.* 6. Gamma *decis. 366. nu.* 7. Matienz. *in l. 3. tit. 9. glos. 7. num. 5. lib. 5. recop.* Petr. Barbos. *in loc. cit. num.* 52. plenè de materia quando pro communi debito uxor teneatur, Carlev. *de judic. tom. 2. disput. 19. nu. 19. &*
tot. Cevall. *qu. 727. ex nu.* 41. † ubi in mercede domus à 170
marito conductæ, Carroc. *de locat. par. 2. grad. 5. quæst. 3. de matre*, ad omne Horat. Barbar. *de divis. fruct. part. 2. cap. 3. ex n.* 61.

An autem ob delictum mariti, licèt non ipsa dos, ejus 171
tamen fructus, ut quid diversum, & ad maritum pertinentes, durante ejus vita, confiscari valeant? dubitant frequenter DD.

In quo articulo negativè resolvendum est, ob jura ex- 172
pressa *in l. si quis post hanc, C. de bon. damnat. l. si marito, ff. soluto matrim. l. quisquis, §. Uxores sane, Cod. ad leg. Iuliam Majestat.* quibus cavetur, condemnato marito, ipsique bonorum confiscatione pœna inflicta, in ea uxoris dotem non comprehendi, sed statim eam repetendam, ex quibus juribus id ipsum resolvunt Iul. Clar. *in prax. crimin. §. fin. qu. 78. num.* 15. & ibidem Bajard. *nu. 75. cum seqq.* Peregrin. *de jur. Fisc. lib. 5. cap. 1. num.* 82. & multis congestis, Farinac. *in praxi crimin. de delict. & pœn. qu. 25. num.* 11. & magis specialiter loquendo in dotis fructibus ad limitationem, *l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, de jur. Fisc.* Bald. Novell. *in tract. de dot. p. 7. privileg. 17. vers. Nec poterit*, Anton. Gomez *in l. 78. Taur. nu.* 4. Fontanel. *supr. num.* 8.

Imò ita ab omni præjudicio indemnem uxorem serva- 173
re aliqui volunt, ut nec mariti domus ob crimen læsæ Majestatis demolitionem permittant, si fortè dotis restitutioni hypothecata sit, nec alia bona pro exsolvenda dote sufficiant, ut de jure resolvunt Alberic. de Rosat. *in 3. par. statu. quæst.* 7. in tract. DD. *tom. 2. pag. 66. colum.* 4. Aretin. *in addit. ad Angel. de malefic. in versic. & cum bona publicamus, num.* 18. Capyc. *decis. 130. num. 73. in fin.* Tiber. Decian. *in tractat. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 40. num. 36. versic. Uxor tamen*, etsi contrarium consuetudine servari dicant; sed quod omninò uxor sit præferenda, necnon & alii creditores, quibus semper fiscus, in dicta confiscationis pœna, satisfacere debet, resolvit optimè Farinac. *de crimen læsæ Majestat. quæst. 116. §. 1. num. 35. cum seqq.*

An verò, si confiscationem super fructibus majoratus 174
conjugis delinquentis fieri, contingerit, hæc confiscatio procedat in præjudicium alterius conjugis, qui non deliquerit, ut lucrorum medietatem ei debitam amittat, stante lege municipali, aut consuetudine, qua utriusque conjugis rerum fructus inter eos communicentur, ut apud nos ex *leg. 2. tit. 9. lib. 5. ordinament.* magis dubitari poterat? In quo dubio negativè resolvendum videbatur, ex quo ob alterius delictum pœnam quis non meretur, juxta vulgaria jura *in tit. Cod. ne uxor pro marit. & tit. ne filius pro patr.* & alia jura: facitque etiam quandam in hoc casu inter conjuges generalem societatem quoad lu-
cra initam censeri, ut Regnicolæ nostri fatentur; † un- 175
de subintrare regulam videri text. *in l. sancimus, Cod. de pœn. l. si fratre, ff. pro soc. l. 1. §. Adeo, ff. eod. & l. res uxor. Cod. de donat. inter, l. si quis post hac, Cod. de bon. proscriptor. l. 2. C. ne uxor pro marit. l. si merces, §. Culpæ, ubi Bart. ff. locati*, tradunt Anton. Gom. *in l. 77. Tauri, n. 1. vers. Item etiam confirmatur*, Ricc. *par. 7. collect.* 3067.

cum

Digitized by Google

cum aliis vulgaris juribus, quibus communiter tenent DD. socio invito per socium, delinquendo, seu alienando, nullum præjudicium, aut iniquam conditionem inferri posse; ideò nec per conjugem delinquentem alteri lucrorum medietas auferenda videtur, & in specie tenet, licèt non ita fundet, Carval. *dict. p. 2. num. 401.* Gom. & Ricc. *ubi proximè*.

176 Sed contrarium quidem verius, & in praxi receptum, ut in omni fructu, aut commoditate majoratus conjugis delinquentis procedat confiscatio: quin aliquid alteri reservetur: nec proximè objecta obstant; quia respondetur ad primam objectionem, nihil conjugi, qui non deliquit, principaliter auferri, seu in aliquo eum puniri, & si per accident ei damnum ob alterius delictum inferatur, ut filiis, & quibuslibet aliis de familia, qui ita minus unde se alere possint, habebunt, quæ tamen non sunt attendenda.

177 Secundæ objectioni respondetur, iure nostro Regio, similive statuto ea tantum lucra inter conjuges communicari, quæ per alterutrum fuerint quæsita: cum autem, stante confiscatione, nihil ex maioratus fructibus possessori delinquenti in posterum acquiratur; sed omne commodum in Fiscum transeat: nihil per consequens erit, quod communicetur alteri coniugi: Et insuper hæc lucrorum participatio, aut societas inducta à iure censetur in cuiuslibet coniugis bonis, ipsorumque fructibus quæsitis, non quærendis, & sic terminis habilibus suppositis, quod nimirum bona, & fructus sint, nec aliquo casu, aut iuris effectu amittantur, ut ex iam dictis notari potest, qua ratione in bonis liberis maritorum frequenter confiscatis nusquam auditum, quod uxores quæterentur de præiudicio ipsis illato circa lucra quærenda, quia præiudicium huiusmodi non principaliter, sed per accidens infertur.

C A P. V.

A R G U M E N T U M.

Quid inter fructus, & usumfructum, ejusve commoditatem ad alienationes, cessiones, aliosve contractus circa usumfructum, vel ejus commoditates; quando per usumfructuarium feudi dominum, vel majoratus possessorem fieri possint, vel non? Et an propter hujusmodi fructus cessiones, vel in alium translationes per usumfructuarium celebratas usufructus amittatur, & cum proprietate consolidetur, ad declarationem text. *in l. si usufructus 67. ff. de jur. dot.* & alia jura concordantia? agitur plenè de usufructus acquisitionis in multis casibus prohibitione, tam à lege, quàm ab homine indicta, an sub ea fructuum quoque, vel commoditatum acquisitio prohibita censetur? Et postremò de usufructus adventitiorum remissione, aut renunciatione per patrem in favorem unius ex filiis facta: vel per debitorem in alicujus extranei favorem, an per reliquos filios, vel creditores talis renunciatio, ut fraudulenta, & in præjudicium filiorum, aut creditorum revocanda, vel imputanda saltim in legitima quoad filios? Et quid si fructus tantùm collecti, vel percipiendi remittantur per patrem?

S V M M A R I V M.

1 *Materia hujus cap. circa differentiam inter usumfructum, & ipsius fructus commoditates.*

2 *Aliud usufructus, aut jus formale: aliud ipsius fructus, vel commoditas.*

3 *Vsusfructus in jure: fructus, aut commoditas in facto consistunt, & n. 4.*

5 *Fructus nomine usufructus non venit, è contra usufructus appellatione fructus, aut commoditates comprehenduntur.*

6 *Penes unum potest esse usufructus, penes alium commoditas, sive percipiendi facultas.*

7 *Inferuntur aliqua notabilia ad praxim ex hac inter usumfructum: & fructus differentia, cum num. seqq.*

8 *Agitur de usufructus alienatione, seu cessione an sustineri debeat, necne, vel statim per eam usufructus amittatur, & cum proprietate consolidetur? cum num. seqq.*

9 *Refertur negativa sententia.*

Fundatur ex §. Finitur, instit. de usufruct. *ibid.*

10 *Et ex* l. 24. tit. 31. part. 3.

14 *Et ex text.* in c. 1. §. Calidis de prohibit. feud. alienat. per Federic. *& num. seqq.*

16 *Referuntur DD. pro ista sententia resolventes, cum num. seqq.*

18 *Refertur, & fundatur contraria affirmativa opinio, usumfructum, videlicet, liberè per usumfructuarium alienari, aut vendi, posse absque metu consolidationis.*

19 *Vsumfructum per usumfructuarium in quemlibet extraneum alienari, locari, aut aliter transferri posse, pluribus juribus fundatur, cum num. sequentib.*

Adducitur, & ponderatur pro hac sententia text. in l. arboribus 13. §. Vsufructuarius, ff. de usufruct. dict. num. 19.

20 Et in l. non utitur 45. ff. eod. tit. & in §. Planè ejusdem leg. *declarat ut infr. num. 45.*

21 L. cui usufructus 34. d. tit. de usufruct.

22 §. 1. instit. de usu, & habitat.

23 L. in bonis 8. ff. de bonis authoritat. judic. possidend. leg. usufructu 57. ff. solut. matrimon. *& num. 24.*

25 *Referuntur DD. pro hac sententia resolventes.*

27 *Declaratur Pinell.* ad d. l. si usufructus 67. ff. de jure dot. *& n. 28.*

29 *Refertur aliquorum Doctorum concordia, & distinctio inter usufructus cessionem, & inter donationem, venditionem, aliamve similem alienationem.*

31 *Quid in hac re senserit Castill.*

32 *Reiicitur ejus intellectus, & n. 42.*

33 *Distinguitur pro concordia inter usumfructum, aut commoditates, illumque cedi, & in alium transferri non posse resolvitur; secus in fructibus, aut commoditatibus, cum num. seqq.*

43 *Adducitur, & ponderatur pro eadem declaratione dict. l.* si usufructus, *& superioris distinctionis notabilis text.* in leg. usufruct. 57. ff. solut. matrim.

45 *Declarantur juxta eamdem distinctionem text. superius in contrarium adducti* in d. l. arboribus, 13. §. usufructus, de usufruct. dict. l. non utitur 45. ff. eodem tit.

46 *Et in dict.* l. necessario, §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit. leg. in ædibus, §. 1. ff. de donat.

47 *Doctores referuntur pro hac distinctione juxta superiorem differentiam resolventes, cum n. seqq.*

48 *In usufructu, seu tenuta uxoris prædefuncti viri pro tempore viduitatis ei debito, an ille in extraneum transferri possit, vel non? & numer. seqq.*

52 *An in casibus in quibus usufructus extraneo cedi, aut vendi non potest, per cessionem, & venditionem amittatur necne, & cum proprietate consolidetur?*

53 *Quid in hoc casu de jure Regio in dict.* leg. 24. tit. 31. part. 3. *statutum sit.*

54 *In-*

54 Inferuntur aliqua utilia ad praxim ex præfata inter usumfructum, & ejus fructus, aut commoditates differentia, cum num. seqq.

55 Vsusfructus jus pro debito usufructuarii in causam judicati capi non potest: secus in fructibus, aut commoditatibus.

56 Idem quoad oppignerationem, aliasve obligationes.

57 Possessor majoratus, stante expressa prohibitione alienationis, usumfructum in rebus majoratus, nec pro ejus vita, constituere potest.

58 Vsusfructus constitutio species servitutis reputatur.

59 Est servitus realis, quæ in re prohibita alienari imponi nequit.

60 Dicitur pars dominii.

61 Idem in qualibet re prohibita alienari.

62 Fructus majoratus rectè per possessores alienantur, & in alium quemlibet transferuntur.

Hujusmodi fructuum alienationibus obligantur tantum rerum possessores obligatione personali, non reali: ibid.

63 Aliud servitutis commodum, aliud ipsa servitus.

64 Res minorum absque debita solemnitate alienari non possunt: secus in ipsarum rerum fructibus.

65 Vsusfructus in rebus feudalibus per feudatarium constitui nequit: fructus rerum feudalium rectè alienantur, & num. 66.

68 In cessione omnium bonorum in favorem creditorum, seu aliorum facta, usufructus non comprehenditur; veniunt tamen ipsius fructus, aut commoditates.

69 In casibus, in quibus ususfructus adventitiorum patri quæri, non potest, an saltim ejus fructus, aut commoditas acquiratur?

70 Affirmativa opinio.

71 Negativa.

73 Distinctio, iuxta aliquos, inter prohibitionem ususfructus acquisitionis à lege, vel ab homine inductam traditur.

74 Resolvitur indistinctè pro negativa sententia, cum num. seqq.

75 Quis sit finis, & ratio huiusmodi prohibitionum?

80 Confirmatur pluribus iuribus hæc resolutio.

81 Declaratur iuxta eam Authent. excipitur, Cod. de bonis quæ liber.

Intelligitur huius Authent. prohibitio paterna acquisitionis circa usumfructum adventitiorum, ut in commoditate etiam procedat: ibid.

82 Idem in prohibitione, leg. cum multa, Cod. de bon. quæ liber.

83 Et in l. fin. Cod. eod. tit.

84 Et in prohibitione nostra legis Tauri 48.

85 Quid in hoc casu in feudis?

86 Quid, si legis, vel hominis prohibitio, ne ususfructus adventitiorum patri quæratur nullo filiorum favore, sed ex mera subtilitate, aut ratione iuris sit inducta? cum seqq.

88 Quid si in pœnam parentum eis ususfructus à lege, vel ab homine aufertur?

89 An in hoc casu alimenta patri per filium præstari debeant? & num. 90.

91 Quid expressa, vel saltim tacita legis, vel hominis prohibitione stante, ne aliam participationem ususfructus pater habeat, & num. seqq.

93 Coniecturis de hac tacita prohibitione apparere potest, & num. seqq.

94 An ex prohibita patri bonorum adventitiorum administratione, ususfructus quoque acquisitio prohibita censeatur?

95 E contra prohibita patri ususfructus acquisitione, an administratio videatur interdicta?

96 Hujusmodi prohibitiones, ne adventitiorum ususfructus patri quæratur, an per matrem in legitimam adiici valeant?

97 Commoditas, vel fructus ususfructus adventitiorum, si in aliquo casu absque iure formali patri quæratur, intelligitur vita tantum filii durante, ad text. singularem in l. necessario 8. §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vend.

98 Vsusfructus filio in patria potestate existenti legatus, an patri quoad ius, vel saltim quoad commoditatem acquiratur? cum num. seqq.

100 Quid jure Codicis attento in leg. fin. Cod. de usufruct.

101 Quid mortuo patre, an penes filium ususfructus remaneat? & num. 102.

103 Publicatis bonis usufructuarii, vel etiam patris, inter quæ filiorum adventitia inveniuntur, ususfructus ius formale in Fiscum non transit; transit tamen commoditas, cum num. seqq.

104 Quid si pœna mortis, vel media, aut maxima capitis diminutionis infligatur? & n. 105.

106 Et si filius ante, vel post publicationem bonorum matrimonium contraxerit?

107 Vsusfructus ab uno ex conjugibus, constante matrimonio, quæsitus alteri non communicatur, quoad ius: secus quoad commoditatem.

108 Idem in quorumlibet bonorum incommunicabilium redditibus, aut fructibus.

109 Quid si ususfructus titulo emptionis, aliove oneroso per unum ex conjugibus sit quæsitus, an saltim, quoad æstimationem communicandus?

110 Quid in officio tabellionatus, procurationis, vel alio simili ex communi pecunia ab uno empto, an eius æstimatio inter coniuges sit dividenda?

111 Vidua, cui in Aragonia, aut Cathalonia, ususfructus prædefuncti mariti competit, eum quoad commoditatem tantum alienare potest: secus quoad ius formale.

112 Vsusfructus adventitiorum an per patrem in filiorum, vel creditorum præiudicium uni ex filiis, seu alii remitti, aut renunciari valeat? & an alicui ex filiis remissio, aut renuntiatio, eius æstimatio, aut commoditas in vita patris percepta cum cæteris sit conferenda? & num. seqq.

Distinguitur plenè inter ususfructus, vel ipsius fructus renunciationem: & inter usumfructum quæsitum, vel quærendum: expressè acceptatum, vel nondum agnitum: ibid.

115 Iura creditoribus subveniunt contra debitores suum patrimonium diminuentes, non verò contra non acquirentes, sive jura quærenda renunciantes, ad text. in l. quod autem 6. & tot. tit. ff. quæ in fraud. creditor. cum num. seqq.

116 Quid in repudiantibus jura tacitè, ex lege quæsita; sed ante expressam acceptationem: in legato vindicationis, & similibus.

Adducitur text. sigularis in l. 1. §. Vtrum autem, ff. si quid in fraud. patr. dict. nu. 116. in med.

120 In ususfructus nondum acceptati renuntiatione pendente concursu creditorum, & num. seqq.

122 Declaratur doctrina Dom. D. Ildephonsi de Olea; cum num. seqq.

125 Quid quando non ususfructus, sed ejus fructus per patrem, aut debitorem uni ex filiis, vel alii donantur, seu remittuntur, & quid si jam collecti, aut percipiendi, ad quæstionem collationis, & præjudicium creditorum, cum num. seqq.

128 Quid si pater non expressè fructus adventitiorum filio donet, sed eos tacitè per ipsum percipi aliquibus annis permiserit, an adhuc conferendi? cum duobus num. seqq.

131 Differentia inter majoratus, sive fideicommissi, vel ejus fructuum, renuntiationem, translationem, aut cessionem, & quando hujusmodi renuntiationes

Digitized by Google

tiones ob præjuditium creditorum, vel filiorum sint revocandæ, aut in legitimam imputari, debeant? cum n. seqq.

133 *Declarantur Text.* in l. patrem 19. l. debitorem 20. ff. quæ in fraudem credit.

134 *Quid si translativa, vel extinctiva sit cessio? & numer.* 135.

1 UT supra dictam inter fructus, & rem principalem differentiam plenius absolvam, justo ordine dilucidanda venit elegans, ac subtilis inter usumfructum, & ipsius fructus, aut commoditates differentia; ex qua plures, & utiles ad praxim effectus postea inferam.

2 . Duo igitur in usufructu considerari, debent, videlicet, unum, ususfructus ipse, vel ipsius jus formale, quod, & dominium, & proprietatem, licet impropriè, vocat Gomez proximè referendus, aliud vero ipsius ususfructus fructus, aut commoditas, ut probatur per Text. *in l. qui usumfructum in fin. ff. si ususfruct. petat. leg. in venditione, ff. de bon. authorit. judic. possiden.* Gloss. singularis *in l. naturaliter, §. Nihil commune, ff. de acquirend. possession.* ubi communiter Bart. & antiquior. optimè Gom. *in l. 48. Taur. num. 2.* Sanch. Dom. Olea, & alus infr. referendi, benè Garc. *de conjug. acq. n. 174.*

3 Quæ quidem res plurimum; imò omnino inter se differunt; nam ususfructus, seu jus formale in jure consistit, cum nihil aliud sit, quàm jus utendi, & fruendi, *l. 1. ff. de usufruct. Princ. instit. eod.* Castill. *de usufruct. c. 4. & 5.*

4 † Fructus autem sunt ipsius ususfructus commoditas, & utilitas, quæ non in jure, sed potius in facto perceptionis fructuum consistit, ut plenè tractant nostram differentiam inter usumfructum, & ejus fructus assignantes ex Text. vulgat. *in l. si ususfructus 67. ff. de jur. dot. l. de usufructu 57. ff. solut. matrim. l. necessario, §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* Jason. *in l. cum filia, à nu. 157. ff. de legat. 1.* Gloss. Bald. & alii antiquiores relati per Pinell. *in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. nu. 38. vers. Alii*, Oldrad. *cons. 202. circa fin.* benè Dom. Molin. *de Hispanor. primogen. lib. 1. c. 20. nu. 11.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 32. à n. 4. & 9.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 45.*
5 *nu. 9.* Azeved. *in l. 9. tit. 1. lib. 5. Recopilat. nu. 29.* † Unde fructus, seu commoditatis appellatione usumfructum non venire; licet è contra, ususfructus nomine fructus, & commoditates comprehendantur; notant ex hac differentia, & per Text. *in leg. Mævius, §. 2. ff. de legat. 2.* Menoch. *cons. 1022. num. 8.* Mantic. *d. tit. 32. num. 4. & à num. 9. & 13.* Morl. *in empor. jur. tit. 6. quæst. 1. n. 6.* Milanens. *decis. 3. nu. 74. lib. 1.* Anton. Gomez *2. variar. c. 15. nu. 15.* Pat. Molin. *de justit. & jur. tom. 1. disput. 7. col. fin.* benè Petr. Barbos. *in l. usufructu 57. nu. 3. ff. solut. matrim.* Juan. Garc. *de expens. cap. 10. num. 42. cum seqq.* latè Peregrin. *cons. 102. per tot.* Ponte *cons. 116. num. 3. lib. 1.* optimè Giurb. *ad Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 2. p. 1. à n. 107. & cap. 7. gloss. 2. part. 1. n. 17. & 18.* Dom. Valenz. *cons. 56. à num. 10.* ubi quòd fructus, & commoditas eos percipiendi sit omninò quid diversum, & separatum ab ipso
6 jure formali ususfructus, † Et quòd ideò penès unum potest esse ususfructus, & penès alium commoditas, seu fructuum percipiendi facultas, & probarunt *ex d. l. si ususfructus, de jur. dot. d. l. necessario, §. fin. de peric. & comm. rei vendit.* & idem docent istam differentiam constituentes Pallad. *differ. 71. §. 2. n. fin.* D. Molin. *d. c. 20. num. 11.* Ann. *cons. 51. n. 13.* & ex Menoch. & aliis Giurb. *d. cap. 1. gloss. 2. nu. 111.* & optimè ad omnia Sanch. *lib. 7. in summ. cap. 13. à nu. 11.* ubi infinit. refert Gom. *in l. 48. Taur. n. 2.* Dom. Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 14. à num. 35.* & doctè Dom. Olea *de cess. jur. tit. 3. quæst. 1. nu. 10.* nam in dicta fructuum perceptione nullum jus, ut in usufructu, consideratur, sed merum factum percipiendi fructus, quod benè per se absque aliquo jure formali stare potest, ut novissimè, & doctè ad alia plura tractant Franc. Maria Prat. *in suis disceptat. 2. part. cap. 18. à numer. 56. & 60.* eleganter Joseph. de Rosa *consult. 18. à nu.*

Lagunez de Fructib.

mer. 1. qui plures, ultra relatos, congerit, in quibus latissimè, & ad plures quæstiones agitur de nostra differentia inter usumfructum, & ejus fructus, aut commoditatem.

Ea qua verissima inter usumfructum, & ejus fructum, seu commoditatem differentia plura notabilia ad praxim inferri, possunt. 7

. Primò enim ex ista differentia lucem accipit difficilis, licet vulgaris quæstio apud DD. valdè exagitata, circa ususfructus alienationem, aut cessionem extraneo factam an substineri, debeat, necne? & an per eam ususfructus amittatur, & cum proprietate consolidetur? 8

In qua difficili quæstione negativa sententia, nimirum, quòd extraneo cedi, seu in eum alienari ususfructus non possit, probari, expressè videtur *ex §. Finitur instit. de usufruct. & ex d. l. si ususfructus 67. ff. de jur. dot.* in illis vulgatissimis verbis: *Etsi extraneo cedatur* (idest ei qui proprietatem non habet) *nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reversurum.* 9

Quæ enim opinio indubitabiliter comprobari, videtur, *ex l. 24. tit. 31. part. 3.* ibi: *Otrosi dezimos, que si aquel à quien fuere otorgado el usufructo, ò uso de la cosa, otorgasse despues à otro algun derecho, que avia en ella, que se desata por ende el usufructo, ò el uso, y tornasse por ende à el Sennor de la propriedad, è de alli adelante no lo debe aver, ni el otro à quien lo otorgò.* 10

Ex quibus, & aliis quam plurimis juribus, quæ latè ad hoc expendunt, istam opinionem tenent, & communiter docent, ultra Gloss. & antiquior. in prædictis juribus noster Gregor. *in d. l. 24. part.* verbo *El derecho*, Dom. Covarr. *1. variar. cap. 8. nu. 7.* ubi Faria, Gomez *2. var. cap. 15. num. 15.* & congesti licet non sequuti per Pinell. *de bon. matern. in l. 1. part. 3. nu. 38. vers. Glossa*, ubi subtiliter hanc quæstionem discutit, Cuj. *in dict. §. Finitur, & ad Paulum, tit. 6. vers. In jure cessio*, Donell. *lib. 10. comment. cap. 19.* Menchac. *de success. creat. lib. 1. §. 7. numer. 40. vers. Sed quam ipsi*, Felician. *de censib. lib. 2. cap. 4. à nu. 1.* Morla, Molina, Marien. & alii plures, quos congerit, & sequitur Pat. Sanch. *de stat. Relig. lib. 7. cap. 13. à num. 13.* 11

Et eandem sententiam amplectuntur Cancer. *3. var. cap. 7. n. 47.* Monter. à Cueva *dec. 46. tot. & decis. 35. nu. 8.* Fontan. *de pact. nupt. claus. 7. gloss. 7. p. 8. à n. 28.* doct. Dom. Solorz. *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 3. à nu. 14. & c. 14. à num. 35.* & plures congesti per Dom. Oleam, & Rosam infr. referendos. 12

Ultra quæ, quòd per dictam cessionem, seu alienationem ususfructus amittatur, & statim cum proprietate consolidetur, expressè etiam comprobari, videtur *per d. l. si ususfructus 67. de iur. dot.* cujus verba retuli *supra n. 9. & infr.* referam, *n. 36.* 13

Item notabiliter probari, videtur *ex c. 1. §. Calidis, de prohibit. feud. alien. per Federic.* qui Text. ferè consonat cum *d. l. si ususfructus 67. ff. de iur. dot.* nam omne genus rei feudalis alienationis, aut obligationis improbans Imperator sic eleganter loquitur: *Ut venditor, & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuere, contraxisso, feudum amittant, & ad dominum liberum revertatur.* 14

Quod expressè, & absque ulla tergiversatione decidi- tur per *d. l. 24. tit. 31. p. 3.* ut ex ejus littera supra relata constat. 15

Et istam sententiam, & ususfructus amissionem per ipsius cessionem, seu alienationem extraneo factam latè defendunt, & resolvunt Gloss. *in dict. l. si ususfructus, verb. Usumfructum, & in d. §. Finitur, verb. Cedendo*, ubi & Joan. Faber. *in fin.* Spin. *de testam. gloss. 13. princ. num. 63.* Claud. Cantiunc. *in Paraphras. ad inst. tit. de usufruct. quadruplici, pagin. ante fin.* Peregrin. *cons. 97. n. 19. vol. 1.* Sayr. *de clav. Reg. lib. 9. c. 3. n. 10.* 16

Eandemque opinionem tenent Gregor. Dom. Covarruv. Gomez, Monter. Cuj. Donel. Morl. Dom. Molin. & ferè omnes *ex n. 11. relat.* & congesti per Sanch. *d. cap. 13. n. 20. ubi n. fin.* pro ista sententia resolvit ob *d. l. 24. partit.* 17

18 Pro contraria verò sententia; imò quòd ususfructus liberè per usumfructuarium alienari ac vendi, possit, absque metu consolidationis, nec jura neque authoritates desunt.

19 Nam primò probari videtur ex Text. *in leg. arborib.* 13. §. *Vsufructuarius*, *ff. de usufr.* ibi: *Vsufructuarius, vel ipse frui eare, vel locare, vel vendere, vel aliis fruendam concedere, potest; nam, & qui locat, utitur, & qui vendit, sed etsi aliis precario concedat, vel donet, puto eum uti, atque ideo retinere usumfructum.*

20 Item, & ex Text. *in l. non utitur* 45. *ff. eod. tit.* ibi: *Non utitur usufructuarius, si nec ipse utatur, nec nomine ejus alius; puta, qui emit;* ergo quia in tertium ususfructus transferri, posse, videtur, & in §. *Planè ejusdem legis*, ibi: *Planè illud interest, quòd si vendidero usumfructum, etiamsi emptor non utatur, videor, usumfructum retinere.*

21 Idemque probare videtur Julianus *in leg. cui ususfructus* 74. *eod. tit. de usufr.* qui sic mirabiliter ad rem loquitur: *Cui ususfructus legatus est, etiam, invito hærede, eum*
22 *extraneo vendere potest.* † Et etiam facit Justinian. *in* §. 1. *inst. de usu, & habit.* ibi: *Minus autem juris est in usu, quàm in usufructu, nam is, qui nudum usum habet, nihil ulterius habere, intelligitur, quàm ut oleribus, & aliis ad usum quotidianum utatur, nec aliis jus, quod habet, aut locare, aut vendere, seu gratis concedere potest, cum is, qui usumfructum habet, hæc omnia facere, possit.*

23 Et etiam ex Text. *in l. in venditione* 8. *ff. de bon. author. judic. possid. l. usufructu, ff. de pericul. & comm. rei vend.*

24 In quibus juribus ususfructus alienationes, & translationes in extraneum factæ manifestè approbari, videntur: consequenterque etiam usumfructum liberè per usumfructuarium in extraneum cedi, aut quomodolibet alienari, absque metu consolidationis posse, decernitur.

25 Pro qua sententia resolvunt Gloss. *in dict. leg. arboribus* 13. *verb. Vel donet, in* 2. *solutione, ff. de usufruct.* Abb. *in cap. nuper, num.* 5. *de donat. inter vir. & uxor.* Alberic. *in l.* 1. *num.* 4. *Cod. de bonis mater.* Theoph. *in dict.* §. *Finitur instit. de usufruct.* & ibi Hothom. *vers. Cedendo extraneo*, & Pichardus, *à n.* 3. & hanc opinionem latè defendit contra Pragmaticos Schifordeg. *lib.* 1. *tractat.* 12. *per tot.* & præcipuè *quæst.* 9. Donel. Cuj. & Molla, Mendez, Pratæius, & alii quamplures ad istam opinionem congesti per Sanch. *in summ. lib.* 7. *cap.* 13. *à nu.* 13. & Aretin. Cæphal. Felician. Eman. Rodrig. Surd. & alii per Castill. *de usufr. c.* 69. *à n.* 6.

26 Et in puncto juris hanc veriorem dicit Matienz. *in l.* 53. *tit.* 21. *gloss.* 3. *n.* 15. *lib.* 5. *Recop.*

27 Latè etiam, & doctè pro ea resolvit Arias Pinell. *in l.* 1. *C. de bon. matern. part.* 3. *à num.* 30. *& numer.* 39. *in fin. & nu.* 40. intelligere conatur, *d. l. si ususfructus* 67. *vers. Etsi extraneo cedatur, ff. de jur. dot.* ad cujus intelligentiam subtiliter ait Pinell. Jurisconsultum ibi non asserere, usumfructum extraneo cessum extingui, & statim ad proprietatem reverti, sed potius uti verbo *Reversurum*, quod est futuri temporis, ut intelligamus eam reversionem non statim, cessione facta, contingere, sed in futurum, videlicet, cedentis morte, vel aliis modis à jure expressis, ex quibus consolidatio postea sequi potest.

28 Et ad versic. *Nihil ad eum transire, ejusdem leg.* ait nimis acurè idem Pinell. Jurisconsultum non negare absolutè usumfructum in extraneum ex cessione transire, sed tantùm quoad effectum extinctionis, & consolidationis cum proprietate, quia quo ad hoc (ait Pinell.) nullum jus novum, aut usumfructum constitutum censeri erga cessionarium, ita ut ejus persona ad extinctionem, vel durationem sit inspicienda, sed potius, quòd ad hoc semper in persona primi usufructuarii consideretur ususfructus, &, ea attenta, duret, vel extinguatur, ne alias ex tali cessione aliquod præjudicium domino proprietatis inferatur, & eodem modo interpretatur Pinell. *d.* §. *Finitur instit. de usufr.*

29 Inter quorum Doctorum varietates, est alia media sententia distinguentium inter ususfructus cessionem, & inter donationem, venditionem, aliamve similem alienationem; plurimi enim dicunt per cessionem neutiquam usumfructum alienari valere; id tamen fieri posse, asserunt per donationem, venditionem, vel alium contractum; & rationem differentiæ in eo constituunt, quòd, cum cedere in jure nihil aliud sit, quàm omne jus omnino à se abdicare, & in alium transferre, ut notant statim referendi; ideo usumfructum cedi, non posse, asserunt, quia per cessionem jus formale, & personale ususfructus transferendum erat, quod nullo modo fieri potest, quin proprietatis dominus consentiat, *leg.* 3. §. *fin. quib. mod. ususfr. amittat. leg. non solum*, §. *Tale, vers. Quoties, ff. de liberat. legat.* in venditione autem, donatione, vel simili contractu, hoc cessare, dicunt, quia per tales alienationes non abdicatur ab usufructuario jus personale ususfructus; imò penes eum remanet, ejus commoditate, aut fructuum mera perceptione in emptorem transeunte.

Quam concordiam, & differentiam inter alienationem ususfructus per cessionem, vel per venditionem, aut donationem tradit Cujac. *in princ. instit. de usu, & habit.* & eam docent Cordub. de Lara *de aliment. in l. si quis à liberis*, §. *Si parens*, *nu.* 68. ubi Pinell. reprehendit quia inter cessionem, & cæteras alienationes non distinguit, Mendez *in leg. cum oportet, C. de bonis, quæ liber.* 2. *part. nu.* 119. *vers. Mihi autem*, & ex Hotthom. Rebard. Donell. & aliis Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 4. Pichard. *in dict.* §. *Finitur, num.* 14. Molla *in empor. iur. tit.* 6. *q.* 1. *num.* 15. Vela *dissertat.* 31. *à num.* 16. & novissimè hanc distinctionem veriorem esse, asserit Joseph. de Rosa *consult.* 18. *num.* 3. ubi, quòd ex venditione, aut donatione non solum fructuum perceptio, sed ususfructus utilis transit, ad quod citat Felician. Laram, Garciam *in locis supr. relatis*, qui tamen dumtaxat perceptionem fructuum transire, dicunt, ut videri potest, & hanc sententiam latè
defendit Castill. *de usufr. cap.* 69. *nu.* 19. † qui ab ista opi- 31
nione in eo dumtaxat dissentit, quòd *à num.* 15. *& numer.* 17. *vers. Nec erit*, asserit in supra dictis ususfructus alienationibus per venditionem, donationem, vel alios similes contractus, jus, quod in emptorem, vel donatarium transfertur, intelligendum non esse de sola commoditate ususfructus, sed de jure ipso usufructu utendi, & fruendi, alio jure etiam penès usumfructuarium remanente. 30

Quæ tamen juris multiplicatio unius tantùm rei respectu, licet tanti viri authoritate vallata, nescio quomodo procedere, possit, cum expressè juris regulis contrariari, videatur, & maximè Text. *in l.* 5. §. *Si duobus vehiculum, ff. commodat.* ex qua sicuti dominium unius rei penès duos esse, nequit, ita etiam idem in jure directi ususfructus dicendum videtur; licet aliud sit diversi juris respectu, vel uti in jure directo ususfructus, & facultate mera ipsius fructus, percipiendi, ut pro concordia prædictorum jurium, & opinionum proximè inferius dicam. 32

Sed, omissis omnibus supra dictis opinionibus facilimè ad concordiam supra dicta jura reduci, possunt adhibita superius relata nostra distinctione, & differentia inter usumfructum, & ipsius fructus, aut commoditates; qua quidem firmiter retenta, resolvendum est, usumfructum ipsum formalem, seu jus ususfructus cedi, aut vendi, vel aliter alienari indistinctè per usumfructuarium in extraneum non posse, etsi de facto fiat, statim cum proprietate consolidari: fructus autem ipsius ususfructus, & commoditatem eos percipiendi liberè, & absque metu ususfructus amissionis vendi, cedi, seu aliter in extraneum per usumfructuarium distrahi posse, certissimum est; cum id fiat, remanente penès usumfructuarium ipsius ususfructus jure directo, ac personalissimo, à quo fructus sunt quid distinctum, & separatum, quia non in jure, sed in mero facto perceptionis consistunt, & ideò penès unum jus formale, & directum ususfructus, & penès alium ejus fructus, seu mera facul- 33

tas

tas eos percipiendi residere, possunt, *ut sup. nu. 2.* & ex Giurb. D. Solorz. & aliis dictum remanet.

34 Juxta quam distinctionem, & differentiam inter usumfructum, & ipsius fructus, aut commoditates intelligenda sunt omnia supra dicta jura pro contrariis opinionibus allegata, ut tunc, quæ ususfructus cessionem, aut alienationem prohibent, de jure directo, ac personali intelligantur: quæ autem alienationem, & ejus translationem permittunt, de fructibus, & commoditatibus dumtaxat sint interpretanda.

35 Quam quidem nostram differentiam, & distinctionem testatur nunc ex expressis juribus, & authoritatibus comprobare.

36 Et primò manifestè probatur per *d. l. si ususfructus 67. ff. de jur. dot.* ubi, cum soluto matrimonio, ageretur de restitutione ususfructus in dotem dati uxori proprietatem non habenti facienda, ait Jurisconsultus, ipsum usumfructum extraneo, seu proprietatem non habenti cedi, non posse, etsi cedatur cum proprietate consolidari, ibi: *Quoniam diximus, usumfructum à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis, etsi extraneo cedatur, idest, ei, qui proprietatem non habet, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reversurum usumfructum.*

37 Qua difficultate cognita per Jurisconsultum, & considerata nostra inter ususfructus jus, & ejus fructus differentia; mirabile remedium ad restitutionem excogitavit; ait enim, quòd fructus, seu ususfructus commoditas uno nummo per maritum uxori vendatur, aut locetur, jure directo penès maritum remanente; ibi: *Quidam ergo remedii loco rectè putaverunt, introducendum esse, ut vel locet hunc usumfructum mulieri maritus, vel vendat uno nummo, ut ipsum quidem jus remaneat penès maritum, perceptio vero fructuum ad mulierem pertineat.*

38 Quid ergo clarius ad nostram distinctionem? siquidem Jurisconsultus manifestè fatetur, prædictam restitutionem ususfructus per cessionem juris directi fieri, non posse, quia ut personalissimum in extranei personam transferri, nequit, ideoque restitutionem fieri, debere, asserit ususfructus commoditatem, seu fructus uno nummo locando, aut vendendo, quod nullo modo prohibetur, cum tunc jus formale ususfructus penès usumfructuarium remaneat.

39 Ex quibus apertè constat, quàm contra litteram *dict. l. si ususfructus*, eam voluit interpretare Pinell. *ubi supr.* dum dixit, adhuc, ea non obstante, ususfructus jus in extraneum ex dicta cessione transire, & ad dicta verba *leg. et si extraneo cedatur nihil ad eum transire*, & ad similia *dict. §. Finitur*, ait Pinell. ex eis non probari, usumfructum ex cessione in extraneum non transire, sed ad id solum per Jurisconsultum fuisse adjecta; ut ostenderet, quòd, licet ususfructus ibi esset translatus, non tamen aliquod jus novum in persona extranei intelligeretur constitutum ad effectum extinctionis, & consolidationis cum proprietate, de qua principaliter ibi tractari, ait Pinell. quia quo ad extinctionem, & consolidationem semper inspiciendam esse, asserit personam primi usufructuarii.

40 Sed licet doctissimo Pinell. concedamus *in dict. §. Finitur*, de extinctione, ac consolidatione tractari, & sic quòd in eo aliquem colorem possit habere sua interpretatio; cum tamen *dict. l. si ususfructus*, neutiquam de extinctione, aut consolidatione ususfructus ageretur, sed potius de ejus translatione in extraneum ad dictam restitutionem; sine dubio ergo Jurisconsulti responsum, & verba: *Nihil ad eum transire*, intelligere debemus non de extinctione ad effectum à Pinello traditum; sed de translatione ususfructus, circa quam, & ejus restitutionem, quæstio principalis vertebatur.

41 Ultra quod, si *in d. l. si ususfructus* jus formale ususfructus ex cessione transferri, posset, ad quid quæso *Jurisconsultus* tam anxiè, ut necessarium remedium excogitavit venditionis uno nummo, aut locationis fructuum, seu commoditatis ususfructus, ut restitutio in illo casu fieret?

Ex qua *dict. leg. si ususfructus* refellitur etiam opinio Castill. *ubi supr.* quatenus voluit, quòd, licet per cessionem ususfructus transferri non possit; attamen per venditionem, locationem, vel similes contractus in extraneum jus ipsum ususfructus transire valet; quod expressè *dictæ leg.* verbis finalibus omnino contrariatur; nam cum per venditionem, aut locationem usumfructum transferri, posse, asserat Consultus, id tamen limitat, & intelligit quo ad fructuum solam perceptionem jure directo penès usumfructuarium remanente, ibi: *Quidam ergo remedii loco rectè putaverunt, introducendum esse, ut locet hunc usumfructum mulieri maritus, vel vendat uno nummo: ut ipsum quidem jus remaneat penès maritum, perceptio vero fructuum ad mulierem pertineat*: Quare nullum jus directum ex ususfructus cessione, aut alienatione, sed solum fructuum perceptionem transferri, posse, dicendum est. 42

Sed, licet ex *dict. leg. si ususfructus*, sat expressè comprobetur supra dicta nostra differentia, & distinctio inter usumfructum, & ejus fructus, aut commoditates; non tamen omittam singularem, & notabilem Text. parum ad rem per DD. ponderatum *in l. usufructu 57. ff. solut. matr.* ubi in simili casu dictæ *l. si ususfructus*, *de iur. dot.* cum ageretur de restitutione ususfructus in dotem dati, id fieri, posse Marcellus ait, si, interpositis cautionibus, vir uxorem ejus fructibus frui patiatur, vel si domino proprietatis ususfructus vendatur, uxore ad id virum cogente, ut in pretio per ipsum dominum proprietatis oblato restitutio fiat, vel denique, si domino proprietatis vendi, non possit, quia fortè, ut ait ibi: gloss. ipse non vult; tunc asserit Marcellus, facultatem fructus percipiendi uxori, vel ejus hæredi per virum concedi debere, ibi: *Nam & finge hoc ipsum mulierem posse proprietatis domino vendere*, *& infr.* quòd si facultatem ususfructus vendendi proprietatis domino mulier non habuerit, patientiam percipiendi fructus, quam maritus præstare ipsi debuit, & hæredi ejus præstet. 43

Quibus consideratis, apertè ex hoc Text. convincitur, non aliter restitutionem, vel alienationem ususfructus per virum fructuarium in uxorem fieri, posse, quàm respectu solius commoditatis, & fructuum; non vero respectu ipsius juris; aliàs enim si ipsum jus, vel ususfructus ei cedi, vel saltim vendi, aut donari, posset; nullo modo Jurisconsultus ad solam perceptionem fructuum se restringeret, cum & plenius adimpleretur restitutio, si ususfructus ipse restitueretur; &, uti Marcellus præ oculis habuit, quòd domino proprietatis venderetur ususfructus, quia in eum licitè transfertur, similiter, & quòd uxori venditio ipsius ususfructus uno nummo fieret, aut quòd gratis concederetur, dixisset, si id fieri posset; nec per tot ambages interpositarum cautionum; & prædictorum remediorum de ususfructus dotalis restitutione Consultus curaret, si tam facilè expediri posset restitutio, ipsum usumfructum uxori cedendo, vel uno nummo vendendo, aut donando, si, ut voluit Pinell. cedi vel juxta Castill. vendi, aut donari posset. 44

Item, & comprobatur supra dicta nostra differentia, & distinctio ex *d. l. arboribus 13. §. Usufructuarios, ff. de usufr. d. l. non utitur eod.* quæ leges, licet pro contraria opinione per Pinell. & Castill. allegentur, in expresso nostram sententiam probant, quia, dum dicunt, usufructuarium vendentem seu donantem usumfructum, eum per non usum nō amittere, quasi eo non fuerit usus, sed potius per usum emptoris, seu donatarii ipsum retinere, ex eo satis apertè probatur, jus formale ususfructus penès usumfructuarium remanere, nam alias frustra circa ejus amissionem per non usum dubitaretur, vid. Castill. *cap. 69. num. 17. in d. tract. de usufruct.* 45

Et etiam probatur per *l. in ædib. §. 1. ff. de donat. dict. leg. necessario, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* & ex aliis juribus vulgatibus per Doctores proximè referendos adductis. 46

Et in expresso hanc differentiam, & distinctionem inter 47

ter usumfructum, & ipsius fructus, aut commoditates,
ut illius cessio seu quævis alia alienatio nullo modo substi-
neatur, illarum autem sine dubio procedat, ultra supra
relatos, cum antiquior. resolvunt Gregor. Lop. *in l.24.*
tit.31.part.3. D. Covarr. *1.var.c.8.n.7.* ubi Fat. Mantic.
de tacit. convent. lib.13. tit.32.nu.11. & à nu.4. Cavalcan.
de usufruct. mulier. relict. num.66. Barbos. *in d. l. usufruct.*
ff. solut. matr. à n.2. ubi Sarmient. Spin. Quesad. Matienz.
Peregrin. Surd. & alios plures pro nostra resolutione re-
fert, & infiniti, quos congerit, & sequitur Pat. Sanch.
in summ. lib.7. cap.13. à num.13. Gomez *2.var. cap.15. nu-*
mer.15. ubi alios refert Aill. Gam. *decis.199. numer.1.* &
alii congesti licet non secuti per Castill. *dict. cap.69. à nu-*
mer.6. Tiraq. *de retract. consang. §.26. gloss.1. nu.46.* Fon-
48 tanell. *de pact. nupt. claus.7. gloss.3. part.8. nu.28.* † qui lo-
quitur in usufructu, seu renuntia uxori in bonis prædefun-
cti mariti pro tempore viduitatis spectante, & in eodem
casu Cancer. in *lib.3. var. cap.7. à n.47.*

49 Et eandem nostram distinctionem, ut communiorem,
ac veriorem sequitur Carlev. *de judic. tit.3. disp.20. nu.8.*
Paul. Galerat. *de renunciat. tom.1. lib.1. cap.4. numer.120.*
Mager. *de advocat. armat. cap.9. num.1050. cum seqq.* D.
Solorz. *de jur. Indiar. lib.2. cap.14. à num.35.* ubi doctè lo-
quitur eandem differentiam in Commendis Indorum as-
signans, ibi: *Jus enim usufructus, seu commendæ, &*
fructuum commoditas diversa sunt, & ideo prohibitio alie-
nationis in illis statuta ad hos nequaquam extenditur, &
infr. n.38. ibi: *Quia usufructus jus, & perceptio fructuum*
quid facti, ex Mier. & aliis ibi relatis, & cum Greg. Petr.
Barbos. & aliis pluribus D. Larr. *decis.10. nu.3.* & ex Me-
noch. Felician. Morla, Carpan. & aliis Giurb. *ad Consuet.*
Messan. c.1. gloss.2. part.1. à nu.108. Ciarlin. *contr. forens.*
contr.209. num.36. D. Salg. *in Labyr.3. part. cap.15. n.31.*
latè, & doctè D. Olea *in suo eruditissimo, ac copioso tra-*
ctat. de cession. jur. tit.2. quæst.5. à nu.2. & latius *tit.3. q.5.*
& à num.8. & 10. Valer. *de transact. tit.4. quæst.3. nu.40.*
& post omnes novissimè, & pluribus relatis eruditus vir
Joseph. de Rosa *in suis perdoctis consultationibus, con-*
sult.18. à n.1.

50 Qui omnes in hac nostra differentia, ac distinctione
inter jus formale usufructus, & ipsius fructus, & com-
moditates conveniunt, & communiter asserunt, usus-
fructus jus neutiquam in extraneum per cessionem, vel
aliam alienationem transferri, posse, imò per eam cum
proprietate consolidari, è contra vero in commoditati-
bus, aut fructibus, quos liberè cedi, vel aliter alienari
in quemlibet extraneum per usumfructuarium posse abs-
que aliqua amissionis pœna ex præcitatis, juribus omnes
affirmant.

51 Et in hoc sensu intelligendi sunt Doctores per Castill.
& Sanch. pro contraria opinione relati *ubi supr.* quorum
ferè omnes, dum usumfructum per usumfructuarium
vendi, aut alienari posse, asserunt, id limitant, & intelli-
gunt respectu fructuum, & usufructus commoditatis,
non vero respectu ipsius juris formalis.

52 Quoad secundam partem nostræ quæstionis, an in di-
ctis casibus, quibus usumfructum cedi, aut vendi non
posse, diximus: per cessionem, seu venditionem amit-
tatur, & cum proprietate consolidetur, necne? brevi-
ter resolvendum est, jure communi attento veriorem es-
se supra dictam opinionem Castill. *de usufruct. d. cap.69.*
à num.19. & sequacium, videlicet, quòd non amitta-
tur, sed penès usumfructuarium semper remaneat, non
obstante *dict. l. si usufructus 67.* cui benè respondent Ca-
still. & Sanch. proximè referendi.

53 At vero jure Regio, stante *in dict. leg.24. tit.31. part.3.*
contraria sententia Greg. D. Covarruv. Gomez, & sup.
relat. numer.11. indubitabilis redditur, quia expressè
per dictam legem Partitæ cavetur, quòd per dictas alie-
nationes amittatur, ut & agnoscit Castill. ubi sup. &
huic concordiæ acquiescit P. Sanch. *dict. lib.7. cap.13. à*
num.20. in fin.

54 Et hæc pro hujus capitis principalis quæstionis, & ma-
teriæ resolutione: ultra quæ ex præfata inter usumfru-
ctum, & ipsius fructus, quoad alienationem aut cessio-
nem, differentia, ac resolutione, ut nimirum usufructus
cessio aut alienatio in extraneum facta, non procedat; fru-
ctuum vero, aut commoditatis nullo modo impediatur,
non nulla ad praxim utilia satis inferenda veniunt.

Primò infertur quòd, licet jus usufructus pro debitis 55
usufructuarii in causam judicati capi nequeat; benè ta-
men poterunt fructus ejus, ac commoditates capi, & cre-
ditoribus pro ipsorum creditis satisfaciendis adjudicari,
durante tamen dumtaxat vita usufructuarii, nam eo mor-
tuo adjudicatio, & jus creditorum ad fructus extinguitur,
& resolvitur, ut argumento Text. singular. *in l. necessa-*
riis, §. fin. ff. de pericul. & commodo rei vendit. docent Fe-
lician. *de censibus, lib.2. cap.4. num.4. in fin. & num.5.* &
cum Fontanel. & aliis D. Salg. *in Labyr.3. part. cap.15. nu-*
mer.31. & tot. † ubi idem in oppignoratione, & aliis obli- 56
gationibus.

Item infertur, quòd, quamvis possessor majoratus, 57
stante expressa prohibitione alienationis, usumfructum
in rebus majoratus, neque pro ejus vita constituere, pos-
sit, ut per *leg. fin. C. de rebus alien. non alien.* docent do-
ctè D. Molin. *lib.1. de primog. cap.19. numer.29.* & melius
cap.20. à num.8. Gom. *in l.40. Taur. num.83.* & ex doctri-
na Bart. Bald. & communiter scribentium ad *d. l. fin.* Ti-
raq. *de retract. lignag. §.1. gloss.7.* Menoch. *cons.116. nu-*
mer.6. & 22. Fachin. *lib.7. contr. cap.79.* Donell. *in d. l. fin.*
num.6. Reinos. *obs.73. à princ.* Quesad. *divers. quæst. cap.*
ult. num.20. Cavalcan. *de usufruct. mulier. relict. num.66.*
Castill. *de usufr. cap.53. numer.2. & 3.* Carvall. *de legitim.*
ad cap. Raynald. part.2. num.338. ubi benè rejicit Barbos.
qui *in l. usufructu 58. n.16. solut. matr.* saltim quoad vitam
possessoris usufructus constitutionem contra D. Molin.
substineri, ait, & novissimè Joseph. de Rosa *consult.18.*
à num.4. & 6. ubi alios plures refert.

Ex eo, quòd usufructus constitutio species alienatio- 58
nis sit, ut ex *dict. l. fin. C. de reb. alien.* notant (*ad rem*)
D. Molin. & omnes DD. *supr. relati*, † & quia per talem 59
usufructus constitutionem servitus realis constituatur,
qua ipsa res deterior efficitur, ut tangit Gotofr. *in dict. leg.*
fin. & Dom. Molin. *d. cap.20. numer.10.* ubi quòd simili-
ter, & quælibet alia servitutis constitutio in re prohibita
alienari interdicatur *ex d. l. fin.* Gom. *in d. leg.40. Tauri,*
num.85. Peregrin. *de fideicommiss. artic.4. à n.112.* † & in- 60
super quia usufructus pars dominii dicitur *l.4. ff. de usufr.*
Pich. *in princ. instit. de usufr. à numer.16.* Cuj. *lib.2. Pauli*
ad edict. in d. leg.4. Faber. *lib.15. conjectur. cap.8.* Donell.
lib.9. comment. jur. civil. cap.9. Peralta *in repet. l. qui usum-*
fructum à numer.18. de verb. sign. Hotthom. *lib.3. gloss.22.*
Morl. *in empor. tit.7. de servitut. quæst.1. num.10.* Castill.
de usufr. c.32.

Ideòque meritò usufructus constitutio in re prohibita 61
alienari tamquam ipsius rei partis alienatio, prohibita
censetur ut benè notat Carvall. *ubi supr.*

At vero in fructibus majoratus contrarium dicendum 62
est, qui absque dubio per possessorem majoratus aliena-
ri, possunt, cum per talem alienationem nullum jus in
rebus constitutum censeatur, sed solum personalis obli-
gatio, qua possessor alienans ad fructus dumtaxat præ-
standos adstringitur, vel ut ipsos colligi per eum, in
quem alienantur, patiatur, & comprobari potest ex
eleganti, & communiter sequuta doctrina Bartol. *in leg.*
Codicillis penult. §. Institutu, ff. de legat.2. ubi generaliter
de quolibet alienare prohibito agens, sic mirabiliter ait:
Quæritur quid si vendit fructus domus pro centum annis?
Respondeo, aut vendidit fructus, constituendo ementi jus
usufructus in re, & esset alienatio, l. fin. C. de rebus alien.
non alien. aut non constituendo, sed obligando se actione perso-
nali ad dandos fructus, & non esset alienatio, l. fin. in fin. de
contrah. empt. facit *l. liberto in princ. ff. de annuis legat.* cujus
Bart. doctrinam, & clarissimam distinctionem, ac diffe-
rentiam inter usumfructum, & fructus rerum, quæ aliena-
ri, prohibentur, communiter sequuntur eam, in rebus
majo-

Digitized by Google

majoratus assignantes D. Molin. *dict. cap.19.num.19.* & melius *dict. cap.20. à n.8. ubi num.13.* quod idem dicendum sit in cæteris servitutib. quæ licet super rebus majoratus per possessorem constitui, nequeant, ait tamen D. Molin. possessorem pro vita sua personali obligatione adstringi, posse ad earum usus permissionem, & patientiam præstandam, quod ab ipso jure servitutis diversum est, nec ipsam rem, sed solam personam concedentis tangit *l.fin.§.Lucius*, ubi Batt. & Salic. *de contrah.empt.* Jas. *in l.2.§.Item si in fact.nu.7.ff.de verb.oblig.* Boet. *de-*

63 *cis.66.n.4.*† nam, & juxta nostram differentiam, aliud est servitutis commoditas, & aliud ipsa servitus, ut docent Gloss. *in §.1. Instit. de servit. & in l.1.* per Tex. ibi *de adimend. legat.* Franc. Pont. *cons.116. num.3. in fin. lib.2.* & ex Bart. Bald. Chassan. Palac. Parlad. Baez, & aliis plurib. D. Valena. *dict. cons.56. à num.10.* & eleganter Rosa *d. consult.18. à num.4.* & ne immoremur superius, dicta repetendo, vide D. Larr. D. Salg. Mier. D. Solorz. & alios, quam plures relatos *supr. in cap. præcedent. ex n.*..... & ibi latè dicta circa fructuum majoratus alienationem, & quod nullo modo impediatur.

64 Et ex eisdem rationibus idem resolvendum est in rebus Ecclesiæ, Minoris, oppidorum, & similib. absque debita solemnitate alienari prohibitis, quarum ususfructus constitutio similiter prohibetur per *d.l.fin. Cod. de rebus alien. non alien.* ut cum infinitis probat Castill. *de usufr. d. cap.54. per tot.* & tamen fructus ipsarum in prohibitione non comprehenduntur, ut latè dictum remanet supr. *in capit. præcedent. per tot.* ex D. Salgad. Mier. Solorz. & aliis ibi relatis.

65 Eodem modo licet in rebus feodalib. ususfructus per feudatarium constitui, non possit, ut latè ad plura tractant Gloss. *in c.1.§.1. verb. Alienationis, de capitul. Corrad.* & *in cap.1.§. Quid ergo de investit. de re alien. fact.* Bald. *in c.1.§. Donare nu.2.* & *3. qualiter feud. alien. poss.* Isern. *in c. Imperialem, num.2. de prohibition. feud. alien. per Feder.* ubi Afflict. & repetentes, Alex. *cons.18. lib.5.* Roman. *sing.325.* Cremens. *singul.85.* Cort. *de feud. part.4. quæst.15. sub num.106.* Jacobin. *in sua investitura, verb. Ita etiam, quod ipsi investiti, n.13.* & cum aliis Jul. Clar. *in §. Feudum, qu.37.* Camerar. *in d. cap. Imperialem, fol. mihi 15.* & ibidem Joan. Raynand. *in §. Habito, n.34.* Capyc. Paris de Put. Harthaman. Schrader. Schened. & alii innumeri congesti per Rosenthal. *de feud. cap.9. memb.1. concl.10. in gloss. litt. A.* D. Molin. *d. cap.20. nu.7.* & novissimè alios congerens Joseph. de Rosa *consult.18. nu.7.* tamen omnes Doctores statim hoc limitant, & intelligunt in veri ususfructus constitutione; secus vero in fructuum feudalium alienatione, quam absque aliquo assensu pro vita feudatarii substineri, asserunt, ex eleganti doctrina Bart. *supr. relat. in d.l. codicillis pen.§. Instituto de legat.2.* circa quod plures alios modernos Regnicolas, & feudistas retuli *supr. in capit. præcedent. ex n.*

66 Quando autem ea fructuum alienatione ususfructus constitutos, vel solum ipsi fructus alienati censeantur, ut dispositio substineri, possit? vide quæ dicam *in cap. seq.*

67 Item etiam infertur, quòd, licèt in cessione omnium bonorum in favorem creditorum facta ususfructus debitoris cedentis, ut personalissimum jus, ad creditores non transeat, fructus tamen ejus, ut quid ab eo diversum, & à jure formali separatum, ad eos pertinent, ut docent Bald. *in leg. fin. col.3. Cod. qui bon. ceder. poss.* Jas. *in §. fin. col. pen. in fin. instit. de action.* Font. *de pact. nupt. claus.7. gloss.3. part.8. à numer.28.* & *31.* optimè Cravet. *cons.213. num.2.* Anna *cons.51. num.11.* Giurb. *ad Consuet. Mess. cap.1. gloss.2. part.1. nu.110.* D. Salgad. *in Labyr. 3. p. c.15. n.14.*

69 Item ea hac nostra differentia inter usumfructum, & ejus fructus, aut commoditates resolvi posset anceps quæstio, quæ apud Doctores tam antiquos, quàm modernos exagitatur, qui magnopere dubitant, an in casibus, quibus ususfructus bonorum filii in potestate existentis patri acquiri nequit, saltim fructus, aut commoditas ut quid diversum ab ipso usufructu ei quæratur?

70 In qua difficili quæstione affirmativam sententiam, quòd generaliter in omni casu, quo usumfructum pater habere non possit, ejus tamen fructus, & commoditatem consequatur, docent ex doctrina celebri, ab omnibus ad hoc notata *Aretini in §. Igitur, num.13. instit. per quas pers. nob. acquir.* ubi ad id allegat. *l. plenum, §. Aequitati, l. filio familias, ff. de usu, & habit.* Bald. *in l.1. C. de bon. mater. & in cap.2. de fratribus, de novo benefic. investit. & in l. cum oportet, in fin. C. de bon. quæ liber.* Paol. de Castr. *cons.455. lib.2.* Arias *in leg.46. Taur. num.8.* Tello *in leg.5. Taur. num.8.* Intrigliol. *singul.20.* Loffred. *consil.10.* Neapod. *in tit. de aliment. præstand. in verb. De bonis*, *Apostill.* ad Afflict. *in decis.241.* Gualdens. *de arte testand. tit.6. cautel.16. num.3.* Jas. *in leg. cum filio nu.157. ff. de leg.1. & in §.1. de usu, & habit. gloss.* & Batt. *in leg. fin. in fin. C. de usufr.* Chassan. *in Consu. Burg. rub.6.§.5.* Vincent. de Franch. *decis.10. numer.9. & 10.* ubi Amendol. *& decis.161. num. fin.* Boet. *decis. 199. numer.8.* Menoch. *cons.1022. numer.14.* Milanens. *decis.3. n.76. lib.2.* Paris *cons.157. num.5. vol.4.* Ann. Jun. *cons.51. numer.8.* Montespetell. *cons.124. vol.1.* Ponr. *cons.116. nu.3. lib.2.* Matienz. *in leg.9. gloss.1. numer.3. tit.1. lib.5. Recop.* ubi Azev. *nu.30.* Cavalcan. *de usufr. à nu.179.* noviter P. Molfes. *in Consuet. Neapol. part.4. in add.1. q.2. n.12.* qui non solum in feodalib. sed in quibuslibet etiam homini dispositionib. loquuntur in qq. ususfructus acquisitio patri prohibetur, & quod saltim prohibito specialis quoad fructos, vel commoditates requiratur, ne patri quærantur, voluerunt per concordia Arismin. Tepat. *2. tom. de bon. quæ liber.* Pereg. *decis.202. num.67. & ferè per totum*, & hanc concordiam sequitur Jo. Maria Novar. in addit. ad Franch. *dec.161. in fin. addit.*

71 Contrariam vero sententiam improbata opinione Aretin. imò, quòd prohibita patri ususfructus acquisitione, ejus fructus, aut commoditatem non lucretur, tenent Ripa *in d.l. cum filio à num.68. de legat.1.* & ibidem Aymon. *n.57. cum seqq.* Hipolit. Riminald. *in §.1. à nu.131. instit. per quas person. nob. acquir.* Reyger. *Thesaur. jur. verb. Pater, n.48.* Caldas *in l. si Curatorem: verb. Lasis, nu.145. vers. Licet*, Gabr. *cons.118. n.12. & 13. in 1. & cons.162. à nu.16. in 2.* Montealegr. *in pract. lib.2. cap.1.§.13. n.66. vers. Licet his fundamentis*, Molfes. *ad Consuetud. Regn. Neapol. p.4. qu.38. num.8.* & doctè noster Gregor. *in l.5. titul.17. part.4. verb. Usufruct.* Dom. Molin. *lib.1. de primogen. capit.19. numer.33.* ubi falsissimam esse opinionem Aretini affirmat, & de ea dubitat Suarez. *in quæst.15. majorat. à num.15.* & Franch. *dict. decis.161. numer.8.* qui propter authoritatem D. Molinæ huic sententiæ magis adhæret.

72 Et præfatam Aretini opinionem etiam impugnant Surd. *cons.116. num.73.* Gratian. *decis.76. nu.12.* Mastrill. *decis.59. num.5. & decis.82. num.5.* Montealegr. *in pract. lib.2. cap.1.§.13. num.66.* Ponte *cons.31. num.5. tom.1. & in repetit. feudal. lectura 7. à num.56. ad fin. in tit. de his, quæ in feud. dare poss.* noviter, & doctè Consil. de Georg. *in repetit. feudal. cap.40. à num.25. vers. Alii sunt*, qui tenent Castill. *de usufruct. cap.3. num.58.* Sanfelic. *decis.73. à num.7.* Hartham. Pistor *quæst. jur. lib.4. c.11.* (qui optimè declarat in *nu.6.* quo casu Aretini opinio accipi, debeat,) Marin. *lib.2. resol. jur. cap.69. à num.11.* ubi quòd nulla lege dictum Aretini fundari, possit.

73 Alii vero in hac opinionum varietate sub distinctione eas ad concordiam reducere, conantur; dicunt enim, quòd aut prohibitio, ne ususfructus patri quæratur, provenit à lege, vel ab homine: si à lege, tunc procedere opinionem Aretini affirmant: si ab homine: contrariam sententiam veriorem esse, asserunt ea eo, quod mitius cum lege, quàm cum homine agatur *leg. celsus cum vulgat. ff. de arbitr.* & istam concordiam tradunt Afflict. *in constit. minor. numer.11.* quem refert Franch. *dict. decis.10. num.8.* & clarius Ponte *dict. cons.19. num.29. cum*

sequentib. Hieron. Gabriel, *d. conf.* 118. *col. ult.* Pereg. *de Fideicom. art.* 45. *n.* 9. Paschal. *de Patr. potest.* 1. *p. c.* 3. *n.* 10. Giurb. *ad Cons. Messan. c.* 7. *glos.* 3. *p.* 1. *à n.* 25.

74 Sed, quidquid hanc inter usumfructum, & fructus, aut commoditatem in favorem patris differentiam firment DD. saltim in præfato casu, cum ususfructus acquisitionis prohibitio à lege, non ab homine, provenit, ut in eo ususfructus commoditas, non obstante prohibitione, patri quæratur. Contrarium tamen verius, sive pro negativa opinione contra Aretinum indistinctè resolvendum censeo: Imò quid stante hominis, vel legis prohibitione, ne patri ususfructus in bonis filii acquiratur, etiam in ea fructus, & omnis commoditas comprehendatur.

75 Cujus resolutionis ea elegans, ac singularis ratio assignari, potest, nimirum; quia regulariter prohibitiones istæ in favorem filiorum à lege, vel ab homine adjiciuntur, & finis, aut mens principalis prohibentis sit, filiis plenissimè, & sic magis, quàm patri prospicere plenam proprietatem eis relinquendo, ut majorem utilitatem ex rebus ita relictis consequantur, ut docet (licet ad aliud) Fontan. *de Pact. nupt. clauf.* 4. *glofs.* 7. *p.* 3. *n.* 26. ibi: *In usufructu autem consideratur, quod propterea voluit testator eum patri prohibere, ut filius illum lucri faceret.*

76 Quod in feudalib. maximè procedit, in quibus hujusmodi ususfructus per patrem acquisitionis prohibitiones adjiciuntur equidem ut filius domino directo melius servire possit; qua propter principaliter in ipsa commoditate intelligi debent: aliàs namque, si commoditas per patrem ei auferatur, inefficax redderetur prohibitio, ut benè animadvertit Gabriel. *conf.* 162. *ex num.* 8. *tom.* 2. Georg. *in repetit. feudal. cap.* 40. *num.* 19. *vers. Verum isti intellectus*, Ponte *in repetit. feudal. lect.* 7. *num.* 63.

77 Ex quibus patet, quòd ratio præfatæ ususfructus prohibitionis communiter esse solet lucri captatio ejusdem filii, consequenterque in ea fructus, & commoditas comprehendi, debent, aliàs enim si commoditas patri concedatur, inutilis, & inefficax remanebit talis prohibitio, cum effectus principalis, nimirum majorem utilitatem filiis tribuere, non sequatur, ut notat, licet breviter, Gregor. Lop. *in d. l.* 5. *tit.* 17. *part.* 4. *verb. Usufructo*
78 *in med.* † Et etiam ex mera subtilitate juris talis prohibitio fraudaretur, si tantum de jure formali ususfructus, non vero etiam de ejus fructibus, & commoditate intelligi, deberet, ut docet Dom. Molin. *dict. lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 33. Ideoque ne patri una via concedatur, quod alia est prohibitum contra regul. *cap. cum quid, de regul. jur. in* 6. resolvendum est, in ista ususfructus acquisitionis prohibitione, etiam fructuum, & commoditatis acquisitionem comprehendi, quia in idem reincidit, & est effectus principalis dispositionis.

79 Quæ verissima ratio expresè comprobatur ex pluribus juribus, in quibus dum patri ususfructus acquisitio in bonis filii prohibetur, etiam quoad commoditatem intelligitur prohibitio.

80 Ut in *authent. excipitur*, *Cod. de bon. quæ liber.* cujus ususfructus acquisitionis prohibitionem, etiam quoad fructus, & commoditates intelligunt, & interpretantur Doctores, ne inefficax reddatur dispositio, Dom. Molin. *d. cap.* 19. *à n.* 31. Ant. Gabr. *conf.* 118. *n.* 1a. *in fin. & num.* 13. *lib.* 1. *& conf.* 162. *à nu.* 22. *lib.* 2. Sanfelic. *d. dec.* 73. *n.* 9. & cum aliis Castill. *de Usufruct. dict. cap.* 3. *à n.* 54. *&* 58. quod magis exprimitur *in auth. ut liceat matri, & aviæ in princ.* ibi: *Neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium*, & notant Ripa *d. l. cum filio, n.* 72. *de l.* 1. Cald. Pereyr. *in d. leg. si curatorem*, *verb. Læsis, num.* 144. doctè Hipol. Riminald. *in d.* §. 1. *n.* 133. *instit. per quas pers. nob. acquir.* Gratian. *decis.* 76. *num.* 15. & idem ad istam *authent.* notant plures ex supra pro hac opinione relatis.

81 Et idem in prohibitione acquisitionis ususfructus in rebus à Principe filio donatis *ex l. cum multa*, *Cod. de bon. quæ liber.* quam prohibitionem etiam quoad commoditatem versari, ita ut plenissimo jure, tanquam quasi castrensia, filio acquirantur, est communis resolutio, ut patet per Gregor. Lop. Pinell. Matienz. Suar. & alios plures relat. per Gom. *in leg.* 48. *Taur. à num.* 3. & per Barbos. *ad ordinam. lib.* 4. *tit.* 98. §. 5. novissimè Portugal. *de Donat. Regiis, part.* 3. *cap.* 23. *à num.* 43. Sanfelic. *dict. decis.* 73. *à n.* 7.
Cald. *dict. l. si curatorem*, *verb. Læsis*, *num.* 154. † ubi 82
idem comprobat *ex l. fin.* §. *sive*, *Cod. de bon. quæ liber.* ubi ususfructus acquisitionis prohibitionem intelligit Imperator de omni qualibet acquisitione, illic: *Nullam acquisitionem, nec usumfructum quæri.*

Et etiam *nostra leg.* 48. *Taur.* dum usumfructum bono- 83
rum adventitiorum ad filios uxoratos pertinere, voluit, id expresè declaravit parentibus prohibens tam ususfructus jam quæsiti, vel ipsius fructuum retentionem, quam novam acquisitionem, ibi: *Mandamos, que de aqui adelante el hijo, ò hija, casandose, y velandese, se ayan para si el fruto de todos sus bienes adventicios, puesto que sea vivo su padre, el qual sea obligado à se lo restituir, sin le quedar parte del usufructo de ellos.* Quia finis istius legis præcipuus fuit, filios uxoratos talem usumfructum lucri facere, ut melius onera matrimonii sustinere, possent; & ideò rectè per istam *l.* patri prohibetur cujuslibet commoditatis retentio, seu acquisitio, & ita docent Gom. & omnes Tauristæ *ad d. leg.* 48. & ad rem Azeved. *in dict. leg.* 9. *tit.* 1.
num. fin. lib. 5. *Recop.* † licet in nostro casu contrarium ibi 84
sentiat in feudis, vide Giurb. *d. gloss.* 3. *nu.* 25. *&* 26. Sanfelic. *dec.* 83. *à n.* 5.

Unum tamen animadvertere, necessarium existimo, 85
quòd omnia sopradicta contra opinionem Aretini procedere debent eo dumtaxat casu, quo ususfructus acquisitionis prohibitio à lege, vel ab homine in favorem filiorum parentibus est inducta: secus vero si, nullo filiorum favore attento, ex mera juris subtilitate proveniat; quia tunc ex illa subtilitate, & ratione in fructibus ac commoditate ususfructus, ut ab ipso jure diversis, ad patrem benè pertinere poterunt, jure directo pœnes filium remanente, quod exemplificari potest ex dictis per Bald. Bart. Gom. & alios *infrà referendos*, qui asserunt, usufructu filio in potestate relicto, ejus commoditatem ad patrem pertinere, licet ususfructus jus, ut personalissimum, personam filii transgredi, non possit, quo caso, cum ideo ususfructus patri non quæratur, quia personalissimus sit, & sic ex mera subtilitate, ac dispositione non respiciente favorem filii, rectè inferunt DD. relati commoditatem saltim ad patrem expectare, in cujus acquisitione ratio personalitatis cessat: quàm tamen resolutionem in hoc casu legati ususfructus intellige tantùm jure Digestorum, non vero jure Codicis, quo attento, integer ususfructus patri quæritur *ex l. fin. Cod. de Usufruct.* ut infra latè dicam.

Et pro absoluta istius quæstionis declaratione duos so- 86
lum casus proponam, in quibus ex ferè omnium consensu, stante dicta prohibitione, nullam ususfructus commoditatem pater lucrari, poterit, sed plenus ususfructus ad filium spectare, debet.

Primus est, cum in pœnam patris ei ususfructus à lege, 87
vel ab homine aufertur; nam tunc absque dubio ususfructus cum omnibus suis fructibus, & commoditatibus ad filium pertinebit, ut expresè probatur per *l. fin.* §. *sive*, *Cod. de bon. quæ liber.* Bart. Alex. & alii *in leg. Gallus*, §. *Quod si is*, *ff. de liber. & posthum.* Angel. & Salicet. *in l. fin. C. de natural. liber.* Castr. *in authent. excipitur*, *n.* 6. *Cod. de bon. quæ liber.* Rimin. Junior. *in* §. 1. *num.* 121. *instit. per quas person. nob. acquir.* Gregor. Lop. *in leg.* 13. *gloss. del heredero*, *tit.* 7. *part.* 6. Gabr. *d. conf.* 118. *col. fin.* Natta *conf.* 420. Honded. *conf.* 72. *lib.* 1. Socc. *conf.* 124. *n.* 4. *volum.* 3. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 71. Alva *conf.* 586. *n.* 7. Petra *de Fideicom. q.* 14. *n.* 327. benè Caldas *in d. l. si curatorem*, *n.* 150. optimè Pereg. *de Fideicommiss. artic.* 45. *n.* 9. Giurb. *ad Messan. c.* 7. *gloss.* 3. *p.* 1. *n.* 29.

Quod

Digitized by Google

83 Quod adeo præcedere ait Bald. ut neque ex his bonis alimenta patri filium præstare teneri, dixerit in auth. bona damnatorum, Cod. de bon. damnat. col. 1. vers. Quæro, Palac. Rub. in cap. per vestras in rubr. §. 64. nu. 13. Roder. Suat. relatus per Cald. ubi sup. cujus tamen dictum non inveni.

89 Sed contrarium est verius, imò quòd in hoc casu pater alendus sit, Decian. cons. 12. nu. 52. & cum alijs pluribus Gomez in leg. 9. Taur. num. 45. & ad rem est Text. expressus in leg. Imperator 50. in fin. ff. ad Trebell. & in auth. de incest. nupt. in princ. vers. Si vero contigerit, collat. 2. & in nostra quæstione Cald. dict. numer. 150. & Giurb. dict. numer. 29.

90 Secundus casus est, in quo proculdubio pater privatus usufructu, neque commoditatem prætendere, poterit, veluti si prohibens expresse etiam caverit, quòd nec commoditas ad patrem perveniat, ut docet idem Aretin. in dict. §. Igitur, numer. 13. inst. per quas pers. nob. acquir. Franch. dict. decis. 10. num. 8. D. Molin. dict. lib. 1. cap. 19. num. 34. Ubi quòd ista specifica prohibitione stante, absque dubietate dicta resolutio procedit, & idem docet Cald. in dict. leg. si curatorem, num. 145. vers. Licet, & expressè comprobatur per dict. leg. fin. §. Sive, leg. cum multa, C. de bon. quæ liber. authent. ut liceat matri, & aviæ

91 in princ. † quod, & non solum si expressè verum, & si tacitè sit probibitum, locum habebit, ut si dicatur, quòd nullum participium, aut partem pater in bonis filii habeat, ut probatur ex d. auth. ut liceat, & d. l. fin. §. Sive, d. l. 48. Taur. & docent Peregr. d. cons. 102. n. 2. & Giurb. d. c. 7. glos. 3. p. 1. n. 27.

92 Unum tamen animadverte, ad inducendam videlicet ususfructus per patrem acquisitionis prohibitionem conjecturas, vel aliter tacitè apparere, sufficere, ut per Text. in l. si ususfructus, §. si ita, juncta ibi Gloss. in verb. Repellendus, ff. quand. dies leg. ced. probant Bart. & Paul. de Castr. in authent. excipitur, num. 2. Cod. de Bon. quæ liber. Valasc. consul. 118. num. 34. tom. 2. plenissimè Caldas Pereyr. in leg. si curatorem habens, verb. Læsis à num. 146. Bec. qui communem dicit, cons. 97. nu. 15. & refert Sotomayor. allegat. c. 3. à nu. 54. Fontanell. claus. 4. gloss. 7. p. 3. n. 23. optimè, & notabiliter Petr. Surd. cons. 116. ex n. 11. & passim per tot. & cons. 143. n. 21.

93 An autem prohibita patri bonorum adventitiorum administratione, ususfructus quoque acquisitio prohibita censeatur? Aliqui dubitare solent: Sed breviter negativè resolvendum est; quia, & si ad hoc conjecturæ, aut verba æquivalentia sufficiant, hoc tamen intellige quando talia sunt, ex quibus nihil aliud, quàm perceptionis ususfructus prohibitio deduci, possit, juxta Surd. Castill. & alios supra relatos, cum tamen ex hujusmodi administrationis prohibitione non ita necessario inferatur testatoris voluntas ad ususfructus prohibitionem; multo enim diversæ rationes in prohibitione administrationis considerari solent, quæ ad interdictionem ususfructus minimè influunt: in administratione quippe prohibenda considerat testator filii favorem non respective ad fructus quærendus, vel non, sed ad securitatem bonorum, ne pater, de quo testator parum confidit (quia dissipator fortè) ea malè alienet, & perdat; ita ferè Dom. Molin. lib. 1. dict. c. 19. n. 34. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glost. 7. p. 3. c. 23. n. 22.

94 E contra verò prohibita patri ususfructus acquisitione, an administratio prohibita censeatur tractant latè plures congerentes Fontanell. d. p. 3. ex nu. 27. benè distinguens Castill. de ususfruct. c. 3. ex n. 59. & 63.

95 Item animadverte, hujusmodi prohibitiones, ne adventitiorum ususfructus patri quæratur, per matrem in legitima adjici, non posse, ex quo hoc jus à lege ratione patriæ potestatis patri tribuitur, quod ideò per matrem tolli nequit, ut resolvunt Caldas in verb. Læsis, nu. 146. vers. Contrariam, Capic. decis. 56. Ricc. ad Franch. decis. 161. ex Text. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. & authent. ut liceat matr. in princ. vers. Et postquam reliquerit, & vers.

Lagunez de Fructib.

Hoc enim, Dominic. Ant. de Portug. de Donat. 3. p. c. 23. n. 21. contra Novar. ad Franch. in loc. citat.

96 Nota tamen, quòd si in aliquo casu patri ususfructus, commoditas, vel fructus tantum quæratur, jure directo penes filium remanente, ista commoditas tandiu patri durare, debet, quamdiù vita filii duraverit; nam, ea extincta, extinguitur, etiam patris commoditas, cum & ususfructus, à quo commoditas ista dependet, per mortem filii extinguatur, ut expressè comprobatur per Text. singular. in l. necessario 8. §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit. Ubi idem generaliter statuitur in quolibet casu, quo commoditas per usufructuarium in alium transferatur, & idem docet ibidem Gloss. & Imol. num. 5. Ant. Gom. in l. 48. Taur. num. 2. Barbos. solut. matrim. in l. ususfructu 57. n. 3. & in nostro casu Mendez in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. Pinell. de bon. mater. in l. 51. p. 1. num. 4. Tello in l. 5. Taur. num. 8. Morla in Empor. tit. 6. quæst. 1. num. 6. Menoch. cons. 1022. num. 19. Giurb d. c. 7. glos. 2. num. 11. & facit doctrina ex Dom. Salgad. & aliis supra relata.

97 Item ex nostra differentia inter usumfructum, & ejus fructus, quidam notabiliter inferre, volunt, quòd, quamvis ususfructus filio in patria potestate existenti legatus patri non acquiratur; quæratur tamen ei fructus, ac commoditas ejus, quam opinionem docent Bald. in leg. fin. n. 3. & 8. Cod. de usufruct. Paul. de Castr. cons. 455. n. 2. benè Angel. Aretin. in §. 1. numer. 5. instit. per quas person. nob. acquiritur, Ann. cons. 51. num. 12. Milanens. decis. 3. num. 72. lib. 2. & cum Odoffred. Salicet. & aliis antiquior. latè Anton. Gom. in l. 48. Taur. num. 2. Ubi quòd hæc sit vera intelligentia ad l. fin. Cod. de usufr. in casu, quo filio ejus contemplatione, vel simpliciter ususfructus filio relinquatur, quia tunc (ait) certum est, in ejus persona usumfructum radicari, commoditate dumtaxat ad patrem transeunte, & idem docent eleganter Bart. in dict. leg. fin. Cod. de usufr. & in dict. leg. cum filio in 2. quæst. sub num. 9. quem sequuntur ferè omnes antiquiores, & ibidem Cuman. col. 4. & optimè Paul. de Castr. cons. 455. numer. 7. vol. 2. & cons. 247. num. 6. vol. 1. Dilect. de Art. testand. lib. 6. caut. 13. num. 3. Ruin. cons. 194. lib. 2. Paris consil. 157. num. 5. lib. 4. Boer. decis. 199. num. 8. optimè, & latè Peregrin. cons. 102. numer. 3. Pont. cons. 116. numer. 3. lib. 2. Arias in leg. 46. Taur. num. 5. in fin. Matienz. in l. 9. tit. 1. gloss. 1. num. 9. lib. 5. Recop. & ex aliis Giurb. ad Consuet. Mess. cap. 7. gloss. 2. part. 1. nu. 11. & 17. & c. 8. gloss. 2. num. 11.

98 Quæ quidem doctrina, & illatio ex nostra differentia jure Digestorum verissima erat, quo attento, quamvis quidquid filius acquireret, patri quæreretur ex leg. placet cum vulgatis, ff. de acquirenda hæredit. leg. 1. ff. si a parent. quis fuerit manumiss. & cum aliis Dom. Valent. Illustr. jur. lib. 1. tract. 2. cap. 8. num. 4. hoc tamen locum non habebat in jurib. personalissimis, ut in usufructu filio relicto, ut docent Anton. Gom. in leg. 48. Tauri, num. 2. P. Molin. de Iust. & jur. tract. 2. disput. 8. versic. Quartus, Trentacinq. lib. 1. variar. tit. de pecul. resol. 5. num. 9. Antunez de Portugal. de Donat. Reg. tom. 2. part. 3. c. 23. n. 42. Et ideo acquisitio patris in ususfructus commoditatibus, & fructibus dumtaxat exercebatur, in quibus prohibitionis ratio cessabat, ut est de mente Bartol. & Gometii in locis, n. 98. relatis.

99 Sed jure Codicis attento, & præcipuè, dict. leg. fin. C. de usufr. illatio Bald. & nostri Gomet. substineri nequit cum imò, attenta veriori opinione, & ipsa leg. fin. quæ expressè quæstionem dissolvit, talis ususfructus filio relictus indistinctè patri quæritur, & ideò cum in ejus persona jus radicetur, etiam post mortem filii durat: † & 100
quòd magis est, & specialiter per dict. leg. fin. Cod. de usufruct. cavetur, mortuo patre, apud filium remanet, & & in ejus persona continuatur, quòd expressè, & absque dubio probatur per dict. l. fin. quam ad hoc notabilem, & expressam reputat Cavalcan. de usufruct. n. 179. vers. Quod autem debeat, fol. mihi 372.

101 Et hanc sententiam, ut veriorem, & d. l. fin. magis conformem, tenent contra sup. relatos, Connan. lib. 4. commentar. c. 6. n. 4. Roderic. Suarez in quæstion. majorat. q. 6. num. 11. Pichard. in §. finitur, instit. de usufruct. nu. 4. & 5. ubi doctè rem explicat, Pinel. in l. 1. p. 1. num. 41. C. de bon. matern. Mendez de Castr. in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. p. 2. n. 114. cum seqq. Petr. Gregor. part. 1. syntag. jur. lib. 4. cap. 5. num. 8. 12. & 20. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 16. num. 9. August. Morl. in empor. jur. p. 1. tit. 6. quæst. 1. num. 6. fol. 277. & optimè, ac eleganter Castill. de usufruct. cap. 63. ubi latè per tot. de interpretatione, dict. leg. fin. & à num. 14. pro ista opinione resolvit, & sic d. l. fin. concordat cum l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. & eum sequitur August. Barbos. in Collect. ad C. in d. l. fin. nu. 4. ubi benè rejicit opinionem Gomezii, & supr. relatorum.

102 Item ex præfata hujus capitis principali differentia inter usumfructum, & ipsius fructus ad praxim infertur, quod publicatis bonis usufructuarii ususfructus non transit in fiscum, quoad jus formale: secus quoad fructus, aut commoditates, durante ejus vita, ut per Text. in l. 4. §. & hic subjungit, ff. locat. l. quomodo, & ibi Gloss. ff. de re judicat. leg. si ex postulaverit, §. jubet, ff. ad leg. Iul. de adulter. tradunt Ant. Gom. 2. var. c. 15. num. 18. Molin. de just. & jur. tom. 1. disput. 9. vers. Ex dictis facilius, Garcia de expens. c. 10. num. 47. & cum aliis Farinac. in prax. crimin. qu. 25. num. 149. Sanchez in præcept. Decalog. tom. 1. cap. 16. ex num. 3. Fermosin. allegat. 55. ex num. 19. etiamsi ususfructuarius post mortem, vel certum tempus usumfructum restituere gravatus sit, quia adhuc, ipsius vita durante, vel tempore, seu dilatione, fructus ad fiscum pertinebunt, Garz. d. cap. 10. num. fin. Sanchez dict.

103 cap. 16. num. 5. † Quæ tamen resolutio juxta eundem Sanchez in num. 7. & 8. intelligenda est dummodo ex delicto, quo confiscationis pœna infligitur, pœnam quoque mortis, vel mediam aut maximam capitis diminutionem reus non patiatur; in his namque casibus ususfructus formalis jus in totum resolvitur, & statim cum proprietate consolidatur, juxta Text. in l. corruptionem, C. de usufruct. & prosequuntur Alberic. in l. si ex postulaverit, §. jubet nu. 5. ff. ad leg. Iul. de adulter. benè Morquech. de divis. bonor. lib. 4. c. 4. n. 34. cum seqq. & cum multis Barbos. in Collect. ad C. in d. l. corruptionem, n. 13. Aillon. in addit. ad Gom. d. c. 15. n. 19.

104 Ex quibus idem dicendum est in usufructu bonorum adventitiorum, ut similiter, publicatis bonis patris, in fiscum quoad fructus, seu commoditatem, durante vita patris transeat, non verò, quoad jus formale, Dom. Molin. Morquech. & DD. proximè referendi, cum prædicta tamen declaratione, si pater mortis pœnam, vel mediam, aut maximam capitis diminutionem patiatur, ut tunc cum filiorum proprietate consolidetur, optimè ita contrarias in hoc casu opiniones concordantes Molin. de justit. & jur. tom. 1. disputat. 9. col. 9. Morquech. de divis. bonor. dict. cap. 4. ex numer. 34. Farinac. in pract. crimin. dict. quæst. 24. num. 43. Plaza de delict. cap. 12. num. 39. Fachin. lib. 9. controvers. cap. 50. in fin. Fermosin. allegat. 30. num. 43. & 44. Siatin. de regalib. lib. 2. cap. 12. numer. 27. Castr. Palao tractat. 4. disput. 5. punct. 11. num. 11. Sanchez in præcept. lib. 2. cap. 16. num. 18. & 19. & meritò, quia præfatis modis patria potestas solvitur, qua extincta, usumfructum etiam extingui, necesse est, ut rectè pro ratione resolvunt DD. citatis.

105 Juxta quæ idem resolvendum, jure nostro Regio attento, si filius ante, vel post publicationem bonorum matrimonium contraxerit; nam & ea hac causa apud nos filius patriam potestatem, egreditur, & adventitiorum ususfructus ad eum pertinet, & cum proprietate penes ipsum remanente consolidatur, juxta nostram l. 48. Taur. ita optimè Sanchez d. cap. 16. num. 15. idemque jure Lusitano servandum docet Dominic. Antunez de Portugal. de donat. Reg. p. 1. cap. 23. nu. 56. in fin.

106 Item ex dicta nostra inter usumfructum, & ipsius fructus, ac commoditatis differentia notabiliter infertur, quòd, quamvis ususfructus ab uno ex conjugibus, constante matrimonio, acquisitus, alteri non communicetur, quoad jus, quia personale, & individuum est, & ideò, nec dividui, nec personam acquirentis transgredi potest, fructus tamen ejus, & commoditates, constante matrimonio perceptæ absque dubio inter eos communicantur, ut docent Joan. Gutierrez pract. quæst. 116. num. 4. lib. 2. Ayora de partition. 1. part. cap. 8. numer. 20. Cannet. in cap. volentes, §. Explicitis, nu. 6. Morquech. de divis. bonor. lib. 2. cap. 15. à numer. 10. D. Palac. Rubios in repetit. ad cap. per vestras de donation. inter. in rubr. §. 65. num. 66. Gregor. Lopez in l. 18. tit. 11. part. 4. Dom. Covarruv. de spons. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 9. Didac. Perez in leg. 4. tit. 4. lib. 5. ordinament. Matienz. in leg. 2. gloss. 1. num. 87. tit. 9. lib. 5. Recopilat. Ant. Gomez lib. 2. variar. resolut. cap. 15. numer. 19. & in leg. 70. Taur. numer. 18. Garcia de conjugal. acquæst. numer. 134. & 174. Marius Giurb. ad Consuet. Messanens. dict. cap. 1. glos. 2. part. 1. num. 107.

Sicuti, & quorumlibet bonorum, incommunicabilium reditus, ac fructus inter conjugis communicantur, ut docent in officiis, & similibus rebus ad plura Philipp. Decius cons. 560. numer. 5. Carpan. ad statut. Mediolan. stat. 483. num. 236. part. 2. Chassan. in Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 2. verb. Totus, num. 6. Gregor. Lopez in l. 17. tit. 11. p. 4. Montal. in l. fin. glos. 1. tit. 3. lib. 3. Fori, Thesaur. decis. 187. in fin. Roderic. Suarez in tit. de las ganancias, n. 63. Ant. Gom. in l. 52. Taur. n. 11. & 33. Gasp. Baeza de decim. tutor. c. 25. nu. 24. & cap. 24. nu. 15. & cap. 30. num. 17. D. Palac. Rub. in c. per vestras de donation. inter, §. 62. nu. 10. Matienz. in l. 5. glos. 5. tit. 9. lib. 5. Recopilat. & ibi Azeved. n. 5. & in l. 3. & 4. n. 15. & 17. Joan. Gutierrez lib. 2. pract. quæst. 118. num. 6. Ayora de partit. part. 1. cap. 9. num. 6. Larra in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 261. ff. de liber. agnoscend. Morquech. de divis. bonor. lib. 2. c. 11. n. 17. Petr. Barbos. in l. 1. part. 1. n. 32. 35. & 36. ff. solut. matrim. Fœlic. de societat. cap. 13. num. 31. Marius Giurb. ad Consuet. Messanens. dict. cap. 1. glos. 3. part. 1. num. 13. & tot. capit. latè de materia, & de bonis, constante matrimonio, superlucratis, de quibus latissimè nostri Regnicolæ supra relati. 107

Quod tamen dictum in usufructu limita, si titulo emptionis, aut alio titulo oneroso per unum ex conjugibus acquisitus sit, quia ultra, quòd, constante matrimonio, fructus communicantur, Dom. Covarruv. d. cap. 7. §. 1. num. 9. Garcia de conjugal. acquæst. nu. 94. & supra relati; soluto etiam matrimonio, ejus æstimatio communicari, debet, Giurb. d. cap. 1. glos. 2. part. 1. num. 114. & an æstimationis computatio fieri, debeat juxta l. hereditatum, ff. ad l. Falcid. vel juxta l. si quis argentum, §. fin autem, C. de donation. vide ad rem Dom. Covarruv. 3. variar. cap. 19. num. 18. 108

Ut, & in Officio Tabellionatus, Procurationis, vel alio simili ex communi pecunia à viro, constante matrimonio, empto, in quo cum uxor ob ejus incapacitatem, & Officii individuitatem partem habere non possit ejus æstimatio inter eos dividitur, ut tenent Tello Fernandez in l. 26. Taur. num. 11. Avendaño respons. 9. num. 3. & respons. 38. Gutierrez lib. 2. canonic. quæst. quæst. 5. num. 47. & lib. 2. pract. quæst. 119. num. 7. Matienz. in l. 5. gloss. 4. tit. 9. lib. 5. Recopil. Felician. de censi. lib. 2. cap. 3. num. 29. Gasp. Baeza de dot. cap. 26. num. 14. Azeved. in d. l. 5. num. 1. Carpan. ad statut. Mediolan. stat. 488. num. 267. Ayora de partit. part. 1. cap. 8. num. 61. Dom. Covarruv. d. cap. 9. num. 4. & 6. Valasc. de partit. cap. 53. numer. 69. & 70. Garcia de conjugal. acquæst. numer. 69. & de expens. & meliorations. cap. 14. numer. 14. & 15. Corduba in summ. de casos de conciencia, quæst. 134. Mieres de majorat. part. 4. quæst. 40. à numer. 34. Giurb. dict. cap. 1. gloss. 2. part. 1. num. 115. ubi, & quòd constante matrimonio ejus fructus, ac emolumenta communicentur, & Azeved. in d. l. 5. n. 1. & 7. 109

Item infertur, quòd, quamvis vidua, cui in Arago- 110
nia,

nia, aut Cathalonia ususfructus in bonis mariti ex specialibus constitutionibus, competit, jus formale utendi cedere, aut alienare nequeat, benè tamen id facere potest circa ejus fructus, & commoditatem eos percipiendi, ut in specie docet ex dict. *l. necessario, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vendit.* & aliis juribus, & DD. ex supra adductis, Cancer. *tom. 3. variar. resolut. cap. 7. numer. 47. & 48.* quem sequitur Fontanel. *de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. num. 28.*

111 Item ex prædicta inter usumfructum, & fructus differentia, infertur ad notabilem in praxi quæstionem resolutio circa remissionem, aut renunciationem bonorum adventitiorum per patrem in favorem filii factam, in qua quæstione valde dubitant DD. an talis donatio, seu usufructus renuntiatio in præjudicium creditorum, vel aliorum filiorum teneat; Pro cujus articuli veriori declaratione distinguendum quoque mihi videtur, prout in superioribus quæstionibus distinximus, inter usumfructum renuntiatum, & fructus: in primò casu, quamvis plures DD. teneant rectè usufructus renuntiationem in præjudicium creditorum, aut filiorum legitimè procedere, nullam differentiam inter usumfructum per patrem agnitum, vel non, constituendo, imò multi id non solum cum usufructus de jure tacitè ei fuerit quæsitus, sed, & cum expresè fuerit acceptatus, resolvunt per Text. *in l. cum oportet, §. Non autem, vers. Sin autem res. C. de bon. quæ liber. & in l. fin. vers. Sive ex contrario patre recusante eodem,* Paris. *cons. 730. num. 32.* Coinæus *in dict. §. Sin autem, vers. Dicas pro concordia, & consil. 285. num. 15. & 16. volum. 1.* Gregor. *in l. 9. tit. 4. par. 5. glos. 12. vers. Contra ista tamen dicta Socini,* Mendez de Castr. *in dict. l. cum oportet, num. 30.* Menoch. *cons. 282. num. 32.* Pater Molin. *de just. & jure, tract. 2. disputat. 8. num. 2. vers. Secundus est,* Tello Fernand. & alii per Gomez *in l. 48. Tauri, num. 9. & 10.* Sess. *decis. 137. num. 25.* Alexand. Trentacinq. *lib. 1. variar. resolut. tit. de pecul. resolut. 3.* Pater Sanchez *lib. 6. de matrimon. disp. 4. num. 18.* Marius Giurb. *in Constit. Messan. cap. 1. glos. 8. part. 1. num. 15.*

112 Quinimò non tantùm usumfructum adventitiorum patri ipso jure tacitè quæsitum, sed etiam expresè acceptatum in præjudicium creditorum, seu aliorum filiorum uni ex filiis proprietatem habenti renuntiari per patrem, aut remitti, posse; quin in legitima æstimatio sit conferenda, quia non ex re patris utilitas aliqua provenit, sed ex proprietate adventitiorum, juncta usufructus consolidatione, tenuerunt expresè Tellus *in l. 17. Taur. num. 63.* Caldas *in §. Sed hæc, cap. 2. numer. 99. & 110. instit. de inoffic. testament.* Pereyr. *decis. 55.* Carval. *de una, & alter. quart. cap. 1. num. 156. & 157.* Mangil. *de imputat. quæst. 45. num. 11. junct. numer. 16.* Portugal. *de donat. Reg. part. 3. cap. 23. num. 36.* qui pro hac sententia Ryminald. Alexand. Menoch. Surd. & alios refert; quorum tamen plures minimè in hoc casu loquuntur, sed præfati Caldas, Mangil. & alii pro hac resolutione referunt, extolluntque nimis *d. §. Sin autem, l. cum oportet:* illic: *Sin autem res sibi memorato modo acquisitas parens noluerit retinere, sed apud filium, aut filiam, vel deinceps personas reliquerit, &c.* quasi in expresè per patrem acceptato loquatur.

113 Sed certè pro veriori hujus articuli resolutione in hoc primo casu renuntiationis usufructus distinguerem potius inter usumfructum de jure tantùm tacitè patri quæsitum, nondum tamen expresè agnitum, & inter eum, quem expresè pater acceptaverit, ut illum rectè pater filio renuntiare, aut remittere, valeat, in creditorum, vel filiorum præjudicium, quin postea ususfructus hic, vel ejus æstimatio conferri debeat, quia ut jus quærendum habetur nihilque pater ex hujusmodi juris renuntiatione de suo patrimonio minuere, censetur, sed id tantum
114 agit, ne ususfructus ei quæratur † juxta vulgaria jura in *l. quod autem 6. l. patrem 19. l. debitorem 20.* cum aliis, *ff. quæ in fraud. credit. l. non fraudantur 184. ff. de reg. jur.* & alia congesta per DD. referendos, quæ tantum creditoribus succurrunt, contra debitores suum patrimonium donationibus, renuntiationibus, vel aliter diminuentes, non verò contra eos, qui quærenda jura lege jam delata omittunt, ut in hæreditatibus, legatis, & aliis delatis tantùm juribus resolvunt, plenissimè alios congerentes Castil. *lib. 5. controvers. cap. 121. numer. 19. cum sequentib.* Dom. Olea *de cess. jurium, tit. 2. quæst. 3. per tot.*

Nec huic resolutioni obstat quòd ipso jure ususfructus 115 adventitiorum patri quæratur, etiam ignoranti, & absque ulla expresa acceptatione; qua propter ejus renuntiatione juris quæsiti esse, non quærendi videbatur dicendum; quia hoc idem in legatis (vindicationis intellige ne à Theoricis corripiamur) de jure communi accidebat, quod dominium ipso jure à morte testatoris transibat in legatarium *l. actio rum vulgatis, ff. de furt.* etiam ignorantem, *l. si tibi homo, §. Cum servus, ff. de legat. 1. l. cum pater, §. Surd. de leg. 2.* quod & jure codicis in quibuslibet legatis, & fideicommissis servatur *ex l. unica, Cod. commun. de legat.* juxta notata passim per Theoricos, & DD. *in §. Sed alii instit. de legat.* & tamen, hac legali acquisitione legatorum non obstante, legatum ante agnitionem legatarii, ut jus quærendum semper fuit habitum, & nunc habetur, ejusque repudiatio in creditorum præjudicium fuit approbata *in dict. l. quod autem 6. §. Sed, & illud 4. cum vulgat. ff. quæ in fraud. credit.* ex quo fictitia hæc acquisitio non perfecta, & irrevocabilis censetur, sed imò retro revocabilis, sive quia resolvenda remanet, non sequuta legatarii acceptatione, in cujus favorem tantum est inducta, ita quòd, eo repudiante legatum, dominium ejus retrò nunquam, nec momento quidem temporis legatario quæsitum fuisse censeatur, destructa fictione juris, juxta quam repudiatio, non alicujus juris quæsiti, sed quærendi potius habenda, ut nulla ex hoc fraudulenta alienatio dicatur, pro quo est Text. singularis *in l. 1. §. utrum autem, ff. si quis in fraud. patron.* ubi notabiliter ad rem, ibi: *Quamvis enim legatum retrò nostrum sit, nisi repudietur, attamen cum repudietur, retro nostrum non fuisse palam est:* frequenterque notant Theorici, & videri potest apud Fabrum *8. conjectur. cap. 19.* & cum aliis Anton. Pichar. *in §. Item si quis in fraudem, num. 17. instit. de action.* Osuald. ad Donel. *lib. 23. commentar. cap. ultim. in princip.* & ex practicis optimè Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 132. nu. 4. & cap. 271. num. 10. 11. 37. & 38.* qui optimè in usufructus patris repudiatione loquitur; sequitur Petr. Surd. *in singulari ad rem, consil. 116. numer. 78. & consil. 300. numer. 8. 16. & 19.* Tell. Fernand. *in l. 4. Taur. numer. 59. vers. Ulterius videbatur,* benè intelligens *dict. l. quod autem, ff. quæ in fraud. cred.* & prosequuntur Vincent. de Franch. *decis. 101. numer. 17.* Lara *in l. si quis à liberis, §. Utrùm, numer. 60. cum seqq. de liber. agnoscend.* Flores Diaz de Mena in addit. ad decis. Gam. 118. Fab. de Ann. *consil. 113. numer. 2. cum sequentib.* Castil. *lib. 5. controvers. cap. 112. ex numer. 35.* Pater Sanchez *de matrimon. lib. 6. disputat. 4. numer. 8. & in summ. lib. 2. cap. 14. ex num. 59.*

Et ita specialiter in nostra usufructus adventitiorum 116 per patrem in favorem unius filii, & cæterorum præjudicium repudiatione loquitur Petr. Surd. *in cons. 116. n. 78.* Stephan. Gratian. *d. cap. 271. ex num. 10. & 37.* & alii ex proximè referendis.

In secundò verò casu superioris distinctionis, cum vi- 117 delicet, post acceptationem usufructus pater ipsum uni ex filiis proprietatem habenti renuntiat, verius juxta superiora etiam fundamenta à contrario sensu videtur dicendum, usumfructum ita per unum ex fratribus quæsitum cæteris mortuo patre conferendum, habita ratione fructuum in vita patris perceptorum; quia in hoc casu cum ususfructus per usumfructuarium acceptatus, sive agnitus de ipsius dominio, & substantia dicatur, *leg. in venditione in princip. ff. de bon. authorit. jud. possidend.*

Cyriac.

Cyriac. *contr.* 319. *num.* 18. ipsius consequenter renuntiatio verè donatio juris quæsiti alienatio dicenda erit, & paterni patrimonii diminutio, ut ita etiam *in dict. l. quod autem* 6. & cæteris juribus *sub dict. tit. ff. quæ in fraud. creditor.* comprehendatur, ut in specie ususfructus alteriusve quæsitæ servitutis deciditur *in l.* 3. §. *Gesta*, ibi: *Aut usumfructum, aut servitutem*, *l. ait prætor* 10. §. *Si cum mulier. circa finem*, *vers. Plerumque*, *ff. quæ in fraudem creditorum.*

118 Et in terminis nostræ quæstionis resolvunt optimè sub præfata distinctionem inter usumfructum adventitiorum per ipsum patrem quæsitum, sive acceptatum, vel delatum tantùm lege, ut in hoc casu rectè in præjuditium creditornm, & filiorum renuntiatio procedat: secus in illo, in quo renuntiatio vera alienatio, seu donatio filiis, aut creditoribus præjuditialis habenda sit, & consequenter revocanda, aut conferenda, Bart. *in l. si quis pro eo*, §. 1. *numer.* 3. *ff. de fidejussoribus*, Ryminald. Junior. *in* §. 1. *numer.* 129. *institut. per quas personas nob. acquir.* Philipp. Cornæus *in l. cum oportet*, §. *Non autem*, *Cod. de bon. quæ liber.* Anchar. *consil.* 106. *numer.* 3. Crott. optimè loquens *in leg. frater à fratre*, *numer.* 80. *ff. de condict. indebiti*, Caldas *de restitut. in verb. Læsis*, *numer.* 148. *in verbis*, *Subjicit saluberrimum consilium*, Alexand. Trentacinq. *lib.* 1. *variar. tit. de pecul. resolut.* 3. Æneus Robert. *lib.* 3. *rer. judicat. cap.* 12. Carpan. *in Statut. Mediolan.* 126. *numer.* 28. Boer. *decis.* 199. Alvarad. *de conjecturat. ment. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *numer.* 16. Pater Sanchez *de matrimon. lib.* 6. *disputat.* 4. *numer.* 18. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 271. *ex numer.* 10. & 37. & 38. Flores Diaz. de Mend. *ad dict. decis. Gam.* 128. Alvarad. *de conjecturat. ment. defuncti*, *lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *quæst.* 12. Montealegre *in prax. civil. lib.* 2. *cap.* 1. §. 1. *numer.* 23. & 24. Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *ex numer.* 70. & *numer.* 77. Mier. *de majorat. part.* 4. *quæst.* 23. *numer.* 136. estque notabile cons. Petr. Surd. 116. *ex numer.* 78. & 83. Castil. *dict. cap.* 112. *num.* 40. Dom. Ferdinand. Arias de Messa *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 36. *num.* 14. qui benè loquitur circa præjuditium creditorum ea hujusmodi ususfructus renuntiationibus, juxta distinctionem, admittendum, vel non Capyc. Latro *decis.* 8. *numer.* 17. Cyriac. *controvers. forens. lib.* 2. *cap.* 319. *ex num.* 1. *ad* 41. Giurb. *in Consuetud. Messan. cap.* 7. *gloss.* 11. *part.* 1. *ex numer.* 6. Dom. Salgad. *in Labyrint. part.* 2. *cap.* 15. *ex num.* 50. *cum sequentib.* & 1. *part. cap.* 14. *ex numer.* 80. ubi
119 quòd † procedat, etiamsi ususfructus nondum acceptati renuntiatio, pendente concursu creditorum, fiat, & *in* 4. *part. ejusdem Labyrint. cap.* 15. *ex numer.* 24. qui rectè limitat in numer. 26. in alienatione necessaria.

120 Et alios congerens hanc distinctionem agnoscit doctissimus, & integerrimus Consiliatius Dom. D. Ildephonsus de Olea in suo plenissimo, & docto tractatu *de cess. iur. tit.* 2. *quæst.* 3. *num.* 26. licet *in num.* 28. quoad imputationem hujusmodi ususfructus filio remissi se referat ad Cutell. & Carualh. quem ultimum superius pro contraria sententia retulimus, negantem videlicet imputationem, etiam usufructu post acceptationem renuntiato; sed cum in hoc casu vera sit juris quæsiti donatio, & alienatio in præjuditium creditorum, & filiorum, procedere non posse dicendum videtur, & hoc expressè voluit Marius Cutel. sequutus Fontanel. *in tractat. de donation. tract.* 1. *discurs.* 2. *part.* 9. *ex num.* 1. & 3. *in versic. Ego vero Fontanellam*, ad quem etiam se refert Dom. Olea: juxta quæ consequenter paterna hæc donatio ususfructus quæsiti imputanda, veniet apud nos maximè in melioratione tertii, & quinti, & si quid supererit, in legitima secundum nostram *l.* 26. *Tauri.*

121 Ultra quos etiam Doctores, sunt alii plures, qui & si præfatam distinctionem inter usumfructum delatum, vel quæsitum expressè non afferant, sed imò pro contraria sententia, ut hujusmodi ususfructus renuntiationes indistinctè in præjuditium filiorum, & creditorum procedant, loquuntur tamen satis expressè in casu tantùm, quo ususfructus non fuærit quæsitus, & aliqui, conditione illa adjecta, ut renuntiatio ab initio, hoc est, ante acceptationem, fiat, ex quo tunc alienatio, aut donatio non dicatur, nec pater minuere suum patrimonium, sed tantum non acquirere, juxta *dict. l. quod autem* 6. & commune Doctorum placitum, itàoptimè in nostro casu Matienz. *in l.* 1. *gloss.* 4. *num.* 18. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* illic: *Tudic, non censeri donationem, si ab initio pater repudiet usumfructum, quia nihil de suo diminuit*, & ita quoque se explicat Valasc. *de partit. cap.* 13. *num.* 137. *cum seqq.*
† qui optimè tractat quæstionem collationis ususfructus 122
per patrem remissi, & tunc solum locum non habere, resolvit, cum renuntiatio ab initio fiat, cum nunquam pater usumfructum quæsierit ex generali ratione, quòd tunc nihil de propriis bonis patrem minuere, vel ad filium pertinere, ait videndus Valasc. *ex num.* 143. & 46. quasi contrarium asserat in renuntiatione ususfructus jam agniti, & acceptati per patrem.

Et in hunc ferè modum, & sensum loquuntur Tellus 123
Fernandez *in l.* 17. *Tauri*, *ex numer.* 57. & *numer.* 61. & *numer.* 63. *in versiculo Opinio verò.* Paul. Anton. Gomez *in l.* 48. *Tauri*, *numer.* 9. *versic. Quia respondeo*, & assentitur Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.* 1. *gloss.* 8. *part.* 1. *numer.* 15. & 16. *præsertim in versic. Præmissorum est ratio*, & *in versic. At si radicatum*, & alii Doctores, qui similiter dum hujusmodi ususfructus renuntiationes in præjuditinm creditorum, vel filiorum procedere, dicunt ex generali in hac materia ratione, quòd ex hoc suum patrimonium parentes non diminuant, sed tantum acquirere, desinant, quod non possent dicere hujusmodi Doctores nisi loquerentur in remissione ususfructus ante acceptationem, nam aliàs post eam alienatio juris quæsiti, & consequenter diminutio patrimonii remissio esset dicenda: ita se explicant Giurb. & alii in repudiatione legati nondum agniti, etiam de jure à morte testatoris translati, ut superius dictum remanet.

Hæc circa primum casum remissionis, aut renuntia- 124
tionis ususfructus adventiorum, quando in præjudicium creditorum, vel filiorum procedat, vel non, aut conferri debeat. Sed quidquid in hoc casu, cum ante acceptationem ususfructus per patrem uni ex filiis remittitur, de hoc cæteri filii, aut creditores tanquam in suum præjuditium querellari, non possint, nec filii desiderare collationem; contrarium tamen ex præfata nostra principali inter usumfructum, & fructus differentia dicendum est, cum non ususfructus, sed ipsius fructus jam collectos pater alicui ex filiis concesserit, aut donaverit; in hoc sanè casu extra dubium conveniunt Doctores, talem fructuum remissionem veram alienationem esse, & per eam consequenter creditores, aut filios frandari; quia collecti semel fructus dominii paterni fueruut effecti, & per consequens conferendi etiam inter filios, ut cujuslibet alterius rei à patre donatæ, Mendea de Castro *in dict. l. cum oportet* 30. Valasc. *de partic. dict. cap.* 13. *numer.* 139. Carualh. *de una*, & *alter. quart.* 4. *part. cap.* 1. *n.* 163. *vers. Omitto casum.*

Et in quibuslibet aliis fructibus donatis rerum pa- 125
ternarum, vel maternarum, etiam si colligendi sint concessi, est singularis decis. Gam. 118. & ibidem Flores de Mena in fin. addit. ubi quòd apud nos in eis filius donatarius melioratus censeatur, juxta d. nostram *l.* 26. *Tauri.*

Quid autem dicendum si non ita expressè pater fructus 126
adventiorum donec, nec jam collectos, sed conniventibus oculis filium per aliquos annos fructus percipere permisit? In quo casu major quidem est dubitatio, quia idem in hoc, ac in proximo dicendum videbatur, ex quo perceptos fructus donare idem sit, ac percipiendos ea re propria cedere, cum pariter in utroque casu cedentis patrimonium diminuatur, pro qua sententia resolvunt Alexand. *in l. fin. num.* 2. *Cod. de collat.* & ibidem Jas. *numer.* 3. *in fin.* & *in authentic. ex testamento*, *Cod. eod. tit.* alios re-

ferens

ferens Chassan. *in Consuetud. Bituricens. rub. 7. §. 7.* in quo casu quærendorum fructuum donationis expresse loquitur, & conferendos resolvit Gama *in decis.* 118. Contra-
127 rium tamen, † imò fructus adventitiorum ità tacitè per patrem remissos conferri, non debere, quasi etiam tunc quærendi juris, sive usufructus sit remissio, non quæsiti alienatio, tenent per Text. satis ad rem expressum *in dict. l. cum oportet*, §. *Non autem*, *versic. Sin autem res*, *Cod. de bon. quæ liber.* & ibidem Bart. Angel. Paul. de Cast. & alii antiquiores, Cornæus *consil.* 285. *num.* 1. *volum.* 1. *& consil.* 152. *numer.* 7. *volum.* 3. Peregrin. *consil.* 81. *numer.* 23. *volum.* 1. Ripa *observ.* 233. *num.* 2. optimè veriorem hanc sententiam asserens Paul. Parisi. *consil.* 130. *num.* 14. *vol.* 1. Caldas *in l. si curatorem in verb. Læsis*, *num.* 148. *versic. Hæc autem*, *& in §. Sed hæc*, *num.* 104. *&* 107. *cum seqq. instit. de inoffic. testament.* Menoch. *consil.* 282. *numer.* 31. Francisc. Vivius *decis.* 423. *numer.* 14. & alios congerentes Carualh. *de una*, *& alter. quart.* 4. *part. cap.* 1. *numer.* 161. *&* 162. Portugal. *de donat. Reg.* 3. *part. cap.* 23. *num.* 34.

128 Sed certè, & si hæc secunda opinio communior, & receptior sit, pro concordia semper distinguerem inter paternam tacitam permissionem, antequam usumfructum expresse acceptaverit, vel postquam eum agnovit; In primò casu secundam sententiam procedere, & intelligi, debere existimarem; quia ex tacita hac permissione non juris quæsiti, sed quærendi fructus remissi censentur, quod non est alienatio, nec patrimonii diminutio, uti nec ipsius principalis juris quærendi renuntiatio, juxta superius dicta; & in hoc casu proponit quæstionem Carualh. *in loc. citat. in num.* 160. ibi: *Cum à principio se merè negativè habuit* (pater videlicet) *nec permisit expressè, nec contradixit.* In secundo verò casu, cum nimirum pater post acceptationem usufructus, fructus per filium percipi, tacitè permisit, à prima sententia non recederem, quia, usufructu in paterno patrimonio perfectè quæsito, idem dicendum est de fructibus ex tacita, vel expressa permissione patris per filium perceptis, ac de eis, quos ipse pater collegerit, & donaverit; ut rectè in fructibus ex rebus paternis, vel maternis quærendis per patrem, aut matrem concessis, quòd conferantur, resolvit Gam. *in dict. decis.* 118. & ibidem Flores de Men. *in princip. & in fin. add.* nec ulla inter hos casus disparitatis ratio assignari, potest, aliàs enim si hujusmodi fructus ex rebus paternis per filios tacita patris permissione percepti in legitimam non conferrentur, vel apud nos saltim in tertium, & quintum bonorum juxta nostram *l.* 26. *Tauri*, faciliter pater filios his tacitis permissionibus sua legitima fraudare posset.

129 Nec differentiam quis assignet inter fructus usufructus adventitiorum, & inter cæterarum rerum paternarum proventus, quasi adventitiorum fructus non tam ex re patris, quàm ex propriis bonis filiorum percipiantur, quia hoc verum est, quando usufructus per patrem non est agnitus, sed renuntiatus, imò in favorem filii: secus cum postquam usumfructum pater acceptaverit, ipsius fructus tacitè, vel expressè filio remiserit, quo casu usufructus acceptatus, vel quæsitus in dominio paterno censetur, *l. in vendition.* 8. *in princip. ff. de bon. authorit. judic. possidend.* & diximus suprà; consequenterque fructus de substantia patris percepti dicendi erunt.

130 Cum inter usumfructum, & fructus, quoad renuntiationem differentiæ, & superioris quæstionis resolutioni proxima est similis in præsenti ex eadem differentia resolvenda quæstio circa majoratum, aut fideicommissum in vita possessoris renuntiatum, sive præmaturè restitutum, in qua quæstione similiter, ut in superiori, constituenda est differentia inter majoratus, sive fideicommissi, vel ejus fructuum renuntiationem, translationem, aut cessionem: in primo casu, cum majoratus, aut fideicommissum repudiatur, aut præmaturè restituitur, juxta veriorem, & communiorem sententiam subdistinguendum videtur inter fideicommissum, vel majoratum tantum delatum, & inter quæsitum, aut acceptatum per renuntiantem: In primò casu rectè repudiationem in favorem proximi successoris procedere dicendum est, quin filii, aut creditores de ea querelari valeant: In secundo verò casu contrarium est asseverandum, imò præmaturam hanc restitutionem fieri non posse in fraudem creditorum, vel filiorum ob fructus medii temporis interceptos, quibus illorum debita satisfieri poterant, & augeri illorum legitima: vel quod saltim filiorum respectu filius, in cujus favorem facta fuerit renuntiatio, fructus medii temporis in legitimam imputare, debeat, juxta superius dicta ad proximam circa usufructus renuntiationem quæstionem.

Et in specie sub hac distinctione renuntiationis, aut 131
cessionis fideicommissi, seu majoratus quæsiti, vel quærendi resolvunt Decius *in authent. ex testam. Cod. de collat. ex numer.* 1. & ibidem Alexand. & Jas. *numer.* 3. Bald. *in l. post mortem*, *Cod. de fideicommiss.* Caldas *in §. Sed hæc*, *num.* 112. *instit. de inoffic. testament.* Flores de Mena in addit. ad Gam. Anton. Bellon. in singulari ad rem, *consil.* 31. Cevallos alios referens, *tom.* 3. *quæst.* 811. latè Fontanell. *de pact. nuptialib. claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *ex num.* 78. optimè ad collationem Carualh. *de una*, *& alter. quart.* 4. *par. cap.* 1. *ex num.* 166. & assentitur imputationi in tertiò, & quintò apud nos facienda Alvarad. *de conject. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 28. Dom. Larrea *decis.* 55. maximè ad hanc distinctionem in *numer.* 26. *circa fin.* Dom. Joann. del Castillo *lib.* 5. *controvers. cap.* 112. *per tot.* Dom. Salgad. *in Labyrint.* 2. *part. cap.* 15. *per tot.*

Apud quos quam plurimas aliorum Doctorum con- 132
trarium asserentium etiam in casu, quo fideicommissum, & majoratus ante renuntiationem sit quæsitus, fundamenta invenies, multasque responsiones, ad difficilia jura in *l. debitorem* 20. *ff. quæ in fraud. credit. l. patrem* 19. *eod. tit.* quibus manifestè dicitur, non fraudare creditores debitorem præmaturè, hoc est, ante diem, fideicommissum restituendo, imò magis fideliter facere, pleniorem que fidem accommodasse; sed inter alia *ad l. patrem*, dic, patrem ibi ab uxore gravatum fuisse, hæreditatem post mortem filio restituere, quasi sub conditione necessaria matri, non voluntaria, cum filius, vivente patre, bonorum, & consequenter restitutionis esset incapax ob patriam potestatem, *l. placet*, cum vulgatis, *ff. de acquirend. hæreditat.* qua propter præmatura inibi restitutio filio, patria potestate soluta, facta fraudulenta dici non potest, quia juxta testatricis mentem fuit exercita, plenioremque fidem potius exhibuisse, quàm creditores fraudasse pater ibi dicitur, quæ in cæteris restitutionibus locum non habent.

Et superiori resolutioni conveniunt dicta, & resoluta 133
per Doctissimum Dom. D. Ildephonsum de Olea *de cess. jur. tit.* 2. *quæst.* 3. *& quamvis in tit.* 3. *quæst.* 3. *numer.* 16. in præsenti casu non absolutè conveniat resolutioni Carualh. circa imputationem fructuum medii temporis majoratus, vel fideicommissi majori ex filiis renuntiati, aut cessi, sed tunc solum imputationem admittendam ait, cum translativa sit cessio, secùs si extinctiva, juxta per ipsum notata de hujus cessionis differentia *in tit.* 1. *quæst.* 2. *ex n.* 17. ex quo stante extinctiva cessione non à patre cedente, sed à primo institutore, fructus filium percipere, ait Domin. Olea.

Hanc doctissimi viri in extinctiva renuntiatione do- 134
ctrinam eo solum casu intelligerem, cum extra omne dubium, & fraudem pater principaliter majoratum renuntiat, eo principaliter ductus, ut illum à se abdicet, non ut filius immediatus succedat, quod rectè ex causa renuntiationis colligi poterit, ut si justa aliqua de causa, quia est cum alio incompatibilis, sive ut in contemplationem divinarum rerum liberius se conferat, vel ex aliis justis externisque causis renuntiet: tunc enim nullam adesse fraudem manifestè constat; succederetque filius immediatus,

tus, non ex voluntate patris, sed proprio jure; nec renuntiatio istius successionis est causa immediata, sed remota valde, & accidentalis: pro quo est notandus singularis locus Baezæ *de non meliorand. cap. 23. in fin.* qui loquitur in hujusmodi majoratus, renuntiationibus, quæ in favorem filiæ primogenitæ, ratione matrimonii fieri solent, eas procedere non debere asserens tanquam in præjudicium cæterorum filiorum, & in fraudem nostræ *legis Regia 1. tit. 6. lib. 5. Recopil.* filiarum meliorationem ratione matrimonii prohibentis; quod rectè limitat Baeza in præfato casu.

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Quando usufructus, vel fructus dumtaxat concessi, aut legati censeantur ex concessione fructuum, seu legato eorum? Ubi latè de legato, promissione, seu alio contractu, in quibus verbis directis, aut precativis, vel simpliciter reliquuntur, aut ceduntur fructus: quando usufructus jus, vel fructus tantùm relicti, aut concessi intelligantur, ad plenissimam cognitionem illius quæstionis inter Feudistas, necnon in nostris majoratibus valde controversæ, circa fructuum venditionem, locationem, alterisve dispositionem, an, & quando ex his dispositionibus usufructus, vel jus aliquod dicatur venditum, seu alienatum in contraventionem prohibitionis alienationis rebus feudalibus, aut majoratus inhærentis?

SUMMARIUM.

1 *Materia hujus cap. quando usufructus, vel dumtaxat fructus relicti, aut concessi censeantur?*

2 *Distinguitur inter fructuum legatum verbis directis, aut precativis, vel si simpliciter fructus fundi concessi, aut legati sint: & quid in unoquoque casu? cum n. seqq.*

3 *Ad cætera legata: aliqua de his legatorum formulis, cum n. seqq.*

Declarantur jura in l. cum ita 41. ff. de usufruct. legat. l. si quis ita legato 24. ff. de usufruct. *ibid. & num. 7.* l. fundi Trebatiani 38. de usufruct. legat. *ibid.*

6 *Dominium in legato vindicationis, vel simpliciter relicto statim à morte testatoris in legatarium transfertur.*

10 *Quid si fundi fructus non simpliciter, sed cum qualitate omnes legentur, an tunc magis usufructus relictus censeatur?*

11 *Quid si fructus qui percipiantur, & percipi potuerint?*

12 *Et si adjecta clausula, ut legatarius liberè fructibus uti, ac frui, possit.*

13 *Et si fructus annui sint relicti ad Text. notabilem in hoc casu in dict.* leg. cum ita 41. de usufructu legat.

14 *Quid si fructus in singulos annos reliquantur? Nulla inter legatum usufructus, vel fructuum in singulos annos differentia, ibid.*

15 *Legatarius fructuum in singulis annis post annum inceptum ante fructuum perceptionem decedens nihil ad hæredes transfert, ut nec usufructuarius.*

16 *Quid ad hunc casum, quantitate similiter in singulis annis relicta?*

17 *Fructuum certa quota relicta, an usufructus censeatur relictus? cum n. seqq.*

Declaratur Text. in l. defuncta 65. §. fin. ff. de usufruct. *ibid.*

24 *Certa pars fructuum fundi testamento relicta an pro prima vice, vel quotannis debeatur?*

25 *Fundi redditibus relictis, an usufructus datus sit, necne?*

Declaratur ad hunc casum d. l. fundi, Trebatiani, ff. de usufruct. legat. *ibid. & n. seqq.*

27 *Relicta certa quantitate pecuniæ ex fructibus redigendæ usufructus datus non videtur.*

28 *In contractibus, an, & quando fundi usufructus ex alienationibus, aut concessionibus fructuum datus, vel alienatus sit, necne, cum numer. sequentibus.*

30 *Ex concessionibus fructuum feudalium majoratus aliarumve rerum, ita ut tertio quæratur jus ipsos percipiendi immediatè, & jure proprio ab ipsis rebus; usufructus constitutus intelligitur.*

31 *Secus si ita concedantur, sive alienentur fructus, ut prius per alienantem percipiantur, tradanturque postea emptori, aut donatario.*

32 *Quid si simpliciter fructus ex contractu concedantur, seu donentur?*

33 *Quid si concessi sint fructus, ut immediatè is, cui conceduntur, ab ipsis rebus per eum detentis eos percipiat, sed hoc ex obligatione personali, qua majoratus, aut feudi possessor se ad fructus tradendos adstringit, an in hoc casu usufructus constitutus sit?*

34 *Non statim, ut quis propria facultate fructus immediatè ab ipsis rebus percipere potest, usumfructum habere, dicendum est.*

35 *Exemplificatur in conductore.*

36 *Conductor non nomine, aut jure proprio, sed nomine locatoris utitur.*

38 *Possessor majoratus, feudatarius, vel similes alienare prohibiti, locare non prohibentur.*

39 *Limita in locatione ad longum tempus.*

40 *Ex locatione ad longum tempus jus in re seu utile dominium transit, ita ut alienatio dicatur in rebus maioratus, feudi, & similibus alienare prohibitis, cum num. seqq.*

41 *Etiam si ea lege, aut pacto locatio fieret, ut nullum jus reale ex ea transferatur.*

42 *Idem si de modico ad modicum tempus fiat cum pacto renovandi in sequentibus annis.*

43 *Et quantumvis dicatur quod tot sint locationes quotanni.*

44 *Declara cum ipsa res maioratus, vel similes alienari prohibita locantur, secus si ipsarum fructus, vel commoditates.*

45 *Qua locatio ad longum tempus dicatur?*

46 *Fructibus alicuius fundi in ultima voluntate relictis, vel per contractum concessis, an pro prima vice, vel potius quotannis relicti, aut concessi censeantur? & num. 47.*

Cognita in præcedenti capite inter usumfructum, & ipsius fructus differentia, pro accurata adhuc, & absoluta ipsius quæstionis intelligentia, restat nunc videre, quando usufructus, aut dumtaxat fructus concessi, vel legati censeantur ex concessione, legato, aut alia fructuum dispositione circa fructus tantùm loquente? 1

In qua difficili, ac intricata quæstione, ut clarius, 2 breviusque me expediam, præmissa Bartol. *distinctione in l. fundi Trebatiani, ff. de usufruct. legat.* juxta eum resolvendum existimo: interesse quidem an verbis directis, & ad legatarium relatis, vel an precatis, & in hæredem dire-

directis, vel an denique simpliciter fructus fundi concessi, aut legati sint?

3 Si ergo fructus legentur, aut concedantur verbis directis in legatarium relatis, veluti si concedens, vel testator dixerit, quòd sua manu, proprio jure, ac authoritate eos percipiat, tunc usufructus legatus, aut concessus censebitur, ut probant expressa jura in l. cum ita 41. ff. de usufruct. legat. l. si quis ita 24. ff. de usufruct. & ante Bart. in d. l. fundi Trebatiani, docuit Gloss. in d. l. si quis ita, & ibidem Bart. & in d. l. cum ita, Bald. in l. si quis ita, ubi latè Petr. Costalius, & Salicet. Angel. Imol. & alii antiquior. relati ab Alexand. cons. 18. num. 3. lib. 5. & cons. 120. ubi latè lib. 6.

4 Si vero verbis precariis in hæredem directis fructus relinquantur, ita, ut prius ab hærede perceptos testator eos præstari, voluerit, vel etiam si hoc expressè non declaraverit, verbis tamen precariis, & obliquis legatum sit relictum: in hoc casu fructus dumtaxat relictos censeri, dicendum est, ut manifestè probatur, per celebrem, & notabilem ad rem Text. in dict. l. fundi Trebatiani 38. ff. de usufruct. legat. juxta Glofs. in dict. l. si quis ita, de usufruct. ubi in fructuum legato resolvens Consultus fructus dumtaxat in eo casu, non usumfructum præstari, debere, elegantem, & mirabilem ad rem rationem præstitit, ibi: *Quia voluit hæredem dominum esse fructuum, & eos præstare legatario:* & iterum in eodem loco: *Sed dic, quod ibi omni anno hæres præstare debeat, non autem poterat percipere legatarius*, & idem repetit Gloss. in l. Cajus, ff. de annuis legat. ubi, & Bart. Alex. cons. 514. num. 1. lib. 6. Afflict. decis. 352. num. 2. & 3. doctè Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. part. 2. num. 12. Castil. & alii noviores inf. proximè referendi.

5 In tertio vero casu, quando, scilicet, verba sunt dubia, nec eorum executio in legatarium, vel hæredem dirigitur, veluti si ita fructus simpliciter quis legaverit: *lego fructus fundi Sempronio:* tunc usufructus relictus censetur; quia licèt executio expressè legatario non committatur, verba tamen sunt directa, apud Theoricos, vindicationis, §. Olim, instit. de legat. ubi Pich. & cæteri institutarii, Dom. Valent. illustr. iur. tract. lib. 2. tr. 1. cap. 5. ex num. 44.

6 Ex quibus dominium rei legatæ, aut jus in incorporalibus statim à morte testatoris in legatarium transfertur, l. à Titio cum vulgatis, ff. de furtis, & communiter Theorici, Donel. lib. 8. comment. cap. 18. Suar. ad l. Aquil. lib. 1. cap. 5. sect. 1. à num. 31. & 41. Cueuc. de deposit. glos. 34. à num. 6. Dom. Olea de cess. jur. tit. 4. quæst. 5. numer. 4. & facit l. 34. tit. 9. part. 6. ubi Gloss. Gregorii, verbo El senorio, qui benè explicat: & sunt etiam jura in l. si tibi homo, §. Cum servus, ff. de legat. 1. l. filius famil. ff. de testament. l. 1. C. commun. de legat. Anton. Gom. tom. 1. variar. cap. 12. num. 7. & quoad dominium, & jus rerum incorporalium est Text. in l. si patrem, §. 1. & 2. ff. quemadmod. servitut. amittant. l. 3. §. Uti frui, ff. de vi, & vi armat. idem Gom. ubi proximè in versic. Item etiam idem est, & ibi plures refert addit. Ayllon. de quo etiam vide Dom. Oleam in novissim. addit. ad tractat. de cess. iur. & act. ad tit. 4. quæst. 11. num. 6. & 7. quare meritò in hoc casu jus percipiendi fructus propria authoritate, & sic usufructus jus in legatarium translatum censeri debet.

7 Quod, & in comperto comprobatur per jura expressa, & absque tergiversatione in nostro casu loquentia in dict. l. si quis ita 20. ff. de usufr. ibi: *Si quis ita legaverit: fructus annuos fundi Corneliani, Gaio, Seio, Do, Lego, perinde accipi debet hic Sermo, ac si usufructus fundi esset legatus*, & in d. l. cum ita 41. ff. de usufr. leg. ubi eadem verba referuntur, & ita, licet non tam explicitè, Bart. in d. l. fundi Trebatiani, ff. de usufr. leg. n. 1. vers. 1. casu, & in l. cotem ferro, §. Qui maximos, n. 10. vers. Si vero omnes fructus, ff. de publican. & vectig. & ibidem Castrens. in versic. Quartus casus, Rymin. cons. 4. num. 15. lib. 3. Paris. cons. 55. n. 45. lib. 3. & cons. 74. n. 47. eod. lib. 3.

Et ex novioribus astam Bartol. & antiquorum distinctionem communiter sequuntur, & ad supradictos tres casus, & aliàs plures quæstiones latè explicant Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 136. per tot. & cons. 330. à n. 8. Bimius cons. 381. à num. 5. Cephal. cons. 20. num. 26. & 27. lib. 1. doctè Pinel. de bon. matern. in l. 1. part. 2. à num. 12. Corras. lib. 5. Miscellan. cap. 8. numer. 6. Conan. comment. jur. civil. lib. 4. cap. 3. num. 4. & 5. Petr. Greg. syntagm. iur. lib. 4. cap. 3. num. 5. Morla in empor. 1. part. tit. 6. ff. de servitutib. num. 80. Georg. in repet. feudal. cap. 44. & sequent. Meodex de Castr. in tit. C. de annon. civil. num. 53. & 54. Castil. de usufr. cap. 29. à n. 17. & facit Marin. lib. 1. resol. 219. à num. 3. & novissimè, ac doctè Joseph. de Rosa consul. 18. à n. 19. 8

Ad cujus tamen distinctionis, & doctrinæ pleniorem cognitionem aliquæ ampliationes, & limitationes annecti debent. 9

Primò igitur resolutio in suprà dictis duobus casibus tradita, nimirum, cum fructus simpliciter, vel verbis in legatarium directis relinquuntur, in quibus usumfructum relictum censeri, diximus, ampliatur, ut tunc absque dubio ex eo usufructus constitutus intelligatur si fructus omnes expressè legentur, quia eo casu magis præsumitur, testatorem verba ad legatarium direxisse, ut ipse solus fructus percipiat, ad quem tantùm eos omnes spectare, voluit, & docent Bart. in d. l. fundi Trebatiani, num. 1. vers. Primo casu videtur, & in d. l. cum ita, & ibidem Gloss. & Alber. & idem Bart. in l. Cotem ferro, §. Qui maximos, numer. 10. versic. Si vero omnes, ff. de publican. & vectig. Rum. cons. 4. num. 15. lib. 3. Menochius cons. 330. num. 10. 10

Secundò ex his eo magis usufructus legatus censebitur, si fructus, qui percipiantur, & percipi potuerint, sint relicti, ut notant idem Bart. in d. l. fundi Trebatiani, num. 2. & in d. §. Qui maximos, num. 9. vers. Nec eum, Alciat. resp. 503. n. 1. vers. Quod autem, Menoch. d. cons. 330. num. 12. & d. præsumpt. 136. num. 7. & 8. Castil. de usufr. d. cap. 29. n. 5. 11

Tertiò ampliatur, ut majori ratione dicta procedant, si testator fructus legando adjecerit, quòd legatarius liberè illis uti, ac frui, possit, vel quòd illi essent in sua libera potestate, quia tunc usumfructum legari, manifestè cognoscitur, ut docent Alex. cons. 114. num. 2. vers. Pro hoc etiam, lib. 6. Socin. Jun. cons. 72. num. 4. lib. 2. Gozadin. cons. 21. num. 17. & cons. 91. num. 7. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 136. num. 9. Castil. d. cap. 29. num. 21. 12

Quartò item ampliatur, ut fructibus annuis, verbis in legatarium directis, aut simpliciter relictis, tunc etiam magis usufructus in legato contineatur, Text. express. & ad rem mirabilis in d. l. cum ita 41. ff. de usufr. leg. quæ principaliter in his terminis loquitur, ibi: *Cum ita legatum esset, fructus annuos fundi Corneliani Publio, Mevio, Do, Lego, perinde putat accipiendum esse Labeo, ac si usufructus fundi simpliciter esset legatus, quia hæc mens testatoris fuisse videatur*, & idem docet ex Bart. & aliis antiquiorib. Pinel. in d. l. 1. C. de bon. matern. 2. p. n. 11. & 12. Franc. Connan. comment. iur. lib. 4. cap. 3. num. 4. vers. Hoc enim receptum est, & cum aliis Castil. d. cap. 29. num. 5. cum seqq. 13

Et eodem modo si fructus in singulos annos relinquantur, usumfructum relictum censeri subtiliter ait Connan. ubi supr. vers. Quod autem; ubi, & quod ideò differentiæ, quæ aliàs inter legatum usufructus, & legatum in singulos annos assignantur in l. in singulos annos, ff. de annuis legat. & ibi traditæ per Cujac. & per Castil. suprà num. 7. locum habere, nequeant in nostro legato fructuum in singulos annos, quia legatum usufructus reputatur, & ex Connan. latè Castil. d. cap. 29. à num. 7. & numer. 14. 14

† quòd sicuti usufructuarius fructus maturos, sed non perceptos, decedens ad suos hæredes non transfert, ut, & latissimè docet idem Castil. de usufruct. cap. 77. per tot. omninò ad id videndus, ubi Anton. Gom. Dom. Molin. 15

Spin.

Spin. Pichard. & alios plurimos adducit : similiter , si
legatarius fructuum in singulos annos ante perceptio-
nem , licet post annum incœptum, decedat , fuctus
illius anni ad suos hæredes pertinere non debent quam-
16 vis † aliàs quantitas in singulos annos relicta , post annum
incœptum legatario decedente, ad hæredes transmitta-
tur, quia in initio cujuslibet anni hoc legatum cedit, &
deberi incipit, quin aliqua perceptio, ut in legato usus-
fructus , requiratur d. l. in singulos annos , ex qua , & ex
l. nec semel, ff. quando dies legat. ced. leg. si servus commu-
nis , §. fin. ff. de stipulat. servor. leg. 1. C. Quando dies legat.
ced. id docet Anton. Gom. lib. 2. variar. cap. 11. de qualit.
contract. n. 27. vers. Aliquando, & quintò.

17 Quæ tamen supradicta doctrina, quòd, fructibus legatis in dictis duobus casibus ususfructus legatus censeatur, primò limitari, & intelligi juxta dicta videtur cum fructus omnes alicujus fundi, vel saltim indefinitè legantur, secus vero cum certa pars relinquitur, in hoc enim casu communiter asserunt Doctores, usumfructum relictum non præsumi, sed solum ipsos fructus, ad quod videtur Text. expressus in d. l. defuncta 65. §. fin. ff. de usufr. ibi: Sempronio do, lego, ex redactu fructuum oleris, & porrinæ, quæ habeo in agro ferrario, partem sextam : quæritur, an his verbis ususfructus legatus videatur ? Respondi non usumfructum, sed ex eo, quod redactum esset, partem legatam, & idem ibi docet Alberic. & Glos. in d. l. si quis ita, ff. de usufr. Bart. in d. l. fundi Trebatiani, n. 1. vers. Secundo casu, Paul. de Castro in d. l. cotem ferro, §. 1. in fin. ff. de publican. & vectig. benè Pinel. in d. l. 1. C. de bon. matern. p. 2. n. 13. & 14. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 136. n. 5.

18 Quam tamen, licet communem opinionem , fortiter impugnat Connan. comment. iur. civil. lib. 4. cap. 3. n. 4. in princip. fol. 233. ubi quòd similiter, certa parte fructuum legata, ususfructus relictus intelligi, debeat, & ad d. l. defuncta, §. 1. subtiliter respondit, non ideò procedere, quia omnes fructus ibi legati non fuissent, sed certa eorum pars, ut voluerunt Menoch. & supr. relati, sed quoniam certa eorum species fuit designata à testatore, qui non fructuum fundi partem sextam , seu quotam legavit, sed potius specialiter oleris , & porrinæ partem reliquit , quod à jure ususfructus multum differre , ait, ex eo quòd ususfructus non certi generis fructus , sed quoscumque fructus , & quidquid ex re fructuaria nascitur , & percipi , potest complectitur , l. item si fundi , l. usufructu legato, ff. de usufruct. quam Connani opinionem , & rationem sequitur Castil. d. cap. 29. num. 24. & 25.

19 Et subtiliter comprobari, potest ex eo, quòd in d. l. defuncta, §. 1. non ideò tantum usumfructum relictum negare Consultus videtur, quia certa pars fructuum dumtaxat legata sit, sed potius quia non immediatè fructuum pars relicta proponitur, sed ex reditu, aut ex redactu fructuum, ut in lectura Florentina legitur, ex quo non fructum, aut usumfructum, sed potius partem ex eo, quod ex fructibus redigeretur, testatorem legasse videtur, dicendum, ut benè consideravit Pinel. ubi sup. num. 13. versic. Contra communem, licet contrarium postea resolvat, ut supr. dixi, & comprobari potest ex infr. dicend. ubi, quòd, parte redituum fundi legata, nullo modo ususfructus relictus dici, debeat.

20 Pro concordia tamen harum opinionum distinguendum mihi videtur, & dicendum: aut igitur certa pars fructuum ita relinquitur, ut testator exprimat, quòd legatarius propria authoritate fructus percipiat, aut simpliciter sine aliqua expressione circa eorum perceptionem ab hærede, vel à legatario faciendam.

21 In primo casu verissimam existimarem opinionem Connani, & Castil. ubi supr. videlicet quòd ususfructus pro parte legatus censeatur, & in his terminis ita docent benè Ponte cons. 12. & præcipuè num. 6. & eleganter novissimè Joseph Rosa consult. 59. num. 25. & num. 24. ubi, & quod hoc procedat , certa quantitate ex fructibus redigenda concessa , si ita relicta sit, ut similiter fructus propria authoritate ejus, cui conceditur , percipiantur.

In secundo vero casu semper intelligerem, ac ut veriorem, retinerem antiquorum, & Menochii opinionem, ut tunc nullo modo ususfructus præsumatur, ex rationibus per Menoch. & Pinel. ubi supr. relatis , quæ solum huic casui absque dubio conveniunt, in quo tantùm Menoch. loquitur. 22

Et in hoc etiam casu intelligi, ac procedere, debet opinio Franch. Rocch. to. 1. resp. legal. resp. 100. à num. 21. ubi noviter asserit, quòd certa quantitate pecuniæ ex fructibus redigenda relicta, ususfructus pro parte datus non censeatur, & facit Marin. res. 119. à num. 3. lib. 3. de quo casu proximè dicam. 23

Unum tamen est, quòd, quidquid in hac quæstione certæ partis fructuum in testamento relictæ resolvatur, & sive ususfructus, sive fructus solum relicti dicantur, partem tamen fructuum relictam indistinctè non pro prima vice tantùm, sed quotannis deberi, dicendum est, ut expresè probatur per Text. in d. l. defuncta, §. 1. versic. Item quæsitum, in quo, & omnes conveniunt, & ibi docent Gloss. Bald. & communiter antiquior. Roman. singul. 192. Alex. cons. 60. column. 2. lib. 1. Cremens. singul. 76. Anton. Butr. cons. 30. num. 1. Cardinal. Alban. in addit. ad Bart. in d. §. 1. num. 1. & cum aliis Castil. de usufr. cap. 43. num. 1. 24

Item supr. tradita resolutio, ut, fructibus simpliciter relictis, ususfructus relictus censeatur, intelligenda est cum fructus legantur : contra vero si fundi reditus sint relicti; quia tunc nullo modo ususfructus relictus censetur, ut manifestè probatur per Text. in d. l. fundi Trebatiani , ff. de usufr. legat. ubi fundi reditibus uxori legatis, hæredi permittitur , fundum vendere , dummodo uxori offerat quantitatem , quam testator in vita ex locatione redigere , consueverat ; quare non fructus directè per legatarium percipiendi relicti censentur , sed potius quod ex fundi fructibus per hæredem redigi , possit. 25

Et etiam comprobatur ex vers. Item quæro fin. ejusdem leg. ubi differentiam inter hoc legatum, & legatum ususfructus assignat Consultus ex supr. in eodem Text. relatis, & istam sententiam tenet Castil. de usufr. dict. cap. 29. num. 26. ubi benè ad rem differentiam inter reditus, & fructus ostendit, & Menoch. rejicit, qui contrarium voluit d. præsumpt. 136. n. 9. cujus tamen doctrinam intelligerem in primo casu dictæ distinctionis ad quæstionem partis fructuum relictæ, nimirum, cum ita relinquitur , ut legatarius propria authoritate eos percipiat, ut superius dictum remanet. 26

Ex quibus eo magis ususfructus relictus censeri, non debet, si certa quantitas pecuniæ ex fructibus redigendæ relinquatur, Loffred. cons. 3. n. 39. & in pecunia, seu qualibet alia commoditate ex fructibus percipienda relicta , seu inter vivos concessa Castrens. cons. 455. ad primum n. 7. vol. 2. Cavalc. de usufr. num. 180. & 181. Theodor. alleg. 3. n. 6. & 7. Rocc. tom. 1. resp. legal. resp. 10. à n. 21. & in pecunia Marinis lib. 1. res. 119. à n. 3. ubi alios refert , Galeot. tom. 2. contr. 6. n. 12. in quibus quod, certa parte ex quantitate pecuniæ ex fructibus fundi redigendæ relicta , nullo modo ususfructus legatus dici, valeat. 27

Quibus igitur in ultimis voluntatibus dictis; in contractibus etiam aliqua prænotare debemus , ut dilucidius cognoscatur, quando ex fructuum alienationibus inter vivos factis ususfructus censeatur constitutus, necne; quod maximè proderit ad alienationes fructuum feudalium, seu majoratuum per eorum possessores factas , an per eas ususfructus sit alienatus ? quod possessoribus prohibetur , aut fructus dumtaxat , vel mera facultas eos percipiendi , quod in alienationis prohibitione in majoratibus, & feudis adjecta , non comprehenditur . 28

Et

29 Et ut clarius me expediam, per distinctas conclusiones breviter procedam.

30 Primò enim fructus feudorum, majoratuum, aut aliarum rerum per alienationes inter vivos conceduntur, ita ut tertio quæratur jus ipsos percipiendi immediatè ab ipsis rebus, cum ipsarum detentatione, & jure proprio in ipsas res directo, quæ concessiones absque dubio usufructus constitutionem continent, juxta jura, & Doctores ad primum casum dictæ Bartoli distinctionis supr. num. 2. relatos; quare tales alienationes fructuum per feudatarios, aut possessores majoratuum, vel similes alienare prohibitos factæ substineri, non debent, Dom. Molin. *lib. 1. cap. 20. per tot.* ubi Add. & relati supr. in cap. præcedent.

31 Secundò autem fructus inter vivos alienantur, ita ut alienans prius ipsos separet, & postea tradat, ad idque personaliter se obliget, & in hoc casu nullum usumfructum, aut jus in ipsis rebus constitui, sed solam obligationem personalem in alienante ad fructus tradendos, verissimum est, & consequenter possessorem majoratus, feudatarium, & alios similes id facere, posse, non est dubitandum Bart. *in l. Codicillis, §. Instituto, ff. de legat. 2.* ubi mirabiliter ad rem loquitur, & quòd etiam ad longissimum tempus procedant tales alienationes, ibi: *Quæritur, quid si vendit fructus domus pro centum annis? Respondi, aut vendit fructus constituendo ementi ius usufructus in re, & esset alienatio, l. fin. C. de rebus alien. aut non constituendo, sed obligando se actione personali ad dandos fructus, & non esset alienatio*, quam Bart. distinctionem optimè etiam comprobat, & tenet Andr. de Isern. *in cap. Imperialem, num. 3. de prohibit. feud. alien. per Federic.* & ibi Afflict. *num. 12.* Alvarot. *num. 13.* Bald. *in cap. 1. §. Tabellario, num. 3. quib. mod. feud. amittat.* Pinell. *de bon. matern. in l. 1. part. 3. num. 70. in fin.* & ne authores fesè ad idem relatos repetam vid. quos supr. retuli ex n. 4. & ex n. 21. & sup. per tot.

32 Tertiò: fructuus ex contractu simpliciter conceduntur, seu donantur, vel aliter alienari solent, quo casu, licet in ultimis voluntatibus usumfructum relictum censeri dictum remaneat suprà, contrarium tamen in contractibus resolvendum est, imò quòd ipsi tantum fructus absque aliquo jure reali concessi censeantur, ut docent istam differentiam inter contractus, & ultimas voluntates in hoc casu assignantes Bart. *in dict. l. fundi Trebatiani, ff. de annuis legat.* benè Pont. *cons. 136. à num. 97.* & cum aliis in fructuum reservatione, quòd usufructus reservatus intelligi non possit, Galeot. *tom. 2. controvers. 6. à numer. 8. & 11.* ubi, & quòd in dubio hoc præsumi debeat, & maximè quando aliàs actus periret, si reservatio, aut contractus de usufructu esset intelligendus, Anna. *cons. 46.* Bologn. *cons. 6. n. 38. & cons. 7. n. 96.* & cum aliis pluribus optimè Anna *cons. 46.*

33 Quartò, & defficiliori casu fructus conceduntur, ut immediatè, & propria facultate per eum, cui sunt concessi, percipiantur, rerum detentatione etiam concessa, non tamen, ut hæc facultas eos percipiendi ex jure proprio cessionarii ad ipsas res directo oriatur, sed ex obligatinne personali, qua concedens ad tradendos fructus se adstrinait, seu ad patientiam eorum perceptioni per concessionarium faciendæ præstandam: & in hoc casu nullomodo usufructus, seu aliquod jus in re constiturus censebitur, sed solum quodam jus directum contra personam concedentem, ut pati debeat, eum, cui fructus concessit, res penes se detinere, & fructus percipere, non quidem jure proprio, sed jure, & vi ipsius concedentis, qui modus distrahendi fructus *usufructus facti* per aliquos solet appellari, optimè ad rem Alberic. *in rubric. ff. de usufr. num. 6.* & pulchrè Bald. *in auth. hoc ius porrectum, Cod. de Sacrosanct. Eccles. num. 1.* ibi: *Sexto est considerare usum facti magis provenientem ex promissione domini, quàm ex iure possessionis*, & docent Cammerat. *in d. cap. Imperialem, fol. mihi 18. sub litt. M.* ibi: *Dicemus namque tunc eumdem non capere fructus iure proprio, quod habet in feudo, sed magis feudatarii vice illos habere:* optimè Cannet. *in Extravag. volentes, incipit, & corollarie, fol. mihi 158. n. 17.* & facit Franc. Pont. *cons. 116. num. 3. & 4. lib. 2.* Theodor. *alleg. 3. num. 6. & 7.* noviter Rocc. *in resp. legal. tom. 1. resp. 100. à num. 21.* ubi benè distinguit inter jure proprio, vel alterius, fructus percipientem, & eleganter novissimè Joseph. de Rosa *consult. 18. num. 29.* qui omnes asserunt, possessorem majoratus, feudatarium, & similes, quibus rerum alienatio, & sic usufructus constitutio prohibetur, fructus, ut dictum est, licitè alienare, posse, quin prohibitioni contraveniatur, quia hæc fructuum, seu commoditatis alienatio in prohibitione non comprehenditur, juxta ea quæ latè supra diximus in cap. præced.

Ex quibus manifestè sequitur, quòd non statim, ac quis 34 fructus ex rebus majoratus, feudi, vel similibus immediatè percipere potest, usufructum, seu jus in re habere dicendus sit, sed tunc demum cum jure proprio, & ad rem ipsam directò fructus percipit; contra vero, si alterius nomine, & facultate ratione personalis obligationis eos percipiat.

Quod in locatione fructuum rectè exemplificatur, in 35 qua, licèt conductor jus utendi, & fruendi, fructusque percipiendi ex re conducta habeat, cum tamen hoc jus non dirigatur in rem ipsam, sed in personam locatoris, ut ipsum conductorem fructus percipere, & reconducta frui patiatur, Text. *in l. qui fundum 35. l. si merces 28. §. Qui fundum, ff. locati; l. ex conducto 16. eodem l. emptorem, Cod. eod. l. 10. tit. 8. part. 5.* Roman. *cons. 309. num. 3. & cons. 321.* Aretin. *cons. 160.* Aleaand. *consil. 118. lib. 3.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 3. num. 9.* Hottom. *in princ. instit. de usufruct. verb. Ius alienis rebus*, ubi Pich. *num. fin.* Cavalcan. *decis. 42. numer. 45. & 79. part. 1.* Castil. *tom. 3. controv. cap. 12. num. 9. post medium*, Dom. Molin. *lib. 1. cap. 21. num. 25. vers. In tertia, & ultima*, ubi secunda adduio, Dom. Salgad. *in Labyr. 1. part. cap. 10. num. 25. vers. Et quòd possessor maioratus.* † Nec nomine proprio, 36 aut proprio jure utitur, & fructus percipit, sed jure, & nomine domini locatoris, *l. non utitur 45. ff. de usufruct.* & docet Bart. *in l. si pignore, numer. 8. ff. famil. ercifcund.* Jas. *in l. naturaliter, numer. 14. ff. de acquir. poss.* in quibus, quòd similiter conductor nomine proprio, ac sibi naturaliter non possideat, uti usufructuarius, sed nomine domini.

Apertè ergo sequitur, usumfructum, seu aliquod jus 37 in rem ex locatione constitutum non censeri, sed solum prædictam obligationem personalem oriri plenè (ultra relatos) Castil. *de usufr. cap. 15. num. 12. & à num. 21.* Joseph. de Rosa *d. consult. 18. à num. 24.*

Quare possessor majoratus, feudatarius, vel similes 38 alienare prohibiti, locare non prohibentur, dum ad modicum tempus locatio fiat, ut docent Dom. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 21. à num. 1.* Cald. Pereyr. *de renovat. emphyteut. 1. part. quæst. 16. num. 2. & de emphyt. extinct. 4. p. quæst. 5. à num. 32.* Joan. Gutierrez. *lib. 1. canonic. quæst. 36. num. 8. cum seqq.* Barbos. *in l. si filius familias, §. Si vir ain quinquennium, num. 4. & vers. Similiter, & possessor maioratus, ff. solut. matrim.* Lassart. *de decim. vendit. cap. 18. num. 79.* Ceval. *commun. quæst. 636. num. 19. cum seqq.* Ant. Petr. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 81.* & cum Corbul. Alvar. Valasc. Ant. Gom. Pinel. Felician. & aliis Flores Diaz de Mena in addit. ad Gam. *ad decis. 16. num. 3. fol. 20.* latè Mier. *de maiorat. 4. part. quæst. 25.* Fusar. *de substit. q. 525.* & cum aliis Castil. *tom. 5. cap. 65. num. 39.*

Quod tamen limita, si locatio rerum majoratus, & si- 39 milium, quæ alienari prohibentur ad longum tempus fiat; nam tunc substineri nequit; quia ea tali locatione proculdubio jus in rem, ac utile dominium in conductorem transfertur, quod in re alienari prohibita constitui, nequit ex *d. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* & alibi dictum remanet.

Quòd

40 Quòd autem ex locatione ad longum tempus jus in rem, & utile dominium quæratur, communiter per DD. comprobatur ex espresso, & eleganti Text. *in leg. 1. §. Quod autem, ff. de superficieb.* ibi: *Et sanè causa cognita, ei, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competit, & in l. 1. §. Qui in perpetuum, ff. si ager vectig. seu emphyteut. petat.* Et ultra Bart. & antiquior. ibi repetentes, docent in reb. majoratus, feudi, emphyteusis, & similib. alienari prohibitis, Dom. Covarruv. *lib. 2. variar. resolut. cap. 16. sub num. 1. in fin.* ubi, quòd in materia prohibitiva ad evitandam fraudem locatio, seu fructuum translatio ad longum tempus pro vera alienatione habeatur, es doctrina eleganti Bald. *in Authent. hoc jus porrectum, num. 1. vers. 6. C. de Sacrosanct. Eccles.* Gregor. Lop. *in l. 19. tit. 8. part. 5. verb. En su vida*, Tiraquel. *de retract. municip. §. 1. gloss. 14. n. 8.* Mascard. *de probat. conclus. 1236. num. 107.* Menoch. *cons. 1031. numer. 12. lib. 1.* Petr. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 81.* Peregrin. *eod. tract. art. 40. num. 106. cum seqq. & à num. 94.* ubi quòd talis locatio sit species alienationis, Redoan. *de reb. Eccles. in princip. vers. Vocabulum quoque, fol. 15. & quæst. 6. num. 6.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. Feudum, q. 33. per tot. & §. Emphyteusis, quæst. 19.* & doctè (ultra omnes) Dom. Molin. *lib. 1. de primog. cap. 21. à num. 15. ubi num. 25.* hanc con-
41 clusionem procedere, ait, etiam † si locatio ad longum tempus hac lege, & pacto fieret, ut ex ea nullum jus reale in conductorem transferatur, quia hæ conventiones sunt contra substantiam contractus tunc gesti, & ideo ut protestationes facta contrariæ juvare non possunt, *leg. cum precario 12. ff. de precario, l. cum plures, §. Locator horrei, cum similib. ff. locat.* & prosequuntur istam ampliationem Bald. *in cap. 1. n. 7. de prohib. feud. alien. per Federic.* Soccin. Sen. *regul. 11. limit. 4.* Plot. *cons. 19. num. 63.* Rymin. *cons. 251. lib. 3.* Alex. *cons. 104. column. pen. ad fin. lib. 3.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. q. 6. n. 6. fol. 245.* Fabian. de Mont. *tract. de empt. quæst. 7.* Petr. *de fideicommiss. dict. q. 8. nu. 95.* Carroc. *de locat. p. 2. tit. de locat. sine tempore, quæst. 3. num. 16.* ubi alios refert, Peregrin. *d. art. 40. n. 104.* licet Bald. & Alex. sibi ipsis contrarii contrariam sententiam teneant *in l. Codicillis, §. Institute, de legat. 2.* Quos, & ibi sequuntur Imol. Flor. de Sanct. Petr. & Salicet. idem Bald. *in l. si domus, §. ultim. num. 1.* & Alex. *num. 8. de leg. 1.* Ruin. *cons. 57. num. 8. & seqq. & cons. 148. num. 8. lib. 1.* & alii plures, quos refert, licet expressè non sequatur, Fussar. *de substitut. quæst. 525. numer. 10. ubi, & numer. 14.*
42 † idem resolvit, si de modico ad modicum tempus ab initio fiat locatio cum pacto renovandi in annis sequentib. & idem Dom. Molin. *de primog. lib. 1. d. cap. 21. num. 29. vers. Et etiam illa*, ubi Felin. Jas. Dom. Covarruv. Pinel. & alios refert, Peregrin. *d. art. 40. num. 107.* Mench. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 78.* Mantic. *de tacit. & am-*
43 *big. convent. lib. 13. tit. 45. num. 12. & 17.* † ubi ampliat, etiam si dictum fuisset, quòd tot sint locationes, quot sint anni, quam ampliationem sequuntur Pinel. *in l. 1. Cod. de bon. matern. part. 3. num. 64.* Dom. Covarruv. *dict. cap. 16. num. 3.* Carroc. *de locat. 2. part. tit. de locat. ad longum tempus, quæst. 4. num. 5. fol. 54.* Peregrin. *d. art. 40. numer. 108.* & plures alii relati per Fussar. *de substit. quæst. 525. num. 7. ubi num. 8.* alios pro contraria refert, & idem docet cum aliis pluribus Castil. *tom. 5. controv. 65. à numer. 36. & de usufruct. cap. 12. num. 12. cum seqq.* & cum Garcia, Gutier. Sarmient. Caved. Ceval. & aliis infinitis, Carval. *de legitim. ad cap. Raynald. 2. part. à n. 318.* & novissimè, & doctè Joseph. de Rosa *consult. 18. à num. 32. & consult. 59. à num. 26.* ubi eleganter in feudis, & quòd idem procedat in qualibet alia concessione ad longum tempus fructuum prædictarum rerum, quod similiter substineri, nequeat.

44 Quam tamen communem conclusionem limita, & intellige, cum ipsæ res majoratus, vel similes prohibitæ alienari, locantur: secus vero si ipsarum fructus, ac commoditates; quia tunc, licet ad longum tempus, locatio substinetur; nam ex ea nullum jus reale, aut utile dominium, sed solum actio personalis in conductorem transfertur, Gloss. *in dict. l. Codicillis, §. Instituto, de legat. 2.* ubi eam sic intelligit Bart. *numer. 4.* & Bald. ibidem, *& in l. si domus, §. fin. ff. de leg. 1.* & ibi Alex. *nu. 2.* & cum aliis antiquior. Chassan. *in Consuetud. Burg. rub. 9. §. 10. numer. 39.* Berojus *in cap. nulli de reb. Eccles. non alien. numer. 32. & in cap. qua in Ecclesiarum, numer. 200. de constit.* Dom. Molin. *dict. cap. 21. numer. 25. versic. In tertia, & ultima specie*, Alvarot. *& cæteri feudistæ in cap. Imperialem de prohibit. feud. alien. per Federic. fol. 182. lit. B.* ubi, & Mont. *num. 2.* Petr. Barbos. *in l. usufruct. 58. num. 16. ff. solut. matrim.* Peregrin. *d. art. 40. numer. 110.* Flores Diaz de Mena ad Gam. *decis. 16. in fin.* & noviter Carval. *de legitim. ad cap. Raynald. part. 2. numer. 326.* & novissimè istam distinctionem inter locationem ad longum tempus rerum feudalium, vel ipsarum fructuum, & quòd teneat, si fructus tantum locentur, cum aliis feudistis docet Joseph. de Rosa *d. consult. 18. à numer. 34.* vide tamen contrarium in hac prosima declaratione asserentes Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. cap. 3. num. 18.* Dom. Covarruv. *lib. 1. variar. cap. 16. num. 1. vers. Nam locatio*, quia in hoc casu, eandem fraudem, ac in superioribus committi posse patet.

Quæ autem locatio ad longum tempus sit, & quod 45
tunc dicatur, si ad vitam locatoris, vel conductoris fiat, vel saltim si ad decem annos, communiter resolvunt ferè omnes Doctores supra relati, *ex Clement. 1. de reb. Eccles. non alien.* ut videre poteris apud Dom. Molin. *de primog. lib. 1. dict. cap. 21. num. 29.* Dom. Covarruv. *dict. cap. 16. num. 1.* Garc. *dict. cap. 14. numer. 2.* Fussar. *dict. quæst. 525. num. 5.* Peregrin. *de fideicommiss. dict. art. 40. numer. 109.* Carval. *dict. 2. part. num. 324.* Rosenthal. *d. cap. 9. memb. 1. concl. 7. in gloss. lit. I.* Rosa *consult. 59. num. 27.* ubi Navar. Pinel. & alios plures refert, & quòd idem, si ad vitam tertii, veluti Principis, fiat, & idem Rosa *d. consult. 18. à num. 33. ubi num. 38.* quòd idem sit in qualibet alia perceptione fructuum rei prohibitæ alienari es alia causa, aut contractu per possessorem concessa, & quòd ad longum tempus dicatur, quoties percipiendi facultas pro ea quantitate datur, pro cujus satisfatione ex fructibus facienda longum tempus requiritur, & idem docet Camerar. *in dict. cap. Imperialem, litt. F. fol. 20.* benè Rovit. *in pragm. 4. de feud. num. 59.* Marin. *quot. resol. lib. 1. cap. 119. num. 3.*

Pro coronide tamen, & dilucida hujus capitis expla- 46
natione elegantem differentiam inter fructus in ultima voluntate relictos, & in contractu concessos, notare non desinam, videlicet, quòd, fructibus in ultima voluntate relictis in casibus, quibus usufructus relictus non censetur, fructus tamen quotannis relicti intelligentur, non vero pro prima tantùm vice, ut in contractibus proximè dicam, & probatur per expresś. Text. *in l. defuncta 65. §. ultim. ff. de usufruct.* contra vero in contractibus in quibus fructibus simpliciter concessis, ita ut ususfructus relictus non censeatur, justa supra tradita, fructus pro prima solum vice debentur ex Text. vulgat. *in l. bovem 88. §. Hoc Sermone, ff. de verb. sign. cap. non potest. de præbend. in 6.* ex quibus communiter asserunt Doctores, Sermonem simpliciter prolatum pro prima tantum vice accipi debere, & ad rem docent hanc distinctionem inter fructus in ultima voluntate relictos, aut per contractus concessos assignantes Barbos. & Castil. proximè referendi.

Quæ tamen regula in ultimis voluntatibus communi- 47
ter limitatur, si verba in materia reiterabili, ac renascenti simpliciter proferantur, ut in legato fructuum indefinite relicto, ut notant communiter Doctores *ex d. l. defuncta, §. ultim. ff. de usufr.* ubi benè gloss. & Bald. Alex. *consil. 60. column. 1. lib. 1.* Soccin. *consil. 48. num. 1. lib. 2.* Castrens. & Jas. *in l. Stichum, §. Stipulatio in fin. ff. de verb. oblig.* Bart. *in dict. l. defuncta, §. ult. num. 1.* Anton.

Butr.

Butr. *cons.* 30. *num.* 1. Cardin. Alban. in addit. ad Butr. *in d. l. defuncta*, §. *ult. num.* 1. noster Gregor. *in l.* 20. *tit.* 31. *gloss.* 1. *part.* 3. optimè Barbos. *ff. solut. matrim. in l. divortio*, §. *Quod in anno à num.* 8. & 11. doctè Castill. *de usufruct. c.* 43. *à nu.* 1. & 4.

C A P. VII.

A R G U M E N T U M.

Differentia inter fructus rerum beneficialium, pensionum, decimarum, & similium rerum Ecclesiasticarum: & inter ipsas res, aut beneficia Ecclesiastica; necnon & inter jus decimandi: plenè de istarum rerum, aut ipsarum fructuum alienationibus, & aliis tam inter vivos, quàm in ultimis voluntatibus dispositionibus: & etiam in causis decimarum, aut ipsarum fructuum, tam in possessorio, quàm in petitorio, ad quem earum cognitio spectet? Latè tractabitur, & quid in tertiis Regiis, aut decimis Principibus sæcularibus concessis: quoad ipsarum per Regia Tribunalia cognitionem? Et quid etiam si iterum per eosdem Principes sæculares Ecclesiis redonentur, an pristinam naturam reassumant, & iterum quoad forum spiritualizentur.

S V M M A R I V M.

1 *Materia hujus cap. circa differentiam inter res beneficiales, seu Ecclesiasticas, & inter ipsarum fructus, aut emolumenta.*

2 *Fructus beneficiorum, & similium rerum spiritualium, non ut ipsæ res spirituales, sed omnino temporales, & profani reputantur.*

3 *Res ipsæ spirituales per beneficiorum possessores, seu Ecclesiarum Rectores, sine solemnitatibus à jure requisitis alienari non possunt, & numer. sequenti.*

4 *Plura remissivè ad multas quæstiones circa solemnitates in alienationibus rerum Ecclesiæ, necnon Monasterii, aut Hospitalis requisitas, & in pluribus alienationum speciebus.*

5 *Hujusmodi rerum spiritualium, aut Ecclesiasticarum fructus rectè per earum possessores, sive administratores absque ulla solemnitate alienantur.*

7 *Obligantur etiam, sive hypothecæ subiiciuntur, vel consignantur pro debiti solutione per beneficiorum possessores; capiuntur pro executione, & ad concursum creditorum afferuntur.*

9 *Capiuntur etiam pro solutione dotis per beneficiorum sorori promissæ, vel de iure debitæ.*

10 *Limitantur tripliciter, & intelliguntur hujusmodi obligationes, & executiones in fructibus beneficiorum.*

11 *Primò: ut non aliter procedant, quàm in defectum, aut subsidium aliorum bonorum patrimonialium.*

12 *Secundò: executiones, aut consignationes substinenda pro vita tantum beneficiarii.*

13 *Tertiò relicta ipsi congrua portione qua decenter se alere possit.*

14 *Beneficiarii de ipsis beneficiorum principalibus rebus testari non possunt; de fructibus verò sic.*

15 *Similiter assignatur eadem differentia inter ius exigendi pensionem, & ejus fructus, aut commoditatem.*

16 *Pensio ipsa sine assensu Apostolico in alium transferri, aut vendi nequit, secus quoad eius fructus.*

17 *De eadem differentia inter ius decimandi, & inter commoditatem, aut fructus ab eo pervenientes.* Laguncz. de Fructib.

Hæc decimarum commoditas quid temporale, & omnino profanum reputatur, ibid.

18 *Decimæ, prout in iure consistunt, ut quid spirituale laicis concedi non possint.*

19 *Administrantibus spiritualia, & temporalia debentur.*

20 *An per Romanum Pontificem laicis concedi valeant, cum num. seqq.*

22 *Quid si quoad utrumque dominium concedantur?*

23 *Contrarium servatur quoad fructus, seu commoditates decimarum, seu facultatem eos percipiendi, quorum laici capaces sunt, & frequenter eis per Summos Pontifices conceduntur: cum num. seqq.*

25 *Adducitur pro hac distinctione notabilis nostra* l. 22. tit. 20. part. 1.

26 *Decimarum iuris venditio, cessio, seu alia quælibet alienatio substineri nequit: venduntur tamen rectè, vel alienantur earum fructus, semel per Summos Pontifices laicis concessi, cum numer. sequentibus.*

28 *Veniunt in iudicium familiæ herciscundæ.*

29 *In dotem dari possunt.*

In eis retractus iure sanguinis locum habet, ibid.

30 *Ex eorum venditione gabella solvenda per conductores decimarum, vel alios hos fructus vendentes.*

31 *Laici possidentes commoditates istas decimarum, earum respectu per suos Principes collectari valent.*

32 *Sunt tamen immunes à charitativo subsidio, & alia præstatione Ecclesiastica; quia nihil spirituale possidere videntur.*

33 *Iudices Ecclesiastici vim faciunt has laicorum decimas collectare, vel oneri charitativi subsidii gravare intentantes.*

34 *Quid si charitativum subsidium per Pontificem Principibus maximè sæcularibus, pro fidei defensione super redditibus Ecclesiasticis concedatur.*

35 *Ecclesiastica pensio per subsidium de jure minuitur, & quid de praxi, & stylo Romanæ Curiæ servetur?*

36 *Transactio super iure decimarum inter Ecclesiam, & Laicos absque Apostolico consensu, & inter Ecclesiasticas personas absque Episcopali substineri nequit, & n. 37.*

38 *Secus, cum transactio, super fructibus, aut commoditatibus decimarum interponitur, in qua nulla solemnitas exigitur.*

39 *Fortius, si super decimis præteritis transactio fiat.*

40 *Eadem distinctio servanda quoad initas inter Parochos transactiones.*

41 *Declarantur ex superiori differentia tertiarum Pontificiæ concessiones nostris Regibus factæ: cum num. seqq.*

Nihil spiritualitatis ex his concessionibus Principes sæculares habent, sed mera temporalitas fructuum decimarum, ibid.

43 *Conceduntur rectè hi decimarum fructus aliis laicis, seu alienantur per Principes sæculares, quibus semel fuerint concessi.*

44 *Cognitio super decimis, an coram Ecclesiastico, vel etiam quandoque apud Laicum iudicem tractari debeat, tam in petitorio, quàm in possessorio? plenè discutitur, & resolvitur ex præfata decimarum differentia inter decimandi ius, & ipsas decimas, aut fructus decimarum: cum num. seqq.*

46 *Nulla dubietate super iure decimandi stante, sed dumtaxat super mero facto, an decimarum sit, necne? vel quot fructus sint collecti? cognitio ad sæcularem pertinere potest, & mixti fori reputatur, & num. 47.*

47 *Iudex Laicus est capax cognitionis super mero facto*

juris spiritualis in matrimonio, jure patronatus, & similibus.

49 *Super possessorio plenario decimandi admixtam causam proprietatis habenti Ecclesiasticum dumtaxat cognoscere debere, verius resolvitur.*

50 *Idem in possessorio decimarum, alteriusve rei spiritualis, quod nullam admixtam causam proprietatis habet, sed super mero facto possidendi cognoscitur, procedere plenè resolvitur, & ex numer.52.*

53 *Quid in spolio per Clericum super re spirituali, aut temporali commisso, quando Laicus adiri valeat?*

55 *Refertur notabilis Rota decisio contra judices Laicos in causis possessoriis rerum spiritualium se immiscentes.*

56 *Quid super decimarum fructibus, aut commoditatibus Principibus sæcularibus, vel aliis concessis, quis judex adeundus?*

57 *Regia Tribunalia adiri debere resolvitur, cum nu. seqq.*

62 *Quid si decima in feudum fuerint data?*

In hoc casu remanet directum dominium penes Ecclesiam, ibi.

63 *Deficit hoc in aliis concessionibus præter fondum Principibus sæcularibus factis.*

In concessionibus decimarum, aut tertiarum nostris Principibus per Papam factis omne dominium translatum censetur; & licèt, juxta aliquos, directum penes Ecclesiam, aut Papam remaneat; hic sopitum, & absque ullo effectu intelligitur, ibid.

65 *Refertur universalis Regnorum praxis, ut tribunalia sæcularia super decimis sæcularibus concessis cognoscant, cum num. seqq.*

72 *Judices sæculares Ecclesiastici in his causis inhibentes vim faciunt.*

73 *De praxi Senatus Regalis Patrimonii, cum in istarum causarum cognitione Ecclesiastici judices se immiscent, sæculares cum censuris inhibendo.*

De temporalitatum pœna contra judices Ecclesiasticos ab hujusmodi causarum cognitione desistere nolentes, ibid.

74 *Idem resolvendum si præfata decima, aut tertia aliis sæcularibus per Principem redonentur, quia adhuc inter eos Regia tribunalia cognoscere debent.*

75 *Generaliter in quibuslibet rei, aut juris Regalis donationibus si aliqua lis, vel controversia inter Regios donatarios oriatur, judices Regii cognoscere debent*, juxta l.52. tit.6. part.1. l.6. tit.1. lib.4. Recopil.

76 *Etiam inter Ecclesiasticos donatarios.*

77 *Quid si tertia Regia, aut decimæ Ecclesiis, Monasteriis, aliisve Ecclesiasticis personis per Principem redonentur, an etiam in isto casu Principi seu ejus tribunali sæculari cognitio potius, quàm Ecclesiastico competat?*

Refertur affirmativa opinio, ibid.

78 *Verius pro negativa in favorem Ecclesiasticæ jurisdictionis resolvitur.*

In hoc casu decima, aut tertia Ecclesiis redonata pristinam naturam recipiunt, & spirituales efficiuntur, ibid.

81 *Declarantur dicta jura Regia* in l.52. tit.6. part.1. & l.6. tit.1. lib.4. Recopil.

Principem, qui jura aliqua Regalia donavit, tanquam protectorem inter donatarios cognoscere debere, declaratur, ut procedat tantummodo, si ex parte ipsarum rerum propter earum qualitatem incapacitas aliqua non oriatur, ibid.

82 *Referuntur DD. in specie resolventes.*

83 *Dom. Solorzan. præfatam resolutionem sequitur se ipsum in novissima editione corrigens.*

EX supradicta ergo inter fructus, & rem principalem differentia in capitibus præcedentibus assignata, similiter infertur utilis ad praxim inter res beneficiales, seu Ecclesiasticas, & ipsarum fructus, aut emolumenta, differentia. 1

Primò: fructus beneficiorum, & similium rerum spiritualium omninò profani, ac temporales reputantur, nec ullo modo beneficiales, seu spirituales, ut ipsæ res, aut beneficia, dicuntur, Redoan. *de rebus Eccles. non alienand. tit. de constit. annui reddit. num.17. & 18.* Foller. *in prax. censual. verb. Hujusmodi census*, Rot. inter recollect. per Farin. *post cons. crimin. dec.102. n.18.* Ofasc. *decis. 31. num.5.* Mascard. *de prob. conclus. 146.* Thesaur. *decis.131. num.6.* Tiraquell. *de retract. consang. §.1. gloss. 7. numer.52.* & multis congestis, Mager. *de advocat. armat. cap.9. nu.1059.* Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib.2. cap.14. nu.21.* Dom. Valenz. *cons.56. numer.12.* Thor. *vot. decis.7. nu.35.* Dom. Salgad. *in Labyr. 1. part. cap.42. à n.2. & toe. & 3. p. c.15. num.32.* & ex Canonistis Augustin. Barbos. *in cap. olim, de restit. spoliator. à num.3.* & alii DD. infr. proximè referendi. 2

Ex qua quidem verissima nostra differentia inter fructus, & res beneficiales, aut spirituales, infertur: Primò, quod quamvis ipsæ res spirituales per beneficiorum possessores, seu Ecclesiarum Rectores alienari non possint sine solemnitate jure Canonico requisita, juxta jura *in cap. non liceat, cap. sine exceptione, & per tot. 12. q.1. tot. tit. de rebus Eccles. non alienand. cap.1. cap. tua nuper, de his, quæ fiunt à Prælat. extravag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienand.* Tridentin. *sess.22. de reformat. c.11. l.1. & ferè tot. tit.14. p.1. l.63. tit.18. p.3.* 5

Plenissimè ad plura alienationum genera, & ad plures quæstiones circa solemnitates in alienationibus rerum Ecclesiæ requisitas, ultra antiquiores in præfatis juribus, & in aliis locis vulgaribus, Redoan. Genuens. Vernatia Episcopus Noviensis *integris tractatibus de rebus Eccles. non alienand.* noster Gregor. *dict. tit.14. par.1.* Dom. Covarr. *2. variar. cap.16. & 17.* benè Avendan. *de exequend. 1. p. c.4. ex num.34.* Ricc. *in prax. p.1. resol.107. cum seqq. & in collect. 3. part. collect. 311. & 4. p. collect. 866.* Fontanel. *dec. 298. & de pact. nuptial. claus.4. gloss.13. p.1. n.6. cum seqq.* Borrell. *in summ. decis. tom.1. tit.15. de rebus Eccles. non alienand.* Thesaur. *quæst. forens. lib.3. quæst.37.* Parlador. *different. 12. §.1. ex num.12.* Cevall. *quæst.675.* Filliuc. *de stat. Cleric. in tract.44. de alienat. rer. Eccles.* Molin. *de justit. & jur. disput.465.* Escobar *de ratiocin. c.16. ex num.31.* & alios plenè congerentes ex recentioribus, Dom. Valenz. *cons. 3. per tot.* Hermosill. *in l.15. tit.5. par.5. gloss.1. per tot.* August. Barbos. *in collect. ad præfata jura, & de jure Ecclesiast. lib.3. cap.3. & de potest. Episcop. 1. par. alleg.9. & vot. decis.30. ex n.18.* Gam. *decis.87.* ubi Flores de Mena in addit. Anton. Faber *supr. Cod. addit. Cod. de præd. minor. defin. 1. & tit. de rebus alienand. non alienand. defin. 2.* Ciarlin. *controvers. forens. 8. ex num.16.* Tamburin. *de jur. Abbat. tit.3. disputat.13. & 14.* Posth. *de subhast. inspect.2.* Castill. *de aliment. c.64.* latissimè Delbene *de immunitat. Eccles. tom.1. c.17.* Donat. Anton. Marin. *var. resolut. resol.7.* Dom. Olea *de cess. jur. tit. 2. quæst.1. nu.2. cum seqq.* Valeron. *de transact. tit.4. qu.1. ex nu. 3.* Franc. Maria Prat. *disceptat. forens. tom.2. cap.9.* ubi & in rebus Monasterii, & similibus, in quibus etiam Marinis *res. 6.* Novar. *in lucern. regular. verb. Alienatio*, Dom. Covarruv. *lib.1. variar. cap.3. n.9.* ubi cum aliis Faria, Merlin. *controvers. tom.1. controvers.6.* Paul. Gallerat. *lib. 1. de renuntiat. cap. 2. per tot.* Pat. Bordon. *resolut. regular. part.1. resolut.27.62. & 126.* Ioan. Baptist. Ventrigl. *in prax. rer. notabil. annotat.1. §.4. ex num. 1. cum seqq.* Pat. Pellizar. *de regularib. tr.6. c.8. per tot.* ubi Castro Palaum, Filluc. Diana, & alios refert. 4

Quamvis igitur principales res beneficiorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, & similes Ecclesiasticæ, aut 5

spiri-

Digitized by Google

ſpirituales res abſque juris ſolemnitatibus alienari, non valeant, earum tamen fructus, utomnino temporales, ac profani, & quid diverſum ab ipſis rebus beneficialibus liberè, nulla ſolemnitate interveniente, per beneficiarios alienari poſſunt, retento titulo ipſius beneficii, Bald. Imol. Alex. *in l. divortio*, §. *Quod in anno*, *ff. ſolut. matrimon.* Felin. *in cap. ſedes*, *column. 2. de reſcript.* Oldrad. *conſ. 129.* Azor. *inſtit. moral. lib. 7. cap. 9. quæſt. 1. & lib. 8. cap. 4. quæſt. 4.* Rot. apud Ludoviſ. *deciſ. 440. num. 7.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 12. à num. 1.* Gutierr. *lib. 2. practic. quæſt. 114.* Ioan. de Selva *in tract. de benefic. part. 1. quæſt. 7. num. 24.* Menochio *conſ. 105. à num. 88.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 42. à num. 25.* & plures per Barboſ. *in cap. olim 16. num. 3. de reſtitut. ſpoliator.* Mager. *de advocat. armat. cap. 9. num. 1057.* Thor. *vot. dec. 7. nu. 33.* Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 14. n. 21.* Dom. Salgad. *in Labyr. 3. p. c. 15. num. 32. & 1. p. cap. 42. à num. 1.*

6 Quare, & abſque aliqua ſolemnitate creditoribus Clerici, ut patrimoniales obligari, & hypothecari, vel pro debiti ſolutione conſignari poterunt, Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. tit. de conſtit. annui redditus*, *num. 12. & 18.* Avendan. *de cenſib. cap. 77. nu. 3. cum ſeqq.* Felician. *eod. tract. lib. 2. cap. 3. num. 10.* propè fin. Foller. *in praxi cenſual. in verb. Hujuſmodi cenſus*, *num. 18.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 7. num. 52.* Rot. *deciſ. 102. nu. 18.* inter collectas per Farinac. *poſt conſil. criminal.* Loter. *de re benefic. lib. 1. dict. quæſt. 42. n. 25. cum antecedentibus*, Dom. Salgad. *in Labyr. 1. p. cap. 42. nu. 2. cum ſeqq.*

7 Vbi, & quod tales fructus beneficiorum in concurſum creditorum intrent; quia & pro executione capi poſſunt, ut ex eis creditoribus Clerici ſatisfiat, aliis bonis liberis deficientibus, ut probatur ex cap. pervenit, *el ſegundo*, *de fidejuſſor.* ubi communiter DD. *& in cap. olim, 16. de reſtit. ſpoliat.*

8 Et ultra *in præcedent. num.* relatos, latè ad plura reſolvunt ex antiquiorib. Duen. *regul. 275. limitat. 11. fol. 68.* Cacialup. *de penſion. quæſt. princ. 11. num. 4. & 5.* D. Covarruv. *lib. 2. variar. cap. 1. num. 9.* Anton. Gom. *2. variar. c. 13. num. 18.* Petr. Barboſ. *in l. 1. num. 132. & 133. ff. ſolut. matrim.* Farinac. *in praxi criminal. quæſt. 27. nu. 66.* Auguſt. Barboſ. *in dict. cap. pervenit, el ſegundo, de fidejuſſoribus, n. 22. & in c. olim 16. de reſtit. ſpoliat.* Dom. Salgad. *d. c. 42. n. 3.* & infinitis congeſtis noviſſimè Ayllon *in additionib. ad Gom. in d. c. 13. n. 19.* & Faria in addit. ad Dom. Covarruv. *in d. cap. 1.*

9 Quapropter ob promiſſionem fratris beneficiarii pro ſorore dotanda, vel etiam de jure, nulla ad id promiſſione ſtante, fructus, ſeu proventus beneficiorum, ut quid diſtinctum ab ipſis beneficiis pro executione, & ſolutione dotis capi poſſe, docent, & quod ad id Clericus de jure teneatur, Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *Idem reſcripſit*, *num. 96. ff. de liber. agnoſcend.* Ioann. Garzia *de expenſis*, *cap. 3. num. 36.* benè Petr. Barboſ. *in d. l. 1. nu. 132. ff. ſolut. matrim.* & cum aliis alter Barboſ. *in collect. ad d. cap. pervenit, n. 5.* Palao *tom. 7. de juſtitia, & jur. tit. 32. diſp. 9. punct. 4. §. 3. nu. 6.*

10 Quas tamen obligationes, & executiones in fructibus beneficiorum pro majori claritate, & materiæ hujus capitis intelligentia tripliciter juxta commune DD. placitum limitandas, & intelligendas eſſe, intelligas.

11 Primò: non aliter quàm in defectum, aut ſubſidium aliorum bonorum procedere patrimonialium, Alexand. *in d. cap. pervenit, n. 24. de arbitr.* Petr. Barboſ. *in dict. l. 1. num. 132. in med.* & cum multis Dom. Salgad. *d. cap. 42. à n. 2.* alter Barboſ. *in d. c. olim 16. n. 3. de reſt. ſpol. & ferè omnes DD. ſupr. relati, n. 4. & 5.*

12 Secundò: quòd executio, vel conſignationes pro vita dumtaxat Clerici debitoris durent, nam eo mortuo, & ejus jure, aut titulo beneficii extincto, etiam creditorum jus ad fructus extingui debet, optimè Menoch. *conſ. 105. à num. 86.* & cum aliis Barboſ. *in dict. cap. pervenit, de arbitris*, *num. 5.* ubi quod ſecus ſi executio, aut conſignatio poſt mortem beneficiarii debitoris in præjudicium ſucceſſorum in beneficio prætendatur, quia tunc ſubſtineri, non debere, ait, & quod in hoc caſu intelligi debet text. *in ipſo cap. pervenit*, quam intelligentiam ſequitur etiam Dom. Salgad. *in Labyr. 1. p. d. cap. 42. à nu. 5.* & idem docet *3. p. c. 15. n. 32.*

13 Tertiò: prædictæ conſignationes, aut executiones in fructibus beneficii intelligendæ ſunt, relicta prius beneficiario congrua portione, qua decenter ſe alere poſſit, plenè repetentes *ad cap. Odoardus*, *de ſolutionibus*, *& ad dict. cap. pervenit*, Dom. Covarr. *2. variar. cap. 1. num. 9.* Gom. *2. varia. cap. 13. n. 18. in fin. verſ. Vnum tamen eſt*, Duennas *regul. 275. limit. 11.* Gigas *de penſionibus, qu. 29. num. 30.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. tit. de Clerico debitore*, *§. 1. num. 11.* latè Ioann. Gutierr. *de jurament. confirm. p. 1. c. 17. à n. 17. cum ſeqq.* Farinac. *in praxi crimin. qu. 27. num. 27.* & cum aliis Auguſtin. Barboſ. *in dict. cap. olim*, *num. 3.* Dom. Salgad. *dict. cap. 42. num. 2. & 10.* & alios plures congerentes Ayllon. in addit. ad Gom. *d. cap. 13. num. 19. verſ. Quod Clericus*, & Faria ad Dom. Covarr. *d. cap. 1. num. 66.* circa quas ſuprà traditas limitationis latius alibi diximus, ubi de obligationibus, & executionibus ſuper fructibus rerum majoratus feudorum, & ſimilium tractavimus.

14 Ex quibus equidem (ut ad ſuprà relatam noſtram differentiam inter res beneficiales, & earum fructus redeamus) infertur etiam, quod quamvis de ipſis rebus, tamquam Eccleſiaſticis, beneficiarii teſtari nequeunt, de ipſarum tamen fructibus, ut quid temporale, & ab eis diſtinctum in ultima voluntate diſponere poterunt, ex recepta totius Europæ conſuetudine, & maximè in noſtra Hiſpania approbata per *l. fin. tit. 8. lib. 5. recopilat.* ubi benè Matienz. & docens Dom. Covarruv. *in cap. cum in officiis, num. 9. de teſtament.* Duenn. *regul. 366.* Novar. *in manual. cap. 25. numer. 129. & de redditibus Eccleſ. quæſt. 3. num. 10. & in apologia, qu. 1. monit. 40. & quæſt. 3. monit. 5.* Sarmient. *de reditib. Eccleſ. 4. p. cap. 1. nu. 8.* Pat. Molin. *de juſt. & jur. tract. 2. quæſt. 147. verſ. His explicatis*, Gam. *deciſ. 315. in noviſſima edit.* ubi Flores de Mena, Nicol. Garz. *de benefic. 2. part. cap. 1. num. 11. & 5. part. c. 1. n. 594.* Marth. *de iuriſd. p. 4. caſ. 24. nu. 21.* latè, & benè Cevall. *quæſt. 388.* tot. & præcipuè *num. 38. & 39.* Cened. *in collect. ad decretal. collect. 12. n. 2.* Monet. *de diſtribut. quæſt. 2. numer. 5. & quæſt. 4. numer. 11.* Roxas *de ſucceſſ. cap. fin. num. 43.* latiſſimè, & cum aliis pluribus, Dom. Valenz. *conſ. 98. per tot.* Marth. *de ſucceſſion. legal. 4. par. quæſt. 1. nu. 19. & 36.* latè Barboſ. *de poteſtat. Epiſc. alleg. 114. à nu. 1. & 6.* Dom. Solorz. *de jure Indiar. dict. lib. 2. cap. 10. num. 11.* qui omnes in eo conveniunt, quod fructus beneficiorum profani ſint, nec ipſarum rerum partes eſſe, cenſeatur, imò quid ab eis diverſum, & conſequenter liberè de eis Clerici teſtari, vel aliter in ultima voluntate diſponere valeant, de qua quæſtione, & quid in Epiſcopis quoad fructus, & redditus ſuorum Epiſcopatuum, latius ſuo loco dicemus.

15 Quę quidem noſtra differentia conſiderari etiam debet in penſione Eccleſiaſtica, videlicet inter jus exigendi penſionem, & ejus fructus, aut commoditatem, ut conſtat ex Rotæ *deciſ. 400. num. 1. & ſeqq. part. 1. diverſor. & deciſ. 3. part. 7. recent.* Loter. *de re benefic. lib. 1. q. 42. à num. 20. & 25.* Tondut. *de penſion. cap. 17. à num. 13.* Merlin. *deciſ. Rot. 663. à num. 13. & infr. proximè referendi.*

16 Ideòque, quamvis ipſa penſio ſine aſſenſu Apoſtolico abſque labe ſimoniæ, alii cedi, vendi, vel aliter transferri per penſionarium, non poſſit, ut docent Barboſ. *& infr.* referendi, remanente tamen jure illo formali penes penſionarium, jus cauſale, ſive redditus, aut commoditas eos percipiendi, cedi, aut transferri in quemlibet

ad libitum pensionarii potest, nullo ad id assensu Apostolico interveniente, nec etiam illius, qui ejus solutione oneratus est, quia non ut quid juris spiritualis, sed ut quid temporale consideratur, benè Navar. *cons.*11. Bonacin. *de simonia*, *quæst.*4. *nu.*13. optimè Garz. *de benefic. par.*1. *cap.*2. *à nu.*23. *&* 29. Loter. *de re benefic. lib.*1. *dict. quæst.*42. *à num.*25. & Rot. apud Gregor. *decis.*440. *num.*7. *&* *d. decis.*400. *à num.*1. *part.* 1. *diverf.* & ex aliis Tondut. *de pension. cap.*17. *à num.*13. *&* *cap.*30. *numer.*9. Barbos. *de jur. Eccles. lib.*3. *cap.*11. *à num.*19. *&* 25. Dom. Olea *de cess. tit.*3. *q.*1. *n.*12.

17 Quæ etiam nostra differentia magis notabiliter, ad plures quæstiones, invenitur inter decimam Ecclesiasticam, seu jus decimandi, & commoditatem, aut fructus ex eo provenientes, qui ideò ab ipso jure decimandi diversi sunt, & profani, non spirituales, ut ipsum jus, reputantur, Bald. *in l. si usufructus* 67. *ff. de jur. dot.* D. Thom. 2. 2. *quæst.*100. *art.*4. *ad* 3. Dom. Covarr. 1. *variar. cap.*17. *num.*5. ubi plures congerit Faria, Roder. Suar. *allegat.*8. *numer.*12. Barbos. *de potestat. Episc. alleg.*121. *num.*2. *&* 3. ubi quod tales decimarum fructus non sint propriè decimæ, sed potius decimationes, seu annuæ temporales præstationes in quantitate frumenti appellari debeant, & idem voluit Bald. *cons.*419. *vol.*1. Xamar. *de offic. advocat. cap.*9. *à num.* 797. Castill. Dom. Larr. Dom. Solorz. & alii proximè referendi, & cum multis Faria in addit. ad Dom. Covarr. *lib.*1. *var. cap.*17. *nu.*63. *cum seqq.*

18 Quare, licèt decimæ, prout in jure consistunt, tamquam quid spirituale laicis concedi non possint, Gloss. *communiter recepta in cap. causam quæ, de præscript. gloss.* 2. ubi & communiter DD. *&* *in cap. quamvis, de decim.*, D. Thom. & Cajetan. 2. 2. *quæst.*87. *art.*2. *ad* 3. *&* *quæst.* 100. *art.*4. *ad* 3. *&* *in quodlib. lib.*2. *num.*8. Dom. Covarr. *dict. cap.*17. *num.* 5. ubi plures adducit Faria, Mench. *illustr. cap.*89. *num.*6. Azor. *instit. mor. part.*1. *lib.*7. *cap.* 25. *quæst.*11. Suar. *de Relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.*1. *cap.*25. *cap.*29. Gom. 2. *tom. variar. cap.*15. *num.*15. *propè fin.* Girond. *de privileg. num.*251. Monet. *de decim. cap.*5. *num.* 57. præsertim post Concil. Lateranense, Rebuff. *de decim. quæst.*13. *num.*78. *cum seqq.* & cum pluribus Rotæ decisionibus Barbos. *in dict. cap. quamvis*, *numer.*2. Gutierr. *lib.*1. *pract. quæst.*15. *num.*2. ubi ex D. Thom. Cajet. & Dom. Covarr. præstat rationem eleganter, nimi-
19 rum, † *quia jus istud percipiendi decimas consequuntur Sacerdotes ex ministerio Altaris, & spiritualium administratione*, seminantibus namque spiritualia, & temporalia debentur, quorum exhibitio propter ministerium spiritualium ordinatur; quare cum spiritualium, & eorum ministerii, aut tituli laici incapaces sint, meritò etiam incapaces reputari, debent decimarum, quæ inseparabiliter ab spiritualibus dependent, ut observat benè Soto *de just. & jur. lib.*9. *quæst.*4. *art.* 3. & comprobatur optimè per nostram legem Partitarum, quæ est ad rem singularis, licèt per Gutierr. & Dom. Covarr. prætermittatur, quæ est *l.*22. *tit.*10. *part.*1. ibi; *Siruen los Clerigos à las Eglesias, è dan los Sacramentos à los Christianos, perque han de aver los diezmos de que vivan, ca ausi lo mandò Dios nuestro Senner; è los Legos no los deben tomar, ca si lo fiziessen, caierian per ende en gran pecado, que seria muy gran danno à las almas:* optimè ad rem Barbos. *de iur. Eccles. lib.*3. *c.*26. §. 2. *à n.*1. & Castill. Balboa, & plures ex sup. relat.

20 Quod ita procedit, ut nec per Romanum Pontificem juris decimandi spirituali laici capaces fieri possint, Balboa *ad tit. de præscript. in cap. causam quæ eod. num.*7. *&* 8. Castill. *de tertiis, cap.*10. *num.*5. & licèt communiter tradant Doctores, Summum Pontificem non solùm dominium utile decimarum, verùm etiam, & directum concedere posse, ut docent Paulus Æmilius *decis.*241. *part.*1. Lessius *de instit. & iur. lib.*2. *cap.*39. *dubit.*41. Navarr. *in apolog. de reddit. quæst.* 1. *monit.* 58. *nu.*2. Enriq. *in summa Theolog. lib.*7. *c.*26. & cum aliis Dom. Solorz. *d. cap.*1. *num.*10.

Hoc tamen, meo videri, intelligendum est, non ut 21
jus directum decimarum transeat ad laicos cum qualitate spiritualitatis, quale apud Ecclesiam erat, sed jus percipiendi decimas, vel fructus decimarum omninò temporale, etiam per talem concessionem (ut ita dicam) sæcularizatum, uti etiam hoc jus directum intelligunt Doctores, ut quid profanum, & temporale sit, doctè Petr. Barbos. *in leg. Titia, ff. solut. matrim. à numer.*41. *&* *numer.*46. & ex Lassart. Garzia, Navarr. Sot. & aliis, benè Sesse *decis.*157. *à num.*29. *tom.*2. † ubi quod etiam 22
si, quoad utrumque dominium per Papam decimæ laicis concedantur, non tamen ex hoc aliquod jus spirituale transire, ait, sed quod potius decimæ ita concessæ spirituales esse desinant, & ut temporales in posterum considerentur, quod etiam sensit Castill. *de tertiis, dict. cap.* 10. *numer.*5. ubi non absolutè negavit jus decimandi in laicum per Papam transferri posse, sed tantùm dixit id fieri non valere cum qualitate spiritualitatis, ex Ioann. Balboa *supr. relat.* & docent in expresso Thom. Delbene *de Immunit. tom.*1. *cap.*8. *dubit.*29. *sect.*1. *numer.*32. Augustin. Barbos. *in cap. causam quæ*, *num.*3. *de restriptis*, & cum aliis Faria in addit. ad Dom. Covarr. *in lib.* 1. *variar. cap.*17. *num.*5. doctissimus Pater Leander *quæst. moral. tom.*3. *tract.*6. *disput.*7. *quæst.*37. ubi alios ex Theologis congerit.

Quæ quidem, licèt ita vera sint quoad jus spirituale 23
decimandi, ut laicis nullo modo concedi possit, quoad verò fructus, seu commoditates decimarum, vel meram facultatem eas percipiendi contrarium ex nostra inter fructus, & res spirituales differentia dicendum est, imò quod laicis quæri valeant, nam cum isti fructus, & decimarum commoditates sint quid temporale, & ab ipso jure decimandi diversum, cujus respectu nulla incapacitas in laicis considerari potest, ut notant Gloss. & communiter Doctores *in cap. causam, quæ, de præscript.* Bald. *in l. si usufructus* 67. *ff. de iur. dot.* D. Thom. 2. 2. *quæst.*100. *art.*4. *ad* 3. Barbos. Dom. Solorzan. Dom. Larr. Castillo, Dom. Olea, & proximè referendi, rectè ideo tales decimarum fructus, ut omninò temporales, & profani, licitè laicis per Summos Pontifices, etiam post Concilium Lateranense, stante justa causa, conceduntur, videlicet, quia Ecclesiam, ejusve patrimonium à tyranni oppressione donatarius liberaverit, vel pro Christianæ Religionis inimicis expugnandis, & pro Sanctæ Ecclesiæ Romanæ propagatione magnos in bello, vel aliter, sumptus fecerit; & in hoc sensu omnes Romani Pontificis decimarum concessiones intelligi ac interpretari debent, quin ex eis aliquod jus spirituale decimandi in laicos translatum censeatur, sed solum commoditates, aut fructus decimarum, ut latè, & communiter docent Gloss. & Doctores *in dict. cap. causam, quæ, de præscr. gloss.*2. *&* *in cap. quamvis, de decim.* Bald. *in dict. l. si usufructus.* Vbi eleganter docet istam distinctionem inter decimas, seu jus decimandi, & fructus, qui sub nomine decimæ includuntur, ut decimarum, prout in jure consistunt, laici incapaces sint; contra verò fructuum earum *ex suprà dictis rationib.*

Quam doctrinam, & distinctionem sequitur etiam 24
Cardinal. *in cap. cum Apostolica, colum.* 4. *de his, quæ fiunt à Prælat.* & eam singularem existimat Panormit. *in cap. ad hæc, de decim.* & subtiliter D. Thom. *dict. quæst.*100. *art.*4. *ad* 3. ibi: *Ius autem spirituale accipiendi decimas non conceditur laicis, sed tantum modo res temporales, quæ nomine decimæ dantur:* benè Redoan. *de spoliis Clericorum, q.*14. *à n.*14. Seraphin. *dec.*1387. *n.*2. ibi: *Quia laici sunt incapaces decimarum, cum sint spirituales à jure divino introductæ, cap. fin.* 16. *qu.*1. *&* *cap. cum tua, de decim. licèt earum fructus possint laicis concedi per habentem potestatem*, ut per Gloss. *in d. c. fin. &* *in c. pervenit*, 1. *q.*3. Dom. Covarr. *lib.*1. *var. d. cap.*17. *nu.*5. ibi: *Tertio hinc appa-*

ret

Digitized by Google

ret manifesta ratio, cur jus istad percipiendi decimas laicis competere, non possit: Nam jus istud consequantur Sacerdotes ex ministerio Altaris, & spiritualium: quia seminantibus spiritualia, & temporalia debentur, quorum exhibitio ordinatur propter ministeriam spiritualium, quæ ab aliis, quam Clericis ministrari nequant: unde fit ut jus percipiendi decimas spirituale sit, nec laicis possit regulariter competere, D. Thom. & Gajet. 2. 2. *quæst.* 87. *art.* 3. *& quodlib.* 2. *art.* 8. Test. optimus, ubi hæc est communis Doctorum adnotatio *in cap. causam de præscr. cap. 2. de judic.* Glos. *in cap. quamvis de decim. quæ tamen addit, posse Episcopam alicui laico ex justa causa, eo nempè, quod Ecclesiam, ejusve patrimonium à tyranni oppressione exemerit, concedere ad vitam, aliudve tempus, decimarum fructus, non quidem jus ipsum percipiendi decimas, sed ut eas nomine, & titulo Ecclesia consequatur, quod Doctores ibi frequentiori calculo admiserunt;* & idem latè, & eleganter tenent Sotus omninò videndus *dict. lib. 9. de just. & jur. quæst. 4. art. 3.* Gilken. *de præscript. 3. part. cap. 8.* Petra *de potestat. Princip. cap. 24. num. 159.* Melch. Reynos. *obser. 50. à num. 5.* Monet. *de decim. cap. 5. num. 83.* Joan. Garc. *de expens. cap. 9. numer. 90. & 91.* ubi ità loquitur: *Quia in hoc Regno ferè omnes nobiles habent harum decimarum percipiendarum jus hoc, aut concessionem, licet enim laici incapaces sunt earum, hoc est juris decimandi, decima vero, ipsa, hoc est, ipse fructus, ad laicum pertinet, & pertinere potest,* & eandem distinctionem sequitur Salon. *de justit. & jur.* Petr. Greg. *syntagm. jur. univers. 1. part. lib. 2. cap. 25. num. 8. in fin. pag. 59.* benè Dom. Franc. de Leon *decis. 3. num. 13. lib. 1.* ibi: *Secundè, nam licet jus decimandi non possit laicis concedi, fructus tamen decimarum benè possunt cadere in laicum,* & ita fuit decisum in Rota Romana *decis. 2. de judiciis, in novis.* & antea docuit, Bald. *in l. si usus fructus 67. in lectura antiqua, num. 2. Dicens, quòd licet jus decimarum non possit concedi laico, tamen ipsa perceptio benè potest concedi, & hoc modo concessit Papa decimas Regi Francorum;* & ex Hostiensi, Fabiano de Monte, Bartolo, Romano, & aliis idem probavit Tiraq. *de retract. lignag. §. 16. gloss. 1. num. 46.* & eandem distinctionem sequuntur Dom. Palac. Rub. *de donat. inter. rubr. 37. numer. 13.* Gratian. *discept. forens. cap. 238. numer. 38.* & novissimè Joann. Baptist. Ventrigl. *in prax. Eccles. annotat. 27. & 32. numer. 26. & 27.* & ultra Castil. Dom. Solorzan. Dom. Larr. proximè referendos noviter quoque Mager. *de advocat. armat. cap. 9. à num. 797.* Dom. Olea *de cess. tit. 3. quæst. 1. numer. 10. in fin.* & alios congerens Faria in addition. ad Covar. *lib. 1. d. cap. 17. à num. 63.*

25 Quod, & præter omnes, meo videri, comprobatur per legem singularem Partitarum ad hoc à nemine, quem viderim, relata, quæ est *l. 22. tit. 20. part. 1.* ibi: *Pero Legos ay que los pueden tomar desta manera, si ge los diessen sus Prelades, como en prestamo, fasta algun tiempo senalado, ò por toda sa vida; siende los Legos tales, que se aprovechassen las Eglesias dellos, ò si fuessen pobres, de manera que lo oviessen menester, ò se los diessen en soldada por servicio que fecissen à la Eglesia, è à los Prelados. E aun estos tales no los deben tomar como quien à derecho en ellos, mas por nome de la Eglesia; è ella debe aver siempre el senorio, è la tenencia dellos.*

26 Ex quibus utiliter ad praxim infertur, quòd licet ipsum jus decimandi ex venditione, cessione, aut locatione transferri non possit; eo tamen penes Ecclesiam remanente, fructus decimarum ex istis, vel aliis contractibus alienare in laicos poterunt; quia omninò ab ipsis decimis, vel jure decimandi, ut quid temporale, differunt, ut probatur in locatione ex *cap. nostra de locat.* & in permutatione, & aliis alienationibus, *cap. fin. ne Prælat. vices suas, cap. ut super, ubi glos. 1. de rebus Eccles. non alienand. cap. fin. de rer. permut.* & ex commun. tradit Tiraquel. *de retract. lignag. §. 2. gloss. 7. num. 11.* Rebuff. *de decim. quæst. 10. nu. 34.* Matt. *de jurisdict. 2. part. cap. 43. num. 13.* Barbos. *de jur. Eccles. d. lib. 3. cap. 26. §. 1. n. 2.*

Lagunez. de Fruct. lib.

27 Et in decimis, vel apud nos, tertiis sæcularibus per Pontificem concessis, quòd similiter cum tantùm fructus decimarum dari censeantur, & ita inter patrimonialia reputentur, possint per donatarios in alios quomolibet ut res temporales, vendi, donari, permutari, vel aliter alienari, Garz. *de expens. cap. 9. num. 98.* 28 † ubi, & quòd in judicio familiæ erciscundæ dividendæ veniant, & ad omne optimè Sot. *de justit. & jur. lib. 10. quæst. 4. art. 3. ad fin.* Leon. *decis. 3. numer. 12. circ. medium, tom. 1.* Gratian. *cap. 238. numer. 59.* Ansald. *de jurisdict. part. 2. tit. 4. cap. 5. numer. 19.* Bobadil. *in politic. lib. 2. cap. 18. num. 147.* 29 † ubi, & quòd ut patrimoniales in dotem dentur, & in eorum alienatione retractus locum habeat, ut in troncalibus bonis, Xammar. *de advocat. cap. 9. numer. 798.* ubi plures refert, & ex Petr. Barbos. Azeved. Gutierr. Bursat. Christinæo, Ceval. Pater Suarez, Augustin. Barbos. & aliis Castil. *tom. 7. cap. 11. numer. 3.* ubi quòd semel tertiæ, aut decimæ temporalizatæ, & prophanæ effectæ per dictas concessiones, ita in laicorum commertio sint, & ab Ecclesiis esemptæ, ut liberè possint, per ipsos Reges donatarios, vel alios ab eis causam habentes aliis concedi, vendi, permutari, vel aliter alienari, & tanquam quid patrimoniale etiam in judicium familiæ erciscundæ veniant.

30 Et quòd ex tali venditione decima, seu gabella solvatur, tanquam quid temporale sit venditum, ex Garz. & Sot. tenet Lassart. *de decim. vendit. cap. 19. numer. 28. cum seqq.* sicuti, & quando fructus decimarum per earum conductorem venduntur, ex qua etiam venditione gabella debetur, ut post Bald. Parlador. Girond. Lassart. & alios tenent Gutier. *de gabel. quæst. 44. num. 3.* Cartase. *ad l. Recopil. cap. 6. §. 2. num. 6.*

31 Item ex hac nostra differentia inter decimas, seu jus decimandi, & fructus decimarum, utiliter ad praxim infertur, quòd cum tales fructus decimarum laicis concessi temporales, & inter patrimonialia sæcularium reputentur, poterunt laici eos possidentes super ipsis per suos Principes collectari, nisi alias ob nobilitatem, vel aliam exemptionem immunes sint, ut ex Abbat. *in cap. 17. numer. 4. de decim.* tradit Azor. *institution. moral. tom. 1. lib. 7. cap. 23. §. Octavò quæritur,* benè Sot. *de justit. & jur. lib. 9. quæst. 4. art. 3.* Mager. *de advocat. armat. cap. 9. numer. 798.* & licèt istis non relatis, Balmased. *de collect. quæst. 127. numer. 10. & 12.* quidquid de hoc dubitet, & cogitandum relinquat Garzia *de expens. cap. 9. à numer. 99.*

32 Et ex eadem ratione ista bona, tanquam temporalia, & omninò prophana à charitativo subsidio, & ab omni præstatione Ecclesiastica libera erunt, nec ullo modo per Episcopum collectari, poterunt, ut tenet optimè Sot. *de justit. & jur. lib. 10. quæst. 4. art. 3.* ubi quòd manus Episcopi ad has laicorum decimas non extendantur, 33 quia ad instar patrimonii temporalis habentur, cujus respectu nullam potestatem habet Episcopus; & ita contra Episcopum Lucensem judicatum refert, idemque resolvunt Joann. Garzia *de expens. cap. 9. à num. 99.* Petr. Barbos. *in leg. Titia, num. 42. ff. solut. matrim.* Ansald. *de jurisdict. lib. 2. tit. 4. cap. 5. num. 18.* D. Franc. Hieronym. Leo. *decis. 3. num. 12. circa medium, tom. 1.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 238. numer. 59.* Sesse *decis. 162. numer. 24. in fin.* Ceval. *de cognit. per viam violent. 2. part. quæst. 25.* & novissimè Balmaseda *de collect. dict. quæst. 127. numer. 10. & 11.* ubi testatur de praxi Regiæ Cancellariæ Pincianæ in decernendo vim fieri per Ecclesiasticum has laicorum decimas onere charitativi subsidii gravare intendentem de qua etiam praxi testatur Garzia *ubi suprà.*

34 Quam tamen doctrinam intelligit Lassart. *de decim. vendit. cap. 19. à numer. 34.* ut procedat in charitativo subsidio per Episcopum imposito, non vero in concesso per Pontificem Principibus sæcularibus ex redditibus Ecclesiasticis pro nostræ Sanctæ Fidei inimicis ex-

pugnandis, prout Carol. V. Imperatori nostroque Regi felicissimo fuit per Paulum III. Pontificem maximum concessum, pro expugnatione Golletæ, & novæ Carthaginis, quæ vulgo Tunez appellatur, anno 1535. ut refert *Historia Pontificalis*, *lib.6. c.27. §.1.* quod postea per successores Pontifices justissimis de causis usque ad hodiernam diem fuit prorogatum; hoc igitur subsidium tanquam onus non Ecclesiasticis personis, sed potius redditibus, ac proventibus Ecclesiasticis injunctum, ut docet Dec. *cons.156. vol.1.* sine dubio deduci etiam debet ex decimis, ac tertiis laicis concessis, quæ cum suo onere reali transire debent, ut benè docet Lassart. *de decim. vendic. dict. cap. 19. à numer. 34.* ubi, & quod jam concessæ per subsidii sequentem concessionem per Papam minui possint, tractant etiam de hac materia P. Mend. *de jur. Academic. lib.1. quæst. 37. ex num.612. & de ordin. militarib. disquisit. 10. ex num.46.* Escobar *de Pontific. & Reg. jurisdiction. cap.22. à num.31.* qui alios adducunt, & in hanc sententiam ipsi propendunt.

35 Et idem in Ecclesiastica pensione, quod per subsidium de jure minuatur, Bellencin. *de charitativo subsidio, quæst. 37. inst. moral. part.2. cap.14. quæst.6. vers. Si quæras*, Flamin. Paris. *de confident. benefic. qu.23. num. 7.* & in Papali subsidio, aut Principi alicui concesso, seu Episcopali, doctè Chassan. *in consuetud. Burg. rubr. 4. §.6. & supportet la moitie, num.7. in additione*, Barbos. *de jur. Ecclef. lib.3. c.21. à n.39.* qui tamen contrarium servari, ait de praxi, & stylo Curiæ, quia semper talis pensio ab omni onere, & charitativo subsidio libera per Papam assignetur.

36 Item ex dicta differentia inter jus decimandi, & fructus decimarum infertur, quod licèt transactio super jure decimandi inter Ecclesiam, & laicum ex privilegio Pontificio decimas ad se pertinere prætendentem, vel ex immemoriali, quæ supponit etiam privilegium ante Concilium Lateranense concessum, quod laicos capaces possidendi decimas reddit, juxta Dom. Molin. *de primogen. lib.2. cap.6. num. 47.* ubi plures referunt Addentes, Dom. Covarruv. *lib.1. variar. cap. 17. numer. 5. sed si dubitetur*, Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 4. gloss.17. num.48. & gloss.19. num.63. & 66.* & aliis ex Canonistis congestis, Pareja *de instrument. edit. tit. 5. resol.9. num.128.* Noguer. *allegat. 39. numer. 7.* quamvis (inquam) transactio inter Ecclesiam, & laicos sine Apostolico assensu iniri non possit, nisi de ipso privilegio, aut immemoriali indubitantet constet; quia & tunc adhuc Episcopi authoritas requiritur, ut resolvit Valeron. *de transaction. tit.3. q.6. à n.57.*

37 Et quamvis eadem transactio, aut compositio super jure decimandi inter personas Ecclesiasticas suarum Ecclesiarum nomine absque causæ cognitione, & Episcopi assensu, vel alterius Prælati superioris Episcopalem jurisdictionem habentis, iniri non valeat, ut docent multa de his decimarum transactionibus ad plures quæstiones adducentes ex text. expresso *in cap. statuimus, de transactionibus, & ex glossa ibidem*, Rebuff. *in tractat. de decimis, quæst. 13. numer. 26.* Monet. *eodem tractat. cap. 5. a num.119.* Franc. Leo. *in Thesauro fori Eccles. part.4. cap.1. numer.2. in fin.* Bellet. *disquisit. Clerical. part.1. tit. de Clerico debitore, §. 5. numer. 31.* Duennas *regul.127.* Capyc. *decis.163. part. 3.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap.60. numer.19.* Capell. Tolosan. *decis.97.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 26. quæsit. 5.* Bonacin. *de legibus, disput. ultim. quæst. 4. punct. 5. numer. 3. & de simonia, quæst. 4. §.25. numer. 4. vers. 2. si transigentes*, Fagundez *in quinque præcept. Eccles. præcept. 3. lib.3. cap.2. numer. 2.* Suarez *de Religione, tom.1. lib. 1. cap. 12. numer. 15.* Ægid. Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap.3. dub.11. nu. 12. & 14.* Castro Palao *tom.2. tract. 10. punct. 5. numer. 4.* Augustin. Barbos. *de potestate Episcopi, allegation. 121. num.13. & de universo jure Ecclesiastico, lib.3. cap. 26. §.3. num.51.* & melius *§.4. num.24.* ubi rectè intelligit text. *in cap. veniens, de transactionibus*, Valeron. *de transactionibus, tit.3. quæst.6. à num.53.* optimè Pater Leander *quæstion. moral. tom.3. tract.6. disput. 7. quæst. 29. & quæst. 30.* ex Fagundez, Trullench. & Barbos. suprà relatis, quod saltim inter personas Ecclesiasticas Vicarii Generalis Episcopi, vel Archiepiscopi assensus requiratur.

À verò cum transactio fit super fructibus dumtaxar, aut commoditate decimarum, in hoc casu, sive inter personas Ecclesiasticas, sive cum laicis transigatur, nulla causæ cognitio, aut authoritas Episcopi, vel alterius superioris requiritur; quia tunc non agitur de jure decimandi, nec illud tangitur, sed eo penes Ecclesiam remanente, de ejus tantum fructibus transigitur, qui ut res temporales, & profanæ absque ulla solemnitate per beneficiarios alienari possunt, ut dictum remanet *suprà hoc cap. à numer.5.* & in specie docent Rebuff. *de decimis, quæst.13. à numer. 25. & 33.* ubi Panormitanum, & alios refert, Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcept. dict. præcept. 5. cap.2. à numer.7.* Moneta *de decimis, cap.5. num.128.* Augustin. Barbos. *de jure Ecclesiastico, lib.3. dict. cap.26. §.4. numer.27. in fin.* & singulariter ad rem Pater Leander *quæstion. moralium, tom.3. tract.6. dict. disputat. 7. quæst. 49. vers. Sed tanquam*, ibi: *Respondeo dicendum: Quod decimæ sumi possunt dupliciter: nempè, vel pro ipso jure accipiendi fructus decimarum, vel pro ipsa perceptione fructuum, qui decimarum nomine capiuntur, cujus divisionis meminit* Div. Thom. *2.2. quæst.83. artic.3.* *Si priori modo sumantur decimæ, nullo modo potest fieri super eis transactio; quia illud jus est quid spirituale; si verò sumantur secundo modo, optimè potest fieri transactio super decimis, eo quod perceptio fructuum decimarum sit res temporalis, cum in rebus temporalibus consistat.* 38

Ex quibus etiam transactio super decimis præteritis, nulla Episcopi, vel alterius superioris authoritate interveniente, substinetur, quia decimæ præteritæ sunt fructus decimarum à jure decimandi jam separati pertinentes ad Parochum transigentem; quare sicut potest illos cuicumque remittere, vel donare, seu aliter alienare, quia res temporales reputantur, etiam de eis transigere poterit, ut singulariter in his terminis resolvunt Gloss. *in cap. ut super, de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Abbas *in cap. cum homines, num.4. de decimis*, Decius *in cap. venerabilis, de confirmatione utili, vel inutil. in 4. notabili*, Bonacin. *de legibus, disput. ult. quæst.5. punct.3. numer.3.* Cajet. *in 2. 2. quæst. 43. artic. 8.* Rebuff. *de decimis, quæst.3. num.25. & 33.* Monet. *eodem tractatu, cap. 5. numer. 128.* Fagundez *dict. cap. 2. numer.7.* Trullench. *dict. dubio 11. numer. 13.* Augustin. Barbos. *de jure Ecclesiast. dict. lib. 3. cap. 26. §.4. num.27.* benè Pater Leander *dict. disput.7. quæst. 33. & quæst. 50.* 39

Et ex eadem ratione transactio super jure decimandi absque causæ cognitione, & assensu Episcopi inter Parochos inita, licèt quoad jus omninò corruat, pro vita tamen transigentium, & respectu fructuum percipiendorum sustineri debet, ut ex *cap. veniens, cap. de cætero, de transactionibus*, docent Abbas *in dict. cap. cum homines, numer.4. de decimis*, Rebuff. *de decimis, dict. quæst.13. num.25.* Duennas *regul. 127. in fin.* Bonacosa *tom.1. communium opinion. lib.1. tit.10. num. 22. pag.186.* Azor. *tom. 1. institut. moral. lib.7. cap. 37. quæst. 5. vers. Quæstio*, Petr. Barbos. *in leg. si filio fam. §. fin. num.20. ff. solut. matrimon.* Rot. *in Mediolanen. decimarum 10. Aprilis 1606. coram Revert. & decis. 585. n.3. par.1. recent.* & in Augustana decimarum 28. Martii 1631. coram Vbaldo, Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcept. præcept. 5. lib.3. cap.2. num.6.* Pater Leander *dict. disput.7. qu. 32.* ut in alienationibus rerum majoratus si- 40

ne

ne Regia facultate factis, quas similiter pro vita possessorum majoratus substineri, alibi diximus.

41 Ex qua etiam differentia, & ratione absque dubio apud nos substinentur tertiarum concessiones per Pontifices nostris Regibus Hispaniarum factæ: nam ultra, quòd hujusmodi tertiæ Catholicis Regibus fuerunt elargitæ, ut Regna, è faucibus Maurorum eriperentur, & ubi secta Mahometica servabatur, Sancta Fides Catholica, ac Lex Euangelica exaltaretur, necnon ex eo, etiam quòd nostri Reges fortissimi magnis suis sumptibus, & divinis auspicius feliciter id facere cœperant; ultra istas, inquam, causas, tertiarum concessiones ex eo quoque quoad suam validitatem substinentur, quia per eas dumtaxat, commoditas, & fructus, qui sub nomine decimarum includuntur, concessi censentur, qui omnino profani, & temporales sunt; nec cum eis aliquod jus spirituale decimandi datum intelligitur; sed sola facultas eos percipiendi Ecclesiæ nomine, penes quam jus directum universale decimandi resider.

42 Quem verissimum intellectum ad tertiarum concessiones docent in specie optimè doctissimus Petr. Barbos. *in leg. Titia, ff. solut. matrimon.* ibi: *Quando Principibus, vel militibus conceduntur decimæ, non est intelligendum, jus spirituale percipiendi decimas illis fuisse concessum, cujus laici sunt incapaces, capit. causam, de rescript. sed tantum eis conceditur facultas percipiendi suo nomine fructus, qui sub nomine decimæ includuntur: qui quidem fructus non censentur res spirituales, vel Ecclesiastica, sed potius res temporales, capit. fin. ne Prælat. vices suas, capit. vestra, de locato,* latè Redoan. *de spoliis Clericorum, quæst. 14. à numer. 14. & ideo laici illorum sunt capaces;* & idem docent Giroud. *de privileg. numer.* 251. & cum aliis Suarez *de benefic. capit. 1. dub. 7.* latè, & doctè Balboa *in dict. capit. causam, quæ, de præscript. à numer.* 5. Lassarte *de decim. vendition. capit. 19. numer.* 32. benè Cevallos *tom. 4. comm. opinion. quæst. 828. num. 77. cum sequentibus, & de cognition. per viam violent. quæst. 25. à numer.* 10. Roderic. Suarez *allegat. 8. num.* 12. Garcia *de expens. dict. capit. 9. numer.* 97. & benè Leon. *dict. decis. 3. à numer. 3. & tot.* & latè prosequitur Castillo *de tertiis, capit. 10. num. 5. & 6.* Dom. Larrea *allegat. 120. numer. 4.* ubi alios refert Dom. Solorzan. *dict. libr. 3. de jure Indiarum, capit. 1. à numer.* 29. & novissimè Ioann. Baptista Ventrigl. *in prax. Ecclesiastic. dict. annotat. 27. §. 2. numer. 26. & 27.* qui optimè ad rem tradit, tertiarum concessionem nostris Regibus per Summum Pontificem factam fuisse.

43 Ex quibus etiam, juxta superius latè tradita, hujusmodi decimarum fructus Principibus sæcularibus per Papam semel concessi rectè per eos aliis laicis concedi, vendi, locari, cedi, vel aliter alienari poterunt.

44 Ex qua ergo inter decimas, aut jus decimandi, & fructus decimarum supra dicta differentia infertur etiam alius non minus notabilis effectus, & admodum utilis ad sedandam controversiam inter Doctores ortam circa cognitionem in causis decimarum, an coram Ecclesiastico judice, vel laico tractari debeant?

45 In qua difficili, ac intricata quæstione plures, & variæ extant Doctorum opiniones, ut constat ex Dom. Covarr. *practicar. capit. 35.* Rebuff. *de decim. quæst. 10. à numer. 25. & de except. numer. 213. cum sequentibus, & 219.* Gail. *libr. 1. observat. 38.* Boer. *decis. 69. numer.* 13. Didac. Perez *ad tit. 5. libr. 1. ordinament. pag. 180. & sequentibus,* Cacher. *decis.* 116. Menochio *remed. 15. recuper. sub numer.* 234. Afflict. *decis. 2. numer. 10. & decis. 24. numer. 9.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Catholic. capit. 71. numer. 349. & 350. & in summ. comm. decis. tit. 19. à numer. 18. & tit. 45. numer.* 125. Savr. *in florib. decis. sub tit. de constit. decis.* 41. Marchess. *de commiss. part. 2. capit. 43. tot.* Henriquez *in summ. libr. 7. cap. 27. lit. L.* Resner. *decis. 2. numer. 41. libr. 4.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verb. Decima, §. 6.* Gratiano *discept. tom. 2. capit.* 238. Cevallos *de cognit. per viam violent. part. 2. quæst.* 25. Seraphin. *decis. 1047. numer.* 5. Barbos. *in leg. Titia, ff. solut. matrimon. à numer.* 15. Gutierrez *pract. libr. 3. quæst. 26. à numer. 1. ad 9.* Anguian. *de legibus, lib. 2. controv. 21. & 22.* Cabed. *decis. 63. numer. 4.* latè Carrasc. *ad leg. Recop. capit. 6. §. 2. tot.* Anastas. Germon. *de Sacrorum immunit. libr. 3. capit.* 19. Bobadill. *in polit. libr. 2. capit. 18. ex numer. 141. & 145.* latè Monet. *de decim. capit.* 8. Matth. *de jurisdict. part. 2. capit.* 43. latissimè Ansald. *de jurisdict. part. 2. tit. 4. capit. 1. cum sequentibus,* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcept. libr. 3. præcept. 5. capit. 5. à numer.* 1. D. Francisc. de Leon. *decis. 3. tom.* 1. Sigismund. Scaccia *de re jud. gloss. 7. quæst. 3. limit.* 5. Homobon. de Bonis *de examin. Eccles. part. 2. tract. 8. capit. 8. quæst.* 14. Barbat. *de divis. fruct. part. 1. capit. 7. à numer.* 75. Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol.* 89. latè Barbos. *de jure Ecclesiast. libr. 3. capit. 26. §. 4. à numer.* 1. & novissimè Ioann. Baptista Ventrigl. *in praxi Ecclesiast. annot. 27. §. 2. à numer.* 42. Castillo *de tertiis, capit.* 12. Dom. Larrea *allegat.* 27. Dom. Solorzan. *de jure Indiarum, tom. 2. libr. 3. capit. 1. à numer.* 31. & novissimè, & doctè Dom. Olea *de cess. jur. tit. 6. quæst. 3. à numer.* 15. qui omnes latissimè, & cum pluribus distinctionibus docent, quando coram judice Ecclesiastico, vel laico causæ decimales, tam in petitorio, quàm in possessorio tractari, debeant.

46 Sed ex omnibus, præmissa supra dicta nostra distinctione, ita resolvendum existimo: aut quæstio super decimis incidit, nulla earum Pontificia concessione Principibus sæcularibus facta: aut concessionibus, seu privilegiis earum fructuum, ut supra dixi, stantibus: in primo casu dicendum est, in petitorio judici Ecclesiastico cognitionem solum competere, quotiescumque de jure dubitare contingat, veluti an decima solvi debeat, necne? Si verò quæstio non in petitorio, nec etiam in possessorio (de quo proximè separatim agemus) sed super mero facto tantùm sit, ut quia, nulla dubietate super jure, aut debito stante, nec etiam super mero facto possidendi ipsum jus spirituale (ut hanc quæstionem secernamus ab illa super mero possessorio infrà subjicienda) sed dumtaxat super alio mero facto controvertitur, nimirum an fructus quis collegerit, vel non? Et qua sint collecti? Seu an decima jam sit soluta, necne? Tum etiam laicus competens erit, ut optimè resolvunt Rota *in caust. 2. in fin. de judic.* Iass. *cons. 93. libr. 1.* Bart. *in l. Titia, ff. solut. matrim. & in l. 2. ff. de jur. jd. omn. iud. & in l. omni innovatione, Cod. de Sacros. Eccles. & in l. quoties, Cod. de judiciis,* Rebuff. *de decim. quæst. 10. à numer.* 35. Navarr. *cons. 1. de constit. numer. 80. in antiq.* Anchar. *in regul. ea, quæ numer. 12. vers. In contrarium, de regul. jur. in 6.* Aufrer. *de potestat. sæcular. supr. Ecclesiastic. regul. 13. numer.* 12. Dom. Covarruv. *pract. quæst. 35. numer.* 2. ubi quòd in prædictis quæstionibus facti, tam judex Ecclesiasticus, quàm laicus competens est, mixtique fori quæstiones istæ reputantur, benè in specie resolvens Dom. Covarr. *ubi proximè* refutans aliquos, qui solum sæcularem cognoscere posse, asseruerunt; quam Dom. Covarr. doctrinam, & dictam distinctionem docent etiam Calderin. *cons. 15. in fin.* Parlad. ex Felin. & aliis *lib. 2. rer. quot. different. 9. §. 2. numer.* 12. Gomez *in capit. fin. de judic. numer.* 16. Ioan. Gutierr. *libr. 1. Canonic. quæst. capit. 34. numer.* 44. Paz *in prax. tom. 2. prælud. 2. à numer. 22. & numer.* 24. quòd in dictis quæstionibus facti decimarum Ecclesia duos judices habeat, Ecclesiasticum, & sæcularem, & idem docet Gail. *lib. 1. observat. 38. numer.* 4. benè ex Dom. Covarr. & Rebuff. *ubi supr.* Paz *in prax. tom. 2. dict. prælud. 2. numer.* 24. Carrasc. *ad leg. Recop. dict. cap. 6. §. 2.* ubi latè ad dictam distinctionem, & quòd in quæstionibus facti, ut in exactione decimarum, tam laicus, quàm Ecclesiasticus, adiri possit, & contra earum conductores; nisi Ecclesiastici sint, quia tunc, ut rei, coram Ecclesiastico conveniendi sunt.

Et

Digitized by Google

47 Ereandem doctrinam, & distinctionem latè ad alios plures effectus prosequuotur Sesse decis.162, in fin. tom.2. Perez ad tit.5. lib.1. ordin. pag.130. cum sequentibus, Enriquez in summ. lib.7. cap.2. §.2. litt. G. Zeiol. in prax. Episcop. part.1. verb. Decima, §.6. Barbos. in l. Titia, ff. de solut. matrim. à nu.20. & 48. qui omnes latissimè docent, dictam distinctionem ideò procedere, quia licet judex laicus cognitionis juris spiritualis omnino incapax sit, de mero tamen facto cognoscere, potest, idque esemplificant in quæstionibus facti in matrimonio, usura, jure patronatus, & aliis juribus spiritualibus contingentibus, in quibus etiam, & ad nostram distinctionem plenissimè Cevall. de cogn. per viam viol. 2. part. q.25. à num.42. Seraphin. decis.1047. num.3. Marches. de commission. part.2. cap.4. numer. 30. Bernard. Grevæ. ad pract. Camer. Imper. lib.1. concl.38. Galer. in Margarit. casuum conscientiæ, verb. Decima pen. Gomez de Leon. in centur. informat. alleg.49. Bellug. in spec. Princ. in rubr. de decim. §. Restat, num.3. & 4. D. Franc. de Leon. decis.3. num.4. & 7. Bobad. in polit. lib.2. cap.18. numer.145. Andr. Gail. lib.1. observat.38. num.8. Thesaur. decis.32. Thom. Delbenè de Immunit. Ecclesiast. tom.2. cap.10. dub.4. num.34. Sigism. Scacc. de sent. & re judic. gloss.7. quæst.3. limit.5. nu.4. cum sequentib. Piasec. in prax. Episcop. part.2. cap.4. num.59. latè Monet. de decim. quæst.8. in princ. Gratian. discept. forens. cap.238. nu.16. Martha de jurisdict. part.2. cap.43. num.12. cum sequentib. & num.18. & melius n.73. & 74. Fagundez in quinque Eccles. præcept. præcept.5. lib.3. cap.5. num.1. & 2. Dian. resol. moral. part.1. tract.2. resol.89. Barbat. de divis. fruct. part.1. cap.7. num.75. & 76. Augustin. Barbos. in cap. tua 25. de decim. num.2. & de jur. Eccles. lib.3. cap.26. §.2. à num.1. Eruditissim. DD. Petr. de Salced. ad leg. nov. recop. in leg.4. cap.25. tit.14. lib.3. nu.12. pag.308. & doctè Dom. Olea de cess. jur. tit.6. qu.3. à num.15. & 18.

48 In possessorio vero decimandi variæ etiam sunt opiniones, ut constat ex Menoch. remed.15. recuper. sub n.234. Rebuff. dict. tract. de decim. quæst.10. numer.3. Afflict. decis.2. num.10. & decis.24. numer.9. Cacheran. decis.116. Boer. decis.69. num.13. doctè Gail. dict. lib.1. observat.38. Gravar. ad Vestrium in praxi Romana Curia, lib.5. cap.1. à num.3. Angujan. de legib. lib.2. contr.19. Gratian. dict. cap.238. Camill. Borrel. de præst. Reg. Catholic. cap.71. numer.349. & 350. & in summ. commun. decis. tom.1. sub tit.19. à num.18. & tit.43. num.125. benè Monet. d. tract. de decim. quæst.8. à num.14. Sayr. in floribus decis. sub tit. de constit. decis.41. Paz in prax. tom.2. prælud.2. à num.28. Gutierr. pract. lib.1. quæst.14. num.1. Cur. Philip. part.1. §.5. numer.5. cum sequentib. Bobadill. in polit. dict. lib.2. cap.18. nu.145. Bernard. Grevæ. dict. concl. 38. Dian. dict. tract.2. resol.92. Castill. de tertiis, c.12. n.42. Barbos. in d. c. tua 25. de decim. n.3.

49 Sed verior resolutio mihi videtur, quòd prædictis Pontificis decimarum sive earum fructuum, & commoditatem concessinnibus, aut privilegiis in favorem laicorum non stantibus, sed potius decimis inter alia bona Ecclesiastica apud Ecclesiam permanentibus, ut tunc in possessorio plenario decimarum, vel etiam beneficii Ecclesiastici, cujuslibet ve alterius juris spiritualis judex Ecclesiasticus solus competens sit; quæ opinio sine dubio procedit in possessoriis, seu interdictis recuperandæ, adipiscendæ, vel retinendæ, quæ ad mixtam habent causam proprietatis, quia ad eorum justificationem saltim de titulo colorato, & sic de jure spirituali tractari, oportet, ut notat Gloss. celebris in Clement.1. de caus. possess. & propriet. & ad rem docent, Daymam. in proœmio pragmat. sanctionis in §. Postremo, fol.112. & contr. Beroi. tenet eleganter Dom. Covarr. pract. quæst.35. num.1. vers. Ex quo patet, Puteus decis.361. lib.1. Rebuff. de decimis, quæst.10. à numer.7. Roland. cons.23. vol.2. Grammat. decis.78. Chassan. in Consuet. Burgund. rubr.1. §.1. in gloss. & ideò istum, num.110. num.21. Aufrer. de potest. judic. secul. super Ecclesiast. person. reg.2. num.24. vers.26. Osasc. decis. Pedem.116. num.1. & cons.54. in fin. vers. Quod vero pertinet, Joann. Garcia de nobilit. gloss.9. num.46. & latissimè plures referens Cened. in collect. ad decretal. cap.4. à num.1. Anton. Thesaur. decis. Pedem.82. num.1. cum sequentib. & cum Menoch. Navarr. & aliis Bobadill. in polit. lib.2. cap.18. num.141. licet contrarium, imò, quòd indistinctè in omni possessorio, etiam ad mixtam causam proprietatis habente, sæcularis cognoscere, possit, teneant Joann. Ign. Roland. & infr. proximè referendi, quos tamen rectè improbant Gutierr. Canonic. lib.1. c.34. à num.26. & 45. doctè, & latè Gratian. dict. cap.238. à num.1. Bobadill. Carol. de Grass. Castill. & proximè referendi, qui omnes in eo conveniunt, sæcularem in possessorio rei spiritualis ad mixtam causam proprietatis habente cognoscere non posse.

50 In possessorio autem decimarum, vel alterius rei spiritualis, quod ad mixtam causam proprietatis non habet, major est dubitatio; nam in hoc casu judicem sæcularem cognoscere, posse tenent, & latè defendunt, Gloss. in cap. litteras, de jurament. calum. sic intellecta per Panormit. in eodem Text. Joann. Andr. & Doctor. in cap. ult. de judic. & in cap. petimus 11. quæst.1. qui asserunt possessionem rei spiritualis temporalem esse, & idem docent Butr. in dict. cap. fin. de judic. & Bart. in dict. l. Titia, ff. solut. matrim. Guillelm. Benedict. in cap. Raynutius, in verb. Et uxorem, nu.39. de testament. Guid. Pap. decis.1. num.1. & 8. ubi indistinctè quòd in omni possessorio decimarum, seu rei spiritualis judex sæcularis cognoscere possit, & prosequuntur Alciat. cons.24. lib.1. Joann. Ign. in leg. necessarios, §. Non aliàs in 2. part. ff. ad Syllan. Roland. cons.23. col.1. tom.2. Afflict. decis.24. tot. Carrasc. ad leg. Recop. cap.6. §.2. nu.10. ubi cum Bobadill. distinguit inter possessoria ad mixtam causam proprietatis habentia, vel non: ut in illis sæcularis cognoscere non valeat: secus vero in istis, quam distinctionem sequuntur Sesse decis.162. à num.45. Boer. decis.60. num.23. ubi dicit, possessorium causæ spiritualis non esse spirituale, cum non tangat veritatis medullam; eamque opinionem communem attestantur, & eam sequuntur Archidiac. in cap.1. de restit. spoliat. in 6. verb. Actore, Gram. decis.78. per totam, Zabarel. in Clement. dispendiosam, num.7. de judic. Gail. dict. lib.1. observ.38. tot. qui ad id allegat. Text. in cap. fin. extr. de judic. d. cap. petimus 11. quæst.1. & in praxi id observari, ait; & idem asserit Peregrin. de fideicommiss. art.48. num.63. & relati per Mieres de majorat. 3. part. quæst.11. à num.28. & etiam plures congesti per Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect.1. numer.935. ubi Menoch. Mising. Marc. Pont. Joannem Silv. & alios refert, Gutierr. Canonic. quæst. lib.1. qu.34. à num.45. qui dumtaxat istam cognitionem laico judici denegat, si principaliter de viribus tituli, ac proprietatis in possessorio disputetur, contra verò si tantum incidenter fiat, & idem tenent Ripa lib.2. resp. cap. ult. nu.1. Navarr. in cap. cum contingat, pag.149. vers. Idem non obstat, de rescript.

51 Quam opinionem tunc maximè procedere, aliqui notant cum notoriè per adversarii confessionem, vel ex actis, aut aliter evidenter de titulo constet, ut docent Cravet. cons.258. numer.4. versic. Confirmatur ista ratio, Osasc. decis. Pedem.116. nu.3. Navarr. ubi supr. pag.148. vers.5. facit Gutierr. ubi supr. n.47.

52 Sed adhuc, prædictis non obstantibus, contrariam opinionem veriorem, & securiorem existimo, videlicet judicem sæcularem non solum in causis possessoriis decimarum, aliarumque rerum spiritualium, in quibus de titulo disputatur; sed etiam si nihil de proprietate dubitetur, cognoscere non posse, ut resolvit eleganter Dom. Covarr. pract. dict. quæst.35. num.2. versic. Verum si diligenter, cujus verissimè resolutionis ratio est in comperto; quia nimirum, ut ibidem docet doctissimus Covarr. causa possessoria rei spiritualis etiam

tam

iam spiritualis, ac Ecclesiastica indistinctè reputatur, ut deducitur *ex Clem. unic. de cauf. possess. & propriet. Clem. unic. de sequest. poss. & fruct.* & istam opinionem in possessorio decimarum, seu alterius rei spiritualis, ut securiorem tenent Davama *in proœm. pragmat. sanction. §. Postremò, numer.* 112. Augustin. Berous *rubric. de indic. numer.* 51. Tusch. *pract. concl. verb. Iudex, concl.* 452. *numer.* 27. ubi de veriori, & magis communi testatur; Gregor. XV. *decis.* 364. *numer.* 5. Ric. *in collect. decis. collect.* 1656. Iul. Viv. *in prax. Iuris patronat. part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 15. *numer.* 13. latè Menoch. *de recuper. rem.* 15. *numer.* 34. ubi post multos Authores, & argumenta in contrarium relata, pro ista opinione concludit, & etiam pro ea resolvit Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effect.* 1.
53 *à numer.* 975. *& numer.* 977. † Ubi distinguitur inter spolium, aut possessorium rei temporalis, & inter spolium aut possessorium rei spiritualis: in primò casu judicem laicum contra Clericum spoliatorem ad restitutionem procedere non prohiberi, ait, contra verò in secundo, ex Abbat. *in d. cap. fin. de indic. & in cap. litteras, de iurament. calum.* quem sequitur Gigas *cons.* 5. *num.* 16. *& cons.* 19. *numer.* 12. & cum aliis hanc distinctionem amplectitur Castil. *de tertiis, cap.* 12. *numer.* 42.

54 Et istam opinionem, quòd in causis possessoriis super rebus spiritualibus indistinctè, etiam si nihil proprietatis annexum habeant, vel super mero facto, possidendi intellige, consistant, solus Ecclesiasticus judex cognoscere debeat, tenent Paz *in prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *nu.* 15. Valasc. *consult.* 93. *numer.* 2. *ad med. vers. Etiam in causa matrimoniali*, Molin. *de rit. nupt. lib.* 2. *differ.* 10. *numer.* 19. *& sequentib.* Marchess. *de commiss. part.* 1. *fol.* 1022. *numer.* 8. Pacific. *post tract. de Salvian. interdict. decis.* 238. *numer.* 21. Mar. Anton. *variar. res. lib.* 1. *res.* 19. *numer.* 4. latè in decimis & aliis possessoriis rerum spiritualium Monet. *de decim. cap.* 7. *quæst.* 2. *numer.* 2. *cum sequentib.* Barbat. *de divis. fruct. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 75. Barbos. *de jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 26. *§.* 4. *numer.* 3. benè Post. *de manut. observ.* 6. *numer.* 15. *cum sequentib.* etiam si inter laicos ageretur, ut determinat Rot. Roman. *coram Reverendis. D. Coccin. in Romana domus de Scapuccis penes* Marchess. *ubi supr.* Cardin. Tusc. *pract. concl. verb. Iudex, concl.* 452. *num.* 27. Fachin. *lib.* 8. *contr. c.* 15. *vers. Hæc sunt, quæ alii*, Gratian. *discept. forens. c.* 731. *n.* 17. *cum sequentib.* Post. *supr. n.* 18.

55 Pro qua resolutione est, inter alias, optima ac notanda *decis. Rot. in recent. part.* 4. *dec.* 10. *num.* 6. ubi quòd, tametsi multi Doctores causas possessoris rei spiritualis, vel quasi coram judicibus sæcularibus decidi, posse, tenuerint, supremum tamen Rotæ Tribunal eam sententiam uti periculosam semper respuit, judicans causas possessorias beneficiorum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum ad forum *Ecclesiasticum* spectare, maximè postquam Romani Pontifices per Bullam Cœnæ Domini suo gravi anathemate constituerunt, ne prætextu violentiæ, aut aliarum prætensionum judices laici in causis Ecclesiasticis se intromittant, *& num.* 9. etiam refertur, quòd contraria sententia est contra Sacrorum Canonum authoritatem, per quos hæc cognitio sæcularibus indistinctè interdicitur.

56 In secundo autem casu prædictæ nostræ principalis quæstionis, videlicet, Pontificiis concessionibus decimarum, vel earum fructuum, aut commoditatuum Principibus sæcularibus ex justa causa factis stantibus, si super cognitione causarum decimalium tunc dubitetur, an coram Ecclesiasticis judicibus, vel coram sæcularibus cognosci debeat? Quamvis in hac quæstione similiter dicendum videatur, quòd etiam tales causæ decimarum, tamquam Ecclesiasticæ, ad judicem Ecclesiasticum pertineant, quin Regia Tribunalia, vel alius judex laicus in eis se intromittere, debeant, ut in his terminis tenent Federic. de Senis *cons.* 245. *numer.* 1. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 39. *quæst.* 3. Monet. *de decimis, cap.* 8. *qu.* 1. *n.* 15. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcept. præcept.* 5. *lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 5. ubi Dom. Covarruv. & alios contrarium sentientes refellit, Rot. *in Ravennaten. emphyteusis* 28. *Maii* 1631. *coram R. P. D. Merlino*, Barbos. *de jure Eccles. lib.* 3. *c.* 26. *§.* 4. *n.* 2.

Attenta tamen supradicta nostra inter fructus, & rem 57
principalem differentia, & ad istam quæstionem inter fructus decimarum, & jus decimandi eadem differentia considerata, breviter in hac quæstione resolvendum est, quòd, prædictis decimarum privilegiis, ac concessionibus in favorem sæcularium intervenientibus, cognitio causarum, quæ super istis decimis sæcularibus concessis moveri contingerit, ad Regia Tribunalia, vel ad alios judices sæculares privativè pertineant; & hoc sive in jure, sive in facto quæstio consistat, & tam in petitorio, quàm in possessorio, ex eo, quòd non de jure decimandi, quòd spirituale est, agatur; sed de fructibus decimarum, qui solùm in dictis privilegiis, ac concessionibus Pontificiis, ut suprà dixi, dati censentur: quare, cum isti fructus ab ipso jure decimandi quid distinctum, & diversum sint, & sic omnino temporales, ac profani reputentur, ut etiam suprà dictum remanet, nihil mirum, quòd judices sæculares in quæstionibus super eis incidentibus, tam in petitorio, quàm in possessorio cognoscere, debeant, ut docent eleganter, ac doctè Dom. Covarruv. *pract. dict. cap.* 35. *numer.* 2. *vers. Tertiò quoties*, ibi: *Tertiò, quoties decimæ à Romano Pontifice translatæ fuerunt in Principem laicum, poterit judex sæcularis, utcumque causa tractetur, de decimis cognoscere*; & idem resolvit Paz *in prax.* 2. *tom. prælud.* 2. *numer.* 24. ubi ex Rebuff. & Dom. Covarr. ait: *Quòd in his causis decimarum sæcularis poterit cognoscere, non solùm de quæstione facti, sed etiam de quæstione juris*, quia, & generaliter cum de fructibus decimarum agitur, judex sæcularis cognoscere debet, Borrell. *in summ. decis. tom.* 1. *tit.* 19. *de decimis, numer.* 19. ibi; *Declara quintò, non procedere conclusionem, quando tractaretur de fructibus decimarum, quia de eis cognitio pertinet ad laicum*; ut tenent Rebuff. *de decim. quæst.* 1. *num.* 3. *&* 4. Petr. Foller. *in cap. Regni, & quia nuper, num.* 1. & est doctrina originalis Ioann. Andr. *in capit. ea, quæ de regul. jur. lib.* 6. ubi, quòd, si de fructibus tantùm decimarum agatur, cognitio privativè ad judicem sæcularem pertineat, & idem docet Sesse *decis.* 162. *in fin. tom.* 2. Federic. de Senis *cons.* 245. *num.* 3. *&* 4. Dom. Covarr. & supr. relati, & proximè referendi.

Quare, cum in tertiis, aut decimis laicis concessis non 58
de jure spirituali, sed tantùm de facultate percipiendi fructus, qui solùm concessi censentur, agatur, rectè etiam sequitur, solum judicem sæcularem cognoscere posse, quin se Ecclesiasticus intromittere, valeat, ut resolvunt Anastas. Germon. *de Sacrorum immunitate, lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 90. *pag.* 316. Balbus *de præscriptionib.* 1. *par. quintæ partis principalis, quæst.* 7. *num.* 7. Bernard. Græværus *concl. pract. Cameræ Imperialis, concl.* 38. *num.* 5. Morla *in emporio, tit.* 2. *de jurisdictione, num.* 137. *fol.* 34. Petr. Foller. *in cap. Regni, & quia nuper, numer.* 1. Franc. Marc. *decis.* 17. *num.* 2. *& decis.* 185. Menoch. *cons.* 757. *num.* 16. *vol.* 8. Benè Didac. del Castill. *in l.* 6. *Taur. verb. De qualquier calidad, vers. Nota unum, & vers. Quod dixi de bonis decimalibus*, & eamdem sententiam repetit *in l.* 13. *verb. Veinte y quatro horas, vers. Ex quo sæpenumero tenui, & teneo nunc.* Franc. Bursat. *cons.* 59. *nu.* 14. *l.* 1. *& cons.* 127. *n.* 122. *l.* 2.

Optimè Lassart. *de decima venditionis, cap.* 19. *nu.* 30. 59
in illis verbis: *Ipsa autem bona decimalia, & fructus, quos eo jure laici, aut Clerici percipiunt, profana sunt, & de eis cognoscit judex Ecclesiasticus, dum sunt apud Ecclesiasticam personam: quòd si apud laicum quocumque jure sint, sæcularis judex est adeundus*; & doctè D. Franc. de Leon. *tom.* 1. *dict. decis.* 3. *num.* 14. 19. *&* 23. ubi de talibus concessionibus loquens mirabiliter ait: *Tunc fructus decima-*

rum

Digitized by Google

rum fiunt profani, & causa cognitionis earum non erit spiritualis, sed temporalis, ut probavi supr. num. 14. & 19. & paulo post prosequitur, ibi: *Dicendum est, in dicto Regno decimas jam fuisse effectas profanas, & de earum causa judices Regios cognoscere posse*; & idem docet doctè Cevall. *commun. quæst.* 822. *ex n.* 68. *ad* 92. *to.* 3. & *to.* 4. *qu.* 897. *ex nu.* 636. & latius *tom.* 3. *q.* 822. *ex nu.* 74. Rebuff. *tit. de decimis*, *q.* 13. Soto *de justit. & jur. l.* 9. *qu.* 7. *art.* 1. *col. penult.* & *q.* 4. *art.* 3. & consequenter laici judices possunt de eis cognoscere, tamquam de rebus profanis; atque in Granatensi Prætorio ita judicatum fuisse testatur Dom. Covarr. *ubi supr.* Lassart. *de decim. c.* 19. *n.* 29. *cum sequentib.* & doctissimè Petr. Barbos. *in l. Titia* 35. *ff. solut. matrim. n.* 41. ubi de decimis sæcularibus concessis agens, ita mirabiliter ad rem loquitur: *Secunda ratio est; quia cum non agatur de jure decimandi spirituali, sed de facultate percipiendi fructus sub nomine decima contentos, ut supr. diximus, cognitio rei temporalis debet pertinere ad sacularem*, & idem, & ex eadem ratione, quòd in his causis sæcularis privativè cognoscere debeat, Ansald. *de jurisd. part.* 2. *tit.* 4. *cap.* 5. *nu. fin.* ibi: *Harumque decimarum causa, tùm in petitorio, tùm in possessorio, & semper, coram sacularibus judicibus, & quidem privativè ad Ecclesiasticos, tractanda, cognoscenda, ac definienda sunt*, & eleganter Gratian. *discept. forens. c.* 238. *n.* 58. ibi: *Decimatertia conclusio: de causis decimarum, qua conceduntur per Pontifices Regibus, & Principibus cognoscit judex secularis, etiam privativè quoad Ecclesiasticum, quia possidentur titulo temporali, & non spirituali, sive quæstio juris sit, sive facti, cum etiam tunc non agatur de jure decimandi spirituali, sed de facultate percipiendi fructus contentos sub nomine decimarum.*

60 Et prosequitur doctè resolvens Bobadill. *in politic. l.* 3. *c.* 18. *n.* 146. & 147. ibi: *Podra el Corregidor conocer de las tales causas, no solo en la possession, sino es en la propriedad, y de qualquier suerte, y forma que se traten, como se guarda en el Reyno de Galicia, donde los Sennores de vassallos, y otros Cavalleros, por costumbre, y privilegio concedide antes del Concilio Lateranense, que se celebrò en tiempo del Papa Alexandro III. anno de* 1179. *cobran, y llevan los diezmos de los beneficios*; & *in fin. ejusdem n.* concludit ad eundem casum, ibi: *Y assi las causas decimales se tratan ante los Iuezes seglares en possession, y propriedad, como refieren averlo practicado Covarruvias, y Mieros; y de Francia dizen lo mismo Cassaneo, y otros*; Petr. Bellug. *in specul. Princip.* §. 13. *vers. Restat*, *n.* 12. ibi: *Sic jurisdictio fructuum decimalium est de foro judicum laicorum, & Ecclesia de illorum jurisdictione se nequit intromittere*; ubi, & Camill. Borrell. *in additione, litt. D. & E. & de præstant. Reg. Catholic. c.* 71. *n.* 348.

61 Estque elegans Consilium Cumani 84. *n.* 3. ubi doctè ita ait: *Quòd licèt cognitio decimarum regulariter sit fori Ecclesiastici, si tamen de eis esset facta concessio feudalis, vel alias laico, tunc ratione commoditatis temporalis judex potest esse laicus*; quem refert, & sequitur Dom. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *l.* 3. *c.* 1. *nu.* 25.

62 Quorum tamen doctrinam in nostris, vel similibus decimarum, aut tertiarum Pontificiis concessionibus dumtaxat intelligerem, non verò si in feudum decimæ sint concessæ; nam tunc causæ, quas oriri contingerit super commoditate, vel utili dominio decimarum in feudum dato coram Ecclesiastico dirimi, debent, ut in his terminis notant optimè, aliis congestis, Petr. Barbos. *in l. Titia*, *ff. solut. matrim. à num.* 42. & 44. & ex communiori Sesse *decis.* 162. *à. num.* 25. *tom.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 238. *à num.* 61. quod ex specialissima ratione in causis decimarum feudalium procedit; quia nimirum cum ex tali concessione decimarum in feudum utile dominium dumtaxat ab Ecclesia alienetur directo penes eam remanente, ideo etiam si de utili dominio controversia oriatur, coram Ecclesiastico agi, debet propter connexionem, quam utile dominium cum directo habet, & etiam propter præjudicium, quòd Ecclesiæ directum dominium habenti sequi potest.

63 Quæ tamen notabiliter animadverte, in nostro casu locum habere non posse, in tertiarum videlicet concessionibus Principibus nostris factis, tum quia in his concessionibus in favorem nostrorum, & aliorum Principum sæcularium decimæ, aut tertiæ per Papam quoad omne dominium, juxta aliquos, translatæ censentur, *ut supr. in principio hujus cap.* dixi, ita ut ex lite, aut controversia super eis orta nullum præjudicium Ecclesiæ sequi possit, ut optimè in specie considerat, pluribus congestis, Petr. Barbos. *in dict. l. Titia*, *dict. n.* 44. *ff. solut. matrim.* & ex aliis benè Stephan. Gratian. *discept. forens. dict. cap.* 238. *à nu.* 61. † 64 Tum etiam, quia, licèt, juxta aliquos, jus directum decimarum, aut tertiarum in nostro casu post earum Pontificiam concessionem apud Ecclesiam resideat, commoditate tantùm, aut earum fructibus in donatarios translatis, ut dictum remanet supra: hoc tamen jus non est considerabile, ut causæ super fructibus harum decimarum cum eo aliquam connexionem habeant, quia tale jus in Ecclesia residens est sopitum, & omnino absque ullo effectu, aut fructu, ita ut ex istarum causarum decisione nullum præjudicium Ecclesiæ generari possit.

65 Et ne magis immoremur, supra tradita nostra resolutio, ut cognitio tertiarum aut decimarum quæ Principibus sæcularibus per Papam sunt concessæ, ad judices sæculares, & Regia Tribunalia pertineat, comprobatur ex universali totius Orbis Christiani praxi, & usu Tribunalium, ut in Gallia servari testatur Rebuff. *de decimis*, *quæst.* 10. *n.* 39. ubi, & quòd in decimis feudalibus in illo Regno judices sæculares cognoscant ex quodam privilegio Pontificio Philippo Francorum Regi (ut referunt) concesso, quod Philippinum vocant, de quo, & meminit Dom. Covarr. *practic. d. c.* 35. *n.* 2. *vers. Tertiò*; Ioann. Gutierr. *practicarum, lib.* 1. *dict. c.* 34. *n.* 4. & plures ex infra referendis.

66 De consuetudine, & praxi Neapolitana testantur Petr. Belluga *in speculo Principis*, §. 13. *v. Restat*, *num.* 52. ubi, & Camill. Borrell. *in additione*, *litt. D. & E. & de præstant. Reg. Catholic. c.* 21. *n.* 348. Carol. de Tapia *de jure Regn. Neapolit. l.* 1. *tit. de decim. n.* 6. *cum sequentibus*; † 67 Et in Germania idem servari asserunt Adrian. Geland. *lib.* 2. *rer. judic. Augustæ Camera*, *dec.* 13. *n.* 5. & 6. Calixt. Ramirez *de leg. Regia*, §. 31. *n.* 4. † 68 Ubi de consuetudine Regni Aragonum, de qua cum aliis Sesse *dec.* 62. *à nu.* 23. & in Principatu Cataloniæ, & in Regno Valentiæ idem servari, docent Michael Ferrer. *in suis observationibus*, *part.* 3. *c.* 278. *vers. Pro materia*; D. Francisc. de Leon. *to.* 1. *dec.* 3. *per totam*; Fontanell. *de pactis nuptialibus*, *claus.* 4. *gloss.* 1. *p.* 2. *n.* 58. † 69 Et in Lusitania Cabed. *decis.* 63. *n.* 4. *p.* 2. ubi etiam de praxi, & consuetudine prædictarum provinciarum, aliorumque Regnorum testatur, quam praxim universalem ex aliis tradunt Dom. Solorzan. *de jure Indiarum*, *tom.* 2. *l.* 3. *c.* 1. *à nu.* 31. & *num.* 45. & 46. † 70 Idem practicari in Regiis Audientiis Indiarum, ait, & plures schedulas Regias ad illorum pro Reges expeditas refert, ut in his causis decimarum judices tantùm sæculares cognoscere, debeant, & *à nu.* 61. tradit, securos esse à censuris Bullæ in Cœna Domini §. 14. ubi laici judices de cæteris causis decimalibus Ecclesiasticis cognoscentes anathematizantur.

71 De praxi, ac stylo nostri supremi Senatus Regii Patrimonii, & etiam cæterorum Tribunalium Principum Christianorum docent infinitos congerentes Castill. *de tertiis*, *cap.* 12. *per totum*, latissimè Cevall. *communium contra commun. qu.* 822. ubi latè, & doctè, & *de cognitione per viam violentia*, 2. *p. q.* 25. Sesse *dict. decis.* 162. *tom.* 2. D. Francisc. de Leon. *dict. dec.* 3. *per totam*, Noguerol. *allegat.* 39. *n.* 3. Dom. Salgad. *de retention. Bull.* 2. *p. c.* 1. *n.* 141. latè Dom. Larrea *alleg.* 27. *n.* 16. & *per totam*, & novissimè Ant. de Portug. *de donat. Reg.* 2. *p. c.* 34. *à n.* 15.

Et

72 Et quòd judices Ecclesiastici sæculares in dictis causis inhibentes vim faciant, tenent Cevall. *de cognition. per viam violent. 2. p. q. 25. per tot.* & cum multis Dom. So-
73 lorzan. *dict. c. 1. nu. 44.* † Et de praxi Senatus supremi Regalis Patrimonii cum in istis, & similibus causis rerum ad Regium Patrimonium spectantium Ecclesiastici judices sæculares cum censuris inhibent, Dom. Larrea *d. d. allegat. 27. n. 32.* ubi & de forma transportationis actorum ad Senatum, & eorum in eo retentione, si super causis ad ipsum expectantibus quæstio vertatur; & quòd procedatur ad occupationem temporalitatum per Regios Magistratus contra judices Ecclesiasticos in dictis causis se inhibere nolentes, Petr. Bellug. *in specul. Princip. dict. rubr. 13. §. Restat, nu. 14.*

74 Quæ omnia supradicta circa jurisdictionem sæcularem in dictis casibus non solùm procedunt in tertiis, seu fructibus decimarum, dum in patrimonio Principis, cui fuerunt concessæ, permanent: sed etiam si per Reges donatarios aliis personis sæcularibus redonentur; quia tales decimæ, seu fructus decimarum semel Regi donatæ, & temporales Ragalisque Patrimonii, ac jurisdictionis effecti, quamvis postea per ipsum Regem aliis personis concedantur, non amittunt naturam Regaliorum, quam semel acceperant, ex quibus, & aliis rationibus juxta hanc conclusionem resolvunt, pluribus relatis, Redoan. *de rebus Eccles. cap. de decimis, q. 8. n. 16.* Forgetus *in tract. de decim. c. 6. n. 8.* Bursat. *cons. 50. à n. 12. volum. 1. & cons. 127. n. 122. volum. 2.* Afflict. *dec. 2. n. 1.* Ruzeus *de regalibus, privileg. 55. num. 4.* Argenteus *ad Consuetud. Brittan. tit. de sapropiances, artic. 266. col. 1134. n. 13.* doctè Petr. Bellug. *in specul. Princip. d. rubr. 13. §. Restat, à nu. 6.* Georg. Cabed. *de patronat. Reg. Coron. c.* 5n. ubi hanc doctrinam ad quoslibet donatarios, & Regii Patrimonii participes extendit, ut similiter eorum lites super rebus donatis coram Regiis judicibus tractari debeant, elegantem rationem adducens, quia bona Coronæ, etiam si sint penes donatarios, non ammittunt naturam Regaliorum, quocumque vadant, quia in jurisdictionalibus ad originem, & initium rei attenditur, ut per Gloss. *in cap. statutum, de rescript. in 6.* benè Cevall. *dict. q. 822. n. 106.* ubi eleganter ait: *Cum donatarius habeat tertias ex donatione Regis, jure ejus utitur, quia donatarius Regis dicitur procurator Fisci,* ut tradit Matth. de Afflict. *decis. 2. n. 1.* & ad id adducit *leg. benè à zenone, C. de quadrien. præscript.* & idem eleganter, ac eruditè resolvit Dom. Solorz. *lib. 3. de jure Indiarum, d. c. 1. à nu. 51.*

75 Quæ etiam comprobantur ex eo, quod idem generaliter procedit in omnibus aliis donationibus cujuslibet rei, aut juris Regalis patrimonii, super quibus rebus si aliqualis vel controversia inter Regios donatarios, & alios privatos oriatur, judices Regii privativè cognoscere debent, ut expressè probant jura *in leg. 57. tit. 6. p. 1.* ubi Gregor. Lop. *& leg. 6. tit. 1. lib. 4. Recopil.* ubi benè Azeved. & est communis Doctorum resolutio, ut docent Afflict. *dec. 2.* ubi refert decisum, Oldrad. *cons. 83.* & est optimum Consilium Roland. à Vall. 89. *n. 28. l. 2.* & DD. *in leg. omnia per illum text. C. de pagan.* D. Palac. Rub. *in cap. per vestras, vers. Sed est pulchra dubitatio, nu. 49.* Alfar. *de Offic. fisc. gloss. 16. n. 216.* Caved. *de iur. Patronat. c.* 5n. ubi latè, & de communi praxi testatur Regens Constant. *in l. 1. C. de filiis official. lib. 12.* & ex Didac. Perez, Ant. Gom. & aliis Bobadill. *in polit. lib. 3. c. 18. n. 159.* Guzman. *de eviction. c. 7. n. 40. & 41.* Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effect. 1. à n. 718.* Capic. Galeot. *de alienat. & successon. officior. à n. 248. usque ad 253. pag.* 79. Noguerol. *allegat. 19. num. 144.* & doctè, & ad rem
76 Dom. Salgad. *de retent. 1. p. c. 1. à n. 141.* † Qui omnes communiter resolvunt, in omnibus litibus, super quibuslibet juribus, rebus, aut redditibus à Rege procedentibus etiam ab Ecclesiasticis possessis, judices Regios privativè cognoscere debere.

An autem hæc supra relata opinio locum habeat, si de- 77
cimæ, aut tertiæ Regiæ Ecclesiis, vel Monasteriis, vel aliis Ecclesiasticis personis per Principem redonentur, ut & nunc Regia Tribunalia de earum litibus privativè cognoscere, debeant? Major est inter Doctores controversia; nam plures affirmativam sententiam tenent, ex eo, quòd semel temporalizatas decimas, & profanas, ac de jurisdictione Regia effectas per concessiones Pontificias Principibus sæcularibus factas, amittere non posse asserunt naturam Regaliorum, quam semel assumpserunt, quamvis postea Ecclesiasticis personis redonentur, optimè in terminis docent ex antiquioribus Redoan. *de rebus Eccles. non alienand. cap. de decimis, quæst. 8. n. 16.* Forgetus *in tract. de decimis, cap. 6. n. 8.* Bursat. *cons. 50. à n. 12. volum. 1. & cons. 127. n. 122. volum. 2.* Argenteus *ad Consuetud. Brittan. tit. de sapropiances, art. 266. colum. 1134. n. 13.* ubi eleganter ad rem ita loquitur: *Et, quod magis mireris, semel tali initio decima alienata, & in commercio deducta, etiam si quo casu ad Ecclesiam redierint, naturam non mutant, & in feudo, & in prioris domini conditione manent, nec à lege feudi laici eximuntur;* & hanc sententiam docet Petr. Bellug. *in spec. Princip. rubr. 13. dict. §. Restat, n. 6. & 10.* ubi alias rationes adducit, & eruditè pro ista opinione resolvit Dom. Solorz. *de iur. Indiar. tom. 2. l. 3. c. 1. n. 53. cum sequentibus;* ubi quòd semper regalia maneant, & ipsi Regi, qui Ecclesiæ concessit; incumbat, defendere Ecclesiam, & alium quemlibet donatarium, qui ab eo causam habuit, quem etiam in nostra specie sequitur Dom. Larrea *allegat. 27. n. 15.* ubi ad id adducit prædicta jura in *l. 57. tit. 6. p. 1. & l. 6. tit. 1. l. 4. Recopil.*

Quibus tamen non obstantibus, contraria negativa 78
opinio non solùm securior, sed & verior mihi videtur, imò decimis, aut tertiis Regiis per Principem Ecclesiis donatis judicem Ecclesiasticum dumtaxat cognoscere, posse super jure decimandi, vel aliis quæstionibus circa decimas contingentibus, & ratio est evidens; quia videlicet ex his donationibus in favorem Ecclesiarum factis decimæ, aut tertiæ pristinam naturam recipiunt, & sic spirituales res in posterum censeri debent; nam sicuti in superiori casu cum Principibus sæcularibus per Papam fuerunt donatæ, mutatione personæ spiritualibus, temporales, & profanas effectas, dicunt DD. cur non etiam Ecclesiis ipsis redonatas, & sæcularem manum egressas, contraria ista personarum mutatione spiritualem naturam non recipient? eoque maximè, cum ad pristinam suam naturam redeant, quod facilius in qualibet rei reversione admittendum, juxta text. *in l. à liberto cum vulgat. ff. de bon. libert.* & ex Tiraq. Gratian. Gaet. & aliis Dom. Salgad. *de supplic. ad Sanctissim. 2. p. c. 19. n. 37.* igitur, juxta hæc, hac qualitate spiritualitates in decimis renovata, lites super eis, tam super jure decimandi, quàm super facto decimarum evenientes, coram Ecclesiastico dirimi debent, ut in aliis rebus spiritualibus, & in causis super earum facto supr. dixi *à n. 50. & 52.*

Pro cujus resolutionis comprobatione extat notabilis 79
doctrina nostri Gregorii in specie, licèt non ita explicitè, nec rationibus adductis loquentis *in l. 17. tit. 4. p. 3. verb. Casi ellos;* ubi eleganter in nostro casu limitat *d. l. 57. tit. 18. p. 3. & l. 6. tit. 1. lib. 4. Recopil.* ibi ait Gregor. *Quòd si Rex donet alicui partem aliquam decimarum, quæ Regi competunt ex privilegio Papæ, si oriatur contentio super tali dono, & quæstio sit super jure decimandi, vel quota decima, quòd non possit cognosci in Curia Regis, quia sicut ipse non posset cognoscere de tali causa, veluti merè spirituali, ut in l. 56. tit. 6. p. 1. & ibi dixi, sic nec ejus Curia: Quòd benè nota ad limitationem, l. 27. tit. 18. p. 3. l. 8. tit. 1. lib. 3. ordinam. l. 25. tit. 3. l. 1. eiusdem ordinam.* quæ extant in dict. l. 6. tit. 1. lib. 4. Recopil.

Quæ nostri Gregorii doctrina absque dubio intelligi 80
debet de donatione Regia tertiarum Ecclesiæ facta, nam aliàs tertiæ, seu decimæ ita per Regem redonatæ pristinam

nam naturam spiritualitatis non assequerentur, si alteri sæculari fieret donatio, sed imò temporales remanerent, & consequenter Regia Tribunalia de tali donatione deberent cognoscere, juxta latè tradita *supr. à numer.* 56.

81 Cui nostræ verissimæ resolutioni, & doctissimi Gregorii doctrinæ non obstat regula *dict. l.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. *l.* 6. *tit.* 1. *l.* 4. *Recopil.* & communis DD. opinio supr. relata *à nn.* 71. juxta quam judices Regios super donationibus per Regem factis, ut donatarii protectores cognoscere debere, diximus; nam hæc regula, & jura Regia meo videri, dumtaxat intelligi, & procedere debent, ut quæcumque alia jura, & leges, terminis habilibus suppositis, sive data rerum, & personarum capacitate, ad text. *in l. Lucius Titius*, §. *Lucius Titius*, *ff. de legat.* 2. *l. & gradatim*, §. *Et si lege*, *ff. ad municipalem*; secus quoties ex parte ipsarum rerum, quia spirituales sunt, in competentia, vel potius, ut in nostro casu, omnimoda incapacitas judicum sæcularium oritur.

82 Et in his terminis hanc sententiam, & si nostro Gregorio per nostros, vel alium non relato, nec præfatis rationibus adductis, tenent Rebuff. *de decim. q.* 10. *n.* 50. Arnulphus Ruzeus *in tract. de iur. Regalior. privileg.* 55. *versic. Et est adeo verum*, Bletni *de benefic. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 24. Franc. Grimald. *in* §. *Decimarum*, *lib.* 2. *c.* 6. *n.* 50. Gregor. Lobet. *litt. D. arresto* 60. & ibi Brodeus *in additionibus*, & ex Felin. Abb. & Oldrad. Sesse *decis.* 162. *n.* 31. *tom.* 2. facit Miet. *de maiorat. p.* 1. *q.* 58. *num.* 189. & cum aliis Barbos. *de potest. Episcopi*, *allegat.* 121. *à n.* 10.
† Et quod magis est, istam quoque sententiam veriorem 83
esse dicit idem Dom. Solorzan. *de iur. Indiar. l.* 3. *c.* 12. *nu.* 63. ubi eam communiorem, & securiorem testatur se ipsum corrigens contrarium asserentem *in eodem loco supr. citato*, *lib.* 3. *dict. c.* 1. *à nu.* 51. & novissimè idem tenet Dominic. Antunez de Portugal. *de donat. Regia*, *p.* 2. *c.* 24. *n. fin.* ubi pro ista nostra opinione resolvit, licèt breviter, & nullo ex prædictis relato, præter Dom. Solorzan. & Valasc. *de iur. emphyt. q.* 51. *n.* 5. *versic. Quibus accedit*, *& qu.* 17. *n.* 15. qui tamen in his locis nihil ad rem adducit.

Ex quibus plenissimè cognita manet nostra inter beneficia, decimas, & alias res Ecclesiasticas, & ipsarum fructus differentia, quam non ita explicatam apud ullum invenies.

FINIS.



INDEX

Digitized by Google

I N D E X
RERUM, ET VERBORUM,
Quæ in hoc Opere continentur. Alphabetico ordine digeſtus.

In quo prior numerus partem: Secundus caput. Tertius numerum marginalem. Ubi autem inciderit paragraphus, ſuo proprio ſigno annotabitur.

A

A C C E S S I O.



Index Rerum, & Verborum.

com-

Digitized by Google

AQUA, AQUÆDUCTUS, AQUARUM DECURSUS.

Digitized by Google

Auoca-

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Lagunez de Fructib.

B L A D U M.

B O E R I U S.

BONA VACANTIA, DEPERDITA, NAUFRAGATA, ET ALIA.

Quid

Digitized by Google

B O S.

BURGENSATICI VASSALLI.

C

C A D A V E R.

Non

vel

Choreas

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

CON·

Custo-

D

DAVID.

DEBITOR.

DECIMA ECCLESIASTICA.

DECIMA TUTORIS.

Index Rerum, & Verborum.

a jure

sione

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

E Q U Æ.

E R E M I M O N T E S.

E X A M E N A P U M.

E X C E S S U S.

E X C U B I Æ.

EXECUTIO, EXECUTOR.

E X E M P T I O.

E X P E N S Æ.

E X U L T A T I O.

F

F A C U L T A S.

F A L C I D I A.

F A L C O N E S.

F A L S A M O N E T A.

F A M I L I A.

Fami-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Fru-

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Digitized by Google

fructi-

Digitized by Google

FRUGALITAS.

FRUGI, FRUGUM.

Digitized by Google

Hospi-

HYPOTHECA.

I

JEJUNIUM.

IGNORANTIA.

IMPENSA.

IMPERATOR, IMPERIUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Juris-

Digitized by Google

L

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

LEGATI, SIVE AMBASCIATORES.

L E G A T U M.

L E G E S.

LEGES EXPLICATÆ.

Ex Digesto veteri.

Index Rerum, & Verborum.

L.Fin.

Digitized by Google

Ex Volumine Legum.

Ex Codice Theodosiano.

Ex Institutionibus.

Ex Decreto.

Ex Decretalibus.

Ex Libro Sexto Decretalium.

Ex Clementinis.

Ex Legibus Partitarum.

Ex Nova Recopilat.

Limi-

L O C U P L E X.

L O C U M T E N E N T E S.

L O C U S.

LOQUELA, LOQUENDI USUS.

L U C R U M.

L U C T U O S A.

L U P I N U M.

L U P U S.

M

MACEDONIANUM.

M A C E L L U M.

M A G I S T E R.

M A G I S T R A T U S.

M A G N A T E S.

M A J O R.

M A J O R A T U S.

M A L E F I C I U M.

MAN-

Index Rerum, & Verborum.

MONA-

Index Rerum, & Verborum.

Musicæ

Digitized by Google

N

NEGOTIA.

NEMUS.

NIX.

NOBILITAS, NOBILIS.

NOMEN DEBITORIS.

NOTARIUS, NOTARIATUS.

NUCLEI.

NUNDINÆ.

NUNTIUS.

O

OBLATIO.

Digitized by Google

O F F I C I U M.

O L E A.

O M N I A.

OPERÆ, OPERARIUS.

O P I N I O.

O P P I D A.

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

PARENTES.

PATER.

PATRIA POTESTAS.

PATRIARCHA.

PATRONATUS.

Digitized by Google

PATRONUS.

Digitized by Google

Pisci-

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Distin-

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Digitized by Google

Proto-

Digitized by Google

Reges

Digitized by Google

REGIA FACULTAS.

REGIA PRIVILEGIA.

REGNUM.

REGULA.

RELEVIUM.

RELIGIO.

REPOSITIO PECUNIÆ.

REPREHENSIO.

REPUDIUM.

RESCRIPTUM.

RES.

RES MINORUN.

S A L I N Æ.

S A L.

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

SEDES, SEDERE, SCAMNA, SEDILIA, SESSIO.

SEGETES.

SENATUS, SENATORES.

SENTENTIA.

SEPULCHRUM.

SEPULTURÆ.

SEQUESTER.

Index Rerum, & Verborum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Statu-

Index Rerum, & Verborum.

Digitized by Google

T

TABELLIONATUS, TABELLIO.

TABERNA.

TAURI.

TEMPORALE.

TERMINI. TERMINI ROTUNDI.

TEXTUS.

TERTIÆ.

TESTANDI FACULTAS.

TESTES.

TEATRUM.

THERMÆ.

Digitized by Google

Triti-

Vas-

Vas-

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Vena-

Digitized by Google

Vena-

Index Rerum, & Verborum.

Digitized by Google

U S U R A.

USUSFRUCTUS, USUSFRUCTUARIUS.

Usuf-

Index Rerum, & Verborum.

UTILITAS.

UVÆ.

UXOR.

FINIS.

838916

Digitized by Google

Digitized by Google

